Alcorani textus universus ex correctioribus Arabum exemplaribus... descriptus... in latinum translatus, appositis [...]

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

{BnF

gallica
BIBLIOTHÈQUE
NUMÉRIQUE

Marracci, Lodovico (1612-1700). Alcorani textus universus ex correctioribus Arabum exemplaribus... descriptus... in latinum translatus, appositis unicuique capiti notis atque refutatione . His omnibus premissus est Prodromus totum priorem tomum implens... auctore Ludovico Marracci,.... 1698.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF.Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :
*La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.
*La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

Cliquer ici pour accéder aux tarifs et à la licence

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

*des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
*des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter reutilisation@bnf.fr.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

2
g

J163.

REFUTATIO ALCORANI,

In qua ad Mahumetanicæ ſuperſtitionis radicem ſecuris apponitur; & Mahumetus ipſe gladio ſuo jugulatur;

SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATI

LEOPOLDI I.

MAGNI ROMANORUM IMPERATORIS

DICATA

AB AUCTORE

LUDOVICO MARRACCIO LUCENSI

E' Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei,

INNOCENTII XI.

Glorioſiſſimæ memoriæ olim Confeſſario.

BIBLIOTHEC. REG. MONACEN.

PATAVII,
M. DC. XCVIII.

Ex Typographia Seminarii.
SUPERIORUM PERMISSU.

AUGUSTISSIME CÆSAR.

CUm primam literarii certaminis mei adverſus Mahumetanicam impietatem velitationem Supremo Chriſtianæ Eccleſiæ Hierarchę Innocentio XI. *perexiguum devotiſſimi obſequii mei monimentum deſtinaſſem: atque hoc è mortalibus ad ſuperos nimis properè (Neſtoreos quippè annos merebatur) translato, Innocentio XII. in quo Undecimum redivivum, & veluti in icone animata, lineamentis omnibus, & coloribus perfectiſſimè expreſſum non immeritò venerabar, dedicaſſem: Secundam hanc non jam velitationem, aut experimentum militare, ſed juſtam conflictationem, in qua cum hoſte infenſiſſimo*

collatis ſignis propiori marte congredior, Summo Chriſtiani Imperii Monarchæ, ejuſdemque Eccleſiæ Protectori, ac Defenſori; Tibi inquam, Auguſtiſſime Cæſar Leopolde, *offerre æquiſsimum eſſe exiſtimavi. Ut opuſculum illud ad Sacros* Innocentii *pedes deponerem, plures me, eæque non leves rationes adduxerunt. Primò, quòd, ubi de Religione diſſertabatur, ad nullum alium, quàm ad Supremum illius Judicem eſſet cauſa deferenda. Deindè, quòd, cùm contra impietatis monſtrum Mahumetum, atque ejus aſſeclas calamo decertarem, ſub illius vexillum omninò mihi confugiendum eſſet, qui totius propè Chriſtiani Orbis arma, Sacramento ſibi ab ejuſdem Principibus facto, ad peſtilentiſsimam illam Sectam debellandam ſociaverat, fœderatoſque exercitus, auro validiùs, quàm ferro, & piis ad Deum votis, ac lachrymis potentiùs, quàm utroque ita roboraverat, ut jam Babylonicum illud Regnum exterminio proximum eſſe videretur. Hùc accedebat, quòd Sanctiſsimus ille Pontifex ſæpiùs me ad aliquid contra Mahumetanicam ſuperſtitionem moliendum, ac vulgandum (quandoquidem Arabicæ linguæ facultatem in Atheneo Romano profiterer) adhortatus fuiſſet, ac prope imperio ſuo adegiſſet. Quamobrem, ſiquid calamo lugubraſſem, quicquid illud eſſet, eidem omninò tanquam præcipuo Authori debebatur. Poſtremò, cùm ego ipſe totus obſequiis ejus addictus, & devinctus eſſem, quippe quem ad ſecretiora, & ſacratiora pectoris ſui arcana excipienda jampridem admiſerat, quomodò ſine ſummo piaculo, qualemcunque ingenioli mei fœtum alii, quàm ipſi tradere, & conſecrare potuiſſem?*

Eædem ferè rationes, quæ me moverunt, ut Innocentio XI. *opuſculum illud meum nuncuparem; ut opus hoc grandiuſculum* Leopoldo I. *devoverem, compulerunt. Non enim in Deum tantùm, ſed & in Cæſarem Mahumetus peccavit: Et æquè impius, ac perfidus, utriuſque Majeſtatis læſæ reus deprehenditur. Deo templa, aras, ſacra, cultum, Religionem abſtulit: Cæſari urbes, provincias, Regna, Imperia diripuit. Quamobrem non tantùm ad ſummum Religionis Antiſtitem; Dei in Terris Vicarium: Sed etiam ad maximum Terreni Imperii Moderatorem ſceleſtiſsimi hominis cauſa à me deferenda fuit.*

Uter verò immaniſsimis hoſtibus infenſior fuerit, eiſque graviorem perniciem attulerit, Innocentius XI., *an* Leopoldus I. *aliorum judicio decidendum libenter relinquo. Unum affirmare non dubito: ex quo Monſtrum illud impietatis ex Inferis erupit, à nullo Chriſtianorum Prin-*

cipum

cipum graviores clades, quàm à Te, Auguſtiſſime Cæſar, *acceſſiſſe: neque extremum vaſtiſſimi Imperii ſui exterminium magis ab ullo, quàm à victricibus Aquilis Tuis extimuiſſe. Magnum quidem Chriſtianis rebus, ac præſertim Auſtriacis terrorem primò potentiſſimus hoſtis incuſſit, cùm trecentorum ferè millium armatorum copiis ſe ſe in ipſam Monarchiæ Tuæ Metropolim, velut impetuoſiſſimum turbinem ex improviſo invexit. Et profectò, niſi divinum Tibi è Cœlis auxilium adfuiſſet, non erant tunc temporis res Tuæ eo in ſtatu, ut tàm vaſtæ Barbarici furoris procellæ reſiſtere poſſe viderentur. Verùm Deus, quemadmodùm David pro ſe optabat,* apprehendit arma, & ſcutum, & exurrexit in adjutorium Tibi. *Meliori jure de Te, quàm de Theodoſio ſuo ceciniſſet Claudianus:*

O nimium dilecte Deo, cui militat Æther;
Et conjurati veniunt ad claſſica Venti.

Et, cùm Barbarorum colluvies cum ſuo Vizire Regiam Urbem obſidione premeret; jamque prope eſſet, ut eam expugnaret: verè de illis dici potuit, quod in Siſaram, & Reges Chanaan, Iſraeliticam gentem copioſiſſimo exercitu prementes, ſcriptum eſt (Jud. c. 5.) De Cœlo pugnatum eſt contra eos: Stellæ manentes in ordine ſuo, & curſu ſuo, adverſus Siſaram pugnaverunt. *Pugnaverunt, inquam, pro Te,* Invictiſſime Imperator, *de Cœlo non tàm ſtellæ, quàm Angeli, atque ipſe Deus exercituum adverſus novum Siſaram Muſtaphan Karàm, atque innumeras Barbarorum copias, quarum ipſe Dux erat, cum ea felicitate, quæ ex tàm validis propugnatoribus poterat expectari. Detur mihi aſſerere, obſidionem illam tàm hoſtibus infauſtam, quàm Tibi, Tuiſque fortunatam fuiſſe. Non enim ſolùm opulentiſſimas Vobis ex illis profligatis manubias comparavit: ſed glorioſiſſimos etiam ex iiſdem deindè triumphos acquiſivit. Ab ea enim die* Aquilæ *Tuæ feliciſſimè alas explicantes, ad ipſam propè hoſtium Regiam pervolarunt; atque in oculos potentiſſimi Tyranni roſtris, atque unguibus inſilierunt. Et jam quidem ſupra Byzantinas Arces triumphatrices apparerent, niſi Imperii Tui tuendi neceſſitas identidem illas aliò revocaſſet. Sed ſpero, hac quoque ſublata, curſum ſuum feliciùs repetent, ut Te, quemadmodùm Occidens, ita etiam Oriens* Sol *Monarcham ſalutet, ac veneretur: & prorsùs* auferatur Luna *illa infauſta, quæ oppoſitu ſuo Eclypſes tàm fœdas Chriſtianis rebus per tot ætates adduxit. Interim fruere,*

Au-

Auguſtiſſime Cæſar, *tàm copioſis fortunæ, virtutiſque Tuæ fructibus: tot, inquam, victoriis ex Othomannico hoſte relatis: tot arcibus, tot oppidis, tot urbibus, tot provinciis, quas injuſtè occupabat, recuperatis; ſatiſque ſit Tibi pro unica, atque inani ejus obſidione, ac poſt turpiſſimam fugam, ſepties ſupra octuagies intra paucorum annorum ſpatium glorioſiſſimè triumphaſſe.*

Quod verò primam illam meam elucubrationem juſtè Innocentio *nuncupaverim, quia ad illam elaborandam ſuaſu ejuſdem, atque imperio adactus fuerim, cogor etiam ex pari ratione hanc ſecundam Tibi,* Sacratiſſime Imperator, *nuncupare. Tu enim clementiſſimis Tuis ad me reſponſis apertiſſimè ſignificaſti, illam à me, & inſtanter exigere, & avidè expectare: quod ego non ſuaſionis, aut hortationis, ſed juſſionis, & imperii loco reverenter accepi.*

Poſtremò, ſi ex eo, quòd pluribus titulis omnia ſervitutis meæ obſequia Sanctiſſimo illi Pontifici deberem, primos Arabicorum ſtudiorum meorum fœtus eidem à me jure offerendos eſſe putavi: non minoribus nominibus obſtrictus hos poſtremos Sacræ Majeſtati Tuæ à me exhibendos eſſe exiſtimo. Eſt verò in Te neſcio quid amplius, quod me Tibi magis, quàm Innocentio *debitorem conſtituat; cùm præter privatos reſpectus, etiam ii, qui cum Patria mihi ſunt communes, accedant. Multum, fateor, Clementiæ Tuæ debeo, quòd primum illud meum opuſculum ad ſacras Manus Tuas tranſmiſſum tanta benignitate ſuſceperis, quantam mihi pretioſæ Divales Tuæ, & ii, qui præſentes fuerunt, teſtati ſunt: quòd duabus jam vicibus P. Maximilianum DeZam, Congregationis meæ alumnum, mihique religioſa charitate conjunctiſſimum, ad Quadrageſimales Conciones in Aula Cæſarea habendas advocaveris: & quòd (ut idem mihi aſſeruit) Clementia Tua ſingularis de me, meiſque Religioſis germanis non ſine benevolentiæ, atque honoris ſignificatione & audire, & ſcitari dignata ſit. Plus tamen obſequiis Tuis me devincit, quòd ea in Republica natus, & educatus ſum, quæ Libertatem, dignitatem, ſecuritatem, atque omne decus ſuum Tibi, Tuiſque Auguſtiſſimis Majoribus ſe ſe debere fatetur, & quæ ſub Auſtriacarum Aquilarum alis abſque ullo hoſtilis incurſus metu feliciſſimè ſe vivere gloriatur.*

Verùm mea in Majeſtatem Tuam pietas, ac reverentia ſingularis, nullis indigebat adminiculis, ut obſequentiſſimos pectoris mei ſenſus hoc, qua-

qualecunque ſit, munuſculo, ſeu veriùs tributo, tibi manifeſtarem. Summa ſemper fuit mea in omnes Monarchas Auſtriacos veneratio, ac reverentiſsimi animi propenſio. At verò, ut hæc erga Majeſtatem Tuam in me excreſcerent, ac ſupra modum incrementum caperent, multa effecere: ſingularis Tua in Deum Pietas: eximium Catholicæ Religionis ſtudium: ubique terrarum celebrata prudentia, clementia, humanitas, ac benignitas prorsùs inaudita, cæteræque in gradu omninò eminentiſsimo virtutes, in aliis Principibus ſparſim commendatæ, in Te uno ſimul collectæ. Sed, ut hæc meum in Te reverentiſsimum ſumma cum admiratione obſequium vehementer excitaverint, nihil tamen magis animum meum in Tui venerationem, cultumque commovit, quàm Sanctiſsimi Pontificis Innocentii XI. *frequens de Majeſtate Tua, præſertim in privatis mecum colloquiis, commemoratio. Dulceſcebat quodammodò in ore ejus glorioſiſsimum* Leopoldi *nomen: ſemper de eo ſumma cum laude, ſumma cum æſtimatione loquebatur. In illius pietate, Catholicæ Fidei zelo, animi moderatione, vitæ Sanctimonia, erga Sacroſanctam Apoſtolicam Sedem obſequio, ac reverentia commendandis, atque in illius victoriis, ac triumphis celebrandis ita vehemens erat, ut non ſemel in lachrymas erumperet, ut aliquantulùm lachrymas illas ſolaretur, quas propter Chriſtiani Populi calamitates, & propter incommoda, ærumnas, atque anguſtias illas toti Orbi notas, quibus in graviſsimo per ſe Summi Pontificatus onere ſuſtinendo premebatur, aſsiduè, atque ubertim effundere conſueverat.*

Suſcipe igitur, Clementiſſime Cæſar, *id, quod ex tot titulis Tibi debetur. Atque, ut libentiùs facias, ne illud, obſecro, ut meum reſpicias, ſed ut Purpuratorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Patrum præclariſsimi luminis* Gregorii Barbadici, *quem jam mortalitate exutum, atque inter Indigetes, quorum heroicam virtutem, vitæque ſanctimoniam ſemper ſectatus fuit, pia populorum opinione jam relatum ſpes omnium indubia eſt, Vaticani Oraculi conſenſu quamprimùm ſupremis Divorum honoribus decorandum. Hic dum viveret, liberaliſsimus Literatorum omnium Mecœnas, his Arabicis laboribus meis, authoritate, opera, & munificentia ſua, vitam, ac lucem elargitus eſt. Cùmque Cæſareæ Majeſtati Tuæ addictiſſimus eſſet, ut eidem jam abſolutos illos dedicarem, mihi & ſuaſit, & quodammodò imperavit. At fruſtrà erat id ſuadere, vel etiam imperare, quod jam ipſe animo*

meo,

meo, meaque ſponte firmiſsimè conſtitueram. Gratiſsimum tamen mihi fuit, deliberationi meæ tanti viri conſenſum acceſsiſſe, ut non tàm meo, quàm illius nomine poſſem hunc ſtudiorum meorum fœtum Sacris Manibus Tuis exhibere.

Illud poſtremò votis omnibus exopto, quod in præcipua felicitatis meę parte reponam, ut, quemadmodùm Alexander Magnus ad Spiritus in ſe ſe martiales adverſus hoſtes excitandos, atque augendos Homeri Iliadem non ſolùm vigilans legere, ſed etiam dormiens ſub pulvillo unà cum enſe reponere conſuevisſe fertur: ita Leopoldus Magnus *ad acuendas contra Barbaros Mahumetanos iras, atque ad juſtiſsimæ vindictæ in eos ardorem inflammandum, malorum omnium Chriſtianæ Religionis, & Romani Imperii Iliadem, Mahumeti ſcilicet Alcoranum in his meis paginis contentum, & confutatum, triumphatrici dextera identidem revolvere, atque inter graviſsimas Imperii curas oculis perluſtrare non dedignetur.*

Præ-

Præfatio ad Lectorem.

NOn ſine propitii erga me Numinis ſingulari beneficio factum eſſe opinor (amice Lector) quòd à primis ætatis meæ annis in Arabicum idioma propenſiorem genium expertus fuerim : idque ex fortuito prorsùs, quamvis non infortunato, eventu. Nam cùm pagellam ignotis mihi characteribus inſcriptam in bibliotheca quadam nactus eſſem, eamque præ manibus tenens incederem; quendam è Maronitarum Gente obvium habui, à quo characteres illos, Arabicos eſſe intellexi. Is verò arabicæ linguæ excellentiam, dignitatem, atque utilitatem cœpit extollere, meque, ut in eam addiſcendam ſeriò incumberem, multis verbis adhortatus eſt. Ego, quamvis de re qualibet perardua proverbium illud uſurpari audiſſem *Arabica lingua difficilior* ; nihilominùs occulta neſcio qua vi ab aſtris, ſeu potiùs ab aſtrorum Auctore ad peregrinarum linguarum notitiam indita, impellente: animum induxi, ut hoc quoque ſtudium cæteris meis adjungerem. Literarum forma, nomine, & poteſtate memoriæ commendatis, germanam earundem pronunciationem ex Orientalibus, qui in Urbe erant, advenis, minimo cum labore percepi. Cætera ex grammaticis, ſeu lexicis doctiſſimorum virorum Guadagnoli, Martellotti, Giggeii, Erpenii, Rafelengii, Golii, & aliorum Arabiſmi Profeſſorum, privato ſtudio, abſque aliis Magiſtris, addiſcere conatus ſum: eòque Deo adjutore, non multum poſt tempus deveni, ut arabicos codices mediocriter ſaltem cum lexicorum, & præſertim illius, quem Arabes القاموس *Oceanum* appellant, ſubſidio percurrerem. Deinde verò aliquantò inſtructior, Salomonis exemplum ſequuturus *dedi cor meum, ut* in rebus arabicis *ſcirem prudentiam, atque doctrinam; erroreſque & ſtultitiam:* quamvis *agnoſcerem, quòd in his eſſet labor, & afflictio ſpiritus*. Primum, nempè *prudentiam atque doctrinam*, per lectionem Sacrorum Librorum, & aliorum Chriſtianam pietatem continentium intellectu aſſequi non ſine labore curavi. Secundum verò, *errores* ſcilicet, & *ſtultitiam*, Mahumetanorum codices, & præſertim Alcoranum ſedulò revolventi, faciliùs ſeſe mihi cognoſcendum exhibuit: ex utroque autem fructum brevì percipere cœpi. Ex primo: cùm Sacrorum Bibliorum Arabicorum correctioni, ſeu potiùs novæ translationi ſub *Innocentio* x. Pontifice Maximo; Eminentiſſimorum Patrum S. Congregationis de propaganda fide juſſu, cum aliis doctiſſimis viris operam meam impendere coactus ſum. Quod opus multorum annorum ſpatio elaboratum, tandem ſub *Clemente* x. Pont. Max. feliciter abſolutum fuit. Quam verò in eo partem ego habuerim, aliorum judicio relinquo. Illud tantùm non diffitebor, omnibus laboris mei ſociis vi-

Eccl. cap. 1.

ta functis, totum opus mihi ferè uni incubuisse: & me, ut in lucem prodiret, supremam manum illi suppositisse. Ex altero verò; cùm in Augustissimo Romanæ Inquisitionis Senatu ab eodem *Innocentio*, librorum quorundam examini deputatus sum, qui in plumbeis laminis, vetustissimo, ut apparebat, charactere arabico incisi, intra cujusdam montis cavas in Hispania Bætica reperti sunt. Cùm enim hujusmodi libri, seu laminæ plumbeæ, sancto Apostolo, ejusque discipulis tribuerentur, & non pauca Catholicæ Fidei, atque Orthodoxæ doctrinæ consona continerent, multorum studia in sui favorem trahebant, & à viris etiam doctrina & pietate conspicuis propugnabantur. Hìc verò mihi, cujus, utpote Fiscalis, commemoratos libros oppugnare partes erant; summoperè profuit ex Alcorano, & Mahumetanorum codicibus *stultitiam*, *erroresque didicisse*: nam illos ita hujusmodi erroribus ac stultitia respersos inveni (aliis etiam arabicæ linguæ peritis mecum convenientibus) ut manifestissimè universi Patres agnoverint, illud non S. Jacobi, ejusque Discipulorum genuinum opus, sed Mahumetanorum, qui in ea regione, Christianos se esse simulantes latitabant, impostoram esse, qua Christianæ Religioni illudere, minùsque cautos decipere tentaverant. Quamobrem tàm enormi perfidorum hominum fraude detecta, *Innocentius Undecimus* Pontifex Maximus libros illos graviissimo decreto proscripsit, perpetuòque damnavit.

Hæc non jactantiæ, aut ostentationis gratia me præloquutum esse putes; sed ut planum tibi fieret, Lector, undenam mihi hoc opus meum conscribendi occasio emanaverit; & quid me ad illud, quamvis plura dissuaderent ac retraherent, vulgandum impulerit. Cùm enim experimento intellexissem, me studiis meis arabicis Christianæ Religioni contra agarenicam superstitionem subsidii aliquid conferre posse: nihil utilius, nihil opportunius me facturum judicavi, quàm si contra librum illum omnem meum conatum intenderem, & calamum atque ingenium, quantum fieri posset, exacuerem, à quo eidem Religioni tot mala provenerant, & extremum hodie quoque exitium intentabatur: ita ut propè metuendum esset, ne Christo Mahumetus Regnum Gentium eriperet: & Alcoranus ex Orbe terrarum Euangelium eliminaret. Satis verò mirari non poteram (ut in Prodromi mei præfatione jam dixi) quòd cùm tot doctissimi, sanctissimique viri adversus aliarum pravarum sectarum auctores immensa volumina scripserint; adversus Mahumetum, ejusque Alcoranum tàm pauci, ac tàm parcè calamo decertaverint: imò verò (quod vix credi potest) nullus tàm pestilentem, tàm pernicioosum, tàm nefarium librum ex professo, & collatis, ut ita dicam, signis, consertisque dexteris oppugnaverit. Fuerunt sanè nonnulli tàm ex antiquis, quàm ex recentioribus, qui contra Mahumeticam sectam magna cum laude stylum exercuerunt. Horum ego in præfatione illa catalogum texui: hìc duos addo præstantissimos è Societate Jesu Theologos, qui tunc temporis nondum in lucem prodierant: P. Jo. Laurentium Luchesinium Lucensem in opere, cui titulus: *Nova copia, & series centum evidentium signorum veræ fidei*; & P. Emmanuelem Sanzianum in libello italico inscripto: *Breve trattato, nel quale con ragioni demostrative si convincono manifestamente i Turchi*. Uterque sanè nervosissimè ac validissimè mahumeticam impietatem oppugnat. Nullus tamen hactenùs (quod sciam) contra Alcoranum totum directè, & ex instituto arma movit; ita ut illius textu, saltem summariè, in medium fideliter producto, eundem per singula capita, singulosque

losque versus ex ordine discuteret, & ubi opus esset, castigaret: hic enim ferè fuit sanctorum Patrum, aliorumque Ecclesiæ Doctorum mos in Heterodoxorum libris refutandis. Non ignorabam circumferri quandam Alcorani versionem latinam Basileæ, atque etiam Tiguri impressam, quæ Venerabilis Petri Mauricii Abbatis Cluniacensis operâ facta fuisse dicebatur. At hæc paraphrasis potiùs, quàm versio potest appellari: neque ego illam ubique fidelem reperio. Et quamvis plurium libellorum farraginem seorsim adnexam habeat, in quorum nonnullis contra Alcorani errores, sine certo ordine, confusèque differitur; hi tamen connexionem nullam habent cum ipso Alcorano, nisi quòd cum illo in eodem codice sunt alligati. Quarè nullo modo potest totum illud volumen, *Refutatio Alcorani*, vel *Alcoranus refutatus* appellari: præsertim cùm in illa appendice opusculorum adjectorum, plura nihil pertineant ad Alcoranum: non pauca etiam in illis falsa eidem Alcorano imponantur, quæ in eo non reperiuntur: quod sanè est Adversariis contra nos arma validissima præbere. Postremò totum illud volumen Basileæ, seu Tiguri impressum, justissimè à sacra Romana Censura proscriptum ac damnatum fuit, quòd impiis Novatorum adnotationibus, & Lutheri, aliorumque Sectariorum contumeliosis in Romanam Ecclesiam, Christique Vicarios præfationibus, Catholicæ Fidei non minùs fortassè, quàm Alcoranus ipse pernicioſum esse videretur. Illud etiam non ignorabam, quod magnæ alioqui auctoritatis Scriptores tradunt, laudatum Petrum Cluniacensem, Alcoranum in latinum idioma studio, impensisque suis ex arabica lingua translatum, quinque libris egregiè confutasse. Verùm vel sanctus Abbas opus hujusmodi non attigit, sed, quantum ex ejus epistola conjicitur, Divo Bernardo hanc provinciam reliquit: vel incœptum non perfecit: vel ignotum in aliqua Bibliotheca latet; vel certè temporis injuria jam periit. Hoc me adduxit, & quodammodò coegit, ut huic oneri humeros ipse supponerem, & laborem illum exanthlandum susciperem, ad quem animi quidem hortabantur, sed vires suffecturas diffidebam. Verùm cùm manus operi admovere cœpissem, jamque Alcorani per partes trutinati, anatomicam (ut ita dicam) discussionem aggrederer; cognovi, me nullo modo posse hoc, quod mihi proposueram, convenienter pertractare, feliciterque ad metam perducere, nisi Alcorani ipsius verba arabicè latinèque à capite ad calcem fideliter expressa, tanquam oculati testes, ea quæ contra eundem dicturus eram, planiora facerent, pleniùsque confirmarent.

At verò huic meo præjudicio non contemnenda quorundam meorum familiarium judicia adversabantur, inter quæ illud erat præcipuum, quòd cùm sacra Romanorum Censorum Congregatio sub *Alexandro septimo* Pont. Max. *Alcoranum cujuscumque impressionis & idiomatis proscriptum esse voluisset*: si nunc arabicè & latinè, quamvis refutationibus interpolatim insertis, in lucem prodiret; proscriptio illa inanis prorsùs esse videretur: cùm liberum foret cuilibet illum & legere, & apud se retinere. Nec defuturi essent, qui curiositatis explendæ magis, quàm veritatis agnoscendæ cupiditate adducti, Alcoranum quidem legerent ac relegerent, & fortassè transcriberent: refutationes verò illius vel obiter percurrerent, vel penitùs præterirent. Hæc remora diù naviculam meam retinuit, ne per apertum mare liberè posset vela facere, atque ad optatum portum pervenire.

Mihi verò pro sententia mea tuenda plura, magnique roboris, quan-

tum existimabam, argumenta occurrebant. Probabam sanè & ego, ac venerabar illam sub *Alexandro* Romanorum Patrum censuram (quamvis Censores à sacrosancta Tridentina Synodo ad librorum castigationem deputati, quibus deinde cæteri librorum discussores sub aliis summis Pontificibus sese conformaverant, non adeò rigidè cum Alcorano egisse viderentur): Verùm, aliud Alcoranum, aliud autem Alcorani refutationem esse censebam. Alioquin omnes controversiarum de rebus religionis Auctores, qui adversus Heterodoxorum errores scripserant, prohibendi fuissent.

Regerebant illi, prædictos Auctores ita Hæreticorum libros impugnasse, ut ex illis ea solùm producerent, quæ errorem refellendum continerent: & verò ab integro eorum opere cum suo commiscendo abstinuisse. Atqui non mirum (resumebam ego) si celeberrimi Controversistæ integra Adversariorum volumina in opera sua non transtulissent: hoc enim & nimis onerosum ob magnitudinem vel multitudinem librorum, & inutile etiam fuisset, cùm plura, quæ in iis continebantur, ad causam, de qua agebatur, minimè spectarent. Cæterùm si omnia, quæ ex iisdem Auctoribus in controversiis suis verbo tenus allegabant, in unum volumen colligerentur; duplò saltem majus Alcorano conficerent: quod certè sub sacram censuram caderet, nisi refutationes adjunctas haberet. At verò breviora Novatorum opuscula, quale est Alcoranus, non semel à Catholicis Scriptoribus vel integrè, vel quoad maximam partem, verbis suis relata atque impugnata fuisse certissimum est. Nam S. Augustinus (cujus unius exemplum satis esse oporteret) contra Fausti Manichæi errores scripturus, integrum illius librum per partes allatum censoria virga castigavit, hæc verba præmittens: *Commodum autem arbitror sub ejus nomine verba ejus ponere; & sub meo responsionem meam*; scribens etiam contra Fortunatum Manichæorum presbyterum; contra Felicem Manichæum; contra epistolam Secundini Manichæi: contra sermonem Arianorum; contra Maximum Arianorum Episcopum, & alios ejusdem furfuris: ferè semper Antagonistarum verba vel omnia, vel pleraque adducit. Augustinum imitatus doctissimus Græcorum ætatis suæ Petrus Arcudius Corcyræus, librum Barlaam hominis schismatici contra ignem purgatorium, cum suis confutationibus, græcè latinèque Romæ excusum publici juris fecit. Joseph quoque Episcopus Methonensis, Marci Ephesini contra quinque Concilii Florentini capita opusculum item græcè latinèque productum & confutatum, romanis typis vulgavit, cujus initio hæc in rem nostram præloquitur: ἵν' ἓν μὴ δόξωμεν περιττὰ ἐκ προοιμίων λέγειν, φέρε τὰ παρ' αὐτῶν εἰρημένα εἰς μέσον παραθῶμεν, καὶ ταῦτα κατ' λέξιν ἀκριβῶς ἐξετάσωμεν, ἵν' ἀλήθεια φανερὰ τοῖς πᾶσι γένηται. Quæ verba ita transtulit Interpres: *Sed ne videamur exordientes polliceri eximia; age, ipsius dicta in medium afferamus, & ea per verba singula diligenter expendamus, ut cunctis liquido appareat veritas.* Doctissimus etiam ille Theologus, qui contra Tractatum P. Natalis Alexandri in causa Regaliæ calamum exeruit, nihil ex eodem sibi prætermittendum esse existimavit; cujus rei rationem reddens, hæc præfatur: *Dissertationem P. Alexandri totam exscripsi, nequid à me dolosè suppressum; aut in alienam sententiam detortum conqueri quis posset: eamque in varias partes dividens, singulis partibus responsionem subjunxi.* Liber Alcorano fortè non minor impressus fuit Leodii cum Superiorum assensu. Idem fecit, qui Tractatum historicum Ludovico Memburci *De l' Etablissement & des Prerogati-*

rogatives de l'egliſe de Rome, oppugnavit Apologia eruditiſſima, quam inſcripſit : *De la puiſſance del' Egliſe* ; ut alios quamplures hujus ſæculi Auctores, qui idem fecerunt, prætermittam. Eminentiſſimus etiam Cardinalis Bellarminus quoſdam breviores damnatæ doctrinæ libros integros ferè cenſuris ſuis attexuit. Exiſtimabant ſcilicet hi ſapientiſſimi viri, nullo modo poſſe Auctoris alicujus damnati opus plenè tutòque refelli, niſi totum, quantum fieri poſſet, Lectorum oculis exponeretur : Alioqui, ſemper de Cenſoris fide dubitari potuiſſet. Etenim vel ea, quæ prætermittit, mala ſunt, vel bona. Si mala ; negligentiæ ſe, atque oſcitantiæ reum facit, ſuamque cauſam prodere voluiſſe videtur. Si bona ; reliquit Adverſario defenſionis locum : ea enim ipſa cauſam illius maximè poſſunt adjuvare. Semper ſcilicet ille ſe intrepidè tuebitur, aſſerendo nullum propè librum, quantumvis ſacrum, reperiri, in quo aliquid maſtige dignum non occurrat, ſi à toto corpore ſeparetur. Si ea tantùm ex Alcorano excerpamus, quæ abſurda, impia, falſa, fabuloſa ſeſe prima fronte oſtendunt, poterunt Mahumetani conqueri, malignos nos, atque infideles eſſe, qui tot alia, quæ in illo pia, ſana, ac vera continentur ; & ex quibus fortaſſè ea ipſa, quæ à nobis tanquam mala objiciuntur, ab erroris nota purgentur, ſubticeamus. Multa quoque in Pentateucho, & Euangelio, aliiſque ſacris voluminibus haberi, quæ ſi ab antecedentibus, & conſequentibus diſtrahantur, nudèque ſumantur, nullo modo poterunt ab errore, & falſitate vindicari. Hoc porrò argumentum apud rudiores, & ſimpliciores non parùm cauſæ noſtræ oberit : Adverſariorum verò perfidiæ plurimùm favebit.

Sunt verò in Alcorano peculiares rationes, quibus nullo modo, prout opus eſt, refelli poſſe, demonſtratur, niſi totus non ſolùm Latinè, ſed etiam Arabicè cum confutationibus exponatur · Earum prima eſt, quia in cæteris damnatis auctoribus materia tantummodò caſtiganda venit, non forma · Nimirùm ſincera rerum veritas, non fucatus verborum ornatus in unoquoque attenditur. Nec multùm refert, utrum quis eleganti, an rudiori ſtylo errare cæteros doceat : quemadmodùm non eſt curandum, utrum quis aureo calice, an vitreo, vel luteo venenum propinet. In Alcorano verò utriuſque inſpectio attenta requiritur. Nam cùm Mahumetus non ſemel in eo jactet ; imò Deum affirmantem inducat, librum hunc tantæ eſſe excellentiæ, tàmque perfectæ, & abſolutæ ſtructuræ ; ut ſi homines univerſi unâ cum Geniis, ſeu Dæmonibus ſimul convenirent, atque omne ſtudium, totumque ingenium adhiberent, ut unam tantùm ſuram, ſeu caput, Alcoranicis ſimilem, nedum parem, conſcriberent, irrito conatu deſudarent, & revera Meccanos Arabes, quamvis in re poetica peritiſſimos, ab illo ſæpiùs ad hoc provocatos, nihil unquam ſimile efficere potuiſſe, apud Mahumetanos certiſſimum eſt · Hunc per antonomaſian, كتاب الله *Librum Dei*: hunc miraculorum omnium maximum: hunc miraculum perpetuum, ſemperque perſeverans: hunc miraculorum omnium divinorum diviniſſimum eſſe, plenis ac crepantibus buccis effutiunt · Quid plura ? hunc æternum atque increatum, in Throno Dei, imò in ipſa illius Eſſentia aſſervari, certiſsimè credunt, & conſtantiſſimè affirmant, ut in Tractatu de Alcorano, & alibi clariùs videbimus. Hanc verò tantam, tàmque admirabilem ejus excellentiam, in ſtyli venuſtate, verborum delectu, eleganti rerum, ac ſententiarum connexione, hiſtoriarum

riarum nunquam ampliùs auditarum novitate, arcanorum mysteriorum propalatione, paræneseon energia, parabolarum cujuscumque generis varietate, præcipuè sitam esse pronunciant.

Hanc adeò prodigiosam insaniam, quæ veluti Circæum poculum tot populos dementavit, & tanquam jumenta innumeras gentes traxit in ruinam, non tàm ut è Mahumetanorum cerebro excutere, quàm ut univer-
Isai. cap. 30. so terrarum orbi ostendere, palàmque traducere possimus, *ad perdendum in nihilum*, si fieri possit, juxta Isaiæ vaticinium, *frænum erroris, quod est in maxillis populorum*: necesse erit omninò, ut Alcoranum ipsum totum, quantus est, cunctorum mortalium oculis exponamus. Ubi enim universi meridiana luce clariùs viderint, nullum in eo ordinem, nullam rerum syntaxin, nullam veram elegantiam: inanem tantùm quandam ampullositatem verborum ad prurientium aurium titillationem, præsertim in rhythmica illa versuum terminatione, seu cadentia, nunquam à sacris Scripturis usitata, quemadmodùm neque à Græcis, neque à Latinis scriptoribus, nisi fortè casu, & præter scribentis intentionem incideret, ut sæpè in lingua Hebraica contingit, citra ullum artificium, & prorsùs naturaliter, præsertim ratione pronominum affixorum in Psalmis: (Hujusmodi enim rhythmus licèt aures oblectet suavitate soni, videtur tamen parum habere gravitatis, nec divinis eloquiis convenienter aptari: esto in sacris hymnis & quibusdam precibus Ecclesiasticis aliquandò nos etiam in eo Hetruscos imitemur, quod nonnisi post mille saltem annos à Christi nativitate elapsos, ad populorum piam attentionem alliciendam fieri cœptum esse, gravissimi scriptores affirmant: de quo videri potest Illustrissimus D. Joannes Ciampinius Romanus Magister Brevium gratiæ, vir omnigena eruditione refertus; in suis *veteribus monimentis* p. 2. c. 3. pag. 28. quamvis in Alcorano nec versus, nec rhythmi legitimi sint, sed prorsùs anormes, & illis ferè similes, quos cæci, & errones in triviis apud nos canere consueverunt): Ubi, inquam, hæc in Alcorano universi cognoverint: & præterea stylum elumbatum, ac dissolutum: periodos truncas, & veluti apoplecticas, & ex vitiosis aposiopesibus omni sensu destitutas: orationem ita obscuram, perplexam, atque involutam, ut ne ipsi quidem Moslemorum Doctores primarii ullam ex ea sententiam elicere possint: transitiones ita importunas & ineptas, ut plerumque extra chorum saltare videatur: totum denique librum adeò confusum, ut sexcentarum rerum inter se dissitarum farrago, seu potiùs chaos possit appellari: manifestissimè agnoscent, quàm mendax, quàm impudens, quàm effrictæ frontis fuerit Mahumetus, qui tàm mira, ac magnifica de hoc suo libro prædicaverit: & quàm stulti ac stipites sint Mahumetani, qui adeò patentem Pseudoprophetæ sui impostoram, & mendacium tàm impudens non agnoscant.

Possent tamen hæc, quæ diximus, in Alcorano tolerari, ac dissimulari, si saltem vera, justa, sana, sancta ubique contineret: si nihil contra veram religionem, contra pietatem, contra sacras historias, contra divinas, humanasque leges aut doceret, aut approbaret. Verùm si totus evolvatur, ac perlegatur, nulla ferè in eo pagina occurret, in qua aliquid contra hæc ipsa non reperiatur: ita penè totus mendaciis, erroribus, blasphemiis, fabulis, nugis confertus, & compactus est. Ea ipsa, quæ in illo saniora videntur, insaniis plerumque non carent. Hæc probandi, Alcoranus ipse mihi laborem adimet: ipse præsens erit; ipse de se loquetur.

Est porrò alia non levis ratio, ob quam hunc librum Arabicè Lati-

nèque impreſſum vulgari oportebat. Cùm enim æquum ſit, Eccleſiæ Chriſti notas, ac perſpectas eſſe hoſtium ſuorum machinas, & arma, ut adverſus ea poſſit ſeſe præmunire: neque hodie ulla Alcorani ſincera, & cui fides haberi poſſit, interpretatio reperiatur: ignorat quodammodò, quanam in re præcipui hoſtis ſui tota vis ad pugnandum contra ſe repoſita ſit, cùm interim ab eo tot clades acceperit, & in dies accipiat. Translatio illa, quam Venerabilis Petri Abbatis Cluniacenſis operæ tribui ſuperiùs dixi, Paraphraſis potiùs, quàm interpretatio meretur appellari; & non rarò à vero Alcorani ſenſu recedit. Circumfertur verſio alia gallica Pariſiis impreſſa Anno 1672. Hæc magis inhæret verbis, & fideliùs exprimit ſenſus. Sed in hac quoque non rarò Auctor cæſpitat, vel hallucinatur; credo, quia Arabicæ ipſe linguæ ignarus, interpretes non ita peritos, vel fidos invenit. Alias Alcorani translationes impreſſas non vidi: manuſcriptas aliquas videre licuit, ſed obiter tantùm; ita ut certum de illis judicium ferre non poſſim. Cæterùm non adeò mei fidens ſum, neque tantum mihi tribuo, ut hanc meam omni prorsùs defectu carere, omnibuſque numeris abſolutam eſſe, vel affirmem, vel mihi perſuadeam. Illud unum explicita fronte affirmare poſſum, me in ea elucubranda omnem fidem, curam, atque attentionem adhibuiſſe, & annorum ſupra quadraginta ſtudium collocaſſe. Quo tempore quater Alcoranum in Latinum idioma ex correctiſſimis Arabum exemplaribus, præcipuorum illius expoſitorum ſubſidio converti: ſemperque in eo omnia ad incudem & limam revocavi: ſemperque aliquid fuit, quod vel adderem, vel detraherem, vel in melius commutarem. Et fortaſſè nunc etiam idem mihi contingeret, ſi quintam illius interpretationem tentarem.

Interim dum aliquid limatius, perfectiuſque ab alio melioris ingenii, majoriſque ſcientiæ non prodeat; labor hic meus, qualiſcumque ſit, tàm ad Mahumetanam ſuperſtitionem penitùs dignoſcendam, & impugnandam, quàm ad Arabicam linguam (quæ in Alcorano, quod attinet ad ſingulares dictiones, purior; & ad Grammaticales leges, ſeu potiùs apices, ſigna, & puncta, non à Mahumeto, ſed à recentioribus Moslemis inventa, magis conformis eſſe cenſetur) addiſcendam uſui eſſe poterit. Nam & hanc ob cauſam Arabicè & Latinè communis juris facere operæ pretium viſum fuit, ut nimirùm idiomatis hujus peregrini & exotici ſtudium in Chriſtianorum Academiis promoveretur juxta Decretum Sacri Concilii Viennenſis ſub *Clemente V.* celebrati Anno 1311. in quo ſic loquitur Pontifex: *Viris Catholicis notitiam linguarum habentibus, quibus utuntur Infideles, præcipuè abundare ſanctam affectamus Eccleſiam: qui Infideles ipſos ſciant & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, Chriſticolarumque collegio per doctrinam Chriſtianæ fidei, ac ſuſceptionem ſacri Baptiſmatis aggregare. Ut igitur notitia linguarum hujuſmodi poſſit habiliter per inſtructiones efficaciter obtineri, hoc Sacro approbante Concilio, ſcholas in ſubſcriptarum linguarum generibus, ubicumque Romanam Curiam habitare continget, nec non in Pariſienſi, & Oxonienſi, Bononienſi, ac Salamantino ſtudiis providimus erigendas: ſtatuentes, ut in quolibet horum ipſorum teneantur viri catholici ſufficienter habentes Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldaicæ linguarum notitiam: duo videlicet uniuſcujuſque linguæ periti, qui ſcholas regant inibi, & libros de linguis ipſis in Latinum fideliter transferentes, alios linguas ipſas ſolicitè doceant, earumque peritiam ſtudioſa in illos inſtructione transfundant; ut inſtructi & edocti ſufficienter in linguis hujuſmodi, fructum ſperatum poſſint, Deo auctore, producere, fidem propagaturi ſalubriter in ipſos populos infideles.*

Hactenùs

Hactenùs Pontifex cum Concilio. Utinam verò hoc exemplum exteræ nationes imitarentur, & præsertim quæ Mahumeticam legem sequuntur, ita ut ea latinæ linguæ addiscendæ cupiditate tenerentur, quo nos earum idiomatum percipiendorum studio tenemur. Sed Dæmonis astu fit, ut ab hac maximè abhorreant, ne per ejus notitiam in erroris sui, & Christianæ veritatis cognitionem deveniant. Illud verò mirum, quòd nulla (quantum sciam) alia Orbis gens, exterarum sibi linguarum notitiam curet, præter Christianam, maximèque Orthodoxam; ita ut in sacri Collegii de propaganda fide typographia Romæ, quindecim circiter linguarum characteres prælo premantur. Videtur sanè hæc veræ Religionis esse nota, quæ omnibus Gentibus legitimum Divinitatis cultum per communicationem idiomatum cupit innotescere, juxta Christi promissionem, qua
Marci c. 16. prædixit assectas suos *novis linguis esse loquuturos*, sicut revera divinitùs
Act. c. 2. loquutos fuisse, S. Lucas in Actis Apostolicis testatur. Cùm verò non semper Deus miraculis, ut eo tempore, uti velit, Ecclesiæ suæ inspiravit, ut quod ipse primò per miraculum effecit; per studium, & laborem suorum fidelium illa efficere conetur: in quo, si Orthodoxos etiam Heterodoxi adjuvant, gaudendum est, non dolendum: ait enim S. Paulus:
Philip. c. 1. *Dum omni modo sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuncietur & in hoc gaudeo, sed & gaudebo*, Deus etiam instrumentis malis utitur ad bonum fidelium suorum, ut per eos nomen suum glorificetur: & religio sua ubique prædicetur. Verùm hæc per transennam. Redeo ad Concilii Viennensis decretum. Nullus vir prudens persuadere sibi poterit, Pontificis, & Patrum intentionem fuisse, ut hujusmodi librorum versiones vel proscriberentur, vel in tenebris sepelirentur, ita ut nulli eas legere, vel videre sine magno piaculo fas esset: hoc enim pacto fine suo frustrarentur: sed voluisse, ut prodirent quidem, ac lucis beneficio fruerentur; verùm confutationibus tàm validis munitæ, ut nemini erroribus suis latentibus, vel nudè propositis nocerent: patefactis autem ac rejectis, multis prodessent. Atque ita, ut jam dixi, Abbas Cluniacensis versionem Alcorani à se ex Hispaniis allatam, ad S. Bernardum transmisit, ut *vel ipse, vel aliquis servus Dei* (sunt ejus verba) *ad eam scripto refellendam incitaretur*: nisi fortè ipsemet refutavit. Celeberrimus quoque Theologus Joannes Segovienſis, postea Romana purpura decoratus, in Concilio Constantiensi *Alcoranum à se interpretatum*, nonnisi *notis adornatum*, & (ut scribit Volaterranus) *validissimis confutationibus munitum*, publici juris fecit, & per omnium manus ire permisit: atque utinam ad nostras etiam devenisset. Et nunc ego hunc meum, non solùm Romanis Patribus, atque ipso Pontifice Maximo *Innocentio xii.* feliciter regnante, non obstantibus, sed etiam approbantibus, præsertim ob rationes hìc allatas, in lucem edidi.

Postremam, & potissimam rationem, ob quam Alcoranum Arabicè & Latinè cum refutationibus prodire, & in Ecclesia Christi haberi ferè necessarium mihi visum fuit, eam esse existimo, quia Mahumetanorum Dervisii, seu Sanctones (qui apud ipsos religiosiorem vitam, & exactiorem Alcorani observantiam profitentur) superstitionem suam inter Ethnicos Orientales jamdiù disseminare cœperunt: & hodie quoque Missionarios nostros Apostolicos æmulantes, omni cum studio & conatu miseris illis gentibus insinuare, & ingerere non desistunt: & nisi à Nostris sedulò contra Alcorani fallacias illi præveniantur, & Euangelica veritate præmuniantur, magnum, & propè certum periculum imminet, ne omnes Mahume-

tiſmum recipiant. Ego enim ſemper in ea opinione fui (experientia id mihi, & ratione ſuadente) quòd ſi Alcoranus, & Euangelium Gentibus illis proponatur, ſemper Alcoranum potiùs & Mahumeticam ſuperſtitionem, quàm Euangelium & Chriſtianam religionem amplexuræ ſint, niſi anteà & de Euangelii veritate, & de Alcorani mendaciis ac fraudibus probè inſtruantur. Prima quippe facie ea, quæ hic habet, naturæ, præſertim corruptæ, dictamini magis conformia apparent, quàm quæ illud proponit: nempè unum eſſe Deum, omnipotentem, omniſcientem, rerum omnium conditorem ac moderatorem, cui nihil commune ſit cum rebus creatis: pias ac frequentes ad illum preces fundendas: eleemoſynas in pauperes erogandas: peregrinationes ſacras obeundas, jejuniis corpus afflictandum: juſtitiam ſervandam: modeſtiam, beneficentiam, pietatem, aliaſque virtutes excolendas: nemini injuriam faciendam: à furtis, adulteriis, cædibus, aliiſque criminibus abſtinendum: res mundanas, utpote fluxas, ſpernendas: bonis operibus incumbendum. Præterea reddendam eſſe rationem Deo ab omnibus operum ſuorum: Bonis paratam eſſe in cœlo æternam felicitatem in iis rebus, quas humana natura vehementiùs ſolet appetere: Malis perpetuum in gehenna ſupplicium; & alia hujuſmodi, quæ revera paſſim in Alcorano leguntur. Si verò audiat ethnicus proponi ſibi à Miniſtro Euangelico, Deum unum, & trinum: Deum hominem factum: Deum pauperem, crucifixum, mortuum, ac ſepultum: myſterium Euchariſtiæ, neceſſitatem ſacramenti pœnitentiæ: Monogamiam; conjugii nexum indiſſolubilem: vitam perpetuæ cruci conjunctam; beneficentiam erga inimicos: felicitatem ſummam ſitam in bonis, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt; & alia hujuſmodi, vel humàni intellectus captum excedentia; vel naturali conditioni & imbecillitati difficillima, ſi non impoſſibilia; & hæc cum Alcoranica doctrina comparaverit: ſtatim ab his refugiet, & ad illa obviis ulnis accurret, (nam, ut ſcribit S. Hjeronymus, lib. 2. comm. in cap. 13. Matthæi. *Prædicatio Euangelii minima eſt omnibus diſciplinis: ad primam quippe doctrinam fidem non habet veritatis*) niſi anteà inſtruatur, etiam teſtimonio ipſius Alcorani, nihil Religionem Chriſtianam continere vel abſurdum, vel falſum; quantumvis captu arduum, factuque difficile; ſed omnia in ea vera, certa, & divino teſtimonio in Pentateucho & Euangelio (quos Mahumetus ipſe libros à Deo traditos, & certiſſimæ veritatis eſſe affirmat) comprobata. Nihil autem in Alcorano veri ſanique eſſe, ſeu circa myſteria à Deo revelata, & virtutes Theologicas; ſive circa virtutes morales, quod non pluribus fabulis, ineptiis, & erroribus plerùmque commixtum ſit; & quod in Euangelio & Chriſtiana Religione purum, integrum, & ſincerum, ſed & uberiùs non doceatur. Mahumetum porrò nihil aliud feciſſe, quàm veram, & propè univerſalem in Orbe religionem corrupiſſe; novamque ac perverſam ſuperſtitionem armis, fraudibus, aliiſque malis artibus invexiſſe: à qua, ſi ea quæ à Chriſtiana deſumpſit, auferantur, *moveat cornicula riſum furtivis nudata coloribus*. Si hoc modo Idololatræ præoccupentur, non ita facilè poterunt à Nebulonibus Mahumetanis ſeduci. Præoccupari autem non poterunt, niſi Alcoranus ipſe illis oſtendatur, ac perlegatur, & coram ipſis Mahumetanis ejuſdem teſtimonio convincantur. *Horat. L. 1. Epiſt. 2. 3.*

Quod verò de idolorum cultoribus dixi, poteſt ex parte Chriſtianis illis convenire, qui Mahumetanis proximi, ſub eorumdem jugum facilè

cadere

cadere poſſunt. Hos enim, ſi imparatos, & Alcoranicarum fraudum ignaros ſubitò illi adoriantur, imperioque ſuo ſubjiciant; facilè etiam in ſuperſtitionem ſuam apparenti quadam veritatis & pietatis larva, qua Alcorani falſitas, & impietas tegitur; & præterea vi minarum, fictiſque promiſſionibus, & liberioris vitæ ſpe inducent. Illi etiam, qui jam ſub eorum tyrannide ingemiſcunt, & quotidiè in fide ſua periclitantur, detineri poterunt ne labantur: lapſi verò, præſertim ex falſa Mahumeticæ ſuperſtitionis opinione, ſublevari, & ab errore revocari. Prætereà cùm multi inter Chriſtianos Mahumetiſtæ captivi reperiantur, & plures Othomannorum Provinciæ in manus Noſtrorum devenerint (& in dies deventuras eſſe ſperemus) in quibus non dubito plures Mahumeti aſſeclas remanſiſſe: facillimè poterunt hi ad Euangelicam lucem trahi, ſi iiſdem Alcorani ſui impoſturæ, fabulæque manifeſtentur. Poſtremò & Mahumetani ipſi in ſuis regionibus (præſertim ubi libertas aliqua de religione diſputandi permittitur) vel ad Chriſtianam fidem æſtimandam, & amplectendam; vel ad ſuperſtitionem ſuam agnoſcendam atque contemnendam movebuntur, ſi & Euangelicæ Legis ſanctitas, veritas, & majeſtas, & Alcoranicarum ſanctionum vanitas, & abſurditas illis apertè ex ipſius Alcorani verbis demonſtretur. Sed vide quæ de hoc in Prodromi præfatione copioſiùs dicta ſunt; & quæ mox dicturi ſumus.

Non erat porrò, cur Theodorus Bibliander in Apologia ſua pro editione Alcorani, tàm acriter contra ſummos Pontifices inveheretur, quòd hi hujuſmodi editioni adverſarentur. Adverſantur quidem Supremi Eccleſiæ Paſtores non ſolùm Alcorani, ſed etiam cæterorum pravam doctrinam continentium librorum editioni, ſi abſque congruis confutationibus & apologiis publicè prodeant, & quorumcunque, etiam cerdonum, barbitonſorum, muliercularum manibus liberè permittantur. Neque ſancti Patres & Majores noſtri unquam hæreticorum, atque impiorum libros è tenebris eruerunt, niſi ita probè caſtigatos, & cenſoriæ virgæ notis compunctos, ut nulli nocere poſſent; ſed potiùs omnes ab erroribus in illis contentis, ſequendis deterrerent. Verùm regeret fortaſſè juxta ſua principia Theologaſter Tigurinus, quemadmodùm quilibet Chriſtianus Sacrarum ſcripturarum ſibi ipſi interpres, ex Spiritus ſancti lumine eſſe debet: ita etiam relinquendum eſt, ut malæ doctrinæ libros quilibet per ſe ipſum ex eodem lumine corrigat & confutet. Vix credas, Lector, potuiſſe ullum hominem ad hanc inſaniam pervenire: neque ego crederem, niſi manu, ut ita dicam, tetigiſſem. Cùm enim hanc meam elucubrationem (quia id commodiùs, & ſine ullis meis impenſis, imò cum aliquo emolumento fieri poterat) in Hollandia, ſi hìc Romæ permitterent, typis vulgare tentaſſem, deque hoc Typographis illis ſcripſiſſem: illi humaniſſimè operam ſuam, & quidem gratuitam, cum multorum etiam exemplarium dono, obtulerunt: ſed cum conditione, ut à confutationibus abſtinerem, cùm poſſet quilibet Chriſtianus per ſeipſum Alcorani errores confutare. Adeò conditio mihi diſplicuit, ut maluerim hos meos labores in tenebris perpetuò latere, quàm lucem cum illâ videre. Hoc enim fuiſſet Colchica omnia venena undique conquirere, & abſque ullo antidoto, vel prævia monitione temerè, & indiſcriminatim in vulgus diſtribuere; per quod certè vitæ ſalutique multorum peſſimè conſuleretur. Hanc ſi Auguſtinus, Hjeronymus, Baſilius, aliique ſanctiſſimi Patres regulam ſequuti fuiſſent, benè actum eſſet cum Manichæis, Pelagianis, Eunomianis, Arianis,

cæteriſ-

cæteriſque hæreticis & heterodoxis, peſſimè verò cum Catholicis & Orthodoxis. Miror autem, quòd homines iſti velint, Eccleſiæ Chriſti Cuſtodes ita ſocordes & hebetes eſſe, ut libros illos, qui contra eandem Eccleſiam, veramque Religionem ab ejus hoſtibus ſcripti ſunt, per omnium manus liberè decurrere ſinant, cùm temporales Principes tàm magno rigore, ac ſeveritate utantur in libros contra auctoritatem ſuam ſcriptos, quamvis ſæpè vera contineant, ut eoſdem per carnificum manus flammis conſignent; & aliquandò etiam in auctores eorum capitali pœna animadvertant. Ergone in terreno regno tuendo vigilantia major & cura adhibenda erit, quàm in Chriſti Regno, & Chriſtiana Religione conſervandis?

Et quidem ex perpetua conſuetudine novimus, pernicioſos Religioni, vel moribus libros Edictis tàm Pontificiis & Eccleſiaſticis, quàm Cæſareis & politicis, etiam ſub Principibus Ethnicis, ſemper incendio damnatos, conſumptoſque fuiſſe, ne peſtifero doctrinæ ſuæ morbo Rempublicam contaminarent: atque ob hanc ipſam rationem Alcoranum etiam flammis potiùs abolere, quàm calamo caſtigare opus fuiſſet; quemadmodùm tentaſſe legimus Franciſcum Ximenium Antiſtitem Toletanum, qui ad mahumetanicam ſuperſtitionem ex Hiſpaniis extirpandam, univerſos codices Alcorani, vel illius doctrinam continentes undique à Mauris ipſis collectos uſque ad quinque millia, in cineres redegit, ut refert Alvarus Gomez lib. 2. de rebus geſtis Franciſci Ximenii; imitatus eſt in hoc exemplum S. Pauli, quo commorante Epheſi, ibique prædicante, *multi ex eis, qui fuerant curioſa ſectati* (ipſo abſque dubio jubente) *contulerunt libros, & combuſſerunt coram omnibus: & computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium.* Verùm ubi jam pravi alicujus libri exemplaria in immenſum excreverunt, ut Alcorani; fruſtrà recurretur ad flammas. Eſto enim omnes illius codices, qui apud nos ſunt, incendio abolerentur; quid inde? morbus remedio excreſceret. Primò enim rem gratiſſimam Mahumetanis præſtaremus. Hi enim de nulla alia re tàm ſoliciti ſunt, quàm ne Alcoranus ad extraneorum manus, & ne notitiam quidem deveniat: non enim ignorant tàm abſurda in eo contineri, ut ſi à viris prudentibus legantur, omnem religioni ſuæ fidem & æſtimationem detrahere poſſint. Deinde, non propterea Alcoranus aboleretur; innumera enim illius exemplaria inter Mahumetanos remanerent. Poſtremò nos ipſos armis ſpoliaremus, quibus potentiſſimos & infenſiſſimos hoſtes poſſemus oppugnare. Non enim eorum impetus repellere, neque aſtus eludere unquam poterimus, niſi ab eorum armamentario tela ſumamus, & eorum technas ab ipſiſmet addiſcamus. Id verò ſine Alcorani ſubſidio nunquam aſſequemur. Hic enim unus ut neceſſarius, ita ſufficiens eſt ad univerſam Mahumetanorum ſuperſtitionem debellandam. Quamobrem nullo modo Chriſtianis expedit eo libro (quamvis hoſtium ſuorum) carere, quo ad hoſtes ipſos exterminandos duce, magiſtro, ac proditore unicè uti poſſint. Hinc non defuere inter Catholicos ipſos viri ſapientes ac probi, qui exiſtimarent, poſſe etiam ſine refutationibus Alcoranum tutò, imò utiliter omnium manibus, oculiſque permitti, cùm à nullo meliùs quàm à ſe ipſo refutetur. Et cùm cæteros malorum Magiſtrorum libros legiſſe ſemper multis nocuerit: hic ſolus, quia lectus non fuit, ſupra omnes alios nocuiſſe exiſtimatur. Porrò certum eſt, aliquot ex ipſis Mahumetanis attentiùs Alcoranum legendo, probèque diſcutiendo, illius falſita-

Act. Apoſt. cap. 19.

tem ac

tem ac vanitatem agnoviſſe, & Chriſtianam Religionem ultrò amplexos fuiſſe, imò etiam pro illa ſanguinem profudiſſe. Ego tamen me in hac opinione non eſſe ingenuè fateor. Quamtumvis enim impia, falſa, & abſurda Alcoranus contineat: quædam tamen (ut jam innui) in eo ſunt, quæ ſaltem ſimpliciores & rudiores in errorem trahere poſſunt, inſpecta præſertim tàm magna orbis terrarum parte, quæ illum tanquam librum divinum obſervat ac veneratur; & tot Judæis & Chriſtianis, etiam doctis, & religioſis, qui non rarò ad mahumetanas partes tranſiliunt; &, quod majoris momenti eſt, tàm magna eorum, qui illius impietatem ſequuntur, felicitate, imperii amplitudine, & apparenti quadam vitæ probitate. Quamvis enim, juxta Senecæ effatum, *argumentum peſſimi turba ſit:* ægrè tamen poterit quis ſibi perſuadere tàm magnam mortalium partem errare, vel decipi in ea religione amplectenda, vel retinenda, quam & multi ſapientes ac prudentes ſequuntur, & plura laudabilia commendant, & Deus ipſe perpetua videtur felicitate comprobare. Nimis quippè proni ſunt homines in errorem, ſi vel minima veritatis ſpecie fucetur, præſertim cum ad licentiam, vitamque libertinam conducit.

Verùm tempus eſt jam, ut aliqua, quæ ad hoc meum opus propiùs, & peculiariùs pertinent, tibi, Lector, exponam. Jamdiù illud in ſcriniis prælo paratum ſervabam: ſed vel mali Dæmonis aſtu, qui mahumetanicæ ſuperſtitioni patrocinabatur: vel ita ad meliorem ſucceſſum providè diſponente Deo, res in longum trahebatur: totque interim, ac tàm validi obices ſeſe illi opponebant, ut jam de illis ſuperandis penitùs deſperarem. Ego verò ne hi labores mei ita infeliciter perirent, novum laborem ſuſcipere conſtitui. Quicquid in prolixa Alcorani refutatione ſparſim, prout materiarum ordo ferebat, diſſerueram; in quatuor veluti claſſes digeſſi; ad quas omnes libri hujus errores, & abſurditates reducerentur. Et ne refutationis ipſius, quam univerſi expectabant, edendæ ſpem prorsùs abjeciſſe viderer, hunc novum vigiliarum mearum fœtum, *Prodromum ad refutationem Alcorani*, quaſi hæc mox ſubſequutura eſſet, inſcripſi. Poſtquam verò hic, Eminentiſſimorum Cardinalium S. Congregationis *de propaganda fide*, beneficio in lucem prodiiſſet; Ampliſſimi Sacræ Inquiſitionis Senatus Patres, opera potiſſimùm ac ſuaſu Eminentiſſimi Cardinalis Barbadici, Pontifice ipſo Maximo *Innocentio xii.* approbante, ut refutationis à me elucubratæ opus, cum Alcorani ipſius arabico, latinoque textu typis vulgari poſſet, concordibus ſuffragiis decrevere. Ego verò, cui nihil magis ad votum ſuccedere poterat, vlnis obviis occaſionem amplexus, ſtatim, quæ prælo parata ſervabam, è ſcriniis deprompta, diſcutienda atque approbanda ſacris Cenſoribus exhibui, ut per eos lucis beneficio quamprimùm fruerentur.

Quod verò ad Operis ipſius œconomiam ſpectat: primò poſui in eo textum Alcorani arabicum cum omnibus motionibus, ſeu vocalibus, & reliquis ſignis ac notis Grammaticalibus (quæ aliquandiù poſt ſcriptum à Mahumeto Alcoranum, ut jam præmonui, ab Arabum peritis ad Rabbinorum Judæorum imitationem inventa ſunt: nam in antiquis exemplaribus non reperiuntur) ex correctiſſimis codicibus exſcriptum. Huic verò latinam interpretationem è regione ſubjeci, verbo tenus, & ad literam, quantum fieri potuit, expreſſam, qua in re minùs elegans, minùſque latinus, ne dicam aliquantulùm barbarus cenſeri malui, quàm exacti Interpretis fidei vel tantillum deeſſe; non ſine doctiſſimorum virorum exem-

plo,

plo, qui è peregrinis linguis, Arabica præſertim, & Hebraica, aliquid in Latinum idioma tranſtulerunt. Id etiam feci ob Arabicæ linguæ ſtudioſorum utilitatem, quò illius idiotiſmos, modoſque loquendi faciliùs addiſcerent, atque ex ipſo fonte ſinceras illius aquas, quantum fieri poſſet, haurirent, ac deguſtarent. Ubi tamen modi quidem loquendi, qui Arabibus proprii ſunt, & præſertim qui Metaphoram continent, occurrerunt; eos verbis quidem propriis expreſſi, in Notis tamen vel in ipſo Textu Alcorani diverſo charactere explicare neceſſarium putavi; non quidem ex eo, quod ipſemet hariolatus eſſem, vel temerè divinaſſem; ſed quod ex communi præcipuorum apud Arabes Expoſitorum ſenſu, vel ex uſu apud eoſdem Arabes recepto didiciſſem. Unius etiam, aut alterius dictionis additamento ſententiam adjuvare, eique lucem præbere, piaculum non putavi, præſertim in verbo ſubſtantivo *ſum*, quod Arabes, ut etiam Hebræi, rarò exprimunt, cùm ſubintelligi à quolibet facilè poſſit.

Non ignoro, optimum interpretandi genus à D. Hieronymo in Epiſt. 101. ad Pammachium, itemque à Cicerone, & aliis Sapientibus, illud cenſeri, quo non verbum è verbo, ſed ſenſus è ſenſu exprimitur. Id verum eſt, dum ex notis linguis, atque uſitatis, in alias æquè notas, atque uſitatas opus aliquod transfertur; & ubi non verba, ſed ſenſus tantummodò interpretationi prodeſſe poſſe judicantur. Hoc autem minimè in Arabica lingua fieri poteſt, tum quia etiam eruditiſſimis Viris, vel in Arabia ipſa natis, obſcura, & perplexa eſt; tum quia Arabes non ſolùm ſententias, ſed etiam verba, & characteres, & apices ipſos in Alcorano venerantur. Quamobrem, ſi ſolis ſententiis, neglectis verbis, inhæſiſſem, ſtatim malę Fidei Interpres à ſuperſtitioſa gente proclamatus fuiſſem; Divina autem Providentia factum eſſe videtur, ut Latina lingua linguarum omnium interpretationis, quantumvis literalis, & ſervata etiam ſyntaxi ſermonis, ſine ulla deformitate capax ſit, quod in aliis linguis, quæ ſunt in uſu, nullo modo poſſet evenire. Si enim vel ſacros Codices Hebraicos, vel Alcoranum Mahumeti, de verbo ad verbum in Italicum, aut Hiſpanicum, aut Gallicum, vel aliud hujuſmodi vernaculum, &, ut ita dicam, vivum idioma, convertas, riſus procul dubio effuſos in lectoribus, & auditoribus excitabis. Hoc verò in Latino minimè accidit, quia procul ab uſu communi, &, ut ita dicam, mortuum cenſetur: neque, dum in illud peregrinæ linguæ transferuntur, etiam verbatim, difformitas illa in eo apparet, quæ in aliis appareret.

Operæ pretium quoque fuit, non ſolùm ſenſibus, ſed etiam verbis Alcorani, interpretationem ejus commenſurare, ut deformitas ejus magis oſtenderetur. Sunt enim in ejus contextu, ut jam præmonuimus, tam immanes ſciſſuræ, ut, niſi plurium verborum aſſumento ab Expoſitoribus adjuvarentur, atque explerentur, fruſtrà omninò in illius intelligentia laboraremus. Sæpè enim principium ſententiæ, ſæpè medium, ſæpè finis deſideratur, ut nec verba verbis, nec ſenſa ſenſis reſpondeant.

Textui Alcorani Notas, ſeu Scholia ſubjicio, quibus juxta communem Arabum Expoſitorum mentem obſcuriora dilucidantur; præſertim quæ ad Hiſtoriam, ſeu potius fabulam, ac figmentum ſpectant. Hoc autem neceſſariò mihi faciendum putavi, ut in intelligentia Alcorani, quò illum efficaciùs refutare poſſim, cum Adverſariis conveniam. Nam, cùm ex Alcorani ipſius præſcripto unaquæque gens librorum ſibi à

Deo traditorum interpres esse debeat, & Judex: non possumus contra Mahumetanos ex eo libro, quem se à Deo accepisse mentiuntur, disceptare, nisi in eo sensu, quem ipsi admittunt, vel admittere necessariò coguntur: quod apud Scholasticos dicitur: *Ad hominem argumentari*. Multa porrò in Alcoranicorum verborum involucris latent, quæ si ab ejus Glossatoribus non exponerentur, minùs liber ille fœdus, ac deformis appareret. Imò non rarò id, quod ad bonum sensum trahi aliquo modo potuisset, Expositores ipsi ita interpretantur, ut ad pejorem partem, & contra seipsos detorqueant. Nos verò, si eorum interpretationem sequamur, eorumdem armis ipsos legitimè oppugnabimus: nec de nobis queri possunt, dum de eorum Alcorano non melius, quàm ipsi velint, sentimus.

Notis, seu Scholiis refutationes subnecto, ea refellendo, quæ in Textu Alcorani jam præmissa censuram mereri videntur. Duo verò hìc te monitum volo, amice Lector. Primùm: sicut non omnia, quæ in Textu occurrebant, in Notis exposui; sed ea tantùm, quæ ad institutum meum magis necessaria esse existimavi; ita nec omnia, quæ censoriam virgam merebantur, castigare operæ pretium esse duxi. Præcipua tantùm excerpsi: nam universa refellere, nimis gravis, & fortasse inutilis laboris fuisset. Volui aliis etiam contra Mahumetanos pugnandi campum relinquere: & satis esse putavi, si prior ad certamen quocumque modo viam aperuissem: sperans, alios post me feliciùs, & majori cum gloria decertaturos. Secundum, de quo te monitum volo, est, me non tantum mihi tribuere, ut in Alcoranicis erroribus rejiciendis, ita semper Adversarios convincam, ut nihil, vel ab illis, vel ab aliis quantumvis doctis contra meas rationes saltem apparenter reponi posse mihi persuadeam. Ab hac de me opinione valdè remotum me esse, ingenuè profiteor, qui sciam, vix aliquid tàm absurdum, tàm falsum, ac tàm à communi sensu remotum reperiri, ut aliquibus rationibus, saltem apparenter veris, præsertim apud imperitos, non possit sustineri. Satis esse debet, si quis strenuè contra hostem pugnet, tandemque ex eo victoriam referat, etamsi non omnia vulnera illi inflicta lethalia sint, sed manu medica sanari possint: vel etiamsi aliquandò casso ictu telum in Adversarium deferatur. Rarissima sunt pro rebus etiam certissimæ Fidei probandis argumenta, quibus aliquo modo responderi non possit. Id probant quotidianæ, tàm inter nostros Scholasticos, quàm inter orthodoxos, & hetherodoxos disceptationes.

Illud etiam præmoneo, non pauca esse in Alcorano, & in ipso Mahumeto, quæ sacrarum Scripturarum exemplis a Mahumetanis videntur aliquo modo posse confirmari; Sed, hæc quamvis similia, si tamen rectè perpendantur, invenientur longissimè distare ex diversis rationibus, & fundamentis, quibus innituntur: Unum satis sit exemplum. Christus Dominus non semel panes multiplicavit, quod nos miraculo tribuimus. Hoc idem Mahumetum feciisse, licèt falsò, Moslemi affirmant. Nos certè facti veritatem negamus ex auctoritate ipsius Alcorani, in quo Mahumetus constanter asserit, nullum se miraculum feciisse, & ex aliis rationibus in secunda parte Prodromi adductis. Verùm, etiamsi Mahumetanis concedamus, negamus tamen, miraculum verum fuisse. Quod autem in Christo hoc miraculum fuerit, Mahumetani ipsi fatentur. Jam verò duo sunt pro Christi miraculo testes: pro Mahumeto autem u-

nus tantùm, & adeo dubiæ fidei, ut nihil pro se certi afferre possint. Deinde, cùm multiplicatio illa panis ope Dæmonis, vel per præstigium fieri potuerit, in Christo nihil de hoc nos, aut Mahumetani, possumus dubitare. De Mahumeto autem plures sunt dubitandi, imò certè asserendi rationes; cùm fuerit homo peccator, libidinosus, superbus, & fraudibus, mendaciisque assuetus. Sexcenta sunt hujus rei in Alcorano exempla, quæ suis locis Lector recognoscet. Hunc satis habeo admonere, eamdem rem virtutis, vel vitii notam referre posse: & laudem, vel vituperationem mereri, si ex diverso fine, diversisque motivis, ac rationibus procedat. Quare nemo potest me jure redarguere, si ea, quæ in sacris literis communia videntur esse cum Alcorano, tamquam divina oracula, veneror, ac recipio, cùm tamen in Alcorano, ut falsa, & à veritate remota refellam. Alia quippe Spiritus Sancti intentio, alia Mahumeti mens in iisdem sæpè verbis reperitur. Nihil frequentiùs in utroque Testamento, quàm unum tantùm esse Deum. Hoc ipsum frequentissimè in Alcorano confirmatur, & in ore Mahumetanorum assiduè resonat in illis verbis لا اله الا الله *Non est Deus ullus præter Deum*. Et nihilominùs hæc eadem verba, quæ in Sacris Scripturis veneror tamquam plena veritatis, in Alcorano tanquam falsa, & impia execror & rejicio, cùm in illo sint abnegatio mysterii Sanctissimæ Trinitatis.

Multa etiam in Alcorano refuto, ac rejicio, quæ Mahumetus auctoritate legis Mosaicæ, & exemplo veterum Patrum conatur tueri, quemadmodùm sunt polygamia, repudium, vindicta privata, & alia huiusmodi; quamvis enim hæc aliquandò à Deo permissa, vel concessa sint ad evitanda majora mala, & ab aliquibus ex priscis Patribus usurpata, fuerunt tamen à Christo Domino revocata, & tamquam illicita sub æternæ damnationis interminatione prohibita, ex rationibus illis, quas suis in locis adducemus. Porrò, si in aliquibus, quæ benignè explicari poterant, nimis rigidum me censorem ostendo, meminerit lector, etiam dona à Danais esse timenda, & in hoste ea ipsa, quæ bona, & utilia apparent, ut suspiciosa esse cavenda.

Non deerunt, qui me, quòd sæpiùs eadem refutem, tautologiæ vitio notent, ac reprehendant. Verùm, cùm Alcoranus eadem semper recoquat, ac retrudat, non potui non eadem ego ipse rejicere, ne pura Alcorani verba ubique ferè Liber contineret. Nihilominùs, ut Lectori fastidium, quantum fieri posset, imminuerem, diversimodis verborum, ac sententiarum formis in eodem argumento utor, modò breviùs, modò prolixiùs respondendo; quædam jam alibi dicta resecando: nonnulla de novo addendo, præsertim, quæ in Prodromo anteà scripseram; ne actum agere perpetuò videar.

In allegandis Mahumetanorum Doctorum testimoniis, quamvis summam fidem me servasse in sententiis profitear; non tamen ita verbis semper inhæsi, ut aliquid non addiderim, vel detraxerim, sive ad tædium prolixitatis evitandum, sive ad sensum clariorem reddendum. Neque verò semper Arabica verba placuit afferre, præsertim ubi longiora testimonia adducebantur. Neque ea ipsa, quæ Arabicè extra Alcoranum allegavi, vocalibus, aliisque grammaticalibus signis (nisi necessitas aliud exigeret) notare curavi. Neque semper eamdem dictionem Arabicam per eamdem vocem latinam reddidi: cùm, ut in cæteris linguis, ita in

Arabica, ſæpè eadem vox plura, ac inter ſe diſſita ſignificet. In nominibus propriis ex Arabico in Latinum vertendis conſuetudinem potiùs communiter receptam, quàm proprietatem Arabicæ pronunciationis ſequutus ſum: Quamobrem, ubi nonnulli nomen محمد vertunt *Muhamed*, vel *Mohammad*, ego, ut plerique noſtrorum, Mahumetum malui retinere. Ita pro عيسى *Jeſum*; pro موسى *Moyſem*, pro يحيى *Joannem*, pro سليمان *Salamonem*, &c. placuit, ſaltem plerumque, transferre; ubi aliqui *Iſſam*, *Muſam*, *Jahiam*, *Suleyman* vertere maluerunt. Non potui tamen eos ex noſtris in hoc ſequi, qui Arabica nomina ita deformaverunt, ut in alia omninò nomina tranſiſſe videantur. Neque demùm omnia illa, quæ ex Arabum Doctorum libris produco, refutare operæ pretium duxi, ſi extra rem meam eſſe exiſtimaſſem: ſatis enim nobis eſſe debet, ab adverſario illud obtinere, quod pro nobis faciat: quæ verò, neque noſtram cauſam lædunt, neque illius adjuvant, ſive vera, ſive falſa ſint, minimè curanda eſſe cenſeo.

Poſtremò non deerunt, qui ſtylum meum tamquam minus expolitum, minuſque elegantem ſugillent; etſi non barbarum, ſaltem nimis rudem, & è trivio eſſe conquerantur. Quod ſpectat ad Alcorani translationem, jam ſuprà profeſſus ſum, me in ea non elegantiam, ſed proprietatem quæſiviſſe; ut ſcilicet non tantùm ſenſa ſenſis, ſed verba verbis, quantum fieri poſſet, reſponderent. Uno verbo: Arabiſmum in mea verſione latinè perſonatum exhibui. In eo verò, quod ſpectat ad reliquum operis, ſtylum illum ſequutus ſum, quo Doctores Scholaſtici in rebus ad religionem ſpectantibus pertractandis uti conſuevere. Si Panegyricum, vel declamationem, aut aliquid Academicum texerem, politiori certè ſermone uti conatus fuiſſem. At in rebus, quæ ad Chriſtianę Religionis, & Catholicæ fidei dogmata ſpectant, ęquum fuit ita locutionem temperare, ut veritas ſermone nimis concinno, & expolito, non obſcuraretur, vel fucaretur.

Videbor aliquibus in refutandis Adverſariorum, & præſertim Mahumeti erroribus, aliquantò acrior, & intemperantior in conviciis fuiſſe. Neque ego id negabo; & certè improbarem, ſi hæc, quæ ſcribo, à Mahumetanis eſſent legenda. Non enim ignoro ſedatis, modeſtiſque verbis Auctori Chriſtiano, & præſertim religioſo, etiam cum extraneis à Religione, eſſe diſceptandum: hac enim ratione faciliùs ad veritatem alliciuntur. Cæterùm Spiritus Sanctus, qui Proverb. cap. 26. monuit: *Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis*: ſtatim etiam ſubdidit: *Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur*. Nulla ſcilicet Chriſtianæ modeſtiæ lex vetat, nimiam Adverſariorum inſaniam, impudentiam, ac temeritatem acrioribus verbis retundere, præſertim, ſi calamo procul, non linguâ coram decertetur; & multò magis, ſi is, contra quem ſcribimus, nunquam à nobis ſcripta lecturus, aut inſpecturus ſit. Id fecerunt Sanctiſſimi Patres Hieronymus, Auguſtinus, & alii tàm ex latinis, quàm Græcis complures, quorum exemplum, ſi ſequutus fuero, nemo poterit me jure redarguere. Ego verò, etiamſi contra Mahumetum, & Mahumetanos aliquantò licentiùs agam: cum aliis tamen ex noſtris etiam heterodoxis ab omni prorsùs convicio, & injuria ſemper abſtinui; Unum Joannem Hottingerum Tigurinum ob im-

modeſtiſſimam procacitatem, & intolerandam impudentiam contra Sacroſanctam Eccleſiam Romanam, ejuſque Pontifices, & gentem Catholicam, quin ſeverioribus verbis caſtigarem, abſtinere non potui. Alios tamen ejuſdem generis homines, præſertim Arabicarum rerum Profeſſores, ut doctrina, & eruditione illo cultiores, ita in ſcribendo, præſertim de Catholica Religione, modeſtiores, ſemper inveni: quamobrem ſemper modeſtis, humaniſque verbis cum illis agere conatus ſum. Supereſſet nunc, ut iis reſponderem, qui Alcorani, ſectæque Mahumetanicæ refutationem, vanum, ne dicam ſtultum, laborem eſſe proclamant: cùm neque Chriſtianis utilitatis aliquid afferre poſſit, quippè qui ab hac ſuperſtitione longiſſimè diſtent: neque Mahumetanos ab errore ſuo vel tantillum dimovere, cùm hi non rationibus, ſed armis imbutam ſemel impietatem obſtinatiſſimè tueantur. Verùm, quàm vana, nulliuſque momenti ſit hæc nonnullorum oppoſitio, ſatis patet ex his, quæ hactenùs dicta ſunt, & multò magis ex illis, quæ in Præfatione Prodromi ad Refutationem Alcorani latiſſimè diſſerui. Horum etiam errorem manifeſtè convincit Venerabilis Petrus Abbas Cluniacenſis in Epiſt. ad S. Bernardum Abbatem Clarevallenſem de Translatione ſua, qua Alcoranum ex Arabico in Latinum transferri curavit: & præterea Præfatio Roberti Translatoris ad eundem Petrum. Vale Lector, & quidquid in his meis elucubrationibus, ſive ad res, ſive ad verba pertineat, à me peccatum invenies, inſcitiæ meæ benignus condona: ego verò prudentiæ, ac peritiæ tuæ corrigendum relinquo.

Feria 4. *die* 7. *Novembris* 1691.

IN Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis, habita in Conventu Sanctæ Mariæ super Minervam, coram Eminentissimis, & Reverendissimis D.D. S.R.E. Cardinalibus, in tota Republica Christiana contra Hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Relata instantia Patris Ludovici Marracci Congregationis Regularium Matris Dei, Eminentissimi, & Reverendissimi D.D. Cardinales Generales Inquisitores præfati consideratis considerandis concesserunt licentiam prædicto P. Marraccio imprimendi Confutationem Alcorani cum textu integro Arabico, & Latino ab ipso translato ipsius Alcorani, servatis servandis.

Facta relatione Sanctitati suæ SS. annuit.

Alexander Speronus S. Romanæ, & Universalis Inquis. Notarius.

LAU-

LAURENTIUS PARENSI

Congregationis Clericorum Regularium

MATRIS DEI

RECTOR GENERALIS.

CUM opus, cui titulus Refutatio Alcorani, in qua ad Mahumetanicæ ſuperſtitionis radicem ſecuris apponitur, à P. Ludovico Marracci Lucenſi præfatæ Congregationis noſtræ Sacerdote profeſſo ſtudioſiſſimè elaboratum, duo ex noſtris Theologis, quibus illud examinandum commiſimus, recognoverint, ac in Lucem edi poſſe probaverint, facultatem concedimus, ut typis mandetur, ſi tamen iis, ad quos ſpectat, ita videbitur.

In quorum Fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Ex noſtra Domo S. Mariæ in Porticu in Burgo Plagiæ Neapoli die 8. *Januarii* 1695.

Laurentius Parenſi Rect. Generalis.

NOI

NOI REFFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOVA.

HAvendo veduto per la fede di reviſione, & approbatione del P. F. Ambroſio Liſotti Inquiſ. di Pad. nel libro intitolato: *R. P. Ludovici Marraccii Congregationis Matris Dei, Confutatio Alcorani notis, Textu Arabico, & Latino illuſtrata*, non vi eſſere cos' alcuna contro la Santa fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Segretario noſtro niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concedemo licenza, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gl' ordini in materia di ſtampe, e preſentando le ſolite copie alle publiche librarie di Venetia, e di Padova.

Dat. dal Mag. de' Reff. dello Studio di Pad. 31. *Gennaro* 1695.

(Ferigo Marcello Proc. Reff.
(Aſcanio Giuſtinian II. K.r Reff.

Agoſtino Gadaldini Segret.

Adi 2. *Ottobre* 1697.
Regiſtrata nel Magiſt. Ecc. degl' Effecutori contro la beſtemmia.

Antonio Canal Nodaro.

سورة

سورة الفاتحة مكيّة سبع ايات

ALCORANI SURA I.
APERIENS.
MECCANA
COMMATUM VII.

الجزو الاول
PARS I.

١ بسم الله الرحمن الرحيم ❋
٢ الحمد لله رب العالمين ۞ ٣ الرحمن الرحيم ۞ ٤ مالك يوم الدين ۞ ٥ إياك نعبد وإياك
نستعين ۞ ٦ إهدنا الصراط المستقيم ۞ ٧ صراط الذين أنعمت عليهم غير المغضوب
عليهم ولا الضالين ❋

1. IN nomine Dei Miseratoris, Misericordis. 2. Laus Deo, Domino Mundorum. 3. Miseratori, Misericordi: 4. Regnanti diei Judicii. 5. Te colimus: & te in auxilium imploramus. 6. Dirige nos in viam rectam: 7. Viam illorum, erga quos beneficus fuisti; non actum iracundè contra eos: & non Errantium.

NOTÆ.

PRæter Epigraphen huic Surę jam appositam, nempè الفاتحة الكتاب *Aperiens*, seu *Aperiens Librum*, ideſt *Proœmialis*: aliis titulis à Mahumetanis inscribitur. Vocant enim illam أم الكتاب : *Matrem Libri* : سورة الكنز *Suram thesauri* : سورة الحمد : *Suram Laudis* : سورة الصلاة *Suram orationis* : سورة الشكر والدعاء *Suram gratiarum actionis, & precationis*: & (omissis aliis hujusmodi inanibus titulis) السبع المثانى *Septem iterata*: quia septem illius versiculi sæpè à Mahumetanis repetuntur: vel quia illam Mahumeto bis à Gabriele traditam fuisse fabulantur: primò Meccæ; secundò Medinæ. Ab his duabus Urbibus Surę omnes Alcorani, vel Meccanæ, vel Medinenses nominantur. Septem constat versibus, inter quos nonnulli primum non computantes, qui communis est etiam cæteris Suris; incipiunt septimum versum ab illis verbis: *non actum iracundè*, &c. sed non benè; nam sextus versus nullum haberet rhythmum, seu cadentiam.

Quidam volunt, Suram esse Meccanam, quidam Medinensem: quidam utramque. Hinc Beidavius: صح انها نزلت بمكة حين فرضت الصلاة وبالمدينة لما حولت

حوّلت القبلة : وصحّ انها مكية. *Probabilis ſententia eſt, eam traditam fuiſſe Meccæ, cùm de Oratione lex data fuit: & Medinæ, cùm mutatus fuit locus Converſionis ad orandum: & probabilis etiam eſt ea, quæ aſſerit, illam Meccæ tantùm traditam fuiſſe.* Quamvis autem Sura hæc primo loco ponatur; plerique tamen negant, eam primò traditam fuiſſe: cùm non idem ſit ordo Surarum, & verſiculorum in Alcorano, ac fuerit in eorum traditione, ut aliàs monuimus.

In magna habent veneratione Moslemi hanc Suram: exiſtimant enim in ea omnium Sacrorum Librorum doctrinam contineri. Quamobrem de illa ita nugatur Alhaſan: انزل الله مائة كتاب واربعة كتبًا من السمآء اودع علومها منها اربعة التوراة والانجيل والزبور والفرقان : ثم اودع علوم الفرقان المفصل ثم اودع علوم المفصل فاتحة الكتاب فمن علم تفسيرها كان كمن علم جميع كتب الله المنزلة من السمآء ومن قرءها كانما قرء التوراة والانجيل والزبور والفرقان:

Demiſit Deus è Cælo centum, & quatuor libros, quorum ſcientiam poſuit in quatuor ex illis: nempè Pentateucho, Euangelio, Pſalterio, & Phorcano. Deinde collocavit ſcientiam totam horum quatuor in Alcorano. Tum ſcientiam totam Alcorani concluſit in prima ejus Sura, cujus expoſitionem ſi quis noverit, erit, ac ſi noſſet libros omnes à Deo traditos: & qui eam legerit, erit, ac ſi legiſſet Pentateuchum, Euangelium, Pſalterium, & Phorcanum.

Poſtremò Mahumetus Suræ hujus lectoribus (ſicut & cæterarum, quæ in Alcorano continentur) mercedem ſuam ita ex Zamchaſcerio, & Beidavio conſtituit: ان القوم ليبعث الله عليه العذاب حتمًا مقضيًا فيقرء صبى من صبيانهم فى الكتاب الحمد لله رب العالمين فسمعه الله تعالى فرفع بذلك العذاب اربعين سنة: *Si Deus mittere voluerit flagellum contra gentem, & jam decreto firmato id conſtituerit: dummodò unus ex pueruli illius recitet ex Alcorano: Laus Deo, Domino Mundorum: exaudiet eum Deus, & per quadraginta annos flagellum illud ſuſpendet.* Mirum eſt, quantum ineptiarum in hujus Suræ expoſitione Moslemi Doctores confarcinent: quas ego, ne cum illis ineptire videar, libens omitto.

1. *In nomine Dei, &c.*] Hæc verba tàm huic, quàm cæteris Suris præfiguntur, nona excepta. Sexcentas de lana caprina quæſtiones hìc movent Expoſitores, totidemque fabulas intermiſcent: ex quibus hanc ex Ahmedo Thalebienſi placuit apponere: قال ابو سعيد الحذرى: قال النبى ان عيسى ابن مريم عمّ ارسلته امّه الى الكتّاب ليتعلّم : فقال له المعلّم : قل بسم الله الرحمن الرحيم : فقال عيسى وما بسم الله : قال لا ادرى: قال : الباء بهاء الله : والسين سناء الله : والميم ملكه : *Dixit Abu-Said Hadhrienſis, dixiſſe Prophetam (Mahumetum): Jeſum Filium Mariæ (quibus ſit pax) miſſum fuiſſe à Matre ſua, ut literas addiſceret ſub Præceptore. Dixitque ei Præceptor: Dic: In nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis. Dixit ei Jeſus: Quid ſignificant in dictione* بسم *Beſmi, tres characteres B. S. M? Reſpondit Præceptor: Neſcio.* Jeſus verò *dixit: Litera B. ſignificat: Bahà Allah,* (ideſt Majeſtas Dei.) *Litera S. Sanà Allah,* (ideſt Celſitudo Dei.) *Litera M. Molcoho,* (ideſt Regnum ejus.) Benè eſt, quòd Mahumetani credant, Jeſum, licèt puerum, Magiſtri ſui fuiſſe doctorem. At ridiculè ſatis putant, in Hebræorum Scholis Arabicæ linguæ magiſterium fuiſſe. Idem Auctor refert, Ebn-Abbaſum ſocium Mahumeti, & divinæ apud Moslemos auctoritatis, dixiſſe: سمعت النبى صلعم يقول : خير الناس وخير من يمشى على الارض المعلّمون: فان المعلّم اذا قال للصبى قل بسم الله الرحمن الرحيم فقال الصبى بسم الله الرحمن الرحيم كتب الله براءة له وبراءة للمعلّم وبراءة لابويه من النار: براءة *Audivi Prophetam Mahumetum dicentem: Omnium hominum ambulantium ſuper terram optimi ſunt Doctores. Nam ubi Doctor dixerit puero, Dic: In nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis: & puer hæc verba protulerit; ſcribet Deus immunitatem ab igne Gehennæ tàm puero, quàm Doctori; & præterea à parentibus ejus.* Idem refert, Giaaberum, celeberrimum Auctorem dixiſſe: لما نزلت بسم الله الرحمن الرحيم هرب الغيم الى المشرق وسكنت الرياح وهاج البحر واصغت البهايم باذانها ورجمت الشياطين من السماء وحلف الله تعالى بعزته لا يسمى اسمه على شئ الا شفاه ولا يسمى اسمه على الرّ شئ الا بارك عليه ومن قرء بسم الله الرحمن الرحيم دخل الجنة: *Cùm revelata fuiſſent hæc verba: In nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis; fugerunt nubes ad orientem: quieverunt venti: concitatum fuit mare: & beſtiæ arrexerunt aures, ut ea audirent: Dæmones verò flammarum jaculis dejecti ſunt ab orbibus cæleſtibus. Juravitque Deus per potentiam ſuam, ſe ſalutem, & benedictionem impertiturum eſſe omni rei, ſuper quam invocatum fuiſſet nomen ſuum: & eum, qui legiſſet, In nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis, ingreſſurum eſſe Paradiſum.* Poſtremò habemus ex Abu-Maſaudo hęc verba: اوان من اردنا ان ينجيه الله تعالى من الزبانية التسعة عشر فليقرء بسم الله الرحمن الرحيم فانها تسعة عشر حرفًا ليجعل الله تعالى كل حرف منها جنة لكل واحد منهم: *Qui voluerit, ut Deus liberet eum à decem, & novem* (Angelis præfectis Gehennæ,) *legat: In nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis: in his enim verbis continentur* (in Arabico Idiomate,) *decem, ac novem characteres. Deus autem pro ſingulis characteribus ſingulos hortos* (in Cœlo) *retribuet.*

2. *Dominum Mundorum.*] Arabicè العالمين propriè ſignificat *Mundos*. Credidit ſcilicet Mahumetus cum ſuis Arabibus, plures eſſe mundos. Quæ fuit ſtulta opinio Manichæorum, Democritus quoque, Metrodorus, Anaximander, & alii ex veteribus Philoſophis infinitos Mundos eſſe finxere. Quidam tamen Interpretes, ad excuſandum Prophetæ ſui errorem, improprias adhibent explicationes. Alhaſan, Mogiahed, & Cotada ita exponunt: هو عبارة جميع المخلوقات السموات والارض وما بينهما: *Eſt ſignificatio omnium rerum creatarum: Cælorum, & terræ, & eorum, quæ inter hæc duo continentur.* Jahias accipit ſimpliciter pro الخلق *Creaturis*. Gelaleddinus explicat جميع الخلق من الانس والجنّ والملايكة والدوابّ وغيرهم وكل منها يطلق عليه عالم : يقال عالم الانس وعالم الجنّ الى غير ذلك: *Omnes creat-*

creaturæ, ſive ſint homines, ſive Dæmones, ſive Angeli, ſive beſtiæ; & quæcunque ſint aliæ, ſingulæ ex ipſis poſſunt Mundus appellari; nempe homines dicuntur Mundus: item Dæmones, & cæteræ rerum ſpecies Mundus appellantur. Sed Thalebienſis affert ſinceriores aliorum expoſitiones, qui Mahumeti mentem meliùs ſunt aſſecuti: his verbis: قال ضعيد المسيب لله تعالى الف عالم فمنها ستماية فى البحر واربعماية فى البرّ: وقال الضحاك فيهم ثلاثماية وستون عالمًا حفاةً عراةً لا يعرفون من خلقهم وستون عالمًا يلبسون الثياب: وقال ابو سعيد الخدرى ان لله تعالى اربعين الف عالم: الدنيا من شرقها الى غربها عالم واحد: وقال مقاتل بن سليمان ثمانون الف عالم اربعون الف فى البرّ واربعون الف فى البحر: ولو فسرت العالمين لاحتجت الى الف مجلد كل مجلد من الف ورقة: وقال كعب الاحبار: لا يحصى عدد العالمين احد الا الله *Dixit Said Almoſajeb. Deus habet mille mundos: ſexcentos in mari, & quadringentos in terra. Et dixit Aldhahak: Sunt inter eos trecenti, ac ſexaginta Mundi diſcalceati, ac nudi, qui non cognoſcunt illum, qui creavit eos; ſexaginta autem, qui veſtibus induuntur. Et dixit Abu-Said Hadhrienſis: Deus habet quadraginta millia Mundorum, quorum unus eſt hic Mundus ab Oriente ad Occidentem. Et dixit Mocatel filius Soliman; Sunt octoginta millia Mundorum: quadraginta millia in terra, & quadraginta millia in mari. Et, ſi vellem exponere, quot ſint Mundi, & quæ ad eos ſpectant, indigerem mille voluminibus, quorum quodlibet mille paginas contineret. Et dixit Kaab Alahbar: Nullus poteſt numerare Mundos, niſi Deus.* Reſpondet hæc vox Arabica عالم, Hebraicæ, & Chaldaicæ עולם: Et puto, Arabes ab Hebræis hanc Mundorum multitudinem didiciſſe: nam in libro טעמי מצוות: in illa verba Pſalmi 145. v. 13. *Regnum ſuum, regnum* כל עולמים *omnium Mundorum*: tenent Kabaliſtæ, Deum eſſe Regem quinquaginta, ſeu potiùs quinquaginta millium Mundorum: quod colligunt ex numero, qui conficitur ex illis duobus characteribus כל: nempè quinquaginta: quibus, ſi ſupraponantur duo puncta, hoc modò כּל: reſultabit numerus 50000. Volunt autem Rabbini, unumquemque ex prædictis Mundis durare tantùm mille annos. Vide Prodrom. par. 4. cap. 27.

VII. *Dirige nos in viam rectam, &c.*] Orat hìc Mahumetus, ut Deus dirigat ſe, & ſuos ad veram religionem, quæ in Alcorano non ſemel innuitur per صراط المستقيم *viam rectam*. Ut autem intelligatur, cujuſmodi ſit hæc via, ſeu religio, ſubdit: *Viam illorum, erga quos beneficus fuiſti; non eorum, contra quos cum ira actum eſt: & non Errantium*. Quinam porrò primi fuerint, docet Thalebienſis: dicens: هم الانبياء والمومنون وقال ابن عباس هم قوم موسى وعيسى عليهما السلام قبل ان يغيروا وقال شهر بن حوشب هم اصحاب النبى صلى الله عليه وسلم وبيعته: *Hi ſunt Prophetæ, & Fideles,* (qui ſcilicet crediderunt in eos.) *Et dixit Ebn-Abbas: Hi ſunt Populus Moyſi, & Jeſu, ſuper quos ſit pax, antequam mutarentur* (ideſt mutarent religionem ſuam.) *Et dixit Sciaher filius Hauſceb: Hi ſunt ſocii Prophetæ Mahumeti, piæ recordationis, & domus ejus.* At, nonniſi ineptiſſimè oraret Mahumetus Deum, ut dirigeret ſe, & ſuos ad religionem ſociorum, & aſſeclarum ſuorum: vel, ut explicat Jahias, ad religionem الاسلام Eslam, quam adinvenit ipſe Mahumetus, neque fuit Prophetarum, neque populi Moyſi, & Jeſu, vel aliorum præcedentium, erga quos Deus beneficus fuit.

Qui verò ſint illi, *contra quos iracundè actum fuit*; & illi, qui dicuntur *Errantes*: communis expoſitio eſt, priores eſſe Judæos: poſteriores, Chriſtianos. Ita Gelal: غير المغضوب عليهم وهم اليهود: ولا الضالين وهم النصارى: *Illi, contra quos cum ira actum fuit, ſunt Judæi: Errantes verò ſunt Chriſtiani.* Primis convenit epitheton, etiam Apoſtoli teſtimonio 1. Theſſ. 2. *Pervenit enim ira Dei ſuper eos uſque in finem.* Secundis autem, cùm à ſua religione univerſaliter non receſſerint, injuſtè tribuitur. Non deſunt tamen, qui hæc duo connectant cum ſuperioribus per negationem, itaut integra ſententia ſit; *Erga quos beneficus fuiſti, neque iratus fuiſti eis, neque ipſi erraverunt à vera fide.* Ita Zamchaſcerius, et alii plures. Refert præterea Thalebienſis alias duas expoſitiones: قال الواقدى غير المغضوب عليهم بالمخالفة والعصيان: ولا الضالين عن الدين والايمان: وقال التسترى غير المغضوب عليهم بالبدعة والضالين عن السنة: *Dixit Vacadius: contra quos iracundè actum non eſt propter contradictionem, & inobedientiam; & non errantium à religione, & fide.* (Primi ſunt peccatores, et impii: Secundi Hæretici, ſeu Apoſtatæ.) *Et dixit Teſtarius: contra quos cum ira actum non eſt propter hereſim: & non errantium à Sonna*, ſeu Libro traditionum. Qui ſcilicet neque contra dogmata Alcorani, neque contra traditiones majorum deliqueruntt.

Non eſt diſſimulanda Gulielmi Poſtelli oſcitantia, qui pro, *& non errantium*, vertit, *& non errabimus*; quem ſecutus Interpres Gallicus vertit: *& nous ne ſerons pas devoyez.*

REFUTATA.

EXorditur Impoſtor myſterium iniquitatis iis verbis, in quibus nihil, niſi pium prima facie appareat: ſi demas pluralitatem illam mundorum ſuprà rejectam: quæ tamen non omnibus, neque ſtatim patet: id verò facit, ut fraudem honeſtiùs tegat. Obſervare eſt in Alcorano, quoties error aliquis, vel fabula profertur, ſemper illi pias aliquot ſententias præmitti: ut omnia alia ſuſpiceris, quam, quod Mahumetus malignè molitur. Et nihilominùs in his etiam primis verbis tàm piis, ac magnificis non modica latet impietas.

Primò, quòd bis Deum الرحمن الرحيم *Miſeratorem*, ac *Miſericordem* prædicet, & mox, *regnantem*, ſeu *Regem diei Judicii* illum appellet; id facit, opinor, ut diei illius cæteris omnibus formidandæ metum adimat aſſeclis ſuis. Quippè tantam fingit in Deo erga hos miſericordiam, ut Mahumetanos omnes vel peſſimos, ac ſceleſtiſſimos in die Judicii à Gehenna per interceſſiones ſuas liberandos eſſe, & in Paradiſum transferendos, miſeris perſuadeat, dummodò quis,

dùm viveret, fidem prorsùs non abjecerit, ſed

كان في قلبه من الايمان مثقال ذرة : *fuerit in corde ejus tantum fidei, quantum eſt pondus formiculæ unius ex minimis*. Ita enim ſcribit Ahmed Thalebienſis in Suram quartam, quę inſcribitur النساء *de Mulieribus* §. 38. Et hoc Mahumetani omnes certiſſimè ſibi pollicentur.

Secundò : Cùm Mahumetus, ejuſque aſſeclæ Deum orent, ut ipſos dirigat in viam, ſeu religionem rectam; petimus ab eis, quænam ſit hęc via recta. Certè alia eſse non poteſt præter eam, quam Deus tanquam perfectam, imò perfectiſſimam, ad æternam ſalutem obtinendam approbavit, & quam illi ſecuti ſunt, erga quos, ut ipſi fatentur, beneficentiam ſuam peculiariter demonſtravit. Atqui hujuſmodi via non poteſt eſse, niſi Chriſtiana religio, etiam juxta Mahumetanorum ſententiam, qui docent, veram religionem, quoad eſsentialia, & ea, quæ ſpectant ad æternas veritates, ſemper eamdem fuiſse: ſed in ſingulis ætatibus, quoad leges, & ritus, ſemper ad perfectiorem ſtatum Deum illam evexiſſe. Neque in hoc nos illis adverſamur: non enim negari poteſt, ab Adam uſque ad Noe religionem divinam inter homines minùs perfectam fuiſſe, quàm à Noe uſque ad Abraham. Nullum enim Adæ poſteris ante Noe præceptum, vel legem (niſi naturalem, & ad religionem, Deique cultum neceſſariam) à Deo emanaſſe reperimus: cùm ipſi Noe præceptum de abſtinentia à ſanguine impoſitum fuerit. Ab Abraham item uſque ad Moyſen ſtatum perfectiorem per præceptum Circumciſionis (ut alia plura omittam, quæ Mahumetani Abrahæ data fuiſſe confingunt) majorem perfectionem, quàm anteà obtinuit. A Moyſe verò uſque ad Chriſtum longè perfectior per legem in Sina traditam apparuit. Ex quo ſequitur neceſſariò, per Euangelium à Chriſto promulgatum, religionem multò perfectiorem, quàm eſſet anteà, factam fuiſſe: niſi aſſerere velimus, Deum in operibus ſuis à perfectiori ad imperfectius regredi, quod, ſaltem in materia religionis, dici poſſe non videtur.

In hoc Mahumetani ipſi conveniunt, explicantes myſticè gradationem illam trium Montium, quæ habetur in Deuteronomio, cap. 13. his verbis: *Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis: apparuit de Monte Pharan*. Ita enim ea exponit Ahmed filius Abdol-Halimi parte 2. Apolog. contra Chriſtianos: & eſt communis expoſitio Mahumetanorum: قال كثير من العلماء ان مجي الله من طور سينا انزاله التوراة علي موسي من طور سينا كالذي هو من عند اهل الكتاب وعندنا وكذلك يجب ان يكون اشرافه من ساعير ارض الجليل بقرية ندعا ناصرة : فكذلك يجب ان يكون استعلانه من جبال فاران انزاله القران علي محمد ص وجبال فاران هي جبال مكة : وهو سبحانه ذكر هذا في التوراة علي الترتيب الزماني فذكر انزال التوراة ثم الانجيل ثم القران وهذه الكتب نور الله وهُداه : وقال في الاول جاء وظهر : وفي الثاني اشرق وفي الثالث استعلن فكان مجي التوراة مثل طلوع الفجر او ما هو اظهر من ذلك ونزول الانجيل مثل اشراق الشمس زاد به النور والهدي واما نزول القران فهو بمنزلة ظهور الشمس في السماء : *Aſſerunt multi ex Doctoribus, Adventum Dei ex Monte Sina ſignificare traditionem Pentateuchi factam Moyſi in eodem monte; ut convenit tàm apud Scripturales, quàm apud nos. Conſequenter dicendum erit, ortum illius è monte Seir, innuere traditionem Euangelii factam Chriſto: fuit enim Chriſtus ex Seir terra Galilææ, ex Urbe, quæ vocatur Nazareth. Atque ita dicendum erit, apparitionem, ſeu manifeſtationem ejus ex montibus Pharan, præſignare traditionem Alcorani factam Mahumeto fauſtæ memoriæ: Montes enim Pharan ſunt montes Meccæ. Ipſe porrò Deus oſtendit hoc in Pentateucho per ordinem temporum: primò enim Pentateuchum ipſum commemorat: deindè Euangelium: poſtremò Alcoranum, qui tres Libri ſunt lux Dei, & via recta illius. Et primo quidem loco habet* جاء وظهر *venit, & apparuit: ſecundo* اشرق *ortus eſt, ſeu fulguravit: tertio verò* استعلن *manifeſtavit ſe, ſeu apertè patuit. Adventus quippe Pentateuchi ſimilis fuit adventui Auroræ, vel diluculi: Euangelii autem deſcenſus fuit, velut ſolis coruſcatio; in illo ſiquidem lux crevit, & directio. At verò Alcorani traditio fuit velut ſolis meridianum in Cælo*. Verùm, quidquid ſit de hac Moslemorum expoſitione, de qua fuſiùs tract. in Prodromo, p. 2. cap. 5. vel cæcus videat Euangelicam legem perfectiorem, ac ſanctiorem eſſe, quàm Alcoranicam: & Alcoranum ita poſſe Euangelio comparari, ut auro lutum, & gemmis ſtercus: ut jam in Prodromo oſtendimus, & in toto hoc opere manifeſtiùs patebit.

Convincitur itaque Mahumetus orare Deum, ut dirigat ſe, ac ſuos ad Chriſtianam religionem, utpotè cæteris perfectiorem, & ſanctiorem, & cujus profeſſores illi ipſi ſunt, erga quos Deus beneficus fuit, ut ex auctoritate Ebnabbaſi ingenuè fatetur Thalebienſis.

Non ita eſt (inquiunt) ſed orat Mahumetus, ut Deus ſe, ſuoſque dirigat ad religionem الإسلام Eslam. Ita Jahias, & alii, ut vidimus. Contendunt autem, hanc fuiſſe religionem, quam profeſsus eſt Abraham, & omnes Prophetæ, & docuit, & obſervavit ipſe Chriſtus cum Apoſtolis, & Mahumetus renovavit. Sed recidunt in eumdem ſcopulum. Nam, cùm ſemper hæc religio, quoad eſsentialia, fuerit eadem, & mutata ſit tantùm, quoad الشرايع i. *Leges*, ut ipſi volunt: in Chriſto verò, quoad leges, ſummam acceperit perfectionem: ut per totam quartam partem Prodromi probavi: non poteſt Mahumetus

citra

citra inconſtantiam Deum orare, ut dirigat ſe, & ſuos ad aliam, quàm ad illam.

Dupliciter reſpondere poſſunt Moslemi. Primò, Mahumetum orare Deum, ut dirigat ſe, & ſuos ad religionem Chriſtianam perfectiorem: nempe ad eam, quam ipſe deindè ſibi à Deo traditam docuit per Alcoranum. Secundò, concedi poſſe, ut etiam ad Chriſtianam dirigi cupiat; ſed non corruptam, & depravatam, qualis erat ſuo tempore, quo jam Chriſtiani à religione vera aberraverant, quos propterea vocat hìc *Errantes*: ſed qualis erat in prima ſui inſtitutione, antequam à Chriſtianis ipſis depravaretur.

Verùm primæ reſponſioni jam occurri in tota quarta parte Prodromi; & iterum occurram in tota hac mea refutatione, quotieſcunque ſe dederit occaſio: oſtendens, Euangelicam Legem eſſe Alcoranica abſque ulla comparatione excellentiorem: quod ſanè longa probatione non indiget: ſatis enim eſt Euangelium, & cæteros Apoſtolorum Libros Alcorano comparare. Nec refert, quòd plures Chriſtiani improbè, ſceleſtèque vivant; hoc enim non legis, ſed naturæ corruptæ vitium eſt. Nihilominùs, ſi Chriſtiani Mahumetanis univerſaliter comparentur, non dubito, quin longè meliores, & quoad mores illis correctiores reperiendi ſint. Vide Prodr. par. 4. per totum.

Secunda verò reſponſio facilè rejicitur, cùm certo certius ſit, Chriſtianos religionem ſibi à Chriſto traditam numquam univerſaliter deſeruiſſe, licèt aliquæ Nationes ab eadem defecerint, vel aliqui Novatores falſis eam dogmatibus depravarint: ſed ſemper illam ad hanc uſque diem integram, illibatamque retinuiſſe: id, quod ex continuata temporum ſerie collatis inter ſe omnium ſæculorum Auctoribus, & Annalium Scriptoribus, manifeſtiſſimè convincitur. Verùm quoniam hoc eſt unum ex potiſſimis Mahumetanorum contra nos argumentis: operæ pretium exiſtimavi, ad illud aliquantò fuſiùs reſpondere: nonnulla repetens ex iis, quæ circa hoc fuſiſſimè diſſerui in Prodrom. par. 3. à cap. 1. uſque ad 4. incluſivè.

Si quæramus à Mahumetanis, quandonam Chriſtiani à religione ſua diſceſſerint, aut aberraverint, nullum ſanè certum, ac fixum tempus oſtendere poterunt. Coguntur tamen fateri, neque poſſunt negare, Chriſtianam religionem uſque ad Mahumetum univerſaliter perſeveraſſe. Hoc probat, in eorum ſententia, vaticinium illud de tribus Montibus Sina, Seir, & Pharan paulò ſuperiùs allatum. Hoc etiam parabola illa, quam apud S. Matth. cap. 20. propoſuit Chriſtus de *Patrefamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam*. Quam parabolam Mohammedus filius Iſmaelis, cognomine Albocharius, in parte 30. Alcoranicarum traditionum, refert à Mahumeto Propheta ſuo ita expoſitam fuiſſe: اوتي اهل التوراة فعملوا بها حتي اذا انتصف النهار ثم عجزوا فاعطوا قيراطا قيراطا: ثم اوتي اهل الانجيل فعملوا به حتي صلاة العصر ثم عجزوا فاعطوا قيراطا قيراطا: ثم اوتيتم القران فعملتم به حتي غربت الشمس فاعطيتم قيراطين فقال اهل الكتاب هولاء اقل منا عملا واكثر اجرا: قال الله هل ظلمتكم من حقكم شيا قالوا لا: قال فهو فضلي اوتيه من اشاء. *Datus fuit Pentateuchus familiæ Pentateuchi, quæ operata eſt in eo uſque ad meridiem: deindè delaſſata eſt, & ſinguli ex illa acceperunt denarium. Deindè datum eſt Euangelium familiæ Euangelii, & operata eſt in eo uſque ad horam nonam: deindè delaſſata eſt, & ſinguli ex ea acceperunt denarium. Tandem datus eſt vobis Alcoranus, & operati eſtis in eo uſque ad occaſum ſolis, & accepiſtis ſinguli binos denarios. Quamobrem dixit familia Libri* (ideſt Judæi, & Chriſtiani.) *Iſti minùs operati ſunt, quàm nos, & plus mercedis acceperunt. Reſpondit Deus: Num feci vobis injuriam, detrahens aliquid de mercede veſtra? Reſponderunt: Non. Dixit Deus: Hæc eſt gratia mea, quam dabo, cui mihi adlibuerit.* Si tàm Judæi, quàm Chriſtiani, ex eo, quod operati ſunt, mercedem à Deo receperunt, conſequens eſt, ut benè operati ſint, & eorum religio eo tempore Deo placuerit. Omitto plura alia loca Alcorani, in quibus Mahumetus Chriſtianam probat, & commendat religionem; quia de iis, ubi pertractanda advenerint, agemus. Unum tantùm hìc innuam, qui habetur Sura 16. النحل *de Ape*, verſu 54. his verbis: ولله ما في السموات والارض ولله الدين واصبا: *Et illi* (ſcilicet Deo) *eſt quidquid in Cœlis, & in terra reperitur: & illi eſt religio perſeverans:* ideſt, ut exponit Gelal: ولـه الطايفة دايما *ſemper habet aliquam gentem, ſeu nationem*, in qua ſcilicet cognoſcatur, ritèque colatur. Verùm, ſi religio Chriſtiana, quemadmodùm Judaica, ante Mahumetum defeciſſet, nulla eo temporis intervallo gens fuiſſet, quæ Deum coleret: & per conſequens religio ejus non fuiſſet perſeverans.

Porrò ex eo etiam comprobatur hæc veritas, quia eo temporis ſpatio, quod inter Chriſtum, & Mahumetum interceſſit, & appellatur الفترة ponunt Mahumetani plures Sanctos Chriſtianos, eoſque venerantur: ut S. Georgium, qui ſub Diocletiano, anno Chriſti circiter trecenteſimo, pro Chriſtiana fide occiſus eſt: SS. Martyres, qui ſub Dunaam Judæo, in ipſa Arabia pro eadem fide igne combuſti ſunt, de quibus etiam mentio fit in Alcorano ſub nomine اصحاب الاخدود i. *ſociorum foveæ*: quia juſſu tyranni in foveas plenas ardentibus prunis conjiciebantur. Præterea fuerunt ſeptem Dormientes apud Epheſum, de quibus in Alcorano Sura 18. الكهف i. *de ſpelunca*, prolixa, licet aliquot fabulis intermixta, narratio continetur. Hos omnes, & alios Sanctos Chriſtianos collocat inter Chriſtum, & Mahumetum Maſaudius: addit tamen: وكانوا مومنين موحدين لا علي راي النصرانية في هذا الوقت: *Et erant fideles, qui credebant in unum Deum,*

***Deum**, ſed non ex genere Chriſtianorum hujus temporis*. Gratis tamen hoc dicit, ut ex ſequentibus patebit.

Gelaledinus in Suram 57. الحديد ideſt *de ferro*, §. 28. exponens ea verba: وجعلنا في قلوب الذين اتبعوه رافة ورحمة ورهبانة ابتدعوها ما كتبناها عليهم الا ابتغاء رضوان الله فما رعوها حق رعايتها فاتينا الذين امنوا منهم اجرهم وكثير منهم فاسقون. *Et poſuimus in cordibus eorum, qui ſecuti ſunt eum* (ſcilicet Chriſtum) *pietatem, & miſericordiam, & profeſſionem Monaſticam, quam ipſimet inſtituerunt, abſque eo, quòd nos præciperemus eam illis, tantummodò ob deſiderium magis placendi Deo; ſed non obſervaverunt eam debita ratione. Porrò illis, qui ex eis crediderunt, dedimus mercedem ſuam: multi autem ex eis prævaricati ſunt*: aſſignat tempus, quo Chriſtiani non ſolùm à profeſſione Monaſtica, ſed etiam à recta Chriſti fide defeciverunt, dùm ita ſcribit: تركها كثير منهم وكفروا بدين عيسي ودخلوا في دين ملكهم وبقي علي عيسي كثير منهم فامنوا بنبينا: ***Dereliquerunt illam*** (ſcilicet vitam Monaſticam) ***multi ex ipſis, & abnegaverunt religionem Jeſu, & ingreſſi ſunt in religionem Imperatoris ſui: multi tamen ex ipſis perſeveraverunt in fide Jeſu, & crediderunt in Prophetam noſtrum***. Itaque uſque ad Mahumetum perſeveravit ſaltem in multis germana Chriſti religio. Quod verò addit, multos eam abnegaſſe, & ingreſſos fuiſſe in religionem Imperatoris, ſeu Regis ſui: primò non convincit, omnes veram Chriſti fidem deſeruiſſe, ſed tantùm multos. Deindè Chriſtiani neque Regem, neque Imperatorem habuerunt univerſaliter ante Conſtantinum. Tantum verò abeſt, ut Chriſtianorum ullus amplexus ſit Imperatoris hujus religionem, ut ipſe potiùs ad Chriſtianam tranſierit. Hoc manifeſtè fatentur Chronologi ipſi Mahumetani, inter quos Abu-Mohammed Ebno-Haram, qui fuit ex genere duodecim primorum Mahumeti aſſeclarum, ita ſcribit: فرق منهم اصحاب اريوس وكان قسيسا بالاسكندرية ومن قوله التوحيد المجرد وان عيسي مخلوق وانه كلمة الله التي بها خلق السموات والارض وكان في زمان قسطنطين الاول باني القسطنطينية اول من تنصر من ملوك الروم وكان علي مذهب اريوس هذا: ***Secta fuit ex iis*** (nempè Chriſtianis) ***aſſeclarum Arii, qui fuit Presbyter Alexandrinus, & inter ejus effata fuit Unitas Dei depurata*** (à Trinitate Perſonarum) ***& quod Jeſus eſſet creatus, & Verbum Dei, quo creavit Cœlum, & Terram. Fuit autem tempore Conſtantini primi fundatoris Urbis Conſtantinopolitanæ, qui primus Chriſtianam fidem amplexus eſt ex Imperatoribus Romanis, & ſectatus eſt opinionem hujus Arii***. Fallitur in hoc ultimo, confundens Conſtantinum filium, qui ad partes Arianas tranſivit, cum Conſtantino patre. Nam certum eſt, Conſtantinum amplexum fuiſſe Chriſtianam fidem Orthodoxam, eamque, ſaltem per plures annos, retinuiſſe: & in Concilio Nicæno Arii condemnationem approbaſſe. Fatentur hoc Mahumetani in re Hiſtorica magis verſati: inter quos Iſmael Ebn-Aly, in cap. De Rom. Imperat. hæc habet: ولعسرين سنة مضت من ملك قسطنطين المذكور اجتمعت الفان وثمان مائة واربعون اسقفا ثم اختاروا منهم ثلثمائة وثمانية عشر اسقفا فاقاموا دين النصرانية وحرموا اريوس الاسكندري لكونه كان يقول ان المسيح كان مخلوقا واتفق الاساقفة المذكورون لذي قسطنطين ووضعوا شرايع النصرانية بعد ان لم تكن وكان رئس هذه البطارقة بطريق الاسكندرية وهذا الاجتماع هو اول الاجتماعات الستة التي تذكروها الروم في كلامهم وتسميها القوانين ويعني بهذه الاجتماعات السندوسات فالسندوسات الاول هذا والثاني بقسطنطينية وكان عدتهم مائة وخمسون اسقفا: *Tranſacto anno vigeſimo Imperii Conſtantini prædicti congregati ſunt duo millia, octingenti, & quadraginta Epiſcopi: deinde elegerunt ex his trecentos, decem, & octo: & ſtare fecerunt* (ideſt confirmaverunt, ſeu ſtabilierunt) *religionem Chriſtianam, & excommunicaverunt Arium Alexandrinum, eo quòd diceret, Chriſtum eſſe creatum. Et convenerunt Epiſcopi prædicti coram Conſtantino, & ſanxerunt leges Chriſtianitatis* (ideſt ſacros Canones) *quæ anteà non extabant. Caput autem horum Patriarcharum fuit Patriarcha Alexandrinus. Hoc verò Concilium fuit primum ſex Conciliorum, quæ Romæi commemorant in ſuis ſermonibus, & appellant Canones. Et per hæc Concilia ſignificantur ſynodi, quarum prima fuit hæc. Secunda autem fuit Conſtantinopolitana, centum quinquaginta Epiſcoporum*. Ex hujus igitur inſignis Hiſtorici Mahumetani teſtimonio (cujus, ſicut & aliorum Auctorum Mahumetanorum, quos cito, non omnia errata, præſertim quæ ad rem meam non pertinent, refutare, nec vacat, nec neceſſarium eſt) habemus: Primò, Conſtantinum non pertraxiſſe Chriſtianos ad ſectam ſuam; ſed ad Chriſtianam religionem ab Idolorum cultu ipſum pertranſiſſe. Secundò, Patres Concilii Nicæni non mutaſſe fidem Chriſtianam: ſed eam, quæ jam in toto Orbe communis erat, confirmaſſe. Tertiò, Arium, & ejus aſſeclas, tanquam Chriſtianæ fidei, quæ Chriſtum Deum verum agnoſcebat, violatores, excommunicatos fuiſſe. Quartò, Fidem Chriſtianam in hoc Concilio declaratam, & confirmatam; ab aliis deinde quinque generalibus Conciliis receptam, & confirmatam fuiſſe; quorum ultimum aſſerit celebratum fuiſſe poſt Conſtantinopolitanum tertium بالدن *in Modon*, ſeu potiùs

tiùs in Urbibus Metropolitanis: in eoque interfuiſſe ducentos octoginta novem Epiſcopos. Sed, quidquid ſit de loco hujus Concilii, videtur incidiſſe in tempora Mahumeti; poſt cujus ortum celebrata deindè ſunt perpetua ſerie plura alia Concilia generalia uſque ad hoc noſtrum ęvum; in quibus ſemper eadem Chriſtiana fides aſſerta eſt, damnatis omnibus erroribus, qui adverſus eam exorti fuiſſent. Hoc conſtat apertiſſimè ex iiſdem Conciliis, quæ adhuc extant, veluti linguę perpetuò loquentes totius Chriſtianitatis.

Reſpondebunt Mahumetani: ſicut lex Moſaica ceſſavit per legem Chriſti, ita hanc per Mahumeti legem abolitam fuiſſe.

Sed nulla hæc eſt reſponſio: nam aliud eſt lex, aliud fides, & religio, ut Mahumetani ipſi docent. Lex continet ritus, ceremonias, & ſanctiones, quæ poſſunt non ſolùm à Deo, ſed etiam à Miniſtris Dei, ubi ita neceſſe fuerit, vel Deo ita placuerit, immutari. At religio, ſeu fides continet res ęternę veritatis, & quæ nullo modo poſſunt variari. Chriſtus nihil hujuſmodi immutavit in Pentateucho, & in religione; licèt quædam clariùs explicaverit, vel hactenùs ignota, ſaltem pleriſque, manifeſtaverit. At Mahumetus plura ſpectantia tàm ad veritates ęternas, quàm ad Sacras Hiſtorias, quæ ad eaſdem pertinent veritates, tùm in Pentateucho, tùm in Euangelio partim negavit, partim mendaciis, ac figmentis immiſcuit.

Objicient prætereà: Multis hæreſibus, ac ſectis Chriſtianam religionem diſciſſam, confuſamque fuiſſe.

Verùm hoc non ſatis eſt, ut dici poſſit, Chriſtianos à religione ſua deſciviſſe; vel eamdem religionem periiſſe. Vide Prodromum part. 3. cap. 23. ubi de hac re ex profeſſo fuſiſſimè agitur. Alioquin, cùm Mahumetani fateantur, ſectam ſuam plures ſciſſuras, ſeu hæreſes, quàm religionem Chriſtianam, habuiſſe: cogentur etiam fateri, ſe religionem ſuam amiſiſſe. Sufficit, ut, ſi non in tota gente, ſaltem in parte illius illibata religio ſervetur, quæ per certas notas à corrupta, & falſa poſſit dignoſci. Poſtremò, etiamſi in Chriſtiana gente plures ſint nationes hęreſibus infectę: ferè tamen omnes, & pręſertim Græcæ, & Latinę, quæ ſemper Chriſtiani populi maxima pars, & magis conſpicua fuere, in pręcipuis fidei myſteriis, quæ Mahumetus negat, conveniunt: ut in Unitate Dei cum Trinitate Perſonarum: in Chriſti Divinitate, ejuſdemque Crucifixione, ac Morte: in Sacramentis Baptiſmi, Ordinis, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ; & in aliis hujuſmodi: in quibus cum Latinis, & Græcis ab ipſo Apoſtolorum tempore, cęterę ferè Orbis nationes ſemper convenere, hodieque conveniunt: quod argumentum evidentiſſimum eſt, Chriſtianos nunquam à ſua religione, ſaltem quoad potiorem partem, & quoad fundamentalia dogmata; quæ Mahumetus negat, deviaſſe, vel aberräſſe.

سورة البقرة مكيّة مايتان وستّ وثمانون آية

SURA II.

VACCA.

MECCANA:

COMMATUM CCLXXXVI.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 الم ۞ 2 ذلك الكتاب لا ريب فيه هدي للمتقين ۞ 3 الذين يومنون بالغيب ويقيمون
الصلوة ومما رزقناهم ينفقون ۞ 4 والذين يومنون بما انزل اليك وما انزل من قبلك وبالاخرة هم
يوقنون ۞ 5 اولايك على هدي من ربهم واولايك هم المفلحون ۞ 6 ان الذين كفروا سواء عليهم
ءانذرتهم ام لم تنذرهم لا يومنون ۞ 7 ختم الله على قلوبهم وعلى سمعهم وعلى ابصارهم غشاوة
ولهم عذاب عظيم ۞ 8 ومن الناس من يقول امنا بالله وباليوم الاخر وما هم بمومنين ۞
9 يخادعون الله والذين امنوا وما يخدعون الا انفسهم وما يشعرون ۞ 10 في قلوبهم مرض فزادهم
الله مرضا ولهم عذاب اليم بما كانوا يكذبون ۞ 11 واذا قيل لهم لا تفسدوا في الارض قالوا انما
نحن مصلحون ۞ 12 الا انهم هم المفسدون ولكن لا يشعرون ۞ 13 واذا قيل لهم امنوا كما
امن الناس قالوا انومن كما امن السفهاء الا انهم هم السفهاء ولكن لا يعلمون ۞ 14 واذا لقوا
الذين امنوا قالوا امنا واذا خلوا الى شياطينهم قالوا انا معكم انما نحن مستهزءون ۞ 15 الله
يستهزئ بهم ويمدهم في طغيانهم يعمهون ۞ 16 اولايك الذين اشتروا الضلالة بالهدي فما ربحت
تجارتهم وما كانوا مهتدين ۞ 17 مثلهم كمثل الذي استوقد نارا فلما اضاءت ما حوله ذهب الله
بنورهم وتركهم في ظلمات لا يبصرون ۞ 18 صم بكم عمي فهم لا يرجعون ۞ 19 او كصيب
من السماء فيه ظلمات ورعد وبرق يجعلون اصابعهم في اذانهم من الصواعق حذر الموت والله محيط
بالكافرين ۞ 20 يكاد البرق يخطف ابصارهم كلما اضاء لهم مشوا فيه واذا اظلم عليهم قاموا
ولو شاء الله لذهب بسمعهم وابصارهم ان الله على كل شيء قدير *

21 يا ايها

آمنوا
croyez

21 يا أيها الناس اعبدوا ربكم الذي خلقكم والذين من قبلكم لعلكم تتقون ۞ 22 الذي
جعل لكم الأرض فراشا والسماء بناء وأنزل من السماء ماء فأخرج به من الثمرات رزقا لكم فلا
تجعلوا لله أندادا وأنتم تعلمون ۞ 23 وإن كنتم في ريب مما نزلنا على عبدنا فأتوا بسورة من
مثله وادعوا شهداءكم من دون الله إن كنتم صادقين ۞ 24 فإن لم تفعلوا ولن تفعلوا فاتقوا
النار التي وقودها الناس والحجارة أعدت للكافرين ۞ 25 وبشر الذين آمنوا وعملوا الصالحات
أن لهم جنات تجري من تحتها الأنهار كلما رزقوا منها من ثمرة رزقا قالوا هذا الذي رزقنا من قبل
وأتوا به متشابها ولهم فيها أزواج مطهرة وهم فيها خالدون ۞ 26 إن الله لا يستحي أن يضرب
مثلا ما بعوضة فما فوقها فأما الذين آمنوا فيعلمون أنه الحق من ربهم وأما الذين كفروا فيقولون ماذا
أراد الله بهذا مثلا يضل به كثيرا ويهدي به كثيرا وما يضل به إلا الفاسقين ۞
27 الذين ينقضون عهد الله من بعد ميثاقه ويقطعون ما أمر الله به أن يوصل ويفسدون
في الأرض أولئك هم الخاسرون ۞ 28 كيف تكفرون بالله وكنتم أمواتا فأحياكم ثم يميتكم
ثم يحييكم ثم إليه ترجعون ۞ 29 هو الذي خلق لكم ما في الأرض جميعا ثم استوى إلى السماء
فسويهن سبع سموات وهو بكل شيء عليم ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. A L. M. 2. Iſte Liber, non eſt dubium de eo, *quin ſit à Deo*: directio timentibus *eum*. 3. Qui credunt in Arcanum, & ſtare faciunt orationem (*ideſt obſervant tempora ejus*:) & ex eo, quod in ſuſtentaculum præbuimus illis, erogant *in eleemoſynam*. 4. Et qui credunt in id, quod demiſſum eſt ad te (*ideſt Alcoranum*,) & *in id*, quod demiſſum fuit ante te (*ideſt Pentateuchum, Pſalterium, & Euangelium*:) & in noviſſimum ſæculum ipſi firmiter credunt. 5. Hi erunt ſuper directionem (*ideſt dirigentur*) à Domino ſuo; & hi erunt felices. 6. Porrò, qui infideles ſunt; æquale *erit* ſuper eos (*ideſt unum, atque idem erit illis*) ſive prædicaveris eis, ſive non prædicaveris eis: non credent. 7. Sigillum impreſſit Deus ſuper corda eorum, & ſuper auditum eorum: & ſuper *a* aſpectus eorum *eſt* cooperimentum: & ipſis *erit* pœna magna. 8. Et ex hominibus aliquis dicit: Credidimus in Deum, & in diem noviſſimum: & non ipſi cum credentibus (*ideſt, & tamen non credunt.*) 9. Deceptoriè agunt cum Deo, & *cum iis*, qui crediderant, & non decipiunt, niſi animas ſuas, & non ſentiunt *hoc*. 10. In cordibus eorum *eſt* morbus: auxitque illis Deus morbum: & ipſis *erit* pœna diſcrucians pro eo, quod mentiti ſunt. 11. Et, cùm dictum fuerit eis: Ne corrumpatis in terra; reſpondebunt: Certè quòd nos *ſumus b* redintegrantes. 12. An non certè ipſi ſunt corruptores? Veruntamen non ſentiunt, *ſe eſſe tales*. 13. Et, cùm dictum fuerit eis: Credite, ſicut crediderunt homines: reſpondebunt: An credemus, ſicut crediderunt fatui? Nonne ſanè ipſi ſunt

a *oculos*.

b *reſarcientes*.

fatui?

fatui? Sed nescíunt, *se esse tales*. 14. Et, cùm occurrerint iis, qui crediderunt, dicent: Credidimus. At, cùm clam convenerint ad Satanas suos, dicent: Certè nos *sumus* vobiscum, certè, quòd nos illudentes *fuimus eos*. 15. Deus lusum captabit de illis, & extendet illos (*idest vitam prorogabit illis*:) in exorbitantia sua attoniti hùc, illùc errabunt. 16. Hi sunt, qui

a *emerunt errorem, pro commutaverunt.*

a commutaverunt errorem cum directione (*idest directionem cum errore, seu fidem cum infidelitate*) sed non est lucrata mercatura eorum, & non fuerunt directi. 17. Similitudo eorum *est* sicut similitudo illius, qui studuerit accendere ignem: postquam autem *ignis* illuminaverit, quod est circa eum, auferat Deus lumen eorum, & relinquat eos in tenebris: non videbunt. 18. Surdi, muti, cæci *sunt*: ideò ipsi non convertentur. 19. Vel *sunt* sicut *illi*, *quibus supervenit* tempestas è Cœlo, in qua *sint* tenebræ, & tonitru, & fulgur. Ponent digitos suos in auribus suis ad fulmina strepentia *ob* timorem mortis: & Deus circumdans *est* infideles *potentia sua, ne possint effugere*. 20. Propè est, *ut* fulgur rapiat *b* obtutus eorum: quotiescunque illuxerit eis, ambulabunt in eo: cùm autem tenebras offuderit super eos, stabunt. Quòd si vellet Deus, procul dubio auferret auditum eorum, & aspectus eorum: nam Deus super omnem rem est potens. 21. O homines servite Domino vestro, qui creavit vos, & eos, qui *fuerunt* ante vos; ut vos timeatis *eum*: 22. Qui posuit vobis terram *in* stratum; & Cælum *in* ædificium (*idest terram pro pavimento, & Cælum pro tecto*) & demisit è Cælo aquam, & produxit per eam ex fructibus *varias species*, alimentum vobis. Ne ergo ponatis Deo similitudines (*idest alios Deos*:) & vos scitis, *unum tantum esse Deum*. 23. Quòd si estis in dubitatione de eo, quod demisimus super servum nostrum (*idest de Alcorano, quem dedimus Mahumeto*) afferte porrò *unam* Suram ex similitudine ejus (*idest similem Suris illius*:) & advocate testes vestros (*idest Deos vestros, ut adjuvent vos ad hoc*) præter Deum, si estis veraces. 24. Quod si nondum fecistis *hoc*, nec unquam facietis: timete porrò ignem, cujus materia ad comburendum *sunt* homines, & lapides: præperatus fuit Infidelibus. 25. Et annuntia illis, qui crediderunt, & fecerunt recta; quòd *erunt* ipsis horti, currunt de sub eis flumina. Quotiescunque nutriti fuerint de illis *hortis* ex aliquo fructu *in* alimentum, dicent: Hic *est ille*, quo nutriti sumus anteà. Sed dabitur eis hoc inter se assimilatum (*idest unus fructus similis erit alteri in colore, sed diversus in sapore*) & ipsi *erunt* in illis *hortis* Uxores purificatæ: & ipsi in illis perpetuò commoraturi *sunt*. 26. Porrò Deus non erubescet, ut proponat *in* parabolam aliquid *vile*, *velut* culicem: atque etiam aliquid, *quod sit* supra illam: etenim, qui credunt, scient, quòd hoc *sit* veritas à Domino suo. Qui autem infideles sunt, dicent: *c* Cur nam voluit Deus in hoc *d proponere* parabolam? Errare faciet per eam multos; & diriget per eam multos: sed non faciet errare per eam, nisi prævaricatores. 27. Qui dissolvunt fœdus Dei post colligationem ejus; & abscindunt id, de quo præcepit Deus, ut conjungatur; & corrumpunt in terra: hi *sunt* perituri. 28. Quomodò non credetis in Deum? Fuistis mortui, & vivificavit vos: deindè mori faciet vos; posteà vivificabit vos; tum ad eum reducemini. 29. Ipse *est*, qui creavit vobis quod est in terra univetsum: deindè intendit in Cælum, & conformavit illud *in* septem Cælos: & ipse *est* in omni re sciens.

b *oculos.*

c *Quidnam*
d *Quod proposuit per.*

NOTÆ

NOTÆ.

INscriptio hujus Surę desumitur ex eo, quòd in ea per transennam, & ex casu referatur multis admixta figmentis historia, quæ habetur in Libro Numer. cap. 19. De Vacca rufa, quam jussu Dei immolavit Eleazarus filius Aharon. Medinæ traditam fuisse, plerique sentire videntur. Sed Gelaleddinus, quem præcipuè sequor, ponit مكية او مدنية *Meccanam, aut Medinensem*. Versus illi tribuuntur 286. Aliqui tamen enumerant 287. & tot esse videntur, si tres illi characteres, qui Surę præfiguntur, nempè الم A, L, M, pro primo versu accipiantur. Verùm scias, Lector, Expositores tàm in loco traditionis Surarum assignando, quàm in earum versibus enumerandis, plerumque inter se dissentire. Neque ego circa hoc nimis sollicitus, aut scrupulosus ero, cùm sit res nullius propè momenti. De mercede hanc Suram legentis ita Mahumetus ipse apud Zamchascerium: السورة التى تذكر فيها البقرة فنطاط القران فتعلموها فان تعلموها بركة وتركها حسرة: *Sura, in qua fit mentio de Vacca, est complexio, seu compendium Alcorani. Addiscite itaque illam: nam illam addiscere, est benedictio: omittere autem illam, est benedictionis privatio*, seu maledictio, vel jactura.

I. الم A. L. M. Quid significent tres isti characteres; quemadmodùm, & alii similes, qui nonnullis Suris præmittuntur; fatentur ingenuè Expositores, se ignorare. Hinc semper Gelal: الله اعلم بمراده بذلك *Deus scit, quid ipse voluerit per hos significare*. Hoc idem Jahias confirmat his verbis: كان الحسن يقول ما ادرى ما تفسير الم واشباه ذلك من حروف المعجم غير ان قوما من المسلمين كانوا يقولون اسماء السور وفواتحها قال محمد وذكر بن سلام فى تفسير الم وغير ذلك من حروف المعجم التى فى اوايل السور تفاسير غير متفقة فى معانيها سوى الذى ذكر عن الحسن فالله اعلم: وقد سمعت بعض من اقتدر به من مشايخنا يقول ان الامساك عن تفسيرها افضل: *Dicebat Hasan: Ego non assequor, quid significent A, L, M, & hujusmodi characteres scripti per compendium: nisi quòd quidam ex Moslemis dicebant, esse nomina, & proœmia Surarum. Dixit Mohammed, & meminit Ebnosalam: In expositione hujusmodi characterum expositores non conveniunt in significatu eorum, præter id, quod meminit Hasan* (nempè, nescio) *Itaque Deus novit: Jam verò audivi quemdam ex Senioribus nostris, qui in magna habebatur æstimatione, dicentem: Abstinere ab explicatione eorum, est melius*: Thalebiensis innumeras hìc congerit Doctorum suorum ineptias: verùm in hoc ipse minùs ineptire videtur, quòd primo loco ponit sententiam eorum, qui asserunt: انها من المتشابهات التى استاثر الله تعالى بعلمه فنحن نومن به ونكل الى الله تاويلها: *Hos characteres esse è numero rerum mysticarum, quarum scientiam Deus sibi reservavit: Satisque esse nobis credere, à Deo traditos fuisse; relinquendo ipsi eorum interpretationem.*

Vide, quę circa hos characteres eruditè scripsit Thomas Erpenius in Prolegomenis, seu Præexercitationibus Grammaticæ Arabicæ pag. 180. qui inter alia habet hęc verba: *Has Corani proprias esse notas, & mysteriorum indices, sed quorum vera intelligentia, ac certa mortalium nulli, præterquam Muhammedi, concessa fuerit, uno ore confitentur assectæ ejus omnes, etiam intelligentissimi*. Et nihilominùs quidam in iisdem characteribus explicandis hariolantur: sed temerè, *ut quò se vertant* (inquit Erpenius;) *revera nesciant*.

II. *Timentibus*.] Arabicè المتقين: est una ex illis dictionibus, quæ sæpè occurrunt in Alcorano, & significat *timentes, vel cavente*s: sæpè autem subauditur, vel Deum, vel Gehennam, vel peccatum, præsertim Idololatriæ, vel aliquid hujusmodi. Respondet omninò verbo Scripturali, *Timoratis*: Latiniùs diccmus *Piis*:

III. *Arcanum*.] Arabicè الغيب, propriè significat id, quod abest, nec videtur, sed creditur, qualia sunt Fidei mysteria. Exponit hìc Gelaleddinus: بما غاب عنهم من البعث والجنة والنار: *Id, quod longè remotum est ab eis, nempè resurrectio mortuorum, Paradisus, & ignis Gehennæ*.

Et stare faciunt orationem.] Frequens loquendi modus in Alcorano, quo significatur observantia quinque orationum, seu precum, quas quinque statis temporibus, partim diei, partim noctis Mahumetani persolvunt.

VI. *Qui infideles sunt*.] Arabicè verbum كفر: propriè dicitur de illis, qui nolunt credere Mahumeto, & Alcorano; præsertim verò de Judæis, & Christianis. Ponitur autem tempus præteritum, pro præsenti, tàm in كفروا *Infideles fuerunt*, quàm in امنوا *Fideles fuerunt*, seu crediderunt.

X. *In cordibus eorum est morbus*.] Explicat Gelaleddinus شك ونفاق, *Dubitatio in fide, & impietas*.

XI. *Ne corrumpatis in terra*.] Sæpè occurrit hic modus loquendi in Alcorano; & per eum significatur tàm latrocinari, deprædari, atque occidere more grassatorum: quàm pravam doctrinam, atque impia dogmata ferere inter homines. Opponuntur autem افسد فى الارض *corrumpere in terra*, vel terram; & اصلحها *redintegrare eam*, seu jam corruptam restituere in integrum. Italicè, *racconciare*:

XIII. *Sicut crediderunt homines*.] Explicat Gelal: اصحاب النبى *Socii Prophetæ*: illi nimirùm, qui primò adhæserunt, & crediderunt Mahumeto.

XIV. *Ad Satanas suos*.] Gelal: وسايهم *Principes suos*, idest magistros, ac duces errorum. Nimirùm, Judæi quidam simulabant coram Mahumeto, & Mahumetanis, se credere in illum: ubi verò ad Doctores, seu Rabbinos suos revertebantur, detegebant illis simulationem suam.

XVI. *Commutaverunt errorem cum directione*.] Verbum Arabicum اشترى significat propriè *commutare vendendo, & emendo unam rem cum alia*: seu relicta una eligere aliam. Propriè dicendum esset, *permutaverunt directionem cum errore*: sed Arabicæ linguæ proprietas exigit oppositum. Vertere etiam possumus, *emerunt*, vel *vendiderunt*, vel *mercati sunt*.

XVII. *Auferat Deus lumen eorum*.] Frequentissimè occurrit in Alcorano mutatio numeri, ut hoc loco, ubi loquens de uno transilit ad multos. In quo videtur Mahumetus stylum propheticum affectare; puto tamen,

id

id potiùs ex illius oscitantia proveniſſe. Quid autem ſibi velit his duabus ſimilitudinibus, Expoſitores difficulter, ac violenter expiſcantur. Neque meum eſt in Alcorani ineptiis myſteria invenire.

XXI. *O homines.*] Alloquitur Meccanos concives ſuos idololatras. Quamobrem convincitur hæc Sura ſcripta fuiſſe Meccæ: ut in Prolegomenis ad Alcoranum præmonuimus ex doctrina ipſorum Mahumetanorum.

XXII. *Similitudines.*] Vox Arabica اندادًا ſignificat *ſimilitudines*, & *ſimiles*. Putant quidam hìc ſacras imagines damnari. Verùm dubium non eſt, quin de idolis Meccanis ſermo ſit.

Et vos ſcitis.] Sæpiſſimè abſolvit Alcoranus periodos, per hæc verba: *Vos ſcitis: Illi ſciunt: Si ſciretis: Si ſcirent*, & alia hujuſmodi. Quibus Expoſitores juxta loci exigentiam aliquid ſubjungunt è ſuo cerebro, ſunt enim velut apoſiopeſes.

XXIII. *Quòd ſi eſtis in dubitatione.*] Nimirùm, ſi dubitatis, Alcoranum traditum eſſe à Deo, componite Suram unam ejuſdem ſtyli, & elegantiæ. Quòd ſi hoc efficere non potueritis, intelligite, Alcoranum eſſe opus Dei.

XXIV. *Homines, & lapides.*] Nomine lapidum intelligit Gelal idola lapidea; & per hoc vult exprimi vehementiam ignis Gehennæ, cui lapides ſint pro lignis.

XXV. *Horti currunt de ſub eis flumina.*] Sexcenties hoc in Alcorano repetitur. Quòd autem dicuntur flumina currere ſub hortis; explicat Gelal: تجـــرى تحت اشجارها وقصورها: *ſub arboribus eorum, & palatiis eorum.*

Quotieſcunque nutriti fuerint.] Sententia eſt: Erunt ibi poma diverſi ſaporis, ſed adeò ſimilia in colore, ut primo aſpectu nihil inter ſe differre videantur, Gelaledinus intelligit de iiſdem fructibus Paradiſi inter ſe ſimilibus. Sed Zamchaſcerius de ſimilibus fructibus hujus mundi, quibus in eo anteà nutriti fuerant.

Uxores purificatæ.] Explicat Gelal: من الحور وغيرها مطهرة من الحيض وكل قذر: *Ex Puellis nigrioculis, & aliis purificatis à menſtruo, & omnibus ſordibus.* De his fœminis Paradiſi ita Jahias ex relatione Malexi, qui id acceperat ab Alhaſano: قال رسول الله ص في نساء اهل الجنة يدخلنها عربا اترابا لا يحضن ولا يلدن ولا يمتخطن ولا يقضين حاجة: *Dixit Legatus Dei Mahumetus de mulieribus Paradiſi: Ingredientur in illum* (Paradiſum) *junctæ conjugibus ſuis, iiſdem coætaneæ: non patientur menſtrua: non parient: non emungent nares; non abſolvent neceſſitatem*, egerendo ſcilicet cibi, potuſque excrementa. De hortis autem Paradiſi hæc habet idem Auctor: قال محمد يعنى بساتين يجرى من تحتها ذهب الى شجرها لا الى ارضها يحيى قال: بلغنى عن ابان بن عياش عن انس بن مالك قال: انهار الجنة تجرى من غير حدود الماء واللبن والعسل والخمر وهو ابيض كله وطين النهر مسك ادفر وارضاضه الدر والياقوت: *Dixit Mohammed: ſignificantur* (per hortos,) *viridaria, ſubtus quæ fluit aurum ad arbores eorum, non ad terram eorum. Dixit Jahias: Audivi ab Ajano filio Ajaſci ex relatione Anaſi filii Maleki dicentis: Flumina Paradiſi fluunt ſine terminis aqua, lacte, melle, & vino, quod eſt totum album. Limus autem fluminis Paradiſi eſt muſcus fragrantiſſimus: & glareæ ejus ſunt margaritæ, & hyacinthi.*

XXVI. *Porrò Deus non erubeſcet:*] i. non dedignabitur proponere parabolas etiam in rebus vilioribus, qualis eſt culex. Vult autem Gelal: بعوضة eſſe صغار البق ideſt, *culicem minorem*; & cùm dicitur: ما فوقها *quod ſit ſupra illum*, innui culicem majorem, vel quid aliud majus culice. Huic ſententiæ occaſionem dediſſe fingit Jahias: ان الله لما ذكر فى كتابه العنكبوت والنملة والذباب قال المشركون ماذا اراد الله بذكر هذا فى كتابه وليس يقرون ان الله انزله ولكن يقولون للنبى ان كنت صادقا فما اراد الله بهذا مثلا: *Quia, cùm Deus mentionem feciſſet in Libro ſuo* (nempe Alcorano) *de aranea, de formica, & de muſca: dixerunt Idololatræ: Quidnam ſibi voluit Deus commemorando hæc in Libro ſuo? Neque volebant aſſentiri, Deum eſſe Auctorem hujuſmodi Libri: ſed dicebant Prophetæ: ſi es verax, dic nobis; quare voluit Deus in hiſce rebus proponere parabolas?*

XXVII. *Et abſcindunt id, quod præcepit Deus, ut conjungatur.*] Explicat Gelal: من الايمان بالنبى الرحم وغير ذلك: *Cujuſmodi eſt fides in Prophetam* (nempe Mahumetum,) *& vinculum cognationis, & alia hujuſmodi.* Hæc nimirùm non ſunt abſcindenda, neque violanda.

XXVIII. *Et fuiſtis mortui.*] Hujuſmodi argutiæ ineptæ occurrunt idemtidem in Alcorano. Hìc autem exponit Gelal: قد كنتم امواتا نطفا فى الاصلاب فاحياكم فى الارحام ثم يميتكم عند انتهاء اجالكم ثم يحييكم بالبعث ثم اليه ترجعون بعد البعث: *Jam fuiſtis mortui, dùm eratis ſperma in lumbis patrum veſtrorum: & vivificavit vos in uteris matrum veſtrarum. Deindè morti tradet vos, cùm ad metam vitæ veſtræ perveneritis. Tùm vivificabit vos in die reſurrectionis: poſteà ad eum reducemini, poſtquam reſurrexeritis.*

XXIX. *Intendit in Cælum.*] Arabicè eſt استوى *adæquavit ſe*, quaſi totum animum applicuerit: quamobrem explicat Gelal: بعد خلق الارض قصد الى السماء: *Poſt creationem terræ intendit*, ſeu applicuit animum, & compoſuit ſeſe totum *ad creandum Cælum.*

REFUTATA.

I. Tiosè omninò ponuntur tres illi characteres ſolitarii in principio hujus Suræ, quemadmodum alii aliis Suris præfiguntur, ſi eorum cognitio Deo tantùm reſervatur, neque ab hominibus poſſunt intelligi. Deus porrò non indiget characteribus, vel Scriptura ad aliquid cognoſcendum. Illud igitur, quod primò præfert Alcoranus otioſum eſt & inutile.

II. Cùm Alcoranus à laude ſui ipſius exordiatur, & de veracitate ſua dubium nullum eſſe pronunciat: manifeſtæ falſitatis convincitur: non enim ſolùm plura dubia, ex quibus Moslemi nequeunt ſe expedire, ſunt in Alcorano circa ejus veritatem: ſed etiam plurima falſa & mendacia, ut deinceps patebit.

III. Præcipit Mahumetus hominibus, ut credant in Alcoranum, Pentateuchum, Euangelium, & alios Sacros Libros. Sed hoc eſt præcipere repugnantia inter ſe, & omninò impoſſibilia. Quomodo enim credere poſſumus in Alcoranum, ſimulque in Euangelium, & Pentateuchum, ſi Alcoranus deſtruit pleraque eorum, quæ ſunt in Euangelio, & depravat plurima, quæ ſunt in Pentateucho: & multa in utroque prædicta de ſe fuiſſe affirmat, quæ in neutro reperiuntur, nec unquam reperta ſunt? Frivolum verò & prorſus inane eſt hìc effugium Mahumetanorum dicentium: Pentateuchum & Euangelium à Judæis & Chriſtianis fuiſſe corruptos: Mahumetum verò habuiſſe hos libros legitimos & incorruptos. *Contra hanc Mahumetanorum calumniam fuſiùs alibi diſſerui, & alii etiam Sanctiſſimi, doctiſſimique Viri argumentis prorſus inſolubilibus diſſeruerunt. Inter hos præcipui ſunt; S. Hieronymus in Iſaiam cap. 6. Origenes in Iſaiam lib. 8. S. Auguſtinus de Civ. Dei lib. 13. cap. 13. & inter recentiores Eminentiſſimus Cardinalis Bellarminus lib. 2. de Verbo Dei cap. 2. quem alii poſteriores ſequuntur.

Fateor, non defuiſſe etiam ex noſtris quoſdam, & quidem ſanctitate, ac doctrina inſignes, qui à Judæis vetus teſtamentum in odium Chriſti corruptum fuiſſe, in iis, quæ ad ipſum ſpectabant, exiſtimaverint. Verùm hi nullo modo loquuti ſunt, nec loqui potuerunt de corruptione univerſali, aut ſubſtantiali; ſed de unius, vel alterius loci depravatione, quæ in eo ſita eſſet, quòd cùm in Hebraico textu duplex eſſet lectio; Judæi eam, quæ Religioni Chriſtianæ magis favebat, omittentes, minus favorabilem retinuerunt. Quòd verò dolo malo in tota Scriptura, vel in aliqua parte ejus depravanda conſpiraverint; nullo modo credendum eſt.

Verùm, quia hic eſt Mahumetanorum Achilles, quo maximè prophetam ſuum, ejuſque Alcoranum ab impoſtura, & mendaciis vendicare conantur; &, ſi hic ad terram cadat; tota Saracenicæ ſuperſtitionis moles ſimul corruat neceſſe eſt; præcipua hìc argumenta, quibus Sacrorum Veteris, novique teſtamenti librorum (quos Mahumetani, التوراة و الانجيل *Pentateuchi & Euangelii* nomine deſignant) integritas probetur, ex prima parte Prodromi delibabo.

Suppono autem, ad hoc ut aliquis liber dici poſſit integer, & incorruptus, non eſſe neceſſarium, ut nullum in eo Scripturæ erratum, vel defectus verborum, vel lectionum varietas nulla reperiatur: alioqui nullus penè liber dici poſſet incorruptus: & Alcoranus ipſe eſſet corruptiſſimus, cujus nullum eſt Arabicum exemplar ab ipſis Mahumetanis, vel diligentiſſimè ſcriptum, reperire, in quo non plura ſint amanuenſis errata. Adde ſexcentas eſſe in eo varias lectiones. Præterea in Surarum inſcriptionibus, & in periodorum numeris, nullum penè exemplar cum alio convenire. Poſtremò certum eſt, Alcoranum, quo Perſæ utuntur in rebus eſſentialibus, ab eo, quem Turcæ habent, differre. Quid verò, ſi de Alcorani in alias linguas verſionibus loquamur? Vix earum pleræque Alcoranum redolent.

Fatemur igitur in Sacris veteris, novique teſtamenti libris, aliquot menda, vel defectus tàm in ſuis fontibus, quàm in verſionibus, vel ex amanuenſium incuria, vel ex minus attenta interpretum inſpectione reperiri. Negamus tamen, propterea corruptos, vel depravatos eſſe dicendos. Et licèt quidam putaverint, in Textu Hebraico à Judæis, in odium Chriſti nonnulla dolo malo corrupta fuiſſe: hoc tamen ab omni prorſus veritate, imò & veriſimilitudine abhorret, idque nullo modo fieri potuiſſe, mox probabimus. Multò verò minus concedimus, Euangelium, in odium Mahumeti, ut ipſe deblaterat, depravatum fuiſſe.

*Vide Prodromum p. 1. cap. 2. & ſeqq.

Primum, ac præcipuum fundamentum certiſſimæ hujus aſſertionis eſt Divina Providentia, ad quam ſpectat legem ſuam inter homines conſervare unà cum iis libris, qui ad veram Dei agnitionem, cultumque legitimum ſunt neceſſarii: alioqui omnia erunt confuſa, incerta, ac tenebris plena. Quin & pro Mahumetanis ipſis res malè ageretur: nam cùm hi Sectam, ac legem ſuam (licèt falſò) Pentateuchi, & Euangelii oraculis ſtabilire ſe putent: ſi hæc depravata ſint, ac proinde fide careant; Religionis ſuæ veritatem nullo modo oſtendere poſſunt, vel comprobare, neque ſatis eſt, ſi dicant, exſtare Alcoranum: nam Alcoranus in hac controverſia eſt pars, neque poteſt in propria cauſa teſtis eſſe, vel judex.

Secundum hujus veritatis argumentum, eſt accuratiſſima diligentia, ac vigilantia, qua Hebræi veteris teſtamenti, Chriſtiani verò tàm novi, quàm veteris libros ſemper cuſtodierunt. Incredibile eſt quantum hac in re illi ſemper fuerint accurati etiam ante ortum Mahumeti. Non ſolùm libros omnes, & capita librorum, ſed etiam periodos, dictiones, characteres, & apices in Sacris bibliis enumeravere. Tantam verò ac tàm exactam curam in Sacris Codicibus exſcribendis adhibent, ut in ſuperſtitionem degenerare videantur. Viginti de hoc præcepta enumerat

R. Moyſes in tractatu de Lib. leg. cap. 10. inter quæ illa ſunt, ut ſi in ſcribendo, literula ulla per incuriam vel addatur, vel detrahatur, vel ſi unus character ab alio nimis diſtet, vel eidem plus juſto adhæreat, totus liber profanus habeatur. Multò verò major, licèt ab omni ſuperſtitione immunis, eſt, ſemperque fuit Chriſtianorum cura in Sacris Scripturis, & præſertim Euangeliis aſſervandis, & venerandis. Non enim ſolùm in Eccleſiis, ſed etiam in privatis domibus illas habere perpetuò conſueverunt. Et cùm ſæpè ab Idololatris eas depromere, ſibique tradere juberentur, bonorum potiùs, vitæque jacturam facere, quàm Sancta canibus dare eligebant. Mos etiam ſemper fuit quotidie in publicis Conventibus, dum Sacra celebrarentur, eaſdem populo à Miniſtris ad hoc ſpecialiter deputatis recitari.

Tertium argumentum eſt: A primo uſque Chriſtianæ religionis ſæculo Sacras Scripturas per univerſas terrarum orbis provincias, ac nationes vulgatas fuiſſe, eaſque in omnium propè gentium linguas ex Hebraicis, Græciſque fontibus fuiſſe translatas: & prætereà fontes ipſos, tùm Hebræorum, tùm Chriſtianorum opera ad omnes æquè nationes promanaſſe. Teſtantur hoc S. Auguſtinus libro ſecundo de Doctrina Chriſtiana cap. 5. & tract. in pſal. 105. Theodoretus lib. 5. de curan. Græcor. affect. S. Joan. Chryſoſt. in Joan. c. 1. homil. p. S. Hieron. præfat. in Euañ. ad Damaſum. Vixerunt hi omnes longè ante Mahumetum: & hodie quoque extant hujuſmodi verſiones, quæ omnes ſi non in verbis, ſaltem in ſubſtantia ſententiæ, & in rerum geſtarum narrationibus conveniunt: quod manifeſtè probat, Sacras Scripturas non fuiſſe corruptas. Sed dato etiam in harum aliqua defectum eſſe ſubſtantialem, id tamen Sacrorum voluminum integritati nullum inferret præjudicium: hujuſmodi enim defectus ex tot aliarum verſionum, & ex originalium Textuum collatione facillimè deprehenderetur. Quòd ſi ob hanc cauſam Sacræ Scripturæ corruptæ dicendæ eſſent; corruptus etiam, imò corruptiſſimus dicendus eſſet Alcoranus, cùm multi illum praviſſimè deſcripſerint, & in alias linguas peſſimè converterint.

Quartum eſt; Neque cauſas, neque tempus, neque auctores corruptionis hujuſmodi poſſe aſſignari. Cur enim Judæi teſtamentum vetus corrumperent? In odium, inquiunt, Chriſti, & Chriſtianorum, ne ea, quæ illis favebant, apparerent. Atqui ſi res rectè perpendatur, hoc ſine aperta calumnia dici non poteſt. Primò enim in Hebraico Textu reperiuntur hodie non ſolùm vaticinia illa omnia, quæ in novo teſtamento à Chriſto Domino, ejuſque diſcipulis allegantur: verùm & alia multa: & utraque ob proprietatem Hebraicæ linguæ interdum clariora, & efficaciora, quàm in ipſa latina vulgata: neque dubitari poteſt, quin ſi Hebræi tantum ſcelus perpetrare voluiſſent; hæc etiam, & multò majori ratione ſubſtuliſſent. Nec minor Mahumetanorum calumnia, imò inſania eſt, dùm Judæos Pentateuchum, Chriſtianos verò Euangelium corrupiſſe, audacter affirmant, quò vaticinia, quæ in iis de Mahumeto, ejuſque ſecta prædicta erant, abolerent. Etenim tàm Pentateuchus, quàm Euangelium, cæterique Sacri Libri ſunt hoc tempore prorſus iidem, qui erant ante adventum Mahumeti: quod ſecundo, & tertio argumento jam allato, manifeſtè probatur: & multò manifeſtius evincitur, quia non pauci hodie viſuntur Codices, præſertim Hebraici veteris teſtamenti, quorum antiquitas ortum Mahumeti longè ſuperat, & tamen cum modernis Codicibus omninò conveniunt. Quòd ſi vel in his, vel in aliis exemplaribus originariis, aut verſionibus eſt aliquod diſcrimen, qualecumque illud ſit, nihil ad Mahumetum, vel ad ejus Sectam pertinet, ſed ex amanuenſium, vel interpretum minori attentione, quàm par erat, contigiſſe cognoſcitur.

Quintum eſt, quia nulla gens tàm barbara, atque impia fingi, nedum reperiri poteſt, quæ publico, communique aſſenſu ad corrumpendos libros illos conveniat, quos religionis, regnique ſui fundamenta, ac baſes agnoſcit, & veluti Sacroſanctos veneratur.

Convenit deinde corruptionis hujus tempus aſſignare, quod ſanè ante Chriſti adventum eſſe non potuit, cùm nulla tunc fuerit cauſa ex ſuperiùs aſſignatis; Chriſti ſcilicet ipſius, & multò minus Mahumeti, memoriæ abolendæ cupiditas. Hùc accedit, quòd ſi Judæi hoc ſcelus perpetraſſent, neque Chriſtus, neque Apoſtoli ab illis incuſandis abſtinuiſſent. Atqui non ſolùm hoc non fecerunt, ſed oppoſitum potiùs docuere, dum ſæpè ad Sacrarum Scripturarum teſtimonia Judæos, & præſertim Sapientiores provocabant. Sed neque poſt Chriſti adventum potuerunt Sacra volumina corrumpi, cùm jam in manibus Apoſtolorum, aliorumque ſine numero, qui à Judaiſmo ad Chriſtianam fidem tranſierant, aſſervarentur. Præterquamquòd impoſſibile eſt, univerſos Judæos, qui per totum orbem diſperſi erant, in depravandis ſacris libris ſuis unanimi conſenſu conſpiraſſe.

Loquendo autem de novo teſtamento, nullo modo potuit à Chriſtianis ante Mahumeti adventum in odium ejuſdem Mahumeti depravari ob jam dictas rationes. Neque etiam poſt adventum Mahumeti, ob cauſas, quas mox afferemus.

Porrò ſi de Auctoribus hujus corruptionis agatur, manifeſtiùs agnoſcetur, nullo modo illam fieri potuiſſe. Neque enim dici poteſt, paucos aliquos ad hoc conveniſſe: ſed cogimur aſſerere, Judæos omnes ad Pentateuchum depravandum, omneſque Chriſtianos ad corrumpendum Euangelium unanimi conſenſu conſpiraſſe. Nam ſi aliqui tantùm hoc feciſſent (quod ſanè non negamus fieri potuiſſe) ſtatim ab aliis omnibus deprehenſi fuiſſent, nec poterant hi pauci univerſum terrarum orbem pervagari, atque omnes Judæorum Synagogas, domoſque penetrare: omnes Chriſtianorum Eccleſias, atque ædes privatas pervadere, ut omnes Pentateuchos, omnia Euangelia, omnes ſacros libros tot idiomatibus exſcriptos; in tàm multis doctiſſimorum virorum commentariis, & gloſſis inſertos, corrumperent, quò ex iis Chriſti, vel Mahumeti nomen, & memoriam abolerent. Multi ſaltem Codices integri, illibatique remanſiſſent, è quibus hodie proculdubio aliqui reperirentur.

Hùc

Hùc accedit, impoſſibile eſſe, ut in re ſuapte natura mala, & illicita, plùres nationes in eadem ſententia conveniant, quæ inter ſe moribus, genio, lege, religione adverſæ ſint, aut diverſæ; cujuſmodi ſunt Chriſtiani, & Hebræi: Latini, & Græci: Orientales, & Occidentales. Unica dictio addita à Latinis in ſymbolo fidei, non ad aliquid de veritate detrahendum, ſed ad eamdem veritatem magis explicandam, tàm magnum inter eos, & Græcos odium peperit, ac diſſidium; ut quantumvis pluries Græci in generalibus Conciliis additionem illam approbaverint, adhuc tamen inter eos, & Latinos ſciſſura perſeveret. Magis verò mirabile videtur, quòd cùm Ariani, qui Chriſti Divinitatem negabant, in infinitum propè numerum excreviſſent, & pro ſe Imperatores haberent, ut Mahumetani ipſi in ſuis hiſtoriis fatentur; attamen ne verbum quidem, quod Chriſti Divinitatem probaret, in Sacris Scripturis corrumpere auſi fuerint. Quòd ſi etiam daremus, aliquos Judæos, vel Chriſtianos in Arabia aliquid in odium Mahumeti in Euangelio, vel Pentateucho depravaſſe; poterant ne hi pauci, in remotiſſimo mundi angulo poſiti, cæteros omnes terrarum orbis Chriſtianos, vel Judæos, quorum plures non niſi poſt aliquot ſæcula Mahumeti nomen audiverunt, in ſuum ſcelus pertrahere?

Hoc porrò argumentum eò magis Moslemos urget, quò Mahumetus ipſe non ſemel in Alcorano fatetur, Pentateuchum, & Euangelium, cæteroſque ſacros libros, à Chriſtianis, & Judæis depravatos non fuiſſe, niſi poſtquam ſeſe Prophetam cœpit venditare: ut ſuis locis videbimus.

Prætereà dum Mahumetus toties affirmat in Alcorano, neceſſariò credendum eſſe in Pentateuchum, & Euangelium: & Judæis ut juxta Pentateuchum; Chriſtianis autem, ut juxta Euangelium judicent, præcipit: Mahumetanis verò, ut ſimul cum Alcorano utrumque recipiant, ac venerentur: & toties utrumque laudat, & commendat tamquam duces veritatis, lucernas illuminantes, & vias rectas ad ſalutem; ſupponit, non ſolùm hos libros extare, ſed etiam integros eſſe, & incorruptos. Neque poterat loqui de alio Pentateucho, & Euangelio, quàm de iis, quos Judæi, & Chriſtiani tunc habebant, & nunc etiam habent. Nec Doctores ipſi Mahumetani alium Pentateuchum, vel aliud Euangelium agnoſcunt. Et quidem, quod ad Pentateuchum attinet, nullum dubium eſſe poteſt, cùm ita apertè de illo loquatur Alcoranus. De Euangelio autem ita ſcribit Aly Abulhaſanus Ebnalhoſeinus Maſaudienſis. ان المسيح مـــر بمحيرة الطبريـــة وعليها اناس من الصيادين والقصارين فدعاهم الي اللّه وقال لهم اتبعونـــي تصيدون البشر فاتبعه ثلاثة من الصيادين وهم بنوا زبدي واثنا عشر من القصارين وقد ذكر متّي ويوحنا ومرقوس ولوقا وهم الحواريون الاربعة الذين نقلوا الانجيل والّفوا خبر المسيـــح وما كان من مولده وكيف عمّده يحيي بن زكريا وهو يحيـــي المعمدي وما فعل من العجايب وانا من المعجازات وما ناله من اليهود الي ان رفعه اللّه اليه وهـــو ابن ثلاثة وثلاثين سنة وفي الانجيل خطب طويل في امر المسيح ومريم ويوسف النجار اعرضنا عـــن ذلك لانّ اللّه تعلي لم يخبر بشي من ذلـك في كتابه ولا خبر به محمد نبيّـــــــــــه.

Tranſivit Chriſtus juxta lacum Tyberiadis, ubi erant aliquot piſcatores, & fullones, vocavitque illos ad Deum, & ait: Venite poſt me, & piſcabimini homines. Secuti ſunt igitur eum tres ex piſcatoribus, qui erant filii Zebedæi: & duodecim ex fullonibus. Inter hos commemorantur Matthæus, Joannes, Marcus, & Lucas: ſuntque illi quatuor Apoſtoli, qui ſcripſerunt Euangelium, & hiſtorias de Chriſto, & de eo, quod ſpectat ad illius nativitatem, & baptiſmum per Joannem filium Zachariæ, cognomine Baptiſtam: itemque de miraculis, ac prodigiis illius, & de eo, quod pertulit à Judæis, donec Deus elevavit illum ad ſe in Cœlum, cùm eſſet annorum triginta, ac trium. Fit autem in Euangelio prolixa narratio eorum, quæ ſpectant ad Chriſtum, & Mariam, & Joſeph Carpentarium. Nos tamen ab illis recedimus, quia nullam mentionem facit Deus in libro ſuo, neque commemorat ea Mahumetus Propheta ejus. Nihil refert, quòd nulla mentio fiat in Alcorano de multis rebus, quæ habentur in Euangelio, vel etiam quòd aliqua ex his ab eodem negentur. Imò hinc apparet manifeſtiùs falſitas Alcorani, cùm taceat, vel neget ea, quæ ipſemet implicitè, imò apertè fatetur, dum toties Euangelium commendat. Prætereà Iſmael filius Aly in ſua hiſtoria loquens de Chriſtianorum gente hæc habet: واما الانجيل فهو كتاب يتضمّن اخبار المسيـــح عم من ولادته الي وقت خروجه من هذا العالم كتبه اربعة نفر من اصحابه وهم متّي كتبه بفلسطين بالعبرانية ومرقس كتبه ببلاد الروم باللغـــة الرومية ولوقا كتبـه بالاسكندرية باللغـــة اليونانية ويوحنّا كتبه بافسس باللغـــة اليونانية ايضـــا : *Euangelium eſt liber, qui geſta Chriſti continet ab ejus ortu uſque ad exitum ex hoc mundo. Scriptum fuit à quatuor*

عم في حال طفوليته ينسب لبطرس عن موسم
عم وفيه زيادة ونقصان ومشاهير معجزاته فيذكر
فيه قدوم المسيح عم وامه رضي الله عنهـــا
ويوسف النجار رضي الله عنه الي صعيد مصـــر
ثـــم عودته الي ناصراة : *Quintum Euangelium*

appellatur Euangelium de Pueritia : in quo enarratur id, quod pertinet ad infantiam Chriſti. Petro tribuitur, qui illud ſcripſerit ex relatione Mariæ Sanc. Mem. Multa in eo abundant, multa deſunt: & referuntur ibi mirabilia, quæ operatus eſt Chriſtus (puer): *& adventus ejus cum matre ſua, & Joſeph Carpentario in Thebaidem Ægypti, & reditus illius in Nazaret*. Hujus Euangelii de Salvatoris infantia, multi etiam ex noſtris meminere, & tamquam apocryphum ſemper fuit ab Eccleſia rejectum, neque poſſunt eo, vel aliis hujuſmodi Euangeliis Moslemi uti contra nos; quemadmodum neque nos contra Moslemos Alcorano, qui ſcriptus fuit à Moſailma, vel aliis æmulis Mahumeti. Quamvis enim hujuſmodi Alcorani ab aliquibus, imò a plurimis recepti fuerint, nunquam tamen communi Mahumetanorum conſenſu ſunt approbati. Verùm neque hæc Euangelia apocrypha quidquam Mahumetum, vel Mahumetanos juvant, cùm in illis ne minima quidem mentio illius, vel ejus ſectæ reperiatur.

Omitto, utpotè leviſſima, nulliuſque momenti argumenta, quibus Moslemi Pentateuchum, & Euangelium, cæteroſque ſacros libros corruptos fuiſſe, probare conantur: hæc enim poterit, qui volet, in Prodromo recognoſcere: & ex ipſo Alcorano deſumo ego argumentum ſatis validum contra ipſos. Sect. 15. quæ inſcribitur سورة الحجر Sura de Hegra, inducitur Deus ita loquens : انا نحن نزلنا الذكر وانا لحافظـون

Nos certè demiſimus commonitionem: & profectò nos cuſtodiemus illam. Nomine الذكر ideſt, *Commonitionis*, ſeu commemorationis intelligitur à Mahumetanis Expoſitoribus aliquando Pentateuchus, & Euangelium, aliquando Alcoranus, aliquando demùm omnes libri ſacri. Hoc tamen loco Gelaleddinus, Zamchaſcerius, Jahias filius Salami, & alii, quos videre licuit, intelligunt ſolum Alcoranum. Sed immeritò, cùm nullo modo Deus ita illum cuſtodierit, ut non multa in eo mutatio facta ſit, ut jam ſuprà, & in Tractatu de Alcorano demonſtravimus. Verùm, eſto Deus Alcoranum illibatum cuſtodierit: peto à Moslemis, quare Pentateuchum etiam, atque Euangelium non debuit cuſtodire, cùm Mahumetus ipſe jubeat, tàm Alcoranum ipſum, quàm Pentateuchum, & Euangelium, & reliquos ſacros libros pari veneratione ſuſcipi, & tamquam verbum Dei recognoſci, ac ſervari?

Poſtremò ſi Moslemi obſtinatè contendant, Pen-

tuor viris ex iis, qui eum ſequebantur: fuerunt autem: Matthæus, qui ſcripſit illud in Palæſtina idiomate Hebraico: Marcus, qui ſcripſit illud in regione Romanorum lingua Romana: Lucas, qui ſcripſit illud Alexandriæ idiomate Græco: & Joannes, qui ſcripſit illud Epheſi item Græcè. Præterea Ahmedus, filius Abdolhalimi, idem confirmat in Apologia ſua his verbis: المسيح تكلّم بالعبرانية وترجم عنه بلغة اخري كما الّفوا احد الاناجيل باليونانيـة والاخري بالسريانية والاخري بالروميـــــة وواحد بقي عبرانيـــا : *Chriſtus Hebraicè locutus eſt: ejus autem ſermo in alias linguas translatus fuit. Unum enim ex Euangeliis Græcè, aliud Syriacè, aliud Latinè ſcriptum fuit. Unum autem remanſit Hebraicè*. Fallitur in eo quod putat, unum ex Euangeliis Hebraicè, aliud verò Syriacè ſcriptum fuiſſe. Verùm hoc parvi refert. Accedit his duobus tertius Sciaher Settanius, quem citat Ebnoſaidus Mogrebinus, in eo, quod de Chriſto ſcripſit in hæc verba: ثم ان اربعة من الحواريين وهم متي ولوقا ومرقس ويوحنّا اجتمعوا وجمع كل واحد منهم انجيـــلاً وخاتمة انجيل متّي ان المسيح قال انّـــي ارسلتكم الي الامم كما ارسلني ربّي اليكـــم فاذهبوا وادعوا الامم باسم الاب والابن وروح القدس :

Quatuor ex Apoſtolis, ſcilicet Matthæus, Lucas, Marcus, & Joannes ſimul convenere: & quilibet eorum collegit Euangelium. Ultima autem verba in Euangelio Matthæi ſunt hujuſmodi: Dixit Chriſtus Apoſtolis: Ego mitto vos ad gentes, ſicut miſit me Dominus meus ad vos. Ite ergo, & vocate gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Neſcio utrum ex malitia, an ex inſcitia, vel oſcitantia ſcriptum ſit ربـــي Rabbì: *Dominus meus*: pro ابي Abì: *pater meus*: & relicta fuerint verba; *baptizantes eos*.

Nullum aliud proferunt, neque proferre poſſunt Mahumetani Euangelium, præter hæc quatuor, ſeu præter hoc unum à quatuor Euangeliſtis ſcriptum. Quamvis enim alia ab Hæreticis Euangelia conficta fuerint, nullum tamen ex iis fuit ab Eccleſia Chriſtiana receptum; id quod Mahumetanos ipſos minimè latet: nam Ahmedus Ebnedriſus meminit quinti Euangelii, quod ipſemet agnoſcit, & fatetur ſpurium: ita enim ſcribit: الانجيل الخامس يسمّي انجيل الصبوة ذكر فيه الاشياء التي صدرت من المسيح

Pentateuchi, & Euangelii libros, quibus nunc Judæi, & Chriſtiani utuntur, eſſe corruptos, proferant ipſi nobis utrumque, vel alterutrum incorruptum. Sed tamen probent ſolidis rationibus, & certis argumentis, eſſe verum, & legitimum, itaut de illius veritate, & integritate dubitari non poſſit. Hoc verò nunquam fecerunt, nec unquam facere poterunt.

Placuit hæc fuſiùs diſſerere, quia hinc pendet omnis noſtra contra Mahumetanos victoria. Pergo jam ad reliqua.

IV. Tàm hoc loco, quàm alibi ſæpè in Alcorano manifeſtè docetur, hominem non liberè, ſed neceſſariò peccare. Hoc enim probat id, quod hìc dicitur: *Unum atque idem eſſe prædicare infidelibus, ac non prædicare, cùm nullo modo crediturі ſint. Eos mutos eſſe, ſurdos, ac cæcos: non ſentire, non animadvertere, neſcire.* Hoc ipſum innuit ſimilitudo illa hominis, cujus lumen Deus extinguit, & relinquit eum penitùs in tenebris. Item comparatio illa tempeſtatis, quæ alioqui ineptiſſima eſt, & claudicat utroque pede. Cùm enim antè dixiſſet, infideles, ſeu illos, qui non credunt, eſſe ſurdos, cæcos, ac mutos, idque Dei operæ tribuiſſet: poſteà aſſerit, eos tantùm eſſe ſurdos, quia ipſi ponunt digitos in auriculas, ne aúdiant: cæcitatem verò removet, dum dicit, eos videre fulgura, & ambulare ad lumen eorum: eatenus verò non ambulare, quatenus Deus fulgura coruſcare non ſinit. Atqui impium eſt putare, Deum alicui homini neceſſarium ad æternam ſalutem lumen denegare, vel auferre, præſertim dum eo benè utitur, ſicut iſti finguntur uti, dum ambulant in illo. Magis verò inconſequens eſt id, quod additur: Deum, ſi voluerit, ablaturum auditum, ac viſum eorum. Si enim cæci jam & ſurdi erant, non erat, cur Deus auribus, & oculis eos privaret.

Putabit aliquis hanc Alcorani doctrinam non eſſe à Sacris Scripturis alienam; quæ ſæpè docent, Deum indurare corda, ſeducere, ſeu in errorem inducere, & alia hujuſmodi. Sed immenſa eſt diſtantia inter ſenſum intentum à Spiritu Sancto in ſacris litteris, & inter ſententiam verborum Alcorani: nam Mahumetani Doctores volunt in Alcorano doceri neceſſitatem peccandi, & Deum Auctorem eſſe peccati. Hic enim eſt unus ex articulis profeſſionis Mahumetanicæ ab Algazelo allatæ, in qua aſſeritur, omne bonum, & omne malum, fidem, & infidelitatem, tranſgreſſionem, & obedientiam evenire, ſeu fieri: بقضاء الله وقدره وحكمه ومشيئته: *per decretum, determinationem, judicium, & voluntatem Dei.* Et Haſciamienſes, una ex Sectis Motazelitarum, hanc Alcorani doctrinam acriter impugnant: quamobrem à Moslemis pro hæreticis habentur. Aſſerunt enim contra Alcoranum, Deum: لا يختم على قلوبهم ولا على سمعهم ولا على ابصارهم ولم يخلق الكفر لان خلق الكفر كفر: *non imprimere ſigillum ſuper corda hominum, neque ſuper aures, aut oculos eorum: neque creaſſe infidelitatem: quia creare infidelitatem eſt infidelitas*, ex quibus verbis patet, qualis ſit Alcorani ſenſus in hoc loco apud Mahumetanos: qualis ſcilicet etiam apud quoſdam ex noſtris heterodoxis reperitur: nimirùm, Deum ita prædeterminare hominem ad peccatum, ut non poſſit non peccare, & neceſſariò cogatur ad peccandum. Lepida refertur in hanc rem hiſtoriola. Hugonottus quidam miles, qui hac inſania laborabat, furtum perpetraverat: quamobrem juſſit Dux eum ſuſpendio puniri, miles cœpit exclamare, fieri ſibi injuriam, nam ad furtum illud erat à Deo prædeterminatus, nec poterat illud non committere. Tum Dux: Ne queraris, inquit, de me; nam & ego prædeterminatus ſum à Deo ad te ſuſpendendum, nec poſſum non te ſuſpendere. Atque ita miſer ille cum omnium riſu ſuſpenſus fuit.

V. In illis verbis verſus vigeſimi ſecundi: *Ne ergo ponatis Deo ſimilitudines*: putant nonnulli improbari cultum Sacrarum imaginum: nam vox Arabica ند valet *ſimile, ſimilitudinem, ſimulacrum, imaginem*. Sed re vera hìc nihil aliud improbatur, quàm idololatria, ſeu plurium deorum cultus. Quia tamen aliunde conſtat, tàm Mahumetum, quàm illius aſſeclas, Sacrarum imaginum infenſiſſimos hoſtes ſemper fuiſſe, atque earumdem cultum, tamquam idololatricum Chriſtianis objicere; nonnulla contra hunc illorum errorem argumenta breviter adducam.

Neque ex jure naturæ, neque ex lege divina ſacrarum imaginum uſus, & conveniens cultus poteſt damnari. Non quidem ex jure naturæ, quia nulla apparet ratio, cur illicitum ſit aliquid imagine, vel ſimilitudine exprimere. Ex alia verò parte videmus omnes ferè Orbis nationes, illuſtrium virorum, & vel pietate, vel doctrina, vel armis inſignium imagines ſemper efformare conſueviſſe, & in ea veneratione habere, quæ viris ipſis illuſtribus conveniret. Non ex jure divino: quia in eo nihil aliud prohibetur, quàm ne imaginibus vel ſimulacris rerum creatarum cultus Deo debitus tribuatur. Cæterùm Deus ipſe fecit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: & juſſit fieri imagines Cherubim, boum, & leonum in templo, & figuram Serpentis ænei in deſerto; quibus certè, ſicut & templo ipſi, & Arcæ Teſtamenti aliqua veneratio debebatur, tanquam rebus ad divinum cultum deſtinatis; quas ſi quis vel violaſſet, vel contempſiſſet, ſacrilegus omninò, ac morte dignus haberetur.

Deinde negari non poteſt, cultum aliquem ac venerationem monimentis, & reliquiis Sanctorum Virorum deberi. Hoc neque Mahumetani, neque Hebræi unquam negabunt: ipſi enim ad Sanctorum ſuorum ſepulchra peregrinantur, eorumque oſſa ac cineres ſupplices venerantur. Mirum eſt, quanta religione Mahumetani Pſeudoprophetæ ſui tumulum inviſant, & quot lacrymis lapidem quendam nigrum in angulo delubri Meccani locatum, oſculando perfundant. Præterea veſtigia quædam pedum, ſeu aliorum membrorum relicta, ut

ipsi putant, in lapidibus à Christo Domino, ab Abraham, & à Mahumeto, imò & à bestiis, quibus Mahumetus usus est, devotissimè colunt. Si hoc convenit figuræ, quæ manum, vel pedem, vel aliud Sanctorum Virorum membrum repræsentat; cur etiam illi, quæ totum eorum corpus nobis refert, non conveniat?

Prætereà Prophetæ, & Viri Sancti, Angelorum, & Dei ipsius figuras in imagines sibi demonstratas adorabant: erant enim tantummodo spectra, & simulacra aerea, quibus Angeli & Deus oculis eorum repræsentabantur. Certum est autem, eorum venerationem ita imagines illas respexisse, ut non nisi Angelos vel Deum ipsum venerari se putarent. Porrò quod attinet ad imaginem Dei, ita Christiani illam venerantur, ut Symbolum quoddam à Sacris Scripturis nobis propositum, & non secus ac characteres nominis ipsius Dei, quos & Hebræi & Mahumetani etiam supremo honore prosequuntur. Reliquum, certò scimus nullam fieri posse Dei imaginem, cùm sit invisibilis, immaterialis, & immensus.

Sed ut contra Mahumetanos directè, & ex ipsorum testimonio agamus, eosque gladio suo quodammodo jugulemus: cùm ipsi velint, Christianam Religionem saltem usque ad Mahumetum bonam fuisse: certum est Sacrarum imaginum cultum apud Christianos orthodoxos pluribus sæculis ante eum semper in usu fuisse. Neque de hoc ullum potest esse dubium, cùm imagines ipsæ antiquissimæ, quæ adhuc extant, id testentur; & Christianorum historiæ per singula sæcula confirment. Quin & ipsi iidem narrant, in Cœnobio Bahiræ sacras imagines depictas, vel sculptas fuisse. Et nihilominus Bahiras, qui eas venerabatur, tamquam Sanctus & Propheta ab illis habetur. Prætereà narrant in suis historiis, Constantinopoli in templo S. Sophiæ cultas fuisse Christi, & Apostolorum figuras aureas è Cœlo delapsas, antequam Constantinopolis ipsa à Turcis expugnaretur. Vide Auctorem Mahumetanum de origine gentis Othomanicæ.

Itaque injuria Christianos idololatriæ accusant Moslemi, ob Sacrarum imaginum cultum, cùm ipsi delubrum Meccanum, Saxum nigrum, lapidem super quem stetit Abraham, puteum Zamzam, Sapham, & Mervam, sepulchrum & ossa Mahumeti, & aliorum, quos ipsi Sanctos fuisse putant, adeò colant ac venerentur: quin & viventium Sanctorum seu Dervisiorum suorum non solùm oculos & manus, sed etiam obscœna deosculentur, atque in magno habeant honore. Certè nullum potest absurdum in Sacrarum imaginum cultu contra Christianos afferri, quod in rebus, quas Mahumetani colunt, superabundantius non reperiatur.

Postremò non alia ratione Sacras imagines colunt, eisque genua flectunt, vel caput inclinant Christiani, nisi qua Moyses, Josue, David, & populus Israeliticus Arcam ligneam auro tectam, & Cherubim super eam collocatos colebant, & sese prosternentes venerabantur: referendo nimirùm venerationem suam ad Deum, qui in eadem Arca residere putabatur. Ita hi referunt cultum suum ad eos, quos imagines Sacræ repræsentant. Alia circa hoc argumentum vide in Prodromo p. 3. cap. 22. pag. 70.

VI. Ut probet Mahumetus se verum esse Prophetam, & Alcoranum à Deo traditum fuisse: provocat Meccanos ad unicam Suram, quæ ejusdem Alcorani Suris similis sit, conscribendam: alibi verò ad decem Suras, alibi ad totum Alcoranum imitandum. Nimirùm si id præstitissent, fateri se non esse Prophetam, neque Alcoranum esse opus divinum. Si verò id efficere nullo modo possent; utrumque ipsi verum esse faterentur. Atqui eos nullo modo id præstituros, etiamsi totum ingenii sui conatum adhiberent, & Dæmonum omnium opem, & auxilium accerserent, absolutè pronunciat. Hoc argumentum putant Doctores Moslemi esse omninò insolubile: ac propterea Alcoranum Miraculorum omnium, quæ Mahumetus fecerit, maximum esse prædicant. Verùm præterquamquòd non pauci ex ipsis Mahumetanis sapientioribus argumentum hoc, & miraculum negant, ac derident: satis est, si respondeamus, id quod nebuloni cuidam, qui jactabat se Rhodi saltum saltasse, quem nullus alius saltare potuisset, responsum fuit, ἰδοὺ ῥόδος, ἰδοὺ καὶ πήδημα: *En Rhodus, en & Saltus*. En hic Alcoranus: nullum validius afferri potest argumentum contra ipsum, quàm ipsemet stylo tàm dissuto ineptoque compactus; tot nugis, fabulis, mendaciisque refertus, qui non solùm Latinis, Græcisque Scriptoribus tàm Christianis, quàm Ethnicis; verùm etiam plurium Arabum libris comparatus stramineus omninò, vel luteus esse cognoscitur. Vide quæ diximus in Prodr. p. 2. cap. 11. pag. 69.

Quòd verò Arabes Meccani à Mahumeto provocati non fecerint aliquid simile Alcorano, non constat, licèt id non reperiatur: quot enim opera doctissimorum Virorum olim vulgatissima periere? Prætereà, etiamsi non fecerint, non potest hinc inferri, eos facere non potuisse: & fortassè homini insano, qualem Mahumetum censebant, respondere dedignati sunt. Adde, Arabes, præsertim Meccanos, fuisse homines idiotas (ita enim in Alcorano appellantur:) & quamvis ore tenus proni essent ad versificandum, & cæcorum more carmina temerè effutirent: legendi tamen, scribendique erant ignari. Verùm etiamsi daremus, Alcoranum tantæ esse artis & elegantiæ, ut nullus eam posset æquare, non tamen miraculum dicendum hoc esset. Quot enim Scriptores inveniuntur, quos nullus potuit æmulari, nisi fortè eadem scribendo, vel ita imitando, ut propè eadem scripsisse videretur.

VII. Nulla penè in re Alcorani vanitas & impostura magis ostenditur; quàm ubi de summa hominis felicitate loquitur. Paradisum enim hujusmodi suis promittit, qualem vel Epicurus sibi finxisset, vel Nero, aut Sardanapalus exoptassent. Tota illius beatitudo, crapula & Venus. Uxores ibi ponit non ad prolem suscipiendam, quod nihilominus esset indignum: sed ad libidinem tantùm explendam, quod castæ aures audire exhorrescunt. Id verò non mirum, nam Mahumetus totus totus ex lascivia compactus erat. De hoc illum Judæi ipsi sugillabant.

Audi Thalebiensem in Suram 4. §. 52. قال ابو

طوله سبعة الف مرحلة فلا يقدر جبرايل علي رفعها لثقلها فيقول عن نقصانه لله فيقول الله له ادع اسمي واسم محمد حبيبي فتقدر علي رفعها فياخذ جبرايل المفاتيح ويفتح جنة القدوس فاذا في داخل الجنة بمايدة من لماس طولها مبعمايسة الف يوم والمجالس من ذهب وفضة حول المايدة ومناديلها منسوجة من حرير وذهب فيتكون بها ويأكلون اطعمة الفردوس ويشربون من مياه الجنة واذا اكلوا فالغلمان الخادميهم يلبسونهم ثياباً من خز وذهب ويزينونهم باطواق واسورة من ذهب: ومن ثم يقربونهم اليهم في اطباق نوارج لكل واحد من المسلمين نارنجة وهم يشتمونها فيخرجن من كل النوارجة جارية حسنهن غاية ما يكون وكل واحد منهم وجاريته يتعانقان ويتحاضنان مباشرين خمسين سنة دايمًا وبعد مباشرتهم فالله يظهر لهم وجهه وهم يسقطون علي وجوههم ولا يقدرون علي نظرهم الي وجه الله فيرفعهم الله ويقويهم فينظرون الي وجهه وبعد ما نظر والله يتخذ كل واحد منهم جاريته ويدخل كل واحد منهم وجاريته اثنين اثنين قصرهما ويخلدون كل واحد منهم وجاريته في قصر ياكلون ويشربون ويباشرون كل واحد منهم وجاريته الي ابد الابدين:

Deinde præcipiet Deus Gabrieli, ut accipiat claves Paradiſi Sancti. Pergetque Gabriel, ut accipiat eas; & inveniet Angelum, qui extrahet ex ore ſuo ſeptuaginta millia clavium, quarum unaquæque habebit longitudinem ſeptem millium leucarum, itaut nequeat Gabriel eas elevare propter pondus earum. Defectum itaque virium ſuarum exponenti, reſpondebit Deus: Invoca nomen meum, & nomen Mahumeti dilecti mei: ſic enim poteris eas elevare. Accipiet itaque Gabriel claves, & aperiet Paradiſum

ابو حمزة الثمالي قالت اليهود انظروا الي هذا الذي لا والله لا يشبع من الطعام ولا والله له ادع اسمي واسم محمد حبيبي فتقدر ما له همّ الا النساء لو كان نبيًا لشغله امر النبوة عن النساء

Dixit Abu-Hamza Themalienſis: Dicebant Judæi (de Mahumeto): *Videte hunc, qui per Deum non ſatiatur cibo, neque per Deum habet aliam ſolicitudinem, quàm de mulieribus. Si eſſet Propheta, incumberet ad ea, quæ pertinent ad munus propheticum, non autem ad fœminas.* Mahumetani ipſi hanc Prophetæ ſui ad mulieres, ac delitias proclivitatem non diſſimulant. Quamobrem Iſmael Ebn-Aly in ejus vita, agens de qualitatibus, ac moribus ejus, hæc habet: كان يحب الطيب ويكره الريح الكريهة وكان يقول ان الله جعل لذتي في النساء والطيب: *Delectabatur ſuavibus unguentis, & pravos odores averſabatur: & dicere ſolebat: Deus poſuit delectationem meam in fœminis, & ſuavibus odoribus.* Sed de belluina Mahumeti libidine alibi dicendi locus occurret, & plura in illius vita dicta ſunt. Ad ſuillum ejus Paradiſum redeamus, de quo doctiſſimus ac Sapientiſſimus P. Philippus Guadagnolus, in Arabica facultate ævi noſtri facilè princeps, è religione Cleric. Reg. Minorum, in aurea ſua Apologia; de Alcorano cap. 3. Sect. 3. ex lib. السنة *Sonnæ*, divinæ apud Mahumetanos auctoritatis, loquens de puellis illis, ſeu veriùs ſcortis Paradiſi, hæc habet ex ipſius Mahumeti ore:

لو ظهرت واحدة منهن في السماء او الهواء ليلا لتنير العالم كله كانها شعاع الشمس ولو بزقت في البحر لتحول ملحه عسلاً وملاحة ميلها حلوًا عذبًا: *Si appareret una ex illis in Cælo, vel in aere, nocturno tempore, illuminaret certè totum Mundum, quaſi eſſet ſplendor ſolis. Si verò ſpueret in mare, converteretur ſalſedo ejus in mel, & amaritudo aquarum ejus in dulcedinem ac ſuavitatem.* Loquens verò de ingreſſu Mahumetanorum in Paradiſum poſt diem reſurrectionis, ita pergit nefarius fabulator in ſonna: ثم سيامر الله جابرايل لياخذ مفاتيح جنة القدوس فينطلق جبرايل لياخذها فيجد ملاكاً يستخرج من فيه سبعين الف مفتاح لكل مفتاح منها

ſum Sancti, in cujus ingreſſu apparebit menſa facta ex adamante, cujus longitudo habebit iter ſeptingentorum millium dierum: & ſedilia ex auro & argento circa menſam, cujus mappæ contextæ erunt ex ſerico, & auro. Accumbent itaque in illis, & comedent dapes Paradiſi, & bibent ex aquis ejus. Poſtquam autem comederint, adoleſcentes, qui miniſtraverant eis, induent eos veſtibus ſerico auroque contextis, & ornabunt eos torquibus & armillis aureis. Deinde offerent unicuique eorum in pateris citrum, ex quo, dum ipſi illud olfacient, egrèdietur puella ſpecioſa ſupra quàm dici poſſit: & unuſquiſque eorum puellam ſuam amplectetur, & per quinquaginta annos ſemper in voluptatibus Venereis commorabuntur. Poſt hujuſmodi verò carnales voluptates, Deus oſtendet illis faciem ſuam: illi verò proni cadentes in terram, non poterunt intueri faciem Dei. Sed Deus ſublevabit illos, & corroborabit eos, ita ut valeant intueri faciem ejus; quam poſtquam aſpexerint, accipiet unuſquiſque puellam ſuam, & ingrèdientur bini in palatia ſua, in quibus perpetuò manebunt comedentes, & bibentes, & opera Veneris exercentes, unuſquiſque cum puella ſua per totam æternitatem. Hæc ex libris Sonnæ apud Mahumetanos ſacroſancta, quæ tamen caſtæ aures exhorreſcunt. Sed Mahumetus in his, velut ſus in luto, pruriens volutabatur libentiſſimè, ut enim diximus, laſciviſſimæ erat naturæ. Hinc de illo S. Petrus Paſchaſius Giennenſis Epiſcopus & Martyr, qui, utpote inter Mauros aſſiduè verſatus, ea, quæ ad Mahumetum ſpectabant, ex ipſis Mahumetanis, & eorum libris optimè noverat, ita ſcripſit de eo in Hiſtoria Mahumetica cap. 2. *Mauri, tanquam in Mahumeti laudem, dicunt, illum potentem eſſe fornicatorem, laſcivumque valdè, ita ut una tantummodò hora cum undecim poſſet cubare mulieribus. Inſuperque, quod ipſe de ſe dixit, quòd illi datum erat, habebatque vim quantum ad hoc pro triginta viris.* Non fingit hæc Sanctus Vir, ſed in Mahumetanorum libris, tanquam in peculiarem Mahumeti laudem, paſſim leguntur. Porrò ea, quæ ſuperiùs ex Sonna retulimus, non metaphoricè (quamquam & ita honeſtatem ac pudorem offenderent) ſed materialiter omninò intelligunt, & accipiunt: quaſi ſumma hominis felicitas, & beatitudo non in operatione nobiliſſimæ partis illius, nempè animæ (quemadmodum non ſolùm Chriſtiana fides, ſed Philoſophia, ipſumque naturæ lumen docet), ſed in corporeis voluptatibus, ac libidinibus ſita eſſet. Quòd ſi objiciant Moslemi, etiam in Euangelio, aliiſque Sacris libris cœleſtem beatitudinem rerum corporearum nominibus deſcribi, ut cibi, potus, ſomni, &c. Reſpondemus primò nunquam hujuſmodi obſcœnitatibus metaphoricè Sacras Scripturas uti. Deinde ex aliis apertiſſimis earumdem Scripturarum ſententiis oſtendi, ſummam felicitatem in Viſione & Amore Dei poſitam eſſe: hæc verò non propriè, ſed allegoricè, ſeu ſymbolicè nobis proponi. Illud autem hìc præterire non poſſum. Si ſingulis Mahumetanis puellæ ex Citris illis proſilientes in uxores tradentur: quid fiet de miſeris illis fœminis, quas dum viverent in hoc mundo uxores habuerunt? Vel illæ à Paradiſo excludentur: vel ſi admittantur, Zelotypia perpetua torquebuntur, cùm videant, vel ſciant, viros ſuos cum puellis illis in palatiis ſibi deſtinatis, tàm laſcivè verſari. De hoc Mahumeti paradiſo ſuillo, aliàs in Alcorano ſermo redibit. Vide etiam Prodr. p. 4. cap. ult. ubi multa de eo dicta ſunt.

VIII. Poſtremò habetur hìc & alibi in Alcorano, Deum, poſtquam creaſſet omnia, quæ ſunt in terra, ad Cœli creationem, & ornatum animum intendiſſe, atque illud in ſeptem Cœlos diſtinxiſſe. Nihil diſſero de hoc ſeptenario Cœlorum numero; quamvis plures quàm ſeptem Cœlos Aſtrologi reperiant. Illud tantùm aſſero, falſum omninò eſſe, ac præpoſterum id, quod de Cœli, terræque creatione Alcoranus enunciat. Deus enim primò Cœlum, deinde terram creavit: utrumque tamen omni ornamento denudatum. Poſteà lucem utrique communem produxit. Tum Firmamentum, quod procul dubio ad Cœlum pertinet, efformavit. Deinde maria congregavit: tum herbas, atque arbores juſſit in terra germinare: quæ omnia procul dubio ad terram ſpectant. Poſteà Solem, & Lunam, & Stellas in Cœlo creavit. Jamque omnibus Cœli partibus & ornamentis abſolutis, terrexit in ornatu terræ, rerumque terreſtrium productione; videlicet quadrupedum, reptilium, volucrum, piſcium, & poſtremò hominis. Hæc apertiſſimè patent ex libro Geneſeos, nec indigent probatione. Nullius ergo momenti eſt explicatio, quam affert Jahias ex Ebn-abbaſo, nimirùm: أنه كان خلق الارض ثم خلق السموات ثم عاد فدحا الارض وخلق فيها جبالها وانهارها واشجارها ومرعاهـــا: *Quòd Deus creaverit terram, deinde creaverit Cœlos: & poſteà regreſſus ſit ad extendendam, ſeu complanandam terram, & creaverit in ea montes, & flumina, & arbores, & paſcua.* Alcoranus enim affirmat, Deum primò creaſſe terram, & omnia, quæ ſunt in ea: & deinde ad Cœlorum creationem animum intendiſſe.

TEXTUS ALCORANI.

30 وَإِذْ قَالَ رَبُّكَ لِلْمَلَائِكَةِ إِنِّي جَاعِلٌ فِي الْأَرْضِ خَلِيفَةً قَالُوا أَتَجْعَلُ فِيهَا مَنْ يُفْسِدُ فِيهَا وَيَسْفِكُ
الدِّمَاءَ وَنَحْنُ نُسَبِّحُ بِحَمْدِكَ وَنُقَدِّسُ لَكَ قَالَ إِنِّي أَعْلَمُ مَا لَا تَعْلَمُونَ ۞ 31 وَعَلَّمَ آدَمَ الْأَسْمَاءَ
كُلَّهَا ثُمَّ عَرَضَهُمْ عَلَى الْمَلَائِكَةِ فَقَالَ أَنْبِئُونِي بِأَسْمَاءِ هَؤُلَاءِ إِنْ كُنْتُمْ صَادِقِينَ ۞ 32 قَالُوا
سُبْحَانَكَ لَا عِلْمَ لَنَا إِلَّا مَا عَلَّمْتَنَا إِنَّكَ أَنْتَ الْعَلِيمُ الْحَكِيمُ ۞ 33 قَالَ يَا آدَمُ أَنْبِئْهُمْ بِأَسْمَائِهِمْ فَلَمَّا
أَنْبَأَهُمْ بِأَسْمَائِهِمْ قَالَ أَلَمْ أَقُلْ لَكُمْ إِنِّي أَعْلَمُ غَيْبَ السَّمَوَاتِ وَالْأَرْضِ وَأَعْلَمُ مَا تُبْدُونَ وَمَا كُنْتُمْ
تَكْتُمُونَ ۞ 34 وَإِذْ قُلْنَا لِلْمَلَائِكَةِ اسْجُدُوا لِآدَمَ فَسَجَدُوا إِلَّا إِبْلِيسَ أَبَى وَاسْتَكْبَرَ وَكَانَ مِنَ
الْكَافِرِينَ ۞ 35 وَقُلْنَا يَا آدَمُ اسْكُنْ أَنْتَ وَزَوْجُكَ الْجَنَّةَ وَكُلَا مِنْهَا رَغَدًا حَيْثُ شِئْتُمَا وَلَا تَقْرَبَا هَذِهِ
الشَّجَرَةَ فَتَكُونَا مِنَ الظَّالِمِينَ ۞ 36 فَأَزَلَّهُمَا الشَّيْطَانُ عَنْهَا فَأَخْرَجَهُمَا مِمَّا كَانَا فِيهِ وَقُلْنَا اهْبِطُوا
بَعْضُكُمْ لِبَعْضٍ عَدُوٌّ وَلَكُمْ فِي الْأَرْضِ مُسْتَقَرٌّ وَمَتَاعٌ إِلَى حِينٍ ۞ 37 فَتَلَقَّى آدَمُ مِنْ رَبِّهِ كَلِمَاتٍ
فَتَابَ عَلَيْهِ إِنَّهُ هُوَ التَّوَّابُ الرَّحِيمُ ۞ 38 قُلْنَا اهْبِطُوا مِنْهَا جَمِيعًا فَإِمَّا يَأْتِيَنَّكُمْ مِنِّي هُدًى
فَمَنْ تَبِعَ هُدَايَ فَلَا خَوْفٌ عَلَيْهِمْ وَلَا هُمْ يَحْزَنُونَ ۞ 39 وَالَّذِينَ كَفَرُوا وَكَذَّبُوا بِآيَاتِنَا أُولَئِكَ
أَصْحَابُ النَّارِ هُمْ فِيهَا خَالِدُونَ ۞

VERSIO LATINA.

30. ET *memento ò Mahumete*, cùm dixit Dominus tuus Angelis: Ego ſanè poſiturus ſum in terra Vicarium. Dixerunt *Angeli*: An pones in ea qui pravè agat in ea, & effundat ſanguines? Nos verò celebramus laudem tuam, & ſanctificamus te: *& ideò digniores ſumus hoc honore*. Reſpondit *Deus*: Equidem ſcio, quod vos neſcitis. 31. Et docuit *Deus* Adam nomina omnia ipſa *rerum*: deinde expoſuit eas coram Angelis, & ait: Enunciate mihi nomina harum, ſi eſtis veraces. 32. Reſponderunt: Laus tua: Non eſt ſcientia nobis, niſi quantum docueris nos: tu quippe es Sciens, Sapiens. 33. Dixit *Deus*: O Adam, enuncia illis nomina earum. Cùm autem enunciaſſet illis nomina earum, dixit *eis Deus*: An non dixi vobis, quòd ego ſcio arcanum Cœlorum & terræ: & ſcio quod propalatis, & quod abſconditis? 34. Et cùm diximus Angelis: Adorate Adam: & adoraverunt: ſed Eblis renuit *adorare eum*; & in ſuperbiam elatus eſt, fuitque ex Infidelibus. 35. Et Diximus: O Adam, habita tu, & conjux tua Paradiſum; & comedite ex eo affluenter ubi volueritis: ſed ne propius accedatis huic arbori, ne ſitis ex Iniquis. 36. Atqui excidere fecit illos Satan ab eo (*ideſt Paradiſo*): ejecitque eos ab eo *ſtatu*, in quo erant; & diximus: Deſcendite *in terram*; alter veſtrum alteri inimicus: & *erit* vobis in terra manſio, & uſus fructus uſque ad tempus *mortis*. 37. Et didicit Adam à Domino ſuo verba, *quibus peteret veniam peccati ſui*: & converſus eſt ſuper eum *Deus*, quia ipſe eſt Convertibilis, Miſericors. 38. Diximus: Deſcendite ab eo (*ideſt Paradiſo*) omnes. Porrò veniet vobis à me directio. Qui ergo ſecutus fuerit directionem meam, non *erit* timor ſuper eos, neque ipſi contriſtabuntur. 39. Qui autem increduli fuerint, & mendacii inſimulaverint ſigna noſtra; illi *erunt* ſocii Ignis *Gehennæ*; ipſi in eo perennaturi *ſunt*.

NOTÆ.

NOTÆ.

XXX. *Icarium*] Arabicè خليفة propriè significat *Succeſſorem*. Explicat Gelaleddinus يخلفنى فى تنفيذ احكامى فيها وهو ادم *Qui vice mei promulget leges meas in terra: & hic fuit Adam*. Hinc ſupremi Mahumetanicæ gentis Antiſtites خلفاء ideſt Caliphæ dicti ſunt. Et hoc titulo Mahumetani ſcriptores honorant etiam Romanum Pontificem.

XXXII. *Laus tua*] Arabicè سبحانك idem valet ac *Abſit hoc*. Eſt enim formula deteſtationis, ſeu averſionis ab aliqua re.

XXXIV. *Eblis*] Arabicè ابليس ita vocatur Diabolus, ſeu Satan: videtur à Græca voce διάβολος derivari. Gelal هو ابو الجن كان بين الملايكة *ipſe eſt pater Geniorum*, ſeu Dæmonum, *qui fuit inter Angelos*. Fabulantur ſcilicet Arabes, Eblis, ſeu Diabolum, genuiſſe Genios, qui deinde alios Genios procreavere, antequam crearetur Adam: de quibus ſcribit hic idem Auctor; cùm mutuas cædes, & alia ſcelera in terra perpetrarent: ارسل الله الملايكة فطردهم الى الجزاير والجبال *Miſit Deus Angelos, qui expulerunt eos in inſulas, & in montes*.

XXXVIII. *Directio*] Hæc vox هدى frequens eſt in Alcorano: & videtur accipi pro divina prædeſtinatione, vel pro ſpeciali illius effectu. Interpretatur hìc Gelal كتاب ورسول *Librum, & Legatum*: nimirùm Legislatores, & libros legis: ut Moyſem cum Pentateucho: Chriſtum cum Euangelio: & Mahumetum cum Alcorano, & alios prophetas cum libris ipſis revelatis.

XXXIX. *Signa noſtra*] Gelal. كتبنا *libros noſtros*. Aliquando hæc dictio ſignificat Sacros libros: aliquando verſus Alcorani, aliquando miracula.

Circa Adæ creationem hæc habet idem Auctor: فخلق الله ادم من اديم الارض اى وجهها بان قبض منها قبضة من جميع الوانها وعجنت بالمياه المختلفة وسوّاه ونفخ فيه الروح فصار حيوانًا حسّاسًا بعد ما كان جمادًا: *Creavit Deus Adam ex ſuperficie terræ, deſumpto pugillo illius ex omnibus ejus coloribus, & pinſuit cum aquis variis. Cùmque efformaſſet eum, inſpiravit in eum animam, & factus eſt animal ſenſibile, poſtquam fuerat inſenſibilis teſta.* Addit Jahias ex Mogiahedo: خلق الله ادم اخر ساعة النهار من يوم الجمعة: *Creavit Deus Adam hora ultima diei Veneris*, ſeu feriæ ſextæ.

De pomo illo vetitæ arboris, ita nugatur Jahias والشجرة التى نهى عنها ادم وحوّا هى سنبلة فى تفسير ابن عباس: وقال قتادة هى التين وقيل هى شجرة العنب: *Arborem interdictam Adæ, & Hevæ, aſſerit Ebn-Abbas in ſua expoſitione, fuiſſe unam ſpicam: Cottada autem mavult fuiſſe ficum: alii verò vitem cum uva*. Eodem ferè modo Gelaleddinus. Quidam etiam ex Hebræis triticum fuiſſe ſomniavere. Sexcentæ ſunt fabulæ, quas hìc tàm Arabes, quàm Hebræi confingunt. Nonnullas referam ex hiſtoria Iſmaelis Ebn-Aly cap. 1. ſect. de Adam, ex Arabico idiomate tota fide translata. Ita igitur ille. *Et creavit Deus excelſus corpus Adæ ex* سلسل *Salſal* (ideſt luto arido, nondum cocto) *& reliquit illud quadraginta noctibus; vel, ut alii malunt, quadraginta annis, jacens ſine anima. Et veniebat Diabolus ad illud, & pede illud percutiebat, & reſonabat, fragoremque emittebat. Dixitque Diabolus: Hoc non eſt creatum niſi ad imperandum. Dixit autem Deus Angelis: Cùm erexero illud, & animavero flatu meo, procidite adorantes eum. Et ſufflavit Deus in eo animam de flatu ſuo, immittens per oculos ejus, & ipſe vidit naſum ſuum adhuc luteum, & animam currentem per illum, donec pervenit ad pedes, & ſtetit rectus: Et adoraverunt eum omnes Angeli: ſed Diabolus in ſuperbiam elatus, noluit id facere. Et conjecit Deus ſuper Diabolum maledictionem, & ejecit eum ex Paradiſo, poſtquam fuerat Angelus ſuper Cælum lunæ, & ſuper terram, & unus de Theſaurariis Paradiſi. Et docuit Deus Adam nomina omnia, & linguas omnium animalium maris & terræ*. Hæc ille de creatione Adæ, & peccato diaboli, non parùm diverſa ab iis, quæ habentur in Alcorano. Pergit Mythologus: *At Diabolus voluit ingredi Paradiſum, ut tentaret Adam: ſed prohibuerunt eum cuſtodes illius. Ille verò obſecravit omnia jumenta, ut portarent ipſum in Paradiſum, quò alloqui poſſet Adam, & Uxorem ejus. Sed omnia recuſaverunt, præter ſerpentem, qui accepit Diabolum inter duos dentes molares ſuos, & introduxit eum in Paradiſum. Erat autem Serpens eo tempore figuræ pulcherrimæ, non illius, quam habet modò*. Narrat deinde quomodo Diabolus Protoplaſtos ſeduxerit, & quomodo Deus ejecerit eos è Paradiſo ſimul cùm Diabolo Serpente: & Pavone: tum proſequitur: *Et deſcendere fecit eos omnes in terram: & Adamum quidem abire juſſit in regionem Indiæ ſuper montem Sernadib. Habebat autem pro induſio unum de foliis Paradiſi, quod cùm ventus diſperſiſſet per illam terram, inde nata ſunt aromata regionis illius. Hevæ verò deſcendit in Geddan, & diabolus in Deſertum Meiſam: Serpens autem in Aſphahan, & Pavo in Mare. Perſeveravit autem Adam flens peccatum ſuum, quoadusque Deus placatus eſt illi: & tunc venit ad Templum Meccæ, ibique coivit cum Heva inter Saphan & Mervam: quæ concepit maſculum & fœminam; & menſe octavo fecit abortum. Iterùm concepit, & abortivit. Tertiò concepit, peperitque maſculum, ac fœminam. Poſtquam verò centies peperiſſet, ſemper maſculum & fœminam; concepit & peperit Abel, & ſororem ejus: & poſteà Cain, & ſororem ejus. Miſit autem Deus Adam, ut prædicaret genti ſuæ, & tradidit ei è Cælo Libros viginti & unum*. Hactenùs figmenta Chronologi Mahumetani.

REFUTATA.

I. INsulsa est omninò consultatio illa Dei cum Angelis circa creationem Adæ: in qua tamen sapientiores videntur fuisse Angeli, quàm Deus: divinaverunt enim id, quod de Adam futurum erat, licèt Deus dixisset illis: *Ego scio quod vos nescitis.*

II. Ludimagistrum, & propemodum jocatorem facit Mahumetus Deum suum, dum introducit eum clam docentem Adamum nomina rerum; & deinde illum veluti è tabula, ea coram Angelis recitantem, quò doctior Angelis appareret. Deus juxta verissimam Theologorum, ac Philosophorum etiam Mahumetanorum sententiam concreavit Angelis sive Intelligentiis rerum omnium naturalium scientiam, idcircò etiam vocabula rerum ante creationem Adæ sciebant. Ipsa etiam ratio exigit, ut Creaturæ nobiliores & primæ Veritati propinquiores, habeant majorem scientiam, quàm aliæ. Nec tamen negamus, Deum etiam Adæ concreasse rerum naturalium scientiam, licèt imperfectiorem, quàm Angelis, ob quam posset rebus omnibus nomina, earum naturæ congrua imponere. Quòd verò ita clam ab Angelis eadem nomina eum docuerit, quæ posset coram iisdem memoriter recitare, nimis puerile est ac ridiculum.

III. Quòd Deus jusserit Angelos adorare Adam, adeò rectæ rationi repugnat, ut Gelaleddinus ipse Prophetæ sui dictum coactus sit moderari, accipiens سجود *adorationem* pro تحيـــة بالانحنا *salutatione honorifica cum inclinatione*; quamquam contra linguæ Arabicæ proprietatem, & contra omnem veritatem: nam سجد nullo modo significat salutare, sed adorare, præsertim postrato corpore, & fronte ad terram demissa: & propriè tribuitur Deo. Quamobrem noluerunt primi socii Mahumeti (ut habetur in ejus vita) hoc modo Regem Æthiopiæ adorare, asserentes, soli Deo hanc adorationem deberi. Cottada relatus à Jahia ingenuè fassus est أكرم الله ادم بان امجد له الملايكة *Honoravit Deus Adam, quia præcepit Angelis, ut adorarent eum*. Hùc accedit, nullum fuisse titulum, propter quem Adam esset ab Angelis adorandus. Licèt enim ea nomina divinasset, id nihilominus tamquam Psittacus fecerat: nec propterea erat Angelis doctior, aut scientior. Præterea incongruum prorsus est, ut inferior, & ignobilior natura à superiori adoretur. Neque in Sacris Scripturis invenimus ullibi, homines ab Angelis adoratos fuisse, licèt homines sæpè Angelos tanquam Deum repræsentantes adoraverint. Neque verò dici potest hìc Adam Dei vices gessisse, cùm utrisque præsens esset Deus, & utrosque interrogaret. Constat autem, adorationem non aliam ob causam Angelis præceptam fuisse, nisi quia Adam ea nomina memoriter protulerat; quæ à Deo clam didicerat, & Angeli nesciebant. Quamobrem meritò videtur Diabolus renuisse adorare Adam: & ideò apud Ismaelem filium Aly ità de Deo conqueritur: *Quare Deus maledixit mihi, & ejecit me de Paradiso? Non est justitia in hoc, quandoquidem nullum flagitium vel scelus admisi, sed cùm imperasset mihi, ut adorarem Adam, dixi ei: Non adoro nisi te.* Scias, Lector, hoc totum commentum Alcoranicum de adoratione Angelorum erga Adam erutum fuisse è Cloaca Thalmudica in Beresceth Rabbah ex R. Moyse Hadarsan: habere tamen aliquod fundamentum veritatis, quatenus (ut plures Theologi docent) Deus præcepit Angelis, ut Verbum suum, humana carne induendum, adorarent. Quod cùm nonnulli eorum facere recusassent, è Cœlo expulsi, ad ignem gehennæ damnati sunt.

IV. Falsum tamen est, quod supponit Alcoranus, unum tantùm Angelum peccasse, & hoc evenisse post primi hominis creationem. Quòd plures Angeli peccaverint, & ideò è Cœlo ejecti ad Tartarum damnati sint, constat primò ex Euangelio Matthæi cap. 25. ubi Christus dicit reprobis: *Ite maledicti in Ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus.* Secundò ex Epistola Judæ Apostoli, ubi dicitur: *Angelos verò, qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in Judicium magni Dici vinculis æternis sub caligine reservavit.* Tertiò ex lib. Apocal. cap. 12. in illis verbis: *Et Draco pugnabat, & Angeli ejus: & projectus est Draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas: & projectus est in terram, & Angeli ejus cum illo missi sunt.* Postremò non solùm in Sacris literis, sed etiam in libris Mahumetanorum sæpè reperitur vox pluralis شياطين *Satanæ*: quos dici non potest esse Genios illos, quos ipsi, & Hebræi confingunt, mediam speciem inter Angelos & homines: de quibus alibi sermo redibit, nam ipsimet distinguunt Satanas à Geniis. Constat verò etiam apud Arabes, Satanas esse malos, & hostes hominum. Sed mali non sunt, quia ita à Deo conditi sint, hoc enim repugnat divinæ Bonitati: ergo mali sunt, quia seipsos tales fecerunt per aliquod peccatum. Atqui cùm isti Satanæ ante peccatum essent boni, & non essent homines, neque Genii, quia nunquam Genios malos, aut homines malos appellant Mahumetani, nedum Sacræ literæ, Satanas, nisi fortè metaphoricè: superest ergo, ut essent Angeli, sicut etiam erat Eblis, qui propter peccatum factus est Satanas. Quòd verò Angeli peccaverint ante creationem hominis, apud Christianos Theologos habetur pro indubitato, quidquid sentiant Mahumetani cum Alcorano.

V. Est prorsus contra Sacras literas, Paradisum illum, in quo positus fuit Adam, & tentatus à Diabolo, in Cœlo situm fuisse: erat enim omninò in terra, ut patet ex verbis Pentateuchi Gen. cap. 2. *Produxitque Deus de humo*

humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuave: Lignum etiam vitæ in medio Paradiſi. Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum, qui indè dividitur in quatuor capita. Hæc capita ſunt quatuor præcipua flumina, quæ irrigant varias regiones terræ. Abſurdum autem eſt opinari, flumen Tigrim, vel Euphratem deſcendere à ſeptimo Cœlo, ubi fingunt Mahumetani eſſe Paradiſum, in quo poſitus Adam peccavit. Hùc accedit, Deum poſuiſſe Adam in Paradiſo, *ut operaretur, & cuſtodiret illum*. Quod ſanè niſi ridiculè diceretur de aliquo horto in ſeptimo vel in quocumque alio Cœlo ſito: præſertim cùm in ipſo Alcorano Sura 3. dicatur, Paradiſum hunc adeò ſpatioſum eſſe, ut totius terræ Cœlorumque omnium latitudinem occupet. Eſt autem certiſſimum dogma apud Moslemos, Paradiſum Adæ in ſeptimo Cœlo eſſe collocatum.

TEXTUS ALCORANI.

يَا بَنِي إِسْرَائِيلَ اذْكُرُوا نِعْمَتِيَ الَّتِي أَنْعَمْتُ عَلَيْكُمْ وَأَوْفُوا بِعَهْدِي أُوفِ بِعَهْدِكُمْ وَإِيَّايَ فَارْهَبُونِ ۝
40 وَآمِنُوا بِمَا أَنْزَلْتُ مُصَدِّقًا لِمَا مَعَكُمْ وَلَا تَكُونُوا أَوَّلَ كَافِرٍ بِهِ وَلَا تَشْتَرُوا بِآيَاتِي ثَمَنًا قَلِيلًا وَإِيَّايَ
فَاتَّقُونِ ۝ 41 وَلَا تَلْبِسُوا الْحَقَّ بِالْبَاطِلِ وَتَكْتُمُوا الْحَقَّ وَأَنْتُمْ تَعْلَمُونَ ۝ 42 وَأَقِيمُوا الصَّلَاةَ
وَآتُوا الزَّكَاةَ وَارْكَعُوا مَعَ الرَّاكِعِينَ ۝ 43 أَتَأْمُرُونَ النَّاسَ بِالْبِرِّ وَتَنْسَوْنَ أَنْفُسَكُمْ وَأَنْتُمْ تَتْلُونَ
الْكِتَابَ أَفَلَا تَعْقِلُونَ ۝ 44 وَاسْتَعِينُوا بِالصَّبْرِ وَالصَّلَاةِ وَإِنَّهَا لَكَبِيرَةٌ إِلَّا عَلَى الْخَاشِعِينَ ۝
45 الَّذِينَ يَظُنُّونَ أَنَّهُمْ مُلَاقُو رَبِّهِمْ وَأَنَّهُمْ إِلَيْهِ رَاجِعُونَ ۝ 46 يَا بَنِي إِسْرَائِيلَ اذْكُرُوا نِعْمَتِيَ الَّتِي
أَنْعَمْتُ عَلَيْكُمْ وَأَنِّي فَضَّلْتُكُمْ عَلَى الْعَالَمِينَ ۝ 47 وَاتَّقُوا يَوْمًا لَا تَجْزِي نَفْسٌ عَنْ نَفْسٍ شَيْئًا
وَلَا يُقْبَلُ مِنْهَا شَفَاعَةٌ وَلَا يُؤْخَذُ مِنْهَا عَدْلٌ وَلَا هُمْ يُنْصَرُونَ ۝ 48 وَإِذْ نَجَّيْنَاكُمْ مِنْ آلِ فِرْعَوْنَ
يَسُومُونَكُمْ سُوءَ الْعَذَابِ يُذَبِّحُونَ أَبْنَاءَكُمْ وَيَسْتَحْيُونَ نِسَاءَكُمْ وَفِي ذَلِكُمْ بَلَاءٌ مِنْ رَبِّكُمْ
عَظِيمٌ ۝ 49 وَإِذْ فَرَقْنَا بِكُمُ الْبَحْرَ فَأَنْجَيْنَاكُمْ وَأَغْرَقْنَا آلَ فِرْعَوْنَ وَأَنْتُمْ تَنْظُرُونَ ۝ 50 وَإِذْ
وَاعَدْنَا مُوسَى أَرْبَعِينَ لَيْلَةً ثُمَّ اتَّخَذْتُمُ الْعِجْلَ مِنْ بَعْدِهِ وَأَنْتُمْ ظَالِمُونَ ۝ 51 ثُمَّ عَفَوْنَا عَنْكُمْ مِنْ
بَعْدِ ذَلِكَ لَعَلَّكُمْ تَشْكُرُونَ ۝ 52 وَإِذْ آتَيْنَا مُوسَى الْكِتَابَ وَالْفُرْقَانَ لَعَلَّكُمْ تَهْتَدُونَ ۝
53 وَإِذْ قَالَ مُوسَى لِقَوْمِهِ يَا قَوْمِ إِنَّكُمْ ظَلَمْتُمْ أَنْفُسَكُمْ بِاتِّخَاذِكُمُ الْعِجْلَ فَتُوبُوا إِلَى
بَارِئِكُمْ فَاقْتُلُوا أَنْفُسَكُمْ ذَلِكُمْ خَيْرٌ لَكُمْ عِنْدَ بَارِئِكُمْ فَتَابَ عَلَيْكُمْ إِنَّهُ هُوَ
التَّوَّابُ الرَّحِيمُ ۞

VERSIO LATINA.

40. O Filii Iſrael, mementote gratiæ meæ, qua beneficus fui erga vos: & ſervate pactum meum, *& ego* ſervabo pactum veſtrum: & me, revereMini me. 41. Et credite in id quod demiſi, confirmans id quod eſt vobiſcum; & ne ſitis primus incredulus in illud; neque commutetis cum ſignis meis pretium parvum: & me, timete me. 42. Et ne veſtiatis veritatem vanitate: & *ne* abſcondatis veritatem, & vos cognoſcitis *eam*. 43. Et ſubſiſtere facite orationem: & date eleemoſynam: & incurvamini cum incurvantibus ſe. 44. An præcipietis hominibus juſtitiam, & obliviſcemini animarum veſtrarum? & vos legitis Librum *Pentateuchi*. An ergo non intelligitis? 45. Et poſtulate auxilium cum longanimitate, & oratione, & quidem hæc (*ideſt oratio*) ſanè gravis eſt, præterquam

quam ſuper humiles. 46. Qui cogitant, quòd ipſi occurſuri ſint Domino ſuo *in die reſurrectionis*; & quòd ipſi ad eum ſint redituri. 47. O filii Iſrael, mementote gratiæ meæ, qua beneficus fui erga vos; & quòd ego excellentes feci vos ſuper Mundos (*ideſt ſuper omnes nationes ætatis veſtræ*). 48. Et timete diem, *in quo* non ſatisfaciet anima pro anima quidquam: & non acceptabitur ab ea interceſſio, neque accipietur ab ea compenſatio: neque ipſi adjuvabuntur. 49. Et *mementote*, quando liberavimus vos à familia Pharaonis: infligebant vobis malum pœnæ: mactabant filios veſtros, & vivere ſinebant fœminas veſtras: & in hoc *fuit* probatio à Domino veſtro magna. 50. Et quando diviſimus vobis mare, & eruimus vos, & demerſimus gentem Pharaonis; & vos intuebamini. 51. Et quando pepigimus cum Moyſe quadraginta noctes: tum accepiſtis Vitulum *in Deum*, poſt eum; & vos *fuiſtis* iniquè agentes. 52. Tum ignovimus vobis poſt hoc *ſcelus*, ut vos gratias ageretis. 53. Et quando attulimus Moyſi Librum *Pentateuchi*, & Diſtinctionem *inter licita & illicita*, ut vos dirigeremini.

NOTÆ.

XL. *Et ſervate pactum meum*] Jahias تفسير الكلبى واوفوا بعهدى فى الايمان بمحمد اوف بعهدكم الذى عهدته لكم بالجنة :

Explicat Calebius: Et ſervate pactum meum de credendo in Mahumetum: & ego ſervabo vobis pactum veſtrum, quod pepigi vobiſcum de dando vobis Paradiſo. Eodem modo Gelaleddinus.

XLI. *Et credite in id quod demiſi*] Gelal. وامنوا بما انزلت من القران مصدقا لما معكم من التوراة الموافقة له فى التوحيد والنبوة : *Et credite in Alcoranum, quem tradidi, qui verificat, & confirmat id, quod habetis in Pentatencho, & convenit cum illo circa Unitatem Dei, & prophetiam Mahumeti.* Ita etiam Jahias.

Neque commutetis cum ſignis meis pretium parvum] Gelal. التى فى كتابكم من نعت محمد *Vaticinia ſeu epitheta, quæ ſunt in Libro veſtro de Mahumeto.* Jahias: وكان الذين يفعلون ذلك علماؤهم وكانت لهم ماكلة من اليهود كلعام فذلك الثمن القليل : *Erant autem, qui hoc faciebant, Sapientes eorum, quibus præbebatur victus à Judæis quotannis: & hoc ſignificat pretium parvum.*

XLII. *Et ne abſcondatis veritatem*] Gelal. نعت محمد *Epitheta Mahumeti.* Jahias ولا تلبسوا الحق بالباطل قال قتادة لا تخلطوا الاسلام باليهودية والنصرانية وكان معنى الاية لا تلبسوا امر النبى بما يحرفون ويكتمون الحق يعنى محمدا ص وانتم تعلمون انى تجدونى مكتوبا عندكم : *Ne veſtiatis veritatem vanitate. Explicat Cottada: Ne commiſceatis Mahumetiſmum cum Judaiſmo & Chriſtianiſmo. Et ſenſus verſiculi hujus eſt: Ne veſtiatis ea, quæ ſpectant ad Mahumetum iis, quæ immutant, ac depravant* in Sacris Scripturis, *abſcondentes veritatem, nempe Mahumetum ipſum* in illis prædictum: *& vos ſcitis, me inveniri ſcriptum apud vos.*

XLIII. *Et ſubſiſtere facite orationem, & date eleemoſynam*]. Sæpè hæc repetit Alcoranus. Sciendum autem eſt, quinque eſſe fundamenta ſectæ Mahumetanicæ, quæ Algazelus ex dicto ipſius Mahumeti ita enumerat: بنى الاسلام على خمس : شهادة ان لا اله الا الله وان محمد رسول الله : واقام الصلاة : وايتاء الزكاة : والحج : وصوم رمضان : *Fundatur Eslam (ideſt Secta Mahumetica) ſuper quinque res, quæ ſunt: Proteſtatio, quòd non ſit Deus nullus præter Deum, & quòd Mahumetus ſit Legatus ejus. Perſolutio orationis. Contributio eleemoſynæ. Peregrinatio Meccana. Jejunium menſis Rhomadan.* Quod attinet ad الصلاة *Orationem*; eam quinquies in ſingulos dies perſolvunt. Primò: mane diluculo. 2. In ortu Solis. 3. In meridie. 4. In declinatione Solis. 5. In principio noctis. Antequam orent, ſeſe accuratiſſimè abluunt, præſertim ſi anteà vel naturæ neceſſitates explendo, vel alio quovis modo ſe polluerint. Non licet ſupra nudam humum orare, ſed pallium ſtragulum, vel ſtrophiolum genibus ſubſternunt. Inter orandum, ne oculum quidem circumvertunt. Si verbum, vel crepitus in orando exciderit, iterùm preces incipiunt. Tota oratio conſiſtit in multis incurvationibus, quas vocant الركوع & adorationibus, quas السجود appellant, & aliis geſticulationibus in morem hiſtrionum. Hujuſmodi preces perſolvunt ubicumque eos hora indicta deprehenderit, in meſchitis, in domibus, in plateis, Libentiùs tamen orant in locis conſpicuis, quò ab omnibus videri poſſint, quemadmodum Scribæ, & Phariſæi apud Judæos faciebant.

Quod attinet ad الزكاة Eleemoſynam, à verbo زكر quod ſignificat *augere*, vel, *purum & juſtum eſſe* (quaſi eleemoſyna augeat opes Auctoris ſui, eumque juſtum & purum efficiat) alia eſt præſcripta à lege, juxta cujuſque majores, vel minores facultates, & reſpondet noſtris decimis, vel cenſui: alia verò eſt arbitraria, quæ etiam dicitur الصدقة *juſtitia*: quo nomine appellatur quoque in Euangelio

Matth. cap. 6. *Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus*. Sunt porrò Mahumetani, præſertim Magnates, quemadmodum ad furta & rapinas proclives, ita ad eleemoſynas, & legata pia facienda liberales: ita ut etiam ad aves, canes, & feles alendos non pauci pingues reditus poſt obitum ſuum relinquant. Sed de his & aliis Mahumetanicæ, Sectæ fundamentis, vide Prodromum, p.4. à cap.3. uſque ad cap. 14. excluſivè, nam ibi de illis agitur ex profeſſo.

Quod ſpectat ad illam Vituli adorationem: ita eam fabulosè refert Sciahinſciah. *Perrexit Moyſes in Synam, conſtituitque pro ſe Vicarium Aaron fratrem ſuum ſuper filios Iſrael. Erat autem inter Hebræos Samarita quidam. Deus verò loquutus eſt ad Moyſem, & dedit illi novem Tabulas, in quibus deſcriptus erat Pentateuchus. Dixit verò illis Samarita: Facite vobis aliquem Deum; Moyſes enim jam prorſus receſſit à vobis. Habebat autem Samarita pulverem, quem acceperat ex veſtigiis unguis equi Gabrielis. Sumpſitque armillas, & monilia eorum, & poſuit ea in conflatorio, conjecitque deſuper de illo pulvere, & evaſit vitulus, qui habebat corpus, & mugiebat: & adoraverunt eum filii Iſrael, exceptis duodecim millibus.* Hæc ex Arabico fideliter translata.

REFUTATA.

I. QUærimus à Moslemis in quanam Sacrorum Librorum pagina contineatur pactum illud, quo Iſraelitæ, ſeu Judæi promiſerunt Deo, ſe crediturosin Mahumetum: Deus verò promiſit illis ſe propter hoc daturum ipſis Paradiſum. Nullibi certè reperitur, nec reperietur unquam.

II. Quærimus qua veracitate dicat Mahumetus, Alcoranum confirmare Pentateuchum, illique eſſe conformem: cùm videamus inter utrumque diſſenſiones prope innumeras. In Alcorani decurſu licebit eas recognoſcere.

III. Licet Judæi alias ob cauſas culpandi, incuſandique ſint: injuſtè tamen & falsò de illa Sacrorum Librorum corruptione, vel occultatione vaticiniorum de Mahumeto accuſantur. Hujuſmodi enim vaticinia nuſquam, & nunquam fuerunt in Pentateucho, neque in aliis Sacris Libris veteris, aut novi Teſtamenti. Quamobrem impoſſibile eſt, Judæos ea corrupiſſe, vel occultaſſe. Conſequentia eſt aperta: antecedens evidenter probatur ex integritate ſuperiùs aſſerta Pentateuchi, & cæterorum Sacrorum Librorum. Et quamvis in iiſdem Sacris Libris nonnullæ ex incuria Scriptorum, vel Interpretum varietates occurrant, nihil tamen eſt, quod pertineat ad Mahumetum, vel ad illius Superſtitionem.

Hoc argumento convicti Sapientiores Moslemi coguntur Sacras Scripturas, quas nunc præ manibus habemus, tamquam incorruptas fateri, ad eaſque recurrere, atque ex his aliquid pro ſuo Propheta expiſcari, ne ille nimis impudens agnoſcatur, dum affirmat, ſe à Pentateucho, & Euangelio prædictum fuiſſe. A Chriſtianis igitur Apoſtatis, ſceleſtiſſimiſque Judæis edocti, tot ex utroque teſtamento pro Mahumeto teſtimonia producunt, ut Ahmedus filius Abdhalimi non vereatur affirmare, pluſquam centum loca in utroque teſtamento inveniri, quæ de Mahumeti adventu, deque illius Secta apertiſſimè loquantur. Quòd ſi ab iis petas, quomodo ergo Mahumetus conqueritur in Alcorano, vaticinia, quæ erant de ſe in Pentateucho, & Euangelio, à Judæis, & Chriſtianis fuiſſe deleta? Reſpondebunt, deleta quidem, vel celata fuiſſe à Judæis, & Chriſtianis; qui Meccæ, vel Medinæ morabantur: non tamen à cæteris, qui extra regiones illas in reliquis orbis partibus vivebant. Ego verò illis in hoc non adverſabor: ſed videamus, quænam ſint hæc tot vaticinia de Mahumeto, ejuſque Secta in Pentateucho, & Euangelio.

Primò proferunt verba illa Deuteronomii cap. 33. *Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis: apparuit de Monte Pharan &c.* quibus aſſociant illa alia Habacuc cap. 3. *Deus ab Auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharan.* Mons enim Sinai, (inquiunt) præſignavit legem Moyſi, quæ data fuit in Sinai. Mons autem Seir erat typus Euangelii, quod datum fuit Chriſto, qui fuit ex Seir, terra, vel monte Galilææ, ex oppido quodam, cui nomen Nazaret. Conſequenter dicendum erit, Montem Pharan præſignare traditionem Alcorani Mahumeto; Pharan quippè eſt Mons Meccæ, imò Meccà ipſa, ubi natus eſt Mahumetus. Sed reſpondemus, falſum eſſe Montem Seir, de quo loquitur Pentateuchus, eſſe in Galilæa, vel pertinere ad terram Chriſti Natalem, falſum etiam eſſe Montem Pharan eſſe Meccam, vel ad Meccam ſpectare: eſto vel in Galilæa, vel in Mecca ſit aliquis mons, qui Seir, vel Pharan hodie appelletur: quod prorſus ignoro. Verùm quid faciunt hæc ad Mahumetum, ejuſque Sectam? Omnia alia, quàm Mahumetum reſpiciunt verba Pentateuchi, & Habacuc.

Objiciunt, in verbis Habacuc inveniri expreſſum nomen Mahumeti: ita enim allegat illa Arabicè Ahmedus: جاء الله من التيمن وظهر القدس على جبال فاران وامتلاءت الارض من تحميد احمد وملك بيمينه رقاب الامم واناارت الارض بنوره وحملت خيله في البحر:

Venit Deus ab Auſtro, & apparuit Sanctus ſuper montes Pharan; & impleta eſt terra laudatione Ahmed: & poſſedit dextera ejus cervices gentium, & illuminavit terram luce ſua, & invecti ſunt equites ejus in mare. Sciendum eſt autem, Mahumetum tria nomina apud Arabes habere: محمد *Mohammad*: ideſt laudatus. احمد *Ahmad*: ideſt laudatiſſimus: & ابو القاسم *Abulcaſem*, ideſt Pater Alcaſemi, eò quod habuerit filium nomine Alcaſem.

Verùm hæc lectio eſt contra fidem tàm originis Hebraicæ, quàm Græcæ, Syriacæ, Arabicæ, Latinæ, & aliarum omnium verſionum; imò contra ipſum

ipsum Ahmedum, qui paulò suprà allegans hoc idem Habbacuc testimonium, ita habet: ومثل هذا بشارة اخري بمحمد ص من كلام بما رضوه من ترجمتهم وهو جاء الله من جبال فاران وامتلاءت السما والارض من تسبيحه ومن تسبيح امته. *Et similis huic* (Deuteronomii) *est alia prophetia de Mahumeto faustæ memoriæ ex verbis, in quibus consentiunt juxta interpretationem ipsorum. Et est hujusmodi: Venit Deus à montibus Pharan, & impletum est cœlum & terra laudatione ejus, & laudatione gentis ejus.* Ubi hìc Ahmad? Porrò verba illa Habbacuc omnia referuntur ad Deum tantùm, non ad Mahumetum, aut alium, ut patet ex contextu sermonis. Vide Prodr. p. 1. c. 5. pag. 13.

Secundum testimonium desumitur ex peculiari benevolentia, quam ostendit Deus erga Ismaelem, ex cujus progenie ortus est Mahumetus. Fecit emanare fontem, quo eum siti pereuntem recrearet, ut habetur Genes. cap. 21. ubi etiam dicitur, *Deum fuisse cum eo*: & Angelum promisisse matri ejus, se *facturum illum in gentem magnam*; imò Deum ipsum, ut habetur cap. 17. dixisse hæc verba Abrahæ: *super Ismael quoque exaudivi te: ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valdè: duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam*: Quibus in verbis notandum est, dictionem illam, *valdè*, in origine Hebraica legi בִּמְאֹד מְאֹד idest, *in multum multum*. Porrò si characteres Hebraici hìc positi, per Cabalam Arithmeticam numerentur, constituunt numerum 92. nimirùm: ב valet 2. מ 40. א 1. ד 4. מ 40. א 1. ד 4. Hunc autem eundem numerum summat nomen محمد nempè *Mahumetus*. Nam م valet 40. ح 8. م 40. د 4. Omitto alia, quæ in laudem Ismaelis, & Hagar matris ejus Mahumetani Sapientes adducunt.

Respondeo tamen omnia hæc nullius esse momenti, & eadem multòque majora legi in Scripturis feciisse Deum pro aliis hominibus, quorum aliqui non solùm nullam instituerunt novam religionem, sed etiam mali fuerunt, & reprobi, veluti Cyrus, Saul & alii. Nulla verò facta fuit promissio à Deo, vel ab Angelo circa Ismaelem, quin multò major, & magnificentior facta sit circa Isaac, de quo etiam cap. 17. vers. 2. & 6. adhibetur illa forma loquendi, sed valdè speciosior, & glorioſior, quæ adhibita fuerat de Ismael. Dicit enim ibi Deus loquens cum Abraham: *Et ponam pactum meum inter me, & inter te, & multiplicabo te* בִּמְאֹד מְאֹד *in multum multum*. Et paulò post: *Ego sum & pactum meum tecum, erisque pater multarum gentium &c. faciamque te crescere* בִּמְאֹד מְאֹד *in multum multum. Et ponam te in gentibus, regesque ex te egredientur: & statuam pactum meum inter me, & te, & inter semen tuum post te in generationibus tuis fœdere sempiterno, ut sim Deus tuus, & seminis tui post te. Daboque tibi & semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in possessionem æternam.* Non potest dubitari, quin his locis sermo sit de Isaac, dum multiplicatio *in multum multum*, cum pacto conjungitur, quod non cum Ismael, sed cum Isaac initum est, dicente Deo ipso. *Pactum autem meum statuam ad Isaac*. Et prætereà sermo est de illo semine, cui terra Chanaam danda erat in hæreditatem. Prætereà dum in Pentateucho nominatur absolutè, *Semen Abrahæ*, semper de Isaac accipiendum est cùm dixerit Deus Abrahæ Genes. cap. 21. *In Isaac vocabitur tibi semen*. Itaque Ismael non ingreditur in pactum, neque computatur in semine Abrahæ, imò nec censetur filius ejus: id quod manifestè patet ex illis verbis Dei Abraham Genes. cap. 22. *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac*. Porrò Ismaelem semper vocat Scriptura filium ancillæ, quod si filius Abrahæ censeretur, non posset Isaac cum veritate filius ejus unigenitus appellari. Magis autem roboratur hæc veritas, quia quoties dixit Deus Abrahæ: *In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ*: certissimum est, eum respectu Isaac tantùm locutum fuisse: eadem enim verba ipsi Isaac iteravit cap. 26. & post eum filio ejus Jacob, cap. 28.

Porrò observatio illa Cabalistica in verbis Hebraicis בכמאד כמאד, & in nomine محمد *Mohammed*, seu Mahumetus; est prorsus deridenda. Primò enim falsum est, esse utrobique eumdem numerum, nam in محمد sunt tria م: duo expressa, & unum latens sub التشديد, quod tamen in legendo exprimitur: itaque continet numerum, non 92.; sed 132. Deinde, cùm dictiones illæ Hebraicæ usurpentur non solùm de Ismael, sed etiam de Isaac, & prætereà de Israelitis cap. 1. Exodi; apparet, quàm vanè in Ismael tantùm fingantur habere mysterium. Quòd si licet in his Cabalisticis ineptiis nugari, & velint Mahumetani obstinatè persistere in sua opinione, prædici Mahumetum ubi usurpantur de Ismael verba בִּמְאֹד מְאֹד ego facilè illis assentiar: nam si ritè rectèque numeres נְבִיא כָּזָב *Propheta mendacii*, vel *Pseudopropheta*, invenies adamussim numerum 92. qualis est in בִּמְאֹד מְאֹד & belliſſimè quadrabit in Mahumetum. Cæterùm quoad Ismaelem certum est, illum fuisse hominem malum, tùm quia li-

centiùs & lasciviùs se gessit cum Isaac, & eum persecutus est, quare Deus approbavit ejectionem ejus è domo Abrahæ tùm quia Angelus prædixit matri, illum *fore hominem ferum, & manum illius futuram contra omnes, & manum omnium contra eum*: tùm denique quia sæpè nominatur *Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob*, numquam autem Deus Ismael. Ismaelitæ quoque & Hagareni in Sacris literis, semper cum vituperatione nominantur. Hoc secundum testimonium validissimè rejicitur in Prodr. p. 1. cap. 5. pag. 13.

Tertiò allegant Doctores Moslemi, præsertim Auctor libri تأييد الملة verba illa Deuteronomii Cap. 18. *Prophetam de gente tua*, seu ut habent Hebræi *de medio, vel interiori suo è fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies*. Fundamentum Mahumetanorum pro asserenda hac prophetia Mahumeto est, quia in fine Pentateuchi Deuteron. cap. 34. dicitur: *Et non surrexit ultra Propheta in Israel sicut Moyses*. Ergo Propheta ille, qui promittitur ibidem cap. 18. similis Moysi, non poterit esse ex Israel; ergo erit Ismaelita: & per consequens, Mahumetus.

Respondemus non solùm in sententia S. Petri in Actis Apostolicis cap. 3. & communiter omnium Christianorum, & nonnullorum etiam Hebræorum, sed etiam ipsorum Mahumetanorum, & præsertim Ahmedi filii Abdolhalimi in Apologia pag. mihi 254. prædicta verba intelligenda esse de Christo, qui, quatenus simplex Propheta, non fuit aliquibus in rebus, & præsertim in signis, & portentis terrificis, similis Moysi; & de his præcipuè loquitur Pentateuchus in illis verbis: *Et non surrexit ultra Propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem, in omnibus signis, atque portentis, quæ misit per eum, ut faceret in terra Ægypti &c.* Ita explicant hunc locum Doctores Hebræi lib. 3. Iccarim cap. 20. Cæterùm Christus, cùm non solùm esset Propheta & homo, sed etiam Deus, major fuit non solùm Moyse, & cæteris Prophetis, sed etiam ipsis Angelis, ut testatur etiam Auctor Hebræus in *Neve Scialom*: lib. 9. cap. 5. dicens: *Rex Messias erit supra Abraham, & supra Moysem, & verè etiam dicitur supra Angelos administratores*. Cæterùm, ridiculum est, Prophetam suscitandum è medio Israel; & è fratribus ejus, esse Mahumetum Ismaelitam, cùm Ismaelitæ non fratres, sed hostes semper fuerint Israelitarum. Vide Prodr. p. 1. loco citato.

Quartò adducit idem Auctor verba illa Deuteronomii cap. 26. *Dominus elegit te hodie, ut sis ei populus peculiaris &c. & faciat te excelsiorem cunctis gentibus, quas creavit, in laudem, & nomen, & gloriam suam*. Connectit hic Auctor verba illa, *in laudem, & nomen &c.* cum, *gentibus, quas creavit*: cùm re vera conjungenda sint cum illis, *& faciat te excelsiorem*: ut constat ex interpunctionibus Originalis Hebraici, & versionis latinæ, & præcipuè ex versione Græca, quæ ita habet: *Dominus elegit te hodie &c. ut esses sublimis super omnes gentes, qui fecit te nominatum, & glorioſum, & honoratum.*

Respondemus itaque, nihil attinere hunc locum ad Mahumetum, vel Mahumetanos. Atqui, etiamsi concederemus illis id, quod sibi arrogant, esset tamen contra ipsos, nam probaret, Israelitas superiores futuros Ismaelitis, & Mahumetanis. Vide Prodr. l. c.

Quintò allegat Ahmedus filius Abdolhalimi verba psalmi 149. *Cantate Domino canticum novum &c.* & existimat omnia, quæ in eo psalmo habentur, pertinere ad Mahumetanos: ipsi enim (inquit ille) *Magnificant Deum vocibus altis, dum clamant è turribus meschitarum invitantes populum ad quinque precationes, neque faciunt id tubis, sicut Hebræi, neque campanis, sicut Christiani: quamobrem meritò vocatur canticum novum. Præterea utuntur gladiis ancipitibus, seu duarum acierum, quibus reges & provincias debellarunt. Lætantur etiam in cubilibus suis, quia quando defessi sunt, persolvunt preces suas extensi super cubilia.*

Sed respondemus primò, nimis crassè, & omninò nugatoriè Auctorem verba Prophetica explicare. Deinde asserimus, eo in loco non de Mahumeto, vel Mahumetanis, sed de Israelitis, & eorum rege Messia contineri vaticinium, id quod patet ex verbis paulò antè præcedentibus: *Lætetur Israel in eo, qui fecit eum, & filii Sion exultent in rege suo.*

Sextò adducit idem Auctor pro Mahumeto verba Psalmi 44. *Speciosus forma præ filiis hominum*, & cætera, quæ sequuntur in eodem Psalmo.

Respondeo totum illum psalmum, non solùm ex dicto S. Pauli in Epist. ad Hebræos cap. 1. verùm etiam ex consensu Interpretum Hebræorum, & Christianorum, ad Messiam, non ad Mahumetum pertinere, atque id fatetur etiam Ahmedus ipsi sibi turpiter contradicens in Apologia pag. mihi 60. oppugnans Christi Divinitatem his verbis: ومما يبين قولنا في خلق المسيح ان هذا الاسم انما وقع له لانه مُسح للنبوة والخير ومسحه الله تبارك وتعالي وقد قال داوود في زبوره قولاً يشهد علي ذلك بعينه: من اجل هذا مسحك الله الهك اكثر مما مسح به نظارك: فابان داوود بهذه الاية معني المسيح وان مسحه الاله واتاه مصطفا مكرم بزيادة علي نظاريه:

Inter ea, quæ magis confirmant dictum nostrum de esse Christi creato, illud est, quòd hoc nomen Messias, impositum fuit illi, eò quòd ad Prophetiam, & ad felicitatem unctus fuerit à Deo benedicto, & excelso. Et quidem dictum Davidis in psalmis hoc idem testatur: Ait enim: Propterea unxit te Deus Deus tuus, pluſ-

pluſquam unxerit conſortes tuos. Innuit autem David his verbis ſignificationem hujus vocis, Meſſias: quia ſcilicet unctus fuit à Deo, & electus ab eo ſupra omnes conſortes ſuos.

Septimò. Referunt ad Mahumetum tamquam pro eo ſcriptum, Pſalmum ſeptuageſimum primum, qui incipit: *Deus judicium tuum Regi da.*

Verùm ex ipſo titulo Hebraico לִשְׁלֹמֹה conſtat, prædictum pſalmum compoſitum fuiſſe in Salomonem literaliter, myſticè verò, atque etiam hiſtoricè in Chriſtum à Salomone oriundum, cujus ipſe Salomon typum gerebat. Hæc eſt ſententia communis non ſolùm Chriſtianorum, ſed etiam Hebræorum: neque ullo modo pertinet ad Mahumetum: præſertim propter illa verba: *Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis*: nam Mahumetus totam vitam inter bella, arma, prædas, rapinas, cædeſque tranſegit. Quamobrem inter ejus epitheta cenſentur, نبي الملحمة Propheta prælii: القتال Pugnator: & alia hujuſmodi.

Octavò. Applicant Mahumeto verba illa Iſaiæ cap. 42. *Ecce Servus meus ſuſcipiam eum*: totumque illud caput, pro eodem interpretantur.

Sed certum eſt, totum illud de Chriſto eſſe vaticinium: ita enim aſſerit Euangelium Matthæi cap. 12. Et ſeptuaginta interpretes, quos Ahmedus cæteris præfert, de Meſſia ſub nomine Jacob, & Iſrael, ex quo Meſſias naſciturus erat, exponunt, hoc modo: *Jacob puer meus tuebor eum: Iſrael electus meus, ſuſcepit eum anima mea.* Hebræi etiam de Meſſia communiter exponunt. Hùc accedit, ea, quæ in illo capite habentur, nullo modo Mahumeto convenire.

Nonò. Exponunt tamquam vaticinium de Secta Mahumetanica, ſaltem verba illa ejuſdem capitis, quæ incipiunt à num. 11. *Sublevetur deſertum, & civitates ejus: in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores Petræ de vertice montium clamabunt &c.* Deſertum enim Cedar, & Petra ſpectant ad Arabiam, & ad Iſmaelitas: quamobrem videtur per hæc prædici Secta Mahumetanica.

Sed breviter reſpondeo, totum illud caput eſſe ſibi conſonum, totumque de Chriſto exponendum, ob cujus adventum deſerta quoque, & inculta Arabiæ loca lætitiam erant oſtenſura, quemadmodum & Inſulæ remotiſſimæ, & à Dei notitia prorſus alienæ, de quibus in eodem capite fit mentio. Et quidem in Arabia religionem Chriſti floruiſſe, & innumeros Monachorum, & Eremitarum cœtus deſerta illius incoluiſſe, Mahumetani ipſi, ne dum Chriſtiani ſuis in hiſtoriis aſſirmant. Sed de his & ſequentibus teſtimoniis ſatis amplè in prima parte Prodromi diſſeruimus, & clarè oſtendimus, non pertinere ad Mahumetum.

Decimò. Habent tamquam oraculum de Mahumeto ſatis celebre illud, quod dicitur Iſaiæ cap. 21. *Et vidit currum duorum equitum, aſcenſorem aſini, & aſcenſorem Cameli.* Ubi per aſcenſorem aſini intelligunt Chriſtum: per aſcenſorem verò Cameli Mahumetum.

Verùm fundamento nimis levi nititur hoc vaticinium pro Mahumeto, qui, ut conſtat ex libro اعلام الدي Sect. 8. aſſeruit, prædictum fuiſſe de ſe à quodam Propheta Judæo: هو اخـــر الانبياء وافضلهـــم يركب الحمار ويلبس الشملة *Ipſe erit ultimus Prophetarum, & excellentiſſimus eorum: equitabit aſinum, & induetur paludamento.* Præterea Iſmael filius Aly in ejus vita aſſerit, illum habuiſſe quatuor aſinos ad equitandum. Quamobrem ſi præfatum vaticinium juxta ineptam Mahumetanorum expoſitionem intelligendum eſſet, magis Mahumeto, quàm Chriſto convenit eſſe aſcenſorem aſini. Sed veram hujus vaticinii explicationem vide in Prodromo loco citato, ubi oſtendi, ex communi expoſitorum ſenſu, per aſcenſorem Aſini intelligi Cyrum, Regem Perſarum: per Aſcenſorem verò Cameli Darium Regem Medorum: nihil verò eſſe, quod vel ad Chriſtum, vel ad Mahumetum pertineat.

Undecimò. Volunt verba Iſaiæ cap. 60. *Leva in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati ſunt &c.* prædicta fuiſſe de urbe Mecca patria Mahumeti.

Sed reſpondemus, totum illud caput pertinere ad Jeruſalem, ut patet ex principio illius capitis in verſione Septuaginta Interpretum, φωτίζε φωτίζε Ἱερουσαλὴμ: *Illuminare illuminare Jeruſalem.* Idem dicimus de illis verbis cap. 54. *Lætare, & exulta ſterilis, quæ non pariebas &c.* quæ etiam trahunt ad eandem Meccam: conſtat enim ex teſtimonio S. Pauli ad Galatas cap. 4. pro *ſterili*, intelligi Jeruſalem, non quidem terrenam, ſed ſpiritualem, nempè Eccleſiam gentium à Chriſto congregatam, ſive Jeruſalem cœleſtem, quæ continet Eccleſiam Beatorum.

Duodecimò. Accipiunt tamquam oraculum de Mahumeto verba illa ejuſdem Prophetæ cap. 9. *Parvulus natus eſt nobis &c.*

Sed certiſſimum eſt ibi vaticinium eſſe de Meſſia, cui ſoli convenit nomen אֵל nempè *Deus*; neque Mahumetus unquam appellatus eſt Deus, ne ab ipſis quidem Mahumetanis, & manifeſtiùs patet ex verbis ſequentibus: *Super ſolium David, & ſuper regnum ejus ſedebit, ut confirmet illud uſque in ſempiternum.* Quæ ſunt ipſiſſima verba Angeli ad Mariam Virginem Matrem ejus Lucæ cap. 1. *Dabit illi Dominus Deus ſedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum.*

Decimotertiò. Eſt celeberrimum apud Mahumetanos de Mahumeto vaticinium illud, quod refertur cap. 2. Danielis, de lapide illo ſine manibus abſciſſo de monte, qui percuſſit, & contrivit ſtatuam illam, quæ quatuor Mundi Monarchias præſignabat: & factus eſt mons magnus, & implevit univerſam terram.

Communis tamen tàm Hebræorum, quàm Chriſtianorum ſententia eſt, ſemperque fuit, lapidem

pidem illum ſignificare Meſſiam, qui per Euangelium ſubjecit ſibi Romanum Imperium, & per conſequens omnia regna illa, quæ in ſtatua prædicta figurabantur: id quod manifeſtè prædixit David pſalmo 2. illis verbis: *Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam*—, *& poſſeſſionem tuam terminos terræ: reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos*. Quæ verba non ſolùm Judæi, & Chriſtiani, ſed etiam Mahumetus filius Jacob, Auctor القاموس ſeu Theſauri linguæ Arabicæ celeberrimus inter Mahumetanos, de Chriſto intelligenda eſſe affirmat. Vide eundem in verbo ولد.

Hæc, & alia levioris momenti vaticinia producunt Mahumetani ex veteri teſtamento, quæ omnia, & alia uberiùs tractata vide in Prodr. p. 1. cap. 5. pag. 13. Ex Euangelio etiam, & aliis libris novi teſtamenti aliquot pro Mahumeto, ejuſque ſecta oracula vel eruunt, vel eruere conantur.

Primum, atque illud communiſſimum ac celeberrimum eſt promiſſio facta à Chriſto Domino de Spiritu Sancto Paraclito in Euangelio S. Joannis cap. 14. 15. & 16. Volunt enim obſtinatiſſimè per Spiritum illum Mahumetum eſſe intelligendum.

Verùm clarius Sole ex toto contextu Euangelico, & ex cæteris libris novi teſtamenti, apparet craſſiſſimus error Mahumetanorum: neque hìc eſt otium hujuſmodi errorem confutandi. Vide Prodr. p. 1. cap. 6. pag. 24.

Secundum deſumunt ex verbis illis Chriſti apud Joan. cap. 14. *Venit enim Princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam*: quæ ita depravatè legit Ahmedus اركون العالم سياتي وليس فى شي: *Princeps Mundi veniet, & in me non erit quidquam*. Per Principem enim Mundi, volunt ſignificari Mahumetum, qui, ubi venit, abolevit religionem Chriſti.

Sed certiſſimum eſt, per Principem Mundi tàm hìc, quàm cap. 12. ubi legimus, dixiſſe Chriſtum: *Nunc Princeps hujus Mundi ejicietur foras*, Diabolum intelligi. Non negamus tamen etiam Mahumeto, utpote Diaboli membro hoc epitheton convenire.

Tertium deſumitur ex epiſtola prima S. Joannis cap. 4. (licèt Auctor per errorem citet libr. Apocalypſis) in illis verbis: *Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt*. Et mox: *Omnis ſpiritus, qui confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt*. Hunc ſpiritum ex Deo putant fuiſſe Mahumetum, qui docuit Chriſtum veniſſe in carne, ſeu fuiſſe purum hominem, non autem Deum, vel filium Dei, ut tenent Chriſtiani.

Verùm debebat Ahmedus legere ea, quæ mox in eodem capite ſequuntur: *Quiſquis confeſſus fuerit, quia Jeſus eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo*.

Quartum deſumunt ex verbis Chriſti apud S. Matthæum cap. 21. quæ dixit Phariſæis: *Nunquam legiſtis in ſcripturis: Lapidem*—, *quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? Ideò dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus*. Exiſtimant ſcilicet, lapidis reprobati nomine Prophetam ſuum ſignari: gentem verò, in quam transferendum erat regnum Dei, eſſe ſeipſos Mahumetanos.

Sed certiſſimum eſt, lapidis nomine Chriſtum eſſe intelligendum: gentem verò, cui tradendum erat regnum Dei, eſſe Chriſtianos aſſeclas illius: ita enim affirmat S. Petrus in Actis Apoſtolicis cap. 4. Et in prima ſua Epiſtola cap. 2. Neque Moslemi ipſi inficiantur, regnum Dei à Judæis ad Chriſtianos translatum fuiſſe: licèt falsò affirment deinde à Chriſtianis ad ſe pertranſiſſe.

Quintum vaticinium his verbis profert Ahmedus ex cap. 4. Epiſt. primæ S. Petri (ſed per errorem citat librum Actuum Apoſtolorum): وقال سمعون الصفا رئيس الحواريين فى كتاب فراكسيس قد كان ان يبتدي الحكم من بيت الله ابتداء: *Et dixit Simon Cephas princeps Apoſtolorum in libro Actuum Apoſtolorum: Jam adeſt tempus, ut incipiat judicium à domo Dei incipiendo*. Nimirùm putat hic Auctor, nomine الحكم *Judicii*, intelligendam eſſe poteſtatem judiciariam, ſeu Principatum, aut Imperium, quod debebat quamprimùm incipere à Mecca, ubi eſt fanum illud Mahumetanis tàm venerabile, quod idcircò ipſi vocant بيت الله *Domum Dei*.

Una in re ſapit Doctor iſte Moslemus; quòd fatetur, S. Petrum fuiſſe Principem Apoſtolorum: in reliquis prorſus deſipit. Nam verba D. Petri illud ſignificant; Deum quamprimùm judicaturum, & caſtigaturum primò domum Dei, ideſt, Eccleſiam ſuam, ſuoſque electos, ac veluti domeſticos, quod innuunt verba ſequentia: *Si autem primùm à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Euangelio? &, ſi juſtus vix ſalvabitur; impius & peccator ubi parebunt?*

Hæc placuit breviter attingere, quæ in meo Prodromo cum aliis multis hujuſmodi fictitiis de Mahumeto vaticiniis, ex Sacris Scripturis, vel aliis priſcis monimentis, erutis, ſeu potiùs ſomniatis, copioſiùs pertracto. Ea poterunt videri in parte p. à capite ſexto, & deinceps.

Poſtremò falſum ſupponunt Mahumetus, & Mahumetani, Pentateuchum totum traditum fuiſſe à Deo, ſcriptum in unico, vel pluribus voluminibus, aut Tabulis, Moyſi: ſolùm enim duas Tabulas, decem præcepta continentes, tradidit illi Deus: cætera ſcripſit Moyſes ipſe inſpirante Deo. Patet hoc ex ipſis verbis Pentateuchi, Exod. cap. 24. num. 4. *Scripſit autem Moyſes univerſos ſermones Domini*. Et cap. 34. num. 27. Dixit Deus Moyſi: *Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum, & cum Iſrael pepigi fœdus*. Et Deut. 31. num. 9. *Scripſit itaque Moyſes legem hanc* (nempè Pentateuchum) *& tradidit eam Sacerdotibus filiis Levi*. Tota itaque lex ſcripta fuit à Moyſe, exceptis decem præceptis, quæ Deus ipſe in duabus Tabulis deſcripſit.

TEXTUS ALCORANI.

فَأَخَذَتْكُمُ 54 وَإِذْ قُلْتُمْ يَا مُوسَى لَنْ نُؤْمِنَ لَكَ حَتَّى نَرَى اللَّهَ جَهْرَةً فَأَخَذَتْكُمُ الصَّاعِقَةُ وَأَنْتُمْ
تَنْظُرُونَ ۞ 55 ثُمَّ بَعَثْنَاكُمْ مِنْ بَعْدِ مَوْتِكُمْ لَعَلَّكُمْ تَشْكُرُونَ ۞ 56 وَظَلَّلْنَا عَلَيْكُمُ
الْغَمَامَ وَأَنْزَلْنَا عَلَيْكُمُ الْمَنَّ وَالسَّلْوَى كُلُوا مِنْ طَيِّبَاتِ مَا رَزَقْنَاكُمْ وَمَا ظَلَمُونَا وَلَكِنْ كَانُوا
أَنْفُسَهُمْ يَظْلِمُونَ ۞ 57 وَإِذْ قُلْنَا ادْخُلُوا هَذِهِ الْقَرْيَةَ فَكُلُوا مِنْهَا حَيْثُ شِئْتُمْ رَغَدًا وَادْخُلُوا
الْبَابَ سُجَّدًا وَقُولُوا حِطَّةٌ نَغْفِرْ لَكُمْ خَطَايَاكُمْ وَسَنَزِيدُ الْمُحْسِنِينَ ۞ 58 فَبَدَّلَ الَّذِينَ
ظَلَمُوا قَوْلًا غَيْرَ الَّذِي قِيلَ لَهُمْ فَأَنْزَلْنَا عَلَى الَّذِينَ ظَلَمُوا رِجْزًا مِنَ السَّمَاءِ بِمَا كَانُوا يَفْسُقُونَ ۞
اسْتَسْقَى 59 وَإِذِ اسْتَسْقَى مُوسَى لِقَوْمِهِ فَقُلْنَا اضْرِبْ بِعَصَاكَ الْحَجَرَ فَانْفَجَرَتْ مِنْهُ اثْنَتَا عَشْرَةَ عَيْنًا
قَدْ عَلِمَ كُلُّ أُنَاسٍ مَشْرَبَهُمْ كُلُوا وَاشْرَبُوا مِنْ رِزْقِ اللَّهِ وَلَا تَعْثَوْا فِي الْأَرْضِ مُفْسِدِينَ ۞
60 وَإِذْ قُلْتُمْ يَا مُوسَى لَنْ نَصْبِرَ عَلَى طَعَامٍ وَاحِدٍ فَادْعُ لَنَا رَبَّكَ يُخْرِجْ لَنَا مِمَّا تُنْبِتُ الْأَرْضُ مِنْ
وَفُومِهَا بَقْلِهَا وَقِثَّائِهَا وَفُومِهَا وَعَدَسِهَا وَبَصَلِهَا قَالَ أَتَسْتَبْدِلُونَ الَّذِي هُوَ أَدْنَى بِالَّذِي هُوَ خَيْرٌ
اهْبِطُوا مِصْرًا فَإِنَّ لَكُمْ مَا سَأَلْتُمْ وَضُرِبَتْ عَلَيْهِمُ الذِّلَّةُ وَالْمَسْكَنَةُ وَبَاءُوا بِغَضَبٍ مِنَ اللَّهِ
ذَلِكَ بِأَنَّهُمْ كَانُوا يَكْفُرُونَ بِآيَاتِ اللَّهِ وَيَقْتُلُونَ النَّبِيِّينَ بِغَيْرِ الْحَقِّ ذَلِكَ بِمَا عَصَوْا وَكَانُوا يَعْتَدُونَ ۞
61 إِنَّ الَّذِينَ آمَنُوا وَالَّذِينَ هَادُوا وَالنَّصَارَى وَالصَّابِئِينَ مَنْ آمَنَ بِاللَّهِ وَالْيَوْمِ الْآخِرِ وَعَمِلَ
صَالِحًا فَلَهُمْ أَجْرُهُمْ عِنْدَ رَبِّهِمْ وَلَا خَوْفٌ عَلَيْهِمْ وَلَا هُمْ يَحْزَنُونَ ۞ 62 وَإِذْ أَخَذْنَا مِيثَاقَكُمْ
وَرَفَعْنَا فَوْقَكُمُ الطُّورَ خُذُوا مَا آتَيْنَاكُمْ بِقُوَّةٍ وَاذْكُرُوا مَا فِيهِ لَعَلَّكُمْ تَتَّقُونَ ۞ 63 ثُمَّ تَوَلَّيْتُمْ
مِنْ بَعْدِ ذَلِكَ فَلَوْلَا فَضْلُ اللَّهِ عَلَيْكُمْ وَرَحْمَتُهُ لَكُنْتُمْ مِنَ الْخَاسِرِينَ ۞ 64 وَلَقَدْ عَلِمْتُمُ
الَّذِينَ اعْتَدَوْا مِنْكُمْ فِي السَّبْتِ فَقُلْنَا لَهُمْ كُونُوا قِرَدَةً خَاسِئِينَ ۞ 65 فَجَعَلْنَاهَا نَكَالًا لِمَا
بَيْنَ يَدَيْهَا وَمَا خَلْفَهَا وَمَوْعِظَةً لِلْمُتَّقِينَ ۞ 66 وَإِذْ قَالَ مُوسَى لِقَوْمِهِ إِنَّ اللَّهَ يَأْمُرُكُمْ أَنْ تَذْبَحُوا
بَقَرَةً قَالُوا أَتَتَّخِذُنَا هُزُوًا قَالَ أَعُوذُ بِاللَّهِ أَنْ أَكُونَ مِنَ الْجَاهِلِينَ ۞

VERSIO LATINA.

54. ET quando dixit Moyſes populo ſuo: O populе meus, certè vos iniquè tractaſtis animas veſtras, accipiendo vos Vitulum *in Deum*. Itaque convertimini ad Creatorem veſtrum, & occidite vos ipſos *mutuò, itaut innocens noxium occidat*. Hoc erit melius vobis apud Creatorem veſtrum. Et *cùm hoc feciſſetis*, converſus eſt ſuper vos: ipſe enim eſt Convertibilis, Miſericors. 55. Et quando dixiſtis; O Moyſes; nequaquam credemus tibi, donec videamus Deum clarè. Propterеà invaſit vos ſupplicium, *& mortui eſtis*: & vos aſpiciebatis *id quod vobis evenit*. 56. Deinde Reſuſcitavimus vos poſt mortem veſtram, ut vos gratias ageretis. 57. Et umbreſcere fecimus ſuper vos nubes: & deſcendere fecimus ſuper vos mannam, & coturnices; *& diximus*: Comedite de bonis,

quod tribuimus vobis in alimentum. Et non iniquè tractaverunt nos, sed seipsos iniquè tractaverunt. 58. Et quando diximus: Ingredimini hanc Urbem (*Jerusalem, sive Jerico*): & comedite ex ea prout volueritis affluenter: & ingredimini portam *ejus* adorantes, & dicite: Indulgentia *peccatorum detur nobis à vobis*: dimittemus vobis peccata vestra, & augebimus *bonis* benefacientes. 59. Et permutaverunt qui erant iniqui dictum *hoc* in aliud, quod non fuerat dictum eis: & descendere fecimus super eos, qui iniqui erant, indignationem è Cœlo ob id quod excesserant. 60. Et quando potum petiit Moyses populo suo, & diximus: Percute virga tua petram: & eruperunt ex ea duodecim fontes. Jam cognoverunt omnes homines *singularum Tribuum* potatorium suum; *& diximus eis*: Comedite, & bibite de largitione Dei, & ne prævaricemini in terra corrumpentes. 61. Et cùm dixistis: O Moyses, nullo modo sustinentes erimus super escam unam: precare ergo pro nobis Dominum tuum, ut educat nobis ex eo quod germinat terra, de olere ejus, & cucumere ejus, & allio ejus, & lente ejus, & cæpa ejus. Respondit *Moyses*: An permutare vultis id quod est pejus cum eo quod est melius? Descendite in Ægyptum, quia vobis *ibi erit* id quod postulatis. Et incussa est super eos vilitas, & paupertas: & reversi sunt cum ira à Deo. Hoc *evenit illis*, quia ipsi increduli fuerunt in signa Dei, & occiderunt Prophetas sine justitia: hoc, eo quod rebellaverunt, & prævaricati sunt. 62. Certè qui crediderunt, & qui Judæi sunt, & Christiani & Sabaitæ; quisquis *ex his* crediderit in Deum, & diem novissimum, & fecerit rectum; erit ipsis merces sua apud Dominum suum, neque timor *erit* super eos, neque ipsi contristabuntur. 63. Et quando accepimus pactum vestrum *de observando Pentateucho*: & elevavimus supra Vos Montem Synai, *& diximus*: Accipite quod attulimus vobis, (*ideſt legem*), cum virtute (*ideſt sedulò observantes illud*): & mementote ejus quod *præcipimus* in illo, ut vos caveatis *Gehennam, & inobedientiam*. 64. Tum tergiversati fuistis post hoc. Quòd si non *fuisset* benignitas Dei super vos, & misericordia ejus; certè fuissetis ex pereuntibus. 65. Et jam porrò nostis eos, qui transgressi sunt ex vobis in Sabbato: & diximus eis: Estote simiæ abactæ. 66. Et posuimus eas exemplum illis, qui fuerunt ante eas, & illis, qui post eas: & admonitionem timentibus *Deum*.

NOTÆ.

LIV. *Cecidite vos ipsos mutuò*] Gelal. فوفقكم الفعل ذلك وارسل عليكم سحابة سودا ليلاً يرى بعضكم بعضًا فيرحمه حتي قتل منكم سبعين الفًا *Et adjuvit vos ad hoc faciendum, & misit supra vos nubem nigram, ne alii alios possent videre, ne miserarentur eorum donec occisa sunt ex vobis septuaginta millia.*

LV. *Et permutaverunt*] Gelal. فقالوا حبة في شعيرة ودخلوا يزحفون على استاههم *Dixerunt; Granum in spica hordei: & ingressi sunt per portam Civitatis, natibus humi prorepentes.* Allusio est in vocibus Arabicis حبة habbat, ideſt *charitas*: & حبة hobbat: ideſt *granum*. Et per hoc irridebant divinum præceptum, sicut etiam; ita indecenter Urbem ingrediendo, reptando super nates.

Indignationem è Cælo] Gelal. طاعونًا فهلك منهم في سبعة سبعون الفا او اقل : *ideſt Pestem: & mortui sunt statim septuaginta millia ex eis, vel quid minus.*

LX. *Petram*] Gelal. وهو الذى فر بثوبه خفيف مربع كراس الرجل رخام او كدان : *Hæc erat Petra illa, quæ fugerat cum vestibus ejus* (nempè Moysis) *levis & quadrata, sicut caput hominis, coloris albi, firma & stabilis.* Nam Moyses lavaturus sese, posuerat vestes super eam: at illa aufugit cum vestibus ejus: cùmque Moyses nudus eam sequeretur, incidit, minimè id advertens, in medium populi: & viderunt omnes illum non laborare hernia; vel ut alii dicunt, non esse hermaphroditum, quemadmodùm falsò anteà obmurmurabant. Jahias. كان موسى يحملة من الجبل الطورانى : *Moyses asportaverat eam è monte Synai.*

LXI. *Allio.*] Vox فوم Siriacè significat *allium*: Sed Arabicè *triticum*.

Occiderunt Prophetas] Arabicè est يقتلون *occident*: futurum pro præterito. Inter hos Prophetas enume-

merat Gelal. زكريا ويحيى *Zacariam, & Joannem* Baptiſtam ejus filium.

LXII. *Qui crediderunt*] Intelliguntur Mahumetani ipſi. Sed Gelal. malitiosè explicat امنوا بالانبياء من قبل *qui crediderunt in Prophetas anteà miſſos à Deo*. Sed in Alcorano الذين امنوا *qui crediderunt*, perpetuò intelliguntur eſſe Mahumetani.

Sabaitæ] Gelal. طايفة من اليهود او النصارى *ſpecies Judæorum, aut Chriſtianorum*. Alii vocant illios Sabæos. De his copiosè ſcripſere Henricus Hottingerus in Hiſtoria Orientali lib. 1. cap. 8. & Abraham Eckellenſis, vir pietate, & doctrina conſpicuus, & de natione ſua Maronitica, ac de universa Eccleſia optimè meritus. Hunc vide in Euthychio vindicato, part. 2. cap. 27. Satis habeo nunc innuere hos Sabaitas vocari نصارى يحى *Chriſtianos Joannis*, quia maximi faciunt baptiſmum S. Joannis, & abominantur Circumciſionem, atque etiam Abrahamum, quia fuit circumciſus. Sed Chriſtiani ſunt tantùm nomine, & inter Hæreticos, vel potiùs Ethnicos computandi.

LXIII. *Et elevavimus ſuper vos montem Syna*] Gelal. اقتلعناه من اصله عليكم لما ابيتم قبولها *Evulſimus eum à radicibus, elevantes eum ſupra vos ad terrorem, quia nolebatis recipere legem*, ſeu Pentateuchum.

LXV. *Qui tranſgreſſi ſunt ex vobis in Sabbato*] Rem ita narrat Sciahinſciah in ſua hiſtoria, agens de David. *Fuerunt tempore David, cui ſit pax, quidam Iſraelitæ, qui habitabant ad litus maris in Civitate Ailæ. Piſces autem exibant è mari nocte Sabbati, & non movebantur uſque ad noctem Dominicæ, nec regrediebantur in mare. Illi verò dixerunt: Certè interdixit Deus patribus noſtris piſcationem die Sabbati; at nobis non interdixit. Piſcati itaq; ſunt, & aſſaverunt piſces, & comederunt. Cùm autem alii fideles ex olfactu id cognoviſſent, prohibuerunt eos. Illi verò ne dignati quidem ſunt reſpicere prohibentes. Quamobrem fideles pugnantes contra eos diviſerunt Civitatem, & fabricaverunt murum ſublimem intermedium. At ſceleſti illi foderunt foveas, rivos per eas derivantes ex mari intra portas domorum ſuarum. Cùmque piſces nocte Sabbati per rivos illos egrederentur, ne poſſent habere reditum ad mare, in nocte Dominicæ occludebant eoſdem rivos verſus mare. Cæperunt autem fideles impedire eos: at ipſi obſtinatiùs ſe gerebant in hac re. Maledixit itaque eis David, & Deus transformavit illos in ſimias. Veniebatque ad aliquem eorum amicus ejus, & inveniebat eum ſimiam, & oculi ejus hùc illùc ſeſe movebant. Dicebatque ei: Tu ne es talis? Ille verò capite annuebat, ac ſi diceret: Ego ſum: Dicebatque amicus: Nonne prohibui te? Nonne dixi tibi? At ſimia flebat. Permanſeruntque in hoc ſtatu tres dies, deinde perierunt, nec propagaverunt ſe per generationem. Miſit autem Deus ventum, qui arreptas ſimias projecit in mare.* Hactenus fabula, ab Alcorano tantùm indicata.

REFUTATA.

I. IN illa cæde eorum, qui Vitulum adoraverunt, licèt Alcoranus obſcuriùs loquatur; patefaciunt tamen mendacia illius Interpretes, dum ſeptuaginta millia pro viginti ac tribus millibus occiſorum ponunt, & nubem illam nigram è Cœlo importuniùs evocant.

II. Mentitur item Alcoranus, dum inducit Iſraelitas renuentes ſtare dictis Moyſi, niſi clarè viderent Deum: & propterea fingit, omnes illos occiſos fuiſſe ac mortuos, deinde ad vitam revocatos. Non ſolùm Iſraelitæ noluerunt videre Deum, ſed ne vocem quidem ejus audire: quamobrem dixerunt Moyſi Exod. cap. 20. 19. *Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur*. Et ſanè ibidem cap. 19. 21. Dixerat Dominus Moyſi: *Conteſtare populum, ne fortè velit tranſcendere terminos ad videndum Deum, & pereat ex eis plurima multitudo*. Non tamen legitur ibi, aut alibi, ullum voluiſſe videre Deum, ac propterea malè periſſe, & deinde reſuſcitatum fuiſſe. Iſmael filius Aly explicat hunc locum de ſeptuaginta illis viris, quos Moyſes ſecum aſſumpſit in montem Syna. Hæc ſunt ejus verba ex Arabico translata: *Elegit Moyſes è populo ſuo ſeptuaginta viros: audieruntque verba Dei loquentis cum Moyſe, quædam præcipientis, quædam verò prohibentis. Et rogaverunt, ut videre poſſent Deum clarè: propterea fulgure attacti, univerſi periere. Oravitque Moyſes pro illis, & Deus eis vitam reſtituit*. Sed hoc quoque magnum eſt figmentum: habetur enim de illis Exodi cap. 24. *Et viderunt Deum Iſrael: & comederunt & biberunt*. Si poſt viſum Deum comederunt & biberunt, ergo mortui non ſunt.

III. Mentitur item Alcoranus, dum fingit, Deum præcepiſſe Hebræis, ut ingredientes Jericho, vel alias urbes Chanaan, humiliter veniam, & pacem ab incolis poſtularent: & propterea punitos fuiſſe à Deo præcepti hujus violatores. En præceptum Dei Iſraelitis num. cap. 33. *Intrantes terram Chanaan, diſperdite cunctos habitatores terræ illius: confringite titulos*. Et Deut. cap. 7. *Percuties* eas (nempè urbes, ac gentes Chanaan) *uſque ad internecionem: non inibis cum eis fœdus, nec miſereberis earum*. Ecce quàm benè Alcoranus confirmet Pentateuchum, & conveniat cum illo.

IV. Affirmat, Iſraelitas illos primos, nam de illis loquitur punitos fuiſſe à Deo, quia occiderunt Prophetas. At quos Prophetas? Enumerent quæſo. Gelaleddinus, ut vidimus, recenſet inter hos Zacariam, & Joannem Baptiſtam filium ejus. Illos ſcilicet, qui non niſi poſt plures annorum centurias nati ſunt.

V. Concedit Alcoranus, tàm Mahumetanos, quàm Judæos, Chriſtianos, ac Sabaitas, in religione propria ſalutem conſequi poſſe, ſi credant in Deum, & in die Judicii, & bona opera faciant. Credi non poteſt quantum hìc ſe torqueant, ac diſtorqueant Moslemi. Sed verba Alcorani adeò clara ſunt, ut Sapientiores inter eos negare non audeant veritatem: aſſerunt tamen hunc eſſe unum ex multis verſiculis, qui juſſu Dei abrogati ſunt in Alcorano per alios verſiculos oppoſitos. Hinc inſignis doctor, & امام *Emam*, ſeu Antiſtes Abul-Caſem Abbat-Allah in lib. de Abrogante, & Abrogato, ita

hæc

hæc Alcorani verba exponit : ان الذين امنوا والذين هادوا: فيها قايلان : قال مجاهد والضحاك بن مزاحم هي محكمة ويقدرونها بالمحذوف المقدر فيكون التقدير ان الذين امنوا ومن امن من الذين هادوا والنصاري والصابيين : وقالت الجماعة والا كثرون هي منسوخة وناسخها عندهم ومن يتبع غير الاسلام دينًا :

Porrò qui crediderunt (nempè Mahumetani) *& qui Judæi sunt. In his verbis est duplex sententia. Dixit Mogiahed, & Aldhahak filius Mazahem: Hæc periodus est firmata, nec fuit abrogata: sed ponunt in ea potentialitatem in eo quod occultatur, & subintelligitur: itaut sensus sit: Certè qui crediderunt,* (ideſt Mahumetani)*: & qui crediderint ex Judæis, & Christianis, & Sabaitis* (ſcilicet in Mahumetum) *sed Concilium* (primi ſcilicet ſocii & aſſeclæ Mahumeti) *& plerique alii asserunt hunc versiculum fuisse abrogatum per illum* (qui habetur Sur. 3. de familia Amran §. 81.) *Et qui secutus fuerit aliam religionem præter Eslam.* Prima ſententia eſt aliquorum particularium, & prorſus inepta. Non enim dicit Alcoranus, Judæos, Chriſtianos, & Sabaitas ſalvandos, ſi crediderint in Mahumetum (nam tunc jam eſſent Mahumetani, & pertinerent ad الذين امنوا *eos qui crediderunt*) Sed *ſi crediderint in Deum, & diem noviſſimum, & fecerint opera bona.* Quamobrem ſecunda ſententia, quæ eſt Conciliaris, Canonica, & Communis, tenet hunc verſum, utpote Mahumetiſmo nimis pernicioſum, abrogatum fuiſſe.

Illud autem hoc loco prætereundum non eſt, quòd, cùm inter Suras Alcorani octoginta ac duæ Meccanæ, duæ verò & triginta Medinenſes eſſe communiter aſſerantur; & omnes conveniant, Meccanas ante Medinenſes Mahumeto traditas fuiſſe: nihilominus invenimus in quibuſdam Medinenſibus, Chriſtianam religionem probari, ut in hac ſecunda de Vacca & in quinta de Menſa, in qua repetuntur eadem verba, quæ hìc habentur: in quibuſdam verò Meccanis reprobari. Et quamvis Gelaleddinus inſcribat hanc ſecundam Medinenſem, vel Meccanam, parum refert, ſufficit enim nobis, ut ſaltem quinta Medinenſis ſit. Imò ſi hæc ſecunda eſſet Meccana, probaret, Mahumetum ratum habuiſſe in Medina, quod anteà ſtatuerat in Mecca, nempè Chriſtianam religionem bonam eſſe, & ducere ad ſalutem. Verùm in Sect. 63. التغابن *Mutua fraudatio*, & in multis aliis, quæ ſunt Meccanæ, affirmat, nullum poſſe ſalvari, niſi amplectatur Alcoranum quoad omnia, quæ in eo continentur: qui verò illum ſpreverit, ac rejecerit, in æternum eſſe damnandum. Et Sect. 98. البيّنة *Declaratio*, quæ eſt etiam Meccana § 5. affirmat, tàm Judæos, quàm Chriſtianos in Gehennam eſſe detrudendos, niſi Mahumetanam legem obſervent. Ergo vel poſteriori aſſerto Chriſtianam legem probat, quam priori reprobaverat: vel ſequitur illud abſurdum, prorſuſque ridiculum, Deum ſententiam ſuam revocare, antequam illam pronunciet: & aliquid abrogari antequam exiſtat.

Quòd ſi dicas etiam in aliquibus Suris Medinenſibus definiri, ſolam legem Mahumetanam eſſe veram, & ad ſalutem omnibus neceſſariam: reſpondeo primò, tantò majorem Mahumeti levitatem, & inconſtantiam apparere, qui priùs aliquid neget, deinde affirmet, tum iterùm neget. Reſpondeo 2. Cùm in Meccanis Suris, quæ primò ſcriptæ ſunt, Chriſtianam religionem reprobet: ſi deinde in Medinenſibus, quæ ſunt poſteriores, aliquandò illam approbet, aliquandò reprobet, exiſtimandum eſt, reprobationem poſitam fuiſſe in primis ſectionibus Medinenſibus, utpotè Meccanis vicinioribus: in ultimis verò approbationem. Alioquin cogentur Moslemi, ut jam dixi, Prophetam ſuum nimis levem, & inconſtantem fateri.

Poſtremò negocium religionis, fidei, & æternæ ſalutis, non eſt hujuſmodi, ut abrogationi ulli debeat ſubjacere. Vide quæ dixi in Prodr. p. 3. cap. 1. & alibi.

VI. Mentitur item, & fabulatur Alcoranus, dum autumat, Iſraelitas recuſaſſe recipere legem Dei, & propterea Deum evulſiſſe, & elevaſſe in aera Montem Synai ſupra eos, illius caſu eoſdem colliſurum, niſi legem reciperent. De prima parte oppoſitum habetur in Pentateucho. Nam cap. 19. Exodi, cùm propoſuiſſet Moyſes populo id, quod Deus decreverat circa dandam illi legem: *reſpondit omnis populus ſimul: Cuncta quæ locutus eſt dominus faciemus.* Et infrà habetur, populum eductum fuiſſe à Moyſe *in occurſum Dei* ad recipiendam legem: & licèt ex auditu tonitruorum, & viſu fulgurum ex Monte Synai *timuerit populus, qui erat in caſtris*: non tamen recuſavit accipere divinam legem. Quamobrem magnum Alcorani figmentum eſt elevatio illa montis Synai ſupra capita Iſraelitarum: neque minus eſt illud de Violatoribus Sabbati in Simias tranſmutatis ob Davidis maledictionem. Cùm enim portentum hoc eveniſſe fingatur in Civitate Ailath; hæc Civitas erat in terra Idumææ, ut patet lib. 3. Regum cap. 8. Et quamtumvis fuiſſet ſub ditione David, non tamen obſervabant Idumæi ritus Iſraelitarum, & præſertim feſtum Sabbati. Poſtremò ſi tantum miraculum per Davidem factum fuiſſet, nullo modo Sacræ litteræ illud reticuiſſent.

VII. Quod aſſerit v. 60. de illis duodecim fontibus è petra emanantibus, videtur commentum Rabbinicum. Vide Prodr. p. 4. cap. ult. pag. 60.

TEX-

TEXTUS ALCORANI.

67 وَإِذْ قَالَ مُوسَى لِقَوْمِهِ إِنَّ اللَّهَ يَأْمُرُكُمْ أَنْ تَذْبَحُوا بَقَرَةً قَالُوا أَتَتَّخِذُنَا هُزُوًا
قَالَ أَعُوذُ بِاللَّهِ أَنْ أَكُونَ مِنَ الْجَاهِلِينَ ۞ 68 قَالُوا ادْعُ لَنَا رَبَّكَ يُبَيِّنْ لَنَا مَا هِيَ قَالَ إِنَّهُ يَقُولُ إِنَّهَا بَقَرَةٌ لَا فَارِضٌ وَلَا بِكْرٌ عَوَانٌ بَيْنَ ذَلِكَ
فَافْعَلُوا مَا تُؤْمَرُونَ ۞ 69 قَالُوا ادْعُ لَنَا رَبَّكَ يُبَيِّنْ لَنَا مَا لَوْنُهَا قَالَ إِنَّهُ يَقُولُ إِنَّهَا بَقَرَةٌ صَفْرَاءُ فَاقِعٌ
لَوْنُهَا تَسُرُّ النَّاظِرِينَ ۞ 70 قَالُوا ادْعُ لَنَا رَبَّكَ يُبَيِّنْ لَنَا مَا هِيَ إِنَّ الْبَقَرَ تَشَابَهَ عَلَيْنَا وَإِنَّا إِنْ شَاءَ اللَّهُ
لَمُهْتَدُونَ ۞ 71 قَالَ إِنَّهُ يَقُولُ إِنَّهَا بَقَرَةٌ لَا ذَلُولٌ تُثِيرُ الْأَرْضَ وَلَا تَسْقِي الْحَرْثَ مُسَلَّمَةٌ لَا شِيَةَ فِيهَا
قَالُوا الْآنَ جِئْتَ بِالْحَقِّ فَذَبَحُوهَا وَمَا كَادُوا يَفْعَلُونَ ۞ 72 وَإِذْ قَتَلْتُمْ نَفْسًا فَادَّارَأْتُمْ فِيهَا وَاللَّهُ
مُخْرِجٌ مَا كُنْتُمْ تَكْتُمُونَ ۞ 73 فَقُلْنَا اضْرِبُوهُ بِبَعْضِهَا كَذَلِكَ يُحْيِي اللَّهُ الْمَوْتَى وَيُرِيكُمْ آيَاتِهِ
لَعَلَّكُمْ تَعْقِلُونَ ۞ 74 ثُمَّ قَسَتْ قُلُوبُكُمْ مِنْ بَعْدِ ذَلِكَ فَهِيَ كَالْحِجَارَةِ أَوْ أَشَدُّ قَسْوَةً وَإِنَّ مِنَ
الْحِجَارَةِ لَمَا يَتَفَجَّرُ مِنْهُ الْأَنْهَارُ وَإِنَّ مِنْهَا لَمَا يَشَّقَّقُ فَيَخْرُجُ مِنْهُ الْمَاءُ وَإِنَّ مِنْهَا لَمَا يَهْبِطُ مِنْ خَشْيَةِ
اللَّهِ وَمَا اللَّهُ بِغَافِلٍ عَمَّا تَعْمَلُونَ ۞

VERSIO LATINA.

67. ET cùm dixit Moyſes populo ſuo: Certè Deus præcipit vobis, ut immoletis Vaccam. Reſponderunt: An accipis nos in deriſum? Dixit *illis Moyſes*: Confugio ad Deum, ne ſim de ſtultis (*ideſt ne faxit Deus, ut ſim tàm ſtultus, ut irrideam vos*) 68. Dixerunt: Ora pro nobis Dominum tuum, *ut* declaret nobis, cujuſmodi ſit hæc. Reſpondit *Moyſes*: Ipſe quidem dicit: Hæc ſanè ſit Vacca non vetula, neque juvencula; *ſed* mediæ ætatis inter hoc. Facite ergo quod jubemini. 69. Dixerunt: Ora pro nobis Dominum tuum, *ut* manifeſtet nobis, qualis ſit color ejus. Reſpondit: Ipſe quidem dicit: Certè ipſa ſit Vacca crocea, intensè flavus color ejus exhilaret intuentes. 70. Dixerunt: Ora pro nobis Dominum tuum, *ut* declaret nobis *etiam amplius* cujuſmodi ſit hæc: quia Vaccæ ſunt inter ſe ſimiles apud nos: & nos quidem, ſi voluerit Deus, ſanè directi *erimus ad faciendum quod ille jubet*. 71. Reſpondit: Ipſe quidem dicit: Hæc ſanè ſit Vacca non attrita, *eo quòd* aret terram, neque *eo quòd* adaquet ſata: integra: non ſit macula in ea. Dixerunt: Nunc veniſti cum veritate. Immolaverunt igitur eam; & non prope fuerunt, ut facerent (*ideſt parùm abfuit, quin id facere renuerent*). 72. Et quando occidiſtis animam (*ideſt hominem*), & contendebatis invicem pro ea: & Deus proferens *fuit in lucem* quod celabatis. 73. Diximus enim: Percutite eum (*ideſt hominem occiſum*) parte illius (*ideſt Vaccæ immolatæ*). Sic vivificat Deus mortuos, & oſtendit vobis miracula ſua, ut vos intelligatis. 74. Tum obdurata ſunt corda veſtra poſt hoc *miraculum*: & ipſa velut lapides, vel fortiora *lapidibus* duritie. Nam inter lapides, hìc quidem erumpebant ex eo flumina: & quidem inter eos hic ſanè ſcindebatur, & exibat ab eo aqua: & quidem inter eos hic ſanè deſcendebat *à ſummo ad imum* ex timore Dei. Sed nequaquam Deus eſt negligens de eo, quod facitis.

NOTÆ.

LXVII. *AT immoletis Vaccam*) Ex lib. Numer. cap. 19, apparent veluti vestigia figmenti hujus, quod in Alcorano obscurius refertur, & ab Ismaele Sciahin-Sciah cap. de Moyse, ita fusiùs explicatur. *Erat inter Israelitas Vir probus, qui habebat infantem ac Vitulam. Et adduxit vitulam in sylvam, commendavitque eam Deo, donec adolesceret infans: & relicta ibi vitula, paulò post mortuus est. Crevit autem vitula in sylva, à nemine se capi sinens, donec ad mediam adolevit ætatem. Crevit etiam puer, seque valdè pium erga parentes ostendebat. Jam verò grandiusculo dixit Mater: Pater tuus hæreditate tibi reliquit vitulam, quam in tali sylva relictam divinæ Providentiæ commendavit. Abiit juvenis è vestigio in eam Sylvam, & advocans vitulam, minimè reluctantem duxit in domum suam. Hortata est eum Mater, ut ad levandam paupertatem, venderet vitulam tribus denariis: sed ne, se inconsulta, hoc faceret, admonuit. Ille adduxit eam in forum: & Deus misit Angelum, qui pro ejus pretio sex obtulit denarios, sed cum conditione, ne de hoc Matrem consuleret. Ille verò minimè acquiescens, abiit, & consuluit Matrem, quæ dixit, contentam se esse, ut pro eo pretio venderet vitulam, cum pacto tamen, ut diceret emptori, se velle priùs consulere Matrem. Regressus juvenis invenit eumdem Angelum, qui obtulit ei duodecim denarios, cum pacto, ne id Matri significaret. Ille id facere recusans, venit ad Matrem, quæ hoc audito, dixit ei: Fili mi, hic est aliquis Angelus: redi igitur, & pete ab eo quid de hac vitula faciendum sit. Redeunti juveni dixit Angelus: Quamprimùm eveniet casus inter filios Israel, ob quem ement à te vitulam tanta auri copia, quantam capiet pellis ejusdem vitulæ. Hæc filius regressus matri narravit. Paulò post contigit, ut occideretur quidam inter filios Israel nomine Hammiel, homo ditissimus, à patruele suo cupido illius pecuniarum, vel, ut alii malunt, illius uxoris; qui transtulit cadaver ejus ex Urbe, in qua erat, in aliam* (at eo tempore filii Israel nullam habebant urbem, cùm essent in deserto). *Venerunt autem propinqui ejus, qui occisus fuerat, ad Moysen, adducentes eos, quos cædis reos esse putabant. Hi autem negaverunt, & rem perplexam dubiamque reddiderunt. Tunc autem Deus revelavit totum id, quod in Alcorano habetur de hac Vacca, in qua sola reperta sunt signa à Deo præscripta, & emerunt eam tanta auri copia, quantam capiebat pellis illius. Alii dicunt, quantum erat pondus Vaccæ illius. Alii verò decem vicibus supra pondus ejus. Immolaverunt igitur illam, & tetigerunt cadaver hominis occisi particulæ ejus Vaccæ: & revixit, stetitque rectus, & ait: Occidit me talis. Et mox cadens, iterùm mortuus est.* Hæc Sciahin-Sciah, quæ libuit hîc ex Arabico citra verborum rigorem fideli sententia referre ad pleniorem nugarum Alcoranicarum notitiam.

LXVII. *An accipis nos in derisum*] Quia scilicet interrogabant eum de homine occiso: ille verò respondebat eis de Vacca mactanda.

LXXI. *Et non prope fuerunt ut facerent*] quia nimirum magnitudine pretii ab emenda vitula deterrebantur.

LXXIII. *Parte illius*] Gelal. فضرب بلسانها & أوعجب ذنبها فبرئ *percussus est lingua illius* (nempe vitulæ) *vel extremitate caudæ ejus, & revixit.*

REFUTATA.

QUid hìc refutes, ubi omnia figmenta, ac deliria? Hæc est Vacca illa, quæ titulum huic Suræ fecit, & tàm monstroso capiti cornua imposuit. Verùm ne Moslemi se se Pentateuchi clypeo defensent, videamus quid de hujusmodi Vacca in Pentateucho habeatur. Ita igitur legimus in lib. Num. cap. 19. *Loquutus est Dominus ad Moysen & Aaron dicens: Ista est religio victimæ, quam constituit Dominus. Præcipe filiis Israel, ut adducant ad te Vaccam rufam, ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portaverit jugum* (hactenus ferè consentit Alcorano) *tradetisque eam Eleazaro Sacerdoti, qui eductam extra castra, immolabit in conspectu omnium: & tingens digitum in sanguine ejus, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus, comburetque eam.* Et mox: *Colliget autem vir mundus cineres Vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo, ut sint multitudini filiorum Israel in custodiam, & in aquam asperſionis, quia pro peccato Vacca combusta est.* Et paulò post. *Qui tetigerit cadaver hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus, aspergetur de hac aqua die tertio, & septimo; & sic mundabitur.* Tàm ex dictis, quàm ex aliis, quæ ibi habentur, nihil aliud colligitur, nisi cineres hujus Vaccæ ad expiandos eos, qui mortui hominis cadaver tetigissent, adhibendos Dei jussu fuisse. Vides, quot figmentorum parergis Mahumetus Sacras Scripturas exornet, seu potiùs fœdet ac deformet. An verò dicent Moslemi, hæc à Judæis in Pentateucho depravata fuisse? Sed quamobrem? Erat ne hìc aliquod de Mahumeto vaticinium? Idem dico de tot aliis historiis sacris ab Alcorano depravatis, quæ cùm nihil ad Mahumetum pertinerent, non erat quòd Judæi illas in Pentateucho corrumperent.

Sed non potest hìc dissimulari fatuitas Mahumeti, dum ex nullo alio signo Israelitas cognovisse affirmat, qualis esset Vacca illa, nisi ex eo, quòd non esset attrita arando, neque adaquando terram: neque enim una tantùm Vacca erat apud Israelitas, quæ neque araret, neque adaquaret terram. Prætereà vix est in usu, ut Vaccæ juvenes adhibeantur ad arandam terram. Postremò cùm hæc in deserto evenerint, ubinam erat illic ager, quem Vacca hæc araret, & adaquaret? Quòd si dicas, etiam in Pentateucho requiri, ut hæc Vacca *non portaverit jugum*: Respondeo primò, non esse ibi sermonem de Vacca aliqua singulari, sicut in Alcorano: sed generatim de omnibus Vaccis, quæ eodem ritu in decursu temporum in terra etiam Promissionis immolarentur. Respondeo secundò: aliud est portare jugum, aliud arare, & adaquare campos. Nam jugum imponitur Vaccis etiam ad onera ferenda, vel aliquid tra-

trahendum; non autem ſolùm ad arandum.

De illa lapidum ſciſſione, ac deſcenſione, & aquarum ex illis emanatione; vel fabulosè more ſuo loquitur; vel alludit ex parte ad miraculum à Moyſe in percuſſione petræ patratum: vel demùm, ut Gelal., & Jahias ſentire videntur, nihil aliud vult innuere, niſi ex rupibus emanare fontes, & flumina: & ex altiſſimis montibus aliquandò abrumpi, & deſcendere in profundum grandia ſaxa: ſed inſulsè dicuntur hæc evenire من خشية الله *ex timore Dei*: ſunt enim meri effectus naturæ.

TEXTUS ALCORANI.

75 أفتطمعون أن يؤمنوا لكم وقد كان فريق منهم يسمعون كلام الله ثم يحرفونه من بعد ما عقلوه وهم
يعلمون ۞ 76 وإذا لقوا الذين آمنوا قالوا آمنا وإذا خلا بعضهم إلى بعض قالوا أتحدثونهم بما فتح الله
عليكم ليحاجوكم به عند ربكم أفلا تعقلون ۞ 77 أولا يعلمون أن الله يعلم ما يسرون وما
يعلنون ۞ 78 ومنهم أميون لا يعلمون الكتاب إلا أماني وإن هم إلا يظنون ۞ 79 فويل للذين
يكتبون الكتاب بأيديهم ثم يقولون هذا من عند الله ليشتروا به ثمنا قليلا فويل لهم مما كتبت
أيديهم وويل لهم مما يكسبون ۞ 80 وقالوا لن تمسنا النار إلا أياما معدودة قل أتخذتم عند
الله عهدا فلن يخلف الله عهده أم تقولون على الله ما لا تعلمون ۞ 81 بلى من كسب سيئة
وأحاطت به خطيئته فأولئك أصحاب النار هم فيها خالدون ۞ 82 والذين آمنوا وعملوا
الصالحات أولئك أصحاب الجنة هم فيها خالدون ۞ 83 وإذ أخذنا ميثاق بني إسرائيل لا تعبدون
إلا الله وبالوالدين إحسانا وذي القربى واليتامى والمساكين وقولوا للناس حسنا وأقيموا الصلوة
وآتوا الزكوة ثم توليتم إلا قليلا منكم وأنتم معرضون ۞ 84 وإذ أخذنا ميثاقكم لا تسفكون
دماءكم ولا تخرجون أنفسكم من دياركم ثم أقررتم وأنتم تشهدون ۞ 85 ثم أنتم هؤلاء تقتلون
أنفسكم وتخرجون فريقا منكم من ديارهم تظاهرون عليهم بالإثم والعدوان وإن يأتوكم أسارى
تفادوهم وهو محرم عليكم إخراجهم أفتؤمنون ببعض الكتاب وتكفرون ببعض فما جزاء من
يفعل ذلك منكم إلا خزي في الحيوة الدنيا ويوم القيامة يردون إلى أشد العذاب وما الله
بغافل عما تعملون ۞ 86 أولئك الذين اشتروا الحيوة الدنيا بالآخرة فلا يخفف عنهم العذاب
ولا هم ينصرون ۞ 87 ولقد آتينا موسى الكتاب وقفينا من بعده بالرسل وآتينا عيسى ابن مريم
البينات وأيدناه بروح القدس أفكلما جاءكم رسول بما لا تهوى أنفسكم استكبرتم ففريقا
كذبتم وفريقا تقتلون ۞

VERSIO LATINA.

75. AN ergo exoptabitis, *ò Moslemi*, ut credant vobis *Judæi*? Et jam pars ex ipſis audiebant ſermonem Dei *in Pentateucho*; deinde immutabant illum, poſtquam intellexerant eum: & ipſi ſciebant *ſe mentiri*. 76. Et cùm *Judæi* obvios haberent eos, qui crediderunt, dicebant *eis*: Credimus *in Mahumetum*. At verò cùm clam conveniſſent alii eorum ad alios, dicebant *Principes eorum, qui nondum in impietatem prolapſi erant cæteris jam impiis*: An narrabitis il-

lis (*ideſt Moslemis*) id quod aperuit Deus vobis *in Pentateucho de Mahumeto*, ut diſceptent vobiſcum de eo apud Dominum veſtrum *in die judicii*, *arguentes vos*, *quòd ſcientes eum eſſe Prophetam*, *non fueritis eum ſecuti?* An non intelligitis *eos hoc facturos eſſe?* 77. An verò ignorant *Judæi*, quòd Deus ſcit id, quod occultant, & id quod manifeſtant? 78. Inter eos autem *quidam ſunt* idiotæ: non noverunt Librum *Pentateuchi*, ſed tantùm fabulas mendaces. Si hi non niſi opinantur, *neque habent ſcientiam illius quod dicunt*. 79. Sed veh illis, qui ſcribunt Librum *Pentateuchi corruptè* manibus ſuis; deinde dicunt: Hic eſt à Deo: ut commutent cum eo pretium parvum; & veh illis ob id, quod ſcripſerunt manus eorum: & veh illis ob id, quod lucrantur. 80. Et dixerunt: Nequaquam tanget nos Ignis *Gehennæ*, niſi diebus numeratis (*ideſt paucis*). Reſponde *illis*: An accepiſtis apud Deum promiſſionem *de hac re*? Et nequaquam adverſabitur Deus promiſſioni ſuæ. An *potiùs* dicitis de Deo id quod ignoratis? 81. Utique *tanget eos in æternum*. Qui perpetraverit malum (*ideſt idololatriam*), & circumdederit eum peccatum ſuum, *itaut moriatur in hoc ſcelere*; hi *erunt* Socii Ignis, ipſi in eo perenniter manſuri. 82. Qui verò crediderint, & fecerint recta; hi erunt ſocii Paradiſi, ipſi in eo perenniter manſuri. 83. Et quando accepimus fœdus filiorum Iſrael *in Pentateucho*, *& diximus eis*: Non coletis niſi Deum, & *exercete* cum parentibus beneficentiam, & *cum* habentibus propinquitatem, & orphanis, & pauperibus: & dicite hominibus bonum, *juſta præcipiendo*: & ſubſiſtere facite orationem, & date eleemoſynam. Deinde terga vertiſtis, *renuentes hæc obſervare*, præter paucos ex vobis: & vos longè recedentes *fuiſtis*. 84. Et quando accepimus pactum veſtrum, ut non effunderetis ſanguines veſtros *per mutuas cædes*: neque ejiceretis vos ipſos ab habitationibus veſtris. Tum ratum habuiſtis *hujuſmodi pactum*, & vos teſtes fuiſtis *vobis ipſis*. 85. Deinde vos iidem occiditis vos ipſos *mutuò*; & ejicitis partem ex vobis è domibus ſuis, & adjuvatis vos invicem contra illos cum iniquitate, & hoſtilitate. Et ſi venerint ad vos captivi, redimitis eos: & eſt prohibitum vobis ejicere eos *è domibus ſuis*. An ergo creditis in partem Libri, *in qua Deus præcipit vobis redemptionem captivorum*: & increduli eſtis in partem *ejus quæ prohibet cædes*, *& expulſiones à laribus propriis?* Atqui non *erit* retributio ei, qui fecerit hoc ex vobis, niſi ignominia in vita præſenti: & die reſurrectionis rejicientur ad atrociſſimum tormentum: & nequaquam Deus eſt negligens circa id quod facitis. 86. Hi ſunt qui mercando elegerint vitam præſentem pro ſæculo noviſſimo; quamobrem non alleviabitur ab eis pœna, neque ipſi adjuvabuntur. 87. Et jam quidem attulimus Moyſi Librum: & ſubſequi fecimus poſt eum Legatos: & attulimus Jeſu filio Mariæ demonſtrationes (*ideſt virtutem miraculorum*) & roboravimus eum Spiritu Sanctitatis. An ergo quotieſcumque venerit ad vos legatus cum eo, quod non deſiderant animæ veſtræ, ſuperbè renuetis *ſequi eum*: inſuper partem eorum mendacii inſimulabitis: partem verò occidetis?

NOTÆ.

LXXVIII. *Hi non niſi opinantur*] eſt modus loquendi uſitatus etiam in Sacris Literis; quo aliquid abſolutè negatur, vel affirmatur. Senſus eſt: Hi tantummodò opinantur.

LXXIX. *Veh illis qui ſcribunt*]. Gelal. وهم اليهود غيّروا صفة النبى فى التوراة وايّة الرجم وغيرها وكتبوا على خلاف ما انزل الله: *Et hi ſunt Judæi, qui immutaverunt id, quod ſcriptum erat in Pentateucho de Mahumeto, & verſiculum de lapidatione adulteri, & alia: & ſcripſerunt contraria iis, quæ revelaverat Deus.* Conſonat Jahias ex Cadebio: قال الكلبىّ هم احبار اليهود وعلماؤهم عمدوا الى نعت النبى ﷺ فى كتابهم فزادوا فيه ونقصوا ثم اخرجوه لسفلتهم فقالوا هذا نعت النبى يبعثه الله فى اخر الزمان ليس كنعت هذا الرجل فاذا نظر السفلة الى محمد صلى الله عليه وسلم لم يارا فيه النعت الذى فى كتابهم الذى كتب الاحبار وكانت للاحبار ماكلة: *Dixit*

Dixit Calebius. Hi ſunt Sacerdotes, & Doctores Judæorum, qui animadvertentes vaticinia de Mahumeto in Libro ſuo, quædam addiderunt, quædam imminuerunt: deinde obtruſerunt ea plebeculæ, dicentes: Hæc ſunt vaticinia de Propheta illo ſancto, quem mittet Deus in noviſſimo tempore, ſed non quadrant in hunc hominem (ideſt Mahumetum). *Cùm autem infimates benè obſervarent Mahumetum, non agnoverunt in eo quæ prædicebantur in Sacris Libris, prout corruptè ſcripti erant à Sacerdotibus, quibus victus à populo præbebatur.*

LXXX. *Nequaquam tanget nos ignis, niſi &c.*] Gelal. vult hos dies, quibus Judæi aſſerebant, ſe in gehenna eſſe torquendos, fore اربعين مرة عبادة ابائهم العجل ثم تزول : *quadraginta, quot fuerunt illi dies, quibus patres eorum adoraverunt Vitulum: & deinde pœnam ceſſaturam.* Hebræi communiter tenent, nullum quantumvis ſceleſtum, & flagitioſum, cujuſcumque tandem Sectæ ille ſit, permanſurum in gehenna ultrà undecim menſes, vel ad ſummum ultra annum, præter forte Dathan, & Abiron, & Atheiſtas: hi enim in ea cruciabuntur in æternum. Vide circa hoc ea, quæ ſcripſit eruditiſſimus P. Bartholoccius in ſua Bibliotheca Magna Rabbinica tomo 2. in Diſſertatione de Inferno ſecundum Hebræos à pagina 128. & tomo 3. pag. 421.

LXXXI. *Qui perpetraverit malum*] Gelal. Jahias, & alii communiter pro الجبيئة *malum* intelligunt الشرك *aſſociationem*, ideſt cultum plurium deorum. Hoc ſolum peccatum aſſerunt Moslemi (niſi per pœnitentiam deleatur in hoc ſæculo) futurum irremiſſibile, & æternis Gehennæ incendiis puniendum; cætera verò omnia tandem remittenda.

LXXXV. *Deinde vos iidem occiditis*] Gelal. وكانت قريظة خالفوا الاوس والنضير والخزرج فكان كل فريق يقاتل مع خلفائه ويخرب ديارهم ويخرجهم فانا اسروا فدوهم وكانوا اذا سئلوا لما تقاتلونهم وتفدونهم قالوا أمرنا بالفدا فيقال فلما تقاتلونهم فيقولون حيا ان يستذلوا خلفاؤنا : *Judæi Coreidæ diſſenſerunt cum Lauſinis, & Nodeiritis, & Chazreginis, & invicem pugnare cœperunt cum ſuis ducibus; deſtruentibus aliis aliorum domos, ſeque mutuò ex illis ejicientibus. Si qui verò captivi fiebant, eos redimebant. Interrogati autem, cur bello ſe invicem vexantes, captivos tamen mutuò redimerent, reſpondebant: Captivorum redemptionem fuiſſe ſibi à Deo præceptam: ſe autem bello premere adverſarios ob pudorem, quòd vilipenderentur duces ipſorum.*

LXXXVII. *Et roboravimus eum Spiritu Sanctitatis*] Explicat Gelal. قوبناه بالروح المقدسة جبرايل لطهارته تمير معه حيث سار : *Adjunximus ei Spiritum Sanctum Gabrielem, ut ſanctificaret eum: & ambularet cum eo quocumque ambulabat.*

REFUTATA.

I. Terùm Judæos falsò, injuſtèque redarguit, quòd Pentateuchum, ad vaticinia de Mahumeto occultanda, ſacrilegè corrumperent. Nunquam id fecerunt, aut facere potuerunt Judæi, ut ſuprà evidenter oſtendimus. Sed conceſſo, quòd in Mecca, aut Medina, aut in tota Arabia, Judæi Pentateuchum ita corruperint: cæteros omnes Pentateuchi Libros, qui per totum terrarum orbem erant innumeri, certè corrumpere non potuerunt. Et plura ſaltem exemplaria incorrupta ſupereſſent, in quibus vaticinia illa de Mahumeto reperirentur. Sed oſtendant ex his Moslemi vel unum.

II. Fingit Deum pepigiſſe cum Iſraelitis in Pentateucho pactum, quod in illo nuſquam reperitur. Ubi enim in Pentateucho pactum hoc de orationibus, de ſacro cenſu, ſeu eleemoſynis, de orphanis, de non extrudendo ſeſe domibus, de captivis redimendis, & aliis hujuſmodi, quæ ſunt propria Saracenorum? Nullam ego inveni in Pentateucho orationem, aut ſacrum cenſum, ſeu eleemoſynam, nullam redemptionem captivorum, aut curam orphanorum Iſraelitis à Deo, expreſsè ſaltem imponi.

III. Vocat Alcoranus Salvatorem noſtrum corruptè عيسى *Iſa*, pro يسوع *Jaſuh*, ſeu Jeſus, literis penè retrogradis, ac præpoſterè collocatis, contra omnem Scriptorum tàm ſacrorum, quàm profanorum conſuetudinem. Judæi ſceleſtiſſimi fuerunt in hoc Mahumeto magiſtri, Judæis verò Diabolus. Etenim ſanctiſſimum hoc nomen ſcriptum عيسى, prout ſcribit Mahumetus, & Mahumetani, eſt id ac عيسو, permutata litera ultima و in ى, prout tàm apud Hebræos, quàm apud Arabes ſolet permutari. Eſt autem عيسو *Eſau*, cujus animam ſceleſtiſſimi ac ſpurciſſimi Judaicæ fæcis Magiſtelli, in corpus Jeſu tranſiſſe confingunt, eò quòd etiam nomen Hebraicum עשו *Eſau* aliquatenus cum nomine ישוע *Jeſu*, convenire videatur.

IV. Errant Gelal. & Jahias, dum nomine Spiritus Sanctitatis, ſeu Sancti, intelligunt Gabrielem. Ipſe enim Gabriel promiſit Sanctiſſimæ Virgini Mariæ, Spiritum Sanctum ſuper eam venturum eſſe, qui certè erat alius ab ipſo Gabriele. De Joanne item Baptiſta prædixit idem Gabriel: *Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero Matris ſuæ*; loquens proculdubiò de alio Spiritu Sancto, qui erat diverſus ab ipſo.

TEXTUS ALCORANI.

88 وقالوا قلوبنا غلف بل لعنهم الله بكفرهم فقليلا ما يومنون ۞
89 ولما جاهم كتاب من عند الله مصدق لما معهم وكانوا من قبل يستفتحون على الذين كفروا
فلما جاءهم ما عرفوا كفروا به فلعنة الله على الكافرين ۞ 90 بيسما اشتروا به انفسهم ان
يكفروا بما انزل الله بغيا ان ينزل الله من فضله على من يشاء من عباده فباءو بغضب على
غضب وللكافرين عذاب مهين ۞ 91 واذا قيل لهم امنوا بما انزل الله قالوا نومن بما انزل علينا
ويكفرون بما وراه وهو الحق مصدقا لما معهم قل فلم تقتلون انبياء الله من قبل ان كنتم
مومنين ۞ 92 ولقد جاءكم موسى بالبينات ثم اتخذتم العجل من بعده وانتم ظالمون ۞
93 وان اخذنا ميثاقكم ورفعنا فوقكم الطور خذوا ما اتيناكم بقوة واسمعوا قالوا سمعنا وعصينا واشربوا
في قلوبهم العجل بكفرهم قل بيسما يامركم به ايمانكم ان كنتم مومنين ۞ 94 قل ان
كانت لكم الدار الاخرة عند الله خالصة من دون الناس فتمنوا الموت ان كنتم صادقين ۞
95 ولن يتمنوه ابدا بما قدمت ايديهم والله عليم بالظالمين ۞ 96 ولتجدنهم احرص الناس على
حيوة ومن الذين اشركوا يود احدهم لو يعمر الف سنة وما هو بمزحزحه من العذاب ان يعمر والله
بصير بما يعملون ۞

VERSIO LATINA.

88. ET dixerunt *Judæi Mahumeto irrisoriè*: Corda noſtra incircumciſa *ſunt*, *nec poſſunt capere*, *quæ tu loqueris*. Atqui maledixit illis Deus ob perfidiam eorum: quamobrem quampauci ſunt qui credunt! 89. Et poſtquam venit ad eos Liber *Alcorani* à Deo, confirmans id, quod *erat* cum ipſis (*ideſt Pentateuchum*): anteà verò implorabant auxilium *à Deo* contra eos, qui non credidiſſent: poſtquam, *inquam*, venit ad eos id, quod cognoverant *circa prophetiam Mahumeti*; voluerunt credere illud. Sed maledictio Dei ſuper incredulos. 90. Infelix eſt *pretium*, quo vendiderunt animas ſuas, ut non crederent in id, quod demiſit Deus (*ideſt Alcoranum*) ob invidiam, quod deſcendere faciat Deus de liberalitate ſua, *revelando arcana ſua*, ſuper quem voluerit de ſervis ſuis. Itaque reverſi ſunt cum ira *Dei*, *eo quòd rejecerint Alcoranum*, ſuper iram, *quam antè commeruerant ob corruptionem Pentateuchi*, *& ob negationem Jeſu*. Abnegatoribus autem *parata eſt* pœna ignominioſa. 91. Cùm autem dicitur eis: Credite in id, quod demiſit Deus (*ideſt in Alcoranum*, *& alios Sacros Libros*): reſpondent: Credimus in id, quod demiſſum fuit ſuper nos (*ideſt in Pentateuchum*): & negant id, quod *traditum eſt* poſt illud (*ideſt Alcoranum*): & *tamen* ipſum eſt veritas confirmans id, quod eſt cum ipſis (*ideſt Pentateuchum*). Dic *illis ò Mahumete*. Quare ergo occidebatis Prophetas Dei anteà, ſi eratis credentes, *in Pentateuchum*, *qui hoc prohibebat*? 92. Et jam quidem venit ad vos Moyſes cum demonſtrationibus *miraculorum*; deinde accepiſtis Vitulum *in Deum* poſt eum: & vos *in hoc fuiſtis* iniquè agentes. 93. Et quando accepimus pactum veſtrum *de obſervatione Pentateuchi*: & *jam* elevaveramus ſupra vos montem Synai, *ut eo vos obruere-*

obrueremus, quia recusabatis Pentateuchum accipere, & dixeramus: Accipite quod attulimus vobis, cum virtute (*ideſt cum intentione illud ſtudiosè obſervandi*): & audite *præcepta mea*. Reſponderunt: Audivimus *quæ dixiſti*, & inobedientes fuimus (*ideſt nolumus obedire*). Et bibere facti ſunt in cordibus ſuis Vitulum (*tanto in illum amore ferebantur*) ob infidelitatem ſuam. Dic *illis*: Miſerum eſt, quod præcipit vobis fides veſtra, ſi eſtis credentes. 94. Dic *illis*: Si eſt vobis domus noviſſima *in Paradiſo* apud Deum ſeparata à *cæteris* hominibus: optate porrò mortem, ſi eſtis veraces, *quia mors erit via ad illam*. 95. Sed non optabunt eam unquam, propter id *ſcelerum*, quod præmiſerunt manus eorum: & Deus ſciens *eſt* iniquè agentes. 96. Et certè inveniens eos avidiſſimos hominum circa vitam, & *magis etiam* quàm eos, qui aſſociaverunt (*ideſt Ethnicos*). Deſiderabit aliquis eorum, ut detur ſibi ætas mille annorum: & non erit *tamen ullus* elongans eum à pœna *Gehennæ*, eo quòd diuturna donetur ætate. Et Deus eſt inſpiciens in id quod operantur.

NOTÆ.

LXXXIX. *Ntea verò implorabant auxilium*]. Judæi ſcilicet expectantes Mahumeti adventum dicebant Deo, ut refert Gelal. اللهم انصرنا على الكافرين بالنبى المبعوث فى اخر الزمان: *O Deus adjuva nos contra infideles per Prophetam illum, qui mittendus eſt tempore noviſſimo.*

XCIII. *Miſerum eſt, quod præcipit vobis fides veſtra, ſi eſtis credentes*] Explicat Gelal. بيسما شيأ يأمركم به ايمانكم بالتوراة عبادة العجل ان كنتم مومنين بها كما زعمتم لستم بمومنين لان الايمان لا يأمر بعبادة العجل والمراد اباؤهم اى كذلك انتم لستم بمومنين بالتوراة وقد كذبتم محمدا وايمان بها لا يأمر بتكذيبه: *Vah ſi quidquam præcipit vobis fides veſtra in Pentateucho de adoratione Vituli, ſi eſtis credentes in eumdem Pentateuchum, ſicut vos aſſeritis. Sed non eſtis credentes: nam fides non præcipit adorationem Vituli. Intendit autem loqui de patribus eorum, ſed quaſi dicat: Eodem modo vos non eſtis credentes in Pentateuchum, cùm rejiciatis tanquam mendacem Mahumetum: atqui fides in Pentateuchum non præcipit, ut hic tanquam mendax rejiciatur.* Jahias ita exponit: ان كنتم مومنين اى لو كان الايمان فى قلوبكم يحجزكم من عبادة العجل: *Si eſtis credentes; ideſt ſi eſſet fides in cordibus veſtris per abſtinentiam veſtram à cultu Vituli.*

REFUTATA.

EAmdem ſemper cantat fabulam. Invehitur in Judæos, quòd vaticinia, quæ erant de ſe in Pentateucho, malignè ſuſtulerint: eoſque de majorum ſuorum ſceleribus, & de propria ipſorum erga ſe infidelitate redarguit. Illud verò inter tot mendacia gratiſſimum nobis eſſe debet, quòd non niſi poſt ſuum adventum Judæos Sacras Scripturas depravaſſe Mahumetus affirmet; ob invidiam ſcilicet, quia ſibi ab Arabibus prophetiam, & principatum religionis auferri videbant. At Scripturæ Sacræ, quæ non extant, ut jam diximus, eædem prorſus ſunt, quæ erant ante Mahumeti adventum, ut conſtat ex codicibus manuſcriptis, & ex Commentariis tot Patrum, & Doctorum Hebræorum, Græcorum, & Latinorum in eaſdem Scripturas Mahumeto antiquioribus. Ergo ſi ante Mahumetum Scripturæ integræ erant, & incorruptæ: cùm nunc ſint eædem, incorruptæ omninò cenſendæ ſunt. Hùc accedit, plures Hebræos doctos Mahumeto adhæſiſſe, qui licèt alii Hebræi Scripturas vitiaſſent, poterant tamen eorum vitia detegere, & exemplaria legitima, & incorrupta Mahumetanis, quibus adhærebant, proponere; quæ ſanè ipſi perire non ſiviſſent, imò tanquam religionis ſuæ teſtimonia irrefragrabilia ſervaſſent. Mahumetus etiam aliquot eorum vaticiniorum, quæ illi corruperant, vel abſtulerant, in Alcorano ſuo allegaſſet, & tamen ne unum quidem proferre potuit.

Quod attinet ad illam Synai Montis elevationem: jam ſuprà ut fabulam, vel potiùs mendacium rejecimus. Adhuc autem clariùs oſtenditur ejus falſitas; ex eo, quod legimus in Deut. cap. 5. ubi populus, Dei majeſtate perterritus, dixit ad Moyſen: *Si audierimus ultrà vocem Domini Dei noſtri, moriemur. Tu magis accede, & audi cuncta, quæ dixerit Dominus Deus noſter tibi: loqueriſque ad nos, & nos audientes faciemus ea. Quod cùm audiſſet Dominus dixit ad Moyſen. Audivi vocem verborum populi hujus, quæ locuti ſunt tibi: bene omnia locuti ſunt.* Si tàm prompta erat in Iſraelitis ad divinam legem ſuſcipiendam, & exequendam voluntas, quid cauſa erat, quòd Deus evelleret montem Synai ad eos perterrendos metu, ne ab illo obruerentur, ut legem reciperent? Jugulat Pentateuchus Alcoranum.

TEXTUS ALCORANI.

97 قل من كان عدوا لجبريل فانه نزله على قلبك باذن الله مصدقا لما بين يديه وهدى وبشرى للمومنين ۞
98 من كان عدوا لله وملايكته ورسله وجبريل وميكال فان الله عدو للكافرين ۞ 99 ولقد
انزلنا اليك ايات بينات وما يكفر بها الا الفاسقون ۞ 100 اوكلما عهدوا عهدا نبذه فريق منهم بل
اكثرهم لا يومنون ۞ 101 ولما جاءهم رسول من عند الله مصدق لما معهم نبذ فريق من الذين
اوتوا الكتاب كتاب الله وراء ظهورهم كانهم لا يعلمون ۞ 102 واتبعوا ما تتلوا الشياطين
على ملك سليمان وما كفر سليمان ولكن الشياطين كفروا يعلمون الناس السحر وما انزل على
الملكين ببابل هاروت وماروت وما يعلمان من احد حتى يقولا انما نحن فتنة فلا تكفر
فيتعلمون منهما ما يفرقون به بين المرء وزوجه وما هم بضارين به من احد الا باذن الله ويتعلمون ما
يضرهم ولا ينفعهم ولقد علموا لمن اشتراه ما له في الاخرة من خلاق ولبئس ما شروا به انفسهم
لو كانوا يعلمون ۞ 103 ولو انهم امنوا واتقوا لمثوبة من عند الله خير لو كانوا يعلمون ۞
104 يا ايها الذين امنوا لا تقولوا راعنا وقولوا انظرنا واسمعوا وللكافرين عذاب اليم ۞ 105 ما يود
الذين كفروا من اهل الكتاب ولا المشركين ان ينزل عليكم من خير من ربكم والله
يختص برحمته من يشاء والله ذو الفضل العظيم

VERSIO LATINA.

97. DIc *Judæis*: Qui fuerit inimicus Gabrieli; *malè pereat*, nam hic deſcendere fecit eum (*ideſt Alcoranum*) ſuper cor tuum, per voluntatem Dei, confirmantem id, quod ante eum *traditum fuerat Sacrorum Librorum*: & directionem, & fauſtum nuncium Fidelibus. 98. Qui fuerit inimicus Deo, & Angelis ejus, & Legatis ejus, & Gabrieli, & Michaeli; *inimicus ſit illi Deus*: quippe Deus inimicus eſt Infidelibus. 99. Et jam quidem deſcendere fecimus ad te ſigna evidentia: & non negabunt illa, niſi Prævaricantes. 100. An *negabunt illa*? Et quoties pepigerint pactum *cum Deo de credendo in Mahumetum, & non adjuvandis Infidelibus contra eum*, projiciet illud pars ex eis? Atqui plerique eorum non credunt. 101. Et poſtquam venit ad eos *Mahumetus* Legatus à Deo, confirmans *id Sacrorum Librorum*, quod *erat* cum eis: projecit pars ex illis, quibus traditus fuit Liber *Pentateuchi*, Librum Dei poſt terga ſua, *non curans vaticinia de Mahumeto, & alia, quæ in illo ſcripta erant*; quaſi ipſi neſcirent, *vel hunc eſſe verè Prophetam, vel illum eſſe Librum Dei*. 102. Et ſequuti ſunt id, quod meditati ſunt Satanæ contra regnum Salomonis. Et non fuit infidelis Salomon, ſed Satanæ infideles fuerunt, *dum* docebant homines artem magicam, & id, quod demiſſum fuit ſuper duos Angelos in Babylone, *quorum nomina erant* Harut, & Marut. Atqui *hi duo* non docebant ullum *magiam*, donec *antè* dicerent: Sanè nos *ſumus* tentatio. Quare *cave*, ne ſis infidelis *addiſcendo à nobis magiam*. Itaque diſcebant *homines* ab his duobus id, quo ſeparationem ponerent inter virum, & uxorem ejus. Neque hi (*nempe Magi*) noxii *erant* per

hanc

hanc *artem* ulli, nisi per concessionem Dei: & discebant *homines* id, quod noceret sibi, non verò prodesset sibi. Et quidem jam sciebant *Judæi*, sanè qui coemisset hanc *artem*, *tradendo pro ea Librum Dei*, non *fore* illi in novissimo sæculo partem ullam. Et profectò infelix fuit *pretium*, quo vendiderunt animas suas. Si scivissent, *se per hoc esse damnandos ad Gehennam*, *id non fecissent*. 103. Quòd si ipsi (*idest Judæi*) crediderint *in Mahumetum*, *& Alcoranum*; & timuerint *Deum*: profectò remuneratio, *quam habebunt* à Deo, melior *erit*, *quàm pretium rerum mundanarum*, *quo vendiderunt animas suas*. Si scirent *hoc*, *profectò crederent*. 104. O qui crediderunt, ne dicatis *Mahumeto*: Intuere nos: sed dicite: Respice nos: & audite, *quæ præcipit vobis*, *ut ea exequamini*. Infidelibus autem erit pœna discrutians. 105. Non amant, qui non credunt ex familia Libri (*idest Judæi & Christiani*) neque ex Associantibus (*idest Arabibus Ethnicis*) ut demittatur super vos aliquid boni à Domino vestro, *ob invidiam erga vos*. Sed Deus specialiter tractabit misericordia sua quem voluerit: & Deus est possidens liberalitatem magnam.

NOTÆ.

XCVII. *Ui fuerit inimicus Gabrieli*] Gelal. وسأل ابن صوريا النبى اوعمر عمّن ياتي بالوحى من الملايكة فقال: جبريل: فقال هو عدوّنا ياتى بالعذاب ولو كان ميكاييل لآمنّا لانّه ياتى بالخصب والسلام: فنزل *Interrogaverat Ebnosuria* (erat hic Magister Judæorum) *Mahumetum*, *sive Omarem*, *quisnam Angelorum auctor esset cœlestium revelationum* ipsi Mahumeto. *Respondit Mahumetus*, *esse Gabrielem*; *cui Ebnosuria*: *Hic*, *inquit*, *est hostis noster*, *nam nuncius est pœnarum*. *Si fuisset Michael*, *certè credidissemus in te*: *hic enim auctor est abundantiæ & pacis*. *Propterea revelata sunt hæc Alcorani verba*. Jahias قال قتادة وذكر لنا ان عمر ابن الخطاب اتى نفرًا من اليهود فلما ابصروه قالوا له من كان صاحب صاحبكم فقال جبرايل فقالوا ذلك عدوّنا من اهل السمآء يطلع محمّدًا على سرّنا وهو اذا جاء جاء بالحرب والسيئة وكان صاحب صاحبنا ميكاييل وكان اذا جاء جاء بالخصب والسلام قال لهم عمر اتعرفون جبرايل وتنكرون محمّدًا ففارقهم عند ذلك وتوجّه نحو النبى ليحدثه حديثهم: *Dixit Cottada*: *Narratum est nobis*, *Omarem filium Chottabi venisse ad catervam quandam Judæorum*: *qui cùm vidissent eum*, *dixerunt ei*: *Quis ex Angelis est comes Prophetæ vestri Mahumeti?* *Respondit Omar*, *hunc esse Gabrielem*. *At illi*: *Hic*, *inquiunt*, *est hostis noster inter Angelos*, *nam revelat secreta nostra Mahumeto*, *& cùm venit*, *affert secum ruinam & malum*. *Comes autem Magistri nostri est Michael*, *qui cùm apparet*, *affert secum abundantiam & pacem*. *Dixit autem illis Omar*: *An nostis Gabrielem*, *& ignoratis Mahumetum?* *Discessit igitur statim ab eis*, *& venit ad Mahumetum*, *ut narraret ei*, *quid sibi cum Judæis accidisset*. Porrò verba illa: *Qui fuerit inimicus &c.* Interpres Gallicus ponit primo loco per interrogationem, secundo verò §. 98. sine interrogatione. Sed utrobique debet auferri interrogatio: est enim locutio aposiopetica: & subintelliguntur, juxta Gelal. & Zamchascerium, verba, quæ in Textu interposui.

XCIX. *Et jam quidem descendere fecimus ad te signa evidentia*] In lingua Arabica آية *Signum*, aliquando capitur pro miraculo: aliquando pro versiculo Alcorani, seu alius Libri Sacri. Et quidem quando jungitur cum انزل descendere fecit, semper videtur significare periodos, seu versus hujusmodi: & ita significat hoc loco; ne quis fortè putaret, sermonem esse de aliquibus miraculis à Mahumeto patratis.

CII. *Et secuti sunt id quod excogitaverunt Dæmones*] Ad intelligentiam verborum Alcorani apponam hìc verba Interpretum. Jahias. لما قال الكلبى لما ابتلا الله سليمان بما كان من امر الشيطان كتبت الشياطين سحرًا كثيرًا ثم دفنوه تحت كرسيه ثم لما قبض الله سليمان اتت الشياطين الى اوليايهم من الانس فقالوا الا ندلكم على ما كان سليمان يملك به الانس وتدين له به الجن وتسخر له به الرياح قالوا بلى قالوا احفروا تحت كرسيه ففعلوا فاستخرجوا كتبًا كثيرةً فلما قرؤها فاذا هى الشرك بالله فقال صلحآء بنى اسراييل معاذ الله من هذا ان نتعلّمه وتعلّمه سفلة بنى اسراييل وفشت الامة لسليمان فى بنى اسراييل حتى عذره الله على لسان محمد

محمد فقال وما كفر سليمان :

Dixit Calebius: Poſtquam probavit Deus Salomonem per operam Satanæ (alludit ad fabulam, de qua inferiùs ſuo loco) *ſcripſerunt Dæmones multos libros magicos: quos ſepelierunt ſub throno illius. Cùm autem defunctus fuiſſet Salomon, venerunt Dæmones ad homines amicos ſuos, & dixerunt eis: Vultis ne oſtendamus vobis, quibus artibus Salomon imperabat hominibus, & ſubjiciebat ſibi Genios, & ventos? Cùmque illi id ſe velle reſponderent; dixerunt Dæmones: Effodite ſub throno ejus. Hoc cum illi feciſſent, plurimos inde libros extraxerunt, quos legentes, invenerunt continere impietatem in Deum. Dixerunt autem Optimates filiorum Iſrael: Abſit ut hæc addiſcamus: Vulgus autem ea addidicit: & evulgaverunt Pontifices de Salomone hoc inter filios Iſrael, donec Deus purgavit illum per linguam Mahumeti, dicens: & non fuit Salomon infidelis.* Eadem ferè habent Gelal, *& alii Expoſitores.*

Et id quod revelatum fuit duobus Angelis. Rem ita narrat Jahias ex Alhaſano. قال الحسن ان الملكين ببابل الى يوم القيامة وان من زعم على تعلم السحر ثم اتاهما سمع كلامهما من غير ان يراهما : وقال مجاهد عجبت الملايكة من ظلم بنى ادم وقد جاءتهم الرسل فقال لهم ربهم اختاروا منكم اثنين انزلهما بحكمان فى الارض فكانا هاروت وماروت فحكما فعلا حتى نزلت عليهما الزهرة احسن فى صورة امراة تخاصم زوجها فافتتنا بها واراها على نفسها فطارت الزهرة فرجعت حيث كانت ورجعا الى السما فزاجرا فاستشفعا برجل من بنى ادم فقالا له سمعنا ربك بذكرك بخير فقال لهما كيف يشفع اهل الارض لاهل السماء ثم واعدهما يومًا يدعو لهما فيه فدعا لهما فخير بين عذاب الدنيا وبين عذاب الاخرة فنظر احدهما الى الاخ فقال الم تعلم ان امواج عذاب الله فى الاخرة وكذا فى الخلد ايضا فاختا راعذاب الدنيا فهما يعذبان ببابل : قال محمد وقد ذكر يحيى عن غير مجاهد ان المراة التى افتتنا فيها كانت من اهل الدنيا : والله اعلم :

Dixit Alhaſanus, hos duos Angelos commoraturos eſſe in Babylone uſque ad diem reſurrectionis: & ſi quis cupit addiſcere artem magicam, proficiſci ad eos, & audire vocem eorum, abſque eo quod videat illos. Et dixit Mogiahedus: Mirabantur Angeli ob iniquitates filiorum Adæ, etiam poſtquam miſſi fuerant ad eos à Deo Legati. Dixit autem Deus Angelis: Eligite duos ex vobis, quos mittam ad exercendum judicium in terra. Et electi ſunt Harut & Marut, qui juſtè judicaverunt, donec deſcendit ad eos è Cælo Venus in forma pulcherrimæ mulieris litem moturæ adverſus maritum ſuum; quam cùm vidiſſent Angeli, exarſerunt in concupiſcentia illius, & viderunt eam in perſona ipſius (ideſt voluerunt rem habere cum illa). *Illa verò avolavit, & rediit unde venerat. Duo quoque Angeli redierunt in Cœlum; ſed prohibiti ſunt ab ingreſſu ejus: rogaveruntque unum ex filiis Adæ, ut intercederet pro ipſis, dicentes ei: Audivimus Deum, optimam de te commemorationem facientem! At ille dixit eis: Quomodo intercedent homines terreni pro Angelis cœleſtibus? Attamen condixit eis diem, in qua oraturus eſſet pro ipſis. Cumque pro illis oraſſet, conceſſum eſt illis, ut eligerent pœnam mediam inter temporalem & æternam. Intuens autem alter eorum in alterum, dixit: An neſcis fluctus pœnarum Dei in altera vita eſſe tales ac tales; & præterea eſſe æternos? Itaque elegerunt pœnam hujus mundi: & uterque torquetur in Babylone. Dixit Mohammedus, & jam meminit Jahias referens ex aliis præter Mogiahedum: mulierem illam, quam impudicè appetivere, fuiſſe unam ex mulieribus hujus mundi. Sed Deus id optimè novit.* Gelaleddinus alienam referens ſententiam: ita ſcribit: قال ابن عباس هما ساحران يعلّمان السحر وقيل ملاكان انزلا لتعليمه ابتلاء من الله الناس :

Dixit Ebnabbaſus: Hi erant duo magi, qui docebant artem magicam: alii verò volunt fuiſſe duos Angelos miſſos à Deo ad docendum homines eamdem artem, ad tentandum eos. Miror Mahumetanorum Doctorum Anteſignanum aſſerere, homines fuiſſe, quos Alcoranus Angelos manifeſtè pronunciat.

CIV. *Ne dicatis: Intuere nos*] Arabicè راعنا & انظرنا idem ferè ſignificant, nempe: *Reſpice nos*, vel *Intuere nos*. Cur autem Mahumetus noluerit ſalutari à ſuis per راعنا ſed per انظرنا, ita explicat Gelal. وكانوا يقولون له ذلك وهى بلغة اليهود سبّ من الرعونة فسلوا بذلك وخاطبوا بها النبى فنهى المومنين عنها : *Salutabant eum hac voce, quæ in lingua Hebraica ſonat Convicium: irriſoriè autem Judæi alloquebantur illa Mahumetum: quamobrem hic prohibuit ſuos aſſeclas ab uſu illius:* Porrò Judæi in voce Arabica راعنا alludebant ad Hebraicam רוע quæ ſignificat *malum eſſe*, vel *malè facere*.

CV. *Ex familia Libri*] in Alcorano اهل الكتاب *familia Libri* idem eſt ac Scripturales, ſeu Sacrarum Scripturarum profeſſores: ſemperque dicitur de Judæis, & Chriſtianis. At المشركون *Aſſociantes*, dicitur de Arabibus Ethnicis, & de quibuſcumque plurium deorum cultoribus, quaſi dent Deo ſocios. المسلمون *Traditores*, dicitur de aſſeclis Mahumeti, quaſi ſe ipſos Deo tradiderint: vulgò dicimus Moslemos, ſeu Muslimos, & corruptè Monſulmanos المومنون *Fideles*, dicitur de iiſdem, cum hoc diſcrimine, quòd primum nomen refertur ad fidei profeſſionem externam: ſecundum autem ad fidem internam. الكافرون *Infideles*, dicitur de perfidis, & incredulis, qui nolunt credere in Mahumetum, & Alcoranum, quicumque tandem illi ſint. المكذبون *Incuſantes mendacii* intelliguntur illi, qui Mahumetum, vel alios Prophetas tanquam Impoſtores rejiciunt. المنافقون *Impii*, dicitur de Mahumetanis ſceleſtis ac improbis. Et quia hæ voces frequenter occurrunt in Alcorano, placuit eas hic breviter explicare.

RE-

REFUTATA.

NEscio, quæ intemperies Mahumetum contra Judæos exagitet. Volebat fortè hac ratione assentari Christianis, quò faciliùs eos ad partes suas traheret. Denique totus Alcoranus videtur contra miseros Judæos compactus, & comparatus. At mali sint Judæi, impii, ac scelesti, iniquus tamen est & Mahumetus, qui ea crimina illis objiciat, quorum numquam probare poterit reos illos fuisse.

I. Affirmat, eos habere pro hoste Gabrielem, eo quòd malorum sit nuncius, & secreta ipsorum Mahumeto revelet. Ridebunt Judæi, opinor, si has nugas audierint, vel potiùs hominis impudentiam, stultitiamque mirabuntur.

II. Asserit, Judæos pepigisse pactum cum Deo in Pentateucho, se credituros in Prophetam Mahumetum, & eum defensuros contra adversarios: & tamen cùm advenisset, noluisse credere in eum, imò Pentateuchi oracula de illo aboleviſse, vel abscondisse. Hæc mera esse mendacia ex ipso Pentateucho apertissimè demonstratur. Neque dicant Moslemi, Pentateuchum esse corruptum, nam semper principium petent: & hoc est ab iis probandum.

III. Quòd attinet ad fabulas illas Dæmonum infodientium libros magicos sub throno Salomonis, & duorum Angelorum Harut, & Marut totum erutum est ex cloaca Thalmudica Judæorum. Vide eam in ילקוט. Sect. בראשית ex מדרש ubi Harut vocatur: שמחזי *Scembhazai* & Marut עזאל *Azael*. Repugnat divinæ bonitati mittere Angelos, qui doceant homines aliquid suapte natura impium ac nefarium, cujusmodi est ars magica: etiamsi iidem Angeli protestentur, se hoc facere ad experimentum de illis capiendum. Quæ verò habent de duobus his Angelis Interpretes Moslemi, difficilè possunt Alcorani verbis convenire. Nam si juxta Alcoranum missi fuerant ad tentandos homines, exhibendo sese illis artis præstigiatoriæ magistros; quomodò verum erit, eos missos fuisse, ut inter mortales iniquos ac scelestos justa judicia exercerent? & cùm Angeli sint naturæ spiritualis, quomodò potuerunt in fœminam illam libidinosè exardescere? Illud verò nimis ridiculum, hujusmodi fœminam fuisse الزهرة nempe *Venerem* è Cœlo delapsam. Sed fortassè Veneris nomine intelligunt aliquam ex illis puellis, quas in Paradiso ad Mahumetanorum delicias creatas à Deo fuisse confingunt: alioquin Mahumetani Græcorum fabulis adhuc inhærere convincentur.

TEXTUS ALCORANI.

106 مَا نَنسَخْ مِنْ آيَةٍ أَوْ نُنسِهَا نَأْتِ بِخَيْرٍ مِّنْهَا أَوْ مِثْلِهَا أَلَمْ تَعْلَمْ أَنَّ اللَّهَ عَلَىٰ كُلِّ شَيْءٍ قَدِيرٌ ۞
107 أَلَمْ تَعْلَمْ أَنَّ اللَّهَ لَهُ مُلْكُ السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضِ وَمَا لَكُم مِّن دُونِ اللَّهِ مِن وَلِيٍّ وَلَا نَصِيرٍ ۞
108 أَمْ تُرِيدُونَ أَن تَسْأَلُوا رَسُولَكُمْ كَمَا سُئِلَ مُوسَىٰ مِن قَبْلُ وَمَن يَتَبَدَّلِ الْكُفْرَ بِالْإِيمَانِ
فَقَدْ ضَلَّ سَوَاءَ السَّبِيلِ ۞ 109 وَدَّ كَثِيرٌ مِّنْ أَهْلِ الْكِتَابِ لَوْ يَرُدُّونَكُم مِّن بَعْدِ إِيمَانِكُمْ
كُفَّارًا حَسَدًا مِّنْ عِندِ أَنفُسِهِم مِّن بَعْدِ مَا تَبَيَّنَ لَهُمُ الْحَقُّ فَاعْفُوا وَاصْفَحُوا حَتَّىٰ يَأْتِيَ اللَّهُ بِأَمْرِهِ إِنَّ
اللَّهَ عَلَىٰ كُلِّ شَيْءٍ قَدِيرٌ ۞ 110 وَأَقِيمُوا الصَّلَاةَ وَآتُوا الزَّكَاةَ وَمَا تُقَدِّمُوا لِأَنفُسِكُم مِّنْ خَيْرٍ تَجِدُوهُ
عِندَ اللَّهِ إِنَّ اللَّهَ بِمَا تَعْمَلُونَ بَصِيرٌ ۞ 111 وَقَالُوا لَن يَدْخُلَ الْجَنَّةَ إِلَّا مَن كَانَ هُودًا أَوْ نَصَارَىٰ
تِلْكَ أَمَانِيُّهُمْ قُلْ هَاتُوا بُرْهَانَكُمْ إِن كُنتُمْ صَادِقِينَ ۞ 112 بَلَىٰ مَنْ أَسْلَمَ وَجْهَهُ لِلَّهِ وَهُوَ
مُحْسِنٌ فَلَهُ أَجْرُهُ عِندَ رَبِّهِ وَلَا خَوْفٌ عَلَيْهِمْ وَلَا هُمْ يَحْزَنُونَ ۞ 113 وَقَالَتِ الْيَهُودُ لَيْسَتِ النَّصَارَىٰ
عَلَىٰ شَيْءٍ وَقَالَتِ النَّصَارَىٰ لَيْسَتِ الْيَهُودُ عَلَىٰ شَيْءٍ وَهُمْ يَتْلُونَ الْكِتَابَ كَذَٰلِكَ قَالَ الَّذِينَ لَا
يَعْلَمُونَ مِثْلَ قَوْلِهِمْ فَاللَّهُ يَحْكُمُ بَيْنَهُمْ يَوْمَ الْقِيَامَةِ فِيمَا كَانُوا فِيهِ يَخْتَلِفُونَ ۞ 114 وَمَنْ أَظْلَمُ مِمَّن
مَّنَعَ مَسَاجِدَ اللَّهِ أَن يُذْكَرَ فِيهَا اسْمُهُ وَسَعَىٰ فِي خَرَابِهَا أُولَٰئِكَ مَا كَانَ لَهُمْ أَن يَدْخُلُوهَا إِلَّا
خَائِفِينَ ۞

خآئِفِينَ ۞ 115 لَهُمْ فِي ٱلدُّنْيَا خِزْيٌ وَلَهُمْ فِي ٱلْآخِرَةِ عَذَابٌ عَظِيمٌ ۞ 116 وَلِلَّهِ ٱلْمَشْرِقُ
وَٱلْمَغْرِبُ فَأَيْنَمَا تُوَلُّوا فَثَمَّ وَجْهُ ٱللَّهِ إِنَّ ٱللَّهَ وَاسِعٌ عَلِيمٌ ۞

VERSIO LATINA.

106. QUod abrogaverimus de Signo (*ideſt ſi quem verſum abrogaverimus in Alcorano*), aut illius oblivionem induxerimus *in cor tuum*: afferemus *aliud* melius illo, aut ſicut illud. An ignoras, quòd Deus *eſt* ſuper omnem rem potens? 107. An ignoras, quòd Dei eſt regnum Cœlorum, & terræ: & non *eſt* vobis præter Deum ullus patronus, neque adjutor? 108. An vultis petere à Legato veſtro (*ideſt Mahumeto*) juxta id, quod requiſitus fuit Moyſes anteà *ab Iſraelitis*? at qui permutaverit infidelitatem cum fide (*ideſt fidem cum infidelitate*): jam certè erravit ab æquitate ſemitæ. 109. Cupierunt multi ex familia Libri, ut redderent vos poſt fidem veſtram infideles ob invidiam *ortam* ab animis ipſorum *malignis*; poſtquam patuit eis *in Pentateucho de Mahumeto* veritas; ſed ignoſcite *illis*, & declinate *ab eis*, donec afferat Deus imperium ſuum *de inferendo illis bello*: quippe Deus *eſt* ſuper omnem rem potens. 110. Et ſubſiſtere facite orationem, & date eleemoſynam: & quod præmiſeritis animabus veſtris boni, invenietis illud apud Deum: nam Deus in id, quod facitis, eſt intuens. 111. Et dixerunt *Scripturales*: Nequaquam ingredientur Paradiſum, niſi qui fuerint Judæi, aut Chriſtiani. Hæc *ſunt* deſideria eorum. Dic *illis*: Afferte probationem veſtram *de hac re*, ſi eſtis veraces. 112. Imò *ingredientur Paradiſum etiam alii*. Qui tradiderit faciem ſuam Deo, & ipſe *fuerit* benefaciens, *erit* illi merces ſua apud Dominum ſuum *in Paradiſo*: & non *erit* timor ſuper eos, neque ipſi contriſtabuntur. 113. Et dicunt Judæi: Non ſunt Chriſtiani ſupra rem *ullam*, & *è contra* dicunt Chriſtiani: Non ſunt Judæi ſupra rem *ullam*. Et *tamen utrique* ipſi legunt Librum *Pentateuchi & Euangelii*. Ita dicunt *Arabes Ethnici*, qui neſciunt, juxta dictum eorum (*ideſt Scripturalium aſſerentes nullam religionem habere aliquod fundamentum*). Sed Deus judicabit inter illos die reſurrectionis de eo, in quo fuerunt diſcordes *circa religionem*. 114. Et qui *eſt* iniquior, quàm qui prohibet Oratoria Dei, ne commemoretur in ipſis nomen ejus, & *a* nititur ad deſtructionem eorum? Hi, non eſt *permittendum* ipſis, ut ingrediantur ea, niſi metuentes & *malè ſecuri*. 115. His *erit* in hoc mundo ignominia: his in noviſſimo ſæculo *erit* tormentum magnum. 116. Et Dei *eſt* Oriens & Occidens: itaque quocumque converſi fueritis *faciebus veſtris ad orandum*: ibi *erit* facies Dei, quia Deus eſt amplus, ſciens.

a feſtinat.

NOTÆ.

CVI. *Quod abrogaverimus de ſigno*] Plures verſus à Deo in Alcorano abrogatos fuiſſe, fatetur Alcoranus ipſe, de qua re jam ſuprà ſatis egimus in Tractatu de Alcorano. Hìc tantummodò addere placuit generalem regulam traditam ab Emamo Abulcaſemo Habatallaho in tractatu de Abrogante & Abrogato, ad cognoſcenda, quænam ſint abrogata in Alcorano: & eſt hujuſmodi: وكل ما فى القران من أعرض عنهم وتول عنهم وما شاكل ذلك من هذا المعنى فناسخة آية السيف: وكل ما فى القران انى اخاف ان عصيت ربى عذاب يوم عظيم نسخه لِيَغْفِرَ لَكَ ٱللَّهُ مَا تَقَدَّمَ مِنْ ذَنْبِكَ وَمَا تَأَخَّرَ: وكل ما فى القران من صبر الذين اوتوا الكتاب والامر بالصفح عنهم نسخة قوله تعالى قَاتِلُوا ٱلَّذِينَ لَا يُؤْمِنُونَ بِاللَّهِ وَلَا بِالْيَوْمِ ٱلْآخِرِ: وكل ما فى القران من الامر بالشهادة نسخه فان امن بعضكم بعضا: وكل ما فى القران من اقتضى نسخه الله بقوله يُرِيدُ ٱللَّهُ بِكُمُ الْيُسْرَ ولا يريد العسر:

Quoties dicitur Mahumeto in Alcorano: Recede ab eis

eis, vel: elongare ab eis, vel aliquid hujuſmodi; intelligitur abrogatum per verſiculum Gladii (ideſt per verſus, quibus jubetur Mahumetus uti gladio contra infideles). *Et quoties dicit idem Mahumetus de ſe: Timeo, ſi inobediens fuero Domino meo pœnam dei magnæ: abrogatum intelligitur per ea verba: ut indulgeat Deus peccata tua præcedentia & ſubſequentia. Et quoties in eodem Alcorano præcipitur Mahumeto, & ſociis, ut patienter ſuſtineant Judæos & Chriſtianos, & ignoſcant illis: abrogatur per illa verba: Pugnate contra eos, qui non credunt in Deum, & in diem noviſſimum. Et omnia, quæ in Alcorano præcipiuntur circa faciendum teſtimonium, abrogantur per ea verba: Quod ſi alter veſtrum alteri crediderit, ac fidem habuerit &c. Et quidquid continetur in Alcorano aſperi ac difficilis, & cum comminatione; abrogatum fuit per ea verba Dei: Vult Deus à vobis res leves & faciles, non autem graves & difficiles.* Illud etiam addo, cauſam periodi hujus Alcoranicæ fuiſſe juxta Gelaleddinum hujuſmodi: ولّما طعن الكفار فى النسخ وقالوا ان محمدًا يأمر اصحابه اليوم بامر وينهى عنه غدا انزل ما ننسخ: *Cùm proſcinderent infideles Mahumetum, ob hanc verſiculorum Alcorani abrogationem, & mutationem, ac dicerent; Mahumetus hodie præcipit ſociis ſuis aliquid, & cras idem illis prohibet, revelavit Deus; hæc verba: Quod abrogaverimus de ſigno &c. Aut illius oblivionem induxerimus.* Explicat Gelal. نوخرها فلا ننزل حكمها ونرفع تلاوتها او نوخرها فى اللوح المحفوظ او نمحها من قلبك: *Diſtulerimus illud, nec revelaverimus ſententiam ejus, & abſtulerimus lectionem ejus: vel diſtulerimus illud in Tabula cuſtodita, aut deleverimus illud ex corde tuo.* Ex quibus verbis colligitur, Alcoranum miſſum (ut fabulantur) à ſeptimo Cœlo per Gabrielem ad Cœlum Lunæ, non fuiſſe perfectum, cùm quædam reſervata fuerint in Tabula cuſtodita, abſque eo quòd in illo deſcriberentur. Jahias: فال قتادة وقد نسى رسول الله بعض ما كان نزل من القران فلم فى القران: *Dixit Coctada: Jam oblitus fuerat Prophetæ Mahumetus quoſdam verſiculos à Deo ex Alcorano* (nempe illo qui erat in Cœlo lunæ) *revelatos: nec ea firmaverat, ſeu deſcripſerat in Alcorano*, quem ſcilicet apud ſe habebat.

CVIII. *An verò petere vultis*] Gelal. explicat: Iſraelitas dixiſſe Moyſi: ارنا الله جهرة وغير ذلك *Oſtende nobis Deum manifeſtè: & præterea alia ab eo poſtulaſſe.* Idem habet Jahias, his verbis قال قتادة كان الذى سيلوا موسى ان قالوا ارنا الله جهرة: *Dixit Coctada: Id quod à Moyſe exquiſierunt Iſraelitæ, fuit, ut oſtenderet ipſis Deum manifeſtè.*

CXI. *Et dixerunt: Nequaquam ingredientur Paradiſum*] De hoc ita Gelal. قال ذلك يهود المدينة ونصارى نجران لما تناظروا بين يدى النبى صلى الله عليه وسلم اى قال اليهود لا يدخلها الا اليهود وقال النصارى لا يدخلها الا النصارى: *Dicebant hæc Judæi Medinenſes, & Chriſtiani Nageranenſes, cum mutuò diſputarent coram Mahumeto. Nimirùm Judæi aſſerebant, ſolos Judæos ingreßuros eſſe Paradiſum: Chriſtiani verò ſolos Chriſtianos.*

CXII. *Qui tradiderit faciem ſuam Deo*]. Explicat Gelal. اى انقاد لامره وخص الوجه اشرف الاعضاء فغيره اولى: *ideſt ſubjecerit ſe imperio ejus. Poſuit autem ſpecialiter faciem, quia hæc cæteris membris ſupereminet: & reliqua ſunt inferiora.*

Et ipſe fuerit benefaciens] Gelal. وهو موحد *Et ipſe crediderit in unum Deum.*

CXIII. *Et dicunt Judæi: Non ſunt Chriſtiani &c.*] Ita hæc exponit Gelal. وقالت اليهود ليست النصارى على شى معتد به وكفرت بعيسى وقالت النصارى ليست اليهود على شى معتد به وكفرت بموسى وهم اى الفريقان يتلون الكتاب المنزل عليهم وفى كتاب اليهود تصديق عيسى وفى كتاب النصارى تصديق موسى: *Et dicunt Judæi: Non ſunt Chriſtiani ſupra rem illam* (ideſt nullam habent veram religionem, vel ſolidum fundamentum illius): *& in hoc excedunt, & negant Jeſum. Chriſtiani verò dicunt: Non ſunt Judæi ſupra rem ullam: & in hoc excedunt, & negant Moyſem: & ipſi* (nempe utrique) *legunt librum ſibi à Deo traditum: & in libro Judæorum* (ideſt Pentateucho) *aſſeritur Jeſus: & in libro Chriſtianorum* (ideſt Euangelio) *aſſeritur Moyſes.*

CXIV. *Et quis eſt iniquior*]. Gelal. نزلت اخبارا عن الروم لما خربوا بيت المقدس او فى المشركين لما صدوا النبى عام الحديبية عن البيت: *Revelatus fuit hic verſus, quando venit nuncius, Romanos devaſtaſſe domum ſanctificatam* (ideſt Urbem, vel Templum Jeruſalem:) *vel quando infideles excluſerunt Mahumetum ab ingreßu Delubri Meccani, anno belli Hadibienſis.* Notandum hìc obiter, vocem مسجد *Maſged* derivari à سجد *ſagiada*, nempe *adorare*. Quamobrem verti poteſt latinè *Oratorium*, ſeu locus adorationis. Vulgò dicimus, Moſchea, ſeu Meſquita.

REFUTATA.

CUm intelligeret Mahumetus, utpote verſuti ingenii, non ſemper leges, quæ ſemel feruntur ab hominibus, poſſe à populis ſervari, vel reipublicæ proficuas evadere, atque adeò ex neceſſitate quadam, earum abrogationem, vel mutationem ſæpè requiri: ne ex hoc exiſtimarent Arabes, Alcoranicam legem non à Deo traditam, ſed à Mahumeto inventam, conditamque fuiſſe, maluit levitatem, & inconſtantiam ſuam in Deum refundere, quàm pati, ut ſibi ipſi à ſuis tribueretur, dum tot periodos in Alcorano à Deo traditas, eumdem abrogaviſſe, & immutaſſe affirmavit. Quamtumvis enim daremus, non eſſe inconveniens, Deum in lege ſua aliquid pro temporum, rerumque varietate immutare: in eo tamen libro quem & increatum, & in Throno, imò in eſſentia Dei repoſitum, & librorum omnium perfectiſſimum, quem neque homines, neque Dæmones, neque creaturam ullam imitari, nedum exæquare poſſe Moslemi jactant, tàm ingentem rerum abrogatarum copiam, ſive quoad literam, ſive quoad ſententiam reperiri, nullo modo tolerari poteſt. Præſertim quia ex ipſorum Moslemorum teſtimonio, quædam importunè omninò, & indebitè abrogata ſunt. Cur enim delenda erat ex Sura de Pœnitentia, ſententia illa, cujus meminit Anaſus filius Maleci? *Si haberet homo duos torrentes auri, certè optaret addi ſibi tertium. Et ſi haberet tertium, cuperet adjici quartum: neque implebitur venter filii Adæ, niſi pulvere: & convertetur Deus ſuper eum, qui converſus fuerit.* Item illa alia, cujus meminit Omar filius Alcottabi, de lapidandis adulteris: *Ne alienetis amorem veſtrum à patribus veſtris, nam hæc eſſet in vobis infidelitas. Vir & mulier quamtumvis nobiles & digni, ſi adulterium perpetraverint, ſine ulla remiſſione lapidentur: talem enim pœnam conſtituit huic flagitio Deus: & Deus eſt præpotens, ſapiens.* Præſertim cùm ſublata litera, remanſerit tamen vigor ſententiæ. Hùc accedit, nonnulla in pejus commutata fuiſſe, ut jejunium Judaicum ſeu Chriſtianum in Mahumetanicum, & alia, quæ in progreſſu Alcorani patebunt. Illud verò ridiculum, quòd aliqua abrogata ſint, priuſquam præciperentur: ad quid enim ea præcipere, vel proponere in aliqua lege, quæ in eadem anteà nullius roboris eſſe declarata ſint? Plura eſſent, quæ in hac re dici poſſent, ſed ea in Tractatu de Alcorano videri poſſunt. Unum illud non prætermittam, quod P. Guadagnolus in ſua Apologia cap. 8. Sect. 3. de Alcorano affirmat, nempè certum eſſe apud Mahumetanos Mahumetum confarcinaſſe librum duodecim millia propoſitionum continentem. Interrogatum verò, utrum univerſæ veræ eſſent, reſpondiſſe: Tria millia tantummodò veritatem continere; reliqua verò novem millia falſitatem. Quando ergo falſum aliquid in Prophetæ ſui lege, vel dictis deprehendunt; unum ex novem millibus illis eſſe fatentur. Hoc tamen ego non ita facilè crediderim P. Guadagnolo, ſine alicujus inſignis Doctoris Mahumetani auctoritate.

II. Falſum prorſus eſt, Chriſtianos abſque ullo fundamento aſſerere, in ſua tantùm religione ſalutem reperiri. Demonſtrant enim hoc evidenter, non ſolùm verbis Chriſti apud Marcum cap. ult. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.* Et apud Joannem cap. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt introire Regnum Dei*: & aliis multis locis Euangelii: ſed etiam ex eo quòd Chriſtiana religio ſola vera eſſe evidentiſſimis argumentis comprobetur, ipſius etiam Alcorani teſtimonio, ut ſuperiùs vidimus, & deinceps etiam videbimus. Porrò unam tantùm religionem dari poſſe, quæ ducat ad ſalutem æternam, docent Mahumetani ipſi ex traditione apud ipſos receptiſſima Prophetæ ſui, quam ex Sciaher-Settanio ita refert Iſmael Sciahinſciah in ſuo Tarich ſeu Chronico, cap. في امـــة المسلمين de Gente Moslemorum. وافترقـــت المجوس على سبعين فرقة واليهود على احـــد وسبعين والنصارى على اثنين وسبعين فرقـــة والمسلمون على ثلاث وسبعين فرقة والناجية من الفرق كلها واحدة كما قال صلى الله عليـــه وسلم ستفترق امتي على ثلاث وسبعيـــن فرقة: الناجية منهم واحدة والباقون هلكـــا: قيل ومن الناجية يا رسول الله قال اهـــل السنّة والجماعـة قال ما انا عليه واصحابـــي.

Diviſi ſunt Magi in ſeptuaginta ſectas: Judæi verò in ſeptuaginta & unam: Chriſtiani autem in duas ac ſeptuaginta; Mahumetani demum in tres ſupra ſeptuaginta. Ex his autem omnibus ſectis, una tantùm ducit ad ſalutem: quemadmodùm dixit fauſtæ memoriæ Mahumetus. Dividetur gens mea in ſeptuaginta ac tres ſectas: Una tantùm ex his ducet ad ſalutem, reliquæ ad perditionem. Interrogatus autem; quænam duceret ad ſalutem: reſpondit, Secta Sonnitarum, & Congregationis; quam ſcilicet ego cum ſociis meis profiteor. Unum hìc verum eſt, nimirum non ſolùm unam tantùm religionem, ſed unicam ſectam, ſeu veriùs Eccleſiam ejuſdem religionis ducere ad ſalutem: qua in re ſapientiùs ſenſit Mahumetus, quàm Marcus Antonius de Dominis Præſul Spalatren-

trensis, & ejus asseclæ, qui docent, unumquemque Christianorum posse in sua secta salvari, sive Catholicus sit, sive Hæreticus, sive Schismaticus. Duo verò falsa: primum: numerus ille sectarum in quatuor gentibus relatis: cùm constet, multò plures sectas saltem in gente Mahumetana, & Christiana fuisse, quàm suprà enumeratas. Secundum; sectam, quæ ducit ad salutem, eam esse, quam professus est Mahumetus, & socii illius; cùm, ut jam diximus, unica Religio Christiana, quam profitetur Ecclesia Romana, sit via ad salutem, utpote sola vera, & à Christo ipso instituta: quod Mahumetanis non unico argumento probari potest. Unicum tamen nunc satis sit. Christiana religio usque ad Mahumetum fuit vera, & bona, & duxit ad æternam salutem: hoc jam suprà probatum est. Sed nulla afferri potest ratio, cur post Mahumetum etiam, cùm sit eadem, non sit vera, & bona: ergo talem debemus fateri. Minor probatur: Si qua posset afferri ratio; esset, quia licèt bona esset anteà, Deus tamen in meliorem potuit, & voluit mutare, quomodo Judaicam in Christianam mutavit, ut concorditer fatemur. Sed hoc nullo modo dici potest: ergo neque illud. Assertum nostrum evidenter demonstratur: nam si Euangelium cum Alcorano comparetur, evidenter agnoscet quilibet judicio præditus, quantum inter utrumque sit discrimen. Illud totum est spirituale, totum cœleste: nihil terreni, nihil carnalis habet: virtutes omnes divinas ac morales proponit: nihil ex iis, quæ credenda, ac speranda sunt in futuro sæculo prætermittit. Hic verò totus ferè est in bellis, in mulierculis, in repudiis, in testamentis, in hæreditatibus, in privatis odiis ac simultatibus pertractandis. Quæ verò bona continet, omnia in Euangelio uberiùs quoad sententiam, licèt non cum tanta ineptorum verborum farragine reperiuntur. Sed ponamus etiam (quod absit) Deum Religionem Christianam in pejorem mutasse (nam in æquè bonam non erat cur mutaret): imò ponamus etiam, legem Alcoranicam (quod item absit) Euangelica esse perfectiorem: Mahumetani ipsi Doctores fatentur, mutationem religionum requirere necessariò præcedentes prophetias; sicut præcesserunt in mutatione Religionis Judaicæ in Christianam; & hoc fusissimè probat, & demonstrat Ahmed filius Abdol-Halim filii Abdolt-Salam in secunda parte suæ Apologiæ contra Christianos. Sed afferant Moslemi prophetiam ullam ex Sacris Scripturis præcedentibus, quæ nos doceat, Religionem à Messia institutam non esse perpetuò duraturam, sed in aliam (quæcumque tandem illa sit) esse mutandam? Oppositum prorsus docent Sacræ Scripturæ, & Hebræi ipsi consentiunt: nempè Messiæ legem ac religionem usque in finem sæculi perseveraturam. Quòd si Moslemi ad consuetum sibi effugium recurrant, asserentes, Sacras Scripturas à Judæis, & Christianis fuisse corruptas: jam suprà ostendimus, quàm miserum sit hujusmodi effugium.

Unum est, quod multos simpliciores decipit, & aliquibus etiam piis ac doctis magnum facessit negotium: nempè, Mahumetanos meliores pluribus in rebus apparere Christianis; præsertim verò in exactissima legum suarum, præsertim sacrarum, observantia; in pietate ac reverentia, qua conveniunt, ac morantur in suis Meschitis, seu Ecclesiis: in pudicitia, atque honestate fœminarum: in administranda justitia; in charitate, & fidelitate inter se; in eleemosynis, & misericordia erga pauperes, & aliis hujusmodi; in quibus Christiani ipsi sæpè fatentur, se à Mahumetanis superari. Hoc autem videtur argumentum valdè potens ad probandum, eos esse in meliori lege, ac religione. Hùc accedit, Deum ipsum videri eorum religionem approbare, dum tanta felicitate, tot victoriis, tàm vasto imperio eos remunerat: ex oppolito autem Christianos tot calamitatibus, tot intestinis bellis, tot provinciarum ac regnorum jactura, tot aliis malis divexat, & in dies imminuit. Duratio etiam hujus sectæ per tot sæcula, & major quotidie dilatatio magnum videtur argumentum, illam à Deo comprobari.

Sed ex nulla harum rerum arguenda, vel comprobanda est veritas Religionis, imò hæc omnia optimè stare possunt cum falsa religione. Id apertissimè patet ex statu Nationis Israeliticæ eo tempore, quo tàm ex nostro, quàm ex Mahumetanorum consensu erat populus Dei, & in vera religione: & ex statu Romanorum, Spartanorum, & aliarum Rerumpublicarum florentissimarum, quæ veri Dei agnitione, veraque religione carebant. Cæterùm summæ dementiæ esset, ubi lex aliqua bona ac justa esse cognoscitur, & revera talis est; eam derelinquere, vel damnare, quia plures eam violant, vel non observant, cùm tamen plures etiam sint, qui eam solerter custodiant, & in praxin deducant. Verùm de hac eadem re ex professo egi per totam quartam partem Prodromi mei, ubi etiam ostendimus, tantum abesse, ut supradicta argumenta Mahumetanicam comprobent sectam; ut potiùs illius falsitatem ac vanitatem manifestissimè coarguant: cùm sint argumenta prorsus fallacia, & apparentiam tantùm veritatis præseferant: falsumque omninò sit, Mahumetanos, vel alias gentes à vera fide alienas, universaliter, & absolutè, ne quoad moralia quidem, Christianis esse meliores.

III. Nunquam & nusquam dicunt, vel dixerunt Christiani, Judæos non esse supra remullam, in eo sensu, quem intendit Alcoranus. Credunt enim & Moysem fuisse Prophetam; & legem ab eo promulgatam, esse sanctam: sed negant, Judæos legem ipsam suam vel ritè servare, vel rectè intelligere; dum Christum in ea prædictum, & à Deo jam missum nolunt recipere, & legem ab eodem promulgatam observare.

IV. Præcipit Mahumetus suis, ut orantes vertant se quocumque velint, eò quòd Deus ubique reperiatur. Abrogat infrà hanc legem, præcipiendo, ut dum orant, ad templum Hierosolymitanum faciem convertant. Sed hanc etiam mox abolet, & jubet suos ad Delubrum Meccanum, dum orant, se se convertere. Nullus, nisi amens sit, negabit damnabilem hanc esse levitatem. Vel enim hæ tres orandi formæ erant æquè bonæ: & ita conveniebat earum quamlibet uniuscujusque arbitrio relinquere: vel ultima erat cæteris præstantior: & sic

æquum erat eam ſolam proponere, & in Alcorano ſtabilire; præſertim quia Delubrum Meccanum jam extabat. Sed Mahumetus, utpotè verſipellis, voluit primò Chriſtianis conformàri: deinde Judæis; & demùm Ethnicis Arabibus, ſemper deteriora ſectando.

TEXTUS ALCORANI.

117 وقالوا اتخذ الله ولدا سبحانه بل له ما في السموات والارض كل له قانتون ۞
118 بديع السموات والارض واذا قضى امرا فانما يقول له كن فيكون ۞ 119 وقال الذين لا
يعلمون لولا يكلمنا الله او تاتينا اية كذلك قال الذين من قبلهم مثل قولهم تشابهت قلوبهم
قد بينا الايات لقوم يوقنون ۞ 120 انا ارسلناك بالحق بشيرا ونذيرا ولا تسال عن اصحاب
الجحيم ۞ 121 ولن ترضى عنك اليهود ولا النصارى حتى تتبع ملتهم قل ان هدى الله هو
الهدى ولئن اتبعت اهواءهم بعد الذي جاءك من العلم ما لك من الله من ولي ولا نصير ۞
122 الذين اتيناهم الكتاب يتلونه حق تلاوته اولئك يومنون به ومن يكفر به فاولئك هم
الخاسرون ۞ 123 يا بني اسرايل اذكروا نعمتي التي انعمت عليكم واني فضلتكم على
العالمين ۞ 124 واتقوا يوما لا تجزي نفس عن نفس شيا ولا يقبل منها عدل ولا تنفعها شفاعة
ولا هم ينصرون ۞ 125 واذ ابتلى ابراهيم ربه بكلمات فاتمهن قال اني جاعلك للناس اماما قال
ومن ذريتي قال لا ينال عهدي الظالمين ۞ 126 واذ جعلنا البيت مثابة للناس وامنا واتخذوا
من مقام ابراهيم مصلى وعهدنا الى ابراهيم واسمعيل ان طهرا بيتي للطايفين والعاكفين والركع
السجود ۞ 127 واذ قال ابراهيم رب اجعل هاذا بلدا امنا وارزق اهله من الثمرات من امن منهم
بالله واليوم الاخر قال ومن كفر فامتعه قليلا ثم اضطره الى عذاب النار وبيس المصير ۞
128 واذ يرفع ابراهيم القواعد من البيت واسمعيل ربنا تقبل منا انك انت السميع العليم ۞
129 ربنا واجعلنا مسلمين لك ومن ذريتنا امة مسلمة لك وارنا مناسكنا وتب علينا انك انت
التواب الرحيم ۞ 130 ربنا وابعث فيهم رسولا منهم يتلوا عليهم اياتك ويعلمهم الكتاب والحكمة
ويزكيهم انك انت العزيز الحكيم ۞ 131 ومن يرغب عن ملة ابراهيم الا من سفه نفسه ولقد
اصطفيناه في الدنيا وانه في الاخرة لمن الصالحين ۞ 132 اذ قال له ربه اسلم قال اسلمت لرب
العالمين ۞ 133 ووصى بها ابراهيم بنيه ويعقوب يا بني ان الله اصطفى لكم الدين فلا تموتن
الا وانتم مسلمون ۞ 134 ام كنتم شهداء اذ حضر يعقوب الموت اذ قال لبنيه ما تعبدون من
بعدي قالوا نعبد الهك واله ابايك ابراهيم واسمعيل واسحاق الها واحدا ونحن له مسلمون ۞
135 تلك امة قد خلت لها ما كسبت ولكم ما كسبتم ولا تسالون عما كانوا يعملون ۞

VERSIO LATINA.

117. ET dixerunt *Judæi, & Chriſtiani, & ii, qui exiſtimant Angelos eſſe filias Dei*: Suſcepit Deus prolem. Laus ejus (*ideſt abſit hoc ab illo*). Quin potiùs ipſius *eſt* id, quod in Cœlis & in terra *reperitur*: omnia ipſi *ſunt* devotè obedientia. 118. Conditor Cœlorum & terræ: & cùm decreverit aliquid *efficere*, profectò dicet ei: Eſto: & erit. 119. Et dixerunt ii qui neſciunt (*nempè infideles Arabes Prophetæ Mahumeto*:) *a* An non alloquitur nos Deus, *te eſſe legatum ſuum*? Vel *b* oſtendis nobis ſignum, *ut credamus verum te eſſe Prophetam*? Ita dixerunt illi, qui *fuerunt* ante eos, *Prophetis ſuis* juxta dictum eorum, *miracula poſtulantes*. Similia facta ſunt corda eorum *in infidelitate*. Jam clarè oſtendimus ſigna gentibus, quæ certò crederent *illa eſſe miracula*, *& fidem amplectentur*. 120. Nos quidem miſimus te cum veritate fauſtum annunciatorem *felicitatis Paradiſi*; & comminatorem *pœnarum gehennæ*: & non interrogaberis (*ideſt non exigetur à te ratio*) de ſociis Inferni (*ideſt de iis, qui damnantur propter incredulitatem, cùm ad te tantùm ſpectet prædicare*). 121. Et nunquam complacebunt ſibi de te Judæi, neque Chriſtiani, donec ſequaris ſectam illorum. Dic *eis*: Certè directio Dei, eſt directio *vera*. Et ſanè ſi ſectatus fueris deſideria eorum poſt id, quod venit ad te de ſcientia: non *erit* tibi à Deo ullus protector, neque adjutor. 122. Illi, quibus tradidimus librum *Alcorani*, & legunt illum veritate lectionis ſuæ; hi credunt in illum. Qui autem non crediderit in eum, hi erunt pereuntes. 123. O Filii Iſrael, mementote gratiæ meæ, qua beneficus fui erga vos: & quòd ego excellentes feci vos ſuper Mundos (*ideſt ſuper omnes nationes ætatis veſtræ*). 124. Et timete diem, *in qua* non rependet anima pro anima quidquam; neque ſuſcipietur ab ea compenſatio, neque proderit ei interceſſio, neque ipſi adjuvabuntur. 125. Et *memento*, cùm tentavit Abraham Dominus ipſius verbis, *quibus eidem quædam præcipiebat, quædam vetabat*: & *ipſe* perfectè complevit ea. Dixit *illi Deus*: Certè ego poſiturus *ſum* te hominibus Antiſtitem. Reſpondit *Abraham*: Etiam ex ſobole mea *conſtitue Antiſtites*. Dixit *illi Deus*: Non comprehendet pactum meum *de hac re* iniquos *ex ſtirpe tua*. 126. Et cùm poſuimus Domum (*ideſt Fanum Meccanum*) locum concurſus hominibus & Aſylum; & *diximus eis*: Efficite ex loco Stationis Abrahæ Oratorium. Et pactum inivimus cum Abraham, & Iſmael, *dicentes eis*: Purificate Domum meam *ab Idolis*, circumeuntibus *eam*, & continentibus ſe *in ea*, & incurvantibus ſe, adorantibus. 127. Et cùm dixit Abraham: Domine mi, pone hunc *locum* regionem ſecuram: & ale familiam ejus ex fructibus; qui crediderit ex eis in Deum, & diem noviſſimum. Reſpondit *Deus*: Etiam *alam eum*, qui infidelis fuerit: ſed faciam eum frui parum; deinde compellam eum ad tormentum ignis: & veh profectionem *ejus ad illum*. 128. Et quando attollebat Abraham fundamenta Domus, & Iſmael *erat cum eo*, *& dicebant*: Domine noſter, ſuſcipe à nobis *hanc ædem*: tu enim es Auditor, Cognitor. 129. Domine noſter, etiam fac nos addictos tibi, & *pone* ex progenie noſtra gentem addictam tibi: & oſtende nobis ritus ſacros noſtros: & convertere ſuper nos; tu enim es Convertibilis, Miſericors. 130. Domine noſter, etiam ſuſcita in eis Legatum ex ipſis (*ſcilicet Mahumetum*), qui recitet eis ſigna tua, & doceat eos Librum (*ideſt Alcoranum*) & Sapientiam: & purificet eos *ab idololatria*: tu enim es Præpotens, Sapiens. 131. Et quis reſpuat religionem Abrahæ, niſi qui infatuaverit animam ſuam? Et quidem jam elegimus eum in hoc mundo: & ſanè ipſe in noviſſimo ſæculo *erit* profectò ex Probis *in gradu ſublimi*. 132. Cùm dixiſſet illi Dominus ſuus: Trade *te Deo*: reſpondit: Tradidi *me* Domino Mundorum. 133. Et legavit hanc *religionem* Abraham filiis ſuis: & Jacob *etiam filiis ſuis*; *his verbis*: O filii mei, certè Deus ſelegit vobis religionem: itaque nullo modo moriamini, niſi & vos *ſitis illi* addicti. 134. An fuiſtis teſtes, *ò Judæi*, quando adfuit Jacobo

a Si non alloquatur nos Deus, *te eſſe legatum ſuum, non credemus tibi*.
b oſtendas.

mors? Cùm dixit filiis suis: Quid coletis post me (*idest post mortem meam?*) responderunt: Colemus Deum tuum, & Deum patrum tuorum Abrahæ, & Ismael, & Isaac, Deum unum: & nos *erimus* illi addicti. 135. Illa gens jam præteriit: ipsi *erit* quod lucrata fuit: & vobis quod lucrati fueritis: & non interrogabimini de eo, quod *ipsi* fuerint operati, *à Deo in die Judicii*.

NOTÆ.

CXIX. *N non alloquitur nos Deus.*] Arabicè لولا *si non*, exponunt hìc & alibi Gelal, & Jahias, هلا *an non*. Et licèt sententia sit eadem, verterem tamen ad verbum: *Si non alloquutus fuerit nos Deus*: subaudiendo: *Non credemus tibi*. Videtur tamen esse loquutio ironica, æquivalens modo loquendi Italico, cùm de fatuo aliquo, vel stolido dicimus: *Se non hà la Sapienza di Salomone. Se non pare un Socrate &c.* Latini quoque hujusmodi loquutionibus vel seriò, vel joco utuntur. Et hanc esse legitimam interpretationem opinor. Zamchascerius exponit sermonem ironicum affirmativum, per serium negativum انّا يكلمنا الله *nondum alloquutus est nos Deus:* idest numquam dixit nobis, te esse Prophetam. Interpres Latinus, & Gallicus vertit eo modo, quo ego dixi: *Si non*, & addit quod per apostopesim latebat: *Non tibi credemus.*

CXXV. *Et memento cùm tentavit.*] Ea, per quæ Deus tentavit Abraham, ita commemorat Gelal. وقيل هى مناسك الحجّ وقيل المضمضة والاستنشاق والسواك وقصّ الشارب وفرق الراس وقلم الاظفار ونتف الابط وحلق العانة والختان والاستنجاء: *Quidam dicunt fuisse ritus ac ceremonias sacræ peregrinationis. Alii dicunt fuisse præceptum abluendi aqua totum os, attrahendo eam per nares ad easdem purgandas: confricationis oris & dentium: tonsionis barbæ, seu pilorum labii superioris: discriminationis capillorum capitis ad verticem, præcisionis unguium: depilationis axillarum:* radendi pubem circa genitalia, circumcisionis, & abluendi partes obscœnas, seu confricandi lapide, vel alia re ad eas mundandas.

CXXVI. *Locum concursus*] Arabicè مثابة locus ad quem undique concurritur, seu recurritur. Tanta erat loci hujus religio, ut teste Gelale: كان الرجل يلقى قاتل ابيه فيه فلا يهيجه: *Si quis ibi obvium habuisset interfectorem patris sui, nullum iræ motum ostendisset contra eum.*

Efficite ex loco Stationis Abrahæ Oratorium] Est in Alcorano duplex lectio اتخذوا *efficite*, seu *accipite*, & اتّخذوا *effecerunt*, seu acceperunt, scilicet homines. Iste autem locus, in quo debebant orare, erat, inquit Gelal, الحجر الذى قام عليه ابراهيم عند بنا البيت: *lapis ille, super quem stetit Abraham cùm ædificaturus esset Domum*: nempè Caabam. Jahias verò المقام جاء به ملك فوضعه تحت قدم ابراهيم وحدثنى الحجاج قال الحجر والمقام ياقوتتان من الجنة: يقوت الجنة: *locus seu lapis, qui allatus fuit ab Angelo, & positus sub pedibus Abrahæ. Et juxta dictum Alhaggiagi, erant duo Hiacynthi rubri, vel piropi ex Paradiso delati.*

CXXVIII. *Fundamenta Domus.*] De hac domo, seu templo Meccano, mira fabulantur Arabes, inter quos Zamchascerius hæc habet فتوجه ادم من ارض الهند اليه ماشيًا وتلقته الملايكة فقالوا ترى حجل يا ادم لقد حججنا هذا البيت قبلك بالفى عام وحجّ ادم اربعين حجّة من ارض الهند الى مكة على رجليه فكان على ذلك الى ان رفعه الله ايام الطوفان الى السما الرابعة فهو البيت المعمور ثم ان الله امر ابراهيم ببناه وعرفه جبرييل مكانه وقيل بعث الله سبحانه اظلته ونودى ان ابن على ظلّها لا تزدّ ولا تنقص: وقيل بناه من خمسة اجبل طور سينا وطور زيتا ولبنان والجودى واسسته من حرا وجاء جبراييل بالحجر الاسود من السماء وقيل تمخض ابو قبيس فانبق عنه وقد حمى فيه فى ايام الطوفان وكان ياقوتة بيضا من الجنة فلما لمسته الحيض فى الجاهلية اسود: *Et perrexit Adam ex India ad eam* (Domum) *pedestris & occurrerunt ei Angeli, & dixerunt: Videris ò Adam defessus itinere. Nos jam peregrinati sumus ad hanc Domum ante te duobus millibus annis: & peregrinatus est Adam quadraginta vicibus ex India ad Meccam pedestris. Permansit verò* (hæc domus) *in eo statu, donec elevavit eam Deus à terra ad Cœlum quartum in diebus diluvii: & hæc est Domus visitata* (quam scilicet invisunt quotidie septuaginta millia Angelorum, nec unquam redeunt iidem) *Deinde Deus præcepit Abrahæ, ut ædificaret eam* (idest aliam loco ejus) *& ostendit illi Gabriel locum, in quo anteà fuerat. Quidam dicunt, Deum misisse exemplar illius, ac præcepisse Abrahæ, ut juxta illud ædificaret eam, nihil addendo, & nihil minuendo. Alii dicunt, ædificatam fuisse ex materia quinque montium: Synai, Oliveti, Libani, Giudi, & Harra, ex quo desumpta sunt fundamenta illius. Attulit autem ad ejus constructionem Gabriel lapidem nigrum è Cœlo. Alii dicunt, montem Abu-cais concepisse, & peperisse illum, & conservatum fuisse vivum in eo diebus Diluvii. Erat autem Hiacynthus candidus ex Paradiso: sed cùm tetigisset eum mulier menstruata, evasit niger.* Thalebbiensis in Suram tertiam

tiam Alcorani §. 96. refert auctoritatem Vahebi, ita de hac Domo scribentis: وقال وهب مكتوب في التوراة ان الله يبعث سبع مائة الف من الملايكة المقربين بيد كل واحد منهم سلسلة من ذهب ويقول لهم اذهبوا الى البيت الحرام فزموه بالسلاسل ثم قودوه الى المحشر فياتونه فيزمونه بسبع مائة الف سلسلة ثم يقودونه:

Dixit Vahebus: Scriptum est in Pentateucho, quòd Deus mittet septingenta millia Angelorum sibi propinquorum, quorum singuli habebunt in manu catenam auream, & dicet eis: Ite ad Domum Meccanam, & alligate eam catenis, & adducite eam in locum Judicii. Ibunt igitur Angeli, & alligabunt eam septingentis millibus catenis, & adducent eam. Mox subdit Domum illam loquuturam coram Deo, & imploraturam veniam pro iis, qui se visitaverint. *Vide synopsim vitæ Mahumeti in fine his verbis* Italico idiomate. *Vogliono, che questo Tempio sia longo quindeci passi, largo dodeci, & alto cinque braccia: il suolo della porta è alto da terra quanto può un'huomo alzarsi à toccarlo con la punta del dito. La porta è alta un braccio e mezzo, è larga uno, & è vicina al cantone sinistro, volta à Settentrione. Si chiude con argento massiccio in due parti: vi si monta con una scala. E' coperta da un terrazzo sostenuto da tre colonne di figura ottangolare, che sono di legno d'aboè della grossezza d'un'huomo, alte tre braccia e mezzo, tutte d'un pezzo, e di ottimo odore. Nel di dentro è tutta parata di seta rossa e bianca, & in essa è scritto à lettere d'oro Arabe* لا اله الا الله محمد رسول الله *cioè: Non vi è altro Dio, che Iddio: Maometto Legato di Dio: parole di lor fede. Stà in mezzo la Città, circondato d'un muro in quadro, essendo frà il recinto, & il Tempio un buono spatio. E' coperto d'una bella Cuppola. Il Cortile che è attorno si chiama Haram, ove sono tre ordini di colonne, e quattro volte nel muro, per le quattro Sette del Maomettismo. Ogni volta riguarda verso il tempio, dove guardano pregando. Il tempio è cinto di due cinture dorate, una in alto, l'altra abbasso. Le tegole sono dorate, che sporgono in fuori del terrazzo, per la lunghezza d'un braccio. I Maomettani dicono, che sono d'oro massiccio, come ancora le cinture, mà non è credibile: servono à gettar l'acque della pioggia, acciò non guasti i paramenti, che il Gran Signore, & altri Prencipi Maomettani inviano in dono à gara. Non si può entrare in questo tempio, che stimano Sacrosanto, se non quattro volte l'anno. Nel ricinto del suo quadro vi è un pozzo d'acqua assai buona in riguardo all' altre di questa Città. Hò saputo tutti questi particolari da un Gentil'huomo degno di fede, che dimorò sette anni al servitio del Sceriffo Re della Mecca, havendo rinegato, essendosi reconciliato con la Chiesa. Il medesimo mi fù poi confermato da molti.* Hactenus Bremond.

CXXXIV. *An fuistis testes*] Putat Gelal. hanc esse responsionem Mahumeti ad Judæos, qui dixerant illi السنت تعلم ان يعقوب يوم مات اوصى بنيه باليهودية:

An ignoras, Jacob in die, qua mortuus est, mandasse filiis suis, ut sequerentur Judaismum? Respondet igitur illis Mahumetus: An fuistis testes (idest præsentes), *quando adfuit Jacob mors?* Sed poterant illi Judæi regerere: Tu verò, ò nebulo, fuisti ne præsens, qui ita è tripode ineptias effutis?

REFUTATA.

I. NOn est dubium, quin mentiatur Mahumetus, dum affirmat, Judæos Deo filium tribuere, naturalem scilicet. Nam Judæi obstinatissimè hoc negant, semperque ex quo cum regno religionem amiser^e, negaverunt. Non tamen negandum est, veteres Judæos ex Sacrarum Scripturarum oraculis apertè cognovisse, atque etiam confessos fuisse, Messiam futurum esse verum, ac naturalem filium Dei. At verò Mahumetus non de hoc eos incusat, sed quòd عزير, idest *Ezram* tanquam Dei filium naturalem agnoscant, & colant: ut sæpiùs illis objicit in Alcorano, prout videbimus.

II. Dum Christianos etiam incusat, quòd Deo filium tribuant, insciti*am* suam, & crassitiem ostendit. Insciti*am* quidem, quia Sacrarum Scripturarum apertissima de hoc testimonia ignorat, vel se ignorare simulat: crassitiem autem, quia putat, quemadmodum non semel in Alcorano apparet, nonnisi ex carnali cum muliercula aliqua commixtione Deum posse prolem suscipere. Et cùm ideò filii procreentur à parentibus, ut eos in vita adjutores, & post mortem hæredes ac successores habere possint; Deus verò nullius adjutorio, vel facultate indigeat, cùm sit Dominus omnium, quæ ipse creavit: nec possit habere successorem, aut hæredem, eo quòd maneat in æternum: idcircò censet, nullo modo esse illi filium tribuendum: præsertim quia, ut in humanis sæpè contingit, possent inter Patrem, & filium dissensiones oriri, & domestica bella suscitari. Hæ sunt rationes, quibus Mahumetus inducitur ad filium Deo negandum: quæ sanè admitti possent, si eo modo, quo ipse putat, Deus filium progigneret.

Sed necessarium existimo exponere hìc Mahumetanis, quomodo credant & asserant Christiani Deum habere filium (alibi verò eisdem probabo Christi divinitatem, ubi scilicet Mahumetus illam negabit in Alcorano). Pro qua re suppono primò. Quando aliqua religio admittitur esse vera, admittenda etiam esse ea omnia, quæ in eadem religione à Deo revelata esse creduntur. Secundò. Non omnia, quæ à Deo revelata sunt, posse à nobis capi, aut intelligi: nihil tamen ex iis continere impossibilitatem ullam, aut contradictionem, quæ possit evidenter demonstrari. Tertiò. Christianam religionem saltem usque ad Mahumetum, bonam veramque fuisse: id quod superiùs jam probatum est. Quartò. Sacras Scripturas tàm veteris, quàm novi testamenti esse nunc easdem, quæ erant ante Mahumetum, integras scilicet, & sine corruptione substantiali: id quod etiam suprà demonstravimus. His ita suppositis:

Primùm assero, in religione Christiana sem-

per creditum fuiſſe, Deum habere filium: & hoc fatetur etiam Mahumetus in Alcorano, dum universaliter loquens, dicit non semel وقالت النصارى اتخذ الله ولدا *& dicunt Christiani*: *Deus habet filium*. Idem fatentur Mahumetani, & uniformiter in suis historiis asserunt, in Concilio Nicæno, trecentis circiter annis ante Mahumetum, convenisse ex omnibus mundi partibus Antistites Christianos, & omnes concordi assensu confessos fuisse, & Scriptura etiam confirmasse, Christianam fidem docere, Deum habere filium sibi consubstantialem, & ex se ante omnia sæcula genitum. Hoc ipsum professi sunt semper, hodieque profitentur omnes Christiani (si unam, vel alteram sectam obscuriorem excipias), ut patet ex testimonio Conciliorum, tàm universalium, quàm particularium; Annalium, & omnium Scriptorum etiam Ethnicorum perpetua temporum serie: ita ut summæ esset impudentiæ ac dementiæ hoc in dubium revocare.

Deinde affirmo, Sacras Scripturas, & præsertim novi testamenti, manifestè docere, Deum habere filium hujusmodi, ex se genitum, sibique æqualem, non adoptivum tantummodo, aut extra se creatum. Et licèt Mahumetani testimonia Euangelii, & Apostolorum (quæ ipsi quoque admittunt) à vero sensu distorquere conentur: ex regula tamen Alcorani, quæ vult ad Christianos pertinere de Euangelio, suaque religione judicare; standum est expositioni illi, quam communiter ipsi probant, semperque probavere etiam ante Mahumetum, quando Mahumetani concedunt, religionem Christianam, veram bonamque fuisse: & tamen tunc etiam credebant Christiani, Deum habere filium eodem modo, quo hodie credunt, ut patet ex Concilio Nicæno, aliisque Conciliis generalibus, & ex symbolo fidei ab ipsis proposito, & in Ecclesia Christi perpetuò custodito.

Postremò nulla afferri potest impossibilitas, vel contradictio, & ne quidem inconvenientia, si dicamus Deum habere filium. Nam rationes inconvenientiæ, quas affert Mahumetus in Alcorano, non pugnant contra nos, qui non dicimus, Deum habere filium ex aliqua fœmina susceptum, à se divisum, ac separatum, & ad successionem, vel ad adjutorium in regno: vel Ezram, & Angelos esse filios, aut filias Dei: sed profitemur, Deum ab æterno, cognoscendo se ipsum, formasse conceptum sui ipsius, non divisum, vel separatum à se, sed ejusdem substantiæ, potentiæ, sapientiæ, ac bonitatis, & in omnibus sibi æqualem. Ita cùm nos mente concipimus nos ipsos, non concipimus aliquid diversum à nobis, sed quod identificatum sit nobiscum: cum hoc tamen discrimine, quòd conceptus iste in nobis est accidentalis, & non permanens: in Deo autem substantialis, & permanens. Quænam, oro, hìc impossibilitas? Quæ contradictio? Quæ inconvenientia? Negabimusne Deum cognoscere se ipsum, vel habere conceptum sui? Vel dicemus hunc conceptum esse accidens, vel aliquid transiens, vel diversæ substantiæ à Deo? Ubi Mahumetani audiunt Nostros hoc modo divinæ filiationis mysterium explicantes, facilè inducuntur ad eam admittendam, vel saltem possibilem credendam. Sed de hac eadem re redibit sermo, cùm de æterna Trinitate, Christique Divinitate agendi occasionem dabit Alcoranus. Interim vide Prodr. p. 3. à cap. 5. & deinceps.

III. Manifestè ostendit Mahumetus, legem suam non esse à Deo, dum nullo valet eam miraculo confirmare. Requisitus enim de hoc à Meccanis, eosdem inscitiæ, ac stultitiæ redarguit, asserens, illos ab infidelibus præcedentibus non differre, qui à Prophetis, quos Deus miserat ad prædicandum, miracula postulabant: tùm subdit: Deum jam antè feciſſe miracula gentibus, quæ certò essent credituræ, vel cognoscituræ illa esse miracula, & propterea fidem amplexuræ. Quasi verò Deus non faciat miracula, nisi omnes illi, ad quos fiunt, sint ea credituri, fidemque amplexuri. Quot miracula fecit Moyses coram Pharaone, & Ægyptiis, & Christus etiam coram Judæis, quæ vel nulli, vel pauciſſimi crediderunt? Probabile ne est, si Mahumetus miracula aliqua feciſſet, nullum penitùs crediturum? Sed duas rationes affert ille, cur miracula non faciat. Prima est, quia Deus jam miracula ostenderat aliis gentibus. Secunda, quia non ad miracula facienda, sed ad prædicandam veritatem à Deo missus fuerat. Ineptiſſimè utrumque. Quid enim ad præsentes infideles Meccanos præcedentium Prophetarum miracula? Ita potuisset Christus dicere Judæis: Jam Deus per Moysen, Eliam, Elisæum, & alios Prophetas miracula patravit: illis contenti estote; ne à me miracula alia exigatis. Vel etiam: Ad prædicandam Euangelicam legem missus sum, non ad miracula patranda. Quasi verò repugnent prædicare, & miracula facere? Imò ille, qui prædicat novam legem ac religionem, tenetur eam miraculis confirmare. Id fecit Moyses: id fecit Christus: id fecerunt Apostoli: sed Mahumetus non fecit, neque facere potuit, quemadmodum ipsemet pluries in Alcorano fatetur. Et nihilominus Mahumetani plura illi, quamvis invito & reluctanti, miracula affingunt: itaut Ahmed Ebn-Edris scribat de eo اوتي ما لم يوتيه احد من الايات المتكاثرة الي ثلاثة الاف اية واكثر: *datum est ei, ut faceret tot miracula, quot nullus alius fecit: itaut excreverint ad tria millia & ampliùs*. At, quæ miracula, Deus bone! Omnia alibi recensui, quotquot in Mahumetanorum libris potui reperire. Vide ea in Prodr. p. 2. à cap. 4. & deinceps. Præcipua hìc referam, omittendo ea, quæ in Alcorano contineri affirmant: & hæc nihilominus locis suis expendemus.

Ahmed filius Abdolhalim in sua Apologia à pagina mihi 382. hæc habet.

I. In magna siccitate impetravit precibus suis pluviam tàm immanem, ut totam penè devastaverit regionem: itaque necesse fuit novo miraculo eam cohibere.

II. Pluries venerunt ad eum aliqui cameli conquerentes cum fletu, & lacrymis de nimia sævitia erga se dominorum suorum. Ipse verò blandè eos solabatur, & eorum dominos duriùs increpabat, quòd adeò inhumanè camelos suos tracta-

tractarent. Alios etiam Camelos, qui erant feroces, manſuetos ac cicures tactu, vel verbis reddidit.

III. Cùm unus ex ſociis ejus nidum avium abſtuliſſet; mater pullorum ſecuta eſt eum, venitque volitans ſuper caput Mahumeti, qui juſſit nidum reſtitui loco ſuo. Magnum ſanè prodigium!

IV. Erat in domo Mahumeti animal quoddam, quod cùm ille abeſſet, ferociùs atque inſolentiùs ſe gerebat: ubi verò ille domum rediebat, depoſita ferocitate quieſcebat.

V. Camelus quidam, dum Mahumetus unà cum ſociis iter ageret, venit, & adoravit eum.

VI. Lupus quidam arripuerat ovem neſcio cujus paſtoris. Cùm verò paſtor eam ex ore lupi vi eripuiſſet, lupus de hac injuria conqueſtus cum paſtore, annunciavit illi Mahumetum eſſe Prophetam.

VII. Truncus palmæ aridus, cui Mahumetus innitebatur, dum concionaretur in Meſchita Medinenſi: poſtquam cœpit concionari è ſuggeſtu recenter conſtructo, in fletus & ejulatus erupit velut puer querulus. At verò Mahumetus, auditis ejus querelis, deſcendit è cathedra, & amplexatus eum, blanditus eſt illi, ac ſolatus eſt verbis: atque ita truncus ille quievit.

VIII. Cùm vellet ventrem exonerare, accepit per ramos duas arbores valdè diſſitas, quæ ſpontè evulſæ è ſedibus ſuis, venerunt, atque invicem ramos implicuerunt cooperientes eum, ne poſſet à quoquam videri. Cùm autem naturæ ſatisfeciſſet, regreſſæ ſunt arbores ad loca ſua.

IX. Advocavit palmam quamdam, ut veniret ad ſe: & cùm veniſſet, præcepit ei, ut reverteretur. Ramum etiam alterius palmæ ad ſe accerſivit, qui obedivit ei veniendo, & redeundo. Aliam quoque palmam eodem modo juſſit ad ſe venire, quæ cùm ſtetiſſet ante eum, ter teſtificata eſt, illum eſſe Legatum Dei: deinde reverſa eſt unde venerat.

X. Arbor quædam affirmavit, ſe audiviſſe Mahumetum, dum quadam nocte legeret Alcoranum ſuum Dæmonibus.

XI. Aſſeruit Aly filius Abu-talebi, cùm egreſſus fuiſſet unà cum Mahumeto extra Meccam, nullam fuiſſe arborem, quæ in itinere non ſalutaret eum, dicens: Pax ſuper te, ò Legate Dei.

XII. Cùm fuſte pulſatus fuiſſet à quodam Meccano, ſedebat triſtis. Apparuit autem ei Gabriel, & ad conſolandum eum, præcepit, ut vocaret ad ſe arborem è regione ſitam; quæ advocata venit, & deinde eo jubente reverſa eſt.

XIII. Sæpè emanare fecit, vel auxit aquam ad ſedandam ſitim, vel ad purificationem ſociorum ſuorum, quæ plerumque erumpebat è manu ejus, vel è digitis in modum fontis, vel fluminis adeò copiosè, ut bis vel ter neceſſe fuerit procul removere camelos, & ſarcinas, ne ſubmergerentur. Aliquando etiam ſpuendo, vel jaciendo lapillos intra puteos ſiccos, vel verba quædam ſuper eos clam muſſitando, aquas copioſas fecit erumpere.

XIV. Sæpiſſimè multiplicavit cibos, præſertim dactylos, aliquando ſpuendo in illos, aliquando verba neſcio quæ ſuper eos obmurmurando: & cùm plurima turba ex ciborum exigua quantitate ad ſatietatem comediſſet, remanebat eadem, vel etiam major quantitas.

XV. Ex viginti & uno dactylis, quos habebat in pera quidam nomine Abu-horeira, ſatiavit Mahumetus totum exercitum. Deinde juſſit Abu-horeiram recondere totidem dactylos, quot anteà extraxerat, in pera; neque occludere illam, nec unquam removere à latere ſuo. Quoties igitur Abu-horeira dactylis indigebat, injiciebat manum in peram, & extrahebat quotquot voluiſſet. Perſeveravit hoc per annos quadraginta, ita ut extraxerit ab ea quinquaginta onera jumentorum. Sed cùm in bello abſciſſa illi fuiſſet pera, & cecidiſſet in terram, ceſſavit dactylos ſuppeditare.

XVI. Poſtquam Mahumetus factus eſt Propheta, omnes lapides, & glebæ, & arbores, & montes Meccæ honorificis verbis ſalutabant eum.

XVII. In bello Honeinæ deſcendens è mula, accepit pugillum pulveris, & conjecit in hoſtes, illis malè precando: & nullus fuit, cujus oculi pulvere illo non implerentur. Itaque omnes hoſtes in fugam verſi ſunt. Idem penè evenit in aliis duobus prælis; non in illo, in quo exercitus ejus profligatus fuit, & ipſi confracti ſunt duo dentes, diſciſſa facies, & vulneratum brachium. Mirum quòd etiam tunc pugillum pulveris non invenerit ad excæcandos hoſtes.

XVIII. Ter miſit Deus Angelos, primò mille: ſecundò tria millia: tertiò quinque millia, qui adjuvarent Mahumetum in prælio: ſed nemo eos vidit niſi ipſe: erat autem inter hos Gabriel ſedens ſuper equum ſuum, nomine Hazum: & habebat caput totum pulvere conſperſum.

XIX. Cuidam, qui auſus fuerat nimis familiariter ſedere juxta ipſum, dixit Mahumetus: Eſto ita ſemper. Itaque miſer ille ita membris luxatus fuit, ut ſedere coactus ſit per totam vitam ſuam.

XX. Ebn-abbas attulerat vas aquæ, quo Mahumetus poſt evacuatum ventrem obſcœna ablueret. Quamobrem ille grati animi ergo communicavit ei tantam ſcientiam, ac ſapientiam, ut vulgo mare ſcientiæ vocaretur.

XXI. Geber equitabat Camelum defeſſum & languidè incedentem. Acceſſit Mahumetus, & oravit pro camelo: tùm fuſte eum probè percuſſit. Ille verò velociter, & pluſquam unquam currere cœpit. Quamobrem Mahumetus voluit, ut eum ſibi venderet.

XXII. Donavit tunicam Æthiopicam cuidam fœminæ dicens: Hæc eſt ſana (quod Æthiopicè ſonat pulchra.) Perſeveravit igitur tunica eſſe pulchra, donec attrita eſt.

XXIII. Contrectavit barbam Amrui patris Zeidi, dicens: O Deus, fac illum pulchrum, & conſerva pulchritudinem ejus. Itaque Amruus uſque ad octoginta annos ſervavit pulchritudinem, velut juvenis: & vix unus, aut alter pilus canus in barba ejus apparebat.

XXIV. Attrectavit manu caput Abu-ſophiani; pars autem illa, quam tetigerat, ſemper nigra perſeveravit, reliquo capite caneſcente.

XXV. Homo quidam comedens cum Mahumeto,

meto, utebatur manu ſiniſtra. Admonitus ab eo, ut dextra uteretur, reſpondit, ſe non poſſe. Malè precatus eſt ei Mahumetus, & exinde nunquam potuit admovere ſiniſtram ori ſuo.

Auctor Libri اعلام الهدي ideſt *de ſignis directionis*, pleraque refert ex prædictis miraculis; ſed ferè ſemper cum aliqua variatione: & præterea hæc ipſe addit.

I. Ad petitionem Meccanorum infidelium dixit cuidam Arbori: Si credis in Deum, & in diem Judicii, transplantare, & veni hùc ad me. Cùm verò arbor paruiſſet, juſſit eam redire ad locum ſuum. Deinde advocavit dimidium ejuſdem arboris, & ſtatim venit ad eum, altero dimidio remanente. Poſteà juſſit partem arboris, quæ venerat, redire ad ſuam compartem, & iterùm conjungi cum illa. Et factum eſt. Sed tamen Meccani noluerunt credere in eum, aſſerentes, has eſſe magicas præſtigias.

II. Fœmina quædam Judæa attulit Mahumeto, & ſociis ejus harmum ovillum veneno infectum. Cùmque ſocios ad comedendum vocaſſet, & ipſe etiam particulam ejus comediſſet, loquutus eſt ei harmus, dicens, ſe eſſe veneno infectum. Mortui ſunt igitur omnes, qui comederant, & ipſe etiam ex vi illius veneni ſtatim morbum contraxit, quo laboravit uſque ad mortem, quæ brevi ſubſequuta eſt.

III. Capreola ſylveſtris cùm incidiſſet in retia, rogavit Mahumetum prætereuntem, ut dimitteret ſe, dum iret ad lactandum filium, promittens ſe quamprimùm redituram. Ille verò dimiſit eam, & expectavit ibi, donec rediret. Cùm autem regreſſa eſſet, obtinuit ei libertatem à Domino retium.

IV. Tranſibat noctu per ſylvam ſedens ſuper camelam; & oppreſſus ſomno dormitabat. Cùm verò camela incidiſſet in arborem Sedri, arbor ſciſſa eſt per medium, ut tranſire poſſet camela: quæ certè tranſire potuiſſet per eam partem, qua dilataverant ſe partes Sedri diſciſſæ.

V. Mahumetus malè vulneratus in bello, fractis dentibus, & facie diſciſſa: colligebat manu ſanguinem ſuum, & jactabat eum in aera, nec quidquam illius deorſum recidebat: nam ſi quid ejus ſanguinis in terram decidiſſet ex aere, deſcendiſſet ira Dei ſimul cum eo, quemadmodum affirmavit Abu-bacer.

Iſmael Ebn-Aly in vita Mahumeti, hæc alia illius miracula recenſet.

I. Mahumetus habebat in humeris nævum quemdam nigrum piloſum magnitudine ovi. Erat autem ſigillum prophetiæ, quo inſignitus fuerat à Deo.

II. Affirmavit ipſe Mahumetus, ſe translatum fuiſſe à Mecca in Jeruſalem ſuper Alborac, jumentum quoddam album, majus mulo, & minus aſino ductum per habenas à Gabriele. Atque in Jeruſalem vidiſſe Templum Salomonis, in cujus rei teſtimonium deſcripſit adamuſſim omnes partes, & ornamenta ejuſdem templi, à quo deinde aſcenderat ſuper humeros Gabrielis uſque ad ſeptimum Cœlum. At eo tempore Templum Salomonis nullum erat, cùm jam combuſtum fuiſſet, & dirutum ſub Veſpaſiano.

III. Fecit ut Sol regrederetur poſt occaſum, ut Aly poſſet perficere preces, quas interdiù non potuerat explere. Dixit autem Aſma uxor Mahumeti: Ego vidi ſolem oriri, poſtquam occubuerat, & ſtare ſupra montes. At Ahmed filius Abdolhalim referens miracula Mahumeti, ita ſcribit de hoc: هل بين اهل العلم بالحديث ان هذا كذب وليس له اسناد واحد صحيح: *Verùm inter peritos in hiſtoriis hoc habetur pro mendacio, neque habet auctoritatem ullam aut veritatem.*

IV. Obtinuit precibus ſuis, ne Aly obnoxius eſſet amplius frigori, aut calori.

V. Oravit pro Anaſo, ut fœcundus eſſet prole: & genuit centum viginti liberos.

VI. Medicus quidam Arabs curare volebat Mahumetum tamquam inſanum: at ille, ut oſtenderet ſe eſſe Prophetam, vocavit ad ſe palmam, quæ cùm veniſſet, incurvata eſt ante illum, & teſtificata eſt, eum eſſe legatum Dei. Deinde, illo jubente, regreſſa eſt ad locum, unde diſceſſerat.

VII. Præcepit Anaſo, ut juberet quaſdam palmas evellere ſe ſe, & currere ad cooperiendum ipſum, dum ventris onus deponeret. Cucurrerunt igitur palmæ cum cippis lapidum, in quibus ſitæ erant, & implicuerunt ramis ſuis illum, dum naturæ ſatisfaceret. Deinde dixit Anaſo: Præcipe eis, ut redeant ad locum ſuum. Et regreſſæ ſunt.

VIII. Dum dormiret, venit arbor ſcindens terram curſu ſuo, & ſtetit ante eum; & deinde diſceſſit. Cùm autem evigilaſſet, ſignificavit ei hoc Arrazius: cui Mahumetus: Hæc arbor (inquit) petiit facultatem à Deo, ut veniret ad ſalutandum me.

IX. Dixit trunco palmæ, cui innitebatur in concionando, ut ſuprà dictum eſt, utrum vellet iterùm plantari in hoc mundo, & frondes fructuſque producere: an verò transferri inter palmas Paradiſi, & fieri una ex illis. Deinde admotis trunco auriculis, audivit quid reſponderet.

X. Lapilli, & cibi poſiti in manu ejus cantabant, & laudabant Deum.

XI. Crocodilus locutus eſt coram Mahumeto, dicens: Tu es Mahumetus Legatus Dei.

XII. Cùm eſſet ſtaturæ juſtæ, nihilominus incedens cum hominibus longioris ſtaturæ cum eis longeſcebat.

His hæc alia ex aliis Auctoribus pauca ſuggero.

I. Requiſitus de aliquo miraculo à Raccana paſtore ferociſſimo, quem ter luctando proſtraverat, præcepit Arbori remotæ, ut ſcinderetur, & media pars illius veniret ad ſe. Cùm verò veniſſet, juſſit eam redire. Refert hoc Abu-emama allegatus à Thalebienſi in Sura de Menſa §. 73.

II. Erat Camelus ferociſſimus, quem nullus audebat inſcendere. Sed cùm vidiſſet Mahumetum, & attrectatus fuiſſet ab eo, procidit ad pedes ejus, & oſculatus eſt eos, & ait: Quis eſt me felicior, cujus dorſum attrectavit Dominus primorum, & Noviſſimorum? Refert Albacarius

rius in libro الانـــوار ideſt de Splendoribus.

III. Cùm adhuc adoleſcens (quando ſcilicet idola colebat) quoſdam nucleos dactylorum ſputo liniſſet, terræ eos infodit: qui ſpatio unius horæ germinaverunt, & creverunt in arbores dactylis onuſtas, ex quibus Alabbas oneravit camelam ſuam: refert idem Auctor.

Hujuſmodi miraculorum, ſeu præſtigiarum quiſquiliis, non ſecus ac venditores improbi, qui vitiatis mercibus bonas ad fraudem tegendam immiſcent, inſerunt nonnulla, quæ fortaſsè miracula poſſent exiſtimari, ſi legitima eſſent. Nec tamen ſunt hujuſmodi, quæ geniorum etiam malorum opera fieri non poſſint. Nullus enim mortuus ſuſcitatus: nullus verè cæcus illuminatus; nullum membrum à reliquo corpore penitùs abſciſſum, in integrum reſtitutum commemoratur. Quatuor adducuntur, ſeu potiùs finguntur, quæ totius naturæ vires ſuperare videntur.

I. Aſem filius Omar filii Coctadæ in bello Bedrenſi ictus fuerat in oculo, ita ut orbis oculi ſuper genam efflueret. Mahumetus manu reſtituit eumdem oculum in ſedem ſuam, atque ita perfectè ſanatus eſt, ut non dignoſceretur, uter oculorum ictus fuiſſet.

II. Abdallah filius Oteic fregerat crus in obſidione cujuſdam arcis. Alligavit illud vittis, donec arce expugnata, venit ad Mahumetum, qui tactu manus ita crus ſanavit, ac ſi nullum unquam in eo dolorem expertus fuiſſet.

III. Quidam læſus oculis, ita ut duce viæ indigeret, per preces Mahumeti recuperavit perfectè viſum. Hæc tria refert Abdallah filius Abdolhalim.

IV. Refert Iſmael filius Aly, Zeido filio Bedri abſciſſam fuiſſe manum, quam Mahumetus admovit trunco brachii, expuens ſuper illam, & conjuncta fuit brachio, ſicut fuerat anteà.

Primum, quamvis concederemus factum fuiſſe, fieri potuit naturaliter, ſaltem per aliquod ſpatium temporis, ſicut factum fuit in Julio Ateſtino, cui cùm eruti fuiſſent oculi, ſtatim repoſiti ſunt in ſedibus ſuis, & convaluit, viſumque priſtinum perfectiſſimè recuperavit, ut refert Franciſcus Guicciardinus in hiſtoria Italica lib. 6. circa finem. Notandum eſt autem, Julio non omninò abſciſſos fuiſſe oculorum orbes, ſed ita erutos, ut videndi facultas prorſus non adimeretur: ita enim ſcribit Auctor: *Julius, cui extracti fuerant oculi, ſed repoſiti abſque amiſſione luminis in locum ſuum, ob citam & ſolertem curam medicorum, &c.* Quod autem per artem humanam aliquo temporis ſpatio effici potuit, Dæmon arte ſua valuit velociùs, & quàm citiſſimè operari: idemque evenire potuit in crure illo fracto. Multò verò faciliùs in eo, qui oculorum morbo laborabat, quem Auctor non اعـــــمى ideſt cæcum: ſed ضريـــــر ideſt *infirmum oculis* tantummodo fuiſſe affirmat. Hùc accedit, ſæpè reputari cæcitatem id, quod eſt ſolum impedimentum viſus. Quòd attinet ad quartum, cùm non conſtet, manum fuiſſe prorſus à brachio ſeparatam, potuit eadem arte Dæmonis ſanari: imò fortaſsè etiam ſeparata, ſed ſtatim loco ſuo applicita, potuit iterùm vitaliter uniri. Verùm quartum hoc miraculum Mahumetani ipſi non probant: nec Abdallah filius Abdolhalim illud recenſet: numquam autem omiſiſſet, ſi verum putaſſet, cùm omnium maximum exiſtimandum ſit.

Sed ex primis illis adeò levibus, & inſulſis, quæ à Magis ex pacto cum Dæmone ſæpiſſimè fiunt, facilè apparet, quantam fidem hæc, & alia ſimilia mereantur. Mahumetani ipſi non multum Prophetæ ſui miracula curant: credo, quia ficta omnia exiſtimant, & quidem meritò. Nam Mahumetus ipſe in Alcorano ſemper miracula facere recuſat, ut conſtat ex ejus verbis, afferens, illa ad Deum pertinere, & nihil ad eorum, quibus prædicabat, converſionem conducere: ad hanc ſolam Dei gratiam neceſſariò requiri: miracula à Chriſto, & aliis præcedentibus Prophetis ſufficienter patrata fuiſſe: ſe non ad miracula, ſed ad prædicandum à Deo eſſe Legatum. Porrò ſi in Alcorano adeò jactat, & toties repetit, & recoquit id, quod ne miraculi quidem umbram olebat, ut victoriam Bedrenſem, & ſomnia neſcio quæ caſu verificata, & alias hujuſmodi nugas: quid de tot tantiſque portentis, quæ illi Mahumetani imponunt, feciſſet? Quantum ſe in illis jactaſſet? Aliqua certè, toties ut miracula faceret requiſitus, non tacuiſſet. Et tamen nihil ibi habetur de arboribus ambulatoriis: nihil de lapidum, glebarum, & montium ſalutatione: nihil de beſtiis colloquentibus: nihil de fontibus, ac fluminibus ex digitis illius erumpentibus: nihil de dactylorum, & aliorum eſculentorum tàm frequenti, & immàni multiplicatione. Quid hoc? Eratne adeò modeſtus Mahumetus, ut hæc reticeret? Imò vaniſſimus erat, & in ſui ipſius laudibus profuſiſſimus. Sed de hujuſmodi miraculis nihil unquam audierat, vel ſomniaverat.

Hic verò admonere libet Lectorem, ſæpè Mahumetanos in ſuis hiſtoriis, & præſertim in his miraculis referendis, allegare teſtes de viſu, & eorum verba etiam cum juramento, dicentium: *Ego vidi: ego præſens fui: ego teſtor, me audiviſſe Mahumetum dicentem, &c.* Hunc modum loquendi deſumunt non ex rei veritate, nam ſæpiſſimè mentiuntur, ſed ex conſuetudine Hebræorum in Thalmude, ubi inducuntur ſub eiſdem formulis loquentes Auctores narrationum Thalmudicarum. Ita in Codice Bavà Bathra pag. 74. ſic legimus. *R. Siphrà narravit mihi: Aliquando cùm eſſem in navi, vidimus quemdam piſcem, qui caput extollebat ſuper aquas, & habebat cornua, & erant inciſa in eis hæc verba: Ego ſum minima creaturarum, quæ ſunt in mari. Et nihilominus erat longitudinis trecentarum leucarum* (ideſt mille ac ducentorum milliarium): *& ingrediebatur in os Leviatan, ut eſſet ei cibus unius diei.* Ibidem in cap. Haſſephina pag. 73. ita legitur: *Dixit Rabbà Bar-Cana: Aliquando navem conſcendimus, & vidimus quemdam piſcem, in cujus nares ingreſſus eſt vermiculus Tinnà, à quo occiſus, à maris procella in aridam projicitur, cujus impetu ſexaginta urbes maritimæ ſubmerſæ ſunt. Et aliæ ſexaginta ci-*

ta cibaverunt ſe carne illius; & quod reliquum fuit, aliæ ſexaginta urbes ſale condierunt. Ex una autem pupilla oculi illius trecenta dolia olei impleverunt. Completo verò anno, iterùm per eadem loca tranſeuntes, vidimus homines ſecantes oſſa illius, ex quibus eædem urbes reſtauratæ ſunt. Ita Aſma uxor Mahumeti dixit, ſe vidiſſe ſolem regredientem poſt occaſum, & ſtantem ſupra montes, quod tamen Abdallah affirmat ſolemne eſſe mendacium. Hæc teſtimonia viſualia, etiam jurata, ſed nullius fidei, frequentiſſimè occurrunt in hiſtoriis Mahumetanorum. Porrò in ſecunda parte Prodromi videri poſſunt omnia, quæ ſpectant ad hoc argumentum miraculorum Mahumeticorum, nam ex profeſſo de illis agitur à capite ad calcem. Sed pergo jam ad reliqua.

IV. Figmentum omninò cenſendum eſt id, quod Alcoranus de Templi Meccani conſtructione commemorat, cùm de hoc neque in ſacris literis, neque in veterum Hebræorum voluminibus veſtigium ullum appareat. Videmus in Pentateucho exactam mentionem fieri Altarium, lucorum, ſeu Oratoriorum, & ſacrificiorum, quæ fecit Abraham. Templi hujus tàm celebris, & quod inter Abrahæ rerum monimenta præcipuum locum obtinere debuiſſet, memoria nulla reperitur. Hùc accedit, ex ſacris literis ferè apertè conſtare, nullum ante Salomonis tempora lapideum templum Deo Optimo maximo conſtructum fuiſſe: & prætereà Abraham ſemper in Tabernaculis, ac Magalibus, vel ſub arborum tegminibus habitaſſe, ibique Deum ſimpliciſſimo ritu coluiſſe: & denique illum extra Canaanitidis regionem poſt ortum Iſmaelis, minimè pedem extuliſſe, ita ut Meccam neque unquam viderit, neque ſomniaverit.

V. Dum inducitur Deus tentare Abraham circa illas quiſquilias à Gelale relatas, non tàm culpandus eſt Alcoranus, quàm expoſitores illius. Notum eſt omnibus ex Pentateucho, quibuſnam in rebus Deus Abraham tentaverit: nempè in præceptis exeundi de terra ſua, circumcidendi præputium, & immolandi ipſi filium ſuum Iſaac: licèt Moslemorum doctiſſimi velint, juſſum fuiſſe non Iſaac, ſed Iſmael immolare: omninò contra fidem Pentateuchi.

VI. Mentitur turpiſſimè Mahumetus, dum affirmat, Deum iniviſſe pactum de religione cum Abraham, & Iſmael: ex Pentateucho enim apertiſſimè patet, Deum circa Iſmael nihil Abrahæ promiſiſſe, niſi copioſam prolem: ita enim dixit ei Deus de Iſmael: *Et augebo, & multiplicabo eum valdè: duodecim duces generabit, & faciam eum in gentem magnam.* Et ſtatim ſubdit: *pactum verò meum ſtatuam ad Iſaac.* Vide quæ ſuprà circa hæc verba adnotavimus.

TEXTUS ALCORANI.

136 وقالوا كونوا هودا أو نصارى تهتدوا قل بل ملة ابراهيم حنيفا وما كان من المشركين ۞
137 قولوا آمنا بالله وما أنزل الينا وما أنزل الى ابراهيم واسماعيل واسحاق ويعقوب والاسباط وما
أوتي موسى وعيسى وما أوتي النبيون من ربهم لا نفرق بين أحد منهم ونحن له مسلمون ۞
138 فان آمنوا بمثل ما آمنتم به فقد اهتدوا وان تولوا فانما هم في شقاق فسيكفيكهم الله وهو
السميع العليم ۞ 139 صبغة الله ومن أحسن من الله صبغة ونحن له عابدون ۞ 140 قل
أتحاجوننا في الله وهو ربنا وربكم ولنا أعمالنا ولكم أعمالكم ونحن له مخلصون ۞
141 أم يقولون ان ابراهيم واسماعيل واسحاق ويعقوب والاسباط كانوا هودا أو نصارى قل أأنتم
أعلم أم الله ومن أظلم ممن كتم شهادة عنده من الله وما الله بغافل عما تعملون ۞
142 تلك أمة قد خلت لها ما كسبت ولكم ما كسبتم ولا تسألون عما كانوا يعملون ۞
143 سيقول السفهاء من الناس ما ولاهم عن قبلتهم التي كانوا عليها قل لله المشرق والمغرب يهدي
من يشاء الى صراط مستقيم ۞ 144 وكذلك جعلناكم أمة وسطا لتكونوا شهداء على الناس
ويكون الرسول عليكم شهيدا ۞ 145 وما جعلنا القبلة التي كنت عليها الا لنعلم من يتبع الرسول
ممن ينقلب على عقبيه وان كانت لكبيرة الا على الذين هدى الله وما كان الله ليضيع ايمانكم
ان الله

إِنَّ ٱللَّهَ بِٱلنَّاسِ لَرَءُوفٌ رَّحِيمٌ ۞ 146 قَدْ نَرَىٰ تَقَلُّبَ وَجْهِكَ فِي ٱلسَّمَآءِ فَلَنُوَلِّيَنَّكَ قِبْلَةً تَرْضَىٰهَا فَوَلِّ
وَجْهَكَ شَطْرَ ٱلْمَسْجِدِ ٱلْحَرَامِ وَحَيْثُ مَا كُنتُمْ فَوَلُّوا وُجُوهَكُمْ شَطْرَهُۥ وَإِنَّ ٱلَّذِينَ أُوتُوا ٱلْكِتَٰبَ
لَيَعْلَمُونَ أَنَّهُ ٱلْحَقُّ مِن رَّبِّهِمْ وَمَا ٱللَّهُ بِغَٰفِلٍ عَمَّا يَعْمَلُونَ ۞ 147 وَلَئِنْ أَتَيْتَ ٱلَّذِينَ أُوتُوا ٱلْكِتَٰبَ
بِكُلِّ ءَايَةٍ مَّا تَبِعُوا قِبْلَتَكَ وَمَآ أَنتَ بِتَابِعٍ قِبْلَتَهُمْ وَمَا بَعْضُهُم بِتَابِعٍ قِبْلَةَ بَعْضٍ وَلَئِنِ ٱتَّبَعْتَ أَهْوَآءَهُم
مِّنۢ بَعْدِ مَا جَآءَكَ مِنَ ٱلْعِلْمِ إِنَّكَ إِذًا لَّمِنَ ٱلظَّٰلِمِينَ ۞ 148 ٱلَّذِينَ ءَاتَيْنَٰهُمُ ٱلْكِتَٰبَ يَعْرِفُونَهُۥ
كَمَا يَعْرِفُونَ أَبْنَآءَهُمْ وَإِنَّ فَرِيقًا مِّنْهُمْ لَيَكْتُمُونَ ٱلْحَقَّ وَهُمْ يَعْلَمُونَ ۞ 149 ٱلْحَقُّ مِن رَّبِّكَ فَلَا
تَكُونَنَّ مِنَ ٱلْمُمْتَرِينَ ۞ 150 وَلِكُلٍّ وِجْهَةٌ هُوَ مُوَلِّيهَا فَٱسْتَبِقُوا ٱلْخَيْرَٰتِ أَيْنَمَا تَكُونُوا يَأْتِ
بِكُمُ ٱللَّهُ جَمِيعًا إِنَّ ٱللَّهَ عَلَىٰ كُلِّ شَيْءٍ قَدِيرٌ ۞ 151 وَمِنْ حَيْثُ خَرَجْتَ فَوَلِّ وَجْهَكَ شَطْرَ
ٱلْمَسْجِدِ ٱلْحَرَامِ وَإِنَّهُۥ لَلْحَقُّ مِن رَّبِّكَ وَمَا ٱللَّهُ بِغَٰفِلٍ عَمَّا تَعْمَلُونَ ۞ 152 وَمِنْ حَيْثُ خَرَجْتَ
فَوَلِّ وَجْهَكَ شَطْرَ ٱلْمَسْجِدِ ٱلْحَرَامِ وَحَيْثُ مَا كُنتُمْ فَوَلُّوا وُجُوهَكُمْ شَطْرَهُۥ لِئَلَّا يَكُونَ لِلنَّاسِ
عَلَيْكُمْ حُجَّةٌ إِلَّا ٱلَّذِينَ ظَلَمُوا مِنْهُمْ فَلَا تَخْشَوْهُمْ وَٱخْشَوْنِي وَلِأُتِمَّ نِعْمَتِي عَلَيْكُمْ وَلَعَلَّكُمْ
تَهْتَدُونَ ۞ 153 كَمَآ أَرْسَلْنَا فِيكُمْ رَسُولًا مِّنكُمْ يَتْلُوا عَلَيْكُمْ ءَايَٰتِنَا وَيُزَكِّيكُمْ وَيُعَلِّمُكُمُ
ٱلْكِتَٰبَ وَٱلْحِكْمَةَ وَيُعَلِّمُكُم مَّا لَمْ تَكُونُوا تَعْلَمُونَ ۞ 154 فَٱذْكُرُونِيٓ أَذْكُرْكُمْ وَٱشْكُرُوا لِي
وَلَا تَكْفُرُونِ ۩

VERSIO LATINA.

136. ET dixerunt *Judæi & Chriſtiani*: Eſtote Judæi, aut Chriſtiani, *ut* diri-gamini *ad veram religionem*: Reſponde *illis*: Imò *ſequemur* religionem Abrahæ Orthodoxi: & non fuit *Abraham* ex Aſſociantibus. 137. Dicite *ò Mos-lemi*: Credimus in Deum, & quod demiſſum eſt ad nos (*ideſt Alcoranum*), & quod demiſſum fuit ad Abraham, & Iſmael, & Iſaac, & Jacob, & Tribus *Iſ-rael*: & quod traditum fuit Moyſi, & Jeſu (*ideſt Pentateuchum, & Euangelium:*) & quod traditum fuit Prophetis à Domino ipſorum: non facimus diſcrimen inter ullum ex ipſis (*ideſt omnes eorum Sacros libros pari reverentia ſuſcipimus*) & nos illi (*ideſt Deo*) *ſumus* addicti. 138. Si porrò *Judæi & Chriſtiani* crediderint juxta id, in quod *vos* credidiſtis; profectò jam directi erunt: at ſi tergiverſati fuerint; profectò ipſi *erunt* in ſciſſura *à vobis*. Sed ſufficientiam dabit tibi contra eos Deus, *ò Mahumete*: nam ipſe *eſt* Auditor, Scitor. 139. Baptiſmum Dei *ſuſcepimus*: & quis *eſt* melior, quàm Deus *quod ad* baptiſmum? Nos autem *ſumus* illi ſervientes. 140. Dic *Judæis*: An diſceptabitis nobiſcum de Deo? At ipſe eſt Dominus noſter, & Dominus veſter: & nobis *ſunt* opera noſtra, & vobis opera veſtra: & nos illi purè exhibentes *ſumus religionem*, & *opera noſtra præter vos*. 141. An dicetis: Certè Abraham, & Iſmael, & Iſaac, & Jacob, & Tribus *Iſrael* fuerunt Judæi aut Chriſtiani? Dic *illis*: Utrum vos *eſtis* ſcientiores, an Deus? Et quis eſt iniquior, quàm qui abſcondit teſtimonium, quod *habet* apud ſe ex Deo? At non *eſt* Deus negligens circa id, quod operamini. 142. Illa gens jam præteriit: ipſi *erit* id, quod lucrata eſt, & vobis id quod lucrati fueritis; neque interrogabimini (*ideſt reddetis rationem*) de eo quod ipſi fuerint operati. * 143. Dicent fatui ex hominibus: Quid avertit eos (*nempè Mahumetanos*) à loco Converſionis eorum ſuper quem erant? (*ideſt ad quem convertebantur*

* جزوُ الثانی

Pars Secunda.

bantur anteà dum orarent). Reſponde: Dei *eſt* Oriens, & Occidens: dirigit quem vult in viam rectam. 144. Et ita poſuimus vos, *ò Moslemi*, gentem mediam (*ideſt optimam & juſtiſſimam*) ut ſitis teſtes contra homines *in die Judicii*: & ſit Legatus (*ideſt Mahumetus*) contra vos teſtis, *quòd prædicaverit vobis*. 145. Et non conſtituimus *tibi* locum converſionis (*ideſt ad quem converteres te in orando*) ſuper quem fuiſti *anteà*; niſi ut ſciremus (*ideſt diſtingueremus*) eum, qui ſequeretur Legatum, ab eo qui convertit ſe ſuper calcaneos ſuos (*ideſt qui redit ad infidelitatem*). Et quidem fuit ſanè *hæc mutatio loci converſionis ad orandum*, gravis præterquàm ſuper eos, quos direxerit Deus. Sed non fuit Deus, ut perire faceret fidem veſtram (*ideſt non ſivit eam perire, ſeu carere mercede ſua, dum orabatis converſi ad Jeruſalem*): quippe Deus eſt erga homines prorſus pius, miſericors. 146. Jam videmus converſionem faciei tuæ in Cœlum: ſed profectò efficiemus, ut convertas te ad locum converſionis, *qui* tibi placeat. Verte igitur faciem tuam, *dum oras*, verſus Oratorium Haram (*ideſt fanum Meccæ*). Et ubicunque fueritis, convertite facies veſtras, *dum oratis*, verſus illud. Et quidem illi, quibus datus fuit Liber (*ideſt Judæi & Chriſtiani*), ſanè ſciunt hunc *ritum orandi eſſe* veritatem à Domino ſuo: neque Deus *eſt* negligens circa id, quod operantur. 147. Et certè ſi attuleris iis, quibus datus fuit Liber, omne ſignum, non *tamen* ſequentur locum converſionis tuæ: neque tu ſequens *eris* locum converſionis eorum: neque alii eorum ſequentes *erunt* locum converſionis aliorum. Et quidem ſi ſectatus fueris deſideria eorum poſt id, quod venit ad te de ſcientia (*ideſt poſt ſcientiam tibi à Deo circa hoc communicatam*); certè tu eris omninò ex Iniquis. 148. Illi quibus dedimus Librum (*ideſt Judæi & Chriſtiani*) agnoſcunt illum (*nempè Mahumetum ex eodem Libro*), ſicut cognoſcunt filios ſuos. Sed profectò pars ex eis ſanè abſcondunt veritatem, & ipſi ſciunt *eam*. 149. Veritas eſt, *hoc quod tibi præcipitur*, *revelata* à Domino tuo: itaque non eris ex dubitantibus *de ea*. 150. Et omni *genti* eſt *a* ora (*ideſt plaga mundi*) ad quam ipſa convertens *eſt* ſe *in orando*: at *vos* præcurrite certatim ad meliora ubicunque fueritis, *inde* abducet vos Deus omnes *in die reſurrectionis*: quippe ipſe *eſt* ſuper omnem rem potens. 151. Et undecunque egreſſus fueris, converte vultum tuum ad Oratorium Haram: & quidem hoc, ſanè *eſt* veritas à Domino tuo: neque Deus *eſt* negligens circa id, quod operamini. 152. Et undecunque egreſſus fueris, converte vultum tuum ad Oratorium Haram: & ubicunque fueritis, convertite facies veſtras erga illud; ne fortè ſit hominibus *Judæis & Ethnicis* contra vos diſceptatio, *de ritu orandi*, præter eos, qui ſunt iniqui ex illis. Ne verò timeatis eos: ſed timete me: & ut compleam gratiam meam ſuper vos, & ut vos dirigamini. 153. Quemadmodum miſimus inter vos Legatum ex vobis (*ideſt Mahumetum qui*) recitat vobis ſigna noſtra: & emundat vos *ad idololatria*; & docet vos Librum *Alcorani* & Sapientiam; & docet vos id, quod nondum ſciebatis. 154. Itaque memores eſtote mei; & *ego* memor ero veſtri: & gratieſtote mihi; & ne ſitis infideles mihi.

a proſpectus.

NOTÆ.

CXXXIX. *Baptiſmum Dei*] Gelal. المراد بها دينه الذى فطر الناس عليه لظهور اثره على صاحبه كالصبغ على الثوب:

Baptiſmi Dei nomine intelligit religionem ejus, in qua homines creavit; eò quòd appareant ſigna ejuſdem religionis in eo, qui illam tenet, ſicut ſigna aquæ in veſtibus ejus, qui baptizatur.

CXL. *An diſceptabitis nobiſcum de Deo.*] Cauſam dediſſe his verbis aſſerit Gelal, quia قالت اليهود للمسلمين نحن اهل الكتاب الاول وقبلتنا اقدم ولم تكن الانبياء من العرب ولو كان محمد نبيًّا لكان منّا: *Dixerant Judæi Mahumetanis: Nos primi accepimus Sacras Scripturas: & ritus noſter in orando eſt antiquior veſtro: neque fuerunt unquam Prophetæ ex Arabibus: itaque ſi eſſet Mahumetus Propheta, eſſet ex gente noſtra.*

CXLI. *Et quis eſt iniquior, quàm qui abſcondit &c.*] Gelal. وهم اليهود الذين كتموا شهادة الله فى التوراة

التوراة لابراهيم بالحنيفية : & *hi ſunt Judæi, qui abſconderunt teſtimonium Dei in Pentateucho de religione Orthodoxa Abrahæ.* Jahias, قال الجسن يعنى بذلك علماء اليهود لانهم كتموا محمدا ودينه : *dixit Alhaſan : Denotantur per hoc Sapientes Judæorum, qui abſcondebant oracula de Mahumeto, & de religione ejus.*

CXLIII. *Dicent fatui ex hominibus*] Mahumetus & ejus aſſeclæ à principio non obſervabant ritum peculiarem in orando, convertendi faciem ad certum aliquem locum. Sed poſteà ad ineundam gratiam Judæorum, cœperunt ſe convertere ad Templum Jeroſolymitanum. Cùm verò de Judæis non ampliùs curarent, mutaverunt ritum, convertendo ſe ad delubrum Meccanum. Hinc quæſtiunculæ iſtæ frivolæ, quas hìc legis. De hac re ita ſcribit Gelal. لما هاجر أمر باستقبال بيت المقدس تألفا لليهود ستة او سبعة شهرا ثم حول : *poſtquam emigravit in Medinam, præcepit ſuis, ut converterent ſe ad templum Jeroſolymitanum, conformando ſe Judæis: & oravit ſic per ſex, vel ſeptem menſes. Deinde mutavit ritum.* Cùm autem Mahumetus ita ritum mutaſſet, multi reſilierunt à ſequela ejus (quamquam verba Arabica ارتد لذلك جماعة poſſint etiam ſignificare oppoſitum, nempè, multi converſi ſunt ad hunc ritum relinquentes priorem) offenſi nimirùm tanta Prophetæ ſui inconſtantia.

CXLVI. *Oratorium Haram*]. Vox Arabica الحرام eſt propriè res vetita, aut illicita. Ita autem vocatur Templum Meccæ, & Mecca ipſa, quia ibi multa prohibita erant, ut venatio, bellum, jurgia &c., utpotè in loco ſacro, & Deo dicato. Hinc الحرام accipitur etiam pro re Sacra, ſicut apud Græcos ἀνάθημα, & ἀνάθεμα.

REFUTATA.

I. REcuſat Mahumetus, ac rejicit Judaiſmum, & Chriſtianiſmum, affirmans ſe ſequi religionem Abrahæ, qui neque Judæus fuit, neque Chriſtianus: qua in re omninò ſtolidum ſe ſtultumque demonſtrat. Nam in religione (conſentientibus etiam ſapientibus Moslemis) duo ſpectari poſſunt: ſubſtantialia, & accidentalia. Prima continent ea, quæ ſunt æternæ veritatis; ut Deum eſſe, futuram reſurrectionem, Paradiſum, Gehennam, & alia hujuſmodi. Secunda, ritus ac ceremonias; ut Sacrificia, preces, feſta, jejunia, & his ſimilia. Prima ſunt immutabilia: & licèt non omnia ſemper nota fuerint hominibus: vera tamen, & certiſſima fuerunt in ſe quolibet tempore, tàm ante Abraham, quàm poſt Abraham. Dixi non omnia, quæ ſunt primi generis, nota ſemper fuiſſe hominibus ſaltem omnibus in qualibet lege: id quod Mahumetani ipſi negare non poterunt, qui volunt, (licèt falsò) plura ex his, quæ anteà ignota erant, fuiſſe in Alcorano per Mahumetum revelata. Præcipua tamen ſemper nota univerſis fuere: ut Deum eſſe, & remuneratorem eſſe operum bonorum, ac malorum. Item eſſe æternum, omnipotentem, omniſcium: creaſſe etiam Cœlum & terram, & res à ſe creatas ſumma providentia gubernare: præterea ab hominibus adorandum, & ut ſupremum Dominum omni obſequio colendum; & alia hujus generis, quæ Moslemi ipſi non ignorant, & plures Philoſophi naturali lumine cognoverunt. Certum eſt autem, in qualibet lege ſubſequente, clariùs hæc & perfectiùs agnita eſſe; & præterea alia etiam ab his pendentia, & veluti ſecundaria manifeſtata fuiſſe: quod, ut dixi, Mahumetani negare juxta ſua principia non poſſunt.

Neque etiam negare poſſunt, omnem legem ſubſequentem, ſive quoad revelationem æternarum veritatum, ſive quoad ritum ac ceremoniarum inſtitutionem, ſive quoad vitæ morumque diſciplinam, fuiſſe præcedenti perfectiorem. Patet enim hoc, ſi leges à Deo datas invicem comparemus; & Mahumetani ſimul comparantes tres leges, Moſaicam, Chriſtianam, & Alcoranicam in typo trium montium, Sinai, Seir, & Pharan; Chriſtianam Moſaicæ, verè; & Chriſtianæ Alcoranicam, falsò præponunt. Vide quæ ſuprà diximus. Certum eſt autem, ſi conſequenter loqui velimus, Moſaicam legem Abrahamitica perfectiorem fuiſſe, & multò magis Chriſtianam. Patet hoc ex ipſis legibus, & ex eo quòd Deus ſemper tribuat rebus, quas cum ſucceſſione operatur, majorem perfectionem. Quamobrem primò creavit in hoc mundo ſublunari inanimata, ut lucem, maria, montes, & alia hujuſmodi: deinde vegetabilia, ut herbas ac plantas: tertiò ſenſitiva imperfectiora ex aquis, ut piſces, & aves: quartò ſenſitiva perfectiora ex terra, qualia ſunt omnia quadrupedia: poſtremò hominem, animalium omnium perfectiſſimum formavit. Eamdem prorſus rationem ſervavit in legibus tradendis: quamobrem inſulſiſſimè Mahumetus à lege Chriſtiana ad Abrahamiticam recurrit: in qua quid, quæſo, eſt, quod non ſolùm in Chriſtiana, ſed etiam in Moſaica uberius non reperiatur? At enim in lege Chriſtiana non eſt circumciſio, neque peregrinatio ad Meccam, neque ablutio oris & narium, neque confricatio dentium, neque tonſura myſtacum, neque diſcriminatio crinium, neque præciſio unguium, neque depilatio axillarum, neque raſura, aut ablutio partium obſcœnarum, neque alia hujuſmodi, quæ in lege Abrahæ reperiebantur. Verùm nugæ hæ ſunt, & Mahumetanorum figmenta. Nihil hujuſmodi Abrahæ à Deo præſcriptum fuit, circumciſione excepta, quæ tantùm ut ſignum fœderis inter Deum, & Abraham, ejuſque poſteros impoſita fuit. Hoc autem fœdus in eo ſitum erat, ut in ſemine Abrahæ benedicendæ eſſent omnes gentes terræ. Fœdere autem per Chriſtum completo, ſu-

perfluum omninò erat ſignum; præſertim cùm loco illius aliud dignius ac nobilius, quòd amicitiam Dei cum homine ſignificaret, inſtitutum fuiſſet.

II. Præcipit hìc Mahumetus ſuis (ut habetur v. 137.), ut in omnes Prophetas æqualiter credant, & libros illis à Deo traditos, præſertim Pentateuchum, & Euangelium (nam cæteri ſunt omninò chimerici), pari veneratione ſuſcipiant, itaut nullum inter eos diſcrimen agnoſcant. Cur ergo ad Sectam ſeu legem Abrahæ confugit, & non potiùs ad legem Chriſti, vel Moyſi? Quia, inquit, Abraham neque Chriſtianus fuit, neque Judæus. O ridiculum caput! Fatemur & nos, Abraham neque Chriſtianum, neque Judæum fuiſſe quoad peculiares leges & ritus: cæterùm quoad æternas veritates idem prorſus credidit, & ſervavit, quod Judæi & Chriſtiani, ſive explicitè, ſive implicitè; neque de hoc dubitandum eſt. Quòd ſi ex eo, quòd Abraham neque Chriſtianus fuit neque Judæus, Chriſtianam, ac Judaicam legem Mahumetus rejiciendam putat: cur novam ipſe ſectam inducit, quam Abraham nunquam agnovit, neque ſomniavit? Quòd enim tàm ille, quàm ejus aſſeclæ, Abrahamum, & omnes Prophetas, imò & veros Chriſtianos præcedentes, fuiſſe مسلمين *Moslemos* affirment; ridendum prorſus, ſi Moslemorum nomine Alcoranicarum Sanctionum ſectatores intelligant.

III. Mentitur Mahumetus more ſuo, dum tàm frontosè affirmat, Judæos ſive Chriſtianos ſcire, præceptam eſſe in ſacris libris ſuis converſionem vultus in orando verſus delubrum Meccanum: & eoſdem tàm clarè cognoſcere in iiſdem libris perſonam Mahumeti deſcriptam, ſicut cognoſcunt filios ſuos, ſed per ſummam malitiam vaticinia de illo celare. Hoc autem quàm falſum ſit jam ſuprà oſtendimus, & unuſquiſque per ſe videre poteſt.

IV. Neque abſolutè verum eſt, unicuique genti eſſe morem convertendi ſe ad certum locum inter orandum. Id ſaltem Chriſtiani ex longo tempore non ſervant: eſto olim Orientis proſpectum in ſuis precibus communiter eligerent: quia ſcilicet pars illa nobilior cenſetur: & inde Chriſtus ad Cœlum glorioſus aſcendit: ſed hoc in legem perpetuam nullo modo tranſivit: ſicuti neque Judæis hac de re præceptum ullum in ſacris literis datum fuiſſe reperimus. Verùm leviora ſunt hæc, & de quibus nullum operæ pretium eſt cum adverſariis altercari: neque erat cauſa, cur Mahumetus in re tàm parvi momenti ſeſe tàm latè diffunderet.

V. Demùm quòd vocet ſuos Arabes امة وسطا *gentem mediam*; ideſt juxta Gelalis, & Jahiæ explicationem *optimam & juſtiſſimam*: traſonicè omninò, imò mendaciter dictum eſt. Legat, qui id noſſe cupit, Mahumetanorum, præſertim Arabum, hiſtorias, quas ipſimet ſcripſerunt; & intelliget, eos non ſolùm aliis gentibus meliores non eſſe, ſed omnes illas inteſtinis odiis, cædibus, furtis, flagitiis, fraudibus, & ſceleribus univerſis ſuperare. Certum eſt hodie, nullam in orbe terrarum nationem eſſe Arabibus furaciorem, & rapaciorem, quæ ne peregrinis quidem Moslemis Meccana loca inviſuris parcendum putet, & donaria pſeudoprophetæ ſuo, imò Deo ipſi ab iiſdem allata, abſque ulla religione diripiat.

Statim mortuo Mahumeto, qui deſtinaverat Alyn Succeſſorem in Imperio; dum idem Alys cum Haſemitis in ſepeliendo ejus cadavere, & in luctu eſſet occupatus: cæteri Moslemi per fraudem ac dolum Abu-bacrum Imperatorem creavere. Eodem anno defecerunt à Mahumetiſmo plerique Arabes, ſeducti à quodam Taliha, qui novam ſectam contra Mahumetum cœpit evulgare. Abu-bacer autem, ne Imperium, quod per fraudem adeptus fuerat, amitteret, magna militum vi, Arabes, qui ab eo defecerant, cæde, belloque vaſtavit. Paulò poſt defuncto Abu-bacro, electus eſt Omar, non ſine magna Alys, & Mahumeti ipſius injuria; qui decem annos, quibus regnavit, in varia bella inſumpſit, nunc hos, nunc illos injuſtè armis ſub religionis ſpecie infeſtando: & tandem ob immania tributa impoſita, tribus vulneribus à Perſa quodam confoſſus, occubuit. Succeſſit Othman, ipſe etiam contra jus & fas: qui cùm multas clades multis populis injuſtè intuliſſet, ſuorum odium ob plura crimina incurrit, multiſque provinciis ac ducibus rebellantibus, obſeſſus eſt à militibus, quorum unus ejus barba apprehenſa, ferro eum oblongo percuſſit: cæteri gladiis feriere. Cùmque in extremo vitæ verſaretur, quidam pectori ejus inſidens, novem illum vulneribus transfodit: manſit triduo inſepultus, & tandem ſine conſuetis precibus & lotionibus, in horto quodam ad inſtar pecudis ſepultus eſt. Tandem creatus eſt Alys Imperator, ut Mahumetus deſtinaverat: ſed ejus imperium nihil aliud fuit, quàm bellorum civilium & ſexcentarum fraudum, & iniquitatum congeries. Vix enim electus fuerat, cùm Zobeirus & Talha Meccam profecti conjuravere contra illum, ut eum deponerent. Aiſa etiam uxor Mahumeti incitavit populum contra illum; & conſcenſo Camelo adjuncta eſt Zobeiro, & Talhæ: magnoque exercitu comparato, profecti ſunt Boſram, eamque captam hoſtiliter diripuerunt. Cùm autem Alys illis occurriſſet, magnum inter eos prælium commiſſum eſt, occiſis hinc inde ſupra triginta millia, inter quos Zobeirus, & Talha fuere. Tandem exercitu Aiſæ profligato, ipſa in poteſtatem Alys devenit. Deinde inſurrexit Mauvias contra Alyn, & inter utrumque nonaginta certamina per dies centum ac decem commiſſa ſunt, in quorum uno ſeptuaginta millia utrinque interiere. Poſteà ventum eſt ad fraudes. Mauvias extulit ſuprà quatuor haſtas quatuor libros Alcorani, invitans Alyn cum ſuis ad judicium Dei: & cùm conveniſſet inter Mauviam & Alyn, ut uterque imperium deponeret, & traderetur Abdallaho filio Omaris, depoſuit quidem Aly principatum, & Mauvias deponere recuſavit: imò profectus in Ægyptum eam occupavit, plurimis occiſis unà cum Præfecto ipſius Alys, qui alium miſit Præfectum virum prudentem & juſtum, ſed ob ſuſpicionem, quòd cum Mauvia contra ſe conſpiraſſet, eum veneno necandum curavit; aliumque miſit nomine Mahumetum,

quem

quem Mauviæ milites comprehenſum necarunt, & aſino impoſitum combuſſerunt. Deinde Mauvias miſſis exercitibus, magnas Arabum cædes fecit, eorum bona, etiam ſacra diripiens, nec abſtinens à vexando peregrinantes ad Meccam. Poſt plures verò utrinque cædes, ſcelera ac fraudes; pace inter Alyn, & Mauviam facta, in menſe Rhomadani, qui ſacratus erat jejunio; quidam Arabes conjuravere de occidendis Mauvia & Aly. Cùm igitur Mauvias ad preces Matutinas regrederetur, vulneratus fuit gladio venenato à quodam, qui Turca appellabatur. Alys autem dum item ad preces egrederetur, ab Abdorrahmano in fronte percuſſus, poſt triduum extinctus eſt. Placuit hæc pauca ex hiſtoria Abu-Giaapharis Tabaritæ, Arabis, Chronologi primarii, de ipſis Mahumeti ſociis Arabibus referre, omiſſis quæ deinde graviora & atrociora, quamdiù Arabes imperavere, ſecuta ſunt; ut unuſquiſque intelligat, quàm immeritò Mahumetus ſuos Arabes optimam & juſtiſſimam gentem appellet. Ad id verò, quod nonnulli de Mahumetanorum probitate, pietate, juſtitia, aliiſque virtutibus in Chriſtianorum opprobrium adeò exaggerant, ſatis copiosè reſpondi per totam quartam partem Prodromi mei.

TEXTUS ALCORANI.

١٥٥ يا ايها الذين امنوا استعينوا بالصبر والصلوة ان الله مع الصابرين ۞ ١٥٦ ولا تقولوا لمن
يقتل في سبيل الله اموات بل احياء ولكن لا تشعرون ۞ ١٥٧ ولنبلونكم بشيء من
الخوف والجوع ونقص من الاموال والانفس والثمرات وبشر الصابرين ۞ ١٥٨ الذين اذا اصابتهم
مصيبة قالوا انا لله وانا اليه راجعون ۞ ١٥٩ اولايك عليهم صلوات من ربهم ورحمة واولايك هم
المهتدون ۞ ١٦٠ ان الصفا والمروة من شعاير الله فمن حج البيت او اعتمر فلا جناح عليه ان
يطوف بهما ومن تطوع خيرا فان الله شاكر عليم ۞ ١٦١ ان الذين يكتمون ما انزلنا من
البينات والهدى من بعد ما بيناه للناس في الكتاب اولايك يلعنهم الله ويلعنهم اللاعنون ۞
١٦٢ الا الذين تابوا واصلحوا وبينوا فاولايك اتوب عليهم وانا التواب الرحيم ۞ ١٦٣ ان الذين
كفروا وماتوا وهم كفار اولايك عليهم لعنة الله والملايكة والناس اجمعين ۞ ١٦٤ خالدين
فيها لا يخفف عنهم العذاب ولا هم ينظرون ۞ ١٦٥ والهكم اله واحد لا اله الا هو الرحمان
الرحيم ۞ ١٦٦ ان في خلق السموات والارض واختلاف اليل والنهار والفلك التي تجري في
البحر بما ينفع الناس وما انزل الله من السماء من ماء فاحيا به الارض بعد موتها وبث فيها من
كل دابة وتصريف الرياح والسحاب المسخر بين السماء والارض لايات لقوم يعقلون ۞ ١٦٧ ومن
الناس من يتخذ من دون الله اندادا يحبونهم كحب الله والذين امنوا اشد حبا لله ولو يرى
الذين ظلموا اذ يرون العذاب ان القوة لله جميعا وان الله شديد العذاب ۞ ١٦٨ اذ تبرا الذين
اتبعوا من الذين اتبعوا وراوا العذاب وتقطعت بهم الاسباب ۞ ١٦٩ وقال الذين اتبعوا لو ان لنا كرة
فنتبرا منهم كما تبرؤا منا كذلك يريهم الله اعمالهم حسرات عليهم وما هم بخارجين من النار ۞
١٧٠ يا ايها الناس كلوا مما في الارض حلالا طيبا ولا تتبعوا خطوات الشيطان انه لكم عدو
مبين ۞ ١٧١ انما يامركم بالسوء والفحشاء وان تقولوا على الله ما لا تعلمون ۞ ١٧٢ واذا

قيل لهم اتبعوا ما انزل الله قالوا بل نتبع ما الفينا عليه اباءنا اولو كان اباؤهم لا يعقلون
شيا ولا يهتدون ۝ 173 ومثل الذين كفروا كمثل الذي ينعق بما لا يسمع الا دعاء ونداء صم
بكم عمي فهم لا يعقلون ۝ 174 يا ايها الذين امنوا كلوا من طيبات ما رزقنكم واشكروا لله
ان كنتم اياه تعبدون ۝ 175 انما حرم عليكم الميتة والدم ولحم الخنزير وما اهل به لغير
الله فمن اضطر غير باغ ولا عاد فلا اثم عليه ان الله غفور رحيم ۝ 176 ان الذين يكتمون ما
انزل الله من الكتاب ويشترون به ثمنا قليلا اولئك ما يأكلون في بطونهم الا النار ولا يكلمهم
الله يوم القيامة ولا يزكيهم ولهم عذاب اليم ۝ 177 اولئك الذين اشتروا الضلالة بالهدى
والعذاب بالمغفرة فما اصبرهم على النار ذلك بان الله نزل الكتاب بالحق وان الذين
اختلفوا في الكتاب لفي شقاق بعيد ۝ 178 ليس البر ان تولوا وجوهكم قبل المشرق
والمغرب ولكن البر من امن بالله واليوم الاخر والملايكة والكتاب والنبين واتى المال على حبه
ذوي القربى واليتامى والمسكين وابن السبيل والسايلين وفي الرقاب واقام الصلوة واتى الزكوة
والموفون بعهدهم اذا عاهدوا والصابرين في البأساء والضراء وحين البأس اولئك الذين صدقوا
واولئك هم المتقون ۝ 179 يا ايها الذين امنوا كتب عليكم القصاص في القتلى الحر بالحر والعبد
بالعبد والانثى بالانثى فمن عفي له من اخيه شي فاتباع بالمعروف واداء اليه باحسان ذلك تخفيف
من ربكم ورحمة فمن اعتدى بعد ذلك فله عذاب اليم ۝ 180 ولكم في القصاص حيوة
يا اولي الالباب لعلكم تتقون ۝ 181 كتب عليكم اذا حضر احدكم الموت ان ترك خيرا
الوصية للوالدين والاقربين بالمعروف حقا على المتقين ۝ 182 فمن بدله بعدما سمعه فانما اثمه
على الذين يبدلونه ان الله سميع عليم ۝ 183 فمن خاف من موص جنفا او اثما فاصلح بينهم
فلا اثم عليه ان الله غفور رحيم ۝ 184 يا ايها الذين امنوا كتب عليكم الصيام كما كتب على
الذين من قبلكم لعلكم تتقون ۝ 185 اياما معدودات فمن كان منكم مريضا او على
سفر فعدة من ايام اخر وعلى الذين يطيقونه فدية طعام مسكين فمن تطوع خيرا فهو خير له وان
تصوموا خير لكم ان كنتم تعلمون ۝ 186 شهر رمضان الذي انزل فيه القران هدى للناس
وبينات من الهدى والفرقان فمن شهد منكم الشهر فليصمه ومن كان مريضا او على سفر فعدة
من ايام اخر يريد الله بكم اليسر ولا يريد بكم العسر ولتكملوا العدة ولتكبروا الله على
ما هديكم ولعلكم تشكرون ۝ 187 واذا سالك عبادي عني فاني قريب اجيب دعوة الداع
اذا دعاني فليستجيبوا لي وليومنوا بي لعلهم يرشدون ۝ 188 احل لكم ليلة الصيام الرفث الى
نسايكم هن لباس لكم وانتم لباس لهن علم الله انكم كنتم تختانون انفسكم فتاب عليكم

وعفا

وعفا عنكم فالان باشروهن وابتغوا ما كتب الله لكم وكلوا واشربوا حتي يتبين لكم الخيط
الابيض من الخيط الاسود من الفجر ثم اتموا الصيام الي اليل ولا تباشروهن وانتم عاكفون في
المسجد تلك حدود الله فلا تقربوها كذلك يبين الله اياته للناس لعلهم يتقون ۞ 189 ولا
تاكلوا اموالكم بينكم بالباطل وتدلوا بها الى الحكام لتاكلوا فريقا من اموال الناس بالاثم
وانتم تعلمون ۞

VERSIO LATINA.

155. O Qui crediderunt (*ideſt ò Mahumetani*), opem implorate cum patientia & oratione: quia Deus *eſt* cum patientibus. 156. Et ne dicatis iis, qui occiduntur in ſemita Dei, (*ideſt in bello contra infideles*), Mortui: ſed *dicite*: Vivi, & tamen neſcitis *in quo ſtatu ſint*. 157. Et profectò probabimus vos aliquo timore, & fame, & imminutione facultatum, & animarum, & fructuum: ſed fauſta annuntia patientibus. 158. Qui, cùm inciderit ſibi infortunium, dicunt: Certè nos *ſumus* Dei; & certè nos *ſumus* ad eum redituri. 159. Hi, ſuper eos erunt orationes (*ideſt benedictiones*) à Domino ipſorum, & miſericordia, & hi erunt directi. *160. Porrò *duo montes Meccæ*, Sapha, & Merva, *ſunt* ex monimentis, ſacris Dei. Qui ergo peregrinatus fuerit ad Domum (*ideſt Caabam*), vel viſitaverit *eam*; non *erit* piaculum ſuper eum, ſi circumgyret utrumque *montem*. Et qui ſpontè præſtiterit *a* bonum *opus*, utique Deus *erit* gratus, cognitor. 161. Porrò qui abſcondunt id quod demiſimus evidentium demonſtrationum, & directionis *de Mahumeto & ejus religione*, poſt illud quod declaravimus hominibus in Libro *Pentateuchi*: hi, maledicet illi Deus, & maledicent illis Maledicentes. 162. Sed qui pœnitentiam egerint, & correxerint *errorem ſuum*, & manifeſtaverint *quod abſcondebant*: hi, convertar ſuper eos: & ego ſum Convertibilis, Miſericors. 163. Certè qui infideles fuerint, & mortui fuerint, & ipſi infideles *obierint*: hi, ſuper eos *erit* maledictio Dei, & Angelorum, & hominum univerſorum. 164. Perpetuò manſuros in ea (*ideſt maledictione, vel Gehenna*): non alleviabitur ab eis ſupplicium, neque ipſi aſpicientur. 165. Et Deus veſter, Deus unus *eſt*: non *eſt* Deus niſi ipſe: Miſerator, Miſericors. 166. Certè in creatione Cœlorum, & terræ, & varietate noctis ac diei; & navi, quæ currit per mare cum eo quod utile eſt hominibus: & quod demittit Deus è Cœlo aquæ, & vivificat per eam terram poſt mortem illius: & ſpargit in ea ex omni beſtia: & *in* revolutione ventorum, & nubis agitatæ inter Cœlum & terram; ſanè *ſunt* ſigna (*ideſt argumenta unitatis Dei*) gentibus quæ intelligunt. 167. Et ex hominibus aliquis aſſumit præter Deum ſimulacra, & diligunt ea juxta amorem Dei (*ideſt amore quo diligunt Deum*). Et qui crediderunt, vehementiores ſunt *in* amore Dei, *quàm illi in amore ſimulacrorum ſuorum*. Et ſi videres eos, qui iniquè egerunt, cùm aſpicient ſupplicium, *certè videres rem magnam*: quia potentia Deo tota eſt; & quia Deus robuſtus *eſt* in *infligenda* pœna. 168. Cùm depuraverint ſe illi, qui ſectarii fuerunt, ab illis, qui fuerunt ſectatores; & viderint ſupplicium *gehennæ*; & truncati fuerint inter eos funes (*ideſt amicitiæ, & cognationis vincula*). 169. Et dicent qui ſectatores fuerunt: Si quidem nobis regreſſus *eſſet in mundum*; porrò depuraremus nos ab iis, *quos ſectati ſumus*; ſicut depuraverunt ſe *illi hodie* à nobis. Sic oſtendet eis Deus opera eorum: ſuſpiria dolorosa ſuper eos: neque ipſi egreſſuri *ſunt* ab igne. 170. O homines, comedite ex eo quod *eſt* in terra licitum, bonum, & ne ſectemini paſſus Satanæ, quippe ipſe *eſt* vobis hoſtis manifeſtus. 171. Certè *ille* præcipit vobis malum, & flagitium; & ut dicatis de Deo quod ignoratis.

* Importuna tranſitio.

*a id quod eſt melius.

Saltat extra chorum.

172. Et cùm dicitur illis (*ideſt infidelibus*): Sequimini id, quod demiſit Deus (*ideſt revelavit de unitate ſua, & cibis licitis*): reſpondent: Imò ſequemur id, ſuper quod invenimus Patres noſtros. An verò *ſequerentur eos*, etiamſi patres eorum non intellexiſſent quidquam, neque directi fuiſſent? 173. Similitudo autem eorum, qui non credunt, *eſt* juxta ſimilitudinem illius, qui vocem extollit ad illud *animal*, quod non addit niſi clamorem, & ſonitum vocis, *nihil intelligens de ſignificatione ejus*. Surdi, muti, cæci *ſunt*: ideò ipſi non intelligent.
174. O qui crediderunt: comedite ex rebus bonis id, quod in alimentum præbuimus vobis: & gratias agite Deo, ſi illum colitis. 175. Certè *Deus* interdixit vobis morticinum, & ſanguinem, & carnem porci; & id, ſupra quod, *dum immolaretur*, invocatum eſt aliud nomen, quàm Dei. At verò qui neceſſitate coactus fuerit, non concupiſcens, neque tranſgrediens; non *erit* piaculum ſuper eum, *ſi quid horum comederit*: quippè Deus *eſt* Indulgens, Miſericors.
176. Porrò *Judæi*, qui abſcondunt id, quod demiſit Deus de Libro *Pentateuchi* (*ideſt vaticinia de Mahumeto*) & commutant cum hoc (*ideſt acquirunt per hoc*) pretium parvum: hi non manducant in ventribus ſuis niſi ignem: & non alloquetur eos Deus die reſurrectionis *ob iram contra eos*; neque purificabit eos: & ipſis *erit* tormentum dolorificum. 177. Hi *ſunt* qui mercando emerunt errorem pro directione, & pœnam pro indulgentia. At quanta erit ſuſtinentia eorum, *dum collocabuntur a* ſupra ignem! Hoc *eveniet eis*, quia Deus demiſit Librum cum veritate; *& ipſi diſcordes fuerunt in eo*. Et quidem qui diſcordes fuerint in Libro, ſanè *erunt* in ſciſſura longinqua (*ideſt procul diſſita à veritate.*)
178. Non eſt *ſita* juſtitia *in hoc*, quòd *dum oratis* convertatis vultus veſtros erga Orientem, & Occidentem. * ſed juſtitia *eſt illius*, qui crediderit in Deum & diem noviſſimum, & Angelos, & Librum (*ideſt libros ſacros*) & Prophetas: & dederit facultates propter amorem ejus, habentibus propinquitatem, & orphanis, & egenis, & filio ſemitæ (*ideſt viatori*), & rogantibus; & pro *redimendis* cervicibus (*ideſt captivis*): & perſolverit orationem, & dederit eleemoſynam: & complentium pactum ſuum, cùm *aliquid* pepigerint; & patienter ſe habentium in adverſitate, & nocumento, & tempore belli. Hi ſunt, qui veraces ſunt: & ipſi ſunt timentes *Deum*. 179. O qui crediderunt. Scripta eſt ſuper vos pœna talionis pro occiſis. Liber *occidetur* pro libero, *non autem pro ſervo*: & ſervus pro ſervo: & fœmina pro fœmina. At verò qui *occiderit*, & condonatum fuerit ei de fratre ſuo aliquid (*ideſt pœna debita pro fratre ſuo occiſo*); porrò inſectatio cum noto, & mulcta illi cum beneficentia (*ideſt jus habebit is, qui condonavit, inſequendi occiſorem ad repetendum ab eo id, quod æquum erit: & occiſor tenebitur ſolvere mulctam illi, qui condonavit, aliam partem pœnæ beneficè, nempè celeriter & ſine dilatione temporis.*) Hoc *eſt* alleviatio à Domino veſtro, & miſericordia. Porrò qui tranſgreſſus fuerit poſt hoc (*ideſt poſt indulgentiam conceſſam occiſori, itaut occidat eum*) illi tormentum diſcrucians *erit in hoc mundo & in futuro ſæculo*. 180. Et vobis in pœna talionis *eſt* vita, ò prædiți cordibus: ut vos timeatis *alios occidere ob metum hujus pœnæ*. 181. Scriptum eſt ſuper vos, *ut*, cùm aderit alicui veſtrum mors; ſi relinquat aliquod bonum, Legatum *fiat ab eo* parentibus & propinquis cum noto (*ideſt convenienter*): debitum ſuper timentes *Deum*. 182. Qui autem mutaverit illud *legatum*, *qui teſtis fuerit, vel hæres inſtitutus*, poſtquam audivit illud: certè peccatum hujus *mutationis cadet* ſuper eos, qui mutaverunt illud: quippè Deus *eſt* auditor, ſcitor. 183. Porrò qui timuerit à legatore errorem, vel injuſtitiam *erga eum*, *ad cujus favorem fit legatum*; & compoſuerit *rem ex æquo & bono* inter eos: non *erit in hoc* piaculum ſuper eum: nam Deus *eſt* indultor, miſericors. 184. O qui crediderunt, ſcriptum eſt ſuper vos jejunium, ſicut ſcriptum fuit ſuper illos, qui *fuerunt* ante vos, timeatis *tranſgreſſionem illius*. 185. Dies numeratos *habebit hoc jejunium*. Qui autem fuerit ex vobis *eo tempore* ægrotus, vel in itinere: numerus ex diebus aliis *æqualis accipiatur ab eo ad jejunandum*. At ſuper eos, qui potuerint illud *ſervare*, & *tamen fregerint*: *imponitur peccati ſui* redemptio (*ideſt*

vice

a juxta.

* Cur ergo in hac re tantùm ſuprà verbis diffuſus eſt.

vice illius) cibatio *unius* pauperis. Qui autem ſpontè præſtiterit *id, quod eſt* melius, *lautiùs cibando pauperem, quàm lex præcipiat*: hoc melius erit illi: ſed quòd jejunetis, melius erit vobis, *quàm frangere jejunium, vel pro jejunio cibare pauperem*. Si ſciretis *hoc, certè faceretis*. 186. Menſis Rhomadan *deſtinatus eſt vobis ad jejunandum*: in quo demiſſus fuit Alcoranus *è Cœlo*, directio hominibus, & declarationes ex directione, & diſtinctione *(ideſt dirigentes ad veritatem, & diſtinguentes inter verum & falſum)*. Itaque qui præſens fuerit ex vobis *huic* menſi, jejunet illum. Qui autem ægrotus fuerit, vel in itinere, *accipiatur ab eo* numerus ex diebus aliis. Vult Deus *in hoc oſtendere* vobiſcum facilitatem, & non vult *oſtendere* vobiſcum difficultatem: & *tantùm* ut compleatis numerum *horum dierum;* & ut magnificetis Deum, *a* propterea quòd direxit vos; & ut vos gratias agatis *illi de hoc*. 187. Et cùm interrogaverint te ſervi mei de me: certè ego propinquus, exaudiam precem precantis, cùm precatus fuerit me. Atqui *ipſi* exaudiant me *obediendo mihi;* & credant in me, ut rectè inſtituantur. 188. Conceſſa eſt vobis nocte jejunii conjugalis acceſſio ad uxores veſtras; ipſæ *ſunt* indumentum vobis, & vos *eſtis* indumentum illis. Noverat Deus, quòd vos invicem fraudabatis vos ipſos *in hoc, nocte jejunii*; propterea converſus eſt ſuper vos, & indulſit vobis. Nunc igitur copulamini cum illis, & avidè appetite id, quod ſcripſit Deus vobis: & comedite, & bibite *per totam noctem*, donec appareat diſtinctè vobis filum album à filo nigro *b* in aurora. Deinde perficite *(ideſt perfectè obſervate)* jejunium *ab aurora* uſque ad noctem: & ne copulemini cum illis: & vos *eſtote* commorantes aſſiduè in Oratoriis. Iſti *ſunt* termini Dei, *ab eo vobis præſcripti*: ne ergo approximetis illis, *ut eos tranſgrediamini*. Ita declarat Deus ſigna ſua *(ideſt præcepta)* hominibus, ut ipſi timeant *tranſgredi illa*. 189. Et ne comedatis opes veſtras inter vos in vanum *(ideſt mutuis furtis, aut rapinis abſumatis eas)* & *ne* projiciatis eas ad judices, *dando illis munera ad eos corrumpendos;* ut comedatis *per lites* partem ex opibus hominum cum iniquitate: & vos ſcitis *hoc eſſe illicitum*.

a juxta id quod.

b ex *lumine* auroræ.

NOTÆ.

CLVI. *Sed dicite, Vivi*] Gelal. ارواحهم في حواصل طيور خضر تسرح في الجنة حيث شاءت : *Animæ eorum ſunt in veſicis gutturum quarumdam avium virilium: & liberè volant per Paradiſum quocumque volunt*. Porrò verba illa في سبيل الله *in ſemita Dei*; idem valent ac *in bello pro religione divina, ſuſcepto contra infideles*: Et ſæpè occurret in Alcorano.

CLIX. *Orationes à Domino ipſorum*.] Orationum nomine intelligit hìc Gelal. مغفرة *Indulgentiam*. Quando apud Arabes dicitur Deus orare pro aliquo illis formulis صلى الله عليه *oret Deus pro eo*: vel صلوات الله عليه: *orationes Dei ſuper eum*, nihil aliud ſignificatur, niſi fauſta apprecatio, qua homo orat Deum, ut alicui indulgentiam, felicitatem, ac benedictionem concedat, vel jam conceſſam perpetuet.

CLX. *Saphà & Mervà*]. Gelal. نزلت لما كره المسلمون ذلك لان اهل الجاهلية كانوا يطوفون بهما وعليهما صنمان ويمسحونهما : *Ideò revelata ſunt hæc, quia Mahumetani refugiebant à circumgirandis ſepties his montibus, eò quòd Ethnici hoc facere conſueviſſent. Erat autem in vertice utriuſque idolum, quod Meccani ſuperſtitioſo cultu ungebant, vel confricabant manibus*.

CLXI. *Maledicent illi Maledicentes*] Gelal. اللائكة والمومنون وكل شى يالدعا عليهم باللعنة : *Angeli, & fideles, & res omnes, imprecando illis maledictionem*, Jahias ex Calebio, Abu-Saleho, & Ebn-abbaſo, hæc habet, ex Arabico fideliter translata. *Poſtquam infidelis elatus fuerit in feretro ſuo; dicent portitoribus feretri anima, & corpus ejus: Malum vobis, quò me portatis? Cùm autem poſitus fuerit in ſepulchro, & receſſerint ab eo, qui eum comitati ſunt ad tumulum; veniunt ad eum Monker, & Makir* (duo Angeli) *quorum voces ſunt ſicut tonitru vehementiſſimum, aſpectus verò ſicut fulgur terribile; dentibus & crinibus ſuis terram prementes: & juxta eum aſſidentes, dicunt: Quis eſt Dominus tuus? Quæ religio tua? Quis Propheta tuus? Reſpondet ille, ſe hæc neſcire. Hi verò oſtendunt ei primùm portam Paradiſi, quem amiſit propter infidelitatem ſuam: deinde patefaciunt ei portam gehennæ, & interim ſepulchrum ejus occluditur ſuper eum. Deinde percutitur malleo ferreo ictu tàm vehementi, ut ſatis eſſet ad dimovendum montes è loco ſuo*. Concludit mythologus فيصيح عند

السنّة ان الذكر بها وانما تعتبر الماثلة فى الدّين فلا يقتل مسلم ولو عبدًا بكافر ولو حرًّا :

Declaravit lex etiam maſculum occidendum eſſe pro fœmina: ſed conſiderabitur, in infligenda pœna talionis, religio: ita ut non liceat occidere Mahumetanum quamvis ſervum, pro infideli, quamvis libero.

CLXXX. *Et vobis in pœna talionis eſt vita*]. Gelal. لان القاتل اذا علم انه يقتل ارتدع فاحيا نفسه ومن اراد قتله فشرع ؛

quia occidere alium volens, dum ſcit quòd ipſe propterea occidendus ſit, permittente lege, ut poſſit à quolibet occidi, timet, & abſtinet à cæde, & ſic vivificat ſeipſum.

CLXXXI. *Cum noto*] Arabicè بالمعروف ſæpè occurrit: & ſignificat *juſtè, humaniter, debitè, beneficè, convenienter, & ſecundùm jura*, prout ſenſus exegerit. Explicat hìc Gelal. بان لا يزيد على الثلث ولا يفضل الغنى *ita ut non excedat tertiam partem, neque ſuperfluas addat divitias*. Sed hæc lex, utpote inſulſa, abrogata fuit per aliam legem de hæreditatibus in ipſo Alcorano.

CLXXXIV. *Scriptum eſt ſuper vos jejunium, ſicut ſcriptum fuit illis, qui fuerunt ante vos*] Gelal. explicat من الامم *ex gentibus*, ſeu populis. Zamchaſcerius على الانبياء والامم من لدن ادم الى عهدكم *Prophetis & gentibus, quæ fuerunt ab Adam uſque ad ætatem veſtram.*

CLXXXV. *At ſuper eos qui potuerint illud*] Putat Gelaleddinus deeſſe, & ideò ſubintelligendam eſſe particulam negativam لا *non*, quamobrem explicat لا يطيقون *non potuerint*; & addens cauſam impotentiæ لكبر او مرض لا يرجى برؤه *ob gravem ætatem, vel morbum, cujus non ſperetur ſanitas*. Sed in hoc oſtendit ſe non tàm ſingularem, quàm temerariùm, dum cenſet in Alcorano ſuo tàm inſignem reperiri defectum. Zamchaſcerius varias affert explicationes Doctorum, & inter alios Ebn-abbaſi, qui يطيقونه explicat بتكلفونه *magnam difficultatem & laborem experiuntur in eo*: Sed ex proprio ſenſu addit وعلى المطيقين للصيام الذين لا عذر بهم ان افطروا فديةٌ طعام مسكين :

& ii, qui potentes ſunt ad jejunandum, & qui non habent excuſationem frangendi jejunium, ſupplebunt jejunium cibando unum pauperem. Jahias ex auctoritate item Ebn-abbaſi ita exponit كان رخص للشيخ الكبير والعجوز والعجوزة الكبيرة وهما يطيقان الصوم ان يفطرا ان شاوا ويطعما مكان يوم مسكينا :

Indultum fuit viro vel mulieri jam ſenibus, & ætate provectis, ac imbecillis, licèt valeant jejunare, ut frangant jejunium, ſi velint, & pro eo jejunii die pauperi cibum præbeant. Denique Gelal explicat عند ذلك صيحة يسمعها كل شى غير الثقلين فلا يسمعها شى الا لعنه وهو قوله يلعنهم الله ويلعنهم اللاعنون *Poſteà vociferatur voce tàm grandi, ut omnes præter duo pondera* (ideſt, Genios & Homines) *audiant illam: neque verò eſt ulla res, quæ audiat eam, niſi maledicat illum: & hoc eſt quod dicitur: Maledicet ei Deus, & maledicent ei maledicentes.*

CLXII. *Convertibilis*] Arabicè التواب vix explicari poteſt latinè. Propriè ſignificat eum, qui ex natura ſua ſæpè, facilèque placatur, & propitius efficitur.

CLXIV. *Aſpicientur*] Poteſt etiam verti, ut interpretatur Gelal cum aliis nonnullis ينتظرون *expectabuntur*, ſcilicet ad pœnitentiam.

CLXVI. *Nubis agitatæ*] Arabicè المسخرة verti etiam poteſt, *angariatæ*, vel *ludificatæ*, ſeu *per ludibrium agitatæ*, vel etiam *coactæ gratis ſervire*.

CLXVII. *Et, ſi videres*] legunt nonnulli ولو ترى *& ſi videres*, vel *à utinam videres*: & referunt ad Mahumetum. Alii legunt ولو يرى *& ſi videret*: ſcilicet qui hæc audit, vel legit. Alii referunt ad ipſos iniquos; ut ſenſus ſit: O ſi viderent iniqui (ideſt ſi ſcirent) quando aſpicient ſupplicium gehennæ! وجواب لو محذوف: *Et reſponſiva rũ ſi eſt occulta*: ideſt ſubintelligitur, qualem appoſuimus in textu, vel alia ſimilis. Hujuſmodi quæſtiunculas ficulneas ſæpè movent Moslemi, ubi variam lectionem inveniunt in ſuo Alcorano.

CLXVIII. *Cùm depuraverint ſe*] Verbum Arabicum تبرّى eſt propriè purgare ſe, vel ſeparare ſe tanquam innocentem ab aliquo, cujus criminis poſſit qui ſpiam exiſtimare illum eſſe participem.

Illi qui ſectarii fuerunt] Minus latinè, ſed magis propriè verteremus: *Illi qui affectati ſunt, ab iis qui aßectaverunt*: nempè ſeductores à ſeductis.

CLXX. *O homines comedite*] Oſtendit eſſe deceptionem Satanæ, abſtinere à cibis licitis & bonis: & hoc vocat *paſſus Satanæ*, & *malum*, & *flagitium*: cùm tribuatur Deo prohibitio illa, quam ipſe non poſuit.

CLXXV. *Non concupiſcens, neque transgrediens*] Arabicè: غير باغٍ ولا عادٍ Jahias explicat ex Mogiahedo: غير باغٍ اى يبغى على الناس ولا عادٍ اى قاطع سبيل ولا مغارق الايمة ولا نازح فى معصية الله : *Non concupiſcens, ideſt non inſoleſcens, vel iniquè agens contra alios: neque transgrediens: ideſt neque infeſtans vias, neque deſciſcens ab obedientia Antiſtitum, neque longè diſſitus in inobedientia Dei*. Eodem ferè modo Gelal. Sed hujuſmodi explicationes non videntur ad rem: & fortaſsè magis legitima explicatio eſſet. *Non ductus appetitu gulæ, neque animo divinum præceptum transgrediendi.*

CLXXVII. *O quanta erit fuſtinentia eorum*] ideſt quàm atrox tormentum ſuſtinebunt.

CLXXIX. *Et fœmina pro fœmina*]. Gelaled. بينت

explicat universaliter : وكانوا مخيرين فى صدر الاسلام بين الصوم والفدية ثم نسخ بيقين الصوم بقوله فمن شهد منكم الشهر فليصمه قال ابن عباس الا الحامل والمرضع اذا افطرتا خوفا على الولد فانها باقية بلا نسخ فى حقها :

In principio Mahumetiſmi liberè eligebant vel jejunium: vel pro jejunio cibationem pauperis unius. Deinde abrogatum eſt hoc per certam jejunii determinationem, illis verbis: Itaque quicunque ex vobis intererit huic menſi, jejunet in eo. Dixit Ebn-abbaſus: Excipiuntur mulieres prægnantes, & lactantes: hæ ſiquidem poſſunt frangere jejunium, ne fœtus, vel infans aliquid mali patiatur. Pro his ſiquidem non fuit facta abrogatio. Cibus autem in prandium pauperis impendendus debet eſſet juxta Gelal. قدر ما ياكله فى يوم وهو مد من غالب قوت البلد لكل يوم :

quantum quis comedit juxta communem menſuram, & uſum regionis in uno die.

CLXXXVI. *In quo demiſſus eſt Alcoranus*] De hac Alcorani demiſſione, vide quæ diximus in Tractatu de Alcorano.

CLXXXVII. *Et cùm interrogaverint*] Cauſam huic verſiculo dedit, inquit Gelal, quia سال جماعة النبى ﷺ اقريب ربنا فنناجيه بعيد فنناديه .

interrogaverunt quidam Mahumetum, dicentes: Eſtne Dominus noſter propinquus? Nam ſi ita eſt, ſubmiſſa voce cum eo loquemur. Si verò eſt longinquus: vocem in loquendo attollemus. O acumen Chryſippæum!

CLXXXVIII. *Conceſſum eſt vobis nocte jejunii*]. Gelal. نزل سهلا لما كان فى صدر الاسلام من تحريمه وتحريم الاكل والشرب بعد العشاء ؛

Hic verſiculus abrogat id, quod obſervabatur in principio Mahumetiſmi, cùm neque coire cum uxoribus, neque comedere aut bibere poſt cœnam fas erat. Euge Mahumete: hoc nimirùm eſt ſapere, ſemper laxiora ſequi.

CLXXXIX. *Ipſæ ſunt indumentum vobis*] كناية عن تعانقهما او احتياج كل منهما لصاحبه :

loquutio metaphorica, ad ſignificandum vel mutuos amplexus, vel mutuam neceſſitatem unius erga alterum.

REFUTATA:

I. NUllo modo probari poteſt ſeptenaria illa circumitio, quam Mahumetus concedit ſuis, duorum montium Saphæ, & Mervæ, juxta ritum idololatrarum, præſertim cùm in utriuſque cacumine idolum poſitum eſſet, quod Meccani ſuperſtitioſo cultu venerabantur. Vera religio à falſa ſemper abhorruit, ita ut ne illa quidem admitteret, quæ ſuapte natura non erant mala, vel etiam erant bona, ſi eadem in falſa religione uſurparentur, niſi ſuperſtitionis omnis ſpeciem ac ſuſpicionem ab illis aboleret. Deus ipſe Iſraelitis ritus pleruinque idololatris appoſitos præſcripſiſſe cognoſcitur. Judæi altare illud, in quo Ethnici immolaverant, licèt anteà Deo ſacratum, demoliti ſunt, ne eo ulterius ad ſacrificia uterentur. Chriſtiani nunquam Paſcha cum Hebræis celebrare voluerunt. At Mahumetus omnia permiſcet, & confundit: & reluctantibus ipſis ejus aſſeclis (quippe qui vel ipſo naturæ lumine nefarium id eſſe cognoſcent) duos illos montes idolis ſacros, in honore haberi, & impios Arabum ritus præcipit obſervari. Abulcaſemus, ut excuſet Prophetam ſuum ab impietate, aſſerit, hunc verſiculum fuiſſe deinde abrogatum: ita enim ſcribit: ان الصفا والمروة من شعاير الله هذا محكم والمنسوخ قوله فمن حج البيت او اعتمر فلا جناح عليه ان يطوف بهما ومعناه ليلا يطوف بهما

وكان على الصفا صنم يقال له اساف وعلى المروة صنم يقال له نايلة وكان رجلا وامراة فى الجاهلية فدخلا الكعبة وزنيا فيها فمسخهما الله صنمين فترك المشركون الصنم الذي كان رجلا على الصفا والصنم الذي كان امراة على المروة وعبدتهما دون الله فلما اسلمت الانصار تحرجوا ان يسعوا بينهما فانزل الله تعلى ان الصفا والمروة من شعاير الله : ثم نسخ الله ذلك بقوله ومن يرغب من ملة ابراهيم الا من سفه نفسه :

Porrò Sapha & Merva ſunt ex monimentis ſacris Dei. Hæc verba non ſunt abrogata. Abrogatu autem ſunt ſequentia: Qui ergo peregrinatus fuerit ad ſacram ædem, aut viſitaverit eam, nullum erit illi piaculum, ſi circumeat utrumque. Et idem eſt ac ſi dicat, ne circumeat utrumque (vel ſi non circumeat utrumque). *Erat autem ſupra Saphàm idolum quoddam nomine Eſaph: & ſuper Mervam idolum aliud nomine Naila. Hi fuerant tempore Ethniciſmi duo, vir, & mulier, qui ingreſſi Templum Meccæ, ibi fornicati fuerant: quam-*

quamobrem Deus commutavit illos in duo idola, ſeu ſimulacra. Idololatræ autem poſuerunt Simulacrum viri ſuper Saphan; & Simulacrum fœminæ ſuper Mervam, colentes ea præter Deum. Cùm autem duodecim auxiliatores amplexi fuiſſent ſectam Mahumeti, abſtinebant tanquam à re illicita à circuitione horum montium. Deus verò revelavit Mahumeto ea verba: Porrò Sapha & Merva ſunt ex monimentis ſacris Dei. Deinde abrogavit hæc per illa alia: Et quis rejiciet religionem Abrahæ, niſi qui infatuaverit animam ſuam?

Hactenùs Abulcaſemus: qui quamtumvis excuſare conetur Prophetam ſuum: nullo tamen pacto abſolvere poteſt eum ab impietate: imò & Deum ipſum impium facit, & mutabilem, dum primò vult eum præcipere cultum illicitum, & deinde retractare præceptum. Quòd verò verba illa ان يطوف *Si circumeat*, exponit: ليلا يطوف *ne fortè circumeat*, vel, *ſi non circumeat*, videtur id ſine ullo fundamento facere, & contra omnium Expoſitorum conſenſum.

II. Pergit homo fanaticus maledictionum larvis Judæos deterrere, quòd vaticinia de ſeipſo in Pentateucho ſcripta (quæ, ut probavimus, nulla erant) malignè, & turpis lucri gratia abſcondant. Et poſtquam illos diro feriit anathemate, iterùm veniam pollicetur, ſi reſipiſcentes oracula illa manifeſtent. Mirum verò, quòd tantus Propheta ea ignoret, vel per ſe non detegat, ac propalet, ſi non omnia, ſaltem aliqua, ſaltem unum. Vel Mahumetus erat inſanus, vel alios omnes inſanos eſſe putabat, qui de his Pentateuchi chimericis vaticiniis adeò fidenter loquebatur.

III. Interdicit ſuis morticinum, ſanguinem, carnem ſuillam, & idolothytum. Sed cur hæc tantùm, & non alia etiam, quæ in Pentateucho prohibentur? Cur non etiam carnem leporinam, & camelinam? Cur non aves rapaces, & piſces pinnulis carentes? An quia quatuor illa ſint ſuapte natura mala, non autem iſta? Hoc certè dici non poteſt. Hùc accedit, Mahumetanos ipſos fateri, Chriſtum ex divina auctoritate hanc ciborum legalium diſtinctionem ſuſtuliſſe: cur ergo nunc Mahumetus illam revocat? Credo non alia de cauſa, niſi quia Judæorùm gratiam inire ſtudebat, dum quædam ex ipſorum lege in ſuam transferebat. Miror tamen, eum, qui toties ſe Abrahæ religionem, ac legem ſequi profitetur, ita ineptè ad Moſaicas ſanctiones tranſilire. Verùm tuebitur ſe ſe Mahumetus Apoſtolorum exemplo, qui (ut in eorum Actis cap. 25. refertur) novos Chriſtianos ex gentibus converſos, ab idolothyto, & ſuffocato, & ſanguine, non autem à cæteris in Pentateucho prohibitis, juſſerint abſtinere. Verùm hoc eſt contra Mahumetum: quia cùm Judæi, Chriſti fidem amplexi, vellent cogere gentes, quæ ad Chriſtianas partes tranſibant, ad univerſam legem Moſaicam ſervandam: Apoſtoli, ut eos mutuò conciliarent, præceperunt, ut pro eo tempore (nam præceptum fuit temporarium, & alligatum ad certa loca, non autem perpetuum & univerſale) à paucis tantùm proſelythi abſtinerent; quæ cùm frequentiùs in uſum venirent, poterant inter Judæos, & gentes rixas contentioneſque progignere. Ex iis autem, quæ prohibuerunt, ſanguis non tàm pertinebat ad legem Moyſi, quàm omnium gentium, quibus in perſona Noe, & filiorum ejus interdictus fuerat: & hic pro eo tempore prohibitus fuit in gratiam quorumdam ex Gentilibus. Idolothytum, licèt per ſe non eſſet malum, erat tamen materia ſcandali, & videbatur comedi in contemptum religionis: & ideò jure prohibitum fuit. Itaque ſolum morticinum ex lege Judaica, & in gratiam Judæorum quorumdam tantùm, ut par illis cum Gentibus honor exhiberetur, & ſic faciliùs acquieſcerent, interdictum fuit: à quo tamen cùm omnes naturaliter abhorreant, prohibitio illa otioſa quodammodo fuit: & tàm hæc, quàm aliæ, ceſſante cauſa, ob quam factæ fuerant, evanuerunt. Cæterùm tàm Chriſtus, quàm Apoſtoli nullam voluerunt ciborum differentiam in Chriſtiana religione ſervari, quaſi quidam ſuapte natura mali, quidam verò boni forent, (niſi fortè ad exercitium pœnitentiæ, & ad carnem affligendam, abſtinendo à cibis melioribus, & magis pretioſis, & viliores comedendo). Hoc manifeſtiſſimè patet tùm ex Euangelio, tùm ex epiſtolis S. Pauli, tùm ex perpetuo Chriſtianorum Catholicorum uſu. Nam Orientales quidam, qui ab Orthodoxa religione protervè deſciverunt, nonnullas hujuſmodi ciborum differentias hodie quoque ſuperſtitiosè obſervare dicuntur. Cæterùm hujuſmodi ciborum diſcrimen traditum fuit Iſraelitis, non quia in cibis ipſis aliquid eſſet boni vel mali: ſed quia per eorum proprietates, tamquam virtutum, ac vitiorum typos, futura ſub Chriſto Eccleſia inſtruebatur: & quid fugiendum, quid amplectendum eſſet, ad perfectæ vitæ inſtitutionem docebatur. Quamobrem poſt Chriſti adventum, & Euangelicæ legis promulgationem, ſupervacanei prorſus erant hujuſmodi typi, quemadmodùm ſupervacaneum eſt ſignum, ubi jam totum, quod per ſignum prænotabatur, obtinetur. Hoc manifeſtè docet S. Paulus ad Coloſſenſes cap. 2. 16. illis verbis: *Nemo ergo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut Neomeniæ, aut Sabbathorum, quæ ſunt umbra futurorum, corpus autem Chriſti.* Nimis itaque importunè Moſaicæ legis ritus, qui erant Meſſiæ venturi, & gentis ejus typi; poſt ipſius Meſſiæ adventum nobis regerit, & obtrudit. Sed de hoc vide Prodr. p. 4. c. 16. pag. 40. Interim nota, præclarum legislatorem abſolvere à peccato illum, qui cibos vetitos non pravo animo, ſed neceſſitate coactus manducaverit. Non ita docuit S. Paulus, qui ne ob neceſſitatem quidem, neque ob ipſam mortem, manducanda illicita pronunciavit, ſi id fieret cum ſcandalo, ex ruina proximi. Et multò minus licebit cibos comedere, ſi cogatur id facere in contemptum religionis, ut oſtendit exemplum Macchabæorum. Sed Mahumetus non ſolùm illum, qui coactus his cibis veſcitur, ſed etiam eum, qui fidem coactè abnegat, à culpa abſolvit. Sed de hoc infrà redibit ſermo.

IV. Pœnam talionis à Chriſto ſublatam eadem impudentia reponit. Concedimus ſanè talionis pœnam, quæ auctoritate publica ſumitur,

tur, licitam esse, & Reipublicæ salubrem: neque teneri communiter partem læsam reo pœnam remittere: imò posse partes suas in judicio persequi contra eumdem reum, ut puniatur: dummodò id fiat non ex odio, aut appetitu privatæ vindictæ, sed ex zelo justitiæ, & publici boni amore. Prohibet itaque Christus, & lex ejus Euangelica pœnam talionis, quæ sumatur auctoritate privata; & quodcunque privatum odium, aut vindictæ appetitum, quando hujusmodi pœna auctoritate publica infligitur. Consulit verò tanquam actum perfectionis; ut inimico, qui nos læserit, etiam publicam pœnam, quantum in nobis est, condonemus, vel sedulò curemus, ut ei condonetur, vel saltem nihil faciamus, aut dicamus, quo is à judice puniatur: imò bona pro malis illi rependamus, & pro eo preces Deo offeramus. At Mahumetus, licèt non improbet, quòd læsus aliquam pœnæ partem lædenti condonet: magis tamen probat rigidam illius exactionem, dum concludit, *vitam esse in pœna talionis*. Deinde per illius sanctionem, etiamsi vir ignobilis occidat per insidias fœminam nobilem, nequaquam poterit reus mortis censeri. Hoc autem adeò iniquum est, ut Moslemi ipsi Prophetæ sui legem correxerint, quemadmodum patet ex Glossa Gelalis. Præterea neque reus mortis erit homo liber, qui quamtumvis injustè, ac proditoriè, suum, vel alienum servum occiderit: quod quantum ab humana ratione abhorreat, nemo non videt. Certè in Pentateucho, quem hìc Mahumetus se observare profitetur; dum pœna talionis constituitur, nulla personarum ratio habetur, sed damni tantùm gravitas æstimatur. In eo etiam stolidum se ostendit Mahumetus, quòd homicidium fortuitum, vel illud, quod in subita rixa committitur, vel etiam quod ad sui suarumque rerum defensionem perpetratur, ab eo, quod data opera & per insidias fit, non distinguit: cùm tamen tàm in Pentateucho, quàm in optimis quibusque legibus, hæc manifestè distincta reperiantur. Vide circa pœnam talionis Prodr. p. 4. cap. 18. pag. 43.

V. Præscribit suis jejunium prorsus ridiculum: nimirùm, ut totam noctem comedant, bibant, & ingurgitent, & quidem optimos quosque cibos: & præterea uxores quantum possunt, subagitent (hoc verò, utpote maximi momenti negotium, sæpiùs inculcat) diem verò in precibus intra oratoria insumant. Hoc ferè idem est, ac totam diem libidinibus, & crapulæ impendere, & noctem precibus ac vigiliis destinare: uno verbo, diem in noctem, & noctem in diem permutare. Cui verò persuadeat Mahumetus, posse aliquem totam noctem inter epulas & lascivias vigilem pertransire, & deinde subsequenti die precibus operam dare, præsertim cùm noctem jejuniis, ludis propè bacchanalibus Moslemi transigant. Audire libet Petrum à Valle Patritium Romanum testem oculatum in epistola 2. scripta Constantinopoli die 25. Octobris 1614. Cujus verba italica latinè hìc fideliter referam, & sunt quæ sequuntur.

Modus jejunandi est hujusmodi.

Diurno tempore nihil unquam comedunt, aut bibunt. Quidam verò adeò scrupulosi sunt, ut per vias incedentes, os etiam occludant, ut ne pulvis quidem in illud ingrediatur. Noctu, ubi stellæ apparuerint, comedunt & bibunt quantum libuerit, una seu pluribus vicibus, usque ad diem, vescentes carnibus, & quibuslibet aliis rebus. Si quis tamen à vino, quod aliis temporibus multi contra legis præscriptum bibunt, in mense Romadhani, seu jejunii non abstineret, valdè impius censeretur. Serò, ubi nox appetiit, Meschitas, seu Oratoria valdè frequentant, & plus solito ibidem orant: & ex earum turribus Ministri voces supra consuetum extollunt. Die verò, quo jejunii molestias faciliùs evitent, ferè semper dormiunt: noctu autem Meschitas frequentant. Absolutis precibus suis, ad oblectamentum captandum, & corpus cibo potuque exaturandum, pluries comedunt, & bibunt largissimè: reliquum verò noctis festivis jocis, & compotationibus, & comessationibus pertransiunt, præsertim quibusdam in locis publicis ad hunc effectum destinatis, ubi aliis etiam temporibus homines per plures horas ociantur, & confabulantur, potionem quamdam ferventem, quam cahue, (vulgo caffè) appellant, sorbillando; qua in conventiculis suis frequentissimè utuntur, quemadmodum nos ludo tesserarum. In his porrò locis, seu tabernis tempore jejunii joculatores quidam reperiuntur, qui variis præstigiis, ac gesticulationibus circumstantes detinent. Vidi ego nocte præterita, cùm interessem, intra telas quasdam lumine intus appositò, varias umbras ac figuras homunculorum sese moventium, & ambulantium, ac multimodè gesticulantium, quemadmodum & apud nos quandoque fieri consuevit. Hæc porrò homunculorum phantasmata non sunt prorsus muta, quemadmodum apud nos, sed loquacia, ut Neapoli in Arcis platea, & Romæ in foro Agonali esse videmus. Nimirùm joculator ipse intus latens, loquitur vice eorum, vocem permutando, & varia etiam idiomata usurpando, & satis lepidè hoc totum exercet. Verùm ea, quæ hìc apparent, omnia sunt obscœnissima, & turpissimos inter mares & fœminas actus referunt, ea oculis exhibendo, quæ bacchanalium tempore in ganeis ac prostibulis nimis lasciva, ac fœda existimarentur. Deferunt etiam noctu per vias spectrum quoddam, seu simulacrum magnum latissima veste circumdatum, intra quam homo quidam latitans simulacrum illud gestat, & in varios motus, ac veluti choreas Hispanicas, quas ciacconas vocant, exagitat. Capitis hujus spectri pars anterior turpissimum hominem refert; posterior verò caput arietis cornibus instructum; Camelum appellant, sed rationem ignoro. Et quamvis ineptissimus sit hujusmodi ludus, magnam tamen post se turbam trahit, magnosque plausus excitat, & clamores. Hæc Petrus à Valle.

Porrò cùm mensis Romadhan, quo Moslemi jejunant,

jejunant, ſit circularis (nullam enim ipſi habent intercalationem) & per annum totum circumvolvatur; tunc tantùm incommodus erit jejunantibus, cùm in tres menſes æſtivos inciderit, non ob famem, ſed ob ſitim. Cæteris verò menſibus, nullam, aut valdè exiguam ſecum afferet moleſtiam: plures enim ſunt inter nos, qui unica cœna in veſperi contenti, nihil interdiù comedunt, aut bibunt, præſertim ſi cibis magnæ ſubſtantiæ, cujuſmodi ſunt carnes, ova, ac lacticinia, veſcantur; quemadmodum Mahumetani in jejuniis ſuis veſcuntur. Ubi verò per novem circiter annos hic menſis æſtivo tempore recurrerit; deinceps per triginta annos non revertitur: niſi aut in hyeme, aut in Vere, aut in Autumno; quibus menſibus, quis non commodè, & libentiſſimè breviores dies jejunet, ubi totam noctem longiſſimam crapulando, & ingurgitando tranſegerit? Neque verò quòd à vino abſtineant (ſi tamen abſtinent, quod de multis non credo) gravius illis jejunium redditur: alias enim habent ſelectiſſimas potiones vino fortaſsè præſtantiores, & quæ non minus, quàm vinum inebriant. Neque etiam credas, illos æſtivo tempore à potu interdiù abſtinere, niſi cùm ab aliis videntur, ob pœnæ timorem. Imò audivi à viris fide dignis, publica etiam auctoritate ab abſtinentia potus Moslemos in jejuniis ſuis diſpenſari.

Cùm verò adeò commodum ſit hoc jejunium, indulget tamen Mahumetus, ut qui non vult jejunare, etiam abſque ulla cauſa comedat, dummodò pauperi cibum præbeat. Ridiculum autem eſt fingere, quòd hoc abrogaverit per verba immediatè ſequentia: *qui ex vobis præſens fuerit huic menſi, jejunet illum*. Primò enim nihil apparet in iis hujuſmodi abrogationis. Deinde nimis inſanus haberetur legiſlator, qui in uno verſiculo aliquid ſtatueret, quod in immediatè ſequenti abrogaret.

Reſpondebunt Moslemi, verſus Alcorani non eſſe traditos à Deo eo ordine, quo ſcripti ſunt: & fortaſsè inter unum & alterum ex his duobus verſiculis multum temporis ſpatium effluxiſſe. Verùm hoc eſt, temerè divinare, & omnia dubia & incerta facere in Alcorano. Jam vidimus in Notis interpretes hìc inter ſe diſſentire: & nunc libet afferre in eamdem rem expoſitionem Abul-caſemi ſuperiùs allegati; in hæc verba: وعلي الذين يطيقونه فدية طعام مسكين وقد قُرِئَ يطوقونه فمَن قرء يطيقونه اراد ان يطيقوا صيامه : ومن قرء يطوقونه يعني يكلفونة وذلك ان الرجل في بدء الاسلام ان يشاء صام وان شاء افطر واطعم مكان يومه مسكينًا حتّي قال اللّه عزّوجهه فمَن تطوع خيرًا فاطعم مسكينًا مكان يومه كان افضل ... حتي انزل اللّه الاية التي

Legunt nonnulli: *Illi, qui poterunt eo menſe jejunare*. *Alii verò*: *Illi, quibus grave fuerit eo menſe jejunare* (Gelal, ut vidimus, legit, *qui non poterunt*: ſenſu prorſus contrario) *cibum præbeant, ſi non jejunent, uni pauperi ſingulis diebus*. *Hoc dicitur, quia in principio Mahumetiſmi, qui volebat, jejunabat, qui autem nolebat jejunare, comedebat, & pro eo die cibabat unum pauperem: donec dixit Deus: Et qui ſpontè præſtiterit id, quod melius eſt, nimirùm, qui cibaverit pauperem vice jejunii illius diei, erit excellentior. Sed tandem tradidit Deus verſiculum ſequentem: Qui interfuerit eo menſe præſens, ratione præditus, ſoſpes, ætate adulta, jejunet illum per quem abrogavit verſiculum præcedentem. Illi, qui potuerint jejunare, &c.* Miror Mahumetanorum Doctorum ſtultitiam, qui velint, Deum meliora in deteriora commutare. Si enim melius, & excellentius eſt pauperem cibare, quàm jejunare, ut aſſerit hic Interpres: Ergo dum Deus prætulit jejunium cibationi pauperis, præcepit id, quod eſt deterius. Fateor tamen, alios Expoſitores contrarium ſentire, nempè in Alcorano jejunium cibationi pauperis manifeſtè præferri.

Nec minus digladiantur in expoſitione eorum verborum: *Præſcribitur vobis jejunium, ſicut præſcriptum fuit illis, qui fuerunt ante vos*. Quidam agnoſcentes manifeſtè hoc nullo modo verum eſſe, confugiunt ad الناسخ والمنسوخ *Abrogantem, & Abrogatum*, afferentes agi hìc de jejunio Hebræorum, Chriſtianorum, & aliarum gentium: ſed in ſequentibus verſiculis de jejunio proprio Mahumetanorum. Audiamus Abul-caſemum: اختلف الناس في الاشارة الي من هي فقالت طايفة الاشارة الي الامم الخالية وذلك ان اللّه تعالي ما ارسل نبيًّا الا فرض عليه وعلي امّته صيام شهر رمضان فكفرت به الامم كلها فامنت به امّة محمد ﷺ : وقال اخرون الاشارة الي النصاري وذلك انهم كانوا اذا افطروا اكلوا وشربوا وجامعوا النساء ما لم يناموا ويصلوا عشي الاخرة ..... فنزلت احلّ لكم ليلة الصيام الرفث الي نسايكم الي قوله تعالي وكلوا واشربوا الي قوله تعالي ثم اتمّوا الصيام الي اليل فصارت هذه

هذه الاية ناسخة لقوله تعالي كتب عليكم الصيام كما كتب علي الذين من قبلكم :

Diſſentiunt inter ſe Interpretes, ad quoſnam referantur verba illa: Qui fuerunt ante vos. Quidam referunt ad omnes gentes præteritas, aſſerentes, Deum nullum miſiſſe Prophetam, cui non præceperit jejunium menſis Romadani, unà cum gente, ad quam mittebatur: omnes autem gentes rejeciſſe illud, excepta gente Prophetæ Mahumeti. Alii dicunt referri ad Chriſtianos; quia hi, completo jejunio, comedunt, & bibunt, & utuntur uxoribus uſque ad tempus ſomni, & ultimæ orationis veſpertinæ poſt cœnam; & deinde ab his abſtinent: propterea revelavit Deus hunc verſiculum: conceditur vobis nocte jejunii uſus uxorum, uſque ad ea verba: & comedite & bibite; & deinceps uſque ad illa: Deinde perfectè obſervate jejunium uſque ad noctem: per quæ abrogantur ſuperiora: Præſcribitur vobis jejunium, ſicut præſcriptum fuit iis, qui fuerunt ante vos. Per hujuſmodi abrogata, & abrogantia, ſalvant Moslemi omnia abſurda, & univerſas contradictiones Alcorani, nihil curantes, quòd poſt abrogatum immediatè ſequatur abrogans: vel etiam quòd abrogans præcedat abrogatum: quo nihil ſtultius dici poteſt, vel cogitari. Vide Prodromum pag. 4. c. 7. pag. 21. & cap. 12. pag. 34. ubi plura de hoc Mahumetanorum jejunio.

TEXTUS ALCORANI.

189 يَسْـَٔلُونَكَ عَنِ ٱلْأَهِلَّةِ قُلْ هِيَ مَوَٰقِيتُ لِلنَّاسِ وَٱلْحَجِّ وَلَيْسَ ٱلْبِرُّ بِأَن تَأْتُوا۟ ٱلْبُيُوتَ مِن ظُهُورِهَا
وَلَٰكِنَّ ٱلْبِرَّ مَنِ ٱتَّقَىٰ وَأْتُوا۟ ٱلْبُيُوتَ مِنْ أَبْوَٰبِهَا وَٱتَّقُوا۟ ٱللَّهَ لَعَلَّكُمْ تُفْلِحُونَ ۞ 191 وَقَٰتِلُوا۟ فِى
سَبِيلِ ٱللَّهِ ٱلَّذِينَ يُقَٰتِلُونَكُمْ وَلَا تَعْتَدُوٓا۟ إِنَّ ٱللَّهَ لَا يُحِبُّ ٱلْمُعْتَدِينَ ۞ 192 وَٱقْتُلُوهُمْ حَيْثُ
ثَقِفْتُمُوهُمْ وَأَخْرِجُوهُم مِّنْ حَيْثُ أَخْرَجُوكُمْ وَٱلْفِتْنَةُ أَشَدُّ مِنَ ٱلْقَتْلِ وَلَا تُقَٰتِلُوهُمْ عِندَ ٱلْمَسْجِدِ ٱلْحَرَامِ
حَتَّىٰ يُقَٰتِلُوكُمْ فِيهِ فَإِن قَٰتَلُوكُمْ فَٱقْتُلُوهُمْ كَذَٰلِكَ جَزَآءُ ٱلْكَٰفِرِينَ ۞ 193 فَإِنِ ٱنتَهَوْا۟ فَإِنَّ
ٱللَّهَ غَفُورٌ رَّحِيمٌ ۞ 194 وَقَٰتِلُوهُمْ حَتَّىٰ لَا تَكُونَ فِتْنَةٌ وَيَكُونَ ٱلدِّينُ لِلَّهِ فَإِنِ ٱنتَهَوْا۟ فَلَا عُدْوَٰنَ
إِلَّا عَلَى ٱلظَّٰلِمِينَ ۞ 195 ٱلشَّهْرُ ٱلْحَرَامُ بِٱلشَّهْرِ ٱلْحَرَامِ وَٱلْحُرُمَٰتُ قِصَاصٌ فَمَنِ ٱعْتَدَىٰ عَلَيْكُمْ فَٱعْتَدُوا۟
عَلَيْهِ بِمِثْلِ مَا ٱعْتَدَىٰ عَلَيْكُمْ وَٱتَّقُوا۟ ٱللَّهَ وَٱعْلَمُوٓا۟ أَنَّ ٱللَّهَ مَعَ ٱلْمُتَّقِينَ ۞ 196 وَأَنفِقُوا۟ فِى سَبِيلِ
ٱللَّهِ وَلَا تُلْقُوا۟ بِأَيْدِيكُمْ إِلَى ٱلتَّهْلُكَةِ وَأَحْسِنُوٓا۟ إِنَّ ٱللَّهَ يُحِبُّ ٱلْمُحْسِنِينَ ۞ 197 وَأَتِمُّوا۟ ٱلْحَجَّ
وَٱلْعُمْرَةَ لِلَّهِ فَإِنْ أُحْصِرْتُمْ فَمَا ٱسْتَيْسَرَ مِنَ ٱلْهَدْىِ وَلَا تَحْلِقُوا۟ رُءُوسَكُمْ حَتَّىٰ يَبْلُغَ ٱلْهَدْىُ مَحِلَّهُۥ فَمَن
كَانَ مِنكُم مَّرِيضًا أَوْ بِهِۦٓ أَذًى مِّن رَّأْسِهِۦ فَفِدْيَةٌ مِّن صِيَامٍ أَوْ صَدَقَةٍ أَوْ نُسُكٍ فَإِذَآ أَمِنتُمْ فَمَن تَمَتَّعَ
بِٱلْعُمْرَةِ إِلَى ٱلْحَجِّ فَمَا ٱسْتَيْسَرَ مِنَ ٱلْهَدْىِ فَمَن لَّمْ يَجِدْ فَصِيَامُ ثَلَٰثَةِ أَيَّامٍ فِى ٱلْحَجِّ وَسَبْعَةٍ إِذَا رَجَعْتُمْ
تِلْكَ عَشَرَةٌ كَامِلَةٌ ذَٰلِكَ لِمَن لَّمْ يَكُنْ أَهْلُهُۥ حَاضِرِى ٱلْمَسْجِدِ ٱلْحَرَامِ وَٱتَّقُوا۟ ٱللَّهَ وَٱعْلَمُوٓا۟ أَنَّ ٱللَّهَ
شَدِيدُ ٱلْعِقَابِ ۞ 198 ٱلْحَجُّ أَشْهُرٌ مَّعْلُومَٰتٌ فَمَن فَرَضَ فِيهِنَّ ٱلْحَجَّ فَلَا رَفَثَ وَلَا فُسُوقَ وَلَا جِدَالَ
فِى ٱلْحَجِّ وَمَا تَفْعَلُوا۟ مِنْ خَيْرٍ يَعْلَمْهُ ٱللَّهُ وَتَزَوَّدُوا۟ فَإِنَّ خَيْرَ ٱلزَّادِ ٱلتَّقْوَىٰ وَٱتَّقُونِ يَٰٓأُو۟لِى ٱلْأَلْبَٰبِ ۞
199 لَيْسَ عَلَيْكُمْ جُنَاحٌ أَن تَبْتَغُوا۟ فَضْلًا مِّن رَّبِّكُمْ فَإِذَآ أَفَضْتُم مِّنْ عَرَفَٰتٍ فَٱذْكُرُوا۟ ٱللَّهَ عِندَ
ٱلْمَشْعَرِ ٱلْحَرَامِ وَٱذْكُرُوهُ كَمَا هَدَىٰكُمْ وَإِن كُنتُم مِّن قَبْلِهِۦ لَمِنَ ٱلضَّآلِّينَ ۞ 200 ثُمَّ أَفِيضُوا۟ مِنْ
حَيْثُ أَفَاضَ ٱلنَّاسُ وَٱسْتَغْفِرُوا۟ ٱللَّهَ إِنَّ ٱللَّهَ غَفُورٌ رَّحِيمٌ ۞ 201 فَإِذَا قَضَيْتُم مَّنَاسِكَكُمْ فَٱذْكُرُوا۟

آللّٰه كذكركم آباءكم أو أشد ذكرا فمن آلناس من يقول ربنا آتنا في آلدنيا وما له في
آلآخرة من خلاق ۞ 202 ومنهم من يقول ربنا آتنا في آلدنيا حسنة وفي الاخرة حسنة وقنا
عذاب آلنار أولئك لهم نصيب مما كسبوا وآلله سريع آلحساب ۞ 203 واذكروا آلله في أيام
معدودات فمن تعجل في يومين فلا إثم عليه ومن تاخر فلا إثم عليه لمن آتقى واتقوا آلله واعلموا
أنكم إليه تحشرون ۞ 204 ومن آلناس من يعجبك قوله في آلحيوة آلدنيا ويشهد آلله على ما في
قلبه وهو ألد آلخصام ۞ 205 وإذا تولى سعى في آلارض ليفسد فيها ويهلك آلحرث والنسل وآلله لا
يحب آلفساد ۞ 206 وإذا قيل له آتق آلله أخذته آلعزة بالاثم فحسبه جهنم ولبئس آلمهاد ۞
207 ومن آلناس من يشري نفسه آبتغاء مرضات آلله وآلله رؤف بالعباد ۞ 208 يا أيها آلذين آمنوا
آدخلوا في آلسلم كافة ولا تتبعوا خطوات آلشيطان إنه لكم عدو مبين ۞ 209 فإن زللتم من
بعد ما جاءتكم آلبينات فاعلموا أن آلله عزيز حكيم ۞ 210 هل ينظرون إلا أن يأتيهم آلله
في ظلل من آلغمام وآلملائكة وقضي آلامر وإلى آلله ترجع آلامور ۞ 211 سل بني إسرائيل كم
آتيناهم من آية بينة ومن يبدل نعمة آلله من بعد ما جاءته فإن آلله شديد آلعقاب ۞ 212 زين
للذين كفروا آلحيوة آلدنيا ويسخرون من آلذين آمنوا والذين آتقوا فوقهم يوم آلقيامة وآلله يرزق
من يشاء بغير حساب ۞ 213 كان آلناس أمة واحدة فبعث آلله آلنبيين مبشرين ومنذرين وأنزل
معهم آلكتاب بالحق ليحكم بين آلناس فيما آختلفوا فيه وما آختلف فيه إلا آلذين أوتوه من
بعد ما جاءتهم آلبينات بغيا بينهم فهدى آلله آلذين آمنوا لما آختلفوا فيه من آلحق بإذنه وآلله
يهدي من يشاء إلى صراط مستقيم ۞ 214 أم حسبتم أن تدخلوا آلجنة ولما يأتكم مثل آلذين
خلوا من قبلكم مستهم آلبأساء والضراء وزلزلوا حتى يقول آلرسول والذين آمنوا معه متى نصر آلله
ألا إن نصر آلله قريب ۞ 215 يسئلونك ماذا ينفقون قل ما أنفقتم من خير فللوالدين والاقربين
واليتامى والمسكين وآبن آلسبيل وما تفعلوا من خير فإن آلله به عليم ۞ 216 كتب عليكم
آلقتال وهو كره لكم وعسى أن تكرهوا شيا وهو خير لكم وعسى أن تحبوا شيا وهو شر لكم
وآلله يعلم وأنتم لا تعلمون ۞ 217 يسئلونك عن آلشهر آلحرام قتال فيه قل قتال فيه كبير وصد
عن سبيل آلله وكفر به والمسجد آلحرام وإخراج أهله منه أكبر عند آلله والفتنة أكبر من آلقتل
ولا يزالون يقاتلونكم حتى يردوكم عن دينكم إن آستطاعوا ومن يرتدد منكم عن دينه فيمت
وهو كافر فأولئك حبطت أعمالهم في آلدنيا والآخرة وأولئك أصحاب آلنار هم فيها خالدون ۞
218 إن آلذين آمنوا والذين هاجروا وجاهدوا في سبيل آلله أولئك يرجون رحمت آلله وآلله
غفور رحيم ۞

VER-

VERSIO LATINA.

190. INterrogabunt te de lunationibus. Reſponde: Hæ *ſunt ad indicanda* tempora ſtatuta hominibus *(quibus ſcilicet debeant ſerere, negotiari, obſervare menſtrua, jejunare &c.)*: & *inſerviunt etiam* peregrinationi Meccanæ. Et non eſt *ſita* juſtitia in *boc*, quòd veniatis domos à dorſis earum *(ideſt ingrediamini à parte poſtica earum)*: ſed juſtitia *eſt illius*, qui timuerit *Deum*. Et venite domos per portas earum, & timete Deum, ut vos felices ſitis. 191. Et pugnate in ſemita Dei contra illos, qui pugnaverint contra vos: & ne transgrediamini *(ideſt ne pugnetis primi contra eos)*, quia Deus non amat transgredientes. 192. Et occidite eos, ubi inveneritis eos: & ejicite eos, unde ejecerint vos: nam tentatio *(ideſt periculum perverſionis veſtræ ab illis)* gravior eſt, quàm cædes *à vobis illis inflicta*. Et ne pugnetis contra eos prope templum Haram, donec *ipſi* pugnent contra vos in eo. Quòd ſi pugnent contra vos *in eo*, porrò occidite eos *in eodem*. Ita *debet eſſe* retributio Infidelium. 193. Quòd ſi abſtinuerint *ab infidelitate*: utique Deus *erit* indultor, miſericors. 194. Et pugnate contra eos, donec non ſit tentatio *(ideſt periculum idololatriæ)*, & ſit Religio Deo *tantummodò*. Quòd ſi abſtinuerint *ab idolorum cultu*: tunc ne *ſit* hoſtilitas, niſi contra Iniquos. 195. Menſis Haram *accipiatur à vobis ad pugnandum contra infideles*, pro menſe Haram *illo, in quo pugnaverint ipſi contra vos*: & Sacraria Meccana, *ſi in iis pugnaverint contra vos, ſint* pœna talionis: *ita ut vos etiam pugnetis in illis contra eos*. Qui ergo transgreſſus fuerit contra vos, *pugnando adverſus vos in locis, aut menſibus prohibitis*: tranſgredimini etiam *vos* contra eum, quemadmodum tranſgreſſus eſt contra vos. Et timete Deum, & ſcitote, quòd Deus *eſt* cum timentibus *ſe*. 196. Et erogate *facultates* in ſemita Dei: & ne projiciatis *vos ipſos* manibus veſtris in ruinam: & benefacite, quia Deus amat benefacientes. 197. Et perficite peregrinationem Meccanam, & viſitationem Deo: *(ideſt in honorem Dei)*. Quòd ſi obſeſſi fueritis *ab hoſtibus, itaut non poſſitis hæc abſolvere*: ſaltem *offerte* id quod facilius fuerit de munere *(nempè ovem, aut aliquid ſimile)*. Et ne radatis capita veſtra, donec perveniat munus, *quod offertis* ad locum immolationis ſuæ *(in quo ſcilicet debet immolari)*. Sed qui fuerit ex vobis ægrotus, aut in eo fuerit malum aliquod ex capite ejus *(velut pediculi, aut cephalæa; ita ut neceſſe ſit illi radere caput ante hoc tempus)* redemptio *raſionis capitis erit* ex jejunio *trium dierum*; aut eleemoſyna *in victum ſex pauperum*; aut aliqua oblatione *(puta, unius ovis)*. Cùm autem ſecuri fueritis *ab hoſtibus*; qui uſus fuerit viſitatione *locorum ſacrorum intra ſepta Meccæ* uſque ad peregrinationem: *offeret* quod facilius fuerit de dono *(nempè ovem)*. Qui verò non invenerit *hujuſmodi oblationem*; *præſcribitur ei* jejunium trium dierum in peregrinatione, & ſeptem, cùm reverſi fueritis *in patrias veſtras*. Iſti *erunt* decem *dies* completi. Hoc *imponitur* illi, cujus non fuerint domeſtici præſentes Oratorio Haram. Et timete Deum: & ſcitote quòd Deus eſt validus *in* puniendo. 198. Peregrinatio, menſes noti *(ideſt faciendа eſt menſibus ſtatutis)*. Qui igitur decreverit in illis peregrinari, ne *admittat* actum conjugalem, neque exorbitantiam, neque altercationem in peregrinatione: & quod feceritis de bono, ſciet illud Deus. Et viaticum parate *ad iter*. Porrò optimum viaticum eſt pietas. Et timete me, ò præditi cordibus *(ideſt ò cordati ac prudentes)*. 199. Non erit ſuper vos piaculum, quòd exquiratis abundantiam à Domino veſtro *per mercaturam in peregrinatione*. Cùm autem regreſſi fueritis ab Araphat, mementote Dei prope ſacrum monimentum Haram: & mementote ejus, ſicut direxit vos *(ideſt quia direxit vos ad veram religionem)*. Quòd ſi fuiſſetis ante hoc *tempus*, utique *fuiſſetis* ex Errantibus. 200. Deinde revertimini, *ò Coraiſitæ*, unde reverſi fuerint homines *reliqui*: & indulgentiam petite à Deo, quippe Deus *eſt* indultor, miſericors. 201. Cùmque abſolveritis ſacras ceremonias veſtras,

mentote Dei, juxta *quod conſueviſtis* meminiſſe vos patrum veſtrorum, aut vehementiori memoria. Porrò ex hominibus quiſpiam dicit: Domine noſter, da nobis *partem noſtram* in hoc mundo: *& conceditur illi*: ſed non *erit* illi in noviſſimo ſæculo de portione (*ideſt ulla portio*). 202. Et ex eis quiſpiam dicit: Domine noſter, da nobis in hoc mundo bonum: & in noviſſimo ſæculo bonum, & libera nos à tormento ignis. Hi, ipſis *erit* pars (*ideſt merces*) ex eo quod lucrati ſunt *operibus ſuis bonis*: & Deus *eſt* velox *in* computando *opera uniuſcujuſque*. 203. Et mentote Dei in diebus enumeratis (*ideſt tribus diebus poſt mactationem hoſtiarum*). Qui verò acceleraverit *diſceſſum ex valle Muna* in duobus diebus; non *erit* delictum ſuper eum. Et qui procraſtinaverit *in ea tertiam noctem*, non *erit* delictum ſuper eum ei, qui timuerit *Deum*. Timete itaque Deum, & ſcitote, quòd vos ad eum congregabimini *in die judicii*. 204. Et
a in. inter homines, aliquis in admirationem te adducet dictum ejus *a* de vita mundana, & teſtem vocabit Deum ſuper id, quod *eſt* in corde ejus (*nimirùm illud eſſe conforme dictis ejus:*) & *tamen* ipſe *erit* acerrimus *in* diſceptando *contra te*. 205. Et cùm averterit ſe *à te*, feſtinabit in terra, ut corrumpat in ea, & perdat ſatum, & germen. Deus autem non amat corruptionem. 206. Cùm dictum fuerit ei: Time Deum: capiet eum ſuperbia cum iniquitate: verùm ſufficientia ejus *erit* gehenna, (*ideſt ſufficiet ei gehenna pro pœna*): & certè erit infelix lectulus. 207. Et ex hominibus quiſpiam vendit animam ſuam *ob* deſiderium beneplaciti Dei: Deus autem benignus *eſt* cum ſervis. 208. O qui credideruntis, ingredimini in religionem ſanam univerſim (*ideſt recipiendo omnia, quæ in ea continentur*): & ne ſectemini paſſus Satanæ, quippe ipſe *eſt* vobis hoſtis manifeſtus. 209. Quòd ſi lapſi fueritis, poſtquam venerunt vobis declarationes *veritatis circa religionem*: ſcitote porrò, quòd Deus eſt præpotens, ſapiens. 210. An expectant *increduli*, niſi ut veniat ad eos Deus in umbraculo ex nubibus, & Angeli? Et deciſum erit negotium *perditionis eorum, ſi venerit*: & ad Deum reducentur res. 211. Interroga filios Iſrael, quot attulerimus eis de ſigno claro (*ideſt quot miracula evidentia*). Qui autem commutaverit gratiam Dei, poſtquam venit ei; utique Deus vehemens *erit in illo* puniendo. 212. Adornata fuit iis, qui non credunt, vita mundana; & luſum captant de iis, qui crediderunt. At qui timuerint *Deum*, *ſtabunt* ſupra eos die reſurrectionis: & Deus elargitur cui vult, ſine ſupputatione (*ideſt copioſiſſimè.*) 213. Erant homines gens una (*ideſt in eadem fide*): & miſit Deus Prophetas fauſta annuntiantes *fidelibus*; & comminantes *infidelibus ſupplicia*: & demiſit cum eis Librum (*ideſt ſacros libros*) cum veritate, ut dijudicaret *per eum* inter homines de eo, in quo erant diſcrepantes (*nempè de religione*:) & non fuerunt diſcrepantes de eo, niſi illi, quibus traditus eſt idem *Liber*, poſtquam venerunt ad ipſos declarationes *de unitate Dei*, *ob* invidiam inter eos. Et direxit Deus eos, qui crediderunt, ad id, in quo diſcordes fuerant de veritate, per voluntatem ſuam: & Deus dirigit quem vult in viam rectam. 214. An exiſtimaſtis, *ò fideles*, quòd ingrederemini Paradiſum, & nondum evenerat vobis *aliquid* ſimile *illis, quæ evenerunt iis*, qui præceſſerunt ante vos? Tetigit eos calamitas, & nocumentum, & concuſſi ſunt *variis anguſtiis;* donec diceret Legatus *miſſus illis à Deo*, & qui crediderant cum eo: Quandonam *veniet* auxilium Dei *nobis promiſſum*? *Et reſponſum fuit eis à Deo*: Nonne certè auxilium Dei *eſt* propinquum? 215. Interrogabunt te, quidnam erogent *in eleemoſynam*? reſponde: Quod erogabitis de bono, *cedat in utilitatem* parentibus, & propinquis, & orphanis, & pauperibus, & filio ſemitæ (*ideſt viatori.*) Quod autem feceritis de bono, utique Deus *erit* illud ſciens. 216. Scriptum eſt ſuper vos prælium *contra infideles*: at hoc eſt exoſum vobis. Et fortaſsè eveniet, ut exoſam habeatis rem, & hæc *ſit* melior vobis: & fortaſsè veniet, ut cupiatis rem, & hæc *ſit* pejor vobis: & Deus ſcit: & vos neſcitis. 217. Interrogabunt te de menſe Haram, prælium in eo *indictum eſt*. Reſponde: Prælium in eo, *eſt vobis* grave: ſed prohibere à ſemita Dei, & infidelitas erga illum; & *excludere ab* oratorio Haram, & ejicere fa-

re familiam ejus ab eo, gravius *eſt* apud Deum; & tentatio (*ideſt idololatria*) gravius *malum eſt*, quàm cædes *in templo Haram*. Et non ceſſabunt *infideles* præliari contra vos, donec avertant vos à religione veſtra, ſi potuerint. Qui autem reſilierit ex vobis à religione ſua, & mortuus fuerit, & ipſe infidelis *obierit*: hi, vana erunt opera eorum in hoc mundo, & noviſſimo ſæculo: & hi *erunt* ſocii ignis: ipſi in eo perenniter manſuri. 218. Porrò qui crediderint, & qui emigraverint *è patria ſua*: & decertaverint in ſemita Dei: hi ſperabunt miſericordiam Dei: & Deus *eſt* Indultor, miſericors.

NOTÆ.

CXC. *De lunationibus*] Arabicè الاهلة vertunt alii *neomeniis*, ſeu *noviluniis*. Gelaleddinus accipit pro variis lunæ mutationibus, ac ſtatibus.

Et non eſt ſita juſtitia.] Reprehendit ſuperſtitionem ſuorum, qui cùm eſſent in Mecca, regreſſi, ut opinor, à peregrinatione, nolebant ingredi, vel egredi per portas domorum, ſed facto foramine in parte earum poſtica, illo ad ingreſſum & egreſſum utebantur.

CXCVI. *Et ne projiciatis vos ipſos*] Explicat Gelaleddinus بالامساك عن النفقة فى الجهاد وتركه لانه يقوى العدو عليكم: *abſtinendo ab eroganda pecuniis pro bello, ſeu deſerendo illud: nam hoc corroborat hoſtes contra vos.*

CXCVII. *Et perficite peregrinationem & viſitationem*] Gelal. ادوهما بحقوقهما *perſolvite utramque ritibus, & ceremoniis ſuis.*

Et ne radatis capita veſtra] Radebant capita (inquit Gelal.) ببنية التحلل *ad oſtendendum ſe eſſe ſolutos voto*, quod emiſerant, peregrinationis, eò quòd jam omnia compleſſent, quæ ad eam pertinebant.

Quinſus fuerit viſitatione] Explicat Jahias: مَن أهَلَّ بعمرة فى اشهر الحج فى شوال او فى ذى القعدة او فى ذى الحجة ثم حج من عامه ذلك فهو متمتع عليه ما استيسر من الهدى: *qui familiam inſtituerit* (ideſt uxorem duxerit) *in viſitatione in menſibus peregrinationis, nempè Sceval, vel Dulcaeda, vel Dulhoggia: deinde peregrinatus fuerit poſt annum illum; hujuſmodi vir offeret oblationem ex facilioribus.* Gelaleddinus فمن استمتع بالعمرة اى بسبب فراغه منها بمحظورات الاحرام الى الحج اى الاحرام به بان يكون احرم بهما فى اشهر: *qui commoratus fuerit in viſitatione, nimirùm cauſa abſolvendi illam, in ſeptis locorum ſacrorum Meccæ uſque ad peregrinationem; ideſt, uſque dum compleverit ea, quæ requiruntur ad peregrinationem* (hujuſmodi ſunt, indui veſte viliori, abſtinere à venatione: Venere, & odoribus: nutrire capillos & ungues &c.) *itaut compleverit ea menſibus ſuis &c.* Videtur ſermo eſſe de iis, qui non potuerint complere peregrinationem tempore ſuo.

CXCVIII. *Peregrinatio, menſes noti*]. Gelal. شوال وذو القعدة وعشر ليال من ذى الحجة وقيل كله: *in menſe Sceval, & Dulcaeda, & decem diebus menſis Dulhoggia. Alii dicunt concedi totum menſem.*

CXCIX. *Ab Araphat*]. Eſt mons in regione Meccæ, quem peregrini, utpote ſacrum, viſitant, ibique conſiſtunt.

Prope ſacrum monimentum Haram] Gelal. هو جبل فى اخر المزدلفة يقال له قزح وفى الحديث انه وقف به يذكر الله ويدعو حتى اسفر جدًّا: *eſt mons in ultima parte Mozdalephæ, qui vocatur Cazah, in quo fertur ſtetiſſe Mahumetus laudans & precans Deum, donec multo ſplendore perfuſus eſt.*

CC. *Unde reverſi fuerint homines*] Gelal. أى من عرفة بان تنفروا بها معهم وكانوا يقفون بالمزدلفة ترفعا عن الوقوف معهم: *ideſt ex Araphat, itaut ibi conſiſtatis cum illis. Nam antè conſiſtebant in Moſdalepha ſeorſim à cæteris.* Porrò Araphat, Arabicè عرفة ſeu عرفات ſignificat *cognitionem*. Reddit rationem nominis hujus Alhafanus his verbis: ان جبرائيل عم ارى ابراهيم المناسك كلها حتى اذا بلغ الى عرفات: قال يا ابراهيم أعرفتَ ما رايت من المناسك قال نعم والذلك سميت عرفات: *quia Gabriel, cui ſit pax, oſtendit Abrahamo omnes ritus Religionis, donec pervenit in Araphat. Ibi autem dixit ei: O Abraham: Noſtine quæ oſtendi tibi circa ritus ſacros? Reſpondit: Utique. Propterea appellatus eſt locus ille Araphat*, ideſt cognitio. Alii alias rationes commenti ſunt. Gabriel Bremondus Maſſilienſis in ſuis itineribus lib. 2. cap. 29. loquens de hac peregrinatione Meccana, & præſertim de loco Araphat, multa habet, quæ lucem præbeant huic Alcorani loco, quæ ex Italico idiomate latinè hìc Lectori fideliter exhibeo. *Quidam* (inquit) *religionis*, quidam verò negotiationis cauſa peregrinationem hanc ſuſcipiunt. Magnates verò non niſi ad ſupplicium aliquod, quod commeruerint, evitandum. Hoc nanque iter à quolibet crimine cæteros omnes abſolvit, præter eos, quos Imperator abſolutè punire decreverit. Extrinſecus tamen omnes magnam præſeferunt pietatem.

In itinere namque Alcorani versiculos, & psalmos Davidis perpetuò ferè canunt, & eleemosynas etiam supra vires erogant. Biduo antequam Meccam perveniant, unusquisque vestes omnes exuit quodam in loco, qui vocatur Rhabi, obscœnis tantùm partibus linteo coopertis: collo etiam linteum aliud apponit; & sandalia pedibus induit. Quidam ibi octo dies commorantur, quo tempore nefas est capillos, aut pilos radere, aliquid vendere vel emere, aliquod animal, & ne pulicem quidem unum occidere, servos increpare, cum aliis altercari, & ne verbum quidem indecens proferre. Quòd si in his delinquant, eleemosynis delictum redimunt. Qui morbo, vel alia justa causa impediuntur, vestes non exuunt; sed pro hoc pecunias in pauperes erogant. Tres tantùm dies Meccæ morantur, quibus loca sacra invisunt. Uno ex his diebus septies Meccanum delubrum circumeunt, preces effundentes. Sacrificulus quidam eos præcedit, cujus passus, & gestus omnes accuratè imitantur. Principiò precatiunculas quasdam submissè obmurmurant. Tum per certa intervalla saltitantes currunt, hàc illàc humeros ridiculè jactantes: id verò sæpiùs faciunt, quò, ut ipsi stultè existimant, peccatis exonerentur, penitusque purgentur. His peractis, discedunt ad locum quemdam, quem Misnè appellant, ibidem noctu dormituri. Postero verò die proficiscuntur per intervallum mille passuum, in magnam quandam planitiem nomine Arapha, quæ sita est ad radices montis ejusdem nominis. In hujus medio clivus quidam, seu tumulus assurgit, unde pro suggestu Doctor quidam de sacrificio ibidem peragendo prolixè concionatur. Deinde quilibet pro sua facultate verveces immolat, quorum magnam partem pauperibus distribuit: & hoc totum præstant dimidia hora ante Solis occasum. Postea prolixas preces effundunt, elatis sursum manibus, divinam clementiam implorantes, quò ipsis peccata dimittantur: putant enim hoc in loco Deum Adamo atque Evæ peccatum ignovisse. His precibus absolutis, quasi furore quodam perciti discedunt, nec ullus est, qui vultum retrò convertat, & in pagum quemdam, qui Mina, vel Muna dicitur, proficiscuntur. Situs hic est in media planitie montis Araphat, ubi scopulus quidam extat, in quo Abraham filium suum immolare voluisse credunt. In eo etiam specus quoddam est, in quo Mahumetum pœnitentiæ causa delituisse fabulantur. Absoluto immolationis die, caput, ac pilos radunt, & festivè quantum possunt indùti, prædictum montem Araphat, & scopulum ibi situm invisunt, & unusquisque quadraginta ac duos lapillos sibi comparat. Hic triduo morantur. Prima die ad montis radicem profecti, precibus nonnullis mussitatis, septem ex his lapillis adversus montem conjiciunt: secunda die quatuordecim: tertia verò viginti & unum: asserentes, se illos projicere in vultum diaboli, qui ibi tentavit Abraham, cùm pergeret filium suum Ismaelem (ita falsò putant) in hoc monte immolaturus. Illud etiam fabulantur, Adam, & Evam, cùm post peccatum diutiùs sejuncti vixissent, tandem hoc in loco sibi mutuò occurrisse, ac dixisse, Arophoc, nimirùm, *cognosco te*: unde nomen etiam monti inditum fuit. His omnibus expletis, Rex Meccæ, qui Sceriphus nuncupatur, seque illis ad hunc montem socium ducemque adjungit; precibus quibusdam conceptis, cuncta illis prospera, ac fausta apprecatur: atque ita unusquisque in regionem suam discedit. Hactenùs Auctor: ex quibus, facilius quæ hìc Alcoranus habet intelligentur.

CCII. *Et Deus est velox in computando*] idest velociter judicabit creaturas omnes in die Judicii; de qua re ita Gelaleddinus: يحاسب الخلق كلهم فى قدر نصف نهار من ايام الدنيا: *judicabit omnes creaturas spatio dimidiæ diei ex diebus hujus mundi.*

CCIV. *Et inter homines aliquis*] Quis iste fuerit explicat Gelal his verbis هو الاخنس ابن شريق كان منافقا حلو الكلام للنبى يحلف انه مؤمن به ويحسب له فيدنى مجلسه فاكذبه الله فى ذلك ومر يزرع وحمر لبعض فاحرقه وعقرها ليلا كما قال تعالى: *hic fuit Alachnas filius Sceric. Erat autem homo impius, sed blandus ac suavis, dum loqueretur cum Mahumeto, jurans se credere in illum, & amare illum; ac propterea prope eum assidebat. Ostendit autem Deus eum in hoc mendacem fuisse. Cùm verò transisset per sata cujusdam, & asinorum catervam ibi reperisset; sata combussit, & asinos interfecit noctu, sicut dicitur in Alcorano.*

In admirationem te adducet dictum ejus de vita mundana] Arabicè يعجبك قوله فى الحياة الدنيا: potest juxta Zamchascerium dupliciter exponi. Primò: sermo ejus in admirationem te adducet, seu tibi placebit in hac vita, sed non in altera: quia ibi cognosces simulatè eum locutum fuisse. Secundò: sermo ejus de hac vita, seu de rebus hujus mundi, quas ostendit se contemnere, & postponere rebus futuri sæculi, placebit tibi, quia nescies eum simulatè loqui.

CCVII. *Et ex hominibus quispiam vendit animam suam*] Gelal. وهو صهيب لما اذاه المشركون هاجر الى المدينة وترك لهم ماله: *hic fuit Soheibus, quem cùm infideles lacesserent, ac vexarent, transfugit in Medinam, relinquens illis facultates suas.*

CCXVII. *Interrogabunt te de mense Haram*] Erat hic mensis sacer, in quo nefas erat præliari. Mahumetus tamen jussit suos, quamvis invitos, eo mense Meccanis arma inferre, eò quòd anteà ab illis expulsus fuisset unà cum suis ab Urbe Mecca.

REFUTATA.

I. EXcusari non potest Mahumetus ab impietate, qui mensibus sacris, in quibus nefas erat prœliari, adversus patriam & concives suos arma movere asseclas suos jusserit, nulla religionis, vel civilis communionis habita ratione. At enim illi priùs Mahumetum, ac Mahumetanos civitate expulerant. Meritò sanè id fecerant, quippe novarum rerum molitores, & Reipublicæ perturbatores. Quòd si etiam injustè fecissent, non tamen Mahumetus adversus patriam hostiliter proficisci debuit. Damnant hoc omnes in Coriolano Romanorum nobilissimo, qui post præclaras victorias, odio plebis Urbe pulsus, Volscis hostibus se se adjunxit, & contra patriam infestissimum bellum movit. Non tamen eam oppressit, ut Mahumetus: sed genitricis precibus placatus, injuriam statim remisit. Deus ipse præcipit in Pentateucho Leviti ci cap. 19. *Ne quæras ultionem, nec memineris injuriæ civium tuorum*. Excusabit tamen se Mahumetus in hoc, prætextu religionis. Mos hic est omnium politicorum, qui religione ad impietatem suam cohonestandam abutuntur.

II. Neque à superstitione excusari potest Mahumetus, non solùm ob ritus illos inanes ac ridiculos, quos in Meccana peregrinatione suis præscribit; sed etiam quia tota hæc peregrinationis sanctio ab Arabibus idololatris accepta est, ut habetur ex libro Hagar, quem allegat P. Guadagnolus suprà laudatus in Apologia sua, tractatu de Mahumeto, cap. 10. sect. 5. Sahar settanius quoque Auctor celeberrimus apud Mahumetanos, ita scribit de Arabibus idololatris ante Mahumetum وكانوا يحجّون البيت ويعتمرون ويحرمون ويطوفون البيت اسبوعا ويسعون بين الصفا والمروة وكانوا يلبّون الا ان بعضهم كان يشرك في تلبيته ويقفون المواقف كلها وكانوا يهدون الهايا ويرمون الجمار ويحرمون الاشهر الحرم فلا يغيرون ولا يقاتلون فيها الا طيّ وخثعم وبعض بني الحرث: *Et peregrinationem suscipiebant ad Templum Meccæ, & in eodem commorabantur, & cæremonias sacras præmittebant, & septies Ædem circumibant, & discurrebant inter Sapham, & Mervam: & Deo obsequium deferebant, quamvis nonnulli alios illi deos adjungerent: omnesque stationes sacrorum locorum servabant, & donaria offerebant, & lapillos conjiciebant; & habebant menses sacros, in quibus nec quemquam bello lacessebant, nec in eum hostiliter incurrebant: exceptis Tajensibus, & Chathaamitis, & quibusdam ex gente Harethi*. En unde Mahumetus hausit superstitionem suam. Verùm ne prorsus idololatra ipse, & impius videretur; hæc omnia à Deo Abrahæ præcepta fuisse mentiebatur. Sed de hac Peregrinatione Meccana, vide quæ fusiùs scripsi in Prodr. p. 4. cap. 8. & 13.

III. Fabulatur, seu potiùs mentitur Impostor, dum asserit, homines quodam tempore unam eamdemque religionem habuisse: Deum verò misisse Prophetas cum libris è Cœlo delapsis, ut per eos sententiam ferret, ac dijudicaret circa id, in quo homines discrepabant, nempè circa religionem, ut exponit Gelaleddinus, & patet ex Alcorano. Sed quomodo discrepabant in religione, si una eademque erat omnium religio? respondet Mahumetus: Non incidisse hanc inter homines de religione dissensionem, nisi postquam venerunt Prophetæ cum libris è Cœlo allatis, in quibus erant argumenta manifestissima de unitate Dei. O ridiculum caput! An non anteà homines credebant, Deum esse unum? Erat enim omnium una religio: & hæc procùldubio erat religio vera & recta: alioquin Deus omninò caruisset in terra cultu sibi debito, cùm tamen ex sacris literis constet, semper fuisse inter homines aliquos, qui legitimam religionem tenerent: ergo illa unica religio debuit esse vera; id quod ex ipsis etiam Alcorani verbis non obscurè colligitur. Itaque Prophetæ illi cum libris suis nihil aliud effecerunt, quàm ut homines religionem veram confunderent, ac perturbarent, & in sectas dividerent. Insanit Mahumetus.

IV. Postremò notanda est oscitantia Mahumeti §. 215. ubi interrogatus à suis ماذا ينفقون *quid vel quantum esset illud, quod deberent in eleemosynam erogare*: Respondet illis, ut erogent, quæ erogaturi sunt in parentes, propinquos, orphanos, & viatores seu peregrinos. Hic verè potest usurpari id, quod vulgò dicimus: *Quo vadis? Moror cum Monachis*.

TEXTUS ALCORANI.

219 يسلونك عن الخمر والميسر قل فيهما اثم كبير ومنافع للناس واثمهما اكبر من نفعهما ويسلونك
ماذا ينفقون ۞ 220 قل العفو كذلك يبين الله لكم الايات لعلكم تتفكرون ۞ 221 في الدنيا
والاخرة ويسلونك عن اليتامى قل اصلاح لهم خير وان تخالطوهم فاخوانكم والله يعلم المفسد من
المصلح ولو شاء الله لاعنتكم ان الله عزيز حكيم ۞ 222 ولا تنكحوا المشركات حتى
يومن ولامة مومنة خير من مشركة ولو اعجبتكم ولا تنكحوا المشركين حتى يومنوا ولعبد
مومن خير من مشرك ولو اعجبكم اولايك يدعون الى النار والله يدعو الى الجنة والمغفرة باذنه
ويبين اياته للناس لعلهم يتذكرون ۞ 223 ويسلونك عن المحيض قل هو اذى فاعتزلوا النسآء
في المحيض ولا تقربوهن حتى يطهرن فاذا تطهرن فاتوهن من حيث امركم الله ان الله يحب
التوابين ويحب المتطهرين ۞ 224 نسآؤكم حرث لكم فاتوا حرثكم اني شيتم وقدموا لانفسكم
واتقوا الله واعلموا انكم ملاقوه وبشر المومنين ۞ 225 ولا تجعلوا الله عرضة لايمانكم ان تبروا وتتقوا
وتصلحوا بين الناس والله سميع عليم ۞ 226 لا يوخذكم الله باللغو في ايمانكم ولكن يوخذكم
بما كسبت قلوبكم والله غفور حليم ۞ 227 للذين يولون من نسايهم تربص اربعة اشهر فان فاوا فان
الله غفور رحيم ۞ 228 وان عزموا الطلاق فان الله سميع عليم ۞ 229 والمطلقات يتربصن
بانفسهن ثلثة قروء ولا يحل لهن ان يكتمن ما خلق الله في ارحامهن ان كن يومن بالله
واليوم الاخر وبعولتهن احق بردهن في ذلك ان ارادوا اصلاحا ولهن مثل الذي عليهن بالمعروف
وللرجال عليهن درجة والله عزيز حكيم ۞ 230 الطلاق مرتان فامساك بمعروف او تسريح باحسان ولا
يحل لكم ان تاخذوا مما اتيتموهن شيا الا ان يخافا الا يقيما حدود الله فان خفتم الا يقيما
حدود الله فلا جناح عليهما فيما افتدت به تلك حدود الله فلا تعتدوها ومن يتعد حدود الله
فاولايك هم الظالمون ۞ 231 فان طلقها فلا تحل له من بعد حتى تنكح زوجا غيره فان طلقها
فلا جناح عليهما ان يتراجعا ان ظنا ان يقيما حدود الله وتلك حدود الله يبينها لقوم يعلمون ۞
232 واذا طلقتم النسآء فبلغن اجلهن فامسكوهن بمعروف او سرحوهن بمعروف ولا تمسكوهن
ضرارا لتعتدوا ومن يفعل ذلك فقد ظلم نفسه ولا تتخذوا ايات الله هزوا واذكروا نعمت الله عليكم
وما انزل عليكم من الكتاب والحكمة يعظكم به واتقوا الله واعلموا ان الله بكل شي عليم ۞
233 واذا طلقتم النسآء فبلغن اجلهن فلا تعضلوهن ان ينكحن ازواجهن اذا تراضوا بينهم
بالمعروف ذلك يوعظ به من كان منكم يومن بالله واليوم الاخر ذلكم ازكى لكم واطهر والله
يعلم

يعلم وانتم لا تعلمون ۝ 234 والوالدات يرضعن اولادهن حولين كاملين لمن اراد ان يتم الرضاعة
وعلي المولود له رزقهن وكسوتهن بالمعروف لا تكلف نفس الا وسعها لا تضار والدة بولدها ولا
مولود له بولده وعلي الوارث مثل ذلك فان ارادا فصالا عن تراض منهما وتشاور فلا جناح عليهما
وان اردتم ان تسترضعوا اولادكم فلا جناح عليكم اذا سلمتم ما اتيتم بالمعروف واتقوا الله واعلموا
ان الله بما تعملون بصير ۝ 235 والذين يتوفون منكم ويذرون ازواجا يتربصن بانفسهن اربعة
اشهر وعشرا فاذا بلغن اجلهن فلا جناح عليكم فيما فعلن في انفسهن بالمعروف والله بما تعملون
خبير ۝ 236 ولا جناح عليكم فيما عرضتم به من خطبة النساء او اكننتم في انفسكم علم
الله انكم ستذكرونهن ولكن لا تواعدوهن سرا الا ان تقولوا قولا معروفا ولا تعزموا عقدة النكاح
حتي يبلغ الكتاب اجله واعلموا ان الله يعلم ما في انفسكم فاحذروه واعلموا ان الله غفور
حليم ۝ 237 لا جناح عليكم ان طلقتم النساء ما لم تمسوهن او تفرضوا لهن فريضة ومتعوهن
(علي الموسع قدره وعلي المقتر قدره) متاعا بالمعروف حقا علي المحسنين ۝ 238 وان طلقتموهن
من قبل ان تمسوهن وقد فرضتم لهن فريضة فنصف ما فرضتم الا ان يعفون او يعفوا الذي بيده
عقدة النكاح وان تعفوا اقرب للتقوي ولا تنسوا الفضل بينكم ان الله بما تعملون بصير ۝
239 حافظوا علي الصلوات والصلوة الوسطي وقوموا لله قانتين ۝ 240 فان خفتم فرجالا او ركبانا
فاذا امنتم فاذكروا الله كما علمكم ما لم تكونوا تعلمون ۝ 241 والذين يتوفون منكم
ويذرون ازواجا وصية لازواجهم متاعا الي الحول غير اخراج فان خرجن فلا جناح عليكم في ما
فعلن في انفسهن من معروف والله عزيز حكيم ۝ 242 وللمطلقات متاع بالمعروف حقا علي
المتقين ۝ 243 كذلك يبين الله لكم اياته لعلكم تعقلون ۞

VERSIO LATINA.

219. INterrogabunt te de vino, & alea. Reſponde: In utroque *eſt* peccatum grave, & utilitates hominibus: ſed peccatum utriuſque majus *eſt*, quàm utilitas utriuſque. Interrogabunt etiam te, quidnam erogent *in eleemoſynam*. 220. Reſponde: *Erogate* ſuperfluum *neceſſitatibus veſtris*. Ita declarat Deus vobis ſigna, ut vos recogitetis. 221. *a* de hoc mundo, & *a* de ſæculo noviſſimo, *ut eligatis ea, quæ conducunt ad utriuſque felicitatem*. Interrogabunt etiam te de orphanis. Reſponde: Bonificare illis *facultates eorum*, melius *eſt quàm hoc non facere*. Quòd ſi miſcueritis vos cum illis *(ideſt expenſas veſtras cum expenſis eorum in adminiſtrandis eorum bonis)*: porrò *ſunt* fratres veſtri *in religione*. Deus autem dignoſcit depravantem *bona eorum*, à bonificante. Et ſi voluerit Deus, certè in difficultatem conjiciet vos (*ideſt anguſtabit vobis id, quod in uſus veſtros converteritis de facultatibus eorum*): quippè Deus *eſt* præpotens, ſapiens. 222. Et ne nubatis cum *fœminis* infidelibus, donec credant, & quidem ancilla fidelis melior eſt, quàm infidelis *libera*, etiamſi *hæc magis* placuerit vobis. Et ne nuptui detis infidelibus *mulieres fideles*, donec *hi* credant: & quidem ſervus fidelis melior *eſt*, quàm infidelis, etiamſi *hic magis* placeat vobis. Iſti (*ideſt in-*

a in.

eſt infideles) vocant ad Ignem, Deus autem vocat ad Paradiſum, & indulgentiam per voluntatem ſuam: & declarat ſigna ſua hominibus, ut ipſi reminiſcantur. 223. Et interrogabunt te de menſtruo. Reſponde: Illud *eſt* malum (*ideſt immundities*). Itaque ſeparamini à mulieribus in menſtruo, & ne appropinquetis ad eas, donec purificentur. Cùm autem purificatæ fuerint, venite ad eas, ex unde præcepit vobis Deus: nam Deus amat pœnitentes, & amat purificatos. 224. Mulieres veſtræ *ſunt* ager vobis. Venite igitur ad agrum veſtrum quomodocumque volueritis: & præmittite animabus veſtris *aliquod opus pium*, *ſeu precationem ante actum conjugii*: & timete Deum: & ſcitote, quòd vos occurſuri *eſtis* illi *in die reſurrectionis*. Et fauſta annuntia Fidelibus. 225. Et ne ponatis Deum ſcopum juramentis veſtris, quod juſtè agetis, & pii eritis, & concordiam ponetis inter omnes: nam Deus *eſt* audiens, ſciens. 226. Non puniet vos Deus ob dictum *a* inconſideratum in juramentis veſtris: ſed puniet vos ob id, quod acquiſierint (*ideſt probaverint aſſenſu ſuo*) corda veſtra: & Deus *eſt* indultor, manſuetus. 227. Illis, qui juraverint *ſe non habituros rem cum aliqua* ex uxoribus ſuis; *conceditur* expectatio quatuor menſium. Quòd ſi reſilierint *intra id tempus*, *vel poſt illud à juramento*, & *habuerint rem cum illis*: utique Deus *erit* indultor, miſericors. 228. Quòd ſi decreverint repudium: utique Deus *erit* auditor, ſcitor. 229. Et repudiatæ expectabunt in ſe ipſis, *ante novum matrimonium*, tria menſtrua: neque licebit illis ut celent quod creavit Deus in vulvis earum, *ſive menſtruum ſit*, *ſive proles*, ſi credant in Deum, & diem noviſſimum. Et mariti earum, juſtius eſt, *ut ſatagant* de reductione earum *ad ſe* in hoc *tempore*, *etiamſi ipſæ renuant*, ſi voluerint *ipſi* reconciliationem *mutuam*: & illis *convenit præſtare maritis* juxta id quod *convenit maritis præſtare* illis cum noto (*ideſt convenienter*, *benignè & humaniter*). Viris autem *convenit* habere ſupra eas gradum. Et Deus *eſt* præpotens, ſapiens. 230. Repudium *permittitur* duabus vicibus: deinde *convenit* retinere *uxores* cum noto (*ideſt humanè & ſine injuria*): aut dimittere *eas* cum beneficentia. Neque licet vobis, *ò viri*, ut accipiatis ex eo quod dederitis eis *in dotem*, *quando repudiabitis eas*, rem ullam, niſi timuerint *ambo conjuges*, ne ſubſiſtere faciant terminos (*ideſt præſcripta*) Dei. Quòd ſi timueritis, ne ſubſiſtere faciant terminos Dei, non erit piaculum ſuper eos duos ob id, quo *uxor* ſe redemerit. Iſti *ſunt* termini Dei: ne ergo transgrediamini illos: nam qui transgreſſus fuit terminos Dei, hi erunt Iniqui. 231. Quòd ſi *vir* repudiaverit eam *tertia vice*, non erit licita ei poſt *tertium repudium*, donec nupſerit viro alteri, & *hic copulam habuerit cum ea*. Quòd ſi *hic vir ſecundus* repudiet eam, non *erit* piaculum ſuper eos duos (*nempè uxorem & maritum primum*), ſi mutuò revertantur *ad matrimonium poſt tempus ipſis præſcriptum*, ſi exiſtiment, quòd ſtare faciant (*ideſt ſe poſſe obſervare*) terminos Dei. Et iſti *ſunt* termini Dei; declarat eos genti *quæ* ſciunt. 232. Cùm autem repudiaveritis mulieres, & pervenerint ad terminum ſuum (*ideſt ad finem menſium præſcriptorum à die repudii uſque ad novas nuptias*): retinete eas cum noto (*ideſt humanè & ſine injuria*), vel dimittite eas cum noto (*ideſt beneficè eas tractando*): & ne retineatis eas violenter, itaut prævaricemini *contra eas*, *cogendo illas ad redimendum ſe ipſas*, *aut ad diſceſſionem*, *vel ad longiorem clauſuram*. Et qui fecerit hoc, jam porrò iniquus erit contra animam ſuam. Et ne accipiatis ſigna Dei ludicre: & mementote gratiæ Dei ſuper vos, & *illius* quod demiſſum eſt ſuper vos de Libro *Alcorani*, & ſapientia: exhortatur vos *Deus* per eum (*ideſt Alcoranum*). Et timete Deum: & ſcitote, quòd Deus in omni re *eſt* ſciens. 233. Cùm autem repudiaveritis uxores, & pervenerint ad terminum ſuum (*ideſt ipſis præſcriptum ad novas nuptias*) ne impediatis eas, quin nubant maritis ſuis, cùm conſenſerint inter ſe cum noto (*ideſt legitimè & convenienter*.) Hoc; commonetur de eo qui fuerit ex vobis, *qui* credat in Deum, & diem noviſſimum. Hoc erit *a* commodius vobis, & purius, *ob ſuſpitionem*, *quæ timetur in duobus conjugibus propter diſſidium & certamen amoris inter ſe*: & Deus ſcit, & vos neſcitis. 234. Et genitrices lactabunt filios ſuos duobus annis completis

a futile.

a innocentius.

pletis ei, qui voluerit complere lactationem: & super natum ei (*ideſt ſuper genitorem, ſeu ſuper eum, cui natus eſt filius, incumbet*) alere eas, & veſtire eas *ob lactationem, cùm fuerint repudiatæ* cum noto (*ideſt convenienter, juxta poſſibilitatem ſuam.*) Non adigetur anima *ad aliquid præſtandum*, niſi *juxta* capacitatem ſuam. Non cogetur genitrix propter filium ſuum, *ut lactet eum invita*: neque natum ei (*ideſt genitor cogetur*) propter filium ſuum, *ad aliquid præſtandum ſupra vires ſuas*. Et ſuper hæredem ſicut hoc (*ideſt ſuper tutorem ſeu curatorem facultatum pueri incumbet præſtare ſimilia; ideſt victum & veſtitum matri ejus, quæ debebat præſtare pater*). Quòd ſi voluerint ablactare *puerum ante biennium* ex conſenſu utriuſque, & mutuo conſilio, non erit piaculum ſuper eos. Et ſi volueritis advocare lactatricem natis veſtris *præter matrem*; non erit piaculum ſuper vos, dummodò integrè perſolvatis *illi*, quod *in mercedem* obtuleritis cum noto (*ideſt juſtè.*) Et timete Deum: & ſcitote, quòd Deus in id quòd facitis *eſt* intuens. 235. Et qui defunguntur ex vobis, & relinquunt conjuges; expectabunt *eædem conjuges* in ſemetipſis *ſine novis nuptiis*, quatuor menſes, & decem *dies*. Cùmque pervenerint ad terminum ſuum, *tranſacto hoc tempore, quo debent expectare*; non erit piaculum ſuper vos, *ò curatores earum*, ob id quod facient in ſemetipſis cum noto (*ideſt adornando ſe, & quærendo novas nuptias convenienter & honeſtè*): & Deus de eo, quod facitis, *eſt* peritus. 236. Et non erit piaculum ſuper vos, pro eo quod manifeſtaveritis *animum veſtrum* de appetitione connubii mulierum (*ideſt pro aliquo verbo amatorio, quo palam oſtenderitis, vos velle ducere in uxores mulieres illas, quarum viri defuncti ſunt, intra terminum quatuor menſium, quibus expectare tenentur*): aut celaveritis in animabus veſtris, *cum intentione proferendi* illud ad alliciendas eas ad conjugium veſtrum. Scit *enim* Deus, quòd vos recordabimini earum, *& alloquemini eas amatorie, nec continere vos ab hoc poteritis, & ideò concedit vobis illud tanquam indifferens*. Verùm ne promittatis eis, *neque alloquamini eas* occultè, niſi dicatis dictum notum (*ideſt niſi verbis honeſtis*). Et ne decernatis nexum conjugii, donec perveniat ſcriptura ad terminum ſuum (*ideſt donec abſolvantur quatuor menſes præſcripti*). Et ſcitote, quòd Deus novit id quòd *eſt* in animabus veſtris: itaque cavete ab eo: & ſcitote, quòd Deus *eſt* indulgens, mitis. 237. Non erit piaculum ſuper vos, ſi repudietis uxores, quamdiù non tetigeritis eas *per conjugium*, aut *non* ſanxeritis eis ſanctionem (*ideſt dotem & dotalia non tribueritis*). Et providete illis (ſuper largum erit menſura ejus, & ſuper arctum erit menſura ejus): (*ideſt dives dabit repudiatæ proviſionem juxta facultates ſuas, pauper autem juxta vires ſuas, nulla habita in hoc ratione uxoris*): utenſile cum noto (*ideſt quantum ſatis ſit ad uſum honeſtum illius*): debitum ſuper beneficos (*ideſt æquum eſt hoc beneficos præſtare.*) 238. Quòd ſi repudietis eas, antequam tangatis eas; & jam ſanxeritis eis ſanctionem: *relinquetur eis dimidium* illius, quod ſanxeritis, niſi condonaverint *illud ſibi uterque conjux*; aut condonaverit *illud* is, in cujus manu *eſt* nexus conjugii (*nempè maritus, relinquendo uxori totam dotem*). Quòd verò condonetis *illud*, *erit* propinquius pietati. Et ne oblivíſcamini liberalitatis inter vos: nam Deus in id quod facitis *eſt* inſpiciens. 239. Accurati eſtote ſuper orationes *quinque*, *perſolventes eas*, & orationem mediam: & ſtate *in oratione* Deo devoti. 240. Quòd ſi timueritis *hoſtes*, *aut alluviones*, *aut feras*; *perſolvite illas* pedeſtres, aut equeſtres. Cùm autem ſecuri fueritis, memoriam agite Dei *per orationes*, quemadmodum docuit vos, quod nondum ſciebatis. 241. Et qui defuncti fuerint ex vobis, & reliquerint conjuges, *condant aliquod* legatum conjugibus ſuis proviſionem ad annum (*ideſt ad expenſas unius anni in victum & veſtitum*) ſine ejectione *earum à domo ſua*. Quòd ſi *ipſæ ſponte* egreſſæ fuerint, non *erit* piaculum ſuper vos, *ò procuratores virorum mortuorum*, ob id quod fecerint in ſe ipſis de noto (*ideſt convenienter ornando ſe, relinquendo habitum lugubrem; & in reſecando vos expenſas, ſeu elargitiones ab ipſis*) & Deus eſt præpotens, ſapiens. 242. Et repudiatis *debetur* proviſio cum noto (*ideſt conveniens, & quantum patitur facultas virorum*): debitum *eſt hoc* ſuper timentes *Deum*. 243. Ita declarat Deus vobis ſigna ſua, ut vos intelligatis.

Saltat extra chorum.

NOTÆ.

CCXIX. *Interrogabunt te de vino & alea*] Dictio Arabica الميسر exponitur à Gelale القمار quæ vox non ſolùm aleam, ſed quodlibet genus ludi lucratorii ſignificat.

In utroque eſt peccatum] Gelal. فى تعاطيهما *in nimio ſtudio & applicatione ad utrumque*. Idem habet Zamchaſcerius والمعنى يسالونك عما فى تعاطيهما *& ſignificatio eſt: Interrogabunt te de eo, quod eſt in nimio ſtudio, & applicatione ad utrumque*: vinum ſcilicet & ludum.

CCXXIII. *Exunde præcepit vobis Deus*] وهو القبل ولا تعدوه الى غيره *Hæc eſt pars anterior*: (nempè cunnus) *& ne tranſgrediamini ad alias partes*.

CCXXIV. *Uxores veſtræ ſunt ager vobis*]. Arabicè حرث eſt *ager ſativus*, vel *ſatum*. Explicat Gelal. محل زرعكم الولد *locus, in quo ſeminare debetis prolem*. *vide atur plato in cratyl. ubi de artemide.*

Undecumque volueritis] Arabica vox أنّى ſignificat *undecumque, quandocumque, & quomodocumque*: Gelal. vertit كيف *quomodo* & explicat من قيام وقعود واضطجاع واقبال وادبار نزل ردًّا لقول اليهود من اتى امراته فى قبلها من جهة دبرها جاء الولد احول : *ſtando, ſedendo, jacendo, à parte anteriori, ſeu poſteriori. Hoc dictum fuit ad reſpondendum Judæis, qui dicebant: Qui coierit cum uxore ſua in vaje quidem anteriori, ſed à parte poſtica, procreabit filium ſagaciorem, & ingenioſiorem*. Jahias, aliique Auctores ab eo allegati, ſic gloſſant hunc locum. قالت اليهود ان الرجل اذا اتى المراة من خلفها جاء والده احول فانزل الله نساؤكم حرث لكم فاتوا حرثكم انّى شئتم من بين يديها وان شئتم من خلفها غير ان السبيل موضع الولد : يحيى عن طريف عن نصر بن طريف عن قتادة عن عمر بن شعيب عن ابيه عن جدّه قال : قال رسول الله ﷺ الذى ياتى امراته فى دبرها هى الوطية الصغرى يحيى عن عبد القدوس بن حبيب عن الحسن عن عبد الله بن

معود قال : قال رسول الله ﷺ لا توتوا النساء فى مواضع حشو شهن : *Dicebant Judæi: Si vir accedat ad uxorem à parte poſtica, naſcetur proles ſcitior, & ingenioſior: propterea dixit Deus in Alcorano: Uxores veſtræ ſunt ager vobis; ideò accedite ad agrum veſtrum quomodocumque volueritis; à parte anteriori, ſive à parte poſteriori, abſque eo, quòd via ſit locus prolis. Jahias ex Taripho dixit: (& hic ex Naſaro filio Tariphi; & hic ex Cottada, & hic ex Omare filio Scioaibi, & hic ex patre ſuo, & pater ab avo ipſius): Dixit Propheta Mahumetus: Acceſſus viri ad uxorem ſuam à parte poſtica, eſt compreſſio minor. Dixit Jahias ex Abdol-Caddufo filio Habibi, & hic ex Alhaſano, & hic ex Abd-Allaho filio Maſaudi: Dixit Propheta Mahumetus: Ne accedatis ad mulieres in locis hortorum earum*. In his quippè conſueverunt purgare ventrem. Zamchaſcerius ſic explicat نساؤكم حرث لكم مواضع حرث لكم وهذا مجاز يشبههن بالمحارث شبها لما يُلقى فى ارحامهن من النطف التى منها النسل بالبذور وقوله فاتوا حرثكم انّى شئتم تمثيل اى فاتوهن كما تاتون اراضيكم التى تريدون اى تحرثوها من اى جهة شئتم لا تخطر عليكم جهة دون جهة والمعنى جامعوهن من اى شق اردتم بعد ان يكون المانى واحدًا وهو موضع الحرث : *Uxores veſtræ ſunt ager vobis: ideſt loca ſativa vobis. Hæc autem eſt metaphora, quæ aſſimilat eas arvis ob ſimilitudinem feminis, quod jacitur intra vulvas earum, unde naſcitur proles. Quod autem dicitur: Accedite ad agrum veſtrum quomodocumque volueritis, eſt ſimilitudo: nimirùm: Accedite ad eas, quemadmodùm venitis ad agros veſtros, quos vultis arare, & ſerere, ex qua parte volueritis, abſque eo quòd prohibeatur, vobis pars una magis quàm altera. Et ſenſus eſt: Coite cum illis per quam ſiſſuram ſeu rimam volueritis, poſtquam locus, ad quem venitis, eſt unus; nempè locus ſeminationis*.

CCXXV. *Ne ponatis Deum ſcopum juramentis veſtris*] Arabica vox عرضة eſt *obſtaculum*, ſeu *impedimentum*. Gelal interpretatur نصبا *ſcopum* ſeu ſignum, in quod conjiciuntur ſagittæ: & explicat بان تكثروا الحلف به *itaut multiplicetis juramenta per eum*, ſcilicet Deum.

Quod juſtè agetis] Gelal. exponit negativè لأن لا تبرّوا وتتقوا *quod non juſtè agetis, nec pii eritis*: & addit: فيكره اليمين على ذلك ويسنّ فيه الحنث

لم تنقض عدتى وقد انقضت عدتها والنفقة

فى الحمل : *Non licet repudiatæ dicere, ſe habere*

menſtruum, ſi non habeat: vel ſe eſſe gravidam, ſi non ſit: (& è contrà:) ut ſeparetur à marito ſuo, antequam abſolvatur terminus menſium illi præſcriptorum, & pertineat proles ad maritum ſecundum, & ipſa adjudicet ſibi hæreditatem, cùm mortuus fuerit maritus, aſſerens, ſe non expleviſſe terminum menſium, licèt re verâ expleverit, unà cum expenſis temporis illius, quo fœtum utero geſtavit.

Viris autem convenit habere ſuper eas gradum].

Nimirùm ut exponit Gelal. فضيلة فى الحق من

وجوب طاعتهن لهم لما ساقوه من المهر

والانفاق : *præcellentiam in eo, quod ſpectat ad debitum obedientiæ earum erga ipſos ob dotem & expenſas, quas illis tribuerunt.*

CCXXX. *Ne conſiſtere faciant terminos Dei*] Jahias حدود الله يعنى امر الله فى انفسهما وذلك انه يخاف من المراءة فى نفسها اذا كانت مبغضة لزوجها فتعصى الله فيه ويخاف من الزوج ان لم يطلقها ان يتعدى عليها : *Terminus hoc loco ſignificat præceptum Dei circa utrumque. Quia poteſt timeri ex parte uxoris, cùm fuerit exoſa viro ſuo, ne propterea faciat aliquid contra præceptum Dei* (nempe odio habendo illum, vel mortem ei moliendo). *Ex parte autem viri timeri poteſt, ne, non dimittat eam* (ſed retineat invitam, vel exoſam) *tranſgrediatur ad aliquod malum contra eam.*

Ob id quo uxor ſe redemerit] Gelal. من المال ليطلقها : *dando pecunias* (ſeu relaxando partem dotis marito) *ut dimittat illam*. In hoc enim neuter peccabit.

CCXXXVI. *de appetitione conjugii*] dictio Arabica خطبة ſignificat *expetitionem connubii, & connubium ipſum*, vel *ſponſalia*. Poteſt etiam accipi pro alloquutione, ſeu colloquutione, qua vir aperiat deſiderium ſuum mulieri ducendi eam in uxorem: cujus rei Gelal hoc ponit exemplum: انك لجميلة ومن يجد مثلك وربّ راغب فيك. *tu ſanè lepida ac pulchra es: & quis reperire poſſit tibi ſimilem? Teſtor Deum me ardere deſiderio tui.*

CCXXXIX. *Et orationem mediam*]. Jahias سئل رسول الله ﷺ عن الصلاة الوسطى فقال هى صلاة العصر الذى فرض فيه نبى الله سليمان : *interrogatus fuit Propheta Mahumetus, quænam eſſet oratio media. Et reſpondit, eſſe orationem pomeridianam, quam inſtituit Salomon Propheta Dei*. Gelal هى العصر او الصبح او الظهر او غيرها : *eſt oratio pomeridiana, vel matutina, vel meridiana vel alia.*

الجنة ويكفر باحلافها على فعل البرّ ونحوه

فهى ظاعة : *deteſtatur igitur juramentum in*

hoc, & decernit in hoc eſſe perjurium, & impietatis damnat obſervare in his juramentum, ubi agitur de juſtè agendo, & ſimilibus ad Dei obedientiam ſpectantibus. Eodem modo exponit Jahias ex Alhaſano, qui ait hujuſmodi juramenta impia de non faciendis rebus juſtis, vel piis, autà Deo præceptis, conſueta fuiſſe apud Meccanos idololatras: & citat dictum Mahumeti ad Abu-Abdorahmanum filium Samaræ اذا حلفت على اليمين فرايت غيرها

خيرًا منها فات الذى هو خير منها وكفّر عن

يمينك : *ubi aliquid te facturum juraveris, & poſteà videris facere aliter, eſſe melius eo, quod juraſti, fac illud, quod eſt melius, & irrita juramentum jam factum.*

CCXXVI. *Ob dictum inconſideratum*] Gelal. وهو ما يسبق اليه اللسان غير قصد الحلف نحو لا والله بلى والله فلا اثم فيه ولا كفارة : *& hoc eſt, quod prævenit lingua, ſine interna intentione jurandi: ut cùm aliquis dicit: Non per Deum: Ita per Deum. Et in hoc non eſt iniquitas ſeu impietas.*

CCXXVII. *Illis qui juraverint &c.*] nimirùm debent uxoribus concedere quatuor menſes uſque ad novas nuptias cum alio viro. Quòd ſi hoc tempore voluerint cum illis reconciliari, & ad eas redire, facere poterunt, & Deus ignoſcet illis juramentum. Sed juxta Gelaleddinum: هذا فى المدخول بهن امّا غيرهنّ فلا عدّة لهنّ وفى غير الايسة والصغيرة فعدتهنّ ثلاثة اشهر والحوامل فعدتهن ان يضعن حملهن : *hoc intelligitur de illis, cum quibus conſumatum eſt matrimonium: nam cæteris non eſt præfixus terminus: Sed in illis, quæ non deſperant fœtum* (hæ ſunt quibus deſiit fluxus menſtruus, & habent annos lunares quinquaginta quinque, ſolares verò tres & quinquaginta, vel juxta alios, cæ quæ in prædicta ætate nunquam menſtrua paſſæ ſunt) *& in parvulis* (quæ ſcilicet nondum aptæ ſunt ad prolem) *conceditur ſpatium trium menſium. Prægnantes verò tandiu debent expectare, donec pariant.*

CCXXIX. *Neque licebit illis ut celent &c.*] Jahias ex Mogiahedo: لا يحلّ للمطلقة ان تقول انى حايض وليست بحايض او تقول انى حبلى وليست بحبلى او تقول لست بحانيض او تقول لست بحبلى وهى حبلى لتبين من زوجها فيل ان تنقض العدّة وتضيف الولد الى الزوج الثانى ولتستوجب الميراث اذا مات الرجل فتقول

REFUTATA.

1. MAhumetus in conceſſione Veneris liberaliſſimus, in vini, ludique interdicto rigidiſſimum ſe oſtendit. A vino, ac ludo, virtutis cauſa, & præſertim ad carnis libidines frænandas, abſtinere, laudabile eſt. Fecerunt, & faciunt hoc plures etiam ex noſtris. Hæc eadem verò, vel quia ſuaptè natura mala ſint, vel quia aliquorum malorum cauſa aliquandò exiſtant, abſolutè damnare, intolerabilis amentia eſt.

Notandum verò, Mahumetum non fuiſſe primum erroris hujus auctorem. Fuerunt enim primò hæretici quidam, qui teſte S. Auguſt. l. de Hæreſ. c. 4. adeò temperantiæ amatores ſe profitebantur, ut vinum omninò damnarent; tanquam illi repugnans; Quamobrem ne in ſacrificio quidem Miſſæ eo uti volebant, ſed puram tantummodò aquam adhibebant. Proptereà Aquarii dicti ſunt. Contra hos ſcribit D. Thomas 3. p. q. 74. Prætereà fuerunt alii nomine Cathari, ſeu Cathariſtæ è ſecta Manichæorum, de quibus item S. Auguſtinus in l. de hæreſ. c. 46. Hi proptereà à vino abſtinebant, licèt uvis veſcerentur, quia aſſerebant, vinum eſſe fel Diaboli. Similes his fuere quidam nomine Encratitæ diſcipuli cujuſdam Tatiani circa annum Domini 178.: qui docebant vinum nullo pacto bibendum eſſe, quia vitis ope terræ & ſatanæ illud produxiſſet: atque etiam quia in veteri lege Nazaræis illud prohibitum fuiſſet. De his etiam S. Auguſtinus Irenæus, & alii. Cur autem Mahumetus hoc idem in Alcorano ſuo pro lege ſtatuerit variæ afferuntur cauſæ. In doctrina Mahumeti ab Hermanno quodam ex Arabico in latinum translata, quæ habetur in libro Alcorani Tiguri impreſſo anno 1550; qui liber apud Mahumetanos habetur pro ſacro, divinæque auctoritatis, affertur ab eodem Mahumeto hujuſmodi ratio, enarrando fabulam eamdem, vel ſimilem illi, quam ſuperiùs retulimus. *Erant Angeli duo Arot & Marot, miſſi olim à Deo de Cælis in terram, pro gubernando, & inſtruendo genere humano, tribus his interdictis: ne occiderent: ne injuſtè judicarent: ne vinum biberent. Multo itaque tempore ſic habito, cùm noti eſſent judices per univerſum orbem, venit eis die quadam mulier præ cunctis fœminis omninò pulcherrima cauſam habens adverſus maritum. Quæ ut parti ſuæ accommodaret Judices, invitavit ad prandium. Sequuntur. Illa ſatagens, convivantibus inter epulas & pocula vini apponit. Adſtat miniſtrans: offert crebrò, inſtat ut ſumant. Quid plura? Vicerunt blanditiæ mulieris. Inebriati poculis, in hoſpita formoſa incaluerunt. Victi, concubitum poſtulant. Spondet ea conditione, dum alter verbum doceat, per quod aſcendebant Cælos: alter per quod deſcendebant. Placet conditio. Cùm ergo didiciſſet, elevata eſt ſubitò, & aſcendit Cælos. Quòd cùm videret Deus, explorata cauſa, poſuit eam Luciferum, pulcherrimam inter ſtellas, ut fuerat inter fœminas. Illis autem in judicium vocatis, propoſuit Deus, ut eligerent inter pœnam hujus ſæculi, & pœnam alterius. Elegerunt hanc. Depenſi ſunt ergo per catenas ferreas, demiſſis capitibus in puteo Babel, uſque in diem Judicii.* Alii alias cauſas afferunt, ſed omnes æquè nugatorias. Ego exiſtimo veram rationem, ob quam Mahumetus vini, atque aleæ uſum ſuis prohibuerit, fuiſſe, ut eoſdem promptiores ac paratiores ad præliandum haberet. Cùm enim gens illa immoderatè vino, ludoque indulgeret, ac facillimè ſe inebriaret, non poterat ita expedita eſſe ad bellum, ut ipſe cupiebat: imò inter eam ſæpè diſſidia, rixæ, ac cædes propter hoc oriebantur. Huc accedit, non ſine multo diſpendio, ac difficultate vinum ad prælia portari potuiſſe: aquam verò facillimè ubique reperiri. Hujuſmodi auſteritate non uſus eſt Mahumetus cum ſuis circa mulieres: quia Mahumetani illas ſecum non ducunt, ſaltem univerſaliter, cùm ad bella proficiſcuntur.

Quòd autem vinum ex ſe, ſuaque natura malum non ſit, manifeſtè patet: quia apud omnes penè nationes, etiam veræ religionis cultrices, ſemper fuit in uſu (imò & Mahumetus ipſe illud per aliquod tempus ſuis conceſſit, ut patet ex Alcorano): quippe ad multa utiliſſimum, ac propè neceſſarium. Sacræ etiam Scripturæ, præſertim Pentateuchus, vinum ſæpiſſimè laudant, & commendant. Et Melchiſedec Rex Salem Abrahæ victori vinum obtulit, neque hic illud recuſavit. Quamobrem non niſi impiè vinum damnat Mahumetus, qui ſe Abrahæ ſectam ſequi profitetur. Iſaac quoque bibit vinum à Jacob filio oblatum Genes. cap. 27. ubi idem Iſaac inter alias benedictiones abundantiam vini ipſi Jacob precatus eſt verbis illis: *Frumento & vino ſtabilivi eum.* Voluit præterea Deus Optimus Maximus in ſacrificiis ſibi oblatis vinum adhiberi, quod biberent Sacerdotes, ut patet Exodi cap. 29. Levit. cap. 15. & alibi. Chriſtus ipſe non ſolùm bibit vinum, ſed aquas etiam in vinum convertit, ut alii bibere poſſent; quemadmodùm refert S. Joan. cap. 2. Et Sacrificium novæ legis in pane, vinoque inſtituit. Nulluſque ferè in tota ſacra ſcriptura eſt liber, in quo vini uſus moderatus non approbetur. Quamobrem ergo Mahumetus vinum condemnat ac prohibet? Rationem reddit Alcoranus prorſus irrationabilem. Quia, inquit, licèt in eo magna ſit utilitas, majus tamen damnum reperitur. Verùm non ex vino, ſed ex hominum intemperantia hoc damnum procedit. Etiam ex pulchritudine, ex membris generationis, ex auro & argento, & ex aliis multis majora fortaſsè mala, atque incommoda plura proveniunt, quàm bona. Non tamen hæc damnanda, vel auferenda ſunt: ſed immoderatus, atque inordinatus illorum uſus cohibendus. Nego tamen abſolutè in vino majus malum, quàm bonum reperiri. Nam, exempli cauſa, hìc Romæ (& idem alibi) ubi ſunt ſupra centum millia hominum bibentium vinum; ut duo vel tria millia quotidie ab immoderato ejus

uſu

jus usu lædantur: cæteri omnes nutriuntur, roborantur, & meliùs ad labores subeundos, ad literarum studia excolenda, & ad alia opera disponuntur. Multi etiam ægroti, vel ægri, & præsertim senes, vini ope recreantur, & salutem, vel robur consequuntur. Quamobrem præcipit Salomon, vel potiùs Deus per Salomonem in Proverbiis cap. 31. *Date siceram mœrentibus: & vinum his, qui amaro sunt corde. Bibant & oblivisc antur egestatis suæ: & laboris sui non recordentur ampliùs.*

Sed Mahumetus non tantùm ob hanc rationem vinum prohibet: verùm etiam quia intrinsecùs malum, & diaboli inventum abominabile, & fortasse juxta Encratistarum errorem, fel diaboli esse existimat. Sic enim habet in Sura de Mensa. ان الخمر والميسر رجس

من عمل الشيطان فاجتنبوه:

Profectò vinum & alea sunt abominatio ex opera Satanæ: itaque fugite illa. Quibus in verbis, ut exponit Jahias جاء بتحريمها قليلها

وكثيرها *prohibet illud tàm in magna, quàm in parva quantitate*: itaut elusoria prorsus sit Glossa ejusdem Jahiæ, Gelalis, & aliorum, dum limitant hanc prohibitionem tantummodò ob nimium studium, & applicationem ad vinum. Mahumetani tamen hanc Prophetæ sui legem flocci facientes, utpotè sano homine indignam, in vino bibendo sibi benigniùs indulgent, & avidiùs, quàm nostrates homines illud ingurgitant. Sed quid mirum Moslemos in hoc Prophetæ suo adversari, cùm ipse sibi contrarius appareat? Hìc, & in Sura de Mensa, vinum prohibet & exsecratur: & tamen in Sura de Ape, manifestè concedit usque ad ebrietatem his verbis. ومن ثمرات النخيل والاعناب

تتخذون منه سكرًا ورزقًا حسنًا ان في

ذلك لاية لقوم يعقلون: & de

fructibus palmarum, & uvarum percipitis ebrietatem, & victum bonum: sanè in hoc quidem est signum (idest argumentum divinæ providentiæ) *iis qui intellectu præditi sunt.* Proculdubio fructus uvæ, ex quo quis inebriatur, non est nisi vinum; hoc est argumentum divinæ providentiæ: ergo impossibile est esse abominationem ex opere Satanæ. Hìc accedit Mahumetum, & ejus assecias ponere inter Paradisi delicias vinum, imò flumina vino manantia; ergo vinum non potest esse natura sua malum. Quamobrem frustra recurrunt hìc Moslemi ad Abrogatum, & Abrogantem, cùm agatur de duabus propositionibus æternæ veritatis inter se pugnantibus.

Quod autem dixi de vino, idem ferè de ludo alearum, latrunculorum, & aliis hujusmodi dici potest. Nam si hi moderatè, & sine fraude, ac dolo malo, vel alia circumstantia vitiante exerceantur, non ad culpam, sed ad virtutem Eutrapeliæ pertinere censentur, neque est natio ulla tàm barbara & agrestis, quæ aliquo ex hujusmodi ludis non delectetur. Sed vide quæ tàm de vino, quàm de ludo dicta sunt in Prodr. p. 4. cap. 14. pag. 37.

II. Non minùs in menstruo, quàm in vino & ludo scrupulosus est Mahumetus. Sed in hoc non videtur omninò damnandus, cùm Deus ipse in Levitico cap. 20. commercium viricum muliere tempore menstrui, sub pœna capitali prohibuerit. *Qui coierit* (inquit) *cum muliere in fluxu menstruo &c. interficientur ambo de medio populi sui.* Ex gravitate pœnæ, & ex eo, quòd hujusmodi præceptum ibi reponatur cum aliis præceptis legis naturalis, nonnulli etiam ex nostris Theologis existimant, accedere ad uxorem tempore menstrui, grave esse delictum. Communior tamen sententia est, vel nullum, vel veniale tantùm in hoc esse peccatum; & præceptum illud ad ceremonialia tantùm pertinere, quorum nonnullis etiam capitalis pœna pro transgressoribus adjungitur.

III. Quid verò dicemus, de præclara illa sanctione, qua statuit, *Uxores esse viris suis agros ad serendum: & eosdem posse liberè accedere ad eas, quomodocumque: quandocumque: & undecumque voluerint?* Non temerè arguunt hinc plures ex nostris, Mahumetum concedere suis Venerem præposteram: certè illius verba ita sonant, licet Interpretes Moslemi conentur eum ab hoc crimine vindicare. Dices; Immediatè antè præmitti: *Accedite ad eas ex unde præcepit vobis Deus;* nempè, ut exponunt Jahias, Gelal, & alii, *à parte anteriori*, seu per cunnum. Sed hoc non obstat, quia non est certum, versum hunc non fuisse abrogatum per subsequentem, imò patet fuisse abrogatum, cùm non negent expositores, imò potiùs consentiant versum sequentem fuisse traditum posteriùs. Deinde, verba illa, *ex unde præcepit vobis Deus*; ambigua sunt; nec enim in Alcorano invenitur, Deum circa hoc aliquid præcepisse, sed solùm ut accedant ad mulieres undecumque: & quomodocumque voluerint:

Videtur itaque hìc Mahumetus concedere inter conjugatos Venerem præposteram: & ita intellexit prædicta verba Mahumetus ipse, & primi illius socii, & alii deinceps in praxi observavere, donec recentiores convicti, ut puto à nostris de hujus legis turpitudine, & spurcitia; Alcorani verba in honestiorem sensum detorquere conati sunt. Audiamus circa hoc S. Petrum Paschasium Episcopum Giennensem, & Martyrem, qui historiarum Mahumetanarum, utpotè inter Mahumetanos natus, & usque ad mortem, quam ab iis pertulit, commoratus, erat peritissimus: titulo primo de historia Mahumetanica cap. 4. n. 36. *Quarta facultas* (inquit) *& licentia à Mahumeto concessa, est valdè vilis, & ignara, quia evidenter naturæ opponitur, & contrariatur. Legitur enim in Maurorum libris, quòd aliqui illorum Mahumetum interrogaverunt: Si licitum illis esset & concessum, relicta concipiendi natura, uti suis mulieribus ad nutum voluntatis ipsorum. Et respondit Mahumetus: Vestræ mulieres sunt ager vester: seminate ubicumque vobis placuerit. Unde ipsemet Mahu-*

metus in diebus menſtrualibus ſuarum mulierum, utebatur illis vaſe præpoſtero. Et ſic Axa uxor illius (hanc Axam, ſeu Aiſam duxit adhuc ſeptennem, & cognovit eam novennem) *circa hoc dedit contra Mahumetum teſtimonium peſſimum, & vile, ſic dicens: Mahumetus mihi juſſit meam operire naturam, quando volebat coire mecum tempore menſtrui. Et inſuper Maymona uxor illius dixit: quòd quando Mahumetus cum aliqua ex ſuis mulieribus cubare volebat, jubebat illam, quæ tunc habebat menſtruum, quòd naturam ſuam cooperuiſſet, panniſque etiam eam comprimeret, & tunc utebatur illa. Et circa hanc materiam Maurus quidam illum interrogavit dicens: Quid faciam, quando mea eſt in menſtruis uxor? Et reſpondit illi Mahumetus: Comprime ſuper ejus naturam femoralia illius (nam femoralibus utuntur mulieres Mahumetanæ): & reliquis ejus membris, ſeu corporis partibus, ſcito te pro tua voluntate uti poſſe.* Hæc ſanctus Martyr.

Dices: Mahumetum in Alcorano improbare hujuſmodi ſcelus. Reſpondeo, improbare quidem, ſed inter maſculos tantùm, ut inferiùs patebit: nunquam autem inter conjuges.

Verùm, ut benignam, licèt violentam Moslemorum expoſitionem admittamus: videturne præceptum honeſtati, ac modeſtiæ conſentaneum, ut maritus utatur uxore, quantumvis ad prolem ſuſcipiendam, undecunque, & quomodocumque libido ſuggeſſerit? Quænam hæc tanta turpitudo? Quæ belluina rabies rei venereæ? Præſcribitne Mahumetus leges ſuibus, an hominibus? Suntne hæc præcepta digna Alcorano illo, qui fingitur à Throno Dei delapſus ad directionem hominum, & ad normam totius ſanctitatis & honeſtatis? Verùm quemadmodùm *laudibus arguitur vini vinoſus Homerus*: ita ex approbatione uſus conjugalis tàm ſpurci, immundi, ac luxurioſi, & ex tàm frequenti tractatione de mulierculis, earumque uſu, valdè mulieroſus, ac luxurioſus arguitur Mahumetus: & talis fuit proculdubio, qui ut in ejus vita ſcribit Iſmael filius Aly وكان يقول ان الله جعل لذتي في النساء والطيب وجعل قرة عيني في الصلاة: *dicere ſolebat: Deus poſuit delectationem meam in fœminis, & ſuavibus odoribus: & poſuit tranquillitatem oculi mei in oratione.* Hæc ſcilicet ſatis bellè inter ſe conveniunt. Hæc eſt Impoſtoris verſutia: turpitudinem ſuam, ſuæque legis obſcœnitatem oratione, timore Dei, noviſſimorum commemoratione, & aliis hujuſmodi cohoneſtare. Vide alia circa hoc in Prodr. p. 4. cap. 2. pag. 6. & cap. 26. pag. 70.

IV. Jurare, ſe nolle eſſe juſtum, aut nolle Deum timere, eſt juramentum ex ſe malum, impium, & prorſus illicitum. Quamobrem ſtultè præcipit Mahumetus, hæc juramenta non eſſe multiplicanda, cùm ne ſemel quidem poſſint ſine magno piaculo uſurpari. Nam qui vetat alicui, ne aliquid multiplicet; non vetat ne ſemel, aut iterum præſtet. Quamvis autem juxta aliquorum explicationem poſſent verba Alcorani aliquatenùs excuſari: non tamen video quomodò excuſari poſſint illa, quibus aſſerit, Deum non puniturum eos, qui temerè, & inconſideratè juraverint, divinum nomen ſupra res falſas, aut injuſtas aſſumendo. Concedo ſanè ob deliberationis defectum, id non eſſe peccatum grave: at nullum eſſe peccatum, nec à Deo ullo modo puniendum, falſum omninò eſt. Repugnat enim divinum præceptum Exodi cap. 20. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nec enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra.* Qui autem falsò, vel ociosè jurat, vel injuſtè; quamtumvis indeliberatè & inconſideratè hoc faciat: aſſumit nomen Domini Dei ſui fruſtra: ergo Dominus illum inſontem non habebit. Porrò inconſideratio, & præcipitatio in falſa jurando, ſicut etiam in cæteris rebus malis, non excuſat prorſus à culpa, & conſequenter neque à pœna. Unuſquiſque enim tenetur cautus eſſe tàm in factis, quàm in verbis, ne quid agat, aut loquatur contra rationem: præſertim verò ubi agitur de juramento. De hoc vide plura alia in Prodr. p. 4. cap. 19. pag. 46. ubi oſtenditur quàm parvi faceret Mahumetus juramenta.

V. In eo verò, quòd libellum repudii Mahumetus concedit, Pentateuchi eumdem concedentis auctoritate ſeſe fortaſſè tuebitur. Verùm Euangelii major auctoritas illi adverſatur. Chriſtus enim Matthæi cap. 19. libellum hunc repudii improbavit: & iis, qui Moyſis auctoritatem opponebant, reſpondit: *Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.* Eſſe autem repudium contra jus naturæ ſecundarium, & alia bona, de quibus diximus in Prodromo, nullus, ut opinor negabit: alioquin nunquam Chriſtus Dominus illud tàm ſeverè prohibuiſſet. Sed vide quæ uberiùs dixi in Prodr. p. 4. c. 20. pag. 49.

VI. Verùm nequaquam tueri ſe poterit Mahumetus Pentateuchi auctoritate, dum vetat mulierem bis ab uno marito repudiatam poſſe iterùm ab eodem recipi, niſi anteà alteri viro ſeſe proſtituerit: & mulierem etiam ſemel tantùm repudiatam, & ab altero viro cognitam iterùm primo viro nubere poſſe decernit, ſi à ſecundo repudiata ſit. Hoc ſanè eſt contra Pentateuchum Deuter. cap. 24. ubi ita præcipitur de muliere ſemel à viro repudiata: *Cùmque egreſſa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii, & dimiſerit de domo ſua, vel certè mortuus fuerit: non poterit prior maritus recipere eam in uxorem, quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt coram Domino, ne peccare facias terram tuam.* En tibi Prophetam illum, qui Pentateuchum & Euangelium toties commendat, ac ſervandum eſſe affirmat. Abutitur nimirùm Pentateucho & Euangelio, ea deſumens ex utroque, quæ in rem ſuam tantummodò facere videntur. Nemo non videt quàm juſtè Deus optimus Maximus per Moyſem ſtatuerit, ne repudiata, ubi alteri viro nupſe-

pſerit, ad primum poſſit redire. Hinc enim ſequerentur iræ, rixæ, inimicitiæ, & alia ſexcenta mala: magna quoque facilitas uxores repudiandi, cùm adeſſet ſpes iterùm eas reducendi. Poſſet prætereà mulier anſam repudio præbere, ut cum aliquo amaſio libidinem ſuam poſſet explere cum ſpe iterùm ad priorem maritum redeundi: & propterea ſecundo marito necem fortaſsè moliretur. Hæc omnia incommoda, quæ per divinum præceptum caventur, per Mahumeticam legem invehuntur.

Prætereà eſt prorſus contra omnem rationem, lumenque naturæ, ut non poſſit primus vir uxorem bis repudiatam recipere, niſi illa alteri viro ſeſe proſtituerit. Mahumetus ſcilicet plus ſapit, quàm Deus. Honeſtius igitur erit uxorem ſuam ab altero ſubactam, quàm intactam, maritalis thori conſortio iterum admittere. Neque ſatis eſt, ſi dicant Moslemi, concubitum illum cum alio viro eſſe verum conjugium. Nam cùm conjugii effectus ſit unio inter duo (ut habetur Geneſ. cap. 2. *Relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una*. Seu ut eſt in fontibus Hebraicis & Græcis, *in carnem unam*, vel ut habent Arabica Romæ impreſſa جسدًا واحدًا *caro una*) Alcoranus omninò huic fini repugnat, dum vetat, ne fœmina poſſit uniri cum uno viro, niſi prius cum altero uniatur. Unio quippe cum uno unioni cum altero adverſatur, ut apparet quotidie in viris, qui aliam fœminam præter ſuam uxorem: & in fœminis, quæ alium virum præter ſuum conjugem ſemel deguſtaverunt. Sed certum eſt hoc non eſſe verum matrimonium, ſed meram copulam fornicariam & adulterinam in fraudem ipſius matrimonii. Uſus enim hujus legis hodie eſt hujuſmodi. Qui uxorem bis repudiatam cupit iterum recipere, ſi tamen illa recipi velit, advocat aliquem, qui ipſi adlibuerit, eamque illi proſtituit: ac deinde ſtatim eam recipit tertiò in uxorem. Ita refert teſtis oculatus Auctor hiſtoriæ Imperii Othomanici: qui etiam narrat hujus rei lepidiſſimum factum. Cùm enim Moslemus quidam jam ſecundò uxorem repudiaſſet, ac deinde facti pœnituiſſet, ſtatim requiſivit eam an iterùm ſua eſſe vellet. Annuit fœmina. Ille verò, utpote ſcrupuloſus ut Alcoranicæ legi ſatisfaceret, juvenem quemdam lepidum ac robuſtum amicum ſuum accerſivit, rogavitque eum, ut coram ſe cum repudiata uxore concumberet. Fecit ille, & quidem non illibenter. Cùm verò deinde maritus eam, utpote jam ſui juris factam, repoſceret: Satis bene, inquit illa, me habebo cum hoc juvene. Vade tu & vale; aliamque tibi uxorem quære præter me. Hoc prætextu utuntur fœminæ Mahumetanæ ad explendas libidines ſuas, curantes variis artibus repudium geminatum à viris, à quibus ſciunt ſe amari, ut poſſint alicujus amaſii deſiderio inſervire, ſcientes hoc eſſe neceſſarium ad hoc, ut poſſint à viris ſuis tertiò revocari, quod non ignorant illos certiſſimè eſſe facturos.

Sed perſtant Moslemi hoc eſſe verum matrimonium: (Saltem juxta pecuinum ipſorum uſum, quo matrimonia ad certum tempus ineunt, præſertim in peregrinatione Meccana, & deinde diſſolvunt, remanente utroque conjuge in ſua libertate; id quod rationi prorſus naturæque repugnat.) meritò tamen hoc fieri in pœnam levitatis, & inconſtantiæ mariti. Sed contra, quia hìc major propè fit injuria uxori, quàm marito, dum cogitur, ut ad primum maritum poſſit redire, ſe alteri proſtituere. Quid enim deliquit mulier, ſi vir injuſtè & ſinè ejus culpa ſecundò eam repudiavit? Si verò hic juſtè eam à ſe rejecit, non debet innocenter puniri ipſe eum tanto probro ſuæ uxoris. Non deerant aliæ pœnæ congruæ & honeſtæ, quæ vel mariti, vel uxoris inconſtantiæ poſſent imponi. Poſtremò per hanc Alcoranicam ſanctionem, lata via aperitur ad ſexcentas fraudes in matrimoniis celebrandis. Vide quæ de hoc dixi in Prodr. p. 4. c. 2. pag. 7.

VII. Nec prætermittendum eſt valde benignum ac pium erga amoris morbo laborantes ſe oſtendere Mahumetum; ipſe quippe eodem morbo inſaniens, in ore eorum amatoria propemodum collocat verba, quibus illi idola ſua alloquantur. Hoc nimirùm deerat propheticæ gravitati, ut Amaſiorum, & Amaſiarum pædagogum, ſeu potius lenonem Mahumetus ſeſe exhiberet, liberam eis ex Dei juſſione facultatem concedens, ut amatoriis inter ſe nugis utantur, quibus in comœdiis Pamphilos & Chæreas uti legimus, & videmus.

VIII. Poſtremò non eſt prætermittenda ſtultitia Mahumeti v. 236. ubi deterrens ſuos, ne divinas juſſiones circa connubia violarent, eò quòd Deus penetret intima cordium: atque ideò cavere debeant ab eo, ejuſque indignatione: concludit: *Scitote Deum eſſe indulgentem ac mitem*. Quæ verba appoſuit, non quia rei convenirent, ſed tantummodò ut periodum rythmo concluderet. Id quod in aliis plurimis Alcorani periodis facere conſuevit. Nec minori oſcitantia v. 219. repetit idem quod ſuprà finxerat ſibi à Deo dictum fuiſſe, nempe: *Interrogabunt te, quidnam debeant erogare in eleemoſynam*. Sed fortaſsè hoc fecit, quia ab aliquo è ſuis aſſeclis commonitus fuerat, ſe ſuperiùs non reſpondiſſe ad rem: ac propterea voluit hìc ineptiam ſuam corrigere.

TEXTUS ALCORANI.

244 ألم تر إلى الذين خرجوا من ديارهم وهم ألوف حذر الموت فقال لهم الله موتوا ثم أحياهم إن
الله لذو فضل على الناس ولكن أكثر الناس لا يشكرون ۞ 245 وقاتلوا في سبيل الله
واعلموا أن الله سميع عليم ۞ 246 من ذا الذي يقرض الله قرضا حسنا فيضاعفه له أضعافا كثيرة
والله يقبض ويبسط وإليه ترجعون ۞ 247 ألم تر إلى الملإ من بني إسرائيل من بعد موسى إذ قالوا
لنبي لهم ابعث لنا ملكا نقاتل في سبيل الله قال هل عسيتم إن كتب عليكم القتال
ألا تقاتلوا قالوا وما لنا ألا نقاتل في سبيل الله وقد أخرجنا من ديارنا وأبنائنا فلما كتب عليهم
القتال تولوا إلا قليلا منهم والله عليم بالظالمين ۞ 248 وقال لهم نبيهم إن الله قد بعث لكم
طالوت ملكا قالوا أنى يكون له الملك علينا ونحن أحق بالملك منه ولم يؤت سعة من المال قال
إن الله اصطفاه عليكم وزاده بسطة في العلم والجسم والله يؤتي ملكه من يشاء والله واسع
عليم ۞ 249 وقال لهم نبيهم إن آية ملكه أن يأتيكم التابوت فيه سكينة من ربكم وبقية
مما ترك آل موسى وآل هرون تحمله الملائكة إن في ذلك لآية لكم إن كنتم مومنين ۞
250 فلما فصل طالوت بالجنود قال إن الله مبتليكم بنهر فمن شرب منه فليس مني ومن لم
يطعمه فإنه مني إلا من اغترف غرفة بيده فشربوا منه إلا قليلا منهم فلما جاوزه هو والذين آمنوا
معه قالوا لا طاقة لنا اليوم بجالوت وجنوده قال الذين يظنون أنهم ملاقوا الله كم من فية قليلة
غلبت فية كثيرة باذن الله والله مع الصابرين ۞ 251 ولما برزوا لجالوت وجنوده قالوا ربنا أفرغ
علينا صبرا وثبت أقدامنا وانصرنا على القوم الكافرين ۞ 252 فهزموهم باذن الله وقتل داود
جالوت وآتاه الله الملك والحكمة وعلمه مما يشاء ولولا دفع الله الناس بعضهم ببعض لفسدت الأرض
ولكن الله ذو فضل على العالمين ۞ 253 تلك آيات الله نتلوها عليك بالحق وإنك لمن
المرسلين ۞ 254 تلك الرسل فضلنا بعضهم على بعض منهم من كلم الله ورفع بعضهم درجات
وآتينا عيسى ابن مريم البينات وأيدناه بروح القدس ولو شاء الله ما اقتتل الذين من بعدهم من
بعد ما جاءتهم البينات ولكن اختلفوا فمنهم من آمن ومنهم من كفر ولو شاء الله ما اقتتلوا
ولكن الله يفعل ما يريد ۞

VERSIO LATINA.

244. AN non respexisti ad eos, qui egressi sunt de habitationibus suis, & ipsi *erant multa* millia, *ob* timorem mortis? Dixitque illis Deus: Morimini. Deinde vivere fecit eos *iterum*: quippe Deus sanè præditus *est* liberalitate

litate erga homines. Sed plerique hominum non agunt gratias. 245. Et pugnate in ſemita Dei: & ſcitote, quòd Deus *eſt* audiens, ſciens. 246. Quis *eſt* ille, qui fœneret Deo fœnus pulchrum, *dilargiendo facultates ſuas pro tuenda illius religione*? Profectò duplicabit illud ei duplicationibus multis. Deus autem contrahit & extendit *manum ſuam negando, vel concedendo opes cui vult*: & ad eum reducemini *in die judicii*. 247. An non reſpexiſti ad conventum ex filiis Iſrael poſt Moyſen? Cùm dixerunt Prophetæ *Samueli, qui erat* ipſis: Conſtitue nobis Regem, *ut* pugnemus in ſemita Dei. Reſpondit *illis Propheta*: An propè eritis, ſi ſcriptum fuerit ſuper vos bellum, ut non pugnetis? *(ideſt an ſi pugnandum ſit, pugnam recuſabitis?)* Reſponderunt: Et quid *cauſæ erit* nobis, ut non pugnemus in ſemita Dei? Et jam ejecti fuimus ex habitationibus noſtris, & *ſpoliati* filiis noſtris. Cùmque ſcriptum fuiſſet ſuper eos bellum, terga verterunt, præter paucos ex ipſis: & Deus *erat* ſciens in Iniquos. 248. Et ait illis Propheta eorum: Certè Deus jam conſtituit vobis Talut *(ideſt Saul)* regem. Reſponderunt: Quomodò erit illi regnum ſuper nos, & nos meliores jure *ſumus* in regno, quàm ille: neque donatus fuit amplitudine ex opibus? Dixit *Samuel*: Certè Deus elegit eum ſuper vos, & auxit eum extenſione in ſcientia & corpore. Deus autem affert regnum ſuum cui vult: & Deus *eſt* amplus, ſciens. 249. Et *cùm poſtulaſſent aliquod ſignum ad confirmationem hujus rei*, dixit eis Propheta eorum: Certè ſignum regni ejus *erit*, quòd veniat ad vos Arca: in ea *erit vobis* quieta ſecuritas à Domino veſtro; & reliquiæ ex eo, quod reliquit familia Moyſis, & familia Aaron. Portabunt eam Angeli. Utique in hoc ſanè *erit* ſignum vobis, ſi eſtis credentes. 250. Cùm autem diſceſſiſſet Talut cum militibus *ex Hieroſolymis tempore magni caloris, & illi ſiti affligerentur*, dixit: Utique Deus probaturus *eſt* vos in flumine. Qui enim biberit ex eo, non erit ex me. Qui verò non guſtaverit illud, utique hic *erit* ex me; præter illum, qui hauſerit hauſtum *unum tantùm* cum manu ſua. Biberunt igitur ex eo præter paucos ex illis. Cùmque pertranſiſſent illud ipſe, & ii qui crediderant cum eo; dixerunt *illi, qui largius biberant*: Non *eſt* fortitudo nobis hodie contra Galut *(ideſt Goliam)* & milites ejus: Dixerunt qui *parcius bibentes* putabant, quòd ipſi occurſuri *eſſent* Deo *in die reſurrectionis*: Quot de exercitu pauco *(ideſt quoties parva manus militum)*, vicit exercitum multum per voluntatem Dei? & Deus *eſt* cum ſuſtinentibus. 251. Et poſtquam prodierunt in aciem contra Galut, & milites ejus, dixerunt: Domine noſter, effunde ſuper nos patientiam, & firma pedes noſtros, & auxiliare nobis contra gentes infideles. 252. Itaque profligaverunt illos per voluntatem Dei: & occidit David Galut. Et dedit illi Deus regnum & ſapientiam; & docuit eum de eo, quod volebat. Quòd ſi non coercuiſſet Deus homines, alios eorum per alios; certè corrupta fuiſſet terra *(nimirum infideles prævaluiſſent contra fideles, & deſtruxiſſent loca eorum ſacra)*. Sed Deus præditus *eſt* liberalitate ſuper Mundos *(ideſt erga omnes creaturas)*. 253. Iſta ſunt ſigna Dei: legimus ea ſuper te cum veritate; & tu quidem ſanè *es* ex Miſſis *à Deo*. * 254. Iſti ſunt legati: excellentes fecimus alios eorum ſuper alios. Ex iis aliquos alloquutus eſt Deus, & ſublimavit aliquos eorum gradibus: & dedimus Jeſu filio Mariæ argumenta clara *(ideſt vim faciendi miracula)*: & roboravimus eum ſpiritu ſanctitatis. Et, ſi voluiſſet Deus, non decertaviſſent inter ſe, qui *fuerunt* poſt eos *(ideſt legatos)* poſtquam venerunt ad eos argumenta clara *de veritate*. Sed diſcordes fuerunt, *ita volente Deo*. Igitur ex illis quiſpiam credidit, & ex illis quiſpiam incredulus fuit. Et, ſi voluiſſet Deus, non decertaviſſent inter ſe *circa religionem*: Sed Deus facit quod vult.

* الجزء الثالث

Pars Tertia.

NOTÆ.

CCXLIV. *An non respexisti ad eos &c.*] Asserit Gelaleddinus hos fuisse قوم من بنى اسرايبل وقع عليهم الطاعون بلادهم ففرّوا فقال لهم اللّه موتوا فماتوا ثم احياهم بعد ثمانية ايام او اكثر بدعاء نبيهم حزقيل فعاشوا دهرًا عليهم اثر الموت لا يلبسون ثوبًا الّا عاد كالكفر واستمرّت فى اسباطهم : *quosdam de filiis Israel, in quorum regionem cùm pestilentia incidisset, fugam inierunt: dixitque illis Deus: Morimini: & mortui sunt. Deinde suscitavit eos post octo, aut plures dies ad preces Prophetæ eorum Ezechielis: vixeruntque deinde plures annos. Apparebat autem in illis vestigium mortis: neque induebant vestem, quæ non evaderet nigra, sicut pix. Et perseveravit hoc in nepotibus eorum.* Idem ferè habet Jahias ex auctoritate Cottadæ, qui asserit, hos fuisse octo millia, juxta Chalebium. Alii dicunt, fuisse quatuor millia, alii decem millia: alii triginta, vel quadraginta, vel septuaginta millia. Totam fabulam fusiùs narrat Ismael filius Aly in Capite de Judicibus filiorum Israel his verbis ex Arabico fideliter translatis. *Dixit Abu-Isaac, & Thalebiensis. Mortuo Chaleb, & ejus filio, surrexit Judex Israelis Ezechiel filius Buzi, qui cognominabatur* ابن العجوز *Ebn-alaginz* (ideſt filius vetulæ). *Nam cùm mater ejus sterilis esset, & jam grandæva, postulavit illum à Deo, à quo & accepit. Ipse autem est, cujus precibus Deus quosdam jam fato functos ad vitam revocavit: de quibus dicitur in Alcorano: An non animum advertisti ad eos, qui egressi sunt ex habitationibus suis &c. Dicitur autem eos fuisse in Civitate quadam, quæ vocabatur Davardan, in quam venit pestis: atque ideò multi eorum, qui eam incolebant, aufugerunt. Cùmque in amplam vallem descendissent, ibi Deo jubente mortui sunt. Alii dicunt eos fugisse à bello pro religione suscepto: quamobrem ad divinum Imperium ipsos, atque eorum jumenta interiisse. Egressi autem homines invenerunt cadavera eorum jam intumescentia, cùmque ea sepelire cœpissent, non potuerunt omnia terræ mandare, ob eorum multitudinem. Quamobrem septum circa ea ædificaverunt: quo à feris animantibus defensarentur. Discrepant autem inter se Auctores circa numerum eorum. Alii enim faciunt tria millia, alii quatuor, alii octo, alii decem, alii triginta, alii quadraginta, alii demum septuaginta millia. Corrupta sunt autem cadavera, & ossa tantummodò alba remanserunt. Et egressus Ezechiel, cùm secus illa pertransiret, flevit. Sed revelavit illi Deus, dicens: O Ezechiel, vociferare ad eos, & ego illos tibi ad vitam restituam. Cùmque id fecisset Ezechiel, surrexerunt omnes simul in unam turbam & vixerunt plures annos, liberosque genuerunt: & color mortis erat in faciebus eorum: & odor mortis in eis, eorumque posteris perseveravit. Alludunt tot fabulæ ad visionem quamdam, quæ habetur apud Ezechielem cap. 37.*

CCXLVII. *Ad conventum*]. Vox Arabica الملاء significat multitudinem, seu conventum multorum. Et nonnunquam accipitur pro principibus, seu proceribus. Et ita interpretatur Jahias الاشراف *nobiliores*, seu proceres.

CCXLVIII. *Et auxit eum extensione in scientia & corpore*]. Nam, ut fingit Gelal: كان اعلم بنى اسرايبل يوميذٍ واجملهم واتمّ خلقًا : *erat doctissimus filiorum Israel tunc temporis, & pulcherrimus eorum, & perfectissimus constitutione naturæ.*

CCXLIX. *Signum regni ejus erit, quòd veniet ad vos Arca*] de Arca ita scribit hìc Gelal. الصندوق كان فيه صُوَر الانبياء انزله اللّه على ادم فاستمرّ اليهم تغلبتهم العمالقة عليه واخذوه وكانوا يستفتحون به على عدوّهم ويسكنون اليه ويقدمونه فى القتال فيه بقية مما ترك ال موسى وال هرون اى تركه هما وهو نعلا موسى وعصاه وعمامة هرون وقفيز من المن الذى كان ينزل عليهم ورضاض الالواح فحملته الملايكة بين السما والارض وهم ينظرون اليه حتى وضعته عند طالوت فاقروا بملكه وتسارعوا الى الجهاد فاختار من شبابهم سبعين الفًا : *in Arca erant icones, seu figuræ Prophetarum. Demiserat eam Deus è Cælo super Adam, & pervenerat ad eos. Amalecitæ autem illis devictis, ceperunt eam. Per illam verò obtinebant victorias ex hostibus suis, & in ea habebant fiduciam, & præferebant eam ante se ad prælia. Erant in ea reliquiæ earum rerum, quas reliquerat familia Moysis & Aaron: nimirùm, soleæ, seu crepidæ, & virga Moysis, tiara Aaron, & vasculum plenum manna illa, quæ pluerat super eos, & fragmenta tabularum legis. Portaveruntque eam Angeli, ipsis videntibus, inter Cælum & terram, & deposuerunt eam apud Talut: ideòque acquieverunt in regno ejus, & certatim properaverunt ad bellum. Elegit autem Talut ex juvenibus eorum septuaginta millia.*

CCL. *Præter eos, qui hauserint haustum unum*]. Gelal, & Jahias asserunt hos fuisse trecentos ac tredecim circiter.

CCLI. *Et docuit eum de eo, quod voluit*]. Gelal كصنعة الدروع ومنطق الطير : *cujusmodi est ars faciendi loricas, & intelligentia locutionis volucrum.* Jahias exponit الوحى *revelationem.*

CCLIV. *Et roboravimus eum spiritu Sanctitatis*]: Gelal, & Jahias جبرايبل يسير معهٔ حيث سار : *Gabriele, qui ambulabat cum eo, ubi ille ambulabat.*

RE-

REFUTATA.

I. SI in eo, quod obſcuriùs innuit Alcoranus de illis millibus, qui peſtem fugientes, à Deo occiſi, & poſteà ſuſcitati ſunt, Mahumetanorum Gloſſas ſequamur, nihil ineptius, aut inſultius fingi poteſt. Nunquam enim Ezechiel fuit judex filiorum Iſrael: & tamen Abu-Iſaac, & Thalebienſis ponunt eum in numero judicum poſt Othonielem filium Caleb, qui fuit proximus Joſue. Ezechiel verò vixit in captivitate Babylonica poſt plura ſæcula. Quod autem habetur apud Ezechielem ipſum cap. 37. de cadaveribus, ſeu oſſibus mortuorum ad vitam revocatis, nihil facit ad rem: fuit enim illa viſio imaginaria, non autem aliquod factum reale, ut patet ex verbis ipſis Prophetæ. Quidquid autem ſit, nihil ferè habet commune cum chimæra Alcoranica.

II. Nec minùs fabuloſum ac falſum eſt, quod de Talut & de Galut, ideſt de Saule & Golia, confingitur. Primò enim contra ſacræ paginæ veritatem eſt, cùm Saul poſt ſuſceptum regnum prælium indixiſſet, Iſraelitas terga vertiſſe, aut pugnam detrectaſſe; ut patet ex lib. primo Regum Cap. 11. ubi indicto primùm prælio contra Ammonitas, ad unum Saulis nutum, *invaſit timor Domini populum, & egreſſi ſunt quaſi vir unus*: nec ullus legitur ibi terga vertiſſe, ſed omnes viriliter pugnaſſe, ac victoriam retuliſſe. Quòd verò deinde aliàs fugerint, non favet Alcorano, in quo ſermo eſt de primo illo experimento, circa factam ab Hebræis de pugnando promiſſionem.

III. Deinde gratis omninò, & citra omnem veritatem dicitur, ad confirmandum regnum Saulis, delatam fuiſſe ab Angelis Arcam Teſtamenti, quæ ab Amalecitis ſublata fuerat: & tot alia figmenta ab Expoſitoribus Moslemis ſuperaddita. Non enim Amalecitæ ſed Philiſtæi Accaronitæ abſtulerant anteà ab Hebræis, Arcam, ut patet lib. 1. regum cap. 4. & 5. Cùm verò Saul renunciatus fuit rex, jam Arca redierat à Philiſtæis, & in Gabaa in domo Abinadab fuerat collocata, ut habetur lib. 1. regum cap. 6. Inde verò neque ab Angelis, neque ab hominibus mota unquam fuiſſe legitur, niſi jam regnante David lib. 2. reg. cap. 6. Illud verò ridiculum eſt, in Arca fuiſſe crepidas Moyſis, & tiaram Aaronis: magis verò ridiculum, eamdem Arcam à Deo ſuper Adam è Cœlo demiſſam fuiſſe; cùm certiſſimum ſit, illam juſſu Dei per Moyſem fuiſſe fabricatam.

IV. Magnam verò imperitiam & craſſitiem arguit in Mahumeto depravatio illa nominum Talut & Galut pro Saule, & Golia: neque enim id malignè, ut quidam putant, factum eſſe exiſtimo: ſed cùm eſſet craſſi ingenii, & imbecillioris memoriæ, non valuit nomina ipſa, prout ab Hebræo aliquo, vel Chriſtiano audierat, retinere, quemadmodùm ſæpè ruſticanis & rudioribus hominibus ſolet evenire. Hinc etiam factum eſt, ut duas ſacrarum ſcripturarum hiſtorias enormiter confuderit. Certum eſt enim, experimentum illud captum ex militibus in bibenda aqua fluminis non ſub Saule, ſed ſub Gedeone contigiſſe. Ut legimus in libro Judicum cap. 7. Sed in hujuſmodi achroniſmis frequentiſſimè peccat Mahumetus, & Scriptores Mahumetani.

V. Non eſt otium ad reliquas Interpretum nugas reſpondendi. Unum illud prætereundum non eſt, quod Mahumetus hìc & alibi ſæpè pronunciat: nimirùm, ſi voluiſſet Deus, nullas circa religionem diſcordias futuras fuiſſe inter homines: & ideò illas exortas eſſe, quia ipſe voluit. Quæ verba licèt in ſana etiam parte accipi poſſint, videntur tamen redolere impietatem hæreticorum, qui omnia mortalium ſcelera abſolutè Dei voluntati tribuunt, atque illum eorum Auctorem conſtituunt. Saltem modus ille loquendi Mahumeti magnam præbet anſam hominibus credendi, Deum eſſe Auctorem culpæ, & hominem neceſſariò peccare. De hac Mahumeti, Mahumetanorumque abſurdiſſima ſententia jam ſuprà nonnulla dicta ſunt.

TEXTUS ALCORANI.

255 يَا أَيُّهَا الَّذِينَ آمَنُوا أَنفِقُوا مِمَّا رَزَقْنَاكُم مِّن قَبْلِ أَن يَأْتِيَ يَوْمٌ لَّا بَيْعٌ فِيهِ وَلَا خُلَّةٌ وَلَا شَفَاعَةٌ
وَالْكَافِرُونَ هُمُ الظَّالِمُونَ ۞ 256 اللَّهُ لَا إِلَٰهَ إِلَّا هُوَ الْحَيُّ الْقَيُّومُ لَا تَأْخُذُهُ سِنَةٌ وَلَا نَوْمٌ لَّهُ مَا فِي
السَّمَاوَاتِ وَمَا فِي الْأَرْضِ مَن ذَا الَّذِي يَشْفَعُ عِندَهُ إِلَّا بِإِذْنِهِ يَعْلَمُ مَا بَيْنَ أَيْدِيهِمْ وَمَا خَلْفَهُمْ وَلَا
يُحِيطُونَ بِشَيْءٍ مِّنْ عِلْمِهِ إِلَّا بِمَا شَاءَ وَسِعَ كُرْسِيُّهُ السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضَ وَلَا يَئُودُهُ حِفْظُهُمَا وَهُوَ الْعَلِيُّ
الْعَظِيمُ ۞ 257 لَا إِكْرَاهَ فِي الدِّينِ قَد تَّبَيَّنَ الرُّشْدُ مِنَ الْغَيِّ فَمَن يَكْفُرْ بِالطَّاغُوتِ وَيُؤْمِن بِاللَّهِ

فقد استمسك بالعروة الوثقى لا انفصام لها والله سميع عليم ۞ 258 الله ولي الذين امنوا يخرجهم
من الظلمات الى النور والذين كفروا اولياؤهم الطاغوت يخرجونهم من النور الى الظلمات اولئك
اصحاب النار هم فيها خالدون ۞ 259 الم تر الى الذي حاج ابراهيم في ربه ان اتاه الله الملك
اذ قال ابراهيم ربي الذي يحيي ويميت قال انا احيي واميت قال ابراهيم فان الله ياتي بالشمس من
المشرق فات بها من المغرب فبهت الذي كفر والله لا يهدي القوم الظالمين ۞ 260 او كالذي
مر على قرية وهي خاوية على عروشها قال اني يحيي هذه الله بعد موتها فاماته الله مائة عام ثم
بعثه قال كم لبثت قال لبثت يوما او بعض يوم قال بل لبثت مائة عام فانظر الى طعامك وشرابك
لم يتسنه وانظر الى حمارك ولنجعلك اية للناس وانظر الى العظام كيف ننشزها ثم نكسوها لحما
فلما تبين له قال اعلم ان الله على كل شيء قدير ۞ 261 واذ قال ابراهيم رب ارني كيف تحيي
الموتى قال اولم تؤمن قال بلى ولكن ليطمئن قلبي قال فخذ اربعة من الطير فصرهن اليك ثم
اجعل على كل جبل منهن جزءا ثم ادعهن ياتينك سعيا واعلم ان الله عزيز حكيم ۞
262 مثل الذين ينفقون اموالهم في سبيل الله كمثل حبة انبتت سبع سنابل في كل سنبلة
مائة حبة والله يضاعف لمن يشاء والله واسع عليم ۞ 263 الذين ينفقون اموالهم في سبيل الله
ثم لا يتبعون ما انفقوا منا ولا اذى لهم اجرهم عند ربهم ولا خوف عليهم ولا هم يحزنون ۞
264 قول معروف ومغفرة خير من صدقة يتبعها اذى والله غني حليم ۞ 265 يا ايها الذين امنوا
لا تبطلوا صدقاتكم بالمن والاذى كالذي ينفق ماله رياء الناس ولا يومن بالله واليوم الاخر فمثله
كمثل صفوان عليه تراب فاصابه وابل فتركه صلدا لا يقدرون على شيء مما كسبوا والله لا يهدي
القوم الكافرين ۞ 266 ومثل الذين ينفقون اموالهم ابتغاء مرضات الله وتثبيتا من انفسهم
كمثل جنة بربوة اصابها وابل فاتت اكلها ضعفين فان لم يصبها وابل فطل والله بما تعملون
بصير ۞ 267 ايود احدكم ان تكون له جنة من نخيل واعناب تجري من تحتها الانهار له
فيها من كل الثمرات واصابه الكبر وله ذرية ضعفاء فاصابها اعصار فيه نار فاحترقت كذلك يبين
الله لكم الايات لعلكم تتفكرون ۞ 268 يا ايها الذين امنوا انفقوا من طيبات ما كسبتم ومما
اخرجنا لكم من الارض ولا تيمموا الخبيث منه تنفقون ولستم باخذيه الا ان تغمضوا فيه واعلموا ان
الله غني حميد ۞ 269 الشيطان يعدكم الفقر ويامركم بالفحشاء والله يعدكم مغفرة منه
وفضلا والله واسع عليم ۞ 270 يوتي الحكمة من يشاء ومن يوت الحكمة فقد اوتي خيرا كثيرا
وما يذكر الا اولوا الالباب ۞ 271 وما انفقتم من نفقة او نذرتم من نذر فان الله يعلمه وما
للظالمين من انصار ۞ 272 ان تبدوا الصدقات فنعما هي وان تخفوها وتوتوها الفقراء فهو خير
لكم

لَكُم ويُكفِّر عنكُم مِن سيّاتِكُم واللّه بِما تعملون خبيرٌ ۞ 273 لَيس عليكَ هُداهُم ولٰكِنَّ
اللّه يهدي من يشاءُ وما تُنفِقوا مِن خيرٍ فلانفسِكُم وما تُنفِقون الّا ابتِغاءَ وجهِ اللّه وما تُنفِقوا مِن خيرٍ
يوفَّ اليكُم وانتُم لا تُظلَمون ۞ 274 لِلفُقَراءِ الّذين اُحصِروا في سبيلِ اللّه لا يستطيعون ضربًا في
الارضِ يحسبهُم الجاهِلُ اغنياءَ مِنَ التّعفُّفِ تعرِفهُم بسيماهُم لا يسألون النّاسَ الحافًا وما تُنفِقوا مِن
خيرٍ فانَّ اللّه بِهِ عليمٌ ۞ 275 الّذين ينفِقون اموالَهُم بِاللّيلِ والنّهارِ سرًّا وعلانيةً فلهُم اجرُهُم
عِندَ ربِّهِم ولا خوفٌ عليهِم ولا هُم يحزنون ۞

VERSIO LATINA.

255. O Qui crediderunt, erogate *in eleemoſynas* ex eo, quod in ſuſtentationem præbuimus vobis, antequam veniat dies *Judicii*: non *erit* venditio in eo, neque amicitia, neque interceſſio: & Infideles ſunt Iniquè agentes. 256. Deus: non *eſt* Deus præter ipſum: Vivus, Subſiſtens. Non capit eum dormitatio, neque ſomnus. Ipſi *eſt* quod in Cœlis, & quod in terra *reperitur*. Quis *eſt* ille, qui intercedat apud eum, niſi per voluntatem ejus? Scit quod *fuit* ante eos, & quod *erit* poſt eos: & non comprehendent rem ullam de ſcientia ejus, niſi quatenùs *ipſe* voluerit. Ambit amplitudine ſedes ejus, Cœlos, & terram, neque gravat illum cuſtodia amborum: & ipſe *eſt* Excelſus, Magnus. 257. Ne *ſit* violentia in religione *ſuſcipienda*. Jam diſtinctè patuit recta inſtitutio à deceptione *(ideſt vera à falſa religione)*. Qui ergo abnegaverit Tagut *(ideſt Dæmones)*, & crediderit in Deum; jam porrò tenebit ſe ad anſam firmiſſimam, cui non *erit* fractio: & Deus *eſt* audiens, ſciens. 258. Deus *eſt* patronus eorum, qui crediderunt: educet eos de tenebris in lucem. At, qui infideles ſunt, patroni eorum *ſunt* Tagut: educent eos de luce in tenebras. Hi *erunt* ſocii Ignis, ipſi in eo perennaturi. 259. An non reſpexiſti ad eum, qui diſputavit cum Abraham de Domino ejus, eò quòd dediſſet illi Deus Regnum? Cùm dixiſſet Abraham: Dominus meus *eſt*, qui vivificat, & mortificat. Reſpondit *ille*: Ego vivificabo, & mortificabo. Dixit Abraham: Certè Deus adducit ſolem ab Oriente: *tu* porrò adduc eum ab Occidente. Itaque attonitus hæſit ille, qui erat infidelis. Deus autem non dirigit gentes iniquas. 260. Aut *non conſideraſti*, quemadmodùm *ſe geſſit ille*, qui tranſivit juxta *quamdam* Urbem, & ipſa erat deſtructa, *& corruerat* ſuper ſedes ſuas. Dixit: Quomodò vivificabit hanc Deus poſt mortem ejus? Et mori fecit eum Deus, *& mortuum reliquit* centum annos: deinde ſuſcitavit eum. Dixit *verò illi Deus*: Quamdiù hìc moratus es? Reſpondit: Moratus ſum die, aut partem diei. Dixit *illi Deus*: Imò moratus es centum annos. Reſpice porrò ad cibum tuum, & potum tuum, *qui* nondum ſunt corrupti: & reſpice ad aſinum tuum *in oſſa redactum*. Et *hoc fecimus*, ut poneremus te ſignum *reſurrectionis* hominibus. Et reſpice ad oſſa *aſini tui*, quomodò elevemus ea, & deinde veſtiamus ea carne. Cùmque *hoc* manifeſtatum fuiſſet ei; dixit: ſcio, quòd Deus *eſt* ſuper omnem rem potens. 261. Et *memento* cùm dixit Abraham: Domine mi, oſtende mihi, quomodò vivificabis mortuos. Reſpondit *ei Deus*: An etiam nondum credis? Dixit *Abraham*: Utique *credo*: Verùm *hoc petii*, ut quieſcat firmiter cor meum. Dixit *illi Deus*: Cape igitur quatuor ex avibus, & inclina eas ad te, *& in fruſta ſcinde eas*. Deinde pone ſuper omnem montem ex ipſis partem. Tum voca eas; *nam* venient ad te velociter: & ſcito, quòd Deus *eſt* præpotens, ſapiens. 262. Similitudo eorum, qui erogant facultates ſuas in ſemita Dei, *eſt* juxta ſimilitudinem grani, *quod* germinavit ſeptem ſpicas: in qualibet ſpica *ſunt* centum gra-

na. Et Deus duplicavit *facultates pro ſe erogatas*, cui voluerit: & Deus *eſt* amplus, ſciens. 263 Qui erogant facultates ſuas in ſemita Dei; deinde non ſectantur quod erogaverunt, exprobrando, neque nocendo: ipſis *erit* merces eorum apud Dominum ſuum: neque *erit* timor ſuper eos, neque ipſi contriſtabuntur. 264. Sermo notus (*ideſt benignus*), & indulgentia melior *eſt*, quàm eleemoſyna, quam ſequatur damnificatio. Et Deus *eſt* dives, manſuetus. 265. O qui crediderunt, ne vanas reddatis eleemoſynas veſtras cum exprobratione, & læſione; ſicut qui erogat opes ſuas ad apparendum hominibus, & non credit in Deum, & diem noviſſimum. Similitudo autem ejus *eſt*, ſicut ſimilitudo ſilicis, ſuper quam ſit terra, incidatque ei pluvia vehemens, & relinquat eam duram, *auferendo terram*. Non poterunt *proficere* in re ulla ex eo, quod lucrati fuerint: nam Deus non dirigit gentes infideles. 266. Et ſimilitudo eorum, qui erogant facultates ſuas ob deſiderium placendi Deo, & ſtabilimentum de animabus ſuis, *eſt* ſicut ſimilitudo horti in Colle, cui incidit pluvia vehemens, & attulit cibum ſuum duplicia (*ideſt fructum duplicavit*). Quòd ſi non inciderit ei pluvia vehemens: ſaltem ros. Et Deus in id, quod facitis *eſt* intuens. 267. An cupiet unus veſtrum, ut ſit ſibi hortus ex palmis & uvis, currant ſubtus illum fluvii: ſibi *ſit* in eo de univerſitate fructuum: & incidat ſibi grandævitas: & ſibi *ſit* ſoboles imbecilla: tum percutiet illum (*nempè hortum* ventus vehemens, in quo *ſit* ignis, itaut comburatur? Sic declarat Deus vobis ſigna, ut vos recogitetis. 268. O qui crediderunt, erogate *in eleemoſynam* de rebus bonis, quod acquiſiviſtis, & ex eo, quod produximus vobis de terra: & ne ſeligatis vitioſum ex eo, *ut* erogetis: & *vos* non eſſetis accipientes illud, niſi quatenùs conniveretis in illo *in emptione, & venditione*. Et ſcitote, quòd Deus eſt dives, laudatus. 269. Satanas minatur vobis paupertatem, *ſi faciatis eleemoſynam*, & præcipit vobis nefarium (*ideſt avaritiam*). Deus verò promittit vobis indulgentiam ex ſe, & abundantiam: & Deus *eſt* amplus, ſciens. 270. Dabit ſapientiam cui voluerit, & cui data fuerit ſapientia, jam porrò datum erit ei bonum multum. Et non verſabunt memoria *hæc* niſi prædíti cordibus. 271. Et quod erogaveritis de erogatione, vel voveritis de voto (*ideſt eleemoſynas & vota quæ facietis*) certè Deus ſciet illud: & non *erit* iniquis *ullus* ex auxiliatoribus. 272. Si manifeſtaveritis eleemoſynas benè quidem hoc: Et ſi abſconderitis eas, & dederitis eas pauperibus: hoc porrò melius *erit* vobis: & expiabit à vobis de malis veſtris. Deus autem de eo, quod facietis *erit* inſtructus. 273. Non eſt ſuper te directio eorum (*ideſt non ſpectat ad te dirigere infideles*). Sed Deus diriget quem volet. Et quod erogabitis de bono *in eleemoſynam*, porrò animabus veſtris *erogabitis*: & non erogabitis, niſi ex deſiderio vultus Dei. Et quod erogabitis de bono, rependetur vobis: & vos non injuſtè tractabimini. 274. Pauperibus, qui concluſi ſunt in ſemita Dei (*ideſt occupati in bello ſacro*), nec poſſunt percutere in terra (*ideſt circumire ad mercaturam, & victualia quærenda, faciendæ ſunt eleemoſynæ*). Exiſtimat eos ignarus divites ex modeſtia. Cognoſces eos ex nota eorum. Non rogant homines importunè. Quod verò erogabitis de bono, utique Deus *erit* in eo ſciens. 275. Qui erogant facultates ſuas in nocte ac die; ſecretò, & manifeſtè: profectò illis *erit* merces ſua apud Dominum ſuum: & non *erit* timor ſuper eos, neque ipſi contriſtabuntur.

NOTÆ.

CCLVII. *Nè ſit violentia in religione*] Gelal. نزلت فيمن كان له من الانصار اولاد اراد ان يكرههم على الاسلام *hæc dicta ſunt pro illis ex primis Mahumeti ſociis, qui habebant filios, & volebant illos violenter cogere ad ſectam Mahumeti ſuſcipiendam*: Jahias aſſerit hos filios in Ethniciſmo nutritos fuiſſe, & creviſſe in Judaiſmo. Cùmque patres eorum Mahumetiſmum amplexi fuiſſent, cogere voluiſſe ad eumdem filios ſuos.

CCLIX. *Diſputavit cum Abraham de Domino ejus*] Hunc, qui cum Abraham diſputavit fuiſſe Nemrod,

eſt

est communis sententia inter Moslemos. Ideò autem hoc fecit, quia ut ait Gelal: جعله بطره بنعمة اللّٰه على ذلك: *impulit illum ingratitudo, & insolescentia erga beneficia Dei ad hoc.*

Ego mortificabo, & vivificabo] fingunt Gelal, & Jahias, Nemrod jussisse adduci sibi eodem tempore duos viros, quorum unum occidit, alterum verò vivum reservavit: ut verum esset, quod dixerat, se posse mortificare & vivificare.

CCLX. *Ille qui transivit juxta quamdam civitatem*]. Iidem Interpretes, & alii volunt, hunc fuisse Ozair, sive Ezram, qui transivit juxta Civitatem Hierusalem jam à Chaldæis destructam, insidens asino, & portabat canistrum ficorum, & cyathum plenum musto. Cùmque ambigeret, quo pacto Deus restituere posset Urbem illam jam dirutam, & habitatores ejus jam extinctos suscitare, Deus illi mortem immisit, & mansit mortuus per centum annos: post quos suscitatus à Deo, vidit ficos & musti cyathum adhuc integros, & incorruptos: asinum verò extinctum, itaut ossa illius tantummodò supererent, ad quæ respiciens jussu Dei, vidit illa elevari, atque inter se compacta carne vestiri, & fieri asinum, in quem cùm Deus spiritum immisisset, statim cœpit rudere.

CCLXI. *Tum voca eas, nam venient ad te*]. Gelal absolvit fabulam Alcorani his verbis: *Accepit igitur Abraham pavonem, & aquilam, & corvum, & gallum gallinaceum, & occidit eos, atque in frusta discidit illos, & permiscuit plumas & carnes eorum, & retinuit capita eorum apud se: deinde vocavit eos ad se ex diversis locis, in quibus eorumdem frusta collocaverat; & volavit pars eorum ad alteram partem, donec perfectè redintegrati sunt, & deinde accesserunt ad capita sua.*

CCLXIII. *Exprobrando, neque nocendo*] Gelal. ما امنّا مثلاً قد احسنت اليه وجبرت حاله ولا ادّى له بذكر ذلك الى من لا يجب وقوفه عليه وفحوه: *Non exprobrando: ut si dicat: Ego benefeci illi, & illius statum ego restitui. Neque nocendo, veluti si commemoret iis, quibus non oportet, id quod erogavit in illum* detegendo scilicet pauperiem ejus.

CCLXVII. *An cupiet aliquis vestrum &c.*] Gelal. هذا تمثيل لنفقة المرأى والمنّ فى ذهابها وعدم نفعها: وعن ابن عباس هو الرجل عمل بالطاعات ثم بعث له الشيطان فعمل بالمعاصى حتى اغرق اعماله: *Hæc est similitudo eleemosynæ factæ ab hypocrita & exprobratore, quatenùs evanescit, & nullam habet utilitatem. Ex dicto autem Ebn-abbasi est similitudo hominis, qui post opera bona tentatus à Satana, committit peccata, itaut jacturam faciat operum bonorum.*

CCLXXIII. *Ex desiderio vultus Dei*]. Explicat Gelal. اى ثوابه لا غيره من اعراض الدنيا: *idest præmii seu mercedis ejus, & non ob alium finem rerum hujus mundi.*

REFUTATA.

I. PRohibet Mahumetus, ne quis ad religionem suscipiendam invitus cogatur. Hoc tamen ipse nequaquam servavit: solâ enim armorum vi, ac terroribus magnam terrarum orbis partem ad sectam suam perduxit. Sæpè etiam in hoc eodem Alcorano præcipit suis, ut oppugnent, & occidant infideles, donec Moslemi fiant. In libro etiam Sonnæ leguntur hæc illius verba: قاتلوا الناس حتّى يكونوا مؤمنين: *Pugnate contra homines, donec fideles fiant.* Præterea ipse vocat se رسول السيف: *Apostolum gladii*: quasi non doctrina, aut miraculis, sed armorum violentia superstitionem suam esset propagaturus, ut re vera propagavit. Sed vide hac de re Prodr. p. 4. cap. 23. pag. 59. fusissimam dissertationem.

II. Quòd attinet ad narratiunculam illam, seu fabellam de Abraham, & Nemrod, non est quòd multùm laboremus in ea confutanda. Ex recta enim annorum computatione constat, Nemrod ante ortum Abrahæ mortuum fuisse. Neque probabile est, si eodem tempore vixisset, res tàm insignes à sacro Scriptore fuisse prætermittendas, qui alia leviora diligentissimè recensuit. Sed totum hoc est commentum Thalmudicum: Vide Prodr. p. 4. cap. ultimo pag. 84.

III. Tota verò fabula illa de avibus ab eodem Abraham mactatis, alludit sine dubio ad id, quod habetur in Genesi cap. 15. his verbis. *Dixit Deus ad Abraham: Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldæorum, ut darem tibi terram istam, ut possideres eam. At ille ait: Domine Deus, unde scire possum, quòd possessurus sim eam? Et respondens Dominus: Sume, inquit, mihi Vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. Qui tollens universa hæc, divisit ea per medium, & utrasque partes contra se altrinsecùs posuit, aves autem non divisit. Descenderuntque volucres super cadavera, & abigebat eas Abraham*: In hac sacræ Scripturæ historia tot figmenta admiscent Mahumetus, & Mahumetani, quot superiùs vidimus. Vide Prodr. p. 4. c. ult. pag. 85.

IV. Idem penè faciunt in eo, quod de Ozair, sive Esdra fabulantur. Quomodò enim potuit Ezras centum annos mortuus jacere prope Hierosolymorum Urbem destructam, si eadem Urbs septuaginta tantummodò annos diruta permansit? Prætereà quando Ezras è Chaldæa venit in Judæam, anno scilicet septimo Artaxerxis, jam Templum erat ædificatum, ut patet libro 1. Esdræ cap. 7. Et semper fuit Ezras ibidem præsens cum Nehemiâ, aliisque Judæis usque ad annum trigesimum & ultra ejusdem Artaxer-

xerxis: quo temporis ſpatio ædificati ſunt muri Hieruſalem, & domus ejus reſtitutæ, itaut habitarent in iis Principes populi cum familiis in magno numero, ut habetur lib. 2. Eſdræ cap. 11. Poſtremò Mahumetanorum doctiſſimus Iſmael filius Aly in capite de ædificatione domus Sanctæ, ſive Hieruſalem, loquens de Ozair, hæc habet. *Cùm iterùm ædificata fuiſſet Domus Sancta, regreſſi ſunt ad eam filii Iſrael ex Arac, & Hagiaz, & aliis provinciis: & erat inter eos Ozair, qui fuerat in Arac: & venerunt cum eo de filiis Iſrael pluſquam ducenti ſapientes, & alii. Et ordinati ſunt cum Ozair in Hieruſalem centum viginti ſeniores ex ſapientibus filiorum Iſrael. Cùmque divinam legem obliti eſſent, Deus Excelſus infudit eam in pectus Ozair, qui propoſuit illam filiis Iſrael, ut agnoſcerent quid ipſis licitum, quidve illicitum eſſet. Dilexeruntque eum filii Iſrael amore magno. Et reſtituit Ozair ſtatum eorum, & gubernavit eos donec mortuus eſt, quadraginta annis poſt ædificationem Domus Sanctæ. Ozair autem, Hebraicè Ezra appellatur.* Vides hìc nihil haberi, aut probari de Alcoranicis nugis circa Eſdram. Quòd ſi dicas, Mahumetum non de Eſdra, ſed de alio neſcio quo loquutum fuiſſe: reſpondeo, nos in expoſitione Alcorani ſtare debere communi Mahumetanorum Doctorum ſententiæ. Atqui Gelaleddinus, Jahias, Mohammedus Abu-abdallah, Zamchaſcerius, & alii primarii Gloſſatores aſſerunt, hunc fuiſſe Ozair, ſive Ezram: ergo Mahumetus de Ezra locutus fuiſſe dicendus eſt. Quòd ſi in hoc deceptos fuiſſe dicamus præcipuos Alcorani Expoſitores, quam fidem habebimus illis in reliquis? Non eſt tamen diſſimulandum, Zamchaſcerium aliam etiam opinionem afferre, dum ſcribit وقيل هو عزير او الخضر *& dicitur hic fuiſſe Ezra, ſive Alchader.* Petes, quis ſit iſte Alchader? Reſpondeo eſſe chimæram quamdam à Mahumetanis confictam: nimirùm credunt Phinees filium Eleazar filii Aaron, per μετεμψύχωσιν tranſiſſe in Eliam, & deinde in hunc Alchader, quem volunt fuiſſe S. Georgium, à Mahumetanis propterea ſummo in honore habitum. Sed ineptiæ hæ ſunt aniles, & pluſquam pueriles. Ego tamen puto Mahumetum, & Mahumetanos Ezram cum Nehemia confundere. Moveor ad hoc, quia idem Nehemias cap. 2. ita de ſe loquitur: *Et vinum erat ante me, & levavi vinum, & dedi regi: & eram quaſi languidus ante faciem ejus.* Et paulò poſt: *Et veni Hieruſalem, & eram ibi tribus diebus.* Et mox: *Et conſiderabam murum Hieruſalem diſſipatum, & portas ejus conſumptas igni &c. & non erat locus jumento, cui ſedebam, ut tranſiret.* En unde Mahumetus Urbem dirutam, craterem vini, aſinum, & cætera confinxit: caniſtrum tamen ficorum de cerebro ſuo protulit. Vide Prodr. loco modò citato.

V. Poſtremò nullo modo probari poſſunt propoſitiones illæ Alcoranicæ: *Deus non dirigit gentes iniquas*: *Deus non dirigit infideles*: & aliæ hujuſmodi. Imò hos ipſos dirigit Deus, qui à veritate aberrant; non enim opus eſt ſanis medico, juxta Euangelicum dictum, ſed malè habentibus. Hinc David dixit Deo: *Et gentes in terra dirigis*: Gentium nomine hìc idolorum cultores intelliguntur, vel omnes homines generatim, quos ad viam veritatis, ac ſalutis Deus dirigit, ac manuducit. Alioquin ita poſſumus contra Mahumetum argumentari ad hominem: Multi iniqui & infideles facti ſunt Mahumetani: ergo vel Deus dirigit iniquos & infideles ad veram religionem: vel religio Mahumetana falſa eſt, & à vera religione prorsùs aliena.

TEXTUS ALCORANI.

276 ٱلَّذِينَ يَأْكُلُونَ ٱلرِّبَا لَا يَقُومُونَ إِلَّا كَمَا يَقُومُ ٱلَّذِي يَتَخَبَّطُهُ ٱلشَّيْطَانُ مِنَ ٱلْمَسِّ ذَٰلِكَ بِأَنَّهُمْ
قَالُوا إِنَّمَا ٱلْبَيْعُ مِثْلُ ٱلرِّبَا وَأَحَلَّ ٱللَّهُ ٱلْبَيْعَ وَحَرَّمَ ٱلرِّبَا فَمَن جَاءَهُ مَوْعِظَةٌ مِّن رَّبِّهِ فَٱنتَهَىٰ فَلَهُ
مَا سَلَفَ وَأَمْرُهُ إِلَى ٱللَّهِ وَمَنْ عَادَ فَأُولَٰئِكَ أَصْحَابُ ٱلنَّارِ هُمْ فِيهَا خَالِدُونَ ۝ 277 يَمْحَقُ ٱللَّهُ
ٱلرِّبَا وَيُرْبِي ٱلصَّدَقَاتِ وَٱللَّهُ لَا يُحِبُّ كُلَّ كَفَّارٍ أَثِيمٍ ۝ 278 إِنَّ ٱلَّذِينَ آمَنُوا وَعَمِلُوا ٱلصَّالِحَاتِ
وَأَقَامُوا ٱلصَّلَوٰةَ وَآتَوُا ٱلزَّكَوٰةَ لَهُمْ أَجْرُهُمْ عِندَ رَبِّهِمْ وَلَا خَوْفٌ عَلَيْهِمْ وَلَا هُمْ يَحْزَنُونَ ۝ 279 يَا أَيُّهَا
ٱلَّذِينَ آمَنُوا ٱتَّقُوا ٱللَّهَ وَذَرُوا مَا بَقِيَ مِنَ ٱلرِّبَا إِن كُنتُم مُّؤْمِنِينَ ۝ 280 فَإِن لَّمْ تَفْعَلُوا فَأْذَنُوا
بِحَرْبٍ مِّنَ ٱللَّهِ وَرَسُولِهِ وَإِن تُبْتُمْ فَلَكُمْ رُءُوسُ أَمْوَالِكُمْ لَا تَظْلِمُونَ وَلَا تُظْلَمُونَ ۝ 281 وَإِن كَانَ
ذُو عُسْرَةٍ فَنَظِرَةٌ إِلَىٰ مَيْسَرَةٍ وَأَن تَصَدَّقُوا خَيْرٌ لَّكُمْ إِن كُنتُمْ تَعْلَمُونَ ۝ 282 وَٱتَّقُوا يَوْمًا تُرْجَعُونَ
فِيهِ إِلَى ٱللَّهِ ثُمَّ تُوَفَّىٰ كُلُّ نَفْسٍ مَّا كَسَبَتْ وَهُمْ لَا يُظْلَمُونَ ۝ 283 يَا أَيُّهَا ٱلَّذِينَ آمَنُوا إِذَا
تَدَايَنتُم

تَدَايَنتُم بِدَيْنٍ إِلَىٰ أَجَلٍ مُسَمًّى فَاكْتُبُوهُ وَلْيَكْتُب بَّيْنَكُمْ كَاتِبٌ بِالْعَدْلِ وَلَا يَأْبَ كَاتِبٌ أَنْ يَكْتُبَ
كَمَا عَلَّمَهُ اللَّهُ فَلْيَكْتُبْ وَلْيُمْلِلِ الَّذِي عَلَيْهِ الْحَقُّ وَلْيَتَّقِ اللَّهَ رَبَّهُ وَلَا يَبْخَسْ مِنْهُ شَيْئًا فَإِن كَانَ
الَّذِي عَلَيْهِ الْحَقُّ سَفِيهًا أَوْ ضَعِيفًا أَوْ لَا يَسْتَطِيعُ أَن يُمِلَّ هُوَ فَلْيُمْلِلْ وَلِيُّهُ بِالْعَدْلِ وَاسْتَشْهِدُوا شَهِيدَيْنِ
مِن رِّجَالِكُمْ فَإِن لَّمْ يَكُونَا رَجُلَيْنِ فَرَجُلٌ وَامْرَأَتَانِ مِمَّن تَرْضَوْنَ مِنَ الشُّهَدَاءِ أَن تَضِلَّ إِحْدَاهُمَا
فَتُذَكِّرَ إِحْدَاهُمَا الْأُخْرَىٰ وَلَا يَأْبَ الشُّهَدَاءُ إِذَا مَا دُعُوا وَلَا تَسْأَمُوا أَن تَكْتُبُوهُ صَغِيرًا أَوْ كَبِيرًا إِلَىٰ
أَجَلِهِ ذَٰلِكُمْ أَقْسَطُ عِندَ اللَّهِ وَأَقْوَمُ لِلشَّهَادَةِ وَأَدْنَىٰ أَلَّا تَرْتَابُوا إِلَّا أَن تَكُونَ تِجَارَةً حَاضِرَةً تُدِيرُونَهَا
بَيْنَكُمْ فَلَيْسَ عَلَيْكُمْ جُنَاحٌ أَلَّا تَكْتُبُوهَا وَأَشْهِدُوا إِذَا تَبَايَعْتُمْ وَلَا يُضَارَّ كَاتِبٌ وَلَا شَهِيدٌ وَإِن
تَفْعَلُوا فَإِنَّهُ فُسُوقٌ بِكُمْ وَاتَّقُوا اللَّهَ وَيُعَلِّمُكُمُ اللَّهُ وَاللَّهُ بِكُلِّ شَيْءٍ عَلِيمٌ ۝ 284 وَإِن كُنتُمْ عَلَىٰ سَفَرٍ
وَلَمْ تَجِدُوا كَاتِبًا فَرِهَانٌ مَّقْبُوضَةٌ فَإِنْ أَمِنَ بَعْضُكُم بَعْضًا فَلْيُؤَدِّ الَّذِي اؤْتُمِنَ أَمَانَتَهُ وَلْيَتَّقِ اللَّهَ رَبَّهُ
وَلَا تَكْتُمُوا الشَّهَادَةَ وَمَن يَكْتُمْهَا فَإِنَّهُ آثِمٌ قَلْبُهُ وَاللَّهُ بِمَا تَعْمَلُونَ عَلِيمٌ ۝ 285 لِّلَّهِ مَا فِي السَّمَاوَاتِ
وَمَا فِي الْأَرْضِ وَإِن تُبْدُوا مَا فِي أَنفُسِكُمْ أَوْ تُخْفُوهُ يُحَاسِبْكُم بِهِ اللَّهُ فَيَغْفِرُ لِمَن يَشَاءُ وَيُعَذِّبُ مَن
يَشَاءُ وَاللَّهُ عَلَىٰ كُلِّ شَيْءٍ قَدِيرٌ ۝ 286 آمَنَ الرَّسُولُ بِمَا أُنزِلَ إِلَيْهِ مِن رَّبِّهِ وَالْمُؤْمِنُونَ كُلٌّ آمَنَ بِاللَّهِ
وَمَلَائِكَتِهِ وَكُتُبِهِ وَرُسُلِهِ لَا نُفَرِّقُ بَيْنَ أَحَدٍ مِّن رُّسُلِهِ وَقَالُوا سَمِعْنَا وَأَطَعْنَا غُفْرَانَكَ رَبَّنَا وَإِلَيْكَ
الْمَصِيرُ ۝ 287 لَا يُكَلِّفُ اللَّهُ نَفْسًا إِلَّا وُسْعَهَا لَهَا مَا كَسَبَتْ وَعَلَيْهَا مَا اكْتَسَبَتْ رَبَّنَا لَا تُؤَاخِذْنَا
إِن نَّسِينَا أَوْ أَخْطَأْنَا رَبَّنَا وَلَا تَحْمِلْ عَلَيْنَا إِصْرًا كَمَا حَمَلْتَهُ عَلَى الَّذِينَ مِن قَبْلِنَا رَبَّنَا وَلَا تُحَمِّلْنَا مَا
لَا طَاقَةَ لَنَا بِهِ وَاعْفُ عَنَّا وَاغْفِرْ لَنَا وَارْحَمْنَا أَنتَ مَوْلَانَا فَانصُرْنَا عَلَى الْقَوْمِ الْكَافِرِينَ ۝

VERSIO LATINA.

276. QUi comedunt uſuram, non reſurgent *è ſepulchris*, niſi quemadmodùm ſurgit ille, quem colliſerit Satanas ex tactu (*ideſt ex agitatione corporis, & alienatione mentis*). Hoc *accidet illis*, quia ipſi dixerunt: Certè quòd venditio *eſt* ſicut uſura. An conceſſit Deus venditionem, & prohibuit uſuram? Itaque cui venerit commonitio *hæc à* Domino ſuo, & abſtinuerit *ab uſura*; porrò illi *condonabitur*, quod præceſſit (*ideſt quod ante hanc legem ex uſuris lucratus eſt*): & negotium ejus *in hoc ſpectabit* ad Deum. Qui verò redierit *ad uſuras*; illi *erunt* ſocii Ignis; ipſi in eo perpetuò manſuri. 277. Benedictione privabit Deus uſuram: & creſcere faciet eleemoſynas. Et Deus non amabit omnem infidelem, iniquum. 278. Porrò qui crediderint, & fecerint recta, & perſolverint orationem, & dederint eleemoſynam, ipſis *erit* merces ſua apud Dominum ſuum, & non *erit* timor ſuper eos, neque ipſi contriſtabuntur. 279. O qui crediderunt, timete Deum, & dimittite, quod ſuperfuerit de uſura, ſi eſtis credentes. 280. Quod ſi non feceritis; arrigite aures ad bellum, *quod vobis indicetur* à Deo, & legato ejus. At ſi reſipueritis: *concedentur* vobis capitalia facultatum veſtrarum. Non iniquè tractabitis, & non iniquè tractabimini. 281. Quòd ſi *quis debitor* fuerit habens difficultatem *ad ſolvendum*, *concedatur illi* expectatio uſque ad facilitatem. Et ſi relinquatis in eleemoſynam *eidem id*, *quod debet vobis*; melius *erit* vobis; ſi ſcieritis, *hoc facietis*. 282. Et timete

diem, *in quo* reducemini ad Deum, tunc rependetur omni animæ, quod lucrata fuerit: & ipsi non tractabuntur injustè. 283. O qui crediderunt, cùm mutuò vos obligaveritis in debito usque ad terminum nominatum (*ideſt usque ad certum tempus*): scribite illud, & scribat inter vos Scriba cum justitia: neque recuset Scriba, quin scribat quemadmodùm docuit illum Deus: scribat, & dictet *illi* is, super quem est debitum (*ideſt debitor*): & timeat Deum Dominum suum, & non subtrahat de eo (*ideſt debito*) quidquam. Quòd si fuerit is, super quem est debitum fatuus, aut infirmus; aut non sit potens, ut dictet ipse: dictabit procurator ejus cum æquitate: & advocate in testimonium duos testes ex viris vestris. Quòd si non fuerint duo viri, *saltem sit unus* vir, & duæ mulieres ex iis, quos malueritis de testibus. * Si erraverit una earum *per oblivionem*; revocabit in memoriam uni earum altera. Et non recusent testes, quandocunque accersiti fuerint: & ne fastidiatis, ut scribatis illud *testimonium sive* parvum, sive magnum *sit debitum*, usque ad terminum *solutionis* illius. Istud erit justius apud Deum, & rectius ad testificationem, & facilius, ut non dubitetis *circa quantitatem debiti, & terminum solutionis illius*. Verùm si sit negociatio præsens, quam congiretis inter vos, *dantes & accipientes in præsenti absque præscriptione termini futuri*: non erit super vos piaculum, quod non scribatis eam. Et testes adhibete, cùm invicem vendideritis: neque *a* noceatur Scribæ, neque testi *ad hoc, ut devient à veritate, & justitia*. Si autem *id* feceritis; certè hoc erit prævaricatio in vobis. Et timete Deum, & docebit vos Deus: & Deus in omni re *est* sciens. 284. Et si fueritis in itinere, neque inveneritis Scribam: pignora retenta *erunt loco chirographi*. Quòd si *bona fide* crediderit alter vestrum alteri, *sine dato pignore*: reddat is, cui habetur fides (*ideſt debitor*) fidem suam, *solvendo suo tempore debitum*: & timeat Deum Dominum suum; & ne abscondatis testimonium: nam qui absconderit illud, certè iniquum erit cor ejus. Et Deus in id, quod operamini, *est* sciens. 285. Dei *est* quod in Cœlis, & quod in terra *reperitur*. Et sive propaletis, quod *est* in animabus vestris, sive absondatis illud; rationem inibit vobiscum de eo Deus: & ignoscet cui voluerit, & puniet quem voluerit: & Deus *est* in omni re potens. 286. Credidit Legatus (*ideſt Mahumetus*) in id, quod demissum fuit ad ipsum à Domino suo: & Fideles *etiam crediderunt*. Omnis credidit in Deum, & Angelos ejus, & libros ejus, & Legatos ejus. Non facimus distinctionem inter ullum ex legatis ejus, *sed omnes æquè recipimus*. Et dixerunt: audivimus, & obedivimus. Indulgentiam tuam Domine noster *imploramus*: & ad te *erit* reditus *noster in die judicii*. 287. Non coget Deus animam *ad aliquid*, nisi *juxta* capacitatem ipsius. Ipsi erit, quod lucrata fuerit *boni*: & super eam erit, quod acquisierit *mali*. Domine noster, ne punias nos, si obliti fuerimus, aut peccaverimus. Domine noster, & ne imponas super nos pondus, sicut quod imposuisti super eos, qui *fuerunt* ante nos. Domine noster, & ne facias nos portare, quod non est vis nobis ad illud: & indulge nobis, & parce nobis, & miserere nobis. Tu es Patronus noster; itaque adjuva nos contra gentes infideles.

* ﻝ videtur positum pro ﻥ

Verti potest, Quòd si.

a fiat vis.

NOTÆ.

CCLXXVI. *Qui comedunt usuram*]. Sententia est: Usurarii resurgent in die Judicii è tumulis ita attriti, & contusi sicut energumeni, vel obsessi, quandò à malis geniis divexati fuerunt.

CCLXXVII. *Benedictione privabit*]. Vox Arabica يمحق propriè est *abolebit* Gelal. explicat: ينقصه *imminuet eam, & auferet benedictionem ejus*: وينذهب بركته:

CCLXXIX. *Dimittite quod superfuerit de usura*] ideſt condonate lucrum usurarium præteritum ante Alcorani prohibitionem Gelal.: نزلت لما طالب بعض الصحابة بعد النهى بالربا كان له قبل: *revelata sunt hæc verba, quia quidam ex sociis Mahumeti post prohibitionem exigere volebant usuras factas à se ante illam*.

CCLXXXIII. *Procurator ejus*]: nimirùm ut explicat Gelal. متولى امره من والد ووصي وقيم ومترجم:

ومترجم *Præpoſitus negociis ejus, pater ſcilicet, vel hæres, vel moderator, aut interpres.*

CCLXXXVI. *Et fideles etiam crediderunt. Omnis &c.*]. Quidam conjunctim legunt unica ſententia: *Et fideles, omnis credidit*: ideſt fideles omnes crediderunt.

Non facimus diſtinctionem] *ſicut faciunt*, inquit hìc Gelal. *Judæi & Chriſtiani*. Judæi enim credunt in Pentateuchum, & in Moyſem: non autem in Euangelium, & in Chriſtum. Chriſtiani credunt in utrumque: ſed non in Alcoranum, ac Mahumetum. Moslemi in omnia hæc, & in hos omnes ſine ullo diſcrimine credunt.

CCLXXXVII. *Super eos, qui fuerunt ante nos*] Gelal. اى بنى اسرايبل من قتل النفس فى التوبة واخراج ربع المال فى الزكاة وقرص موضع النجاسة: *ideſt ſuper filios Iſrael, quibus præceptum fuit occidere hominem in pœnitentia: & tributum impoſitum quartæ partis facultatum in eleemoſynam ſeu cenſum; & ſectio, ſeu abraſio dolorifica loci, ubi eſſet immunditia*. Jahias paulò aliter: يعنى ما شرط به على بنى اسرايبل وكان من ذلك الاصرار ما كان حرّم عليهم من الشحوم وكل ذى ظفر وامر السبت وكل ما كان عهد اليهم الا يفعلوا مما احلّ لنا: *ideſt id, quod præceptum fuit filiis Iſrael, inter quæ erat prohibitio comedendi adipem, & omne animal, quod haberet ungulam (intellige unitam totam ac ſolidam), obſervantia Sabbati, & cætera, quæ ipſis prohibita, nobis licita facta ſunt.*

Et parce nobis]. Obſervat hìc Jahias: فاخبر الله تعالى النبى انه قد غفر له: *revelaſſe Deum Mahumeto, quòd jam peperciſſet illud*. Et addit ex Haſciamo, & Cottada قال رسول الله ص ان الله كتب قبل ان يخلق السموات والارض بالفى سنة القران فوضعه تحت العرش فانزل منه ايتين ختم بهما سورة البقرة لا تقرء ان فى بيت فيقر به الشيطان ثلث ليال: *Dixit Propheta Mahumetus: Deus duobus millibus annis antequam crearet Cœlum & terram ſcripſit Alcoranum, poſuitque eum ſub Throno ſuo: & demiſit ex eo duos verſiculos, qui ſunt ſigillum Suræ de Vacca* (nempè duos ultimos verſus illius) *neque leguntur in ulla domo, quin Satanas per tres noctes procul ſit.*

REFUTATA.

QUamvis in extrema Suræ hujus parte, præter morem ſuum, ſanior ſit Mahumetus: non tamen prorsùs ab inſania recedit.

I. Gloriatur, ſe in omnes Dei legatos, ſacroſque iiſdem traditos libros credere, atque omnes abſque ullo diſcrimine pari obſervantia venerari. Idem nos etiam profitemur, quamquam tàm inter legatos, quàm inter ſacros libros aliquod diſcrimen facimus. Licèt enim omnes tàm illi, quàm iſti ſint à Deo: ratione tamen excellentiæ, ſanctitatis, & antiquitatis alius alio venerabilior apparet. Sed ille juxta Gelalis Gloſſam, Judæis & Chriſtianis per hoc notam inurere intendit: quia nimirùm Chriſtiani Alcoranum & Mahumetum: Judæi autem præter hos duos, Chriſtum etiam & Euangelium rejiciunt. Verùm quidquid ſit de Judæis, Chriſtiani meritò Alcoranum, & Mahumetum ablegant: quippè & Prophetis & Pentateucho, & Chriſto & Euangelio contrarios, ut jam ſuprà demonſtravimus. Dum autem Mahumetus nullum ſe diſcrimen inter Dei legatos, & ſacros libros facere profitetur, non eſt quòd Mahumetani vel Mahumetum ſupra omnes Prophetas, vel Alcoranum ſupra omnes ſacros libros extollant.

II. Orat Mahumetus Deum, ne faciat ſe, & ſuos portare id, ad quod non habent vires, ſeu poſſibilitatem. Impietatem manifeſtam hæc oratio continere videtur. Et eſt apertè contra S. Paulum ſcribentem in Ep. 1. c. 10. ad Corinthios. *Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis: Sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut poſſitis ſuſtinere*. Et ferè convenit cum propoſitione prima ex quinque damnatis Jamſenii: *Aliqua Dei præcepta hominibus juſtis volentibus & conantibus ſecundum præſentes, quas habent, vires ſunt impoſſibilia: Deeſt quoque illis gratia, qua poſſibilia fiant*. Repugnat autem divinæ bonitati impoſſibilia creaturis ſuis præcipere: & apud homines etiam magna eſſet iniquitas cogere aliquem ad præſtandum id, quod non poteſt: quamvis in hoc homines peccare poſſint & ſæpè peccent; id quod Deo nequaquam poteſt convenire. Huc accedit Mahumetum ſibi manifeſtè contradicere. Superiùs enim dixit: *Deus non coget aliquem præſtare niſi id, quod eſt juxta capacitatem ejus*. Hìc autem rogat Deum, ne cogat ſe & ſuos præſtare id, ad quod neque vires habent, neque capacitatem. Quòd ſi in ſacris literis inveniantur aliquandò viri ſancti conqueri, ſe ſupra vires ærumnis & calamitatibus eſſe gravatos, ut cùm S. Paulus Epiſt. 2. ad Corinth. cap. 1. dicit: *Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra modum gravati ſumus, ſupra virtutem; itaut tæderet nos etiam vivere*: hoc intelligitur in ordine ad homines, qui ut dixi, non rarò alios homines gravant & opprimunt ſupra eorum virtutem. Sed expoſitores, & præſertim Jahias voluit hìc intelligendum de الوسوسة nempè *ſuggeſtionibus*, ſeu *tentatio-*

tationibus ſatanæ, ad quas ſuperandas nunquam Deus denegat hominibus gratiam, ſaltem ſufficientem; ita ut, ſi quis ab illis vincatur, nunquam poſſit cum veritate dicere, ſe non habuiſſe poſſibilitatem ad eas ſuperandas, niſi ex culpa propria. Non nego tamen, poſſe verba Alcorani aliquo modo trahi ad ſanum, & catholicum ſenſum: ille tamen modus loquendi malè ſonat; & ex aliis locis Alcorani, & ex doctrina Sonnitarum, qui faciunt Deum auctorem peccati, pro certo habeo Mahumeti mentem non aliam fuiſſe ab ea, quam jam dixi, nempè Deum impoſſibilia homini præcipere, ita ut in eorum tranſgreſſione ex neceſſitate peccent, eò quòd non habeant ad illa exequenda poſſibilitatem. Rationabiliùs poſſet defendi, ſi cum ſuis oraſſet Deum, ut concederet ſibi gratiam, & vires ad ea exequenda, quæcumque ipſe præcepiſſet, & ad quæ ipſi per ſe non habebant poſſibilitatem: hunc enim orandi modum in ſacris literis, non autem illum (quantum obſervare potui) reperimus.

III. Poſtremò, in eo quod orat Mahumetus Deum, ne imponat ſibi, & ſuis pondus eorum, qui fuerunt ante ipſos, nempè Judæorum, ut communiter ſentiunt expoſitores: atque etiam Chriſtianorum; nam & hi fuerunt ante Mahumetanos; magnum ſe laxonem oſtendit, & licentiæ, vitioſæque libertatis amicum. Non explicat, quodnam ſit pondus illud, quod præcedentibus hominibus impoſitum, ne ſibi, ſuiſque imponat, Deum deprecatur. Hariolantur Expoſitores, & præcepta quædam gravia Judæis tradita intelligunt, ut vidimus in Notis. Sed hæc partim falſa & ficta ſunt, partim non adeò gravia, ut Mahumetus ſuis graviora, vel æquè gravia non impoſuerit. Ego tamen exiſtimo, non eſſe hìc ſermonem de Judæis, à quorum gravioribus præceptis legalibus, ſeu ceremonialibus non ignorabat Mahumetus, homines jam per Chriſtum fuiſſe ſolutos: ſed de Chriſtianis, & de pondere legis Euangelicæ, quæ cùm tota ſit ſancta, & immaculata, & repudia, polygamiam, ultionem, talionem, & alias hujuſmodi laxitates prohibeat: ex oppoſito verò, unius uxoris indiſſolubile connubium, erga inimicos charitatem, & beneficentiam, virginitatem, pudicitiam, abſtinentiam, humilitatem, perpetuum ſui ipſius odium, terrenarum rerum omnium contemptum, aliaſque hujuſmodi perfectiſſimas virtutes partim præcipiat, partim ſuadeat: Mahumeto homini ſpurciſſimo, & qui totus Veneri, ventri, cædibus, rapinis, terrenæque gloriæ erat addictus, nimis hæc gravia, & prorsùs importabilia videbantur. Quamobrem Deum ſuum fictitium, & chimæricum orat, ne ſibi, ſuiſque tantum onus imponat. Et ſanè Mahumetum ad nimis rigidam, ſeveramque Chriſti legem Alcorano ſuo moderandam, ac molliendam miſſum à Deo fuiſſe, communis eſt Mahumetanorum ſententia.

سورة آل عمران مدنية مايتا آية

SURA III.

FAMILIA AMRAN.

MEDINENSIS: COMMATUM CC.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 الم ۞ 2 الله لا اله الا هو الحي القيوم ۞ 3 نزل عليك الكتاب بالحق مصدقا لما بين
يديه وانزل التوراة والانجيل 4 من قبل هدى للناس وانزل الفرقان ۞ ان الذين كفروا بايات
الله لهم عذاب شديد ۞ 5 والله عزيز ذو انتقام ۞ 6 ان الله لا يخفى عليه شي في الارض
ولا في السماء ۞ هو الذي يصوركم في الارحام كيف يشاء لا اله الا هو العزيز الحكيم ۞
7 هو الذي انزل عليك الكتاب منه ايات محكمات هن ام الكتاب واخر متشابهات فاما
الذين في قلوبهم زيغ فيتبعون ما تشابه منه ابتغاء الفتنة وابتغاء تاويله وما يعلم تاويله الا الله
والراسخون في العلم يقولون امنا به كل من عند ربنا وما يذكر الا اولوا الالباب ۞ 8 ربنا لا
تزغ قلوبنا بعد اذ هديتنا وهب لنا من لدنك رحمة انك انت الوهاب ۞ 9 ربنا انك جامع
الناس ليوم لا ريب فيه ان الله لا يخلف الميعاد ۞ 10 ان الذين كفروا لن تغني عنهم اموالهم
ولا اولادهم من الله شيا واولئك هم وقود النار ۞ 11 كدأب آل فرعون والذين من قبلهم
كذبوا بايتنا فاخذهم الله بذنوبهم والله شديد العقاب ۞ 12 قل للذين كفروا ستغلبون
وتحشرون الى جهنم وبيس المهاد ۞ 13 قد كان لكم اية في فيتين التقتا فية تقاتل في سبيل
الله واخرى كافرة يرونهم مثليهم راي العين والله يوييد بنصره من يشاء ان في ذلك لعبرة لاولي
الابصار ۞ 14 زين للناس حب الشهوات من النساء والبنين والقناطير المقنطرة من الذهب والفضة
والخيل المسومة والانعام والحرث ذلك متاع الحيوة الدنيا والله عنده حسن الماب ۞ 15 قل
اونبيكم بخير من ذلكم للذين اتقوا عند ربهم جنات تجري من تحتها الانهار خالدين فيها
وازواج

وأزواج مطهرة ورضوان من الله والله بصير بالعباد ۞ 16 الذين يقولون ربنا إننا آمنا فاغفر
لنا ذنوبنا وقنا عذاب النار ۞ 17 الصابرين والصادقين والقانتين والمنفقين والمستغفرين بالاسحار ۞
18 شهد الله أنه لا اله الا هو والملائكة وأولوا العلم قائما بالقسط لا اله الا هو العزيز الحكيم ۞
19 ان الدين عند الله الاسلام وما اختلف الذين اوتوا الكتاب الا من بعد ما جاءهم العلم بغيا
بينهم ومن يكفر بايات الله فان الله سريع الحساب ۞ 20 فان حاجوك فقل اسلمت وجهي لله
ومن اتبعن وقل للذين اوتوا الكتاب والامين اسلمتم فان اسلموا فقد اهتدوا وان تولوا فانما عليك
البلاغ والله بصير بالعباد ۞ 21 ان الذين يكفرون بايات الله ويقتلون النبين بغير حق ويقتلون
الذين يامرون بالقسط من الناس فبشرهم بعذاب اليم ۞ 22 اولئك الذين حبطت اعمالهم في
الدنيا والاخرة وما لهم من ناصرين ۞ 23 الم تر الى الذين اوتوا نصيبا من الكتاب يدعون الى
كتاب الله ليحكم بينهم ثم يتولى فريق منهم وهم معرضون ۞ 24 ذلك بانهم قالوا لن تمسنا
النار الا اياما معدودات وغرهم في دينهم ما كانوا يفترون ۞ 25 فكيف اذا جمعناهم ليوم لا ريب
فيه ووفيت كل نفس ما كسبت وهم لا يظلمون ۞ 26 قل اللهم ملك الملك توتي الملك من
تشاء وتنزع الملك ممن تشاء وتعز من تشاء وتذل من تشاء بيدك الخير انك على كل شي قدير ۞
27 تولج الليل في النهار وتولج النهار في الليل وتخرج الحي من الميت وتخرج الميت من الحي
وترزق من تشاء بغير حساب ۞ 28 لا يتخذ المومنون الكافرين اولياء من دون المومنين ومن
يفعل ذلك فليس من الله في شي الا ان تتقوا منهم تقية ويحذركم الله نفسه والى الله المصير ۞
29 قل ان تخفوا ما في صدوركم او تبدوه يعلمه الله ويعلم ما في السموات وما في الارض والله
على كل شي قدير ۞ 30 يوم تجد كل نفس ما عملت من خير محضرا وما عملت من سوء تود
لو ان بينها وبينه امدا بعيدا ويحذركم الله نفسه والله رووف بالعباد ۞ 31 قل ان كنتم
تحبون الله فاتبعوني يحببكم الله ويغفر لكم ذنوبكم والله غفور رحيم ۞ 32 قل اطيعوا الله
والرسول فان تولوا فان الله لا يحب الكافرين ۞ 33 ان الله اصطفى ادم ونوحا وال ابراهيم
وال عمران على العلمين ۞ 34 ذرية بعضها من بعض والله سميع عليم ۞

In Nomine Dei Miſeratoris Miſericordis.

1. A L. M. 2. DEUS: non *eſt* Deus niſi ipſe: Vivus, Subſiſtens. 3. Deſcendere fecit ſuper te Librum cum veritate confirmantem id, quod *traditum fuerat* ante eum: & deſcendere fecerat Pentateuchum, & Euangelium anteà, directionem hominibus: & deſcendere fecerat Alphorcanum. 4. Certè qui abnegaverint ſigna Dei, ipſis erit pœna vehemens. 5. Et Deus eſt excellens, habens vim ulciſcendi. 6. Sanè Deus, non abſcondetur illi res ulla in Terra, neque in Cœlo: ipſe eſt qui format vos in vulvis, quomodò vult. Non eſt

Deus

Deus niſi ipſe : Excellens, Sapiens. 7. Ipſe eſt, qui deſcendere fecit ſuper te Librum, ex eo *ſunt aliqui* verſus ſapienter diſpoſiti; ipſi *ſunt* mater Libri: alii verò aſſimilati *illis*. Porrò illi, in quorum cordibus eſt declinatio *(à veritate)* ſectabuntur, quod eſt aſſimilatum his ob deſiderium ſchiſmatis, & ob cupiditatem interpretationis ejus: ſed non novit interpretationem ejus, niſi Deus. Stabiles autem in ſcientia, dicent: Credimus in illud: totum eſt à Domino noſtro. Et non recogitabunt *hoc*, niſi cordati. 8. Domine noſter, ne declinare facias corda noſtra *à veritate*, poſtquam direxiſti nos: & dona nobis abs te miſericordiam; tu enim es Donator. 9. Domine noſter certè tu congregaturus es homines ad diem *reſurrectionis*, non eſt dubitandum de eo; quippè Deus non adverſatur promiſſioni *ſuæ*. 10. Porrò qui infideles fuerint, non proderunt illis facultates eorum, neque filii eorum apud Deum quidquam: hi erunt materia ad comburendum Ignis. 11. Juxta morem gentis Pharaonis, & eorum, qui fuerunt ante eos: mendacium confinxerunt in ſignis noſtris, & comprehendit eos Deus in delictis eorum: & Deus eſt vehemens in puniendo. 12. Dic illis, qui ſunt infideles: Mox vincemini, & congregabimini in gehennam; & infelix erit lectulus. 13. Jam fuit vobis miraculum in duobus exercitibus, qui occurrerunt ſibi. Exercitus *unus* pugnabat pro ſemita Dei: alter verò erat infidelis. Videbant eos ſicut duos ipſorum *(ideſt duplò majores quàm eſſent ipſi)* viſione oculi: & Deus roborat auxilio ſuo quem vult. Certè in hoc fuit ſanè res admiranda præditis aſpectibus *(ideſt aſpicientibus)*. 14. Adornatus fuit hominibus amor cupiditatum ex uxoribus ex filiis, & talentis coacervatis ex argento & auro, & equis inſignibus, & pecudibus, & agris. Hæc eſt ſuppellex vitæ mundanæ: ſed Deus: apud eum erit pulchritudo reditus *in futuro ſæculo*. 15. Dic: An annunciabo vobis *aliquid* melius, quàm hoc? Illis, qui pii fuerint *erunt* apud Dominum ſuum horti, currunt ſub illis flumina, perenniter manſuris in illis, & *erunt ipſis* uxores purificatæ, & beneplacitum ex Deo: & Deus eſt intuens in ſervos: 16. Qui dicunt: Domine noſter; nos certè credidimus: dimitte ergo nobis delicta noſtra, & libera nos à tormento Ignis. 17. Patientes & veraces, & devotos, & eleemoſynarios, & indulgentiam poſtulantes in matutinis. 18. Teſtificatus eſt Deus, quòd non eſt Deus niſi ipſe: & *teſtificati ſunt hoc* Angeli, & *homines* præditi ſcientia: ſtans cum æquitate. Non eſt Deus, niſi ipſe: Præpotens, Sapiens. 19. Certè Religio apud Deum eſt Eslam. Et non fuerunt diſcordes ii, quibus datus fuit Liber, niſi poſtquam venit ad eos ſcientia, ob invidiam inter ſe. Qui autem incredulus fuerit in ſigna Dei, utique Deus velox *erit* in computo *(ideſt in computandis illius peccatis)*. 20. Quòd ſi diſputaverint tecum dic: Tradidi faciem meam Deo *ego*, & qui ſectatus eſt me. Et dic illis, quibus datus eſt Liber, & Idiotis: An ſectamini *religionem* Eslam? Quòd ſi amplexi fuerint Eslam, jam porrò dirigentur. At ſi tergiverſati fuerint, profectò ad te *ſpectat tantùm* prædicatio: Deus verò eſt inſpiciens in Servos. 21. Porrò qui non credunt in ſigna Dei, & occidunt Prophetas injuſtè, & interficiunt eos, qui præcipiunt veritatem ex hominibus: annuncia eis pœnam diſcruciantem. 22. Illi ſunt, quorum evanuerunt opera eorum in hoc mundo, & ſæculo noviſſimo; neque *erit* eis *ullus* ex adjuvantibus. 23. An non reſpexiſti ad eos, quibus allata eſt pars ex Libro *(ideſt Pentateucho?* Vocantur ad librum Dei, ut dijudicet inter eos: tùm terga vertit pars ex eis, & ipſi longiùs recedentes *ſunt*. 24. Hoc *evenit*, eò quòd ipſi dixerunt: Nequaquam tanget nos Ignis *Gehennæ*, niſi diebus numeratis. Et decepit eos in religione eorum id, quod mendaciter commenti ſunt. 25. Quomodò ergo *ſe habebunt*, cùm congregaverimus eos ad diem *Judicii*, de quo non eſt dubitandum; & rependetur omni animæ, quod lucrata fuerit, & ipſi non tractabuntur iniquè? 26. Dic: O Deus poſſeſſor Regni; afferes regnum, cui volueris: & auferes regnum, à quo volueris: & excellentem facies, quem volueris, & humiliabis, quem volueris. In manu tua eſt bonum, tu enim es omnipotens. 27. Immittis noctem in diem, & immittis diem in noctem: & educis vivum ex mortuo, & educis mortuum ex vivo, & victualia

præbes cui vis ſine computatione. 28. Ne accipiant fideles infideles *in* protectores præter fideles. Qui verò fecerit hoc, non erit ex Deo in ulla re (*ideſt nihili fiet à Deo*): niſi *quòd* timeatis ab eis timorem. Et cavere faciet vos Deus animam ſuam (*ideſt iram ſuam*): & ad Deum erit reditus. 29. Dic: Si abſconderitis, quod eſt in pectoribus veſtris, ſeu propalaveritis illud, ſciet illud Deus: nam ſcit quod eſt in Cœlis, & quod eſt in terra: & Deus eſt Omnipotens. 30. Die (*ideſt aliquandò*) inveniet omnis anima, quod operata fuerit boni, factum præſens: & quod operata fuerit mali, cupiet, ut inter ſe, & inter illud ſit terminus longinquus: & cavere faciet vos Deus animam ſuam: & Deus pius eſt cum ſervis. 31. Dic: Si amatis Deum, ſequimini me: amabit vos Deus, & condonabit vobis delicta veſtra: nam Deus eſt indultor, miſericors. 32. Dic: Obedite Deo, & Legato (*ideſt Mahumeto*). Quòd ſi averſi fueritis: profectò Deus non amabit Infideles. 33. Certè Deus elegit Adam, & Noe, & familiam Abrahæ, & familiam Amran ſuper Mundos: (*ideſt ſuper omnes creaturas Mundorum*). 34. Generationem, alii ejus ex aliis *orti ſunt*: & Deus eſt audiens, ſciens.

NOTÆ.

Familiam Amran]. Cùm audiret Mahumetus celebrari Mariam à Chriſtianis, itemque à Judæis; putavit unam, eamdemque eſſe utrorumque Mariam, filiam ſcilicet Amran, ſororem Moyſis & Aaron, & Matrem Chriſti. Eliſabeth autem Matrem Joannis Baptiſtæ, ejuſdem Mariæ Matris Chriſti eſſe ſororem (ut falsò etiam Mahumetani exiſtimant, appellantes Jeſum, & Joannem ابنى الخالة *filios materteræ*, ſeu matrueles). Atque ita cùm in hac Sura agatur de Maria, Jeſu, Joanne Baptiſta, & Zaccharia; inſcribitur: سورة آل عمران *Sura familiæ Amran*. Eſt autem Medinenſis, ſeu Medinæ tradita. Conſtat juxta communiorem computum ducentis ſignis, ſeu verſibus Gelal tamen addit او الا اية *vel uno minùs*, ideſt centum ac nonaginta novem. Sed ego ſex tantùm ſupra centum ac nonaginta in correctioribus Codicibus reperio. Decernit, ut in præteritis & ſequentibus Suris, in hac quoque Mahumetus ipſe ſuum lectoribus præmium, ut referunt Zamchaſcerius, & Beidavius, his verbis: من قرء سورة التى تذكر فيها آل عمران يوم الجمعة صلى الله عليه والملايكة حتى تحتجب الشمس *Qui legerit Suram, in qua commemoratur familia Amran, die Veneris: Deus & Angeli orabunt ſuper eum donec Sol occubuerit.* Juxta alios autem à Zamchaſcerio relatos من قرء سورة آل عمران اعطى بكل اية منها امانا على جسر جهنم *Qui legerit Suram familiæ Amran, pro unoquoque verſiculo illius dabitur ei immunitas à carcere gehennæ.*

I. A. L. M.] Confirmat Gelal ſententiam ſuam circa hos tres characteres ſolitarios, nempè: الله اعلم بمراده بذلك: *Deus optimè novit, quid ipſe ſignificare voluerit per illos.*

III. *Id quod traditum fuerat*]. Nimirùm Pentateuchum, & Euangelium, ut mox ſubditur.

Alphorcanum] Vox Arabica الفرقان idem ſonat ac diſtinctio, ſeu diſtinctorium. Zamchaſcerius & Gelal accipiunt pro omnibus ſacris libris, لفارقها بين الحق والباطل *eò quòd diſtinguant veritatem à falſitate*. Pro Alcorano aliquandò; & interdùm pro Pentateucho accipitur.

VII. *Ex eo ſunt aliqui verſus ſapienter diſpoſiti*]. Exponit Gelal. واضحة الدلالة *clari & aperti in demonſtrationibus*, ſeu quoad intelligentiam.

Mater libri]. Gelal. اصله المتعمد عليه فى الاحكام *radix & fundamentum ejus in ſententiis.*

Et alii ſunt aſſimilati illis]. Gelal. لا يفهم معانيه كاوايل السور وجعله كله محكما فى قوله احكمت اياته بمعنى انه ليس فيه عيب ومتشابها بمعنى انه يشبه بعضه بعضا فى الحسن والصدق: *verſus aſſimilati ſunt, quorum non intelligitur ſignificatio, cujuſmodi ſunt principia Surarum* (præſertim characteres illi ſingulares): *& Deus fecit totum illum* (nempè Alcoranum) *ſapienter diſpoſitum: ipſe enim dicit: Sapienter diſpoſiti ſunt verſus ejus: ſignificans per hoc, nihil eſſe in eo reprehenſibile aut vitioſum. Verſus autem aſſimilati dicuntur, quia ſimiles ſunt aliis in venuſtate, & veritate.* Jahias, verſus محكمة *ſapienter diſpoſitos*. explicat exauctoritate Mogiahedi; ما فيه من الحلال والحرام وما سوى

سوى ذلك منه المتشابه : *quod in Alcorano ſpectat ad licita, & ad illicita, cùm cætera præter hæc dicantur aſſimilata.* Zamchaſcerius autem ita exponit: محكمات احكمت عبارتها بان حفظت من الاحتمال والاشتباه متشابهات محتملات هم ام الكتاب اى اصل الكتاب تحمل المتشابهات عليها وتردّ اليها : *ſapienter diſpoſita ſunt, quæ habent ſignificationem claram & apertam, itaut remota ſint à metaphoris, & allegoriis: Aſſimilata verò ſunt metaphorica & allegorica. Prima dicuntur mater libri, ideſt radix illius; ad quæ referuntur, & reducuntur metaphorica.* Sed fortaſsè Mahumetus pro المحكمات intelligit ea, quæ firmata, & retenta ſunt in Alcorano: ſic enim ea Doctores appellant. Pro المتشابهات autem, المنسوخات, ea quæ ſunt abrogata quoad obſervantiam, non quoad verba in eodem Alcorano.

XIII. *Jam fuit vobis miraculum*] De hoc miraculo fuſiùs egi in Vita Mahumeti cap. 15. & in parte 2. Prodromi cap. 4. pagina 21. Summariè hìc illud ita habe. Mahumetus cum ſociis trecentis ac tredecim, vel ſeptendecim armatis, in loco quodam, qui appellabatur Bedrum (unde Bedrenſe bellum dictum fuit) aggreſſus eſt ex inſidiis Coraiſitas mercatores è Syria redeuntes, concives, & contribules ſuos, qui erant circiter mille, nec tale aliquid ſuſpicabantur. Coraiſitis autem apparebant Mahumetani duplò majores ſe, nempè duo millia, Mahumetanis autem apparebant Coraiſitæ multò pauciores quàm eſſent. Prætercà Deus miſit in auxilium Mahumetanorum primò mille Angelos: deinde tria millia: poſteà quinque millia, quorum dux erat Gabriel inſidens equo, cujus nomen erat Haizum: cæteri etiam Angeli equis utebantur, & adjuvabant Mahumetanos in trucidandis Coraiſitis. Porrò Mahumetus implens volam manus ſuæ lapillis, conjecit eos in hoſtes, & impleti ſunt omnium oculi hujuſmodi lapillis, itaut omnes proni caderent in terram, abſque eo, quòd poſſent lapillos ex oculis extrahere. Exitus belli fuit, quòd Mahumetani Coraiſitas ſeptuaginta occiderunt, & totidem captivos duxerunt: ex Mahumetanis autem quatuordecim interfecti ſunt.

XVIII. *Stans cum æquitate*] Gelal بتدبير مصنوعاته : *per rectam gubernationem rerum à ſe factarum.*

XIX. *Religio apud Deum eſt Eslam:*] Arabicè الاسلام eſt, ut ait Gelal : الشرع المبعوث به الرسل المبنى على التوحيد : *lex, cum qua miſſi ſunt Legati, fundata ſuper unitatem Dei.* Significat autem hæc vox propriè *traditionem*: quaſi in hac lege, ſeu religione totum ſe aliquis Deo tradat ac devoveat.

Quibus datus fuit liber]. Hi ſunt, inquit Gelal اليهود والنصارى *Judæi & Chriſtiani.* Illi namque Pentateuchum, hi Euangelium acceperunt.

Poſtquam venit ad eos ſcientia]. Hanc ſcientiam explicat Gelal. بالتوحيد : *de Unitate Dei* fuiſſe.

XX. *Et Idiotis*] Hoc nomine intelliguntur in Alcorano, ut ait Gelal: شرك العرب *Arabes Idololatræ.*

Deus eſt inſpiciens in ſervos] Vox Arabica العباد *ſervi* accipitur in Alcorano pro omnibus hominibus, & creaturis rationalibus, utpotè natura ſervis Dei.

XXIII. *An non reſpexiſti ad eos, quibus allata fuit pars ex libro*] Gelal حظا من التوراة نزل فى اليهود زنا منهم اثنان فتحاكموا الى النبى فحكم عليهما بالرجم فابوا فجاء بالتوراة ووُجد فيها فرجا فغضبوا : *Pars ex Pentateucho. Hæc revelata ſunt propter Judæos, quorum duo adulterium perpetraverant, & appellaverant ad Judicium Mahumeti; ille verò judicavit, eos eſſe lapidandos* (ut præcipiebat Pentateuchus, quod tamen Judæi negabant extare in Pentateucho) *at illi recuſabant ejus ſententiam. Allatus eſt autem Pentateuchus, in quo inventum eſt præceptum de lapidandis adulteris: quamobrem duo illi lapidati ſunt, & ideò cæteri Judæi valdè ſunt indignati,*

XXIV. *Niſi diebus numeratis*]. Gelal aſſerit hos futuros اربعين يوما مدّة عبادة ابايهم العجل ثم تزول عنهم النار : *quadraginta dies, quot fuerunt dies illi, quibus coluerunt vitulum. Et deinde ceſſaturam ab eis pœnam Gehennæ.*

XXVII. *Educis vivum ex mortuo &c.*] Gelal كالانسان والطاير من النطفة والبيضة والنطفة والبيضة من الحى : *ut hominem & avem ex ſemine & ovo, & hæc duo ex vivente.*

REFUTATA:

I. EX ipſo Suræ hujus titulo, craſſiſſimus Mahumeti error oſtenditur, dum Mariam Deiparam filiam Joachim confundit cum Maria filia Amran & ſorore Moyſis & Aaron. Id vero infrà clariùs patet, ubi vocat Mariam Deiparam *Sororem Aaron*. Diſtorqueant quantum volunt Mahumetani Expoſitores verba Alcorani: nunquam Prophetam ſuum ab hoc errore poterunt vindicare. Vide Prodr. parte 4. cap. 27. pag. 86.

II. De tribus illis ſingularibus characteribus Suræ præfixis jam ſuprà ſatis diximus: ubi oſtendimus omninò otiosè apponi, cùm nullus niſi Deus illos poſſit intelligere. Si quis verò velit divinare, tàm in bonam, quàm in malam partem poſſit eos interpretari.

III. Quàm falsò autem aſſerat, Alcoranum Pentateucho & Euangelio conſonum eſſe, non

eſt, quòd hìc probemus, cùm ſuprà jam id oſtenderimus, & per ſe manifeſtè pateat.

IV. Quod habet de duplici Alcoranicorum verſuum differentia, (in qua tamen explicanda Mahumetani non conveniunt) non eſt dubium, quin per hoc ſubterfugium ſeſe præmuniat ad quoslibet in Alcorano errores, vel excuſandos, vel defendendos. Cùm enim verſus, quos *aſſimilatos* appellat, ſint metaphorici, vel allegorici, & Deus ſolus illos intelligat: quoties in Alcorano abſurdi aliquid, vel falſi, vel impii occurrerit, ſtatim dicent Mahumetani, illas eſſe locutiones metaphoricas, nec intelligi poſſe, niſi à Deo. At verò, quæ utilitas in his verſibus aſſimilatis, ſi eos nemo poteſt intelligere? Poſtremò magna eſt, & intolerabilis Alcorani confuſio, dum nullam certam habere poſſumus regulam diſcernendi verſus aſſimilatos à non aſſimilatis, ſeu ſapienter diſpoſitis. Poterit igitur unuſquiſque Alcoranum ad libitum ſuum explicare, prout re ipſa Moslemi faciunt: & iis exceptis, quæ vel naturæ lumine, vel ex ſacrarum Scripturarum revelatione certa ſunt (quorum nonnulla, licèt plerumque depravata habet Alcoranus) cætera tricis & confuſione plena erunt. Neque objiciant Moslemi, in Pentateucho quoque, & Euangelio multa eſſe aſſimilata, ſeu metaphorica, aut allegorica. Quamvis enim hoc veriſſimum ſit: ea tamen non ſunt hujuſmodi, ut à ſolo Deo intelligi poſſint, ſed ex antecedentibus, & conſequentibus, & ex ipſo modo loquendi, ab hominibus ſaltem ſapientioribus, ſeu doctioribus veræ fidei lumine illuſtratis, non multo ſæpè cum labore intelliguntur, & ab iis, quæ ſunt propriè dicta, facilè diſtinguuntur. In illis tamen, quæ ad hiſtoriam, ſeu rerum geſtarum narrationem pertinent, ſemper in ſacris literis eſt proprietas loquendi, & verba prout ſonant intelligenda ſunt: (licèt hæc etiam myſterio aliquo, ſeu ſenſu allegorico non careant) alioquin nihil certi ex ſacris libris haberemus, ſed omnia plena eſſent tenebris, & ambagibus. Poſtremò miror, quomodò Doctores Mahumetani admittant in Alcorano ſenſus metaphoricos & allegoricos, cùm in profeſſione fidei ſuæ ab Algazelo relata, damnetur tanquam hæreticus, qui Alcorani verba literaliter, & prout ſonant, non accipit, & ad ſenſus figuratos audet detorquere.

V. Miraculum illud victoriæ Bedrenſis, quod in Alcorano toties refricatur, & recoquitur, ita frivolum eſt & leve, ut ne miraculi quidem umbram præſeferat. Erant in eo prælio (ut vidimus) Coraiſitarum mille, & aliquid minus. qui è Syria regreſſi, nihil de bello cogitabant. Mahumetus cum trecentis ac tredecim militibus eos inopinatò, & ex inſidiis adorſus eſt. Ne verò Mahumetani ex hoſtium multitudine terrerentur; & ne hoſtes ex pauco Mahumetanorum numero audaciores fierent, divinitùs factum eſſe fingitur, ut Coraiſitæ Mahumetanis duplò minores; Mahumetani verò Coraiſitis duplò, quàm ipſi, majores apparerent. En tibi unum miraculum. Audi alterum. Mahumetus arena, ſeu lapillis impletam volam conjecit in hoſtes, quorum oculis arena oppletis, omnes proni, ac penitùs cæci in terram corruerunt. Mirum, ſi Mahumetani non omnes tanquam turdos laqueo irretitos, vel viſco detentos, ceperunt. Atqui ecce tibi intereà tertium miraculum. Deus è tertio Cœlo, primò mille, deindè tria millia, poſtremò quinque millia Angelorum armatorum, duce Gabriele, in auxilium Mahumetanorum miſit. Sed quid opus erat cœleſtibus armis ubi hoſtes proſtrati, cæcique jacebant? Ita ſe res habuit. Sed eventum belli audiamus: nimirùm: *Parturient montes, naſcetur ridiculus mus*. Commiſſo certamine, ſeptuaginta Coraiſitæ cæſi ſunt, & totidem capti. Ex Mahumetanis verò quatuordecim periere. Hoccine eſt miraculum toties in Alcorano decantatum? Vix dignoſci poteſt, poſita tanta utriuſque exercitus diſparitate, ex cujus parte ſteterit victoria. Certè nullum hoc eſt miraculum: vel miraculum etiam & multò majus dicendum erit, quòd, cùm Darius Rex Perſarum cum trecentis millibus, vel ut alii ſcribunt, ſexcentis millibus militum Alexandrum Macedonum regem, cujus exercitus ad quadraginta millia militum non perveniebat, aggreſſus fuiſſet, inito prælio, centum ac decem millia ex Perſis cæſa ſint: ex Alexandri verò militibus, centum octoginta tantùm interierint. Nullum itaque in hoc bello miraculum, ſed ſcelus tantùm & impietas, cùm Mahumetus, ejuſque ſocii miſeros mercatores concives, & cognatos ſuos ex inſidiis, prædonum more, invaſerint: à quibus etiamſi Mahumetus ſe anteà læſum exiſtimaret; meminiſſe tamen debebat divini præcepti Levit. cap. 19. *Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum*.

VI. In eo autem fatuum, ac ridiculum ſe oſtendit Mahumetus, dum exhortans ſuos ad deponendum amorem uxorum, filiorum, divitiarum, equorum, pecudum, & agrorum; fortaſsè quia hæc deinde ipſe ſibi arripere cupiebat, vel quia ipſos ad arma expeditiores habere volebat, aſſerit ſe his meliora promittere, nimirùm hortos, fluvios, & mulierculas menſtruo carentes. Sed quis non videt illum deteriora promittere? Ipſe etiam hoc ſenſit, ac propterea addidit, *beneplacitum ex Deo*: At beneplacitum Dei, cùm nihil aliud ſit, quam vel aliquem placere Deo, vel Deum placere alicui, convenit viris juſtis tàm in hoc mundo, quàm in futuro ſæculo, quamvis non cum eadem perfectione. Quòd ſi pro Dei beneplacito intellexit, (id quod non credo) viſionem Dei, nimis ineptè & inſulsè hanc cum hortis & fluminibus, & muliercularum illecebris conjunxit. Cæterùm de pecuino Mahumeti paradiſo, ſeu potiùs ganea, jam ſuperiùs locuti ſumus in 2. Sura, ubi hæc eadem verba leguntur. Et in Prodromo p. 4. c. 27. & alibi pluries.

VII. Quòd verò Mahumetus ſibi ſuiſque peculiariter attribuat religionem Eslam, quæ unum Deum profitetur, injuriam facit tàm Judæis, quàm Chriſtianis, qui unum Deum credunt, confitentur, & adorant. Quamtumvis enim tres Perſonas, ſeu proprietates relativas in Deo inter ſe realiter diſtinctas agnoſcant, quia tamen hæ idemtificantur cum unica Eſſentia Dei, non hinc arguitur, ipſos non credere in unum Deum, vel plures Deos venerari. Alioqui

qui Judæi etiam, qui ut alibi oſtendemus, admittunt hujuſmodi proprietates in Deo, licèt ſub aliis nominibus: Mahumetani etiam, qui communiter credunt, attributa in Deo eſſe non ſolùm inter ſe, ſed etiam ab Eſſentia realiter diſtincta, multò plures quàm cæteri, Deos venerarentur. Sed vide quæ de hoc diximus in Prodr. p. 3. cap. 5. pag. 16.

VIII. Non niſi per ſummam oſcitantiam affirmat, Judæos & Chriſtianos anteà uniformiter profeſſos eſſe religionem Eslam, nec diſcordes unquam fuiſſe in illa, niſi poſtquam notitiam habuerunt de unitate Dei. Continet hoc manifeſtam repugnantiam. Si enim anteà profitebantur omnes religionem Eslam, cujus proprium eſt credere & colere unum tantùm Deum: quomodò deinde habuerunt notitiam de unitate Dei, & propter hanc inter ſe ſciſſi ſunt?

IX. Poſtremò fabula omninò & figmentum cenſendum eſt, quod de duobus adulteris Judæis refertur: neque enim verum eſt, adulteris in Pentateucho lapidationis pœnam expreſsè conſtitui, quemadmodùm aſſerebat Mahumetus: eſto id fortaſsè Judæi obſervarent ex traditione; quamobrem feruntur dixiſſe Chriſto in Evangelio Joannis cap. 8. *Moyſes autem mandavit nobis hujuſmodi lapidare*. Nihil hìc dico de quadraginta illis diebus, quibus Judæi ſe in gehenna permanſuros affirmaſſe feruntur: jam enim oſtendi in ſuperiori Sura, apertum eſſe mendacium.

TEXTUS ALCORANI.

35 إذ قالت امرأت عمران رب إني نذرت لك ما في بطني محررا فتقبل مني إنك أنت السميع
العليم ۞ 36 فلما وضعتها قالت رب إني وضعتها أنثى والله أعلم بما وضعت وليس الذكر كالانثى
وإني سميتها مريم وإني أعيذها بك وذريتها من الشيطان الرجيم ۞ 37 فتقبلها ربها بقبول حسن
وأنبتها نباتا حسنا وكفلها زكريا كلما دخل عليها زكريا المحراب وجد عندها رزقا قال يا مريم
أنى لك هذا قالت هو من عند الله إن الله يرزق من يشاء بغير حساب ۞ 38 هنالك دعا زكريا
ربه قال رب هب لي من لدنك ذرية طيبة إنك سميع الدعاء ۞ 39 فنادته الملايكة وهو قايم
يصلي في المحراب أن الله يبشرك بيحيى مصدقا بكلمة من الله وسيدا وحصورا ونبيا من الصالحين ۞
48 قال رب أنى يكون لي غلام وقد بلغني الكبر وامرأتي عاقر قال كذلك الله يفعل ما
يشاء ۞ 41 قال رب اجعل لي اية قال ايتك ألا تكلم الناس ثلثة أيام إلا رمزا واذكر ربك كثيرا
وسبح بالعشي والابكار ۞ 42 وإذ قالت الملايكة يا مريم إن الله اصطفيك وطهرك واصطفيك على
نساء العالمين ۞ 43 يا مريم اقنتي لربك واسجدي واركعي مع الراكعين ۞ 44 ذلك من انباء
الغيب نوحيه إليك وما كنت لديهم إذ يلقون اقلامهم أيهم يكفل مريم وما كنت لديهم إذ
يختصمون ۞ 45 إذ قالت الملايكة يا مريم إن الله يبشرك بكلمة منه اسمه المسيح عيسى ابن مريم
وجيها في الدنيا والاخرة ومن المقربين ۞ 46 ويكلم الناس في المهد وكهلا ومن الصالحين ۞
47 قالت رب أنى يكون لي ولد ولم يمسسني بشر قال كذلك الله يخلق ما يشاء إذا قضى أمرا
فإنما يقول له كن فيكون ۞ 48 ونعلمه الكتاب والحكمة والتورية والانجيل ورسولا إلى بني
إسراييل أني قد جيتكم باية من ربكم أني أخلق لكم من الطين كهية الطير فانفخ فيه فيكون
طيرا بإذن الله وأبري الاكمه والابرص واحي الموتى بإذن الله وأنبيكم بما تاكلون وما تدخرون

فِي بُيُوتِكُمْ إِنَّ فِي ذَٰلِكَ لَآيَةً لَّكُمْ إِن كُنتُم مُّؤْمِنِينَ ۝ 49 وَمُصَدِّقًا لِّمَا بَيْنَ يَدَيَّ مِنَ التَّوْرَاةِ
وَلِأُحِلَّ لَكُم بَعْضَ الَّذِي حُرِّمَ عَلَيْكُمْ وَجِئْتُكُم بِآيَةٍ مِّن رَّبِّكُمْ فَاتَّقُوا اللَّهَ وَأَطِيعُونِ ۝ 50 إِنَّ
اللَّهَ رَبِّي وَرَبُّكُمْ فَاعْبُدُوهُ هَٰذَا صِرَاطٌ مُّسْتَقِيمٌ ۝ 51 فَلَمَّا أَحَسَّ عِيسَىٰ مِنْهُمُ الْكُفْرَ قَالَ مَنْ
أَنصَارِي إِلَى اللَّهِ قَالَ الْحَوَارِيُّونَ نَحْنُ أَنصَارُ اللَّهِ آمَنَّا بِاللَّهِ وَاشْهَدْ بِأَنَّا مُسْلِمُونَ ۝ 52 رَبَّنَا آمَنَّا بِمَا
أَنزَلْتَ وَاتَّبَعْنَا الرَّسُولَ فَاكْتُبْنَا مَعَ الشَّاهِدِينَ ۝ 53 وَمَكَرُوا وَمَكَرَ اللَّهُ وَاللَّهُ خَيْرُ الْمَاكِرِينَ ۝
54 إِذْ قَالَ اللَّهُ يَا عِيسَىٰ إِنِّي مُتَوَفِّيكَ وَرَافِعُكَ إِلَيَّ وَمُطَهِّرُكَ مِنَ الَّذِينَ كَفَرُوا وَجَاعِلُ الَّذِينَ اتَّبَعُوكَ
فَوْقَ الَّذِينَ كَفَرُوا إِلَىٰ يَوْمِ الْقِيَامَةِ ثُمَّ إِلَيَّ مَرْجِعُكُمْ فَأَحْكُمُ بَيْنَكُمْ فِيمَا كُنتُمْ فِيهِ تَخْتَلِفُونَ ۝
55 فَأَمَّا الَّذِينَ كَفَرُوا فَأُعَذِّبُهُمْ عَذَابًا شَدِيدًا فِي الدُّنْيَا وَالْآخِرَةِ وَمَا لَهُم مِّن نَّاصِرِينَ ۝ 56 وَأَمَّا الَّذِينَ
آمَنُوا وَعَمِلُوا الصَّالِحَاتِ فَيُوَفِّيهِمْ أُجُورَهُمْ وَاللَّهُ لَا يُحِبُّ الظَّالِمِينَ ۝ 57 ذَٰلِكَ نَتْلُوهُ عَلَيْكَ مِنَ الْآيَاتِ
وَالذِّكْرِ الْحَكِيمِ ۝ 58 إِنَّ مَثَلَ عِيسَىٰ عِندَ اللَّهِ كَمَثَلِ آدَمَ خَلَقَهُ مِن تُرَابٍ ثُمَّ قَالَ لَهُ كُن
فَيَكُونُ ۝ 59 الْحَقُّ مِن رَّبِّكَ فَلَا تَكُن مِّنَ الْمُمْتَرِينَ ۝ 60 فَمَنْ حَاجَّكَ فِيهِ مِن بَعْدِ مَا جَاءَكَ
مِنَ الْعِلْمِ فَقُلْ تَعَالَوْا نَدْعُ أَبْنَاءَنَا وَأَبْنَاءَكُمْ وَنِسَاءَنَا وَنِسَاءَكُمْ وَأَنفُسَنَا وَأَنفُسَكُمْ ثُمَّ نَبْتَهِلْ فَنَجْعَل
لَّعْنَتَ اللَّهِ عَلَى الْكَاذِبِينَ ۝ 61 إِنَّ هَٰذَا لَهُوَ الْقَصَصُ الْحَقُّ وَمَا مِنْ إِلَٰهٍ إِلَّا اللَّهُ وَإِنَّ اللَّهَ لَهُوَ
الْعَزِيزُ الْحَكِيمُ ۝ 62 فَإِن تَوَلَّوْا فَإِنَّ اللَّهَ عَلِيمٌ بِالْمُفْسِدِينَ ۞

VERSIO LATINA.

35. *Memento* cùm dixit uxor Amran: Domine mi, certè ego vovi tibi quod eſt in utero meo, liberum: ſuſcipe ergo à me: tu quippè es Auditor, Cognitor. 36. Cùm autem peperiſſet eam, dixit: Domine mi, certè ego peperi eam fœminam (& Deus ſcientiſſimus erat illius quod pepererat); & non eſt maſculus ſicut fœmina. Et ego quidem nominavi eam Mariam: & ego ſanè confugere facio eam ad te, & prolem ejus à Satana lapidato *(ideſt commendo eam, ejuſque prolem, ut defendas eam à diabolo)*. 37. Suſcepit ergo eam Dominus ejus ſuſceptione pulchra, & germinare fecit eam germine pulchro: & ſuſcepit eam in curam Zacharias. Quotieſcumque ingrediebatur ad eam Zacharias in Adytum, inveniebat apud eam cibum. Dixit: O Maria, undenam tibi hoc? reſpondit: Hoc eſt à Deo: nam Deus præbet alimenta cui vult ſine computatione. 38. Ibi precatus eſt Zacharias Dominum ſuum, dixit: Domine mi, dona mihi à conſpectu tuo ſobolem bonam: tu quippè es auditor deprecationis. 39. Vocaverunt itaque eum Angeli, & ipſe ſtans orabat in Adyto: *& dixerunt ei*: Certè Deus annunciat tibi, Joannem aſſerturum veritatem in Verbo, *quod eſt* à Deo: & dominum, & cælibem, & Prophetam ex probis. 40. Reſpondit. Domine mi: Quomodò erit mihi puer, & jam pervenit ad me ſenium; & uxor mea eſt ſterilis? Dixit *Angelus*: Sic Deus facit quod vult. 41. Reſpondit *Zacharias*: Domine mi, pone mihi ſignum. Dixit *Angelus*: Signum tuum erit, quòd non alloqueris homines per tres dies, niſi nutu. Et memento Domini tui multùm, & lauda *illum* veſperè & manè. 42. Et cùm dixerunt Angeli: O Maria, certè Deus elegit te, & puram fecit te, & elegit te ſuper mulieres *omnium* Mundorum. 43. O Maria, devota eſto Domino

tuo,

tuo, & adora, & genuflecte cum genuflectentibus. 44. Hoc est ex historiis Arcani: revelamus illud tibi, *ò Mahumete*; & non fuisti apud illos cum projicerent calamos suos *ad sortiendum*, quis eorum in curam susceperus esset Mariam: neque fuisti apud eos, cùm inter se contenderent. 45. Cùm dixerunt Angeli: O Maria, certè Deus annunciat tibi Verbum ex se: nomen ejus erit Christus Jesus Filius Mariæ; conspicuum in hoc mundo, & in futuro sæculo; & ex Approximatis *Deo*. 46. Et alloquetur homines in cunis, & ætate provectus, & erit ex Probis. 47. Respondit: Domine mi, quomodò erit mihi proles, & non tetigit me homo? Dixit *Angelus*: Sic Deus creat quod vult: cùm decreverit rem, profectò dicet illi: Esto; & erit. 48. Et docebit eum *Deus* Librum, & Sapientiam, & Pentateuchum, & Euangelium: *& mittet eum Legatum* ad filios Israel: *ad quos cùm venisset, dixit eis*: Certè ego jam veni ad vos cum signo à Domino vestro: quia ego creabo vobis ex luto veluti figuram avis: tum insufflabo in illam, & fiet avis per voluntatem Dei: & curabo cæcum à nativitate, & leprosum; & vivificabo mortuos per voluntatem Dei; & divinabo vobis quid comedatis, & quid reponatis in domibus vestris. Certè in hoc erit sanè signum vobis, si estis credentes. 49. Et *veni* confirmaturus, quod *traditum est à Deo* ante me de Pentateucho, & ut licitam faciam vobis partem illius, quod prohibitum fuit vobis: & veni ad vos cum signo à Domino vestro. Timete itaque Deum, & obedite mihi. 50. Certè Deus est Dominus meus, & Dominus vester: itaque servite illi. Hæc est via recta. 51. Cùm autem sensisset Jesus ex eis infidelitatem, dixit: Quinam erunt adjutores mei apud Deum? Responderunt Apostoli: Nos erimus adjutores Dei: credidimus in Deum: & testis esto, quòd nos sumus Moslemi. 52. Domine noster, credidimus in id, quod demisisti *(ideſt in Euangelium)* & secuti sumus Legatum *(ideſt Jesum)*. Scribe ergo nos cum Testificantibus. 53. Et dolosè egerunt *Judæi in Jesum*: & dolosè egit Deus *in eos*: & Deus est præstantissimus dolosè agentium. 54. Cùm dixit Deus: O Jesu, equidem defungi faciam te, & levabo te ad me, & immunem faciam te ab iis, qui sunt infideles: & ponam eos, qui sequuti fuerint te supra eos, qui fuerint infideles, usque ad diem resurrectionis: tum ad me erit reditus vester, & dijudicabo inter vos circa id, in quo fuistis discordes *(ideſt circa Religionem)*. 55. Porrò qui infideles fuerint, puniam eos pœna vehementi in hoc mundo, & in futuro sæculo: & non erit illis *ullus* ex adjuvantibus. 56. An verò qui crediderint, & fecerint recta, persolvet illis mercedes eorum, & Deus non amat iniquè agentes? 57. Hoc recitamus tibi de Signis, & Commemoratione sapienti. 58. Utique similitudo Jesu apud Deum, est sicut similitudo Adam; creavit illum ex pulvere, deinde dixit ei: Esto: & fuit. 59. Veritas *est hæc* à Domino tuo: ne igitur sis ex dubitantibus. 60. Qui ergo disputaverit tecum de ea, post id, quod venit tibi de scientia: dic: Venite, vocemus filios nostros & filios vestros, & uxores nostras, & uxores vestras, & personas nostras, & personas vestras: deinde suppliciter oremus: tum conjiciamus maledictionem Dei super mentientes. 61. Certè hæc est sanè historia vera: & non est ullus Deus nisi Deus: & profectò Deus ipse sanè est Præpotens, Sapiens. 62. Quòd si tergiversati fuerint, profectò Deus est cognitor pravè agentium.

NOTÆ.

XXXV. *Xor Amran*]. De hac ita Gelal حنـــة لما سنت واشتقـــات للولـــد فدعت لله واحســـت بالحمـــل وهلك عمران وهى حامل: *Anna hæc appellabatur, quæ jam senuerat, & desiderabat prolem: oravitque Deum, & sensit se gravidam esse. Mortuus est autem Amran, cùm adhuc illa gravida esset.*

Liberum]. Gelal. : خالصـــا من شواغـــل الدنيا لخدمـــة بيتـــك المقدس : *liberum ab occupationibus*

bus, & negotiis mundanis, administrandum in domo sancta tua.

XXXVI. *Et non est fœmina sicut Masculus*] ideſt ut explicat Gelal non eſt apta ad miniſterium Templi ſicut maſculus.

A Satana lapidato]. Gelal. المطرود *projecto*, alludit ad fabulam, quia, ut inferiùs videbimus, fingunt Mahumetani, Dæmones ante nativitatem Mahumeti in orbibus cœleſtibus reſidentes, in illius ortu flammarum globis lapidatos, atque in terram dejectos fuiſſe. Vel ad id, quod fertur, Abraham lapidaſſe Dæmonem, cùm tentavit eum, ne divino imperio de filio ſuo immolando obſequeretur: in cujus rei memoriam conſueverunt Mahumetani tempore peregrinationis Meccanæ, lapillos aliquot in Araphat, & in Valle Mina contra Diabolum projicere. Hinc opinantur aliqui, innui immunitatem ab originali culpa Beatiſſimæ Virginis, ejuſque Filii: in qua ſententia videtur fuiſſe Gelal, dum ita explicat hæc verba Alcorani: وفى الحديث ما من مولود يولد الّا مسّه الشيطان حين يولد فيستهل صارخًا من مزبم وابنها رواه الشيخان : & *in hiſtoriis habetur, nullum naſci, niſi tangat eum Satanas quandò naſcitur; & ideò erumpit in vagitus; præter Mariam & Filium ejus. Referunt hoc duo Seniores.* Thalebienſis aſſerit, hæc verba relata à duobus Senioribus, dicta fuiſſe ab ipſo Mahumeto, facitque hujus rei auctorem Abuhoreiram. Confirmat hanc Mahumetanorum opinionem Cottada, his verbis كل ادمىّ يُحفُر بطعن الشيطان فى جنبه حين يولد غير عيسى وامّه جُعل بينهما حجاب فاصابت الطعنة الحجاب ولم ينفذ اليهما منه شى : قال : وذُكر لنا انهما كانا لا يصيبان من الذنوب كما يصيبه سايرُ بنى ادم : *Omnis natus ex Adam confoditur in latere tactu Satanæ quandò naſcitur, excepto Jeſu, & Matre ejus: nam poſuit Deus inter eos, & Satanam velamen: itaut tactus Satanæ ſteterit in velamine, nec pertigerit ad eos ulla ex parte. Præterea narratum eſt nobis, quòd neuter commiſerit ullum peccatum, ſicut committunt cæteri filii Adam.* Idem Thalebienſis in explicatione hujus loci habet quædam, quæ non modicam lucem poſſunt Alcorani verbis afferre, quæ ex arabico fideliter translata, ſic ſe habent.

Anna uxor Amran, fuit filia Phacudi, Mater Mariæ, & avia Jeſu. Dixit Ebnabbas: Hic Amran filius fuit Mathan, diverſus ab Amran patre Moyſis, cùm inter utrumque interceſſerint mille centum & octo anni (cognovit hallucinationem Prophetæ ſui, ſed fruſtrà conatur eam excuſare). *Erant autem filii Mathan principes filiorum Iſrael, & Pontifices eorum. Et reges eorum. Et dixit Ebn-Iſaac, fuit Amran filius Aſham ex filiis Salomonis per quindecim generationes. Mater verò Mariæ vovit ſe oblaturam Templo filium, quem peperiſſet. Et hiſtoria hujus rei eſt; quòd Zacharias & Amran acceperunt in uxores duas ſorores, ambas filias Phacudi; nempè Aſcicham* (ideſt Eliſabet) *quam accepit Zacharias; & Annam, quam accepit Amran. Erat verò Anna vetula, & ſterilis, & jam deſperabat prolem. Cùm autem vidiſſet in quadam arbore avem cibum præbentem pullis ſuis, excitatum eſt in ea deſiderium prolis. Cùmque hanc à Deo poſtularet, promiſit ſe oblaturam Templo filium, quem peperiſſet, ut miniſtraret in eo. Accidit autem ut pareret filiam &c.*

XXXVII. *Suſcepit ergo eam Dominus &c.*] *Ita hunc locum explicat & illuſtrat Gelal: Suſcepit eam à matre ejus, & creſcere fecit eam indole pulchra: & creſcebat in una die, quantum creſcit Infans in uno anno. Attulit autem eam mater ad Pontifices præſides Templi, & ait: Offero vobis hanc votivam oblationem. Illi verò lætati ſunt de ea, eò quòd eſſet filia Amran Antiſtitis ipſorum. Dixit autem Zacharias: Mihi hæc juſtiùs debetur, quàm cæteris, nàm amita ejus eſt uxor mea. Illi verò reſponderunt: Nequaquam ſed ſorti id committamus. Abierunt autem Sacerdotes numero viginti novem ad flumen Jordanem, & projecerunt in illud virgas ſuas cum pacto, ut is, cujus virga conſiſteret in aqua, & ſupernataret, ſuſciperet puellam in cuſtodiam. Subſtitit autem virga Zachariæ, qui accepta puella, ædificavit ei cœnaculum, & afferebat ei cibum, & potum, & unguenta. Invenit autem apud eam fructus hyemales in æſtate, & æſtivos in hyeme.* Hactenùs Gelal.

XXXIX. *Vocaverunt itaque eum Angeli*]. Nomine Angelorum intelligunt hic Jahias & Gelal unicum Angelum, nempè Gabrielem.

In verbo quod eſt à Deo]. Explicat Gelal. اى عيسى انه روح الله وسمّى كلمة الله لانه خلق بكلمة كُن : *ideſt Jeſum: quia ipſe eſt Spiritus Dei. Appellatus eſt autem Verbum quia Deus creavit eum per Verbum Eſto.*

Et Dominum] Gelal. متبوعا *quem alii ſequantur*, ſeu Caput Sectæ.

Et cœlibem] Jahias الذى لا ياتى النساء *qui non accedit ad fœminas*. Eodem modo Gelal. منوعًا من النسا : *continentem ſe à mulieribus* & addit روى انه لم يعمل خطية ولم يهمّ بها : *habetur ex traditione illum nunquam feciſſe peccatum, neque cogitaſſe de eo.*

XLII. *Et puram fecit te*] Explicat Gelal. من مسيس الرجال *à contactu virorum.*

Sæculorum omnium] Arabicè العالمين *Mundorum* Exponit Gelal. اى اهل زمانك *ideſt ſuper mulieres ætatis tuæ.*

XLIV. *Hoc eſt ex hiſtoriis Arcani*]. Gelal. اخبار ما غاب عنك : *ex hiſtoriis, quæ remotæ erant à te*, ſeu quæ te latebant.

XLV. *Verbum ex ſe*] Gelal. اى ولد *ideſt filium.*

Filium Mariæ] Cur Alcoranus & Mahumetani vocent Jeſum *filium Mariæ*, rationem reddit Gelal his verbis : خاطبها بنسبته اليها تنبيهًا على انها ولدة بلا اب عادة الرجال نسبتهم الى ابايهم : *alloquitur eam referendo ortum ejus ad ipſam, ut eam magis honoraret: quia paritura erat eum ſine patre; cùm ortus ſeu proſapia hominum ſoleat referri ad patres eorum*, non autem ad matres.

Conſpicuum in hoc mundo & in futuro ſæculo] Explicat,

plicat Gelal. في الدنيا بالنبوة وفي الاخرة بالشفاعة والدرجات العلى : *in hoc mundo propter donum prophetiæ: & in futuro sæculo, quia erit intercessor hominum, & obtinebit gradus eminentes.*

XLVI. *In cunis, & ætate provectus*] Gelal اى طفلا قبل وقت الكلام : *ideſt infans ante tempus locutionis.* Jahias اى فى حجر امه وكبيرا *ideſt in ſinu matris ſuæ, & jam grandis.* Thalebienſis كهلا بعد نزوله من السما : *in ætate adulta, ideſt poſtquam deſcenderit è Cælo,* rediturus in mundum.

XLVIII. *Et docebit eum librum*] Jahias & Gelal pro الكتاب *libro* intelligunt الخط *Scripturam ſeu modum* ſcribendi :

Et mittet eum legatum] : Thalebienſis وكان اول انبياء اسرايل يوسف واخرهم عيسى : *primus Prophetarum Iſraelitis fuit Joſeph, ultimus autem Jeſus.* Concludit Gelal فنفخ جبرايل فى جيبه درعها فحملت وكان من امرها ما ذكر بسورة مريم : *Cùm autem Gabriel inſufflaſſet in aperturam tunicæ ejus ad collum, illa concepit. Cætera verò, quæ ad eam pertinent, habentur in Sura Mariæ.*

Et fiet avis]. Gelal : فخلق لهم الخفاش لانه اكمل الطير خلقا مكان يطير وهم ينظرونه ، فاذا غاب عن اعينهم سقط ميتا *Et creavit illis veſpertilionem, eò quòd ſit perfectiſſimus natura omnium volucrum: & volabat coram eis: cùmque ab oculis eorum ſeſe removiſſet, cecidit mortuus.* Thalebienſis accipit avem genericè لانه خلق طيرا كثيرة : *quia,* inquit, *ipſe creavit aves multas.*

Et curabo cæcum.] Gelal. وكان بعثه فى زمان الطب فابرء فى يوم خمسين الفا بالدعاء بشرط الايمان : *fuit autem miſſus à Deo in tempore medicinæ* (ideſt ad curandos infirmos), *ſanavitque una die quinquaginta millia infirmos, cum pacto ut crederent.*

Et vivificabo mortuos] Gelal. فاحيا العازر صديقا وابن العجوز وابنة العاشر فعاشوا وولد لهم وسام بن نوح ومات فى الحين : *ſuſcitavit autem à mortuis Lazarum Juſtum: & filium Vetulæ* (ideſt Viduæ Naim) *& filiam Publicani* (ideſt Jairi Archiſynagogi) *qui omnes vixerunt, & genuerunt filios: & Sem filium Noe, qui ſtatim mortuus eſt.* Addit Thalebienſis, *Chriſtum reſuſcitaße Sem filium Noe per invocationem Nominis Maximi* (nimirùm יהוה) *illum verò exiſſe è ſepulchro cum dimidia parte capitis cana, cùm tamen eo tempore homines non canescerent; eò quòd putaſſet, ſe vocatum fuiſſe ad extremum Judicium.* Notat autem Gelal, Chriſtum feciſſe hæc miracula باذن الله *per voluntatem,* ſeu *conceſſionem Dei,* prout bis habet Alcoranus : لنفى توهم الالهية فيه *ad repellendam opinionem de Divinitate ejus.*

XLIX. *Et veni confirmaturus &c.*] ideſt ut confirmarem, ſeu probarem veritatem Pentateuchi, qui datus fuit à Deo ante me.

Et ut licitam faciam vobis] Gelal. فاحل لهم من السمك والطير ما لا صيصية له وقيل احل المجموع فبعض بمعنى كل : *licitos fecit eis piſces & aves carentes pinnulis, ſeu pennis. Alii dicunt, licita feciſſe eis omnia; itaut partem, ſeu quædam ſtet pro omnia.*

LI. *Cùm autem ſenſiſſet Jeſus*]. Hæc quæ ſpectant ad Judæorum perfidiam, & inſidias ac dolos contra Jeſum, ut eum occiderent, itemque ad illius mortem, variis figmentis involvuntur à Scriptoribus Moslemis, quorum nonnullos, eorum verbis latinè fideliter redditis, hìc placuit afferre. Hæc omnia in Prodromo parte 3. cap. 19. pag. 63. *Ebno-Saidus Mogrebienſis ab Iſmaele allegatus in cap. de Jeſu filio Mariæ,* hæc habet: *Quærebant autem Judæi ſummo ſtudio comprehendere Jeſum: & venit quidam ex Apoſtolis ad Herodem Judicem Judæorum, & ad Collegium Judæorum, & dixit: Quid dabitis mihi, ſi indicavero vobis Chriſtum? Et dederunt ei triginta denarios, quos cùm accepiſſet, oſtendit eis ubi ille eſſet. Dixit Ebnol-Athirus in ſuo Chronico: Variæ ſunt Doctorum opiniones circa mortem ejus, antequam aſſumeretur in Cælum. Dicunt nonnulli, aſſumptum fuiſſe abſque eo, quòd moreretur. Alii autem dicunt, Deum immiſiße illi mortem per tres horas; alii verò per ſeptem horas: & deinde in vitam illum revocaſſe. Auctores hujus ſecundæ ſententiæ habent pro fundamento ea verba Alcorani: Equidem defungi te faciam, & aſſumam te ad me. Cùm autem apprehendiſſent Judæi hominem quemdam, qui erat ſimilis Chriſto, ligaverunt eum, & cæperunt attrahere eum funibus, & dicebant ei: Tu vivificabas mortuos, an non ſalvabis te ipſum ab his funibus? Et expuebant in faciem ejus, & conjecerunt ſuper eum ſpinas & crucifixerunt eum, & permanſit in Cruce ſex horas. Deinde petiit corpus ejus Joſeph faber lignarius ab Herode, qui erat Judex Judæorum & cognominabatur Pilatus, & ſepelivit illud in ſepulchro, quod ſibi ipſi præparaverat. Deſcendere autem fecit Deus Chriſtum de Cælo ad Mariam Matrem ipſius, quæ flebat eum; & dixit ei: Deus aſſumpſit me ad ſe, neque contigit mihi niſi optimum. Et præcepit ei, ut congregaret ad ſe Apoſtolos, & conſtituit eos in terra legatos Dei, & præcepit eis, ut prædicarent ex parte ſua id, quod ſibi mandaverat Deus. Et diviſi ſunt Apoſtoli, unuſquiſque in eam regionem, quam conſtituerat ei.* Dixit Kiſſæus: *Et ingreſſi ſunt Apoſtoli per portas Civitatum, ad quas miſſi fuerant, & unuſquiſque eorum loquebatur lingua illius civitatis, ad quam miſſus fuerat.*

Alio modo refert hoc ipſum Amruus Auctore Aſbato, & Alſaddio, his verbis: *Tunc Judæi congregaverunt turbam adverſus Jeſum filium Mariæ, & concluſerunt eum intra quamdam domum; ibique ſuperve-*

niente illis nocte pernoctaverunt custodientes eum. Revelavit autem ei Deus verba illa Alcorani: Ego sanè defungi te faciam, & exaltabo te ad me, & liberabo te ab infidelibus. Præmonuit autem Jesus socios suos de hoc, & dixit: quis vestrum vult suscipere in se figuram vultus mei, ut Judæi occidant illum pro me? & Deus collocabit eum mecum in die resurrectionis: Respondit quidam ex illis: Ego suscipiam. Impressa fuit igitur illi figura Jesu: Jesus autem raptus est in Cœlum: Mane autem facto, inventi sunt socii Jesu esse novendecim, cùm anteà essent viginti. Nam inter eos erat ille, cui impressa fuerat figura Jesu: nec dubitaverunt eum esse Jesum; quamobrem capientes eum, crucifixerunt, & occiderunt.

Alio modo narrat rem Thalebiensis explicans Suram quartam de mulieribus §. 255. *Cùm vellent*, inquit, *Judæi occidere Jesum, misit Deus Gabrielem, qui immisit eum intra fenestram cujusdam domus, unde Deus elevavit eum in Cœlum. Judas autem, qui erat caput & dux Judæorum, præcepit cuidam ex suis assectis, qui vocabatur Titianus, ut ingrediens per illam fenestram occideret eum. Ingressus Titianus intra fenestram, non invenit Jesum: Deus autem impesuit illi similitudinem Jesu, itaque captum crucifixerunt, & occiderunt eum.*

Mocatelus Auctor inter Mahumetanos celebris ita factum refert: *Miserunt Judæi exploratorem quemdam, qui observaret ubi esset Jesus, & quò se reciperet. Ascendit autem Jesus in montem, & veniens Angelus apprehendit eum duobus digitis, & elevavit in Cœlum: conjecitque Deus figuram Jesu in exploratorem illius: & existimantes Judæi illum esse Jesum, crucifixerunt, & occiderunt eum. Ille verò dicebat: Ego non sum Jesus, sed sum talis filius talis. At illi non præstantes ei fidem, occiderunt eum.*

Ismael filius Aly paulò aliter rem narrat dicens: *Celebravit Jesus Pascha, feria quinta, cum pane & vino: & ingressus est in domum cujusdam ex assectis suis. Deinde exiit in nocte præcedente feriam sextam in montem. Unus autem ex discipulis ejus, Judas nomine, festinavit ad Principes Judæorum, & accepit ab eis triginta nummos pro pretio, ut indicaret eum illis. Deus autem posuit similitudinem Christi in Juda prædicto. Acceperunt ergo eum, & ligaverunt, & percusserunt & attraxerunt eum; & posuerunt super caput ejus coronam de spinis, & exercuerunt contra eum omnia odibilia, & excruciaverunt eum in reliquo illius noctis, ante feriam sextam, donec facto mane crucifixerunt eum hora tertia prædictæ feriæ sextæ, existimantes eum esse Christum, & crucifixi sunt cum eo duo latrones super montem Calvarium, & mortui sunt hora nona.* Sed audiendus iterùm Thalebiensis in expositione verborum Alcorani, quæ præ manibus habemus in hac Sura tertia de familia Amron §. 53. *Et dolosè egerunt &c.* Ita igitur Thalebiensis. *Hic verbis innuitur id, quod moliti sunt Judæi circa eædem Jesu, donec invenirent rationem eam facilè exequendi. Nam cùm hi ejecissent eum, & ipse cum Apostolis ad eos rediisset, cœpit eis iterùm prædicare. Illi verò anxiè cogitaverunt de eo interficiendo, & convenerunt inter se adversus eum. Et hic fuit dolus eorum. Dolus autem Dei in eos fuit injectio similitudinis Jesu in unum ex eis, qui voluerat occidere eum, itaut hic occisus & crucifixus fuerit. Jesus autem raptus est in Cœlum.* Addit alius Auctor nomine Vahebus. *Venit Mater Jesu, & alia mulier, quæ fuerat dæmoniaca, sed liberata à Jesu, & flebant apud Crucem. Sed accedens Jesus, dixit eis: Super quem fletis? At illæ responderunt: Super te. Ille verò dixit: Rapuit me ad se Deus in Cœlum, & nihil mihi, nisi faustum evenit. Porrò Judæi decepti sunt in similitudine mea. Post septem autem dies dixit Deus ad Jesum; Descende ad Mariam, quæ maximo mœrore conficitur; ita ut nemo unquam tot lacrymas effuderit: & congrega Apostolos, & mitte eos ad prædicandum per Orbem. Posteà elevavit eum iterùm Deus ad se.*

Hæc est communis & certa apud Mahumetanos sententia, nempè, non Christum ipsum, sed alium quempiam sub imagine & similitudine ejus à Judæis comprehensum, cruciatum, crucifixum atque occisum fuisse: Christum verò eodem tempore à Deo in Cœlum raptum ad se fuisse, unde circa finem mundi in Orbem terrarum cum supremo supra gentes omnes imperio est rediturus, & tandem felicissimè ac placidissimè moriturus.

Utrum verò Christus ante elevationem in Cœlum naturali morte functus fuerit; variæ sunt inter eos sententiæ, de quibus ita in hoc loco Thalebiensis. *Prima sententia est Vahedi dicentis: Mori fecit Deus Jesum, ac mortuum servavit per tres horas diei, antequam venirent Judæi ad eum comprehendendum; deinde elevavit eum Deus. Secunda est Ebn-Isaac, qui ex Christianorum testimonio* (sed falsò) *censet Deum morti eum subjecisse per septem horas diurnas, deinde vitæ eum restituisse & ad se sublevasse. Tertia sententia est Aldhacaki, & communis Expositorum; in his verbis Alcorani; Certe ego defungi te faciam, & elevabo te ad me &c. esse hysterologiam, (seu* Ὕστερον πρότερον) *itaut intelligendum sit, Deum priùs elevasse Jesum ad se, & ab infidelibus liberasse, & deinde eum morti subjecturum, quandò rediit in Mundum. Interrogatus autem fuit Hoseinus filius Phadeli, an inveniret in Alcorano reditum Jesu è Cælo in mundum. Respondit se invenire in Sura tertia familiæ Amran, ubi asseritur Christum alloquuturum esse homines senem. Porrò cùm non pervenerit ad senectutem ante assumptionem in Cœlum, consequens est, ut rediturus sit in mundum, quò senex evadat. Dixit Bejenanius Sceibanensis. Cùm esset Jesus in Monte Oliveti, excitatus fuit ventus vehemens: cùmque ille incitato cursu ferretur, in eo cursu elevatus fuit à Deo in Cœlum: erat autem indutus thorace ex pilis confecto.* Hactenùs Thalebiensis.

Cùm autem certum sit apud Mahumetanos Christum in mundum esse rediturum supremum omnium Imperatorem; & per eum auream ætatem reducendam; dubium est quandiù in eo victurus sit. Thalebiensis ita de hoc pronunciat: ويلبث فى الارض

اربعين سنة وفى رواية كعب الاخبار اربعاً وعشرين

سنة ثم تيزوج ويولد له ثم يتوفى ويصلى المسلمون

عليه ويدفنونه فى حجرة النبى صلى الله عليه وسلام:

& commorabitur in terra quadraginta annos. Sed in relatione Caab Alachbari, habetur commoraturum esse quatuor supra viginti annos. Deinde susceptis ex conjuge liberis morietur, orabuntque Moslemi super eum, & sepelient eum in conclavi Prophetæ nostri. Hæc de Christo, ejusquè morte sentiunt communiter Mahumetani. Cùmque in nonnullis inter se dissentiant, in hoc tamen omnes conveniunt, non ipsum Christum, sed alium sub imagine ejus ea passum esse, quæ illi in Euangelio tribuuntur.

Quod attinet ad Apostolos Christi, varia fabulantur Mahumetani. Ita de illis hoc loco Gelal:

هم اصفيا عيسى اول من امن به وكانوا اثنى عشر

واسمهم بالعربى الحواريون من الحور وهو البياض

الخالص وقيل كانوا قصارين يحورون الثياب

اى ينبيضونها: *hi fuerunt Electi Jesu, primi qui credi-*

derunt in eum: erant autem duodecim, & vocantur Arabicè Havariuna, voce havar, quæ significat albedinem puram & sinceram. Quidam dicunt eos fuisse fullones, seu vestium dealbatores. Alii tamen meliùs existimant ita dictos fuisse, eò quòd vestibus albis uterentur.

LIV. *Et ponam eos, qui secuti sunt te, supra eos*]. Gelal. صدقوا نبوتك من المسلمين والنصارى فوق الذين

كفروا بك وهم اليهود يعلونهم بالحجة والسيف:

qui

qui crediderunt in prophetiam tuam, Mahumetani scilicet & Christiani supra eos, qui non crediderunt in te, scilicet Judæos, quos hi duo superant argumentis & armis.

LVII. *De signis & commemoratione sapienti*] Gelal. اى القران ideſt *de Alcorano.*

LVIII. *Utique similitudo Jesu &c.*] nimirùm similis fuisse asseritur Jesus in creatione sui, & in ortu mirabili ex matre sine patre, Adæ, qui creatus fuit à Deo ex solo pulvere. Ita Gelal, & cæteri Expositores.

LX. *Venite vocemus filios nostros*] Refert hìc Gelal, Mahumetum invitasse Christianos, qui venerant ad ipsum legati ex provincia Nagerana in Arabia, & disputabant cum eo de his historiis; ut simul convenirent juxta propositam condicionem in Alcorano. Illi verò responderunt, sese velle priùs de hoc deliberare. Dixit autem eis Episcopus, qui erat caput eorum. Vos jam nostis Mahumetum esse Prophetam, & nullam gentem maledixisse alicui Prophetæ, quin statim gens illa perierit. Illi verò neglecto Episcopi consilio, reversi sunt ad Mahumetum, qui jam egressus fuerat cum filia sua Phatema, & marito ejus Aly & duobus nepotibus Hasano & Hoseino ejusdem filiis: dixitque eis: Expectate, donec precatus fuero. Sed illi crediderunt in eum, nec voluerunt ei maledicere: conveneruntque de tributo ei persolvendo. Refert autem Ebn-abbas Mahumetum dixisse: لو خرج الذين يباهلون لرجعوا لا يجدون: *Si egressi fuissent, & maledixissent mihi: certè rediissent, & non invenissent neque opes, neque familiam.* Alii ferunt cum dixisse فلو خرقوا لا خترقوا *si laceravissent, certè lacerati fuissent.* Vide vitam Mahumeti cap. 21. pag. 28. & Prodromi partem 2. cap. 6. pag. 42.

REFUTATA.

I. IAm superiùs indicavi, quàm turpiter hallucinatus sit Mahumetus, existimando Beatissimam Mariam Deiparam eamdem fuisse cum Maria filia Amran, & sorore Moysis & Aaron. Quidam Mahumetani, teste Guadagnolo suprà laudato, in sua apologia sectione 3. cap. 8. volunt Mariam illam filiam Amran usque ad hæc tempora miraculosè à Deo vivam conservatam fuisse. Sed in libro Numer. cap. 20. clarè habemus, illam mortuam fuisse in Cades, & ibidem sepultam. Fortassè, ut Mahumetanorum plerique tenent μετεμψύχωσιν, dicere poterunt animam unius Mariæ in alterius corpus emigrasse. Verùm Pythagorica deliramenta hæc sunt. Zamchascerius ita Prophetam suum purgare nititur ab error-

مراة عمران بن ماثان على اثر قولـــه وال عمران
ما يرجح ان عمران هو عمران بن ماثـان جـــد
عيسى: فان قلت كانت لعمران بن يصهـر بنت
اسمها مريم اكبر من موســى وهرون ولعمـران
ابن ماثان مريـــم البتول فما ادراك ان عمران
هذا هو ابو مريم البتول دون عمران ابي مريـــم
التي هي اخـت موسى وهرون قلـــت كفى
بكفاله زكريا دليلا عـــلى انه عمران ابو البتول
وان زكريا بن اذن وعمران بن مانـــان كانا فى
عصر واحد فقد تزوج زكريا بنتـة ايشاع اخـت
مريم فكان يحيى وعيسى ابني خالـــة روى
انها كانـــت عاقرًا لم تلـــد:

Familia Amran intelligitur esse Moyses & Aaron filii Amran, qui fuit filius Jesbar. Alii dicunt per familiam Amran intelligi Jesum & Mariam filiam Amran filii Mathan. Inter hos autem duos Amranes fluxerunt anni mille octingenti. Familia autem Amran dicitur generatio, in qua alii ex aliis orti sunt: quia duæ familiæ, nempè familia Amran filii Jesbar, & familia Amran filii Mathan, fuit generatio una concatenata simul, in qua alii ex aliis diffusi sunt: videlicet, Moyses & Aaron ex Amran & Amran ex Jesbar, & Jesbar ex Cahath, & Cahath ex Levi, & Levi ex Jacob, & Jacob ex Isaac, & similiter Jesus & Maria filia Amran filii Salomonis, filii David, filii Isai, filii Juda, filii Jacob, filii Isaac. Uxor autem

rore: ال عمران موسى وهرون ابنـا عمران بـن
يصهر وقيل عيسى ومريـم بنت عمران بن ماثان
وبين العمرانيـن الف وثماني مايـــة: وال
عمران ذريـــة بعضها من بعض يعنـــي ان الا
لبين ذرية واحدة متسلسلة متشعـــب بعضها
من بعض موســـى وهرون من عمران وعـران
من يصهـــر ويصهر من قاهث وقاهـــث من
لاوي ولاوي من يعقوب ويعقوب مـــن اسحق
وكذلك عيسى بن مريم بنت عمران بـــن ماثان
يـــن سليمان بن داود بن اشـــي بن يهوذا
بن يعقـــوب بن اسحـــق: وامراة عمران هي

autem Amran fuit uxor Amran filii Mathan, juxta dictum illius. Sed familia Amran non refertur ad Amran filium Mathan avum Jesu. Quòd si dicas: Amran filius Jeshar habuit filiam nomine Mariam, grandiorem natu, quàm Moysen & Aaron: Amran item filius Mathan habuit Mariam Virginem: & quomodò cognoscere possumus, hunc Amran fuisse patrem Mariæ Virginis, & non potiùs Amran illum, qui fuit pater Mariæ sororis Moysis & Aaron? Respondeo: sufficiens argumentum est tutela suscepta à Zacharia, ad probandum Amran hunc fuisse patrem Mariæ Virginis. Nam Zacharias filius Adhan, & Amran filius Mathan fuerunt eodem tempore, & Zacharias accepit in uxorem filiam ejus Aisam, (ideſt Elisabeth) sororem Mariæ; itaut Joannes & Jesus essent filii materteræ: & dicitur hæc fuisse sterilis, itaut liberos non pareret:

Verùm insulsa omninò & ridicula hæc responsio est. Primò enim gratis, & prorsùs falsò fingitur patrem Mariæ Virginis Amran fuisse, cùm in nullis historiis hoc legatur; sed communis & constans omnium sententia fuerit, patrem Mariæ Virginis fuisse Joachim. Deinde petitur principium: hoc enim est, quod nos inquirimus, cur nimirùm Mahumetus faciat patrem Mariæ Virginis Amran, qui fuit pater Mariæ sororis Moysis, & Aaron: & præterea inferiùs vocet Mariam Virginem أخت هرون *sororem Aaron*, cùm tamen nunquam fratrem hujus nominis habuerit. At enim non potest Mahumetus de priori Amran loqui, cùm ponat eum eodem tempore cum Zacharia, qui multis sæculis vixit post illum Amran. Verùm in hoc nos dicimus Mahumetum turpissimè hallucinatum fuisse, quòd ita temporum, rerumque ordinem confuderit, id quod si semel tantùm fecisset, posset fortasse aliquantisper excusari: sed in hujusmodi achronismis nimis sæpè peccat, & eum Mahumetani cum usura imitantur. Huc accedit ineptè satis Zamchascerium distinguere hìc duos Amranes: nullum enim afferri potest hujus distinctionis fundamentum. In eo etiam peccat Zamchascerius cum cæteris Expositoribus, quòd velint Annam & Aisam, sive Elisabetham fuisse sorores; & Amran patrem Moysis fuisse filium Jeshar, seu Ishar: cùm Amran & Ishar fuerint fratres germani, & ambo filii Cahat, ut patet ex libro Exodi cap. 6. & alibi.

Si autem quærat lector, cur Mahumetani, uxorem Amran vocent Annam, non autem Jochabed, quæ fuit uxor Amran patris Moysis: responderi potest, illos cùm non legerent in Alcorano nomen uxoris Amran, quam facit matrem Mariæ Virginis, secutos fuisse in hoc communem Christianorum sententiam & usum, præsertim, cùm licèt ipsi crassi essent, nunquam tamen sibi persuaderent, Prophetam suum adeò bardum, stupidumque fuisse, ut in errores tàm manifestos prolaberetur.

II. Porrò ea, quæ hìc habentur de Zacharia Joanne, Maria, & Jesu, magna ex parte mendacii, vel fabulæ convincuntur ab Euangelio. Et licèt ea Expositores Moslemi aliis fabulis & nugis in immensum augeant: semper tamen de Maria & Jesu honorificentissimè loquuntur: & ea ipsa, quæ confingunt, nihil indigni aut probrosi continere videntur. Hausérunt ea fortasse ex apocryphis hæreticorum libris, & præsertim ex quodam, in quo agitur de infantia Salvatoris; vel ex simpliciorum Christianorum relatu. Probabile etiam est Judæos aliquos suggessisse: nam de creatione illa volucrum ex luto, & de sanatione morbosorum per nomen Dei ineffabile: itemque de volatu per aera, & de aliis, quæ Alcoranus & Mahumetani Christo tribuunt, expressa in Thalmude mentio habetur. Satis habuit diabolus, quando res ad Christum spectantes abolere non potuit, fabulis eas, ac nugis permiscere.

III. Mentitur Alcoranus, dum refert, Angelum dedisse Zachariæ pro signo, quod postulaverat, silentium, seu privationem loquelæ per tres dies. Non enim pro signo (quod nullum postulaverat) sed pro incredulitate, damnatus fuit Zacharias ad silentium, non quidem trium dierum, sed novem mensium.

IV. Non tamen mendacii notam meretur Alcoranus, cùm vocat Christum *Spiritum*, & *Verbum Dei*, vel *ex Deo*, eique vim creandi attribuit: per hoc enim, velit nolit, fatetur apertè Christi divinitatem, quam tamen in Alcorano non semel inficiatur. Verùm cùm proprium sit Impostorum sibi contradicere, & vel invitò veritatem fateri, quam sponte negant & impugnant, ex verbis Alcorani ita contra Mahumetanos libet argumentari. Verbum Dei juxta principia fidei ipsorum ab Algazelo in symbolo suæ professionis allata, duplex est: alterum ازلي قديم قايم بذاته *æternum sine principio subsistens in essentia ejus*. alterum مقرو بالالسنة مكتوب المصاحف محفوظ في القلوب: *quod legitur linguis, scribitur in libris, & custoditur in cordibus*. Christus non fuit Verbum Dei secundi generis, ut patet: ergo dicendum est fuisse primi, & per necessariam consequentiam fuisse Deum: Nam quidquid est æternum, & increatum, & subsistit in Essentia Dei, non potest nisi esse Deus. Vide Prodr. p. 3. cap. 18. pag. 60.

Respondet Gelaleddinus سمي كلمة الله لانه خلق بكلمة كن: *Nominatus est Verbum Dei, quia creatus est à Deo per verbum Esto*. Dixit nimirùm Deus illi: Esto, & fuit.

Sed si hoc esset; eodem modo qui v. g. per aquam mundatur, vel per ignem calefit, vel sanatur per pharmacum, dici posset aqua, ignis, vel pharmacum. Præterea ex ista ratione omnia dici poterunt Verbum Dei, nam Deus dixit & facta sunt: & ita asinus etiam erit verbum Dei, quia saltem in prima creatione, dixit ei Deus esto, & fuit. Bedavius aliam affert rationem سمي بذلك عيسى لانه وجد بامره

منه اي ذو روح منه اضيف اليه تعالي تشريفا
له وليس كما زعمتم ابن الله او الها
معه وثالث ثلاثة لانّ ذو الروح مركب والاله
تنزه عن التركيب وعن نسبة المركب
اليه : *Et ſpiritus ex eo ideſt habens ſpiritum ab eo: & refertur ad ipſum Deum, ad denotandam nobilitatem & excellentiam ejus: non autem ſicut vos (Chriſtiani) putatis, eſt filius Dei, aut Deus ſimul cum eo, & tertius trium* (ideſt una ex tribus Perſonis divinis). *Nam habens ſpiritum, eſt quid compoſitum: abſit autem ut ſit in Deo ulla compoſitio, vel aliquid compoſitum de illo prædicetur.* Zamchaſcerius autem ita hunc ipſum locum exponit وقيل لعيسي كلمة الله وكلمة
منه لانه وجد بكلمته وامره لا غير ومن
غير واسطة اب ولا نفطة وقيل له روح الله وروح
منه لذلك لانه ذو روح وجد من غير حرق من
ذي روح كالنطفة المنفصلة من الاب الحي
وانما اخترع اختراعا من عند الله وقدرته
خالصة : *Dictus fuit Jeſus Verbum Dei, & Verbum ex Deo, quia extitit per verbum ejus, & imperium ejus, non aliter: neque per patrem, aut ex ſemine. Dictus autem fuit Spiritus Dei, & Spiritus ex Deo, ideò quia ipſe habens ſpiritum extitit ſine literis ab habente ſpiritum, ſicut ſemen quod abſcinditur à patre vivo: & quidem emanavit à Deo, & potentia ejus abſoluta.*

Sed hìc etiam petimus à Mahumetanis, quiſnam ſit iſte Spiritus Dei. Eſtne flatus aereus, vel ſpirabilis aura? Atqui Chriſtus neque flatus eſt, neque aura, neque hæc reperiuntur in Deo. Eſtne aliquod accidens, vel ſubſtantia Deo ſuperaddita? At hæc à Deo Mahumetani ipſi rejiciunt. Reſpondet Gelaleddinus, ſpiritum hunc eſſe Gabrielem, quia ſufflavit per aperturam interulæ matris ejus ad collum, & flatus ejus deſcendens intravit in uterum ejus, & ex eo ipſa concepit Jeſum. Verùm præterquam quòd hujuſmodi flatus non convenit naturæ Angelicæ; non fuiſſet flatus, ſeu ſpiritus Dei, ſed Gabrielis: imò neque Gabrielis, ſi aliunde illum collegiſſet, ut revera colligere debuit, cùm ex ſua natura non haberet. Et quidquid ſit, nullo modo verificarentur verba Alcorani, quæ finguntur à Deo prolata: *Et inſufflavimus in eam de ſpiritu noſtro*: neque propterea poſſet Chriſtus appellari روح الله *ſpiritus Dei*.

Quòd

ita vocatus fuit Jeſus, بامره تعلي دون اب :
quia extitit per imperium Dei ſine patre. Atqui etiam primus aſinus extitit ad imperium Dei non ſolùm ſine patre, ſed etiam ſine matre. In quodam Lexico m. f. Arabico, cui titulus eſt اجماع اللغة affertur hæc alia ratio
سمّي كلمة الله لانه انتفع فى الدين بكلامه
كما قيل فلان سيف الله اسد الله : *dictus fuit Verbum Dei, quia verbis ſuis profuit religioni: ſicut aliquis dicitur gladius Dei, leo Dei*. Sed præterquam quòd hæc reſponſio eſt admodùm violenta, plures alii verbo ſuo profuerunt religioni, nec tamen ullus unquam appellatus eſt Verbum Dei. Hæc autem appellatio in Chriſto notat aliquid ſpeciale ac ſingulare.

Ex nomine etiam روح الله *Spiritus Dei*, vel روح من الله *Spiritus ex Deo* (nam utroque modo vocant eum Mahumetani & Alcoranus), oſtenditur apertiſſimè Chriſti divinitas. Nam cùm ſpiritus Dei debeat eſſe in Deo & in Deo eſſe non poſſit accidens, ſequitur ſpiritum iſtum eſſe ſubſtantiam, & conſequenter Deum.

Hìc etiam ſe torquent, & diſtorquent ſapientes Moslemi. Gelal exponens ea verba Suræ 66. quæ ſcribitur التحريم *Prohibitio* §. 14.

ومريم بنت عمران التي احصنت فرجها فنفخنا
فيها من روحنا : *Et Maria filia Amran quæ cuſtodivit vulvam ſuam, & propterea inſufflavimus in eam de ſpiritu noſtro*, hæc habet من روحنا جبراييل حيث نفخ في جيب
درعها بخلق الله فعله الواصل الي فرجها
فحملت بعيسي : *de ſpiritu noſtro Gabriele, quandò inſufflavit in aperturam tunicæ ejus ad collum, efficiente Deo, flatus ejus perveniret ad vulvam ejus, & ex eo conciperet Jeſum*. Ahmed autem filius Abdolhalimi exponens verba Suræ 4. النساء *de mulieribus* §. 170. انما المسيح عيسي ابن مريم رسول الله
وكلمته القيها الي مريم وروح منه فامنوا
بالله ورسله : *Certè Chriſtus Jeſus filius Mariæ eſt legatus Dei & Verbum ejus, quod injecit in Mariam, & Spiritus ex eo: itaque credite in Deum & legatos ejus*, ità ſcribit. وروح

Quòd verò ajunt Ahmedus & Zamchaſcerius, ſpiritum Dei ſignificare, habentem ſpiritum à Deo: ineptiſſimè dicitur; nam primò omnes homines habent ſpiritum à Deo, nempè animam, & reſpirationem: ergo omnes dicendi eſſent ſpiritus Dei. Deinde ſi *ſpiritus Dei* idem eſt, ac habens ſpiritum à Deo: eodem modo potentia Dei idem erit, ac habens potentiam à Deo: & regnum Salomonis idem erit, ac habens regnum à Salomone, quod eſt ridiculum. Poſtremò, licèt admitteremus expoſitionem Ahmedi & Zamchaſcerii, non propterea ſequeretur, Chriſtum non eſſe Deum. Nam ratio illa, nempè habens ſpiritum, eſt quid compoſitum: ſed Deus non admittit compoſitionem: ergo Chriſtus non poteſt eſſe Deus, primò quidem in ſententia Mahumetanorum Sonnitarum, qui cenſentur inter eos orthodoxi, non convincit, cùm ipſi admittant compoſitionem in Deo ex eſſentia, & attributis. Secundò hæc compoſitio non eſſet in Deo, ſed in Chriſto, qui conſtat ex humanitate & divinitate: atque ideò non prohiberet, quin Chriſtus eſſet Deus, cùm idem ſit, habens ſpiritum à Deo, ac habens naturam divinam à Deo: ita ut *habens* ſit ſuppoſitum humanitatis, & divinitatis, ſeu naturæ divinæ & humanæ.

Verùm inſurgit contra nos adverſarius, nempè Ahmedus, argumento non contemnendo, dicens ولم يكن ادم بما نفخ الله فيه من روحه لاهوتًا وناسوتًا بل كله ناسوت فلذلك المسيح كله ناسوت: *Non fuit Adam, ex eo quòd Deus inſufflavit in eo de ſpiritu ſuo, Deus & homo; ſed totus homo: ita etiam Chriſtus erit totus homo.*

Reſpondeo primò, non fieri comparationem adæquatam: nam non dicit Alcoranus, Deum inſpiraſſe in Chriſtum de ſpiritu ſuo, vel ſpiritum ſuum: ſed inſufflaſſe, vel injeciſſe in Mariam de ſpiritu ſuo. Deinde non dixit Moyſes, Deum inſpiraſſe in Adam de ſpiritu ſuo; ſed *inſpiraſſe in faciem ejus ſpiraculum vitæ*, & ideò Adam factum eſſe non quidem Deum, ſed animam viventem. Certum eſt enim & indubitatum apud omnes pro *ſpiraculo vitæ* non eſſe intelligendam portionem ullam divinitatis, ſeu ſpiritus Dei, ſed animam rationalem. Longè alius eſt ſpiritus, quem inſpiravit Deus in faciem Adæ, ab eo, quem immiſit in Mariam, qui non poteſt intelligi eſſe anima rationalis Chriſti: alioquin in omnes fœminas inſufflaret Deus de ſpiritu ſuo, quandò concipiunt prolem, & omnes homines eſſent ſpiritus Dei.

Jahias filius Salami ita exponit verba Alcorani: وكلمته القاها الي مريم وروح منه اي انه كان من غير بشر: *Verbum ejus, quod immiſit in Mariam, & ſpiritus ab eo: nimirùm quia fuit ſine carne*, ideſt ſine actu carnali, ſeu opera viri. Verùm non propterea deſiit Chriſtus eſſe verè homo, conſtans carne humana. Prætereà neque Adam formatus fuit opera viri, neque Eva condita per actum carnalem: nec tamen fuerunt ſpiritus Dei.

Omitto ſexcentas alias Mahumetanorum explicationes hujus loci Alcoranici, omnes leves, ineptas ac ridiculas: & unam tantùm hiſtoriolam, ſeu fabellam affero ex Thalebienſi, ex Arabico fideliter translatam. Audivi (inquit) Alhaſemum Gennabienſem dicentem: *Habebat Aaron Raſcidus* (erat hic Chalipha Mahumetanorum) *adoleſcentem Chriſtianum, odoribus aromatum perfuſum, & pulcherrimum vultu omnium creaturarum Dei, & earum perfectiſſimum diſciplina, & præditum omnibus illis partibus, quibus ſibi quilibet aditum facere poſſit ad reges. Summoperè autem cupiebat Raſcidus, ut adoleſcens fieret Mahumetanus, ſed ipſe hoc recuſabat. Offerebat autem ei Raſcidus omnia, quæ deſiderare poſſet, at ille univerſa reſpuebat. Dixit autem illi die quadam: Quid te detinet, ne fias Moslemus? At ille: Quia, inquit, in Alcorano veſtro eſt argumentum contra illud ipſum, quod docet, dum vocat Chriſtum Verbum Dei, quod immiſit in Mariam, & ſpiritum ab eo. Nonne hæc eſt fides Chriſtiana, quòd ſcilicet Jeſus eſt pars ex Deo? Tunc vehementer doluit Imperator: & vocavit ſapientes & doctores; nec fuit inter eos, qui poſſet difficultatem ſolvere, donec dictum fuit illi: Venerunt peregrini Charaſani, inter quos eſt vir nomine Alys filius Hoſeini filii Vakeri de familia Marva, Doctor in Alcorano. Vocavit hunc Raſcidus, & fecit ut colloqueretur cum adoleſcente. Cùmque interrogaſſet eum adoleſcens circa hoc, Alys ſuſpendit reſponſum, & dixit: Teſtor Deum, me non guſtaturum cibum, donec inveniam juſtum reſponſum, ſi voluerit Deus: nam Deus excelſus non reliquit librum ſuum Alcoranum ſine reſponſione ad hanc difficultatem. His dictis ingreſſus eſt in domum obſcuram & tenebroſam, & clauſo oſtio, cæpit legere attentè Alcoranum, donec pervenit ad Suram, quæ inſcribitur* الحجيرة Genuflectens, *in qua ſunt ea verba:* وسخر لكم ما فى السموات وما فى الارض جميعا منه: Et ſubjecit vobis ea quæ ſunt in Cœlis, & quæ ſunt in Terra, omnia ab ipſo. *Tunc exclamavit quanta potuit voce: Aperite portam. Legitque hæc verba adoleſcenti coram Raſcido, & ait: Si ex eo quòd Jeſus eſt verbum Dei, & ſpiritus ab eo, eſt pars illius: ſequitur, omnia quæ ſunt in Cælo & in terra, cùm ſint ab eo, eſſe partes illius. Et convictus adoleſcens hoc argumento, factus eſt Mahumetanus.* Hactenùs fabula: fabula inquam: in vita enim Aaronis Raſcidi, nihil ego de hoc Ganymede, quem iſte confingit reperio. Habetur ibi tantummodò, Chriſtianum quemdam medicum, juvenem ingenioſum, fuiſſe Imperatori huic in magno pretio, eo quòd per venæ ſectionem illum ab apoplexia liberaſſet. Verùm quidquid ſit de hoc, ineptiſſima

fuit

fuit Doctoris hujus Charafani reſponſio, etiam admiſſo craſſiſſimo illo errore, in quo verſabatur adoleſcens, qui putabat Chriſtum eſſe partem Dei, quaſi Deus poſſet in fruſta ſecari, id quod Chriſtiani nunquam ſomniaverunt. Etenim non omnia ſunt à Deo eodem modo. Quædam enim dicuntur eſſe ab intrà, ut cognitio & amor: quædam verò ad extrà, cujuſmodi ſunt omnes creaturæ, de quibus loquitur Alcoranus. Non valet igitur argumentum. Quæ ſunt in Cœlo & in Terra, ſunt à Deo, & non ſunt Deus, neque pars Dei: ergo Verbum, & ſpiritus Dei, licèt ſint à Deo, non erunt Deus, neque pars illius: ſicut non valeret, ſi quis diceret, Imago picta eſt ab homine, & non eſt pars illius: ergo brachium, quod abſcinditur ab homine, ſeu à corpore ejus, licèt ſit ab homine, non erit pars illius. Verùm relicto hoc chimærico errore, quo nullum unquam laboraſſe puto, dico Chriſtum vocari ab Alcorano & Mahumetanis paſſim Verbum & ſpiritum Dei, ſive à Deo; itaut non poſſit dici eſſe ab eo, ut opera reliqua ad extrà, ſed neceſſariò ut actus vitalis ab intrà: ſpiritus enim & locutio ſunt actus vitales in homine, ſed accidentales: in Deo autem ſunt ipſa ſubſtantia Dei. Neque malè ex eo quòd Alcoranus tribuat Chriſto vim creandi, in illis verbis: *Creabo vobis ex luto veluti figuram volucris*, arguitur Chriſti divinitas, Dei enim proprium eſt creare. Nihilominùs cùm ſupponatur Chriſtum creaſſe avem illam ex materia luti, non poteſt dici, illam propriè fuiſſe creationem, niſi fortè lutum ipſum ex nihilo produxerit.

Quòd verò Gelaleddinus neget Chriſti divinitatem in faciendis miraculis, eò quòd per Dei voluntatem, atque ex illius conceſſione juxta Alcoranum illa patraret: non eſt mirum, cùm non agnoſcat duplicem in Chriſto naturam, divinam ſcilicet & humanam: itaut & ut Deus propria auctoritate, & ut homo ex Dei conceſſione miracula dicatur operari.

IV. Dum Mahumetus Deum *doloſum*, imò *doloſorum maximum* appellat: poteſt aliquatenùs excuſari ex ſimili modo loquendi ſacrarum ſcripturarum. Non tamen excuſari poteſt in eo, quod fingit Deum doloſum ſe præbuiſſe Judæis, eorumque dolum eluſiſſe, ſubtrahendo ab illorum manibus Chriſtum, ne illum occiderent, & in alieno vultu figuram Chriſti illis objiciendo: itaut non Chriſtum ipſum, ſed alium neſcio quem pro illo comprehenderint, crucifixerint, & occiderint. Sed non fuit Mahumetus primus hujus erroris auctor: etenim à Manichæis, Marcitis, Marcionitis, aliiſque hæreticis illum hauſit. Nos eumdem jam in Podromi pag. 3. cap. 19. ſatis fusè rejecimus: & inferiùs etiam confutabimus.

V. Poſtremò ſi vel dona à Danais non eſſent timenda, poſſet benignè admitti comparatio illa, qua Chriſtus in creatione ſimilis Adæ fuiſſe pronunciatur, præſertim cum expoſitione Gelalis: itaut tantùm intenderetur mirabilis utriuſque creationis conditio: nempè Adæ ex pulvere; Chriſti autem ex Virgine: illius ſine utroque parente; hujus autem cum matre tantùm. Sed Mahumetus voluit per hoc æternam divinamque Chriſti generationem negare, & humanam ac temporariam tantummodò aſſerere.

TEXTUS ALCORANI.

63 قُلْ يَا أَهْلَ ٱلْكِتَابِ تَعَالَوْا إِلَى كَلِمَةٍ سَوَآءٍ بَيْنَنَا وَبَيْنَكُمْ أَلَّا نَعْبُدَ إِلَّا ٱللَّهَ وَلَا نُشْرِكَ بِهِ شَيْئًا وَلَا يَتَّخِذَ
بَعْضُنَا بَعْضًا أَرْبَابًا مِّن دُونِ ٱللَّهِ فَإِن تَوَلَّوْا فَقُولُوا ٱشْهَدُوا بِأَنَّا مُسْلِمُونَ ۞ 64 يَا أَهْلَ ٱلْكِتَابِ لِمَ
تُحَآجُّونَ فِي إِبْرَاهِيمَ وَمَا أُنزِلَتِ ٱلتَّوْرَىٰةُ وَٱلْإِنجِيلُ إِلَّا مِن بَعْدِهِۦٓ أَفَلَا تَعْقِلُونَ ۞ 65 هَا أَنتُمْ هَٰٓؤُلَآءِ
حَٰجَجْتُمْ فِيمَا لَكُم بِهِۦ عِلْمٌ فَلِمَ تُحَآجُّونَ فِيمَا لَيْسَ لَكُم بِهِۦ عِلْمٌ وَٱللَّهُ يَعْلَمُ وَأَنتُمْ لَا تَعْلَمُونَ ۞
66 مَا كَانَ إِبْرَاهِيمُ يَهُودِيًّا وَلَا نَصْرَانِيًّا وَلَٰكِن كَانَ حَنِيفًا مُّسْلِمًا وَمَا كَانَ مِنَ ٱلْمُشْرِكِينَ ۞ 67 إِنَّ
أَوْلَى ٱلنَّاسِ بِإِبْرَاهِيمَ لَلَّذِينَ ٱتَّبَعُوهُ وَهَٰذَا ٱلنَّبِيُّ وَٱلَّذِينَ ءَامَنُوا وَٱللَّهُ وَلِيُّ ٱلْمُؤْمِنِينَ ۞ 68 وَدَّت طَّآئِفَةٌ
مِّنْ أَهْلِ ٱلْكِتَابِ لَوْ يُضِلُّونَكُمْ وَمَا يُضِلُّونَ إِلَّآ أَنفُسَهُمْ وَمَا يَشْعُرُونَ ۞ 69 يَا أَهْلَ ٱلْكِتَابِ لِمَ
تَكْفُرُونَ بِـَٔايَٰتِ ٱللَّهِ وَأَنتُمْ تَشْهَدُونَ ۞ 70 يَا أَهْلَ ٱلْكِتَابِ لِمَ تَلْبِسُونَ ٱلْحَقَّ بِٱلْبَٰطِلِ وَتَكْتُمُونَ
ٱلْحَقَّ وَأَنتُمْ تَعْلَمُونَ ۞ 71 وَقَالَت طَّآئِفَةٌ مِّنْ أَهْلِ ٱلْكِتَابِ ءَامِنُوا بِٱلَّذِيٓ أُنزِلَ عَلَى ٱلَّذِينَ ءَامَنُوا
وَجْهَ ٱلنَّهَارِ وَٱكْفُرُوٓا ءَاخِرَهُۥ لَعَلَّهُمْ يَرْجِعُونَ ۞ 72 وَلَا تُؤْمِنُوٓا إِلَّا لِمَن تَبِعَ دِينَكُمْ قُلْ إِنَّ ٱلْهُدَىٰ
هُدَى ٱللَّهِ أَن يُؤْتَىٰٓ أَحَدٌ مِّثْلَ مَآ أُوتِيتُمْ أَوْ يُحَآجُّوكُمْ عِندَ رَبِّكُمْ قُلْ إِنَّ ٱلْفَضْلَ بِيَدِ ٱللَّهِ يُؤْتِيهِ

مَن يَشَآءُ وَٱللَّهُ وَٰسِعٌ عَلِيمٌ ۝ 73 يَخْتَصُّ بِرَحْمَتِهِۦ مَن يَشَآءُ وَٱللَّهُ ذُو ٱلْفَضْلِ ٱلْعَظِيمِ ۝ 74 وَمِنْ
أَهْلِ ٱلْكِتَٰبِ مَنْ إِن تَأْمَنْهُ بِقِنطَارٍ يُؤَدِّهِۦٓ إِلَيْكَ وَمِنْهُم مَّنْ إِن تَأْمَنْهُ بِدِينَارٍ لَّا يُؤَدِّهِۦٓ إِلَيْكَ إِلَّا مَا
دُمْتَ عَلَيْهِ قَآئِمًا ذَٰلِكَ بِأَنَّهُمْ قَالُوا۟ لَيْسَ عَلَيْنَا فِى ٱلْأُمِّيِّـۧنَ سَبِيلٌ وَيَقُولُونَ عَلَى ٱللَّهِ ٱلْكَذِبَ وَهُمْ
يَعْلَمُونَ ۝ 75 بَلَىٰ مَنْ أَوْفَىٰ بِعَهْدِهِۦ وَٱتَّقَىٰ فَإِنَّ ٱللَّهَ يُحِبُّ ٱلْمُتَّقِينَ ۝ 76 إِنَّ ٱلَّذِينَ يَشْتَرُونَ بِعَهْدِ
ٱللَّهِ وَأَيْمَٰنِهِمْ ثَمَنًا قَلِيلًا أُو۟لَٰٓئِكَ لَا خَلَٰقَ لَهُمْ فِى ٱلْءَاخِرَةِ وَلَا يُكَلِّمُهُمُ ٱللَّهُ وَلَا يَنظُرُ إِلَيْهِمْ يَوْمَ ٱلْقِيَٰمَةِ وَلَا
يُزَكِّيهِمْ وَلَهُمْ عَذَابٌ أَلِيمٌ ۝ 77 وَإِنَّ مِنْهُمْ لَفَرِيقًا يَلْوُۥنَ أَلْسِنَتَهُم بِٱلْكِتَٰبِ لِتَحْسَبُوهُ مِنَ ٱلْكِتَٰبِ
وَمَا هُوَ مِنَ ٱلْكِتَٰبِ وَيَقُولُونَ هُوَ مِنْ عِندِ ٱللَّهِ وَمَا هُوَ مِنْ عِندِ ٱللَّهِ وَيَقُولُونَ عَلَى ٱللَّهِ ٱلْكَذِبَ
وَهُمْ يَعْلَمُونَ ۝ 78 مَا كَانَ لِبَشَرٍ أَن يُؤْتِيَهُ ٱللَّهُ ٱلْكِتَٰبَ وَٱلْحُكْمَ وَٱلنُّبُوَّةَ ثُمَّ يَقُولَ لِلنَّاسِ كُونُوا۟
عِبَادًا لِّى مِن دُونِ ٱللَّهِ وَلَٰكِن كُونُوا۟ رَبَّٰنِيِّـۧنَ بِمَا كُنتُمْ تُعَلِّمُونَ ٱلْكِتَٰبَ وَبِمَا كُنتُمْ تَدْرُسُونَ ۝
79 وَلَا يَأْمُرَكُمْ أَن تَتَّخِذُوا۟ ٱلْمَلَٰٓئِكَةَ وَٱلنَّبِيِّـۧنَ أَرْبَابًا أَيَأْمُرُكُم بِٱلْكُفْرِ بَعْدَ إِذْ أَنتُم مُّسْلِمُونَ ۝ 80 وَإِذْ
أَخَذَ ٱللَّهُ مِيثَٰقَ ٱلنَّبِيِّـۧنَ لَمَآ ءَاتَيْتُكُم مِّن كِتَٰبٍ وَحِكْمَةٍ ثُمَّ جَآءَكُمْ رَسُولٌ مُّصَدِّقٌ لِّمَا مَعَكُمْ لَتُؤْمِنُنَّ
بِهِۦ وَلَتَنصُرُنَّهُۥ قَالَ ءَأَقْرَرْتُمْ وَأَخَذْتُمْ عَلَىٰ ذَٰلِكُمْ إِصْرِى قَالُوٓا۟ أَقْرَرْنَا قَالَ فَٱشْهَدُوا۟ وَأَنَا۠ مَعَكُم مِّنَ ٱلشَّٰهِدِينَ ۝
81 فَمَن تَوَلَّىٰ بَعْدَ ذَٰلِكَ فَأُو۟لَٰٓئِكَ هُمُ ٱلْفَٰسِقُونَ ۝ 82 أَفَغَيْرَ دِينِ ٱللَّهِ يَبْغُونَ وَلَهُۥٓ أَسْلَمَ مَن فِى
ٱلسَّمَٰوَٰتِ وَٱلْأَرْضِ طَوْعًا وَكَرْهًا وَإِلَيْهِ يُرْجَعُونَ ۝ 83 قُلْ ءَامَنَّا بِٱللَّهِ وَمَآ أُنزِلَ عَلَيْنَا وَمَآ أُنزِلَ عَلَىٰٓ
إِبْرَٰهِيمَ وَإِسْمَٰعِيلَ وَإِسْحَٰقَ وَيَعْقُوبَ وَٱلْأَسْبَاطِ وَمَآ أُوتِىَ مُوسَىٰ وَعِيسَىٰ وَٱلنَّبِيُّونَ مِن رَّبِّهِمْ لَا نُفَرِّقُ بَيْنَ أَحَدٍ
مِّنْهُمْ وَنَحْنُ لَهُۥ مُسْلِمُونَ ۝ 84 وَمَن يَبْتَغِ غَيْرَ ٱلْإِسْلَٰمِ دِينًا فَلَن يُقْبَلَ مِنْهُ وَهُوَ فِى ٱلْءَاخِرَةِ مِنَ
ٱلْخَٰسِرِينَ ۝ 85 كَيْفَ يَهْدِى ٱللَّهُ قَوْمًا كَفَرُوا۟ بَعْدَ إِيمَٰنِهِمْ وَشَهِدُوٓا۟ أَنَّ ٱلرَّسُولَ حَقٌّ وَجَآءَهُمُ ٱلْبَيِّنَٰتُ
وَٱللَّهُ لَا يَهْدِى ٱلْقَوْمَ ٱلظَّٰلِمِينَ ۝ 86 أُو۟لَٰٓئِكَ جَزَآؤُهُمْ أَنَّ عَلَيْهِمْ لَعْنَةَ ٱللَّهِ وَٱلْمَلَٰٓئِكَةِ وَٱلنَّاسِ
أَجْمَعِينَ ۝ 87 خَٰلِدِينَ فِيهَا لَا يُخَفَّفُ عَنْهُمُ ٱلْعَذَابُ وَلَا هُمْ يُنظَرُونَ ۝ 88 إِلَّا ٱلَّذِينَ تَابُوا۟ مِنۢ
بَعْدِ ذَٰلِكَ وَأَصْلَحُوا۟ فَإِنَّ ٱللَّهَ غَفُورٌ رَّحِيمٌ ۝ 89 إِنَّ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا۟ بَعْدَ إِيمَٰنِهِمْ ثُمَّ ٱزْدَادُوا۟ كُفْرًا
لَّن تُقْبَلَ تَوْبَتُهُمْ وَأُو۟لَٰٓئِكَ هُمُ ٱلضَّآلُّونَ ۝ 90 إِنَّ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا۟ وَمَاتُوا۟ وَهُمْ كُفَّارٌ فَلَن يُقْبَلَ مِنْ
أَحَدِهِم مِّلْءُ ٱلْأَرْضِ ذَهَبًا وَلَوِ ٱفْتَدَىٰ بِهِۦٓ أُو۟لَٰٓئِكَ لَهُمْ عَذَابٌ أَلِيمٌ ۝ 91 وَمَا لَهُم مِّن نَّٰصِرِينَ ۝

VERSIO LATINA.

63. DIc: O Scripturales, venite ad verbum æquale inter nos, & inter vos: ut non ſerviamus niſi Deo, & non aſſociemus in eo quidquam, & non accipiant alii noſtrum alios *in* dominos præter Deum. Quòd ſi tergiverſati fuerint, dicite: Teſtes eſtote, quòd nos ſumus Moslemi. 64. O Scripturales, quare diſputatis de Abraham, & non fuit demiſſus Pentateuchus, neque Euangelium niſi poſt illum? An ergo non intelligitis? 65. Ecce vos illi *eſtis*, *qui* diſputaſtis de eo, cujus eſt vobis ſcientia: quare ergo diſputatis de eo, de

quo

quo non est vobis scientia? Et Deus scit, & vos nescitis. 66. Non fuit Abraham Judæus, neque Christianus: sed fuit Orthodoxus, Moslemus, & non fuit ex Associantibus. 67. Certè propinquiores hominum *ipsi* Abrahæ, sanè sunt qui sectati fuerunt eum, & hic Propheta (*nempè Mahumetus*) & qui crediderunt *cum eo*: & Deus est præses Credentium. 68. Desideravit pars ex scripturalibus ut seducerent vos: sed non seducunt nisi animas suas: & non sentiunt. 69. O Scripturales, quarè non creditis in signa Dei, cùm vos sitis testes *eorum*? 70. O Scripturales quarè vestitis veritatem vanitate, & absconditis veritatem, & vos scitis *eam*? 71. Et dixit pars ex Scripturalibus: Credite in id, quod demissum est super eos, qui crediderunt, in facie diei (*ideſt primo diluculo*); & abnegate *illud* in extremo ejus (*ideſt ad vesperam*), ut ipsi regrediantur *à religione sua*. 72. Et ne credatis nisi illi, qui sectatus fuerit religionem vestram. Dic *illis ò Mahumete*: Certè directio est directio Dei, itaut detur alicui simile ei, quod datum fuit vobis. An disputabunt vobiscum apud Dominum vestrum? Dic: Utique excellentia est in manu Dei, dabit illam cui voluerit: & Deus est amplus, sciens. 73. Peculiarizabit misericordia sua quem voluerit: (*magis verbaliter:*) *Speciali ratione conferet misericordiam suam cui voluerit*: & Deus est præditus liberalitate magna. 74. Et ex Scripturalibus aliquis, si concredas ei talentum, restituet illud tibi: & ex iisdem *aliquis*, si concredas ei denarium, non restituet illud tibi, nisi quantum perseveraveris super eum stans (*ideſt nisi assiduè urgeas illum.*) Hoc *evenit*, eò quòd illi dixerunt: Non est super nos pro Idiotis semita. Et dicunt adversus Deum mendacium, & ipsi sciunt. 75. Utique *est super eos semita pro Idiotis*. Qui adimpleverit pactum suum, & timuerit *Deum*: certè Deus diliget timentes *se*. 76. Porrò qui mercimonium fecerint cum pacto Dei & juramentis suis *vendiderint pactum Dei, & juramenta sua* pretio parvo, illis non erit portio in sæculo noviſſimo, neque alloquetur eos Deus, nec aspiciet ad eos die resurrectionis, neque purificabit eos: & ipsis erit pœna discrucians. 77. Et profectò ex ipsis (*nempè scripturalibus*) sanè pars declinant linguas suas in Libro (*ideſt legunt sacras scripturas perversè & fraudolenter.*), ut censeatis illud, *quod legunt, esse verè* ex libro: sed non est illud ex libro: & dicunt: Hoc est à Deo: sed non est illud à Deo: & dicunt de Deo mendacium, & ipsi sciunt. 78. Non est *conveniens* homini, ut det ei Deus Librum, & Sapientiam & prophetiam: tum *ipse* dicat hominibus: Estote servi mihi præter Deum: sed *convenit ut dicat*: Estote Dominici in eo, quod docueritis librum, & in eo *studio*, in quo vos exercueritis *circa ipsum librum*. 79. Et non præcipit vobis *Deus*, ut accipiatis Angelos & prophetas in Dominos. An præcipiet vobis infidelitatem, postquam vos *facti estis* Moslemi? 80. Et *memento*, cùm accepit Deus pactum Prophetarum, *dicens illis*: *Hoc* sanè *est*, quod attuli vobis de libro, & sapientia. Deinde venit ad vos legatus fidem adstruens illi, quod erat vobiscum (*ideſt libro, quem habebatis penes vos*). Prorsùs credetis in illum, & omninò adjuvabitis eum. Dixit *Deus*: An firmi estis, & accipitis super hoc pactum meum? Responderunt: Firmi sumus. Dixit *Deus*: Ergo testes estote; & ego vobiscum sum ex testificantibus. 81. Qui ergo tergiversatus fuerit post hoc; profectò hi erunt Prævaricantes. 82. An ergo aliam præter religionem Dei quærunt? Et illi addixit sese, qui est in Cœlis & terra, sponte & coactè: & ad eum reducentur *omnes in Judicio*. 83. Dic: Credidimus in Deum, & id quod demissum est super nos; & quod demissum fuit super Abraham, & Ismael, & Isaac, & Jacob, & Tribus *Israel*, & quod traditum fuit Moysi, & Jesu, & Prophetis à Domino ipsorum: non distinguimus inter ullum ex ipsis; & nos sumus ei addicti. 84. Et qui sectatus fuerit præter Eslam religionem *aliam*: profectò non acceptabitur ab eo; & ipse in noviſſimo sæculo erit ex pereuntibus. 85. Quomodò diriget Deus homines, qui infideles fuerunt post fidem suam, & testificati sunt, quòd Legatus erat verax: & venerunt ad eos *argumenta* evidentia? Et Deus non dirigit homines iniquè agentes. 86. Horum retributio erit, quòd *cadat* super eos maledictio Dei, & Angelorum, & hominum omnium. 87. Semper mansuros

in ea: non alleviabitur ab eis tormentum: & non ipsi respicientur *à Deo*. 88. An verò qui conversi fuerint post hoc, & correxerint *opera sua*: utique Deus *erit illis* indultor, misericors. 89. Porrò qui infideles fuerint post fidem suam, & insuper auxerint infidelitatem; nullo modo acceptabitur pœnitentia eorum: & hi sunt Errantes. 90. Certè qui infideles fuerint, & obierint, & ipsi infideles (*ideſt in ſtatu infidelitatis*) nullo modo acceptabitur ab ullo eorum plenitudo terræ ex auro, (*ideſt terra tota plena auro*) etiamsi redimeret se illo; his erit tormentum dolorificum: 91. Et non erit illis *ullus* ex adjuvantibus.

NOTÆ.

LXIII. *Scripturales*] Arabicè اهـــل الكتاب vertere potes, *familiæ libri*, *familiares Scripturæ*, *professores Scripturarum*, *Scripturales*. Hoc nomine intelliguntur semper Judæi & Christiani, vel simul, vel disjunctim: his nimirùm datæ sunt à Deo Sacræ Scripturæ, Pentateuchus scilicet, & Euangelium, quorum nomine intelligunt Mahumetani libros omnes veteris ac novi Testamenti. Ignarum se, ac stolidum ostendit Hottingerus, dum nomine اهل الكتاب *familiæ libri*, vult, Mahumetanos etiam designari. Hoc loco Gelal comprehendit simul اليهود والنصارى *Judæos & Christianos*.

Venite ad verbum æquale] ideſt ad conditionem vel pactum, quod ab utraque parte probari possit.

Et non accipiant alii nostrum alios in Dominos] Gelal: كما اتخذتم الاحبار والرهبان *sicut vos accepistis Pontifices & Monachos*.

LXIV. *Quare disceptatis de Abraham*] Gelal: نزل لما قال ابراهيم يهودى وتحسن على دينه وقالت النصارى كذلك: *Causa cur hæc dicta sint fuit, quia dicebant Judæi, Abraham fuit Judæus, & nos sumus in religione ejus. Et eodem modo loquebantur Christiani de se ipsis.*

LXV. *De eo, cujus est vobis scientia*] Gelal من امر موسى وعيسى زعمتم انكم على دينهما: *de eo quod pertinet ad Moysen, & Jesum, in quorum religione ac fide vos esse affirmatis.*

De eo in quo non est vobis scientia] Gelal. من شان ابراهيم: *de statu & conditione Abrahæ.*

LXVI. *Orthodoxus*]. Arabicè حنيفًا Explicat Gelal. مايلاً عن الاديان كلها الى الدين القيم: *declinans ab omnibus religionibus ad religionem rectam.*

LXVIII. *Desideravit pars ex Scripturalibus*]: videlicet Judæi; nam juxta Gelalem: نزل لما دعا اليهود معاذا وحذيفة وعمارا الى دينهم: *revelata sunt hæc, quandò Judæi studuerunt attrahere ad religionem suam Moadum, & Hodeiphum, & Omarum.* Erant autem omnes hi Mahumetani.

LXIX. *Non creditis in signa Dei*]. nempè ut ait Gelal, in القران المشتمل على نعت محمد وانتم تعلمون انه حق: *Alcoranum, qui continet Mahumeti epitheta: & vos scitis illa esse vera.*

LXX. *Vestitis veritatem vanitate*]. Explicat Gelal. تخلطون الحق بالباطل بالتحريف والتزوير وتكتمون الحق اى نعت النبى وانتم تعلمون انه حق: *commiscetis vera falsis, corrumpendo sacras Scripturas, & falsa in iis apponendo: & absconditis veritatem, nimirùm prophetias de Mahumeto, quarum vos cognoscitis veritatem.* Jahias ex auctoritate Hasani: يعنى به خاصة علمائهم لانهم يحرفون نعت محمد فى كتابهم: لما تلبسون بالباطل عنى ما حرفوا من التوراة والانجيل بالباطل الذى قيلوه من الشيطان وتكتمون الحق وانتم تعلمون ان محمد رسول الله وان دينه حق: *Innuit per hoc præcipuè doctores eorum* (nempè Judæorum, & Christianorum) *quia ipsi corrumpebant vaticinia de Mahumeto in libris suis. Quare vestitis veritatem vanitate? Indicat ea, quæ corruperunt in Pentateucho & Euangelio, per vanitatem, seu mendacium, quod didicerunt à Satana. Et absconditis veritatem, & vos scitis Mahumetum missum fuisse à Deo, & religionem ejus esse veram.*

LXXI. *Et dixit pars ex Scripturalibus*]. Nimirùm ut exponit Gelal, dixerunt Judæi ad alios Judæos: Credite, vel potiùs fingite, vos credere tempore matutino in Alcoranum: sed adveniente vespere, abnegate illum, asserentes vos non ampliùs credere in eum: ut Moslemi hoc videntes يقولوا ما رجع هولاء عنه بعد دخولهم فيه وهم اولوا علم الا لعلمهم بطلانه: *dicant*: Videtur meliùs ita vertendum. *Quid retraxit eos ab eo* (Alcorano seu fide Mahumeti). *postquam amplexi sunt eum, cùm sint præditi scientia, si scientia eorum non est vana?*

Non

Non rejiciunt hi illum (ideſt Alcoranum) *poſtquam crediderunt in eum, cùm ſint homines docti & ſapientes, niſi quia ſcientia eorum eſt vana*. Et per hoc dubitantes de veritate Alcorani ſui avertantur à credendo in eum. Ita etiam exponit Jahias.

LXXII. *Et ne credatis niſi illi, qui ſectatus fuerit religionem veſtram*]. Hæc verba ab Expoſitoribus tribuuntur Judæis, quibus jubetur reſpondere Mahumetus, Deum dirigere, quem vult, itaut poſſit concedere aliis gentibus prophetiam, & ſacros libros, ſicut conceſſit Judæis. Sequentia autem verba: *An diſputabunt vobiſcum &c* Jahias & Gelal tribuunt item Judæis, atque ita exponunt: ايغلبوكم المومنون عند ربكم يوم القيمة لا. لانكم اصلح دينا: *An Mahumetani vincent vos apud Dominum veſtrum in die Judicii? Nequaquam, quia religio veſtra melior eſt*. Reſpondet autem illis Mahumetus ea, quæ ſequuntur.

LXXIV. *Et ex Scripturalibus &c.*]. Affert Gelal exempla Abdallahi filii Salami, cui quidam concredidit, ſeu mutuò dedit mille ac ducentas uncias auri, ille verò eas ſuo tempore reſtituit: & Caabi filii Aſraphi, cui Coraiſita quidam mutuò dedit unum denarium, & illud negavit. Erant ambo Judæi.

Non eſt ſuper nos pro Idiotis jemita] ideſt juxta expoſitionem Gelalis & Jahiæ; non habemus legem, quæ cogat nos ad obſervandam juſtitiam cum Arabious (hi enim Idiotæ communiter appellabantur) itaut teneamur illis reſtituere, ſi quid mutuum, aut commodatum nobis dederint.

LXXVI. *Pactum Dei*] Explicat Gelal في الايمان بالنبي *pactum de credendo in Mahumetum* quod vendebant, ideſt violabant ob exiguum lucrum, recedendo à religione ejus; ſeu potius abſcondendo vaticinia Sacrarum Scripturarum de Mahumeto prō vili pretio.

LXXVII. *Declinant linguas ſuas &c.*] ideſt depravant Scripturas, perverse eas legendo ad occultanda vaticinia de Mahumeto. Ita Gelal.

LXXVIII. *Dominici*] Arabicè ربانيين exponit Gelal علماء عاملين *Doctores operantes* ideſt facientes ea quæ docent. Et addit قول لما قال النصارى نجران ان عيسى امرهم ان يتخذه ربا ولما طلب بعض المسلمين السجود له قيل : *Dicta ſunt hæc poſtquam Chriſtiani Nagerenſes dixerunt; Jeſum præcepiſſe ſibi, ut colerent eum tanquam Dominum: & poſtquam Moslemi quidam voluerunt adorare Mahumetum*.

LXXX. *Accepit Deus pactum Prophetarum*] ideſt pepigit, ſeu inivit pactum cum Prophetis. Sentire videtur Mahumetus cum Thalmudiſtis, animas omnium Prophetarum fuiſſe in monte Syna, quando lex Moyſi tradita fuit: ibique Deum eoſdem alloquutum fuiſſe, & oſtendiſſe illis futura tanquam præſentia.

Deinde venit ad vos Legatus]. Nimirùm Mahumetus, qui confirmaturus erat Pentateuchum, & alios ſacros libros jam traditos. Ita Gelal, & alii Expoſitores communiter.

LXXXIX. *Infideles fuerunt poſt fidem ſuam &c.*] loquitur de Judæis, qui ut ait Gelal كفروا بعيسى بعد ايمانهم بموسى وازدادوا كفرا بمحمد *increduli fuerunt in Jeſum, poſtquam crediderant in Moyſen: auxerunt autem infidelitatem ſuam, dum noluerunt credere in Mahumetum*.

REFUTATA.

I. INcuſat Mahumetus Chriſtianos & Judæos (nam utroſque complectitur hìc nomine Scripturalium, juxta expoſitionem Gelalis, Jahiæ, Thalebienſis, & aliorum interpretum) quòd hi Sacerdotes ſeu Pontifices ſuos, illi autem Monachos ſuos, quorum nomine Epiſcopos etiam, qui è monaſteriis plerumque accipiebantur, intelligit, tanquam Dominos ac Deos agnoſcant, & adorent. Diverſimodè cultum hunc, & adorationem Mahumetani ſapientes explicant: qua de re ita Thalebienſis in hoc loco: فقالت اليهود ما تريد الا ان نتخذك ربا كما اتخذت النصاري عيسي ربا فقالت النصاري ما تريد الا ان نقول فيك ما قالت اليهود في عزير فانزل الله تعالي يا اهل الكتاب تعالوا الي كلمة سواء عدل بيننا وبينكم الا نعبد الا الله ولا نتخذ بعضنا بعضا اربابا من دون الله كما فعلت اليهود في عزير والنصاري في المسيح : قال الله تعالي اتخذوا احبارهم ورهبانهم اربابا من دون الله والمسيح ابن مريم اي اطاعوهم في المعاصي وقال عكرمة هو سجودهم بعضهم لبعض وقيل معناه لا نطيع احدا في المعاصي : وفي الخبر من اطاع مخلوقا في معصية الله فكانما عبده سجدة لغير الله وقد قيل ولا نتخذ بعضنا بعضا اربابا من دون الله لا نستحل الاشيا بغير احلال الله ولا

ولا نحرّمها بتحريم غير الله ولا نجعل لغيره
الله الخضوع والتعظيم ما يجب لله وذلك
ان اهل الكتاب كانوا يحلّلون ويحرّمون بقول
الاحبار والرهبان ما لم يحرّمه الله ولا حلّله
ويجبون علي انفسهم طاعتهم ويحبرون امرهم
في ذلك ونهيهم مجري امر الله تعالي ونهيه :

Dixerunt Judæi (Mahumeto): Tu non vis, ut accipiamus te in Dominum, niſi ut acceperunt Chriſtiani Jeſum in Dominum. Dixerunt è converſo Chriſtiani: Tu non vis niſi ut dicamus de te id, quod dixerunt Judæi de Ezra. Tunc revelavit Deus hæc verba: O Scripturales, venite ad verbum æquale, ideſt ad conditionem juſtam inter nos & inter vos, ut non ſerviamus niſi Deo, & non accipiant alii noſtrum alios in dominos præter Deum, ſicut fecerunt Judæi circa Ezram, & Chriſtiani circa Chriſtum. Dixit Deus excelſus: Acceperunt Pontifices ſuos, & Monachos ſuos in dominos, & Chriſtum Filium Mariæ (Sura 9. §. 32.) ideſt: obedierunt illis in prævaricationibus legis divinæ. Et dixit Acrama: Hæc eſt adoratio eorum, qua alii alios adorant. Alii dicunt ſenſum eſſe: Ne obediamus ulli in tranſgreſſionibus legis divinæ. Nam vulgata eſt ſententia: Qui obedierit creaturæ alicui in tranſgreſſione legis divinæ, idem eſt ac ſi adoraret alium præter Deum. Alii ſic explicant: Et non accipiant alii alios in dominos præter Deum: ideſt non concedamus tanquam licitas res, quas Deus licitas non fecit, neque prohibeamus eas, niſi Deus prohibuerit: neque exhibeamus ulli, præter Deo ſubjectionem, & magnificentiam, quæ convenit Deo. Hoc autem dicitur, quia Judæi, & Chriſtiani concedebant, & prohibebant ad dictum Pontificum & Monachorum id, quod neque conceſſerat, neque prohibuerat Deus: & credebant, neceſſarium ſibi eſſe illis obedire: & ponebant in æquali gradu præceptum & prohibitionem eorum cum præcepto & prohibitione Dei. Hactenùs Thalebienſis.

Benè eſt, quòd Mahumetus conjungit cauſam Chriſtianorùm cum cauſa Judæorum: nam hoc pacto duplices teſtes habet impudentiæ ſuæ & mendacii ſui. Etenim quandonam vel Judæi Pontifices ſuos, vel Chriſtiani Monachos, ſeu Epiſcopos ſuos ita acceperunt in dominos, ut illos in cultu, adoratione, & obedientia Deo æquarent? Quandonam vel iſti, vel illi docuerunt populos, ut divinas leges tranſgrederentur, Deoque non obtemperarent? Quandonam licitum fecerunt id, quod Deus illicitum pronunciavit, vel illicitum, quod ille conceſſit? Quandò denique vel Judæi Ezræ divinitatem tribuerunt, vel Chriſtiani eodem cultu, quo Chriſtum, Monachos ſuos, vel Epiſcopos honoraverunt? Sunt hæc (ſaltem quod ad Chriſtianos attinet) apertiſſima mendacia, quæ totius orbis teſtimonio redargui poſſunt.

Cæterùm non negamus, Chriſtianos honorare, ſemperque honoraſſe Monachos, & multò magis Epiſcopos & Antiſtites ſuos: ſupra omnes verò Pontificem Romanum maximo quidem honore, non purè humano, ſed hieropolitico, ideſt non divino quamvis ſacro, quatenùs illos non ut ſupremos dominos vel Deos: ſed ut Domini, Deique Vicarios, & Miniſtros recognoſcunt, eodem ferè modo, quo Mahumetani olim Caliphas ſuos venerabantur, & nunc Sceriphas venerantur, omni tamen ſuperſtitione remota. Quòd ſi aliqua illis exhibent, quæ Deo etiam exhibentur, & præſertim adorationem, ſeu genuflexionem, non propterea Deos, vel Dominos illos eſſe profitentur. Nam multa, quæ Deo tribuuntur, videmus in ſacris literis etiam hominibus tribui, præſertim Regibus, ac Principibus, vel viris ſanctitate inſignibus, quos non ſolùm geniculatione, ſed etiam totius corporis proſtratione ab aliis hominibus abſque ullo piaculo adoratos fuiſſe legimus. Quin & Alcoranus ipſe affirmat, Angelos Dei juſſu Adamum adoraſſe, ut vidimus in Sura 2. Legimus præterea in ſacris literis, Angelos Dei vicem gerentes, ab hominibus juſtis adoratos fuiſſe, & præterea Dei nomine ineffabili decoratos. Ut patet Genes. cap. 18. & 19. Et Judic. cap. 6.

Alia verò expoſitio, nempè Chriſtianos colere Monachos, & Prælatos ſuos tanquam dominos ac Deos, eò quòd obediant illis præcipientibus aliquid contra legem Dei: impoſtura eſt & mendacium, & debet hoc probari, non inaniter jactari. Sunt ſanè quædam à Deo prohibita vel imperata, quæ natura ſua, neque actum virtutis, neque culpam ullam continent, niſi quatenùs à Deo prohibentur, vel imperantur, in obſequium ſui ex motivo alicujus virtutis, ut ex. gr. operari in Sabbato, celebrare feſta, mactare pecudes, abſtinere à cibis aliquibus, & alia hujuſmodi. In his tàm Chriſtiani, quàm Judæi, imò & ipſi Mahumetani, ſi id neceſſitas exigat, credunt ſe poſſe à ſuis Prælatis abſque ullo piaculo, tanquam divinæ legis interpretibus diſpenſari.

II. Gladio porrò ſuo ſe jugulat Mahumetus, dum contra Judæos & Chriſtianos ita ineptiſſimè argumentatur. Unaquæque gens debet diſſerere de his, quæ ſpectant ad propriam religionem, & in illis fides eſt ei adhibenda, & ſtandum eſt illius dictis. Vos autem diſceptatis de Abraham, qui ad vos nihil ſpectat; Abraham enim neque Judæus fuit, neque Chriſtianus, cùm præceſſerit multo tempore traditionem Pentateuchi & Euangelii: ergo in hoc nulla fides eſt vobis habenda; ſed tantùm in his, quæ pertinent ad Pentateuchum, quoad Judæos; & ad Euangelium, quoad Chriſtianos. Quid tibi videtur, Lector, de hoc acumine Chryſippeo? Mahumeto igitur nulla fides eſt habenda, dum blaterat de Abraham, de Pentateucho, & de Euangelio: hæc enim omnia fuerunt longè ante Mahumetum & Alcoranum: & conſequenter non ſpectant ad Mahumetum. Porrò ſi de Abraham loquamur, magis pertinet ad Judæos & Chriſtianos, utpotè eorum ætati propinquior, quàm ad Mahumetum.

tum. Et quidquid ſit de hoc, concedere ſaltem cogitur Mahumetus, in his quæ ſpectant ad Moyſen & Pentateuchum, Judæis: in his verò, quæ ad Chriſtum & Euangelium pertinent, Chriſtianis ſtandum eſſe, affirmat enim eoſdem *de his habere ſcientiam*.

III. Crambem recoquit, dum & Judæis Pentateuchi, & Chriſtianis Euangelii corruptelam imponit; & eos de vaticiniis ad Mahumetum ſpectantibus in utroque vel occultatis, vel abraſis redarguit. Hoc tàm impudens mendacium, quod in Alcorano ſexcenties repetitur, jam ſatis ſuprà detectum ac rejectum eſt: & ſatis erit illud deinceps tantummodò notare. Sed vide Prodr. partem pr. cap. 2. & ſeq. ubi de hoc argumento ex profeſſo agitur.

IV. Importuna eſt admonitio Mahumeti ad aſſeclas ſuos, ne accipiant Angelos & Prophetas in dominos, ſi per hoc intendat juxta Gelalem, Judæos & Chriſtianos ſugillare: ait enim

كما اتخذت الصابيـــة الملايكـــة واليهود

والنصارى عزيرا عيســـى: *ſicut acceperunt* in dominos *Sabæi Angelos*, *Judæi Ezram*, *& Chriſtiani Jeſum*. Quidquid ſit de Sabæis, ſeu Sabaitis; certum eſt, Judæos nunquam Ezram tanquam Deum, vel Dominum coluiſſe. Chriſtiani verò ſi hoc modo colunt Jeſum, non immeritò faciunt, cùm hic non ſit purus homo, vel ſimplex Propheta, ſed etiam Deus verus, ut alibi oſtendimus.

V. Quærimus à Mahumeto, quando nam Deus inierit pactum cum Prophetis de Mahumeto ipſo recipiendo, & adjuvando: & cum quibus Prophetis hoc pactum inierit? Dixi ſuperiùs illum fortaſsè hauſiſſe à Thalmudiſtis inſanam ipſorum opinionem, Deum in Monte Sina adduxiſſe unà cum Moyſe animas omnium Prophetarum etiam futurorum, & iiſdem leges, & præcepta dediſſe. Verùm, ut fabulam admitteremus, nullo tamen pacto admittendum eſſet, Deum aliquid Prophetis de Mahumeto præcepiſſe, niſi fortè ut illum tanquam nebulonem & impoſtorem agnoſcerent, & evitarent.

VI. Recinit næniam de ſacris voluminibus traditis Abrahæ, Iſmaeli, Iſaac, & aliis in textu enumeratis. Verùm hæc volumina neque extant, neque extiterunt unquam in rerum nàtura. Tenent autem communiter Mahumetani, libros ſacros à Deo traditos, fuiſſe centum & quatuor: nempè Pentateuchum Moyſis: Euangelium Chriſti: Pſalterium Davidis: Alcoranum Mahumeti: quinquaginta libros Setth: triginta Henoch: decem Abrahæ: decem item Adæ. Mirum verò, quòd cùm Alcoranus aſſerat traditos fuiſſe ſacros libros etiam Iſmaeli, & Iſaac, & Jacob, & Tribubus, & Prophetis; de his Doctores Moslemi mentionem nullam faciant. At verò Adæ, Setth, & Henoch, de quibus Alcoranus non meminit, illos attribuant. Mirum etiam, quòd cùm ipſi ſe ab Iſmaele prognatos, & illius religionis aſſeclas eſſe glorientur, nullum ex his libris, quos eidem Iſmaeli à Deo traditos eſſe affirmant, habeant quem oſtendere poſſint.

TEXTUS ALCORANI.

وو لن تنالوا البر حتي تنفقوا مما تحبون وما تنفقوا من شي فان الله به عليم ۞ وو كل الطعام
كان حلا لبني اسرايل الا ما حرم اسرايل علي نفسه من قبل ان تنزل التورية قل فاتوا بالتوراة
فاتلوها ان كنتم صادقين ۞ 94 فمن افتري علي الله الكذب من بعد ذلك فاولايك هم
الظالمون ۞ 95 قل صدق الله فاتبعوا ملة ابراهيم حنيفا وما كان من المشركين ۞ 96 ان اول
بيت وضع للناس للذي ببكة مبركا وهدي للعلمين ۞ 97 فيه ايات بينات مقام ابراهيم ومن
دخله كان امنا ولله علي الناس حج البيت من استطاع اليه سبيلا ومن كفر فان الله غني عن
العالمين ۞ 98 قل يا اهل الكتاب لم تكفرون بايات الله والله شهيد علي ما تعملون ۞
وو قل يا اهل الكتاب لم تصدون عن سبيل الله من امن تبغونها عوجا وانتم شهداء وما الله
بغافل عما تعملون ۞ 100 يا ايها الذين امنوا ان تطيعوا فريقا من الذين اوتوا الكتاب يردوكم
بعد ايمانكم كافرين ۞ 101 وكيف تكفرون وانتم تتلي عليكم ايات الله وفيكم رسوله
ومن يعتصم بالله فقد هدي الي صراط مستقيم ۞ 102 يا ايها الذين امنوا اتقوا الله حق تقيته

ولا تموتن الا وانتم مسلمون ۞ 103 واعتصموا بحبل الله جميعا ولا تفرقوا واذكروا نعمة الله
عليكم اذ كنتم اعداء فالف بين قلوبكم فاصبحتم بنعمته اخوانا وكنتم على شفا حفرة من
النار فانقذكم منها كذلك يبين الله لكم اياته لعلكم تهتدون ۞ 104 ولتكن منكم
امة يدعون الى الخير ويامرون بالمعروف وينهون عن المنكر واولايك هم المفلحون ۞ 105 ولا تكونوا
كالذين تفرقوا واختلفوا من بعد ما جاءهم البينات واولايك لهم عذاب عظيم ۞ 106 يوم تبيض
وجوه وتسود وجوه فاما الذين اسودت وجوههم اكفرتم بعد ايمانكم فذوقوا العذاب بما كنتم
تكفرون ۞ 107 واما الذين ابيضت وجوههم ففي رحمة الله هم فيها خالدون ۞ 108 تلك
ايات الله نتلوها عليك بالحق وما الله يريد ظلما للعالمين ۞ 109 ولله ما في السموات وما في
الارض والى الله ترجع الامور ۞ 110 كنتم خير امة اخرجت للناس تامرون بالمعروف وتنهون عن
المنكر وتومنون بالله ولو امن اهل الكتاب لكان خيرا لهم منهم المومنون واكثرهم
الفاسقون ۞ 111 لن يضروكم الا اذى وان يقاتلوكم يولوكم الادبار ثم لا ينصرون ۞
112 ضربت عليهم الذلة اين ما ثقفوا الا بحبل من الله وحبل من الناس وباءو بغضب من الله
وضربت عليهم المسكنة ذلك بانهم كانوا يكفرون بايات الله ويقتلون الانبياء بغير حق ذلك بما
عصوا وكانوا يعتدون ۞ 113 ليسوا سواء من اهل الكتاب امة قايمة يتلون ايات الله اناء الليل
وهم يسجدون ۞ 114 يومنون بالله واليوم الاخر ويامرون بالمعروف وينهون عن المنكر ويسارعون في
الخيرات واولايك من الصالحين ۞ 115 وما تفعلوا من خير فلن تكفروه والله عليم بالمتقين ۞
116 ان الذين كفروا لن تغني عنهم اموالهم ولا اولادهم من الله شيا واولايك اصحاب النار هم
فيها خالدون ۞ 117 مثل ما ينفقون في هاذه الحيوة الدنيا كمثل ريح فيها صر اصابت حرث
قوم ظلموا انفسهم فاهلكته وما ظلمهم الله ولكن انفسهم يظلمون ۞ 118 يا ايها الذين امنوا لا
تتخذوا بطانة من دونكم لا يالونكم خبالا ودوا ما عنتم قد بدت البغضاء من افواههم وما تخفي
صدورهم اكبر قد بينا لكم الايات ان كنتم تعقلون ۞ 119 ها انتم اولاء تحبونهم ولا يحبونكم
وتومنون بالكتاب كله واذا لقوكم قالوا امنا واذا خلوا عضوا عليكم الانامل من الغيظ قل موتوا
بغيظكم ان الله عليم بذات الصدور ۞ 120 ان تمسسكم حسنة تسوهم وان تصبكم سيية
يفرحوا بها وان تصبروا وتتقوا لا يضركم كيدهم شيا ان الله بما يعملون محيط ۞ 121 واذ غدوت
من اهلك تبوي المومنين مقاعد للقتال والله سميع عليم ۞ 122 اذ همت طايفتان منكم ان
تفشلا والله وليهما وعلى الله فليتوكل المومنون ۞ 123 ولقد نصركم الله ببدر وانتم اذلة فاتقوا
الله لعلكم تشكرون ۞ 124 اذ تقول للمومنين الن يكفيكم ان يمدكم ربكم بثلثة الاف

من

مِنَ ٱلْمَلَٰٓئِكَةِ مُنزَلِينَ ۞ 125 بَلَىٰٓ إِن تَصْبِرُوا۟ وَتَتَّقُوا۟ وَيَأْتُوكُم مِّن فَوْرِهِمْ هَٰذَا يُمْدِدْكُمْ رَبُّكُم
بِخَمْسَةِ ءَالَٰفٍ مِّنَ ٱلْمَلَٰٓئِكَةِ مُسَوِّمِينَ ۞ 126 وَمَا جَعَلَهُ ٱللَّهُ إِلَّا بُشْرَىٰ لَكُمْ وَلِتَطْمَئِنَّ قُلُوبُكُم بِهِۦ
وَمَا ٱلنَّصْرُ إِلَّا مِنْ عِندِ ٱللَّهِ ٱلْعَزِيزِ ٱلْحَكِيمِ ۞ 127 لِيَقْطَعَ طَرَفًا مِّنَ ٱلَّذِينَ كَفَرُوٓا۟ أَوْ يَكْبِتَهُمْ
فَيَنقَلِبُوا۟ خَآئِبِينَ ۞ 128 لَيْسَ لَكَ مِنَ ٱلْأَمْرِ شَىْءٌ أَوْ يَتُوبَ عَلَيْهِمْ أَوْ يُعَذِّبَهُمْ فَإِنَّهُمْ ظَٰلِمُونَ ۞
129 وَلِلَّهِ مَا فِى ٱلسَّمَٰوَٰتِ وَمَا فِى ٱلْأَرْضِ يَغْفِرُ لِمَن يَشَآءُ وَيُعَذِّبُ مَن يَشَآءُ وَٱللَّهُ غَفُورٌ رَّحِيمٌ ۞
130 يَٰٓأَيُّهَا ٱلَّذِينَ ءَامَنُوا۟ لَا تَأْكُلُوا۟ ٱلرِّبَوٰٓا۟ أَضْعَٰفًا مُّضَٰعَفَةً وَٱتَّقُوا۟ ٱللَّهَ لَعَلَّكُمْ تُفْلِحُونَ ۞ 131 وَٱتَّقُوا۟
ٱلنَّارَ ٱلَّتِىٓ أُعِدَّتْ لِلْكَٰفِرِينَ ۞ 132 وَأَطِيعُوا۟ ٱللَّهَ وَٱلرَّسُولَ لَعَلَّكُمْ تُرْحَمُونَ ۞ 133 وَسَارِعُوٓا۟ إِلَىٰ
مَغْفِرَةٍ مِّن رَّبِّكُمْ وَجَنَّةٍ عَرْضُهَا ٱلسَّمَٰوَٰتُ وَٱلْأَرْضُ أُعِدَّتْ لِلْمُتَّقِينَ ۞ 134 ٱلَّذِينَ يُنفِقُونَ فِى ٱلسَّرَّآءِ
وَٱلضَّرَّآءِ وَٱلْكَٰظِمِينَ ٱلْغَيْظَ وَٱلْعَافِينَ عَنِ ٱلنَّاسِ وَٱللَّهُ يُحِبُّ ٱلْمُحْسِنِينَ ۞ 135 وَٱلَّذِينَ إِذَا فَعَلُوا۟
فَٰحِشَةً أَوْ ظَلَمُوٓا۟ أَنفُسَهُمْ ذَكَرُوا۟ ٱللَّهَ فَٱسْتَغْفَرُوا۟ لِذُنُوبِهِمْ وَمَن يَغْفِرُ ٱلذُّنُوبَ إِلَّا ٱللَّهُ وَلَمْ يُصِرُّوا۟ عَلَىٰ مَا
فَعَلُوا۟ وَهُمْ يَعْلَمُونَ ۞ 136 أُو۟لَٰٓئِكَ جَزَآؤُهُم مَّغْفِرَةٌ مِّن رَّبِّهِمْ وَجَنَّٰتٌ تَجْرِى مِن تَحْتِهَا ٱلْأَنْهَٰرُ خَٰلِدِينَ
فِيهَا وَنِعْمَ أَجْرُ ٱلْعَٰمِلِينَ ۞ 137 قَدْ خَلَتْ مِن قَبْلِكُمْ سُنَنٌ فَسِيرُوا۟ فِى ٱلْأَرْضِ فَٱنظُرُوا۟ كَيْفَ
كَانَ عَٰقِبَةُ ٱلْمُكَذِّبِينَ ۞ 138 هَٰذَا بَيَانٌ لِّلنَّاسِ وَهُدًى وَمَوْعِظَةٌ لِّلْمُتَّقِينَ ۞ 139 وَلَا تَهِنُوا۟ وَلَا
تَحْزَنُوا۟ وَأَنتُمُ ٱلْأَعْلَوْنَ إِن كُنتُم مُّؤْمِنِينَ ۞ 140 إِن يَمْسَسْكُمْ قَرْحٌ فَقَدْ مَسَّ ٱلْقَوْمَ قَرْحٌ مِّثْلُهُۥ
وَتِلْكَ ٱلْأَيَّامُ نُدَاوِلُهَا بَيْنَ ٱلنَّاسِ وَلِيَعْلَمَ ٱللَّهُ ٱلَّذِينَ ءَامَنُوا۟ وَيَتَّخِذَ مِنكُمْ شُهَدَآءَ وَٱللَّهُ لَا يُحِبُّ
ٱلظَّٰلِمِينَ ۞ 141 وَلِيُمَحِّصَ ٱللَّهُ ٱلَّذِينَ ءَامَنُوا۟ وَيَمْحَقَ ٱلْكَٰفِرِينَ ۞ 142 أَمْ حَسِبْتُمْ أَن تَدْخُلُوا۟
ٱلْجَنَّةَ وَلَمَّا يَعْلَمِ ٱللَّهُ ٱلَّذِينَ جَٰهَدُوا۟ مِنكُمْ وَيَعْلَمَ ٱلصَّٰبِرِينَ ۞ 143 وَلَقَدْ كُنتُمْ تَمَنَّوْنَ ٱلْمَوْتَ مِن
قَبْلِ أَن تَلْقَوْهُ فَقَدْ رَأَيْتُمُوهُ وَأَنتُمْ تَنظُرُونَ ۞ 144 وَمَا مُحَمَّدٌ إِلَّا رَسُولٌ قَدْ خَلَتْ مِن قَبْلِهِ ٱلرُّسُلُ
أَفَإِي۟ن مَّاتَ أَوْ قُتِلَ ٱنقَلَبْتُمْ عَلَىٰٓ أَعْقَٰبِكُمْ وَمَن يَنقَلِبْ عَلَىٰ عَقِبَيْهِ فَلَن يَضُرَّ ٱللَّهَ شَيْـًٔا وَسَيَجْزِى ٱللَّهُ
ٱلشَّٰكِرِينَ ۞ 145 وَمَا كَانَ لِنَفْسٍ أَن تَمُوتَ إِلَّا بِإِذْنِ ٱللَّهِ كِتَٰبًا مُّؤَجَّلًا وَمَن يُرِدْ ثَوَابَ ٱلدُّنْيَا
نُؤْتِهِۦ مِنْهَا وَمَن يُرِدْ ثَوَابَ ٱلْءَاخِرَةِ نُؤْتِهِۦ مِنْهَا وَسَنَجْزِى ٱلشَّٰكِرِينَ ۞ 146 وَكَأَيِّن مِّن نَّبِىٍّ قَٰتَلَ مَعَهُۥ
رِبِّيُّونَ كَثِيرٌ فَمَا وَهَنُوا۟ لِمَآ أَصَابَهُمْ فِى سَبِيلِ ٱللَّهِ وَمَا ضَعُفُوا۟ وَمَا ٱسْتَكَانُوا۟ وَٱللَّهُ يُحِبُّ ٱلصَّٰبِرِينَ ۞
147 وَمَا كَانَ قَوْلَهُمْ إِلَّآ أَن قَالُوا۟ رَبَّنَا ٱغْفِرْ لَنَا ذُنُوبَنَا وَإِسْرَافَنَا فِىٓ أَمْرِنَا وَثَبِّتْ أَقْدَامَنَا وَٱنصُرْنَا
عَلَى ٱلْقَوْمِ ٱلْكَٰفِرِينَ ۞ 148 فَـَٔاتَىٰهُمُ ٱللَّهُ ثَوَابَ ٱلدُّنْيَا وَحُسْنَ ثَوَابِ ٱلْءَاخِرَةِ وَٱللَّهُ يُحِبُّ
ٱلْمُحْسِنِينَ ۞

VERSIO LATINA.

الجزء الرابع
Pars Quarta.

92. NUnquam accipietis juſtitiam, donec erogetis in eleemoſynam ex eo, quod diligitis. Quidquid verò erogabitis, utique Deus illud ſciet. 93. Omnis cibus fuit licitus filiis Iſrael, præter eum, quem prohibuit Iſrael ſuper animam ſuam (*ideſt ſibi ipſi*) antequam demitteretur Pentateuchus. Dic *Judæis*: Afferte porrò Pentateuchum, & legite illum, ſi eſtis veraces. 94. Qui ergo commentus fuerit adverſus Deum mendacium poſt hoc, hi erunt Iniqui. 95. Dic: Verax eſt Deus: ſequimini ergo ſectam Abrahæ orthodoxi: & non fuit *Abraham* ex Aſſociantibus. 96. Certè prima domus (*ideſt templum*) quæ conſtituta eſt hominibus, ſanè fuit illa, quæ eſt in Becca: benedicta, & directio Mundis. (*ideſt omnibus creaturis*). 97. In ea *ſunt* ſigna manifeſta: locus in quo ſtetit Abraham, & qui ingreſſus fuerit in eam, erit ſecurus. Et Deo *debetur* ab hominibus peregrinatio hujus domus, qui potuerint ad illam proficiſci. Et qui incredulus fuerit: certè Deus dives eſt ſine Mundis (*ideſt nullis indiget creaturis*). 98. Dic: O Scripturales, quare non creditis in ſigna Dei (*ideſt in Alcoranum?*) Atqui Deus teſtis eſt ſuper id, quod facitis. 99. Dic: O Scripturales, quare excluditis à ſemita Dei eum, qui credidit? Quæritis eam diſtorquere, & vos teſtes eſtis *eſſe rectam*: ſed Deus non erit negligens pro eo, quod operamini (*ideſt puniet vos pro eo*). 100. O qui crediderunt, ſi obedieritis parti ex iis, quibus traditus eſt Liber, reddent vos poſt fidem veſtram infideles. 101. Et quomodò increduli eritis, cùm vobis legantur ſigna Dei, & in vobis ſit legatus ejus? Porrò qui firmiter tenuerit ſe cum Deo, profectò jam dirigetur ad viam rectam. 102. O qui crediderunt, timete Deum veritate timoris ejus: & nullo modo moriamini, niſi & vos ſitis Moslemi. 103. Et firmiter apprehendite funem Dei univerſim (*ideſt univerſam religionem Dei*): & ne ſeparetis vos *ab eo*: & mementote gratiæ Dei erga vos, *nam* cùm eſſetis hoſtes, poſuit unionem inter corda veſtra; & facti eſtis per gratiam ejus fratres: & eratis ſuper labium foveæ ignis (*ideſt gehennæ*), & liberavit vos ab ea. Ita declarat Deus vobis ſigna ſua, ut vos dirigamini. 104. Et ſit ex vobis gens, *quæ* vocent ad Optimum (*ideſt religionem Eslam*): & præcipiant juſtum & prohibeant ab injuſto: & illi *qui hæc fecerint* erunt felices. 105. Et ne ſitis, ſicut illi, qui diviſi ſunt, & diſſenſerunt *in religione ſua*, poſtquam venerunt ad eos argumenta manifeſta (*ideſt Judæi & Chriſtiani*). Verùm his erit tormentum magnum. 106. Die *quadam* albeſcent facies, & nigreſcent facies. Porrò illis, quorum nigreſcent facies, *dicet Deus*: An ad infidelitatem rediſtis poſt fidem veſtram? Igitur guſtate pœnam ob id, quòd fuiſtis infideles. 107. At verò illi, quorum albæ fuerint facies, erunt in miſericordia Dei, ipſi in ea perpetuò manſuri. 108. Iſta ſunt ſigna Dei: recitamus ea tibi cum veritate. Et Deus non vult iniquè tractare Mundos. (*ideſt ullam creaturam*). 109. Et Dei eſt id, quod in Cœlis, & quod in terra *reperitur*: & ad Deum reducentur vel *omnes in die Judicii*. 110. Eſtis, *ò Arabes*, optima gens, literaliter *optimum gentis*, quæ producta fuerit hominibus: præcipitis juſtum, & prohibetis ab injuſto, & creditis in Deum. Et ſi credidiſſent Scripturales, certè fuiſſet melius ipſis. Ex iis ſunt credentes; (*ideſt aliqui qui credunt*): ſed plerique eorum ſunt prævaricantes (*ideſt infideles*). 111. Non nocebunt vobis *Judæi*, niſi læſione *aliqua levi*: & ſi pugnaverint contra vos, obvertent vobis terga; tum non adjuvabuntur. 112. Conjecta eſt ſuper eos abjectio ubicunque deprehenſi fuerint; præterquam cum fune à Deo, & fune ab hominibus: & regreſſi ſunt cum ira à Deo, & conjecta eſt ſuper eos inopia. Hoc, quia ipſi noluerunt credere in ſigna Dei, & occiderunt Prophetas injuſtè: hoc, quia rebelles fuerunt, & tranſgreſſi ſunt. 113. Non ſunt *tamen Scripturales omnes* æquales. Ex Scripturalibus eſt gens recta: meditantur ſigna Dei temporibus noctis, & ipſi adorant. 114. Credunt in Deum, & diem noviſſimum; & præcipiunt juſtum, & prohi-

prohibent ab injuſto: & certatim ſatagunt in bonis *operibus*: & hi ſunt ex probis. 115. Et quod facient de bono, nequaquam fraudabuntur eo (*ideſt mercede illius in die Judicii*): nam Deus eſt cognitor timentium ſe. 116. Porrò qui infideles fuerint, nullo modo proderunt illis facultates eorum, neque filii eorum apud Deum quidquam: & hi erunt ſocii Ignis: ipſi in eo perpetuò manſuri. 117. Similitudo illius, quod erogant in hac vita mundana, eſt ſicut ſimilitudo venti, in quo ſit frigus urens: incidit in ſatum hominum, qui inique egerant contra animas ſuas; & peſſumdedit illum: & non iniquè tractavit eos Deus, ſed *ipſi* ſe iniquè tractabunt. 118. O qui crediderunt, ne accipiatis intrinſecam amicitiam *cum aliis extraneis*, præter vos: *quia* non omittent vos corrumpere. Optaverunt id, quo malè periretis: jam apparuit odium ex oribus eorum: ſed quod occultant pectora eorum gravius eſt. Jam demonſtravimus vobis ſigna *hoſtilitatis eorum*, ſi intellexiſtis. 119. Ecce vos illi, amatis eos, & *ipſi* non amant vos: & creditis in librum totum (*ideſt in omnes libros ſacros eorum, cùm ipſi non credant in Alcoranum veſtrum*): & cùm occurrerint vobis, dicunt: Credidimus: Cùm autem clam convenerint, mordent contra vos extremos digitos ſuos ob iram. Dic *illis*: Morimini in ira veſtra: ſanè Deus ſciens eſt eſſentiam pectorum. 120. Si attigerit vos bonum, contriſtabit eos: ſi verò acciderit vobis malum, lætabuntur de eo. At ſi patientes fueritis, & timueritis *Deum*, non nocebit vobis aſtus eorum quidquam, quippè Deus id, quod faciunt, eſt comprehendens *ſcientia ſua*. 121. Et *memento*, cùm diluculò egreſſus fuiſti à familia tua, ut parares fidelibus caſtra ad præliandum: & Deus *erat* audiens, ſciens. 122. Cùm anxiè cogitaverunt duæ cohortes ex vobis, ut recederent *à prælio*: Deus autem fuit adjutor utriuſque, & in Deo confidant fideles. 123. Et jam quidem adjuvit vos Deus in Bedro, & vos inferiores *eratis hoſtibus numero*. Timete itaque Deum, ut vos grati ſitis. 124. Cùm dicebas fidelibus: An non ſufficit vobis, quòd corroboret vos Dominus veſter tribus millibus Angelorum *è Cœlo* demiſſorum? 125. Utique *ſufficit vobis*. Si tolerantes fueritis, & timueritis *Deum*, & venerint ad vos *hoſtes* à fervore ſuo hoc (*ideſt repentè*): ſuppetias feret vobis Dominus veſter quinque millibus Angelorum ſignatorum. 126. Et non poſuit hoc *auxilium* Deus, niſi ad fauſtum nuncium vobis, & ut fiduciam conciperent corda veſtra per hoc. Et non eſt auxilium niſi à Deo Præpotente, Sapiente. 127. Ut abſcinderet extremitatem ex eis, qui erant infideles (*ideſt perderet eos penitùs*) aut dejiceret eos, & ſubverterentur fatigati (*Nihil ad munus tuum pertinet*). 128. Non eſt tibi de negocio quidquam, ſive convertatur *Deus* ſuper eos, ſive puniat eos: Certè ipſi ſunt iniqui. 129. Et Dei eſt, quod in cœlis & quod in terra *exiſtit*: parcet cui voluerit, & puniet quem voluerit: & Deus eſt parcens, miſericors. 130. O qui crediderunt, ne comedatis uſuram duplicationibus duplicatis: & timete Deum, ut vos felices ſitis. 131. Et timete Ignem, qui præparatus eſt Infidelibus. 132. Et obedite Deo, & Legato, ut vos miſericordiam conſequamini. 133. Et certatim feſtinate ad indulgentiam *obtinendam* à Domino veſtro; & ad Paradiſum, cujus latitudo *æquat* Cœlos & terram; præparatus eſt piis. 134. Qui erogant eleemoſynas in proſperitate, & adverſitate: & compeſcentibus iram, & ignoſcentibus hominibus: & Deus amat benefacientes. 135. Et qui poſtquam perpetraverint flagitium, aut iniquè tractaverint animas ſuas, recordati fuerint Dei, & veniam petierint delictis ſuis (& quis ignoſcet delicta niſi Deus?) Et non perſeveraverint in eo, quod fecerunt, & ipſi ſcierint (*ideſt ſcienter*). 136. Horum retributio erit indulgentia à Domino ipſorum, & horti ſubtus quos currunt flumina: ſemper moraturi ſunt in eis: & euge merces operantium. 137. Jam præterierunt ante vos ſtatuta *Dei circa pœnam infidelium*: itaque perambulate terram, & videte quomodò fuerit finis inſimulantium mendacii *Legatos Dei*. 138. Hic *Alcoranus* eſt declaratio hominibus, & directio, & exhortatio piis. 139. Et ne concidatis animo, neque contriſtemini: nam vos ſuperiores *eritis Infidelibus*, ſi fueritis fideles. 140. Si tetigerit vos ulcus (*ideſt ſi vulnerati fueritis in bello*) jam porrò

tetigit gentem *infidelem* ulcus ſicut illud: & hos dies faciemus ſuccedere pervices inter homines: & ut cognoſcat Deus eos, qui crediderunt, & aſſumat ex vobis teſtes (*ideſt martyres*): & Deus non amat iniqua agentes. 141. Et ut probet Deus eos, qui crediderunt, & perdat infideles. 142. An putaſtis, quòd ingreſſuri eſſetis Paradiſum, cùm nondum noverit Deus eos, qui decertaverint ex vobis, & *nondum* cognoverit patienter ſuſtinentes. 143. Et jam porrò optabatis mortem, antequam obviam haberetis eam. Sed jam vidiſtis eam, & vos *eam* intuebamini, *ſed fugiſtis eam*. 144. Et non eſt Mahumetus niſi legatus: jam præterierunt ante eum legati: an ergo ſi moriatur, aut occidatur, convertemini ſuper calcaneos veſtros (*ideſt redibitis ad infidelitatem?*) At, qui converſus fuerit ſuper calcaneos ſuos, non utique nocebit Deo quidquam: & mox remunerabit Deus gratias agentes. 145. Et non eſt animæ (*ideſt hominis*, ut moriatur niſi per nutum Dei, *prout ſcriptum fuerit* in libro metas rerum continente. Et qui voluerit mercedem hujus mundi, dabimus illi ex eo: qui autem voluerit mercedem futuri ſæculi, dabimus illi ex eo: & mox remunerabimus gratias agentes. 146. Et quot ex Prophetis (*ideſt quot Prophetæ*) pugnaverunt cum quo erant myriades multæ *pugnantium*: nec tamen deſponderunt animum ob id, quod acciderat eis in ſemita Dei: & non ſunt infirmati, neque ſeſe abjectè geſſerunt? Et Deus amat patienter ſuſtinentes. 147. Et non fuit ſermo eorum, niſi quòd dixerunt: Domine noſter parce nobis delicta noſtra, & tranſgreſſiones noſtras in negotio noſtro: & firma pedes noſtros, & adjuva nos contra gentes infideles. 148. Et dedit eis Deus præmium hujus mundi, & pulchritudinem præmii ſæculi noviſſimi: & Deus amat benefacientes.

NOTÆ.

LCIII. *Ræter eum, quem prohibuit Iſrael &c.*] Explicat Gelal. وهو الابل لما حصل له عرق النساء فنذر ان شفى لا ياكلها فحرّم عليهم : cibus iſte, quem interdixit ſibi Iſrael ſive Jacob, *fuit camelus: cùm enim adveniſſet illi morbus ſciaticus, vovit, ſi convaluiſſet, ſe non comeſturum ex eo; & ideò prohibitus fuit illis*, nempè Iſraclitis. Cauſam autem huic verſiculo dedit Auctore eodem Gelale: لما قال اليهود انك تزعم انك على ملّة ابراهيم وكان لا ياكل لحوم الابل والبانها : *quia dicebant Judæi Mahumeto: Tu jactas te eſſe in religione Abrahæ: atqui Abraham non veſcebatur carnibus, neque lacte Cameli.* Jahias etiam refert ex Haſano, Jacobum non ſolùm carnes, ſed etiam lac Cameli ſibi interdixiſſe.

Afferte porrò Pentateuchum]. Nimirùm ut cognoſcatis ex eo Iſraelem abſtinuiſſe à Camelo: Addit Gelal: فبهتوا ولم ياتوا بها *illi verò attoniti remanſerunt, nec attulerunt Pentateuchum*, quia ſcilicet ſciebant hoc ſcriptum eſſe in Pentateucho, neque poterant illud negare.

XCVI. *Certè prima domus &c.*] Gelal. نزل لما قالوا قبلتنا قبل قبلتكم : *hæc revelata ſunt, quandò dixerunt Judæi* Mahumetanis: *Locus orationis noſtræ eſt antiquior veſtro.*

In Becca] ideſt in Mecca, dialecto Meccana, qua Littera, B. pro M, uſurpatur. De hac domo, ſeu delubro, & Urbe Mecca ita fabulatur hic Gelal: سميت بذلك لانها تبك اعناق الجبابرة اى تدقها بناه الملايكة قبل خلق ادم ووضع بعده الاقسى وما بينهما اربعون سنة كما فى حديث الصحيحين وفى حديث انه اول ما ظهر على وجه الماء عند خلق السموات والارض زبدة بيضا : فدحت الارض من تحتها *vocata eſt Becca* (à verbo Arabico بكّ quod ſignificat conterere) *quia in ea contrita ſunt colla gigantum. Ædificaverunt autem hanc domum Meccanam Angeli ante creationem Adæ & poſteà poſiti ſunt termini terræ poſt quadraginta annos: ſicut habetur in relatione duorum Sabiorum. Et in alia relatione habetur, illam fuiſſe primam rem, quæ apparuit ſuper faciem aquarum in creatione Cœli & Terræ, in figura ſpumæ albæ, ſub qua terra delitescebat.* Jahias opinatur dictam fuiſſe Beccam, quia ibi ſeſe comprimunt, & quòd admodùm conterant homines peregrini ob magnam multitudinem confluentium.

XCVII. *In ea ſunt ſigna manifeſta*] Ita hæc ſigna recenſet Gelal الحجر الذى قام عليه ابراهيم عند بناء البيت فاثر قدماه فيه وبقى الى الان مع تطاول الزمان وتداول الايدى عليه ومنها تضعيف الحسنات فيه وان الطير لا تعلوه ومن دخله كان امنًا

امنًا لا يتعرض عليه بقتل وظلم او غير ذلك :

Lapis ſuper quem ſtetit Abraham dum ædificaretur Domus, in quo ſunt veſtigia pedum ejus, quæ permanent uſque hodiè poſt tam longum tempus, & aſſiduam manuum attrectationem. Præterea ibi bona creſcunt in duplum, & aves non aſcendunt ſuper eam: qui verò ingrediuntur in eam, ſecuri ſunt à cæde & injuria, & aliis hujuſmodi noxis.

C. *Si obedieritis parti &c.*] Sermo eſt de Judæis, qui, ut ait Gelal, ſtudebant ſerere diſſidia inter aſſeclas Mahumeti, præſertim inter Lauſinos, & Chazragenos, ob invidiam concordiæ & pacis eorum.

CVI. *Die quadam albeſcent facies*] Communis expoſitio eſt de die Judicii ſupremi, in qua fidelium facies albæ erunt, infidelium autem nigræ.

CXII. *Præterquam cum fune à Deo & fune ab hominibus*]. Exponit Gelal. بعهد الله والمومنين اليهم بالامان على اداء الجزية اى لا عصمة لهم غير ذلك : *cum pacto ſecuritatis à Deo, & à fidelibus cum conditione ut ſolvant ipſis tributum: nimirùm ſine hoc nunquam & nuſquam erunt ſecuri.*

CXXI. *Cùm diluculò egreſſus fuiſti*]. Putant communiter Expoſitores agi hoc loco de prælio, quod geſſit Mahumetus in Ohod, qui eſt mons prope Medinam. Ita autem refert hoc prælium Georgius Almacinus in hiſtoria Arabica lib. 1. *Hoc anno* (nempè 3. Hegiræ) *commiſsum eſt prælium die Sabbati circa medium menſis Scevал: & occupavit Mahumetus montem* (Ohod) *prope Medinam. Erant autem hoſtium infidelium tria millia peditum, ducenti equites, tria millia camelorum, & quindecim mulieres. Horum dux erat Abu-Sophian filius Harethi. Numerus autem Moslemorum erat mille. Et primò quidem vicerunt Moslemi: deinde verò infideles, qui ſeptuaginta Moslemos occiderunt: Dies autem hic infauſtus fuit, quo Mahumetus ipſe prælio interfuit: jaculatuſque eſt in eum Otua filius Abu Mogheidi; & fregit dentem ejus inciſorium dexterum, & vulneravit labium ejus inferius. Abdallahus quoque filius Scehabi frontem ejus ſauciavit. Vulnerata eſt quoque maxilla ejus ſuperior, duoque dentes ejus exciderunt. Infidelium autem occiſi ſunt viginti duo.* Hactenùs Almacinus fideliter ex Arabico translatus, cum quo ferè conveniunt cæteri Chronologi, & Expoſitores Mahumetani.

CXXIII. *Adjuvit vos Deus in Bedro*] Eſt hic locus inter Meccam & Medinam, ubi Mahumetus cum ſuis graſſatorum ac prædonum more mercatores Coraiſitas contribules ſuos è Syria redeuntes invaſit. Vide ſuprà.

CXXIV. *Tribus millibus Angelorum*]. Notat hìc Gelal. وفى سورة الانفال بالف لانه مدّهم اولًا بها ثم صارت ثلاثة ثم صارت خمسة كما قال تعالى : *In Sura de ſpoliis habetur, miſsos fuiſse mille Angelos, quia primò adjuvit eos mille Angelis: deinde facta ſunt tria millia; poſtremò facta ſunt quinque millia ſicut dicit Deus in* Alcorano. Videtur hinc colligi poſſe, miſſos fuiſſe novies mille Angelos ad occidendos ſeptuaginta hoſtes, & totidem capiendos.

CXXV. *Angelorum ſignatorum*]. ideſt variis ſignis diſtinctorum. Nam, ut ait Gelal.: فاتلت معهم الملايكة على خيل بلق عليهم عمايم صفرا وبيض ارسلوها بين اكتافهم : *pugnaverunt cum illis Angeli ſuper equos albo nigroque colore diſtinctos, geſtantes cydares albas & flavas cum tæniis inter ſcapulas pendentibus.*

CXXVIII. *Nihil ad munus tuum pertinet*]. Revelata ſunt hæc (inquit Gelal) لما كسرت رباعيه صلى الله عليه وسلم يوم احد وتتح وجهه وقال كيف يفلح قوم خضبوا نبيهم بالدم : *poſtquam excuſsus eſt dens Mahumeti caninus in prælio Ohod, & diſciſsa fuit facies ejus, & ipſe dixit: Quomodò proſperabuntur illi, qui fœdaverunt ſanguine Prophetam ſuum?* Vide de prælio Bedrenſi & Ohodenſi quæ dicta ſunt in Vita Mahumeti cap. 16. p. 24.

CXXX. *Ne comedatis uſuram duplicationibus duplicatis*]. Explicat Gelal ويان تزيدوا فى المال عند حلول الاجل وتوخروا الطلب : *itaut augeatis lucrum, cùm advenerit tempus ſolutionis capitalis ob dilationem, quam conceditis ad ſolvendum.*

CXXXVII. *Jam præterierunt ante vos ſtatuta Dei*]. ideſt exempla, quibus Deus diù expectavit infideles & impios, & demum punivit eos. Ita Gelal.

CXL. *Si tetigerit vos ulcus*]. ideſt ſi vulnerati fuiſtis in prælio Ohodenſi, vel alio: etiam infideles hoſtes veſtri vulnerati ſunt, præſertim in Bedro. Et hæ viciſſitudines, in quibus fideles modò vincunt, modò vincuntur ſunt à Deo, qui per hoc vult probare veros fideles & concedere illis martyrium. Ita Gelal.

CXLIV. *Et non eſt Mahumetus niſi legatus*]. Gelal. نزل فى هزيمتهم لما اشيع ان النبى قتل وقال لهم المنافقون ان كان قتل فارجعوا الى دينكم : *revelata ſunt hæc in clade & profligatione Mahumetanorum* (in Ohod), *cùm increvit rumor, occiſum fuiſſe Mahumetum: dixeruntque eis infideles: Si occiſus eſt, redite ad religionem veſtram priorem.*

REFUTATA.

I. NOn eſt diſſimulanda vulpina Mahumeti fraus, verſutia, & hypocriſis, qui toties in Alcorano eleemoſynam, & pecuniarum profuſionem præcipiat, vel commendet, præſertim في سبيل الله *pro ſemita Dei*: ideſt pro ſuſtinendis præliis ad dilatandam, vel defendendam religionem ſuſceptis. Sub hac ſpecioſiſſima larva Mahumetus latrocinia ſua veriùs, quàm bella exercebat. Et quia ad tot certamina pro tyrannidis ſuæ dilatatione conficienda, pecuniæ innumeræ requirebantur: ideò has ſub religionis & eleemoſynæ titulo è ſuorum marſupiis conabatur extorquere.

II. Licèt non ſit concedendum, omnem cibum licitum fuiſſe filiis Iſrael ante traditum Pentateuchum, cùm ſaltem à ſanguine atque etiam à carne cum ſanguine admixta debuiſſent abſti-

abſtinere, ob præceptum divinum factum filiis Noe: ut tamen hoc concederemus, non eſſet admittendum, Jacobum interdixiſſe ſibi carnem & lac cameli ob votum emiſſum in morbo ſciatico, quemadmodùm Mahumetus mentitur, ſcriptum eſſe in Pentateucho. Sed huic Expoſitorum potiùs, quàm Mahumeti fabulæ occaſionem præbuiſſe videtur illud, quod legimus in Geneſi cap. 32., nempè Angelum noctu luctantem cum Jacobo, tetigiſſe nervum femoris ejus, qui emarcuit, nimirùm contractus ac debilitatus eſt, quamobrem pede altero claudicabat. *Hanc ob cauſam* (inquit Moyſes) *non comedunt nervum filii Iſrael, qui emarcuit in femore Jacob, uſque in præſentem diem: eò quòd tetigerit nervum femoris ejus, & obſtupuerit*. Ubi hic morbus ſciaticus? ubi votum abſtinendi à carne & lacte cameli? ubi etiam ullius cibi prohibitio à Jacobo ſibi ipſi facta? Ita ſacras hiſtorias Mahumetus, & Mahumetani fabulis permiſcent & corrumpunt!

III. Mahumetus imitatus impiiſſimum regem Jeroboam, ut averteret homines à Chriſtiana religione, commentus fuit Templum Meccanum, & Peregrinationem ad illud, tot monſtra de eo confingens, quot ſuperiùs in Notis vidimus; quibus multò plura jactant Mahumetani, quæ non eſt hìc otium referre. Conveniunt autem omnes fanum illud ante Mahumetum idola plura in ſe continuiſſe, quæ Meccani colebant, & ſuperſtitionibus fuiſſe refertum. Cùm verò Alcoranus apertè aſſerat, illud ab Abrahamo à fundamentis extructum fuiſſe (licèt id falſum eſſe jam ſuprà oſtenderimus) neſcio qua fide Gelaleddinus & alii Moslemi, ab Angelis illud conſtructum eſſe dicant ante creationem Adæ, & antequam ponerentur fines terræ. Sed reſpondent Templum ædificatum ab Angelis, translatum fuiſſe in Cœlum tempore diluvii: Abraham verò aliud conſtruxiſſe ad ſimilitudinem illius. Fabulæ. Vide quæ de hoc templo dicta ſunt in Vita Mahumeti circa finem. Circa lapidem illum, in quo pedum Abrahæ veſtigia impreſſa adhuc perſeverare affirmant: qui rem benè perſpexerunt, veſtigia hujuſmodi nulla prorſùs in eo recognoſcunt. Illud tamen adverto plura vel pedum, vel aliorum membrorum veſtigia in lapidibus impreſſa, præſertim in Oriente, tàm à Mahumetanis, quàm à Chriſtianis Schiſmaticis Sanctorum ſuorum oſtendi, quæ inania prorſùs eſſe, & naturalia tantùm ſigna deprehenduntur. Nec major fides habenda eſt illi, quod jactant de duplicatione bonorum, & de abſtinentia avium à volatu ſupra Meccanum Templum, quæ vel popularis credulitatis figmenta ſunt, vel præſtigiæ Dæmonum, qui mendacibus his miraculis etiam Ethnicos illudere conſueverunt, ut omnibus notum eſt.

IV. Arguit Judæos & Chriſtianos, quòd non credant in Alcoranum, quòd avertant homines à vera religione, & quærant eam diſtorquere ac depravare, & quidem ſcienter ac malitiosè. Quidquid ſit de Judæis, quos parùm curamus, veriſſimum eſt, Chriſtianos non credere in Alcoranum; imò eum contemnunt ac rejiciunt, quippe qui non ſolùm Sacris Scripturis, & præſertim Pentateucho, & Euangelio adverſetur, ſed etiam plures nugas, mendacia, & contradictiones contineat. Quòd verò Chriſtiani, vel à vera religione homines avertant vel eamdem religionem depravent, aut unquam depravaverint, meræ calumniæ ſunt: ut ex aliàs dictis manifeſtum eſt.

V. Illud omninò cum riſu explodendum eſt, quòd gens Mahumeti, nempè Arabes ſint optimi omnium gentium. Legantur eorumdem hiſtoriæ de ſeipſis, ne fortè aliquid à noſtris affictum eſſe querantur. Nihil ferè in illis niſi fraudes furta, latrocinia, bella inteſtina, ſævities, ac barbaries: quin & hodiè adeò prædatoriæ arti, vitæque belluinæ addicti ſunt, ut neque ſuis ipſis parcant, dum ad Fanum illud peregrinantur, quod Sacroſanctum habent, & prorſùs inviolabile: itaut etiam donis illis, quæ Deo deſtinaverant, ne dum pecuniis ac mercibus, eos expolient. Hæccine eſt gens omnium optima? Sed vide partem 4. Prodromi, in qua fuſiſſimè de Arabum, ac cæterorum Mahumetanorum vitiis agitur.

VI. Pugnat ſecum Alcoranus, dum Scripturales (Chriſtianos ſcilicet, de quibus apertè loquitur) ita laudat, & commendat, ut propter rectam vivendi rationem, atque opera bona quæ faciunt, & propter fidem in Deum, & diem noviſſimum, æternam ſalutem ſint conſecuturi. Et tamen non ſemel, ſed ſæpiùs aſſerit, in religione tantùm Eslam, nempè ſua, ſalutem reperiri. Dicent fortaſſè Moslemi intelligi hoc loco Scripturales, ſeu Chriſtianos, qui crediderant in Mahumetum. Verùm (præterquamquòd hoc ex Alcorano probari non poteſt) ſi hi crediderant in Mahumetum, jam Chriſtianæ religioni valedixerant: cùm Secta Mahumetana præcipua ac ſubſtantialia Chriſtianæ religionis dogmata rejiciat: quamobrem non jam Scripturales aut Chriſtianos, ſed Mahumetanos eos appellari neceſſe erat. Hùc accedit, Scripturales in Alcorano à Mahumetanis ſemper diſtingui; itaut ſi quis Chriſtianam fidem ſimul & Mahumetanam ſuperſtitionem vellet amplecti, & malus Chriſtianus, & malus Mahumetanus dicendus eſſet; imò neque Chriſtianus, neque Mahumetanus poſſet appellari. Sed velut hybrida utriuſque religionis dicendus eſſet.

VII. Cùm timeret Mahumetus, ne ob cladem Ohodenſem, aſſeclæ ſui ab ipſo dilaberentur; opponit cladi illi à Moslemis acceptæ, mirabilem victoriam in Bedro relatam ex infidelibus, ubi auxilio novem millium Angelorum, & eorum prodigiorum, quæ ſuprà retulimus, mille circiter Mahumetani ſeptuaginta hoſtes ex tribus ferè millibus peremerant. Sed jam vidimus quanti momenti eſſe poſſet hæc victoria ad Mahumetanos in graviſſima clade Ohodenſi conſolandos.

VIII. Dum affirmat Alcoranus latitudinem Paradiſi æquare latitudinem Cœlorum, & terræ, neque vera neque vero ſimilia (ut ajebat ille apud Comicum) loquitur frutex. Vel enim hic Paradiſus erit extra Cœlum & terram; vel Cœlum, & terra erunt hujuſmodi paradiſus: utrumque autem maximum eſt abſurdum. Gelal & Zamchaſcerius volunt hoc dictum eſſe per ſimilitudinem, ſeu potiùs hyperbolem ad oſtendendam amplitudinem Paradiſi: in ſimilitu-

dine

dine autem non exigitur paritas aut identitas. Sed nihilominùs hujuſmodi ſimilitudo eſt ineptiſſima, quia comparat partem cum toto: non ſecùs, ac ſi ad oſtendendam magnitudinem pedis alicujus ſtatuæ, vel hominis diceremus tantam eſſe, quantam capitis, & cæterorum membrorum illius. Nam Paradiſus eſt tantùm pars quædam Cœlorum; ſitus eſt enim in ſeptimo Cœlo juxta Mahumetanos. Porrò etiamſi Alcoranus hyperbolicè loqui voluiſſet, Thraſonis tamen vitium non effugeret.

IX. Contra omnem veritatem laudatur Alcoranus, tanquam declaratio, & directio, & exhortatio hominibus. Quid enim declarat, vel ad quid dirigit, & exhortatur (ſi ea excipias, quæ anteà per Chriſtum, Apoſtolos, & Chriſtianos Doctores multò meliùs, & luculentiùs dicta fuerant) niſi ad nugas, & quiſquilias? Nihil prorsùs habet Alcoranus de ſuo, quod vel tantillum conducat ad æternam ſalutem: cùm tamen plurima habeat, quæ ad extremam perniciem homines trahunt.

X. Notanda obiter Mahumeti ſagacitas, ac verſutia. Ob victoriolam illam putidam ac miſeram ſuorum in Bedro, pollicebatur ſibi, & ſuis perpetuam in bellis felicitatem. Ubi verò in Ohod vidit inexpectatam ſuorum cladem, & ſeipſum malè vulneratum ac lacerum; metuens ne Moslemi ipſum deſtituerent, oſtendit varios eſſe eventus belli, & nunc hos, nunc illos vincere, vel vinci. Hoſtes quoque non fuiſſe immunes à malo, imò pari infortunio ſuccubuiſſe: Deum per hujuſmodi ſiniſtros eventus, veros fideles probare; illis martyrii palmam tribuere, Paradiſi felicitatem elargiri. Ponit eis ob oculos ardorem animi, quo ſeſe primò ad bellum, & ad mortem exhibuerant: exprobrat ignaviam, qua mortem præſentem refugerant. Monet, ne Prophetæ ſui infortunium demirentur: ſe eſſe hominem, ac mortalem: mortem verò à Deo omnibus conſtitutam, fuga non poſſe evitari. Demum exemplum præteritorum Prophetarum proponit, qui pro religione pugnantes, etiam dum vincerentur, conſtantes ſe ac intrepidos oſtendebant. Non erat adeò ſtipes, aut fungus Mahumetus, ut in re ſua non multùm ſaperet. Vellem tamen ab eo reſcire, quinam fuerint Prophetæ illi, vel legati, qui cum myriadibus militum pro religione pugnantes in bello occiſi ſunt, vel vulnerati. De nullo Propheta ego iſta lego, nec unquam legi: imò nec Mahumetus ullum in Alcorano ſuo, quantum memini commemorat.

Una in re non eſt rejiciendus, imò laudem meretur Mahumetus, quòd interdicat ſuis intrinſecam amicitiam, & ſocietatem cum hominibus extraneæ religionis. Obſervant hoc hodie quoque Mahumetani. Utinam Chriſtiani Principes, hoc idem ſemper obſervaſſent. *Sed prudentiores filii tenebrarum filiis lucis in generatione ſua ſunt.*

TEXTUS ALCORANI.

149 يا أيها الذين آمنوا ان تطيعوا الذين كفروا يردوكم على اعقابكم فتنقلبوا خسرين ۞
150 بل الله مولىكم وهو خير الناصرين ۞ 151 سنلقي في قلوب الذين كفروا الرعب بما
أشركوا بالله ما لم ينزل به سلطانا ومأويهم النار وبئس مثوى الظالمين ۞ 152 ولقد صدقكم الله
وعده ان تحسونهم باذنه حتى اذا فشلتم وتنازعتم في الامر وعصيتم من بعد ما اريكم ما تحبون ۞
153 منكم من يريد الدنيا ومنكم من يريد الاخرة ثم صرفكم عنهم ليبتليكم ولقد عفا عنكم
والله ذو فضل على المومنين ۞ 154 اذ تصعدون ولا تلوون على احد والرسول يدعوكم في
اخريكم فاثابكم غما بغم لكيلا تحزنوا على ما فاتكم ولا ما اصابكم والله خبير بما تعملون ۞
155 ثم انزل عليكم من بعد الغم امنة نعاسا يغشى طايفة منكم وطايفة قد اهمتهم انفسهم يظنون
بالله غير الحق ظن الجاهلية يقولون هل لنا من الامر من شيء قل ان الامر كله لله يخفون
في انفسهم ما لا يبدون لك يقولون لو كان لنا من الامر شيء ما قتلنا ههنا قل لو كنتم في بيوتكم
لبرز الذين كتب عليهم القتل الى مضاجعهم وليبتلي الله ما في صدوركم وليمحص ما في
قلوبكم والله عليم بذات الصدور ۞ 156 ان الذين تولوا منكم يوم التقى الجمعان انما
استزلهم الشيطان ببعض ما كسبوا ولقد عفا الله عنهم ان الله غفور حليم ۞ 157 يا ايها الذين

أمنوا لا تكونوا كالذين كفروا وقالوا لإخوانهم اذا ضربوا في الأرض أو كانوا غزى لو كانوا عندنا
ما ماتوا وما قتلوا ليجعل الله ذلك حسرة في قلوبهم والله يحيي ويميت والله بما تعملون بصير ۞
158 ولئن قتلتم في سبيل الله أو متم لمغفرة من الله ورحمة خير مما تجمعون ۞ 159 ولئن متم
أو قتلتم لإلى الله تحشرون ۞ 160 فبما رحمة من الله لنت لهم ولو كنت فظا غليظ القلب لانفضوا
من حولك فاعف عنهم واستغفر لهم وشاورهم في الأمر فاذا عزمت فتوكل على الله ان الله يحب
المتوكلين ۞ 161 ان ينصركم الله فلا غالب لكم وان يخذلكم فمن ذا الذي ينصركم
من بعده وعلى الله فليتوكل المومنون ۞ 162 وما كان لنبي أن يغل ومن يغلل يات بما غل
يوم القيمة ثم توفى كل نفس ما كسبت وهم لا يظلمون ۞ 163 افمن اتبع رضوان الله كمن
باء بسخط من الله ماويه جهنم وبيس المصير ۞ 164 هم درجات عند الله والله بصير بما يعملون ۞
165 لقد من الله على المومنين اذ بعث فيهم رسولا من انفسهم يتلوا عليهم اياته ويزكيهم ويعلمهم
الكتاب والحكمة وان كانوا من قبل لفي ضلال مبين ۞ 166 اولما اصابتكم مصيبة قد اصبتم
مثليها قلتم أني هذا قل هو من عند انفسكم ان الله على كل شي قدير ۞ 167 وما اصابكم
يوم التقى الجمعان فباذن الله وليعلم المومنين ۞ 168 وليعلم الذين نافقوا وقيل لهم تعالوا قاتلوا
في سبيل الله او ادفعوا قالوا لو نعلم قتالا لا تبعناكم هم للكفر يومئذ اقرب منهم للايمان يقولون
بافواههم ما ليس في قلوبهم والله اعلم بما يكتمون ۞ 169 الذين قالوا لاخوانهم وقعدوا لو اطاعونا
ما قتلوا قل فادروا عن انفسكم الموت ان كنتم صادقين ۞ 170 ولا تحسبن الذين قتلوا في
سبيل الله امواتا بل احياء عند ربهم يرزقون ۞ 171 فرحين بما اتيهم الله من فضله ويستبشرون
بالذين لم يلحقوا بهم من خلفهم الا خوف عليهم ولا هم يحزنون ۞ 172 يستبشرون بنعمة من الله
وفضل وان الله لا يضيع اجر المومنين ۞ 173 الذين استجابوا لله والرسول من بعد ما اصابهم
القرح للذين احسنوا منهم واتقوا اجر عظيم ۞ 174 الذين قال لهم الناس ان الناس قد جمعوا
لكم فاخشوهم فزادهم ايمانا وقالوا حسبنا الله ونعم الوكيل ۞ 175 فانقلبوا بنعمة من الله
وفضل لم يمسسهم سوء واتبعوا رضوان الله والله ذو فضل عظيم ۞ 176 انما ذلكم الشيطان يخوف
اولياءه فلا تخافوهم وخافون ان كنتم مومنين ۞ 177 ولا يحزنك الذين يسارعون في الكفر انهم
لن يضروا الله شيا يريد الله الا يجعل لهم حظا في الاخرة ولهم عذاب عظيم ۞ 178 ان الذين
اشتروا الكفر بالايمان لن يضروا الله شيا ولهم عذاب اليم ۞ 179 ولا يحسبن الذين كفروا انما
نملي لهم خير لانفسهم انما نملي لهم ليزدادوا اثما ولهم عذاب مهين ۞ 180 ما كان الله ليذر
المومنين على ما انتم عليه حتى يميز الخبيث من الطيب وما كان الله ليطلعكم على الغيب
ولكن

ولكن الله يجتبي من رسله من يشاء فامنوا بالله ورسله وان تومنوا وتتقوا فلكم اجر عظيم ۞
181 ولا تحسبن الذين يبخلون بما اتيهم الله من فضله هو خيرا لهم بل هو شر لهم سيطوقون ما
بخلوا به يوم القيمة ولله ميراث السموات والارض والله بما يعملون خبير ۞ 182 لقد سمع الله
قول الذين قالوا ان الله فقير ونحن اغنياء سنكتب ما قالوا وقتلهم الانبياء بغير حق ونقول ذوقوا
عذاب الحريق ۞ 183 ذلك بما قدمت ايديكم وان الله ليس بظلام للعبيد ۞ 184 الذين
قالوا ان الله عهد الينا الا نومن لرسول حتي ياتينا بقربان تاكله النار قل قد جاءكم رسل من
قبلي بالبينات وبالذي قلتم فلم قتلتموهم ان كنتم صادقين ۞ 185 فان كذبوك فقد كذب
رسل من قبلك جاءوا بالبينات والزبر والكتاب المنير ۞ 186 كل نفس ذايقة الموت وانما توفون
اجوركم يوم القيمة فمن زحزح عن النار وادخل الجنة فقد فاز وما الحيوة الدنيا الا متاع
الغرور ۞ 187 لتبلون في اموالكم وانفسكم ولتسمعن من الذين اوتوا الكتاب من قبلكم
ومن الذين اشركوا اذي كثيرا وان تصبروا وتتقوا فان ذلك من عزم الامور ۞ 188 واذ اخذ
الله ميثاق الذين اوتوا الكتاب ليبيننه للناس ولا يكتمونه فنبذوه وراء ظهورهم واشتروا به ثمنا
قليلا فبيس ما يشترون ۞ 189 لا يحسبن الذين يفرحون بما اتوا ويحبون ان يحمدوا بما لم يفعلوا
فلا يحسبنهم بمفازة من العذاب ولهم عذاب اليم ۞ 190 ولله ملك السموات والارض والله علي
كل شي قدير ۞ 191 ان في خلق السموات والارض واختلاف الليل والنهار لايات لاولي الالباب ۞
192 الذين يذكرون الله قياما وقعودا وعلي جنوبهم ويتفكرون في خلق السموات والارض ربنا ما
خلقت هذا باطلا سبحانك فقنا عذاب النار ۞ 193 ربنا انك من تدخل النار فقد اخزيته وما
للظالمين من انصار ۞ 194 ربنا انا سمعنا منادیا ينادي للايمان ان امنوا بربكم فامنا ربنا فاغفر
لنا ذنوبنا وكفر عنا سياتنا وتوفنا مع الابرار ۞ 195 ربنا واتنا ما وعدتنا علي رسلك ولا تخزنا
يوم القيمة انك لا تخلف الميعاد ۞ 196 فاستجاب لهم ربهم اني لا اضيع عمل عامل منكم من
ذكر او انثي بعضكم من بعض فالذين هاجروا واخرجوا من ديارهم واوذوا في سبيلي وقاتلوا وقتلوا
لاكفرن عنهم سياتهم ولادخلنهم جنات تجري من تحتها الانهار ثوابا من عند الله والله عنده حسن
الثواب ۞ 197 لا يغرنك تقلب الذين كفروا في البلاد متاع قليل ثم ماويهم جهنم وبيس
المهاد ۞ 198 لكن الذين اتقوا ربهم لهم جنات تجري من تحتها الانهار خالدين فيها نزلا من
عند الله وما عند الله خير للابرار ۞ 199 وان من اهل الكتاب لمن يومن بالله وما انزل اليكم
وما انزل اليهم خاشعين لله لا يشترون بايات الله ثمنا قليلا اولايك لهم اجرهم عند ربهم ان الله
سريع الحساب ۞ 200 يا ايها الذين امنوا اصبروا وصابروا ورابطوا واتقوا الله لعلكم تفلحون ۞

VERSIO LATINA.

149. O Qui crediderunt ſi obedieritis iis, qui ſunt infideles, reducent vos ſuper calcaneos veſtros *(ideſt retrorſum ad infidelitatem)*: & inveremini pereuntes. 150. Atqui Deus eſt herus veſter: & ipſe eſt optimus adjuvantium. 151. Mox conjiciemus in corda eorum, qui ſunt infideles pavorem, eò quòd aſſociaverunt in Deo id, de quo non demiſit poteſtatem *(ideſt quod non revelavit, neque conceſſit hominibus)*: & habitatio eorum erit ignis: & infelix erit receptaculum Iniquorum. 152. Et jam quidem verificavit vobis Deus promiſſionem ſuam, cùm perdebatis eos *(nempè hoſtes)* per voluntatem ejus, uſquedum elanguiſtis *ob laſſitudinem*; & diſceptaſtis de imperio *Mahumeti exequendo*: & contumaces fuiſtis, poſtquam oſtendit vobis *Deus*, quod optabatis. 153. Ex vobis quis volebat hunc mundum: & ex vobis quis volebat noviſſimum ſæculum. Tum vertit vos *in fugam* ab illis *(nempè infidelibus)*, ut experimentum caperet veſtri. Et jam quidem ignovit vobis: & Deus prædítus eſt liberalitate erga fideles. 154. *Mementote*, cùm aſcendebatis *fugientes*, nec reſpiciebatis *retrò* ad ullum. Et Legatus vocabat vos in extrema parte veſtri. Itaque rependit vobis *Deus* afflictionem pro afflictione, ut non contriſtaremini de eo, quod defuerat vobis *(ideſt de præda)* neque de eo, quod acciderat vobis: & Deus inſtructus erat de eo, quod faciebatis. 155. Deinde demiſit ſuper vos poſt afflictionem ſecuritatem; *nempè* ſoporem, qui obrueret partem ex vobis: partem verò jam anxiam fecerant animæ ipſorum, *dum* cogitabant de Deo ſine veritate cogitationem ſtultitiæ, dicentes: An *eveniet* nobis de negotio *(ideſt de promiſſione Mahumeti)* quidquam? Dic: Certè negotium totum eſt Dei. Abſcondebant in animabus ſuis, quod non manifeſtabant tibi. Dicebant: Si fuiſſet nobis de negotio *hoc* quidquam, non fuiſſemus occiſi hìc. Reſponde: Si fuiſſetis in domibus veſtris, certè prodiiſſent pugnaturi illi, ſuper quos præſcripta fuerat cædes *à Deo*, ad loca occubituum ſuorum *(ideſt in quibus ipſi occubuerunt)* & ut experiretur Deus, quid eſſet in pectoribus veſtris, & ut diſcerneret, quid eſſet in cordibus veſtris. Et Deus ſciens eſt, quid ſit in pectoribus. 156. Certè qui terga verterunt ex vobis die, qua occurrerunt ſibi duæ acies *fidelium & infidelium in Ohod*, profectò labi curavit eos ſatanas ob aliquod *peccatum*, quod perpetraverant: & jam quidem ignovit Deus illis: quippe Deus eſt indultor, mitis. 157. O qui crediderunt, ne ſitis ſicut qui infideles fuerunt, & dixerunt de fratribus ſuis, poſtquam peragraverunt terram, & *mortui ſunt in itinere proficiſcentes ad bellum*: aut fuerunt pugnantes, & *in bello occiſi ſunt*: Si fuiſſent apud nos, non fuiſſent mortui, neque fuiſſent occiſi: ut ponat Deus hoc *dictum eorùm* in ſuſpirium in cordibus eorum: & Deus vivificat, & mortificat: & Deus in id, quod facitis, eſt inſpiciens. 158. Et quidem ſi occiſi fueritis in ſemita Dei, aut mortui fueritis: certè indulgentia à Deo & miſericordia melior eſt, quàm quod congregant *(ideſt congregare poſſunt de rebus mundanis)*. 159. Et quidem ſi mortui fueritis, aut occiſi fueritis: profectò ad Deum congregabimini. 160. Porrò circa id miſericordiæ, quæ eſt à Deo, mollis fuiſti eis *ò Mahumete*. Quòd ſi fuiſſes rigidus, durus corde: certè ſeparaſſent ſe à circa te. Itaque indulge illis, & veniam precare illis: & conſule illos in negotio *belli*: & poſtquam deliberaveris, confide in Deo; nam Deus amat confidentes *in ſe*. 161. Si adjuverit vos Deus, non erit qui vincat vos: ſi autem deſtituerit vos, quiſnam erit qui adjuvet vos poſt eum? Itaque in Deo confidant fideles. 162. Et non eſt Prophetæ ut fraudet. Et qui fraudaverit, veniet cum eo, quod fraudavit, die reſurrectionis *ad collum alligato*. Tunc perſolvetur omni animæ, quod lucrata fuerit: & ipſi non tractabuntur injuſtè. 163. An ergo qui ſectatus fuerit beneplacitum Dei *erit* ſicut is, qui reportaverit iram à Deo, & receptaculum ejus *erit* gehenna? Et infelix eſt profectio *ad illam*. 164. Hi *erunt* gradus apud Deum *(ideſt in gradibus diverſis pœnæ vel præmii:)*

præmii:) & Deus *eſt* inſpiciens in id, quod operantur. 165. Jam porrò beneficus fuit Deus erga fideles, cùm ſuſcitavit in eis Legatum ex ipſis, *qui* recitaret eis ſigna ſua, & mundaret eos, & doceret eos Librum, & Sapientiam, (*ideſt Alcoranum & Sonnam*). Quòd ſi fuiſſent anteà, certè *verſati eſſent* in errore manifeſto. 166. An etiam poſtquam incidit vobis infortunium *in Obod* (jam inveneratis duo ſimilia illi), dixiſtis: Unde *evenit nobis malum* hoc? Reſponde: Hoc *evenit* à vobis ipſis: nam Deus eſt ſuper omnem rem potens. 167. Et quod incidit vobis die, *qua* occurrerunt ſibi duæ acies *in Obod*, certè *fuit* per voluntatem Dei; & ut cognoſceret, *qui verè eſſent* fideles. 168. Et ut cognoſceret eos, qui impii erant: & dictum fuit illis: Venite, pugnate in ſemita Dei, aut repellite *hoſtes*. Reſponderunt: Si ſciremus pugnare, certè ſecuti fuiſſemus vos. Ipſi infidelitati ea die viciniores erant, quàm ipſi eſſent fidei: dicebant oribus ſuis, quod non erat in cordibus eorum. Deus verò erat ſcientiſſimus illius, quod abſcondebant. 169. Qui dixerunt de fratribus ſuis (& *ipſi* reſederant *domi*, *ne irent ad prælium*): Si obediſſent nobis, non fuiſſent occiſi. Dic *illis*: Repellite ergo à vobis ipſis mortem, ſi eſtis veraces. 170. Et nullo modo reputes eos, qui occiſi ſunt in ſemita Dei, mortuos: imò vivi apud Dominum ſuum aluntur. 171. Gaudentes ob id, quod conceſſit eis Deus de munificentia ſua: & lætantur de iis, qui non ſunt ipſos adhuc aſſecuti, euntes poſt eos; quòd non *ſit futurus* timor ſuper eos *in futuro ſæculo*: neque ipſi contriſtandi ſint. 172. Exhilarantur ob gratiam *acceptam* à Deo, & liberalitatem: & quòd Deus non ſinat perire mercedem fidelium. 173. Qui obaudierunt Deum & Legatum, poſtquam incidit illis ulcus *in Obod*: illis, qui benefecerint ex eis, & timuerint *Deum*, erit merces magna. 174. Illi quibus dixerunt homines: Certè homines jam congregaverunt contra vos *exercitum*: timete itaque eos. Atqui *hoc dictum* auxit illos fide, & dixerunt: Sufficientia noſtra eſt Deus: & euge procurator! 175. Et reverſi ſunt *à Bedro* cum gratia à Deo, & beneficentia: non tetigit eos malum; & ſectati ſunt beneplacitum Dei, & Deus prædítus eſt liberalitate magna. 176. Certè iſte Satanas faciet vos timere amicos ſuos (*ideſt infideles*): ſed ne timeatis eos: verùm timete me, ſi eſtis fideles. 177. Et ne contriſtent te, qui certatim feſtinant ad infidelitatem, etenim ipſi nunquam nocebunt Deo quidquam. Non vult Deus dare illis partem in noviſſimo ſæculo: & ipſis erit pœna magna. 178. Certè qui mercati ſunt infidelitatem cum fide (*ideſt rejicientes fidem*) nunquam nocebunt Deo quidquam: & ipſis erit pœna diſcrucians. 179. Et ne putent qui infideles ſunt, eò quòd felicem vitam protrahamus illis, id eſſe melius animabus eorum: certè felicem vitam protrahemus illis, ut augeantur iniquitate: & ipſis erit pœna ignominioſa. 180. Non eſt Deus *talis naturæ*, ut relinquat fideles in eo rerum ſtatu, in quo vos eſtis, donec diſcernat improbum à bono: & non eſt Deus *ita diſpoſitus*, ut elevet vos *ad cognoſcendum* arcanum *ſuum*: ſed Deus eliget de Legatis ſuis quem voluerit. Credite itaque in Deum, & Legatos ejus: & ſi credideritis, & timueritis, erit vobis merces magna. 181. Et ne exiſtiment qui avari ſunt in eo, quod tribuit eis Deus de liberalitate ſua, hoc *fore* melius ipſis: quin potiùs hoc *erit* pejus ipſis. Circumdabitur in modum torquis collo eorum id, cujus avari fuerunt, die reſurrectionis: & Dei eſt hæreditas Cœlorum & terræ: & Deus de eo, quod facitis, eſt inſtructus. 182. Jam quidem audivit Deus dictum eorum, qui dixerunt: Certè Deus eſt pauper, & nos divites. Mox ſcribemus quod dixerunt, & cædem factam ab ipſis Prophetarum injuſtè: & dicemus *eis*: Guſtate tormentum combuſtionis. 183. Hoc *eveniet eis*, propter id mali, quod ante præmiſerunt manus eorum, & quia Deus non eſt iniquus erga ſervos. 184. Qui dixerunt: Certè Deus pepigit nobiſcum *in Pentateucho*, ne crederemus *ulli* legato, donec veniret ad nos cum oblatione, quam abſumeret ignis. Dic: Jam venerunt ad vos legati ante me cum argumentis evidentibus, & cum ea oblatione, quam dixiſtis. Quarè ergo occidiſtis illos, ſi eſtis veraces? 185. Quòd ſi mendacii arguerunt te: jam porrò mendaces habiti ſunt legati ante te, *qui* venerunt cum demonſtrationibus *miraculorum*, &

Scripturis, & Libro illuminante. 186. Omnis anima guſtatura eſt mortem: & quidem rependentur vobis mercedes veſtræ die reſurrectionis. Et qui elongatus fuerit procul ab igne, & introductus fuerit in Paradiſum, jam porrò erit beatus. Et non eſt vita mundana niſi ſupellex fallaciæ. 187. Certè probabimini in facultatibus veſtris, & perſonis veſtris. Et ſanè audietis ab iis, quibus traditus fuit Liber ante vos, & ab iis, qui aſſociaverunt (*ideſt à Judæis, Chriſtianis, & Idololatris*) læſionem multam: at ſi patientes fueritis, & timueritis *Deum*; utique hoc eſt ex decreto rerum. 188. Et *memento* cùm accepit Deus pactum eorum, quibus traditus fuit liber *Pentateuchi*, *dicens eis*. Omninò manifeſtabitis eum hominibus, & non abſcondetis illum. Atqui projecerunt illum poſt terga ſua, & vendiderunt eum pretio exiguo. Sed miſerum eſt *pretium*, quo vendiderunt. 189. Ne putes eos, qui lætantur de eo, quod fecerunt, & cupiunt laudari de eo, quod non fecerunt; ne, inquam, putes eos *futuros eſſe* in effugio à pœna: nam ipſis erit pœna dolorifica. 190. Et Dei eſt regnum Cœlorum & terræ, & Deus eſt omnipotens. 191. Porrò in creatione Cœlorum & terræ, & varietate noctis & diei, ſanè ſunt ſigna *divinæ potentiæ* iis, qui præditi ſunt cordibus. 192. Qui recordantur Dei, ſtando, & ſedendo, & *jacendo* ſuper latera ſua: & recogitant de creatione Cœlorum, & terræ, *dicentes*: Domine noſter, non creaſti hoc fruſtrà: Laus tua: (*ideſt abſit hoc à te*). Ergo libera nos à ſupplicio ignis. 193. Domine noſter, certè quem tu conjeceris in ignem, jam quidem pudore perfundes eum: neque erit iniquis ullus ex adjutoribus. 194. Domine noſter, certè nos audivimus præconem, *qui* invitat ad fidem, *dicens*: Credite in Dominum veſtrum. Itaque credidimus Domine noſter, dimitte igitur nobis peccata noſtra, & expia à nobis mala noſtra, & fac nos defungi cum juſtis. 195. Domine noſter etiam fac, ut veniat nobis quod promiſiſti nobis per legatos tuos: & ne pudore ſuffundas nos die reſurrectionis: quippe tu non adverſaris promiſſioni *tuæ*. 196. Reſpondit itaque eis Dominus eorum, *dicens*: Ego non ſinam perire opus operantis ex vobis, maſculus ſit, ſive fœmina. Alter veſtrum eſt ex altero. Qui ergo tranſmigraverunt *è patria*, & ejecti ſunt è domibus ſuis, & læſi ſunt in ſemita mea, & pugnaverunt, & occiſi ſunt: profectò expiabo ab eis mala eorum, & certè introducam eos in hortos, currunt ſubter eos flumina; præmium à Deo: & Deus; & apud eum eſt pulchritudo præmii. 197. Ne decipiat te converſatio (*ideſt proſperitas in negociis*) eorum, qui infideles ſunt in regione *Meccæ*. Fruitio exigua *erit eorum in hoc mundo*; deinde receptaculum eorum erit gehenna: & ò infelix ſtratum! 198. Verùm qui timuerint Dominum ſuum, ipſis erunt horti, currunt ſubter illos flumina: ſemper moraturis in iiſdem: *hoc erit illis* xenium à Deo: quod autem eſt apud Deum, melius erit juſtis, *quàm res mundanæ*. 199. Et quidem ex Scripturalibus ſanè qui crediderint in Deum, & in id, quod demiſſum eſt ad vos (*ideſt in Alcoranum*), & id quod demiſſum fuit ad illos (*ideſt Pentateuchum, & Euangelium*) ſubjicientes ſeſe Deo, non vendunt ſigna Dei pro pretio parvo; his erit merces ſua apud Dominum ſuum: quippe Deus velox eſt in computando. 200. O qui crediderunt, ſuſtinete, & certate *cum infidelibus* de patientia & conſtanter agite, & timete Deum, ut vos felices ſitis.

NOTÆ.

CLII. [*ET jam quidem verificavit vobis Deus*] innuit id quod evenit in Ohod, ubi aſſeclæ Mahumeti à principio feliciter pugnare cœperunt: ſed poſteà invaleſcentibus hoſtibus, fugam arripuere: nolentes obedire Mahumeti imperio, qui hortabatur eos, ne hoſti cederent, quidam tamen paruerunt.

CLV. *Soporem qui obrueret &c.*]. Hi, quos ſopor invaſit, juxta Gelalem erant المومنون فكنوا يستون تحت الحجف وتسقط السيوف منهم : *fideles, qui extendebant ſeſe ſub clypeis, & cade-*

cadebant enſes ab eis. Malos autem, & impios Mahumetanos non invaſit hic ſopor: imò ipſi ſeſe in magnas animi anguſtias conjecere.

An eveniet nobis]. Explicat Gelal: اى النصر *ideſt de auxilio, quod promiſit nobis ad victoriam*.

Si fuiſſetis in domibus veſtris]. ideſt, Etiamſi voluiſſetis domi reſidere, ne ad bellum proficiſceremini, illi tamen ex vobis, qui ad cædem à Deo prædeſtinati fuiſſent, exiiſſent ad prælium, & occiſi fuiſſent.

CLXII. *Et non eſt prophetæ ut fraudet*] Gelal. نزلت لما فقدت قطيفة حمراء يوم بدر فقال بعض الناس لعلّ النبى اخذها: *Revelata ſunt hæc, quandò in diſtributione prædæ Bedrenſis, defuit veſtimentum quoddam holoſericum rubrum: & dixerunt quidam ex militibus: Fortè Mahumetus abſtulit illud*. Furax ſcilicet apud ſuos habebatur Mahumetus.

CLXVI. *Jam inveneratis duo ſimilia illi*] Arabicè قد اصبتم مثليها: propriè; *jam nacti eratis duo ſimilia illi*: ideſt, jam in prælio Bedrenſi, duplicem victoriam, occiſorum ſcilicet captivorumque retuleratis, quæ quodammodò par referret huic infortunio Ohodenſi, ſeu compenſaret illud. Ita explicat Gelal. قد اصبتم مثليها ببدر يقتل سبعين واسر سبعين منهم: *Jam nacti eratis duo ſimilia illi in Bedro, occidendo ſeptuaginta hoſtes, & ſeptuaginta captivando*. Itaut *duo ſimilia* ſit duo bona ſimilia, vel paria malo unico, quod paſſi eſtis in Ohod. Sed hæc expoſitio videtur aliquantò violenta.

CLXX. *Vivi apud Dominum ſuum aluntur*] Gelal. فى حواصل طيور خضر تسرح فى الجنة حيث شاءت كما ورد فى الحديث: *in gutturibus avium viridium, quæ liberè volant per Paradiſum, quocunque volunt, quemadmodum ex traditionibus hiſtoriarum habetur*.

CLXXIV. *Quibus dixerunt homines &c.*]. Pro his hominibus intelligit Gelal نعيم بن مسعود الاشجعى: *Naimum filium Maſaudi Aſciageenſem*. Pro aliis autem hominibus, qui congregaverunt exercitum: ابو سفيان واصحابه *Abuſophianem, & ſocios illius*. Conſentit utrobique Jahias.

CLXXVI. *Certè iſte Satanas*]. Nimirùm prædictus Naimus filius Maſaudi, qui Mahumeti ſocios ad ſeditionem, & rebellionem his terriculamentis ſollicitabat. Ita Gelal.

CLXXX. *Non eſt Deus ut relinquat fideles*]. Sententia eſt: Non patietur Deus bonos ita malis permixtos perſeverare, ut non tandem hos ab illis per manifeſta ſigna diſcernat: & licèt aliquandò malis tribuat felicitatem, bonis verò infortunia, tandem tamen hujuſmodi confuſionem tollet. Sed hoc eſt arcanum Dei imperſcrutabile.

CLXXXI. *Circumdabitur in modum torquis*] Gelal. بان يجعل حية فى عنقه تنهشه: *itaut ponatur ſerpens in collo ejus, qui mordeat eum*.

CLXXXII. *Qui dixerunt Deus eſt pauper*] Gelal. هم اليهود قالوه لما نزل من ذا الذى يقرض الله قرضا حسنا وقالوا لو كان غنيا ما استقرضنا: *hi erant Judæi, qui hæc dixerunt, quandò audierunt ea verba Alcorani. Quis eſt, qui fœneretur Deo fœnus pulchrum? Dixerunt enim: Si Deus eſſet dives, non exigeret a nobis fœnora*.

CLXXXIV. *Certè Deus pepigit nobiſcum &c.*] Gelal: وهو ما يتقرب به الى الله من نعم وغيرها فان قبل جاءت نار بيضا من السماء فاحرقته والّا بقى مكانه وعهد الى بنى اسرايل ذلك الا فى المسيح ومحمد: *hoc erat quod offerebatur Deo de camelis & aliis pecoribus. Nam anteà adveniebat ignis candidus è Cœlo, & comburebat illud: alioquin remanebat ſicut erat anteà. Pepigit autem hoc Deus cum filiis Iſrael, ſed non quoad Chriſtum, & Mahumetum*.

Legati ante me] Inter hos legatos recenſet Gelal زكريا ويحى *Zachariam, & Joannem*.

CLXXXV. *Et Scripturis*] Arabicè الزبر interpretatur Jahias الحجج والكتب *argumenta & libros*. Gelal صحف *volumina* vel codices, qualia fuerunt, inquit, صحف ابراهيم *volumina Abrahæ*. Nonnulli interpretantur Pſalmos, ſeu Pſalterium.

Libro illuminante]. Gelal. هو التوراة والانجيل: *hic liber eſt Pentateuchus & Euangelium*. Addit Zamchaſcerius والزبور *& liber Pſalmorum*.

CLXXXVII. *Ex decreto rerum*]. Explicat Gelal اى من معزوماتها التى يعزم عليها لوجوبها: *ideſt ex rebus decretis, quas Deus decrevit neceſſariò futuras*.

CXCIV. *Præconem*] ideſt Mahumetum cum Alcorano.

CXCVI. *Alter veſtrum ex altero*]. nempè maſculus è fœmina, & è converſo. Ita Gelal.

CXCVII. *Converſatio*]. Nimirùm juxtà Gelalem commercium بالتجارة والكسب *per mercaturam & lucrum*, circumeundo regiones Arabiæ & Syriæ: nam hoc lucro parum erant fruituri.

CXCIX. *Non vendiderit ſigna Dei*]. Nimirùm, ut ait Gelal, oracula ſeu vaticinia التى هى عندهم فى التوراة والانجيل من نعت النبى ثمنا قليلا من الدنيا بان يكتموها خوفا على الرياسة: *quæ erant apud ipſos in Pentateucho & Euan-*

Euangelio de Mahumeto, occultantes illa ob exiguum pretium rerum terrenarum, ob timorem etiam amittendi principatum apud ſuos.

Deus velox eſt in computando.] ideſt in ineunda ratione cum creaturis ad eas pro merito remunerandas, idque ſpeciatim in die Judicii. Quamobrem Gelal ex communi Mahumetanorum opinione, aſſerit, Deum يحاسب الخلق فى قدر نصف نهار من ايام الدنيا: *rationem initurum cum creaturis ſpatio mediæ diei ex diebus hujus ſæculi.*

REFUTATA.

I. CUm videret Mahumetus Arabes ſuos à ſe, ſuaque ſecta valdè alienatos ob cladem in Ohod acceptam, totus eſt in hac macula eluenda, iiſdem, quibus ſuperiùs, utens argumentis ad eos in fide retinendos, perſuadens eis cladem illam præcipuè ob culpam, & inobedientiam ipſorum acceptam fuiſſe. Neque ceſſat eam victoriæ Bedrenſis, imò & belli ipſius Ohodenſis, cujus initium Mahumetanis arriſit, commemoratione elevare. Verſatile eſt Impoſtorum ingenium: & eodem halitu frigida calefaciunt, & calidis frigus inſpirant. Tàm victorias, quàm clades homo verſipellis in rem ſuam trahebat. Si ſui vincerent, miracula fingebat: ſi vincerentur, in ipſorum culpam, vel in occulta Dei judicia id rejiciebat. Sed Arabes, qui non erant prorsùs plumbei, mendacem illum non poterant non agnoſcere, qui ipſis ibi victoriam promiſiſſet ubi & ipſi, & Mahumetus victi, vulnerati, profligatique fuiſſent; quamobrem ab illo tanquam à nebulone plures diſcedebant.

II. Ridiculum eſt illud, quòd fingitur, nempè Deum Moslemis in certamine Ohodenſi profundum ſoporem immiſiſſe, ob quem dilapſis è manibus eorum gladiis ipſi ſub clypeis porrecti jacebant. Hoc enim vel in ipſo prælio, vel intra vallum contigiſſe potuit. Nullum miraculum eſt, quod milites pugnando, vel potiùs fugiendo laſſati in caſtra egreſſi, profundo ſopore occupentur. Magnum verò prodigium cenſeri debet, ſi cum hoſtibus confligentes, ſopore preſſi jaceant, & interim hoſtes ſtipites fiant, neque eos omnes ad unum trucident. At in Alcorano de hac hoſtium immobilitate ne verbum quidem. Pugnabant igitur contra Mahumetanos ſopore oppreſſos, non ſecus ac contra larvas, aut umbras. Cogita, lector, quidquid vis, ſemper figmenta agnoſces.

III. Arguitur Mahumeti furacitas & avaritia, cùm ipſius milites ab eo pretioſam veſtem in partitione prædæ clam ſublatam fuiſſe ſuſpicati fuerint. Aſſueverat ſcilicet furtis & rapinis homo Arabs, quantumvis de hoc ſcelere ſeſe purgare omni ſtudio conetur.

IV. Neque illud ſine riſu præteriri poteſt, quòd animæ Mahumetanorum in bello occiſorum nutriantur in Paradiſo intra guttura avium viridium, & per Paradiſi nemora liberè volitent ac diſcurrant. Ita exponit Gelal, & tenent, quantum vidi, cæteri etiam Mahumetani.

V. Poteſt contra Mahumetum ex ipſius doctrina argumentum ſolidum conflari. Quòd Deus longam ac felicem vitam infidelibus concedat, non eſt ad ipſorum bonum, ſed ad malum: ut ſcilicet ſcelera faciliùs multiplicent, & ad atrociora tormenta in Tartarum detrudantur. Ergo tàm longa Mahumetanorum, præſertim Turcarum & Perſarum felicitas non eſt argumentum bonæ, ſed peſſimæ religionis.

VI. Quòd vituperet Mahumetus avaritiam, & toties eleemoſynas commendet, mereretur laudem, niſi ipſe avaritiæ, cupiditatique ſuæ ex aliena liberalitate pabulum quæreret. Si rectè Alcoranum introſpicias, agnoſces manifeſtè Impoſtorem ſemper commodis ſuis ac lucris inhiare, præſertim, ut tot bella, quæ ſuſcipiebat, poſſet ſine ſuis impendiis ſuſtinere.

VII. Mendacii manifeſti arguitur Mahumetus, dum aſſerit Judæos habere in Pentateucho (juxta eorum dictum, quod ipſe non refutat, ſed potiùs approbat) pactum Dei de non credendo Legato ulli, ſeu Prophetæ, qui non offerret ſacrificium, quod ignis è Cœlo delapſus non abſumeret. Nuſquam id in Pentateucho reperitur: neque potuerunt hoc dicere Judæi, niſi fortè ad Mahumetum ludificandum. Nec minùs mentitur Gelal, dum fingit, omnium Prophetarum ſacrificia igne fuiſſe conſumpta, præſertim Zachariæ, & Joannis: excepto Chriſto & Mahumeto, qui nullum hujuſmodi ſacrificium obtulerunt. Rarò legimus in Sacris literis ſacrificia à Prophetis, ſive ab aliis oblata, igne è Cœlo delapſo conſumpta fuiſſe. Joannem porrò ſacrificium nullum obtuliſſe, ferè certum eſt: ſemper enim vixit in deſertis, & ubi inde egreſſus eſt, in prædicatione & baptiſmo conferendo menſes paucos inſumpſit: reliquum tempus in carcere tranſegit. Quòd verò ſacrificia ex camelis offerrentur, falſum prorsùs eſt: imò camelus inter animalia immunda computabatur.

VIII. Quòd Mahumetus, juxtà Moslemorum interpretationem, Pentateuchum & Euangelium الكتاب المنير *Librum illuminantem* appellet, laudandus prorsùs eſt. Sed in hoc ſeipſum jugulat: ex horum enim duorum librorum lumine evidenter agnoſcitur falſitas Alcorani, qui toties utrique tàm enormiter adverſatur. Ineptè verò ſeſe præteritis Prophetis comparat, quòd ut illi, ita ipſe mendacii notam referat: quaſi verò impoſſibile ſit, quemadmodùm verum Prophetam immeritò, ita falſum meritò mendacem haberi. Mahumetus mendax habebatur, & erat mendax, mendaciſſimus.

IX. Dignum peculiari nota eſt, quòd Mahumetus §. 187. diſtinguat Scripturales, nempè Judæos & Chriſtianos ab Aſſociantibus, nempè idololatris, ſeu plurium deorum cultoribus. Ergo juxta Alcoranum, dum Chriſtiani tres in Deo perſonas agnoſcunt; & Chriſtum Deum

ſimul

ſimul & hominem eſſe fatentur, non ſunt aſſociantes, neque colunt plures deos. Hanc diſtinctionem non ſemel in Alcorano reperimus, neque aſſociantium nomine Chriſtianos in eo venire unquam memini, aut inveni.

X. A veritate alienum omninò eſt, Deum præcepiſſe Iſraelitis, ut Pentateuchum cæteris gentibus manifeſtarent: ipſos verò projeciſſe eum poſt terga ſua, & ob exiguum pretium vendidiſſe: ideſt vaticinia, quæ in eo de Mahumeto erant, abſcondiſſe, vel corrupiſſe. Pentateuchus enim datus fuit Iſraelitis, non ut eum aliis gentibus evulgarent, aut prædicarent, ſed ut ipſi ſoli penes ſe haberent, & obſervarent, ut manifeſtè patet ex verbis ipſius Pentateuchi. Nullo verò modo potuerunt in eo delere vaticinia illa de Mahumeto, quæ non erant.

XI. Hìc, & alibi prædicat Alcoranus omnia hæc terrena eſſe contemnenda, pecunias, domos, patriam deſerendam: omnia inania & fallacia eſſe cenſenda: cuncta hæc expendenda & impendenda في سبيل الله *in ſemita Dei*, ideſt ut exponunt communiter Gloſſatores Mahumetani, pro bello ſuſcepto ad ampliandam ſectam Mahumetanam; pro qua ſi quis facultates, & vitam impenderit, habebit hortos, ſubtus quos currunt flumina, in quibus perpetuò morabuntur. His illecebris illudit miſellos Arabes: & ſub prætextu religionis, eos ad libidines ſuas explendas trahit. Cùm enim ſuperiùs ipſe dixerit, nullum invitum cogendum eſſe ad ſuſcipiendam religionem, non debebat eam armis, & cædibus dilatare: ſed ſatis erat eam proponere, ac ſuadere, ſicut fecerunt Chriſtus & Apoſtoli in prædicando Euangelium. Armis itaque utebatur Mahumetus non ad dilatandam religionem, ſed ad imperium propagandum: & ad ea rabidus inhiabat, quæ alios contemnere jubebat. Volebat alios pecunias abjicere, ut ipſe commodiùs ſubripere poſſet: promittebat hortos & flumina hominibus ruſticis ac bardis, quibus marſupia callidus emungebat. Et quidem ab iis urbibus, vel gentibus, quas bello viciſſet, ſi tributum perſolviſſent, hoc contentus, religionem nullam exigebat, ut conſtat: & nos probavimus in Prodr. parte 4. cap. 23. pag. 3. & ſequentibus.

XII. Poſtremò, farraginem ſeu centonem religionum formare vult Mahumetus. Promittit enim Judæis & Chriſtianis ſalutem, ſi unà cum Pentateucho & Euangelio Alcoranum etiam admittant & obſervent, & vaticinia, quæ de Mahumeto in iiſdem libris reperiuntur, non abſcondant, neque corrumpant. Verùm cùm Alcoranus, ut manifeſtum eſt, & Pentateuchum, & Euangelium, non ſolùm in præceptis, & ritibus, ſed etiam in hiſtoriis, & iis rebus, quæ ſunt æternæ veritatis oppugnet ac deſtruat, impoſſibile eſt hos tres libros ſimul admittere, & obſervare, non minùs quàm impoſſibile ſit eſſe ſimul & Judæum, & Chriſtianum, & Mahumetanum. Quod attinet ad abſcondenda, vel corrumpenda vaticinia Pentateuchi & Euangelii de Mahumeto, jam ſuprà ſatis reſponſum eſt.

سورة النسآء مدنية ماية وخمس اوستّ اوسبع وسبعون آية

SURA IV.

MULIERES.

MEDINENSIS:

CENTUM ET SEPTUAGINTA QUINQUE, SEU SEX, SEU SEPTEM COMMATUM.

بسم الله الرحمن الرحيم ❋

1 يا ايها الناس اتقوا ربكم الذي خلقكم من نفس واحدة وخلق منها زوجها وبث منهما رجالا
كثيرا ونساء واتقوا الله الذي تسآلون به والارحام ان الله كان عليكم رقيبا ۞ 2 واتوا اليتامى
اموالهم ولا تتبدلوا الخبيث بالطيب ولا تاكلوا اموالهم الى اموالكم انه كان حوبا كبيرا ۞
3 وان خفتم الا تقسطوا في اليتامى فانكحوا ما طاب لكم من النسآء مثنى وثلاث ورباع فان خفتم
الا تعدلوا فواحدة او ما ملكت ايمانكم ذلك ادنى الا تعولوا واتوا النسآء صدقاتهن نحلة فان طبن
لكم عن شي منه نفسا فكلوه هنيا مريا ۞ 4 ولا تؤتوا السفهآء اموالكم التي جعل الله
لكم قياما وارزقوهم فيها واكسوهم وقولوا لهم قولا معروفا ۞ 5 وابتلوا اليتامى حتى اذا بلغوا
النكاح فان انستم منهم رشدا فادفعوا اليهم اموالهم ولا تاكلوها اسرافا وبدارا ان يكبروا ومن كان
غنيا فليستعفف ومن كان فقيرا فلياكل بالمعروف فاذا دفعتم اليهم اموالهم فاشهدوا عليهم وكفى بالله
حسيبا ۞ 6 للرجال نصيب مما ترك الوالدان والاقربون وللنسآء نصيب مما ترك الوالدان والاقربون
مما قل منه او كثر نصيبا مفروضا ۞ 7 واذا حضر القسمة اولوا القربى واليتامى والمسكين فارزقوهم
منه وقولوا لهم قولا معروفا ۞ 8 وليخش الذين لو تركوا من خلفهم ذرية ضعافا خافوا عليهم فليتقوا
الله وليقولوا قولا سديدا ۞ 9 ان الذين ياكلون اموال اليتامى ظلما انما ياكلون في بطونهم نارا
وسيصلون سعيرا ۞ 10 يوصيكم الله في اولادكم للذكر مثل حظ الانثيين فان كن نسآء

فوق

فوق اثنتين فلهن ثلثا ما ترك وان كانت واحدة فلها النصف ولابويه لكل واحد منهما السدس
مما ترك ان كان له ولد فان لم يكن له ولد وورثه ابواه فلامه الثلث فان كان له اخوة
فلامه السدس من بعد وصية يوصي بها اودين ابآؤكم وابناؤكم لا تدرون ايهم اقرب لكم نفعا
فريضة من الله ان الله كان عليما حكيما ۞ 11 ولكم نصف ما ترك ازواجكم ان لم يكن
لهن ولد فان كان لهن ولد فلكم الربع مما تركن من بعد وصية يوصين بها اودين ولهن
الربع مما تركتم ان لم يكن لكم ولد فان كان لكم ولد فلهن الثمن مما تركتم من
بعد وصية توصون بها اودين وان كان رجل يورث كلالة او امرأة وله اخ او اخت فلكل
واحد منهما السدس فان كانوا اكثر من ذلك فهم شركاء في الثلث من بعد وصية يوصى بها
اودين غير مضار وصية من الله والله عليم حكيم ۞ 12 تلك حدود الله ومن يطع الله ورسوله
يدخله جنت تجري من تحتها الانهار خالدين فيها وذلك الفوز العظيم ۞ 13 ومن يعص الله
ورسوله ويتعد حدوده يدخله نارا خالدا فيها وله عذاب مهين ۞ 14 واللاتي يأتين الفاحشة من
نسايكم فاستشهدوا عليهن اربعة منكم فان شهدوا فامسكوهن في البيوت حتى يتوفيهن
الموت او يجعل الله لهن سبيلا ۞ 15 واللذان يأتيانها منكم فاذوهما فان تابا واصلحا فاعرضوا
عنهما ان الله كان توابا رحيما ۞ 16 انما التوبة على الله للذين يعملون السوء بجهالة ثم
يتوبون من قريب فاولايك يتوب الله عليهم وكان الله عليما حكيما ۞ 17 وليست التوبة للذين
يعملون السيات حتى اذا حضر احدهم الموت قال اني تبت الان ولا الذين يموتون وهم كفار اولايك
اعتدنا لهم عذابا اليما ۞ 18 يا ايها الذين امنوا لا يحل لكم ان ترثوا النساء كرها ولا تعضلوهن
لتذهبوا ببعض ما اتيتموهن الا ان يأتين بفاحشة مبينة وعاشروهن بالمعروف فان كرهتموهن فعسى
ان تكرهوا شيا ويجعل الله فيه خيرا كثيرا وان اردتم استبدال زوج مكان زوج واتيتم
احديهن قنطارا فلا تاخذوا منه شيا اتاخذونه بهتانا واثما مبينا ۞ 19 وكيف تاخذونه وقد
افضى بعضكم الى بعض واخذن منكم ميثاقا غليظا ۞ 20 ولا تنكحوا ما نكح اباؤكم
من النساء الا ما قد سلف انه كان فاحشة ومقتا وساء سبيلا ۞ 21 حرمت عليكم امهاتكم
وبناتكم واخواتكم وعماتكم وخالاتكم وبنات الاخ وبنات الاخت وامهتكم اللتي ارضعنكم واخوتكم
من الرضاعة وامهات نسايكم وربايبكم اللاتي في حجوركم من نسايكم اللاتي دخلتم بهن فان لم
تكونوا دخلتم بهن فلا جناح عليكم وحلايل ابنايكم الذين من اصلابكم وان تجمعوا بين
الاختين الا ما قد سلف ان الله كان غفورا رحيما ۞ 22 والمحصنت من النساء الا ما ملكت
ايمانكم كتاب الله عليكم واحل لكم ما وراء ذلكم ان تبتغوا باموالكم محصنين غير

مسفحين

مسفحين ۞ 23 فما استمتعتم به منهن فاتوهن اجورهن فريضة ولا جناح عليكم فيما تراضيتم
به من بعد الفريضة ان الله كان عليما حكيما ۞ 24 ومن لم يستطع منكم طولا ان ينكح
المحصنات المومنات فمن ما ملكت ايمانكم من فتياتكم المومنات والله اعلم بايمانكم بعضكم
من بعض فانكحوهن باذن اهلهن واتوهن اجورهن بالمعروف محصنات غير مسافحات ولا متخذات
اخدان فاذا احصن فان اتين بفاحشة فعليهن نصف ما على المحصنات من العذاب ذلك لمن خشي
العنت منكم وان تصبروا خير لكم والله غفور رحيم ۞ 25 يريد الله ليبين لكم ويهديكم
سنن الذين من قبلكم ويتوب عليكم والله عليم حكيم ۞ 26 والله يريد ان يتوب عليكم
ويريد الذين يتبعون الشهوات ان تميلوا ميلا عظيما ۞ 27 يريد الله ان يخفف عنكم وخلق
الانسان ضعيفا ۞

In Nomine Dei Miſeratoris Miſericordis.

1. O Homines timete Dominum veſtrum, qui creavit vos ex anima una (*ideſt Adam*): & creavit ex ea conjugem ejus (*ideſt Hevam*): & ſparſit ex his duobus viros multos, & mulieres: & timete Deum, per quem rogatis vos invicem: & *cavete ne violetis* conſanguinitates: quia Deus eſt ſuper vos obſervator. 2. Et date orphanis, *cùm adoleverint*, facultates ſuas; & ne permutetis malum cum bono; & ne comedatis (*ideſt conſumatis*) facultates eorum *aggregantes eas* ad facultates veſtras: quia hoc eſt peccatum grande. 3. Et ſi timuiſtis, ne juſtè vos gereretis cum orphanis: *ac propterea reliquiſtis procurationem eorum*: *timete etiam*, *ne juſtè vos geratis cum multis uxoribus*: ergo ducite in matrimonium, quæ placuerint vobis ex mulieribus, binarium, & ternarium, & quaternarium, *non plures*. Quòd ſi timueritis ne æquitatem ſervare poſſitis *cum illis*, *ducite tantùm* unam: aut *ducite tantùm*, quod poſſederunt dexteræ veſtræ) (*ideſt ancillas veſtras*). Hoc erit facilius, ut non declinetis ab æquitate; & date mulieribus eleemoſynas earum, donum ſpontaneum, (*ideſt mundum muliebrem*). Quòd ſi liberales fuerint vobis in re aliqua ex eo (*ideſt mundo muliebri*, *aliquid remittentes*) ex animo (*ideſt voluntariè*) utimini illo, *liter.* comedite illud delectabiliter, utiliter. 4. Et ne detis, *ò Curatores*, fatuis facultates veſtras (*ideſt facultates eorum*, *quæ ſunt penes vos*), quas conſtituit Deus vobis ad ſtabilimentum (*ideſt ad eas conſervandas*); ſed alite eos ex illis, & veſtite eos, *liter.* & dicite dictum conveniens, & utimini cum eis verbis benignis. 5. Et probate orphanos, *inſtruentes eos in fide & moribus*, donec perveniant ad conjugium. Quòd ſi agnoveritis in eis *ſufficientem* inſtitutionem; tradite illis facultates eorum; neque abſumatis eas prodigè, & properanter, eò quòd creſcant in ætate. Qui autem *ex curatoribus* fuerit dives, abſtineat *ab utendo facultatibus orphanorum*. Qui verò fuerit pauper comedat illas cum juſtitia (*ideſt utatur illis diſcretè*). Quando autem tradetis illis facultates eorum, teſtes advocate coram eis. Deus porrò eſt ſufficiens computator *operum veſtrorum*. 6. Viris *debetur* portio ex eo, quod reliquerint parentes & propinqui, *quando moriuntur*. Et mulieribus *ſimiliter debetur* portio ex eo, quod reliquerint parentes & propinqui. Ex eo, quod exiguum fuerit de eo, ſive fuerit multum; *debetur illis* portio determinata *pro rata*. 7. Et cùm præſentes fuerint partitioni *hæreditatis* ii, qui ſunt propinqui, itemque orphani, & pauperes; elargimini illis *aliquid* ex ea *ante*

partitio-

partitionem: *& ſi hæreditas hoc non tulerit eò quòd ſit exigua*, dicite eis dictum juſtùm (*ideſt humanis verbis eos conſolamini*). 8. Et timeant *ſoliciti pro orphanis* illi, qui ſi relinquant poſt ſe ſobolem imbecillam, metuunt pro illa, *ne malè pereat*. Timeant itaque Deum: & dicant *moribundo* dictum ſalubre. 9. Porrò qui comedunt facultates orphanorum injuſtè, certè comedunt in ventribus ſuis ignem: & torrebuntur fervore ignis. 10. Præcepit vobis Deus circa filios veſtros. Maſculo *debetur* inſtar portionis duarum fœminarum. Quòd ſi fuerint *tantùm* mulieres, *& hæ ſint* ſupra duas; *dentur* illis duæ tertiæ partes illius, quod reliquerit *mortuus*. Si autem fuerit *tantùm* una, *detur* illi dimidium. Parentibus verò ejuſdem *defuncti*, unicuique ex eis *detur* ſexta pars ex eo, quod reliquerit, ſi fuerit illi filius. Quòd ſi non fuerit illi filius, & hæredes ejus ſint parentes ejus: tunc matri ejus *dabitur* tertia pars. Quòd ſi fuerint ei fratres; matri ejus *dabitur* ſexta pars, poſt *adimpleta* legata, *quæ* legaverit, aut *perſoluta* debita, *quæ reliquerit*. Patres veſtri, & filii veſtri, neſcitis utri eorum ſint *liter.* viciniores vobis utilitate (*ideſt utiliores vobis.*) Statutum *hoc eſt* à Deo: porrò Deus eſt ſciens, ſapiens. 11. Et vobis *debetur* dimidium illius, quod reliquerint conjuges veſtræ, niſi habeant prolem. Quòd ſi prolem habuerint, tunc *cedet* vobis quarta pars ex eo, quod reliquerint, poſt *adimpleta* legata, *quæ legaverint*, aut debita *diſſoluta*. Ipſis quoque *uxoribus aſſignabitur* quarta pars ex eo, quod reliqueritis, niſi fuerit vobis proles. Si autem prolem habueritis, tunc *conſtituetur* illis octava pars ex eo, quod reliqueritis, poſt *adimpleta* legata, quæ legaverint, aut debita *diſſoluta*. Quòd ſi fuerit vix aliquis, qui inſtituatur hæres illius, cui non ſit genitor, neque proles: aut mulier *aliqua ejuſdem ſtatus inſtituatur hæres*: & hic habeat fratrem aut ſororem: unicuique ex his duobus *detur* ſexta pars *illius*, *quod reliquerit*. Quòd ſi fuerint plures, quàm hic *unus*, *vel una*: hi *erunt* participes in tertia parte, poſt *adimpleta* legata, quæ legaverit aut debita *diſſoluta*, ſine damno *hæredum*. *Hoc eſt* præceptum à Deo: Deus autem eſt ſciens, mitis. 12. Iſti ſunt termini (*ideſt ſtatuta*) Dei. Et qui obedierit Deo, & Legato ejus, introducet eum in hortos, ſubtus quos currunt flumina; perpetuò moraturos in illis: & hæc erit felicitas magna. 13. Qui verò non obedierit Deo, & Legato ejus, ſed tranſgreſſus fuerit terminos ejus: introducet eum in ignem, perpetuò moraturum in eo: & ipſi erit pœna ignominioſa. 14. Et quæ flagitium (*ideſt adulterium, ſeu fornicationem*) perpetraverint ex mulieribus veſtris: teſtes advocate contra eas quatuor ex vobis: qui ſi teſtificati fuerint *de earum flagitio; concludite ac* retinete eas in domibus, donec abſumat eas mors, aut *lit.* ponat, *aperiat illis Deus viam exeundi*. 15. *Lit.* (& duo qui perpetraverint illud ex vobis.) *Et ſi duo ex vobis, perpetraverint hujuſmodi flagitium*; noxam irrogate utrique. Quod ſi reſipuerint, & ſeſe correxerint, *lit.* recedite ab utroque, *dimittite utrumque*: nam Deus eſt propitiabilis, miſericors. 16. Certè *conceditur* pœnitentia apud Deum illis, qui faciunt malum per ignorantiam, deinde reſipiſcunt *lit.* de proximo, *quamprimùm*: his propitius erit Deus: & Deus eſt ſciens, ſapiens. 17. Sed non eſt *locus* pœnitentiæ illis, qui faciunt mala, donec, *lit.* præſens ſit uni eorum: *adveniat illi mors*: *etiamſi quis tunc* dicat: Certè pœnitet me nunc: neque illis, qui moriuntur, *lit.* & ipſi infideles ſunt, *in infidelitate*. His præparavimus pœnam dolorificam. 18. O qui crediderunt, *fideles*, non licet vobis eſſe hæredes mulierum invitò contra earum voluntatem: neque prohibere illas, *ne nubant aliis præter vos*, ut auferatis aliquid ex eo, quod dederitis eis *in dotem*; niſi perpetraverint flagitium manifeſtum: & cohabitate cum eis cum æquitate, *humaniter*. Quòd ſi exoſas habueritis illas, fortaſsè eveniet, ut exoſam habeatis rem, in qua poſuit Deus *vobis* bonum multum. Quòd ſi volueritis permutare uxorem: loco uxoris: *cum alia uxore*; & *jam* dederitis uni earum talentum, ne tollatis ex eo quidquam. An tolletis illud per injuſtitiam & iniquitatem manifeſtam? 19. Et quomodò tolletis illud: (& jam ingreſſus eſt alter veſtrum ad alterum:) *cùm jam conjuncti fueritis invicem per copulam maritalem*; & illæ acceperint à vobis pactum firmum.

a cui nupſerint patres veſtri ex mulieribus.

20. Et ne nubatis *a* mulieribus, quibus jam nupſerint patres veſtri: excepto quod *circa hoc* jam præceſſit *(ideſt conceditur vobis retinere eas, quibus jam nupſiſtis)*: nam hoc eſt flagitium, & abominatio: & malum eſt ſemita *(ideſt ducit ad malum vel infelicitatem)*. 21. Prohibentur vobis matres veſtræ, & filiæ veſtræ, & ſorores veſtræ, & amitæ veſtræ, & materteræ veſtræ, & filiæ fratris, & filiæ ſororis: & matres veſtræ, quæ lactaverunt vos, & ſorores veſtræ *b* collactaneæ, & matres uxorum veſtrarum, & privignæ veſtræ, quæ ſunt in cuſtodia veſtra, *natæ* ex uxoribus veſtris, ad quas ingreſſi fuiſtis. (Quòd ſi ingreſſi non fueritis ad eas, non erit piaculum vobis *eas accipere*) & uxores filiorum veſtrorum, qui *egreſſi ſunt* ex lumbis veſtris: & *prohibetur etiam vobis* *c* accipere in conjuges duas ſorores: excepto eo, quod jam præteriit *in contrarium circa hoc*: nam Deus eſt indultor, miſericors. 22. Et *prohibentur etiam vobis* ingenuæ ex mulieribus *conjugatis* præter eas, quas *d* ut captivas poſſidetis. Hoc præſcribitur vobis à Deo. Conceditur autem vobis id, quod eſt præter hoc; ut exquiratis facultatibus veſtris ingenuas, pudicas, non ſcortatrices. 23. Pro eo autem commodo, quod acceperitis ex illis, date illis mercedes (*ideſt dotes*) earum, *juxta* ſtatutum. Et non erit piaculum, vobis in eo, de quo mutuo placito conſenſeritis, poſt *e* dotem conſtitutam; Deus enim eſt ſciens, ſapiens. 24. *f* Qui verò ex vobis non habuerit tot facultates, ut nubere poſſit cum *mulieribus* ingenuis, fidelibus, *nubat* cum *g ancillis veſtris puellis fidelibus*. Et Deus eſt ſcientiſſimus fidei veſtræ. Alii veſtrum ſunt ex aliis; itaque nubite illis cum aſſenſu dominorum ipſarum: & date illis dotes earum *h* prout juſtum eſt. *Sint autem* pudicæ, non fornicariæ, neque habentes amaſios. Poſtquam autem nupſerint, ſi perpetraverint flagitium *(ideſt adulteratæ fuerint) irrogetur* illis dimidium illius, quod *irrogatur Virginibus* ingenuis de pœna *propter ſtuprum*. Hoc *conjugium cum ancillis conceditur* illi, qui timuerit ex vobis flagitium *ab ingenuis*. Quòd ſi abſtinueritis *à conjugio ancillarum* melius erit vobis: & Deus eſt indultor, miſericors. 25. Vult Deus manifeſtare vobis *hoc*, & dirigere vos per inſtituta eorum, qui *fuerunt* ante vos, & propitium ſe oſtendere vobis: & Deus eſt ſciens, ſapiens. 26. Et Deus vult propitius eſſe vobis: & volunt ii, qui ſectantur concupiſcentias, ut declinetis *à veritate* declinatione magna. 27. Vult Deus levem reddere vobis *legem ſuam*: nam homo creatus eſt infirmus.

c ut conjugetis inter.

d poſſederunt dexteræ veſtræ. Præſcriptū Dei ſuper vos.

e ſtatutum adimpletū.

f Et qui nō potuerit ex vobis longitudinē (ideſt, *habere tot facultates*) ut nūbat.

g iis, quas poſſederunt dexteræ veſtræ, ex puellis veſtris fidelibus.

h cum æquitate.

الجزء الخامس Pars quinta.

NOTÆ.

INſcribitur hæc Sura النساء *Mulieres*, quia in ea præcipuè agitur de his quæ ſpectant ad illas; nimirum, ſponſalibus, repudiis, dotibus, gradibus prohibitis &c. Eſt Medinenſis. Verſus illi tribuuntur ſupra centum ac ſeptuaginta quinque, vel ſex, vel ſeptem. Videtur Mahumetus voluiſſe agere Simiam Hebræorum, qui in ſuo משנה habent item tractatum, ſeu partem tertiam de נשים *Mulieribus*, ejuſdem propè farinæ. Præmium lectoris eſt hujuſmodi من قرء سورة النساء فكانما تصدق على كل مومن ومومنة ورث ميراثا والعطى من الاجر كما اشترى محررا وبرى من الشرك وكان فى مشية الله تعلى من الذين يتجاوز عنهم : *qui legerit Suram Mulierum, perinde erit, ac ſi dediſſet in eleemoſynam ſingulis viris ac mulieribus fidelibus hæreditatem poſſidendam: & habebit mercedem ac ſi redemiſſet liberum: & immunis ſervabitur ab idololatria: & erit in voluntate Dei Excelſi ex illis, quibus Deus ipſe ignovit peccata.*

I. *O homines*] Exponit Gelal اى اهل مكة *ideſt o homines Meccani*. Notant interpretes, ubicumque in Alcorano dicitur يا ايها الناس *ò homines*, Suram illam, vel periodum traditam fuiſſe Meccæ. Ubi verò dicitur يا ايها الذين امنوا *ò qui credidérunt*, Suram illam, vel periodum Medinæ revelatam fuiſſe.

Conſanguinitates] Arabicè eſt الارحام *ideſt vulvas* Intelligunt Interpretes conſanguinitates, affinitates, vel matrimonia.

II. *Ne permutetis pravum cum bono*]. Nimirùm ut exponit Gelal. من اخذ الجيد من مال اليتيم وجعل

وجعل الردى من مالكم مكانه : *accipiendo quæ bona ſunt de facultatibus orphani, & reponendo pro eis quæ mala ſunt de facultatibus veſtris.*

III. *Et ſi timuiſtis ne juſtè &c.*]. Gelal. ولما نزلت تحرجوا من ولاية اليتامى وكان فيهم من تحته العشر او الثمان من الازواج فلا يعدل بينهن فنزل وان خفتم : *cùm hæc revelata fuiſſent, reliquerunt curam orphanorum. Erant autem inter eos, quidam, qui habebant decem, vel octo uxores, nec ſervabant æquitatem inter eas: & ideò hìc dicitur: Si timuiſtis &c.*

VIII. *Et timeant &c.*]. Locum hunc alioqui obſcurum ita declarat Gelal. : وليخف على اليتامى الذين لو قاربوا ان يتركوا بعد موتهم اولادا صغارا خافوا عليهم الضيعة فليتقوا الله في امر اليتامى وليقولوا اليهم ما يحبون ان يفعل بذريتهم من بعدهم : *& ſoliciti ſint pro orphanis illi, qui cùm propiores ſint, ut relinquant poſt mortem ſuam filios parvulos, timent de eis ne malè pereant. Timeant igitur Deum in hoc negocio pupillorum; & præſtent illis id, quod cupiunt, ut præſtetur filiis ſuis poſt mortem ſuam.* Eodem ferè modo Jahias.

Moribundo]. nempè patri orphanorum.

X. *Maſculo debetur inſtar portionis duarum fœmi-narum*] Ita gloſſat Gelal. : اذا اجتمعتا معه فله نصف المال ولهما النصف فان كان معهم واحدة فلها الثلث وله الثلثان وان انفرد حاز المال : *ſi ſimul fuerint cum eo duæ, debetur illi dimidium facultatum, & illis aliud dimidium. Sed ſi una tantùm cum eo fuerit, illi debetur tertia pars, maſculo autem duæ tertiæ partes. Si autem hic ſolus fuerit, devolventur ad eum omnes facultates.*

Patres veſtri & filii veſtri &c.] Horum verborum ſenſus eſt. Vos ignoratis, utrum magis profuturi ſint vobis in hoc mundo, & in futuro ſæculo parentes veſtri, an filii veſtri, licèt vos putetis parentes magis utiles eſſe vobis, quia reliquerunt vos hæredes. ita Gelal:

XIV. *Concludite ac retinete eas in domibus*] Gelal امروا بذلك اول الاسلام ثم جعل لهن سبيلا بجلد البكر مائة وتغريبها عاما ورجم المحصنة وفي الحديث لما بين الحد قال خذوا عني خذوا عني قد جعل الله لهن سبيلا : *præceptum fuit hoc illis in principio Mahumetiſmi. Deinde facta eſt illis via exeundi è carcere cum hac conditione, ut puellæ, ſeu virgines centum ictibus cæderentur, & exularent per annum; conjugatæ verò lapidibus obruerentur. Ex traditione autem habetur, quòd cùm publicata eſſet hæc lex, Mahumetus dixerit: Audite me: audite me: Jam poſuit illis Deus modum exeundi.*

XV. *Et ſi duo ex vobis perpetraverint &c.*] De Sodomitici ſceleris reorum pœna nihil hìc habetur, quàm فاذوهما *noxam inferte utrique*. Sed quamnam noxam? Explicat Gelaleddinus بالسب والضرب بالنعال *convicia illis ingerendo, & crepidis percutiendo*. Jahias: فاذوهما بالالسنة *nocete eis linguis*. Nempè reprehendite eos, ſeu conviciamini illis. Putat Zamchaſcerius non agi hìc de ſcelere nefario inter duos mares, ſed de copula meretricia, vel fornicaria inter maſculum, & fœminam, ait enim يريد الزانى والزانية فاذوهما فوبخوهما وذموهما وقولوا لهما ما استحييتما أما خفتما الله : *Intelligit ſcortatorem, & ſcortatricem, de quibus dicit: Nocete utrique, nimirùm arguite utrumque & vituperate eos dicentes: Quid eſt, quòd adeò concupiſtis? an non timuiſtis Deum?* Verum Gelal ſolidè probat, hoc non pertinere ad mulieres, ſed ad viros tantùm. Nam de mulieribus jam ſuprà lex ſancita fuerat: ipſum audiamus: والذان يأتيانها اى الفاحشة الزنا او اللواط منكم اى من الرجال وهذا منسوخ بالحد ان اريد بها الزنا وكذا ان اريد بها اللواط عند الشافعى لكن المفعول به لا يرجم عنده وان كان محصنا بل يجلد ويغرب وارادة اللواط اظهر بدليل تثنية الضمير والاول قال اراد الزانى والزانية ويرده الى تبيينهما بمن المتصلة بضمير الرجال واشتراكهما فى الاذى واتوبة والاعراض وهو مخصوص بالرجل لما تقدم فى النساء من الحبس : *Et duo qui perpetraverint hoc flagitium, nempè fornicationem, aut ſodomiam ex vobis, ſcilicet ex viris. Et hoc fuit abrogatum, poſito quòd intelligatur de fornicatione, aut adulterio, & ſimiliter ſi intelligatur de ſodomia, juxtà ſententiam Sciaphaenſis. Sed juxta eundem, is qui patitur ſodomiam non lapidatur, licèt ſit liber, & ingenuus, ſed flagellatur, & exulat. At verò quòd hìc agatur de ſodomia, magis eſt clarum ob numerum dualem pronominis. Prima autem ſententia, quòd hìc ſermo ſit de viro & fœmina fornicantibus, rejicitur, ob particulam declarativam, ſeu diſtinctivam, Ex, conjunctam cum pronomine virili; & ob conjunctionem utriuſque delinquentis in pœna, & pœnitentia, & indulgentia. Et hoc propriè dicitur de viris eò quòd de mulieribus præceſſerit pœna carceris.* Abul-Caſemus in libro de *Abrogante*, & *Abrogato*, accipit verba Alcorani de ſimplici copula inter ſolutos dicens: وكان البكر

البكـران اذا زنيا غيرا وشتمـا لا غيـر فجاءت الايـة التـى فى سورة النور وهى الزانيـة والزانـى فاجلـدوا كل واحدهمـا مايـة جلـدة فهـذا منسـوخ بالكتـاب :

Cùm duo nondum copulati matrimonio simul coirent, arguebantur, & conviciis tantummodò puniebantur, absque aliâ pœna. Sed in Sura de Luce, ita deinde sanciuum est: Fornicatrix, & fornicator, singuli centum ictibus flagellentur. Trina itaque est hic abrogatio juxta Abul-Casemum: convicium enim, seu reprehensio abrogavit carcerationem: flagellatio abrogavit convicium; & lapidatio flagellationem. Interpres Alcorani Latinus, sicut & Gallicus, interpretatur verba Alcorani de adulteris, & fornicariis. Neuter placet: & sæpissimè hallucinatur uterque.

XXII. *ingenuæ ex mulieribus*] *Arabicè* المحصنات *propriè munitæ*: & modò intelliguntur *conjugatæ*, modò *liberæ* & *ingenuæ*; modò *castæ & pudicæ*: in quo sequutus sum expositionem Gelaleddini præcipuè. Porrò hoc loco sermo est de conjugatis liberis, quas nefas est ducere in uxores, antequam per repudium, seu divortium separentur à propriis maritis, sive sint Mahumetanæ, sive non. Quæ verò captæ sunt in bello, vel tanquam ancillæ possidentur, etiam si habeant maritum: possunt accipi in uxores, sed ut ait Gelal, بعد الاستبراء *postquam mundatæ ac purificatæ fuerint.*

XXIII. *Et non erit vobis piaculum &c.*] Gelal نقض من خطها او بعضها اوزيادة عليها : *augendo, vel minuendo aliquid de dote, seu tota sorte, aut parte illius.*

XXIV. *Irrogetur eis dimidium &c.* Gelal : فيجلد بخمسين ويعزبن نصف سنة : *flagellentur quinquaginta ictibus, & exulent per dimidium anni.*

XXV. *Eorum qui fuerunt ante vos*] Gelal. من الانبياء *ex Prophetis.*

XXVI. *Qui sectantur concupiscentias*] Gelal vult hos esse اليهود والنصارى والمجوس والزناة *Judæos, & Christianos, & Magos, & Sabæos.* Quidam pro الزناة *Sabæos* legunt الزناة *Scortatores.*

XXVII. *Creatus est homo infirmus*] quia inquit Gelal لا يصبر عن النسا او الشهوات *continere se non potest à fœminis, vel concupiscentiis.*

REFUTATA.

I. Nihil est Mahumeto insanius. Ita ad asseclas suos ratiocinatur: Vos Arabes utpotè natura furaces, & latrones primarii, recessistis à cura orphanorum, agnoscentes vos servare non posse legem meam, de abstinendo ab eorum facultatibus usurpandis. Laudo factum. Sed metuere etiam, & quidem rationabiliter debetis, ne circa plures uxores æquitatem servare possitis. Harum præmissarum legitima erat conclusio: Vel penitùs igitur ab iis abstinete, vel una tantùm contenti estote. Sed concluſit ille: Accipite ergo uxores quas vultis, & quot vultis, ex ingenuis ac liberis unam, duas, tres, quatuor: ex ancillis decem, centum, mille; dummodò tot alere possitis. O cerebrum pecuinum! Et tamen infrà sanctè affirmat, *impossibile esse, ut cum pluribus uxoribus, aliquis vir, vel sua, vel earum culpa, servet æquitatem.* Id autem verum esse in ipsis Sacris Scripturis apertè deprehenditur in Sara, & Hagar: in Rachele & Lia: in Anna, & Phenenna, & aliis; inter quas frequenter invidiæ, rixæ, iræque oriebantur, non quidem culpa virorum, qui erant Sancti; sed ipsarum mulierum, vel alterius ex ipsis.

II. Pluries asserit Mahumetus, missum se fuisse, ut Pentateuchum, & Euangelium confirmaret, seu veritatem continere ostenderet. Atqui in Euangelio Christus Polygamiam proscripsit, unius uxoris thorum præscripsit. Quomodò igitur confirmat Mahumetus Euangelium, qui & suis tàm magnum uxorum numerum concedit, & ipse ad duas & viginti in matrimonium ductas retinuit?

Respondebunt Mahumetani Prophetam suum in hoc non quidem Euangelium, in quo Monogamia præcipitur; sed Pentateuchum, in quo Polygamia permittitur confirmasse: cùmque inter se Pentateuchus, & Euangelium in hoc discreparent, non potuisse utrumque confirmare.

Sed facilè convellitur hæc responsio: nam lex illa servanda est & retinenda quæ postremo loco fertur, & per quam prima abrogatur. Sed præceptum Euangelicum de Monogamia posterius fuit sanctioni Mosaicæ de Polygamia: debebat igitur Mahumetus in hoc non Pentateuchum, sed Euangelium confirmare; præsertim quia Polygamia nunquam præcepta in Pentateucho, sed ad summum permissa tantùm fuit: at in Euangelio omninò proscripta, ac per Monogamiæ legem rejecta. Quoniam verò nihil est quod magis Mahumetanos à Christiana religione alienos faciat, quàm libera hæc circa uxorum pluralitatem facultas ab Alcorano concessa: non abs re erit nonnulla hìc contra eamdem argumenta è Sacris Scripturis, & ex ratione desumpta proferre: quæ in Prodromi p. 4. c. 21. pag. 52. fusiùs tractata sunt.

Primò Certum est Polygamiam legi naturæ, vel contrariam esse; vel non ita conformem, ut Monogamiam. Deus enim à principio unam tantum fœminam Adæ concessit: & cæteri omnes usque ad Lamech, qui fuit sextus ab Adam, una tantùm uxore contenti fuerunt. La-

mech

mech verò, qui ortus eſt ex ſtirpe reproba Cain primus duas accepit uxores, quæ in illius necem mox conſpiraſſe dicuntur; ut colligitur ex iis verbis, quibus eas à tanto ſcelere deterruit: *Septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſeptem*. Cæteri verò omnes uſque ad Abraham, plures uxores habuiſſe non leguntur; Abraham etiam, cujus ſe aſſeclam falsò jactat Mahumetus, unam tantùm Saram habuit. Et quamvis hæc ſterilis eſſet, nunquam tamen de alia ducenda cogitavit: hoc enim ſine Saræ injuria fieri non poſſe cognoſcebat. Quòd ſi objicias, illum etiam Hagarem habuiſſe, reſpondeo, hanc ex neceſſitate, ut ita dicam, ab Abraham ductam fuiſſe, non ex propria electione, ſed quia Sara ultrò cedens juri ſuo, ita illi perſuaſit, exiſtimans, ſe hoc poſſe ſine piaculo facere. Cæterùm ubi Sara filium peperit ejecta eſt Hagar, quam Abraham non ultrà cognoviſſe ex eo colligitur, quia præter Iſmaelem, nullum alium ex ea filium ſuſcepiſſe legimus: quidquid Rabbini Judæorum in contrarium delirent. Probabile autem eſt, id ex ſpeciali Dei inſtinctu factum fuiſſe (Deus enim eſt ſupra omnes leges) vel quia Abraham ſibi perſuaderet, poſſe ſe in eo caſu licitè cum Hagare coire, præſertim conſentiente, imò volente Sara. At ubi inter illam & Hagarem diſſidia excitari cœperunt, ejecta eſt Hagar, quæ nunquam uxoris nomen acquiſivit, ſed ancillæ ſemper retinuit. Duxit etiam Abraham tertiam uxorem Ceturam, ſed mortua jam Sara, & ejecta, & fortaſsè etiam mortua Hagare. Itaque vix dici poteſt, Abraham polygamum fuiſſe. Si hac modeſtia in ſe, & in ſuis uſus fuiſſet Mahumetus, poſſet aliquo modo ſe Abrahæ aſſeclam jactare, & nihilominùs non debuiſſet ſibi hanc licentiam aſſumere, poſtquam fuerat à Deo per Chriſtum revocata. Iſaac etiam unam tantùm habuit uxorem Rebeccam, Jacob unam tantùm accepit Rachelem. Sed cùm Laban furtim Liam illi ſuppoſuiſſet, eamque ipſe carnaliter cognoviſſet, putavit non immeritò, ſe ad utramque retinendam teneri. Ad primam quidem, quia jam eam deſponſaverat: ad ſecundam verò, quia eam cognoverat. Quòd autem etiam cum duabus ancillis concubuerit; id ſe licitè facere poſſe putavit, quia nec bono prolis, cùm ſterilis eſſet vera uxor; nec paci domeſticæ, cùm eadem uxor marito ancillam ultrò conceſſiſſet, adverſabatur. Itaque vix dici poteſt etiam Jacob fuiſſe polygamum, niſi per accidens. Credibile autem eſt, ab his duobus exemplis anſam cœpiſſe alios nonnullos duas ducendi uxores, qui tamen pauciſſimi fuerunt. Ita legimus lib. 1. Reg. Elcanam duas habuiſſe uxores, Annam ſcilicet, & Phenennam. Et fortaſsè imò probabiliſſimè duxerat Annam tantummodò. Verùm cùm hæc ſterilis eſſet, ut teſtatur Scriptura; Phenennam, eadem Anna ſuadente, vel conſentiente, ob bonum prolis accepit.

Porrò in Pentateucho nullibi reperimus Deum expreſsè & abſolutè polygamiam præcepiſſe. Licèt enim Deut. cap. 25. juſſerit, ſi frater ſine prole obiiſſet, fratrem ejuſdem uxorem ducere: non tamen cenſebatur uxor fratris vivi, ſed mortui, cujus etiam nomine proles naſcebatur. Probabile etiam eſt non cedere hanc legem in fratrem vivum, qui aliam haberet uxorem. Imò etiamſi uxore propria careret, liberum erat illi uxorem fratris defuncti recuſare. Duplex hujus rei exemplum habemus.

Primum Geneſ. cap. 38. ubi Onan accepit uxorem Her fratris ſui defuncti: ſed ipſe Onan erat cælebs. Alterum Ruth cap. 4. ubi Elimelech noluit accipere Ruth ad ſuſcitandum ſemen fratri, ſeu cognato ſuo Machalon, quia habebat uxorem: ſed accepit eam Booz item frater cognatus, qui erat cælebs. Poſſet afferri in contrarium lex illa Deuter. cap. 22. qua præcipiebatur, ut ſi vir cum puella nondum deſponſata concubuiſſet, ad eam in uxorem ducendam teneretur; itaut nunquam dimittere poſſet. Duplex ad hoc poteſt eſſe reſponſio: prima hunc virum ſupponi eſſe ſine propria uxore: alioquin reputatus fuiſſet adulter: quemadmodùm ſi uxor ejus homini licèt ſoluto ſe proſtituiſſet, adulterium perpetraſſet, & conſequenter tàm hæc, quàm ille morte digni fuiſſent. Secunda: etiamſi concedamus illum habuiſſe uxorem; attamen in hoc Deum legem ſuam diſpenſaſſe, non ad utilitatem vel commodum, ſed in pœnam illius: neque ad approbandam polygamiam, ſed ad indemnitati puellæ conſulendum. Cæterùm hi caſus rariſſimi erant, & generalem de Monogamia naturæ legem non irritabant. Quòd ſi Deuter. cap. 21. ſupponi videatur virum duas ſimul uxores habere poſſe; cùm dicatur ibi: *Si habuerit homo uxores duas &c.* nihil tamen hoc juvat cauſam Mahumeti: imò cùm hinc, & aliundè è Sacris Scripturis habeamus dygamiam tantùm licèt rarò uſurpatam fuiſſe, non debebat Mahumetus uxorum turbam concedere. Huc accedit Deum verbis illis non præcipere, neque probare dygamiam, aut polygamiam: ſed in aliquibus jam introductam ſupponere: quemadmodùm ſi Princeps legem ſtatueret, ut ſi quis prolem ex Meretrice ſuſceperit, illam alere teneretur; non approbaret uſum meretricis, ſed abuſum ſupponeret.

Supereſt potiſſimum pro Mahumeto argumentum in exemplo David Prophetæ ſanctiſſimi, & Salomonis regis Sapientiſſimi: quorum alter decem & octo, alter ſupra mille partim uxores, partim concubinas habuiſſe dicitur.

Ut ad argumentum reſpondeam. Suppono primò: Deum in Deuter. cap. 17. ita præcepiſſe circa regem: *Non habebit uxores plurimas, quæ alliciant animum ejus*. Seu, ut habetur Hebraicè: *Non multiplicabit ſibi uxores, neque declinabit cor ejus*. Suppono 2. Quoties exceditur unitas, dici poſſe fieri multiplicationem, præſertim ſi præcedat negatio. Præclarum hujus rei exemplum habemus in antiquiſſimo omnium Scriptore Homero, qui libro p. Iliad. ait: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη: *Non eſt bonus multorum dominatus*. Certè hìc vel duos dominos excludit: Subdit enim ſtatim: εἷς κοίρανος ἔστω εἷς βασιλεύς. *Unus dominus eſto, unus Rex*. Imò aliquandò videtur excludi etiam unus, ut apparet in iis verbis S. Pauli 1. Corinth. cap. 1. *Non multi ſapientes, non multi potentes &c.* Et ex illis S. Jacobi, epiſt. cap. 3. *Nolite plures magiſtri fieri*. Ubi colligitur

ex verbis mox ſequentibus, omnes ſapientes potentes, & magiſtros excludi. Cùm igitur Deus vetuit, ne Rex multiplicaret ſibi uxores, dicere poſſumus, prohibuiſſe illi ſimpliciter polygamiam, quæ in duabus etiam uxoribus conſiſtere poteſt: quemadmodùm ſummum quoque Pontificem unam tantùm uxorem habere conſtituit. Ut patet Levit. cap. 21. Regi autem ſpeciatim præcepit, ne multiplicaret uxores, quia jam tùm inoleverat conſuetudo, ut reges gentium, greges fœminarum poſſiderent, quod regem populi Dei nequaquam decebat. His poſitis: quæri poteſt quomodò Davidi tot uxores accipere licuerit. Reſponderi poteſt id quidem per ſe fuiſſe illicitum: ſed David licitum putaſſe, præſertim cùm haberet exemplum non ſolùm Saulis, ſed etiam Gedeonis: Deum verò in hoc diſſimulaſſe, eumque in bona fide ſua reliquiſſe: ſicut reliquit Jacob quandò nupſit duabus ſororibus, quod à Mahumeto quoque illicitum cenſetur: & ipſum David, quandò accepit Maacham filiam regis Geſſur Ethnici: & Salomonem, quandò accepit filiam Pharaonis (de quo tamen Scriptura eum deinde vituperat): & multos reges optimos, qui non auferebant excelſa, quæ fecerat Salomon, & alia hujuſmodi. Hoc pacto affirmat Chriſtus, permiſſum fuiſſe Hebræis libellum repudii, propter duritiam cordis ipſorum, ne uxores occiderent. Ita fortaſsè quia David pronus erat in Venerem, ne in adulteria prolaberetur, (ſicut nihilominùs prolapſus eſt,) Deus cum eo diſpenſaſſe in polygamia, vel diſſimulaſſe cenſendus eſt, ut Doctores plures affirmant. Sed quidquid ſit, negari vix poteſt, quin David uxores nimis multiplicaverit, cùm ſaltem decem & octo habuiſſe convincatur. Has tamen poſt Abſalonis rebellionem in cuſtodia poſuit, nec eas ampliùs cognovit: ut habetur lib. 2. Reg. cap. 20. Quo tempore probabiliter dici poteſt eum pſalmorum librum ſaltem magna ex parte ſcripſiſſe: quia, ut Hebræi ipſi fatentur, ſpiritus prophetiæ à Venere quamvis licita, alienus eſt. Et ideò Moyſes non ſolùm unam tantùm habuit uxorem: ſed ex quo à Deo propheticum munus accepit, non ampliùs eam cognovit. De aliis verò Prophetis vel nulla fit mentio, quòd uxorem habuerint, vel unam tantùm aliquos habuiſſe colligitur. De Salomone non eſt dubium, quin tàm in qualitate, quàm in numero uxorum enormiter peccaverit: neque Sacræ ipſæ literæ ſinunt nos de hoc dubitare, cùm illius intemperantiam graviſſimè redarguant. Hæc ſunt, quæ pro ſua ſanctione, ſeu potiùs libidine tuenda adducere poteſt Mahumetus, qui tanquam Scarabæus immundus à floribus refugiens, ad ſtercora avidus accurrit. Sed contra ipſum habemus.

Primò, Deum ab initio conjugium cum unica uxore inſtituiſſe: & ita à primis illis patribus per multa ſæcula, & deinceps ferè ab omnibus uſque ad Chriſti tempora obſervatum fuiſſe. Nam ſi Scripturas percurramus, inveniemus omnes ferè SS. Patres, ut Noe, Iſaac Joſeph, Moyſen, Job, Tobiam, Zachariam, unam tantùm uxorem habuiſſe. Neſcio verò utrum decem polygami in univerſis ſacris libris legantur, ſed plerique impii & ſceleſti.

Secundò: Modus loquendi Scripturarum ſemper innuit unicam uxorem unico viro deberi. Geneſ. cap. 2. *Relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.* Cum verò de uno aliquo viro ſermo eſt, ferè ſemper additur *uxor ejus*: rariſſimè *uxores ejus*, niſi in quibuſdam regibus plerumque impiis, qui ſequentes Ethnicorum Principum exempla, uxorum, & pellicum greges amaverunt.

Tertiò. Ethnici ipſi, & idolorum cultores, naturæ lumine ducti, uxore unica contenti fuere. In ipſis ſacris literis Abimelech, Putiphar, Haman, Pilatus, aliique infideles uxorem unicam habuiſſe leguntur. Romanos quoque, Græcos, & alias nationes cultiores à polygamia abſtinuiſſe certum eſt. Imò & animalia nobiliora, qualia ſunt volatilia, monogamiæ tenaciſſima eſſe deprehenduntur.

Quartò: Cùm contractus debeat eſſe mutuus, ſi mulier, ut ait S. Paulus, ſui corporis poteſtatem viro tradit; vir quoque ſui corporis poteſtatem mulieri tradere debet: quare non poteſt alii fœminæ illud concedere.

Quintò. Quia ſicut non poteſt una fœmina plures viros habere, ita non debet unus vir plures fœminas obtinere: tàm enim repugnat, unum corpus habere plura capita, quàm unum caput multa corpora poſſidere. Vir autem, ut ait S. Paulus, eſt caput mulieris, & per conſequens mulier erit caput viri.

Sextò. Cùm tres præcipui ac primarii ſint fines matrimonii: nimirùm procreatio prolis, remedium concupiſcentiæ, & bonum ſocietatis: polygamia potiùs nocet, quàm proſit ulli ex his finibus. Quoad prolis procreationem, ſi utilis vel neceſſaria eſſet uxorum pluralitas; certè Deus illam non ſolùm conceſſiſſet, ſed præcepiſſet Adæ, & primis illis hominibus, cùm maximè neceſſaria videretur eorumdem multiplicatio ad replendam terram; juxta divinum præceptum: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.* Et tamen tàm Adam, quàm ejus poſteri per plura ſæcula unam tantùm uxorem habuere. Huc accedit ſicut in cæteris rebus, ita etiam in procreatione prolis moderationem requiri: nimia enim multiplicitas potiùs officit; quàm proſit bono generis humani. Præterea experientia docet, ſemperque docuit regiones illas, in quibus unius tantùm uxoris uſus viguit, æquè numeroſas fuiſſe ac illas, in quibus polygamia admiſſa fuit. Conſtat hoc ex veteribus Romanis & Græcis, quorum urbes & oppida pleniora erant hominibus, quàm hodie ſint provinciæ Mahumetanorum. Quod verò mirabilius eſt, cùm ex Chriſtianis quarta ferè pars ſe Deo conſecret, & cælibem vitam ducat, reliqui verò unam tantùm uxorem habere poſſint, vix tamen invident multitudinem & frequentiam ipſis Mahumetanis. Poſtremò obſervatum eſt, multitudinem uxorum potiùs obeſſe, quàm prodeſſe generationi. Id fatentur Mahumetani ipſi edocti exemplo Pſeudoprophetæ ſui, qui cùm viginti ac duas uxores habuiſſet, quamtumvis ſalaciſſimus eſſet, nullam tamen prolem virilem poſt ſe reliquit: puerum enim quem ex ancilla Cophta ſuſcepit propè in incunabulis amiſit & eadem ſors fuit aliorum triu

quos

quos ex Chadige acquiſivit. Fœminas etiam tantùm quatuor habuit, quarum nullam ſuperſtitem reliquit præter Phatemam; quæ aliquot menſibus poſt mortem ejus extincta eſt.

Quod ſpectat ad ſecundum finem, nempè, remedium concupiſcentiæ, huic etiam uxorum multitudo videtur opponi: Venereæ enim delectationes ſunt velut aquæ, quæ quò plùs ſunt potæ, plùs ſitiuntur. David ac Salomon cum tàm magno uxorum numero, in ea flagitia prolapſi ſunt, quæ de aliis ſubſequentibus regibus unicam tantùm, vel pauciores uxores habentibus non leguntur. Et Mahumetus etiam cum viginti ac duabus uxoribus, ab adulterio cum uxore Zaidi, & ab aliis flagitiis non abſtinuit. Pluralitas illa fœminarum eſt velut copia ciborum, quæ præſentium nauſeam affert, abſentium famem excitat. Mahumetani cum tot uxoribus, adeò propriam non explent libidinem, ut non ſolùm in alienas fœminas, ſed quod omnibus notum eſt, in pueros & adoleſcentes quantum dici poſſit, inſaniant.

Si verò de tertio fine, nempè de bono ſocietatis, ac domeſticæ pacis loquamur, amens omninò eſſet, qui illum magis pluralitate uxorum, quàm unica tantùm conjuge obtineri poſſe pronunciaret. Ne Mahumetus quidem hoc concedit: ſed tamen excuſat ſe auctoritate Dei affirmantis, velle ſe dirigere Mahumetanos per viam à Prophetis calcatam, & reddere illis ſuavem ac facilem legem ſuam, quippè qui ſciat, hominem fragilem eſſe & imbecillum, nec poſſe, ut explicat Gelal, ſe à concupiſcentiis fœminarum cohibere. Verùm non ignorabat hæc Deus, quandò per Chriſtum legem Euangelicam Mundo tradidit. Sed non niſi per ſummum mendacium appellat Mahumetus polygamiam inſtitutum eorum, qui fuerunt anteà nempè Prophetarum; cùm pauciſſimi præſertim ex Prophetis præcedentibus plures uxores habuerint. Quod verò attinet ad humanam fragilitatem, & impotentiam ſeſe à fœminis cohibendi, Mahumetus omnes à ſemetipſo metitur. Univerſi homines præter Lamech, ab Adam uſque ad Abraham, quantum ex ſacris literis colligitur, unica uxore contenti fuere: & deinceps pleramque partem generis humani monogamiam coluiſſe ex hiſtoriis habemus. Porrò ſi hæc hominum fragilitas ad legem naturæ atque ipſius Dei abolendam ſatis eſt: poterat ob eamdem rationem concedi furtum præſertim Arabibus furaciſſimis, & ad rapinas propenſiſſimis. Neque enim apparet ratio, cur non poſſit etiam in hoc Deus ſuam legem diſpenſare.

Huc accedit, quòd vel Mahumetus dedit legem meliorem lege Chriſti, vel æquè bonam, vel pejorem. Non meliorem, quia nihil in ea perfectionis reperitur, quod in Euangelio non inveniatur. Non æquè bonam, quia ſaltem in hoc negotio uxorum; ex confeſſione etiam Mahumeti perfectior eſt lex Chriſti. Sequitur ergo dediſſe pejorem. Hoc verò eſt contra id, quod Mahumetani Doctores communiter affirmant in explicatione ſuperiùs allata verborum illorum Deuteron. cap. 33. *Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis &c.*

Poteſt prætereà hoc argumentum fieri contra Mahumetum. Præcipit ille ſuis, ſi timuerint, ne cum pluribus uxoribus æquitatem ſervare poſſint, ut accipiant unam tantùm; vel utantur ancillis ſuis. At inferiùs §. 128. aſſerit, nullo modo poſſe viros inter multas conjuges æquitatem ſervare, etiamſi multum cupiant, ita ut non inclinent majori propenſione in unam, quàm in aliam: ergo etiam ſecundum legem Mahumeti una tantùm uxor ducenda eſt: alioquin vir ſemper manebit in occaſione certa, & proxima peccandi. Hic Mahumetus capitur velut turdus ſtercore ſuo.

Quòd verò huic malo mederi velit conjugio ancillarum, nihil agit: de ancillis enim eadem ratio militat, ac de liberis. Prætereà inter eas, utpotè vilioris conditionis, acriores rixæ, & æmulationes ſuſcitabuntur, quemadmodùm inter infimæ plebis mulierculas quotidiè experimur. Adde, ancillam, cùm à domino ſuo aſſumitur in conjugem, acquirere jus liberæ. Hinc Deuter. cap. 21. præcipit Deus, mulierem captivam, ſi ducatur in uxorem, haberi & tractari tanquam liberam. Sed Mahumetus ancillas in numero aſinarum, & mularum computandas eſſe putavit. Matrimonium tamen cum ancillis, ſemper in ingenuis vituperatum fuit. Sed tranſeo jam ad alias præclaras, quæ in hac Sura habentur ſanctiones.

II. Quòd tutores divites nihil mercedis accipiant ex bonis orphanorum ratione tutelæ & laboris ſui: pauperes autem accipiant juſtam compenſationem: non videtur æquitati congruere. Nulli neganda eſt merces laboris ſui, ſive dives ſit, ſive pauper. Merces enim perſonam non reſpicit, ſed operam. Si autem dives nihil pro ſuo labore & incommodo recipere poteſt de bonis orphanorum; ne pauper quidem poterit, niſi in extrema, vel ſaltem gravi neceſſitate conſtitutus: præſertim cùm orphanus ſive bona ejus abſumat pauper, ſive dives, idem damnum recipiat: eſto poſſit dives & quidem laudabiliter ultrò mercedem ſibi debitam condonare.

III. Ut nimis rigidus eſt Mahumetus in ſanctionibus ſuis contra fœminas adulteras, ſive fornicarias: ita nimis benignus ac mollis eſt erga mares nefandi ſceleris reos. Illas jubet perpetuò carceri damnari, à quo liberari non poſſint, niſi vel moriantur, vel Deus aperiat illis viam exeundi, quæ juxta Gelalem & alios expoſitores, aperta fuit per aliam legem, ut nimirùm conjugatæ lapidibus obruerentur: puellæ verò centum ictibus fuſtigatæ, per annum extorres eſſent à patria. Fateor apud omnes nationes tàm adulterio, quàm ſtupro graviſſimas pœnas eſſe conſtitutas. Sed cùm Mahumetus appellaret ſe رسول الرحمة *legatum Miſericordiæ*: imò abſolutè الرحمة *miſericordiam*, debuit aliquantò leniorem ſe in miſeras fœminas oſtendere, præſertim cùm Chriſti Domini haberet exemplum, qui mulierem in adulterio deprehenſam adeò benignè abſolvit. Quod verò mirum eſt, nullam hìc viris adulteris, ac ſtupratoribus pœnam bonus legislator imponit: nimirùm ſe ipſum, qui in his

in his flagitiis erat involutus, condemnare nolebat. Præpoſteræ verò libidinis reos, quos leges omnes, & præſertim divina ſupplicio extremo adjudicant, adeò humaniter tractat, ut nefarium hoc ſcelus approbare potiùs, quàm damnare videatur. Nihil enim aliud præſcribit ad illius pœnam, ut ſuprà vidimus, quàm reprehenſionem aliquam, vel convicium verborum. Quid levius præſcribere poterat in pœnam illius, qui coram aliis immodeſtiùs ſe ſpuendo, vel tuſſiendo geſſiſſet? Et nihilominùs cùm nimis rigidum in hujuſmodi exſoletos ſe fuiſſe exiſtimaret, præcepit, ut, ſi pœnitentiam facti oſtenderent, ne verbo quidem punirentur, ſed eorum flagitium omninò diſſimularetur: *nam Deus*, inquit, *eſt indultor*, *miſericors*. Videlicet, ita miſericors, ut propter hoc ſcelus quinque celeberrimas urbes cœleſtibus flammis in cineres redegerit cum habitatoribus ſuis. Verùm cur Deus ita in hos indultor ac miſericors, in mulieres tàm rigidum ac ſeverum ſeſe oſtendit, cùm hæ ob ſexus fragilitatem, majorem miſericordiam mereantur? Zelotypia leges Mahumeto dictabat pro fœminis: libido & luxuries pro maribus. Vide Prodr. p. 4. c. 2. pag. 6. & cap. 26. pag. 70.

Erant hìc alia quædam cenſoria nota caſtiganda: ut §. 17. ubi ait, non eſſe pœnitentiam pro iis, quibus advenit, ſeu præſens eſt mors: ſemper enim datur locus pœnitentiæ hominibus donec anima ſeparetur à corpore. Vide Prodr. p. 4. cap. 26. pag. 3. §. 18. ubi concedit repudium, contra Euangelicum præceptum. Circa repudium vide Prodr. p. 4. cap. 20. pag. 49. & hanc ipſam refutationem ſuprà §. 20. ubi permittit Mahumetanis neophytis retinere uxores patrum ſuorum: & nihilominùs affirmat, conjugium hoc flagitioſum eſſe ac deteſtabile. Ibidem pag. 75. Ubi concedit viris accipere filias uxorum ſuarum ex altero marito, dummodò nondum cum illis matrimonium conſummaverint: quod ſanè eſt contra debitum honeſtatis, præſertim ſi poſt acceptas filias, cum illis, ac matribus earum copulentur. Quod certè non excipit, nec vetat Mahumetus, ſed ſatis ei eſt, ut non coierint cum illis anteà. Certè hoc flagitioſius eſt, quàm duas ſorores in matrimonium ducere; quod tamen prohibet Mahumetus ut illicitum. Quòd verò Jacob duas ſorores ſimul duxerit, arguit contra Mahumetum, non omnia, quæ fecerunt Prophetæ, ſeu antiqui patres, eſſe ex ſe laudabilia, vel imitanda. §. 21. ubi concedit Mahumetanis neophytis retinere poſſe uxores, in ſtatu ethniciſmi acceptas, etiam ſi eſſent propriæ matres, filiæ, vel ſorores: quod ab omni abhorret humanitate. Vide prodr. p. 4. c. 20. pag. 66. Ubi etiam agitur de gradu collactaneitatis dirimente, confiſto à Mahumeto. §. 22. ubi concedit ut licitum matrimonium Mahumetani cum ancilla Mahumetana, cujus maritus adhuc vivat: quod certè juxta Euangelicam legem, manifeſtum eſt adulterium. Ibidem: ubi vult adulteram ſeu fornicariam, ſi ſit ſervilis conditionis, mitiùs puniri, quàm ingenuam. Atqui omnes leges (quantum obſervare potui, & natura ipſa dictat) præcipiunt, ut idem crimen acriùs ac ſeveriùs in ſervo, vel plebejo, quàm in libero, vel nobili vindicetur. §. 25. ubi aſſerit, ſanctiones ſuas de fœminis & matrimoniis, obſervatas fuiſſe à præcedentibus fidelibus, nempè ab Iſraelitis: quod ſanè eſt apertum mendacium. Et denique §. 26. ubi, juxta Gloſſam Gelalis, Judæos & Chriſtianos, *ſectatores libidinum* ſeu concupiſcentiarum appellat. Sint tales Judæi: at Chriſtianis manifeſta per hoc infertur injuria. Sed quis magis libidines, & concupiſcentias ſectatur, quàm Mahumetani, qui uxorum gregibus non contenti, inter maſcula ſcorta tanquam ſues in luto aſſiduè volutantur? Verùm ſatis ſit hæc innuiſſe.

TEXTUS ALCORANI.

28 يَا أَيُّهَا الَّذِينَ آمَنُوا لَا تَأْكُلُوا أَمْوَالَكُمْ بَيْنَكُمْ بِالْبَاطِلِ إِلَّا أَنْ تَكُونَ تِجَارَةً عَنْ تَرَاضٍ
مِنْكُمْ وَلَا تَقْتُلُوا أَنْفُسَكُمْ إِنَّ اللَّهَ كَانَ بِكُمْ رَحِيمًا ۞ 29 وَمَنْ يَفْعَلْ ذَٰلِكَ عُدْوَانًا وَظُلْمًا
فَسَوْفَ نُصْلِيهِ نَارًا وَكَانَ ذَٰلِكَ عَلَى اللَّهِ يَسِيرًا ۞ 30 إِنْ تَجْتَنِبُوا كَبَائِرَ مَا تُنْهَوْنَ عَنْهُ نُكَفِّرْ
عَنْكُمْ سَيِّئَاتِكُمْ وَنُدْخِلْكُمْ مُدْخَلًا كَرِيمًا ۞ 31 وَلَا تَتَمَنَّوْا مَا فَضَّلَ اللَّهُ بِهِ بَعْضَكُمْ عَلَىٰ
بَعْضٍ لِلرِّجَالِ نَصِيبٌ مِمَّا اكْتَسَبُوا وَلِلنِّسَاءِ نَصِيبٌ مِمَّا اكْتَسَبْنَ وَاسْأَلُوا اللَّهَ مِنْ فَضْلِهِ إِنَّ اللَّهَ كَانَ
بِكُلِّ شَيْءٍ عَلِيمًا ۞ 32 وَلِكُلٍّ جَعَلْنَا مَوَالِيَ مِمَّا تَرَكَ الْوَالِدَانِ وَالْأَقْرَبُونَ وَالَّذِينَ عَقَدَتْ أَيْمَانُكُمْ
فَآتُوهُمْ نَصِيبَهُمْ إِنَّ اللَّهَ كَانَ عَلَىٰ كُلِّ شَيْءٍ شَهِيدًا ۞ 33 الرِّجَالُ قَوَّامُونَ عَلَى النِّسَاءِ بِمَا فَضَّلَ
اللَّهُ بَعْضَهُمْ عَلَىٰ بَعْضٍ وَبِمَا أَنْفَقُوا مِنْ أَمْوَالِهِمْ فَالصَّالِحَاتُ قَانِتَاتٌ حَافِظَاتٌ لِلْغَيْبِ بِمَا حَفِظَ اللَّهُ وَاللَّاتِي
تَخَافُونَ

تخافون نشوزهن فعظوهن واهجروهن في المضاجع واضربوهن فإن أطعنكم فلا تبغوا عليهن سبيلا
إن الله كان عليا كبيرا ۞ 34 وإن خفتم شقاق بينهما فابعثوا حكما من أهله وحكما من أهلها
إن يريدا إصلاحا يوفق الله بينهما إن الله كان عليما خبيرا ۞ 35 واعبدوا الله ولا تشركوا به
شيا وبالوالدين إحسانا وذي القربى واليتامى والمساكين والجار ذي القربى والجار الجنب
والصاحب بالجنب وابن السبيل وما ملكت أيمانكم إن الله لا يحب من كان مختالا فخورا ۞
36 الذين يبخلون ويامرون الناس بالبخل ويكتمون ما أتيهم الله من فضله واعتدنا للكافرين عذابا
مهينا ۞ 37 والذين ينفقون اموالهم رياء الناس ولا يومنون بالله ولا باليوم الاخر ومن يكن
الشيطان له قرينا فساء قرينا ۞ 38 وماذا عليهم لو امنوا بالله واليوم الاخر وانفقوا مما رزقهم الله
وكان الله بهم عليما ۞ 39 إن الله لا يظلم مثقال ذرة وإن تك حسنة يضعفها ويوت من لدنه
أجرا عظيما ۞ 40 فكيف إذا جينا من كل امة بشهيد وجينا بك على هولاء شهيدا ۞
41 يومئذ يود الذين كفروا وعصوا الرسول لو تسوى بهم الارض ولا يكتمون الله حديثا ۞ 42 يا
أيها الذين امنوا لا تقربوا الصلوة وانتم سكارى حتى تعلموا ما تقولون ولا جنبا الا عابري سبيل حتى
تغتسلوا وإن كنتم مرضى او على سفر او جاء احد منكم من الغايط او لامستم النساء فلم تجدوا ماء
فتيمموا صعيدا طيبا فامسحوا بوجوهكم وايديكم إن الله كان عفوا غفورا ۞ 43 ألم تر إلى
الذين اوتوا نصيبا من الكتاب يشترون الضلالة ويريدون أن تضلوا السبيل والله اعلم باعدايكم
وكفى بالله وليا وكفى بالله نصيرا ۞ 44 من الذين هادوا يحرفون الكلم عن مواضعه
ويقولون سمعنا وعصينا واسمع غير مسمع وراعنا ليا بالسنتهم وطعنا في الدين ولو أنهم قالوا سمعنا
واطعنا واسمع وانظرنا لكان خيرا لهم واقوم ولكن لعنهم الله بكفرهم فلا يومنون الا قليلا ۞
45 يا أيها الذين اوتوا الكتاب امنوا بما نزلنا مصدقا لما معكم من قبل أن نطمس وجوها فنردها
على أدبارها او نلعنهم كما لعنا أصحاب السبت وكان أمر الله مفعولا ۞ 46 إن الله لا يغفر أن
يشرك به ويغفر ما دون ذلك لمن يشاء ومن يشرك بالله فقد افترى إثما عظيما ۞ 47 ألم تر إلى
الذين يزكون انفسهم بل الله يزكي من يشاء ولا يظلمون فتيلا ۞ 48 انظر كيف يفترون على
الله الكذب وكفى به اثما مبينا ۞ 49 ألم تر إلى الذين اوتوا نصيبا من الكتاب يومنون
بالجبت والطاغوت ويقولون للذين كفروا هولاء اهدى من الذين امنوا سبيلا ۞ 50 أولايك
الذين لعنهم الله ومن يلعن الله فلن تجد له نصيرا ۞ 51 أم لهم نصيب من الملك فإذا لا
يوتون الناس نقيرا ۞ 52 أم يحسدون الناس على ما أتيهم الله من فضله فقد أتينا آل إبراهيم
الكتاب والحكمة وأتيناهم ملكا عظيما ۞ 53 فمنهم من امن به ومنهم من صدعنه وكفى

بجهنم سعيرا ۝ 54 إن الذين كفروا بآياتنا سوف نصليهم نارا كلما نضجت جلودهم بدلناهم
جلودا غيرها ليذوقوا العذاب إن الله كان عزيزا حكيما ۝ 55 والذين آمنوا وعملوا الصالحات
سندخلهم جنات تجري من تحتها الأنهار خالدين فيها أبدا لهم فيها أزواج مطهرة وندخلهم ظلا
ظليلا ۝ 56 إن الله يأمركم أن تؤدوا الأمانات إلى أهلها وإذا حكمتم بين الناس أن تحكموا
بالعدل إن الله نعما يعظكم به إن الله كان سميعا بصيرا ۝ 57 يا أيها الذين آمنوا أطيعوا الله
وأطيعوا الرسول وأولي الأمر منكم فإن تنازعتم في شيء فردوه إلى الله والرسول إن كنتم تؤمنون
بالله واليوم الآخر ذلك خير وأحسن تأويلا ۝ 58 ألم تر إلى الذين يزعمون أنهم آمنوا بما أنزل إليك
وما أنزل من قبلك يريدون أن يتحاكموا إلى الطاغوت وقد أمروا أن يكفروا به ويريد الشيطان أن
يضلهم ضلالا بعيدا ۝ 59 وإذا قيل لهم تعالوا إلى ما أنزل الله وإلى الرسول رأيت المنافقين يصدون
عنك صدودا ۝ 60 فكيف إذا أصابتهم مصيبة بما قدمت أيديهم ثم جاؤك يحلفون بالله إن
أردنا إلا إحسانا وتوفيقا ۝ 61 أولئك الذين يعلم الله ما في قلوبهم فأعرض عنهم وعظهم وقل لهم
في أنفسهم قولا بليغا ۝ 62 وما أرسلنا من رسول إلا ليطاع بإذن الله ولو أنهم إذ ظلموا أنفسهم
جاؤك فاستغفروا الله واستغفر لهم الرسول لوجدوا الله توابا رحيما ۝ 63 فلا وربك لا يؤمنون حتى
يحكموك فيما شجر بينهم ثم لا يجدوا في أنفسهم حرجا مما قضيت ويسلموا تسليما ۝ 64 ولو أنا
كتبنا عليهم أن اقتلوا أنفسكم أو اخرجوا من دياركم ما فعلوه إلا قليل منهم ولو أنهم فعلوا
ما يوعظون به لكان خيرا لهم وأشد تثبيتا ۝ 65 وإذا لآتيناهم من لدنا أجرا عظيما ۝
66 ولهديناهم صراطا مستقيما ۝ 67 ومن يطع الله والرسول فأولئك مع الذين أنعم الله عليهم من
النبيين والصديقين والشهداء والصالحين وحسن أولئك رفيقا ۝ 68 ذلك الفضل من الله وكفى
بالله عليما ۝ 69 يا أيها الذين آمنوا خذوا حذركم فانفروا ثبات أو انفروا جميعا ۝ 70 وإن
منكم لمن ليطبئن فإن أصابتكم مصيبة قال قد أنعم الله علي إذ لم أكن معهم شهيدا ۝
71 ولئن أصابكم فضل من الله ليقولن كأن لم يكن بينكم وبينه مودة يا ليتني كنت
معهم فأفوز فوزا عظيما ۝ 72 فليقاتل في سبيل الله الذين يشرون الحيوة الدنيا بالآخرة ومن
يقاتل في سبيل الله فيقتل أو يغلب فسوف نؤتيه أجرا عظيما ۝ 73 وما لكم لا تقاتلون في
سبيل الله والمستضعفين من الرجال والنساء والولدان الذين يقولون ربنا أخرجنا من هذه القرية
الظالم أهلها واجعل لنا من لدنك وليا واجعل لنا من لدنك نصيرا ۝ 74 الذين آمنوا يقاتلون
في سبيل الله والذين كفروا يقاتلون في سبيل الطاغوت فقاتلوا أولياء الشيطان إن كيد الشيطان
كان ضعيفا ۝ 75 ألم تر إلى الذين قيل لهم كفوا أيديكم وأقيموا الصلوة وآتوا الزكوة فلما كتب
عليهم

عَلَيْهِمُ الْقِتَالُ اِذَا فَرِيقٌ مِنْهُمْ يَخْشَوْنَ النَّاسَ كَخَشْيَةِ اللّٰهِ اَوْ اَشَدَّ خَشْيَةً وَقَالُوْا رَبَّنَا لِمَ كَتَبْتَ عَلَيْنَا
الْقِتَالَ لَوْ لَا اَخَّرْتَنَا اِلٰى اَجَلٍ قَرِيْبٍ ۞ 76 قُلْ مَتَاعُ الدُّنْيَا قَلِيْلٌ وَالْاٰخِرَةُ خَيْرٌ لِمَنِ اتَّقٰى وَلَا
تُظْلَمُوْنَ فَتِيْلًا ۞

VERSIO LATINA.

28. O Qui crediderunt, ne abſumatis opes veſtras inter vos cum vanitate *(ideſt uſurariè)*; niſi fuerit mercatura ex mutuo conſenſu inter vos. Neque occidatis vos ipſos; quippè Deus eſt vobiſcum miſericors. 29. Qui autem fecerit hoc per tranſgreſſionem & iniquitatem; mox conjiciemus illum uſtulandum in ignem: hoc autem erit apud Deum facile. 30. Si declinaveritis à peccatis gravibus, id à quo prohibemini: expiabimus à vobis mala veſtra; & introducemus vos *in Paradiſum* ingreſſu honorifico. 31. Et ne concupiſcatis id, quo excellere fecit Deus alios veſtrum ſuper alios. Viris *dabitur* portio ex eo, quod operati fuerint: & mulieribus portio ex eo, quod operatæ fuerint: & petite à Deo de liberalitate ejus: nam Deus eſt in omni re ſciens. 32. Et unicuique conſtituimus propinquos, *quibus relinqui poſſit aliquid* ex eo, quod reliquerint parentes & cognati *in morte de facultatibus ſuis*. Et illis, quibus ſe obſtrinxerint dexteræ veſtræ *per juramenta tempore Ethniciſmi*, date portionem ſuam *hæreditatis*: nam Deus eſt ſuper omnem rem teſtis. 33. Viri *a* ſtabunt ſupra mulieres in eo, in quo Deus fecit excellere alios eorum ſupra alios *(ideſt eos ſuper illas)*, & in eo, quod erogaverint *in illas* de facultatibus ſuis. Igitur probæ, obedientes ſint, cuſtodientes ſecretum eò quòd cuſtodierit *illas* Deus, *committendo curæ virorum*. Quarum verò timueritis proterviam, corripite eas, & ponite eas ſeparatim in cubilibus, & verberate eas. Quòd ſi obedientes fuerint vobis, ne quæratis contra eas viam *(ideſt ne verberetis eas)*: quia Deus eſt excelſus, magnus. 34. Quòd ſi timueritis ſciſſuram inter eos duos *(maritum ſcilicet & uxorem)*, advocate judicem de familia ejus *(ideſt mariti)* & judicem de familia ejus *(ideſt uxoris)*. Si *hi judices* voluerint *eos* pacificare, ponet Deus concordiam inter illos *(ideſt conjuges)*: nam Deus eſt ſciens, peritus. 35. Servite itaque Deo, neque aſſocietis in eo quidquam: & *exercete* cum parentibus beneficentiam, & cum propinquis, & orphanis, & pauperibus, & vicino *b* cognato, & vicino advena, & ſocio à latere *(ſeu laterone)*: & filio ſemitæ *(ideſt viatore)*, & *captivis*, quos poſſederint dexteræ veſtræ, nam Deus non amat eum, qui ſit ſuperbus, jactabundus. 36. Qui avari ſunt, & præcipiunt hominibus avaritiam, & abſcondunt, quod dedit illis Deus de liberalitate ſua, *veh illis*: & præparavimus infidelibus pœnam ignominioſam. 37. Et qui erogant in eleemoſynam facultates ſuas ob aſpectum hominum, & non credunt in Deum, neque in diem noviſſimum, & cui Satanas eſt ſociennus: & ò malum ſociennum! 38. Et quidnam *mali cadet* ſuper eos, ſi crediderint in Deum, & diem noviſſimum, & erogaverint eleemoſynam ex eo, quod elargitus eſt illis Deus? Et eſt Deus cognoſcens. 39. Certè Deus non tractabit injuſtè *ullum*, *ne quidem quantum eſt* pondus formiculæ. Et ſi fuerit bonum *quod fecit*, *quantum eſt pondus formiculæ*, duplicabit illud, & dabit à conſpectu ſuo mercedem magnam. 40. Et quomodò *habebunt ſe infideles*, cùm adduxerimus ex omni gente teſtem *contra eam*: & adduxerimus te, *ò Mahumete*, contra hos *(ideſt Arabes)* teſtem. 41. Die illa deſiderabunt qui fuerunt infideles, & non obedierunt Legato, ut coæquetur cum ipſis terra: & non abſcondent à Deo *c* factum ullum. 42. O qui crediderunt, ne accedatis ad orationem cùm vos *eſtis* ebrii; donec cognoſca-

a Stantes erunt.

b habenti cognationē (*ſeu propinquitatem*).

c narrationem (*ideſt aliquid narrabile, vel referibile*).

a tranſeuntes viæ. gnoſcatis quid dicatis: neque polluti ſemine, niſi *a* iter agatis, donec abluamini. Et ſi fueritis ægroti, aut in itinere, aut veſtrum aliquis venerit à latrina, vel attrectaveritis mulieres, nec inveneritis aquam; accipite pulverem ſubtiliorem bonum (*ideſt mundum*) & abſtergite facies veſtras, & manus veſtras: quippè Deus eſt indulgens, condonans. 43. An non animadvertiſti illos, quibus tradita fuit pars ex libro (*ideſt Pentateuchus*)? Vendunt errorem & cupiunt, ut aberretis à via *recta*: & Deus *b* optimè novit inimicos veſtros: & Deus eſt ſufficiens, patronus: & Deus eſt ſufficiens adjutor. 44. Ex iis, qui ſunt Judæi *quidam* immutant verba *Pentateuchi de Mahumeto* à locis ſuis: & dicunt *Mahumeto, cùm præcipit eis aliquid*: Audivimus, *c* ſed nolumus obedire: & audi non factus audire: & reſpice nos: implicando *verba* linguis ſuis, & proſcindendo religionem *illius*. Et ſi quidem ipſi dixerint: Audivimus, *d* & obediemus: & audi, & intuere nos: utique melius erit illis & rectius. Sed maledixit *illis* Deus propter perfidiam ſuam: itaque non credunt, niſi pauci. 45. O *vos*, quibus traditus fuit liber *Pentateuchi*, credite in *Alcoranum*, quem demiſimus confirmantem *Pentateuchum*, quem habetis vobiſcum; antequam deleamus facies, & reddamus illas juxta poſteriora earum: aut maledicamus eis, ſicut maledixímus ſociis Sabbati: & fuit imperium Dei effectum. 46. Certè Deus non ignoſcet, quòd tribuatur illi ſocius *alius Deus*: & ignoſcet quodlibet *aliud peccatum, quod fuerit* præter hoc, cui voluerit. Et qui *e* tribuit ſocium Deo, jam porrò confingit iniquitatem magnam. 47. An non conſideraſti eos, qui juſtificant ſe ipſos? Atqui Deus juſtificat quem vult: & non tractabuntur iniquè *homines ab eo* hilum. 48. Reſpice, quomodò confingunt contra Deum mendacium; *f* & in hoc eſt iniquitas ſatis manifeſta. 49. An non animadvertiſti ad eos, quibus tradita fuit pars ex Libro (*ideſt Pentateuchus*)? Credunt in Gebet, & Tagut: & dicunt de iis, qui ſunt infideles: Hi magis directi *ſunt*, quàm qui crediderunt *in Mahumetum*, in via *veritatis*. 50. Iſti ſunt, quibus maledixit Deus: illi verò, cui maledixerit Deus, nullo modo invenies adjutorem. 51. An erit illis portio regni, cùm ipſi non dent hominibus gry. 52. An invident hominibus id, quod dedit illis Deus de liberalitate ſua? Jam quidem tradidimus familiæ Abrahæ Librum, & Sapientiam: & dedimus eis regnum magnum. 53. Et ex ipſis quis credidit in eum (*ideſt Mahumetum*): & ex ipſis quis avertit ſe longè ab eo: ſed ſufficiens eſt in gehenna incendium *ad pœnam eorum*. 54. Certè qui non crediderunt in ſigna noſtra, mox conjiciemus eos uſtulandos in ignem. Quotieſcumque probè uſtæ fuerint pelles eorum, mutabimus eis pelles alias, ut guſtent tormentum: nam Deus eſt præpotens, ſapiens. 55. At verò qui crediderint, & fecerint recta, introducemus eos in hortos: currunt ſubtus ipſos flumina: permanſuros in eis ſemper: ipſis *erunt* in illis uxores purificatæ: & introducemus eos in umbram jugiter obumbrantem. 56. Porrò Deus præcipit vobis, ut reddatis credita *g* iis, quibus debentur, & cùm judicabitis inter homines, ut judicetis cum juſtitia: & ò quantùm Deus admonet vos de hoc! quippè Deus eſt audiens, videns. 57. O *h* Fideles, obedite Deo, & obedite Legato, & iis *i* qui inter vos ſunt cum imperio. Quòd ſi diſcordes fueritis aliqua in re, rejicite illam ad Deum, & Legatum, ſi creditis in Deum & diem noviſſimum. Hoc melius *erit* & honeſtius ad *l* conſecutionem *illius*, *quod optatis*. 58. An non reſpexiſti ad eos, qui affirmant ſe credere in *Librum*, qui *m* traditus fuit tibi, & in eos, qui traditi ſunt ante te? Volunt judicari coram Tagut: & jam præceptum eſt eis, ne credant in illum, ſed vult ſatanas ſeducere eos errore longinquo *à via veritatis*. 59. Et cùm dicitur illis, Venite ad *Librum*, quem demiſit Deus, & ad Legatum: videbis impios avertere ſeſe à te averſione. 60. Et quomodò *ſe gerent*, cùm inciderit illis infortunium propter *peccata*, quæ præmiſerunt manus eorum? Tunc venient ad te, jurabunt per Deum *ac dicent*: ſi voluimus aliud, quàm benefacere, & concordiam ponere *inter partes diſcordes*. 61. Hi ſunt, quorum novit Deus, quid ſit in cordibus eorum:

b eſt Scientiſſimus in inimicos veſtros: & ſufficit in Deo patronus: & ſufficit in Deo adjutor.

c & non obedivimus.

d obedivimus.

e aſſociat in Deo.

f Et ſufficiēs eſt in hoc iniquitas manifeſta.

g ad familiā eorum.

h qui crediderunt.

i præditis imperio inter vos.

l interpretationem.

m demiſſus fuit ad te, & demiſſus fuit ante te.

Itaque

Itaque longiùs recede ab eis, & commone eos, & dic eis in animabus eorum dictum penetrans *(ideſt quod penetret ad animas eorum)*. 62. Et non miſimus ullum legatum, niſi ut obediretur illi ex voluntate Dei: Quòd ſi ipſi poſtquam iniquè tractaverint animas ſuas, venerint ad te, & precati fuerint veniam à Deo, & precatus fuerit veniam pro illis Legatus, profectò invenient Deum propitium, miſericordem. 63. Et nequaquam, per Dominum tuum, nequaquam credent, donec judicem te conſtituant in eo, quod controverſum eſt inter eos: tum non invenient in ſe ipſis dubium circa id, quod decideris: & acquieſcent *tibi* aſſentiendo. 64. Et ſi quidem nos præſcripſiſſemus illis *dicentes*: Occidite vos ipſos: vel, egredimini de domibus veſtris, non feciſſent hoc, niſi pauci ex ipſis. Et ſi ipſi feciſſent id, ad quod exhortati ſunt, certè fuiſſet melius illis, & efficacius ad ſtabilimentum *in fide*. 65. Et propterea certè dediſſemus eis à conſpectu noſtro mercedem magnam. 66. Et certè direxiſſemus eos in viam rectam. 67. Et qui obedierint Deo, & Legato, ſi erunt cum illis, quibus beneficus fuit Deus, ex Prophetis, & Juſtis & Martyribus, & Probis: *a* & hi pulchros habebunt ſocios. 68. Hæc erit liberalitas à Deo: & ſufficiens eſt cum Deo ſciens *(ideſt, & Deus habet ſufficientem ſcientiam)*. 69. *b* O fideles accipite cautionem veſtram *(ideſt cauti eſtote quandò pugnatis cum hoſtibus)*: & inſurgite *contra illos* ſeparati: vel inſurgite omnes ſimul. 70. Et quidem ex vobis erit ſanè qui remaneat *poſt alios milites*. Quòd ſi acciderit vobis infortunium, dicet: Jam benignus fuit Deus erga me, quòd non fui cum illis *c* præſens. 71. Quòd ſi evenerit vobis proſperitas à Deo, utique dicet: Quaſi non eſſet inter vos, & inter illum charitas: O utinam ego fuiſſem cum eis: certè obtinuiſſem præmium magnum. 72. Pugnent ergo pro via Dei illi, qui *d* præferunt vitæ mundanæ vitam noviſſimam. Nam qui pugnaverit pro via Dei, & occiſus fuerit, vel victor extiterit, poſt dabimus ei mercedem magnam. 73. Et quid vobis *eſt*, quòd non pugnetis pro via Dei, & pro imbecillibus ex viris, & fœminis, & filiis; qui dicunt: Domine noſter educ nos de hac urbe *(ideſt Mecca)*, *e* cujus cives iniqui ſunt: & concede nobis à conſpectu tuo protectorem; & concede nobis à conſpectu tuo defenſorem. 74. Qui crediderunt, pugnabunt pro via Dei: & qui increduli ſunt, pugnabunt pro via Tagut. Pugnate igitur contra amicos Satanæ; quippè ſtratagemma Satanæ eſt imbecillum. 75. Nonne reſpexiſti ad eos, quibus dictum eſt? Continete manus veſtras *à prælio*, & inſiſtite orationi, & date eleemoſynam. Cùm autem præſcriptum fuiſſet illis bellum: ecce pars ex eis timebant homines *infideles f* eo modo, quo timetur Deus, aut vehementiori timore: & dicebant: Domine noſter, cur indixiſti nobis bellum? Cur non diſtuliſti nos ad metam propinquam? *(ideſt ad mortem naturalem)*. 76. Reſponde *illis*: Uſusfructus mundi eſt exiguus: noviſſimum autem ſæculum melius eſt illi, qui timuerit *Deum*: & non injuſtè tractabimini hilum *in Judicio Dei*.

a Et pulcher erit illis ſocius, vel: & pulcri erunt illi quoad ſocium.

b O qui crediderunt.

c teſtis.

d vendunt vitam mundanam pro noviſſima.

e iniqua eſt familia ejus.

f juxta timorem Dei.

NOTÆ.

XXVIII. IN *vanitate* Gelal. بالحرام فى الشرع كالربا والغصب *in rebus à lege prohibitis, ut in uſura, & rapina.*

Neque occidatis vos ipſos]. Arabicè انفسكم *animas veſtras*. Quod fieret juxta Gelal. بارتكاب ما يودى الى اهلكها: *perpetrando id, quod eas trahat ad perditionem.*

Refutat. in Alcor.

XXX. *A peccatis gravibus*] Gelal. وهى ما ورد عليها وعيدا كالقتا والرتا والسرقة وعن ابن عباس هى الى السبعمايۃ اقرب: *hæc ſunt, ſuper quæ cadit comminatio pœnæ à Deo: ut homicidium, fornicatio, furtum. Et juxta Ebn-abbaſum, ſunt ferè ſeptingenta.*

Mala veſtra] Gelal. الصغاير بالطاعة *peccata parva commiſſa in obſervantia legis.*

O XXXI. *Vi-*

قدمـوا منكـة وشاهدوا قتلـى بدر وحرضـوا المشـركيـن علـى الاخـذ بثارهـم ومحاربـة النبى ص : *revelata ſunt hæc propter Caabum filium Aſraphi, & alios ſimiles ex ſapientibus Hebræorum, cùm veniſſent Meccam, poſt viſos eos, qui occiſi fuerant in Bedro, & incitaſſent infideles ad ſumendum de illis ultionem, & ad bellum inferendum Mahumeto.*

Credunt in Gebet, & Tagut]. Erant hæc duo idola Coraiſitarum.

LI. *Gry*] Ita verti dictionem Arabicam نقيرا quæ propriè ſignificat ſcrobulam exilem in dorſo nuclei, ſeu oſſis dactyli: & accipitur pro re nullius pretii.

LII. *An invident hominibus*] Judæi, ut explicat Gelal, invidebant Mahumeto النبـوة وكثرة النساء ويقولـون لوكان نبيـا لاشتغـل عـن النسـاء. *prophetiam & multitudinem uxorum: & dicebant: Si hic eſset Propheta, abſtineret à negotio fœminarum.* Addit tamen Gelal in exculationem Prophetæ ſui: فكان لداود تسع وتسعون امراة ولسليمـان الـف ما بيـن حرة وسريـة : *habuit etiam David uxores nonaginta novem. Salomon autem mille, partim liberas, partim pellices.* Primum falſum prorsùs eſt.

LVIII. *An non reſpexiſti ad eos*] Gelal. نزل لما اختصـم يهودى ومنافـق فدعا المنافق الى كعـب بـن الاشرف ليحكـم بينهما ودعـا اليهودى الى النبى ص فاتياه فقضى اليهودى فلـم يرض المنافق واتيا عمر فذكر له اليهودى ذلـك فقـال للمنافـق اكذلك قال نعم فقتلـه : *revelata ſunt hæc, poſtquam Judæus quidam, & quidam Mahumetanus impius, cùm inter ſe litigarent, impius appellavit ad Caabum filium Aſraphi Judæorum principem: Judæus autem poſtulavit judicium Mahumeti: ad quem cùm ambo veniſſent, decidit Mahumetus ad favorem Judæi. Sed cùm huic ſententiæ non acquieſceret impius venerunt ambo, ad Omarem, cui enarravit Judæus id, quod evenerat. Dixitque Omar impio. Itane ergo egiſti? Et ille reſpondit. Ita. At Omar occidit eum.*

Judicari coram Tagut] Hoc loco, juxta Gelalem, Tagut, intelligitur prædictus Caabus princeps Judæorum.

LXXIV. *Pro via Tagut*] Hìc verò Gelal. intelligit Satanam.

LXXV. *An non reſpexiſti ad eos &c.*] Erant hi juxta Gelalem quidam ex ſociis Mahumeti,

XXXI. *Viris erit portio &c.*] Gelal. نزل لما قالت ام سلمـة ليتنا كنّا رجـالا فجاهدنـا وكان لنـا مثل اجر الرجـال : *revelata ſunt hæc, cùm dixiſſet mater Salmæ: Utinam nos fœminæ eſſemus viri, ut pugnare poſſemus, eſſetque nobis merces virorum.*

XXXII. *Date portionem ſuam*]. Juxta Gelalem, & Zamchaſcerium, fuit hoc abrogatum quoad Ethnicos.

XXXIII. *Viri ſtabunt &c.*] Gelal. بتفضيله لهـم عليهـن بالعلـم والعقـل والولايـة وغير ذلـك : *eò quòd Deus excellentes fecerit eos ſuper illas in ſcientia, & intellectu, facultate gubernandi, & aliis.*

Cuſtodientes ſecretum] Gelal. اى لفروجهن وغيرها فى غيبـة ازواجهـن : *ideſt pudenda ſua, & alia, quæ celare debent in abſentia virorum ſuorum.*

XLIV. *Et audi non factus audire*] ideſt audi verba, quæ nos Hebraicè proferimus, quorum tamen ſenſum tu, putans ea eſſe Arabica, nequaquam aſſequeris: nam ut ait Gelal, Judæi ſalutantes Mahumetum تقولون له راعنـا قد نهى عن خطابه بهـا . وهى كلـمة سبّ بلغتهـم *dicebant ei Raina, contra prohibitionem jam ſibi ab eo factam* (quæ dictio Arabicè ſonat reſpice nos:) *ſed in lingua eorum* hebraica *eſt verbum contumelioſum*. Mahumetus autem de hoc admonitus, juſſit eos verbis apertioribus, ac purè Arabicis ipſum ſalutare.

XLV. *Antequam deleamus facies*], Gelal. نمحوما فيها من العين والانف والحاجـب فنجعلها كالاقفـا لوحًا واحدًا : *deleamus partes illarum, nempè oculos, naſum, ſupercilia: & reddamus illos veluti occipitia tabulam planam.*

Socii Sabbati] ideſt tranſgreſſoribus illius. Vide ſuprà in 2. Sura.

XLVII. *Qui juſtificant ſe ipſos*] Gelal. وهم اليهود حيث قالوا نحن ابنا الله واحبـاؤه : *hi erant Judæi qui dicebant de ſe ipſis: Nos ſumus filii Dei, & dilecti ejus.*

Hilum] Arabicè فتيلا Gelal. قدر قشر النواة *quantus eſt cortex oſſiculi unius dactyli.*

XLIX. *An non animadvertiſtis*] Gelal. نزل فى كعب ابـن الاشـرف ونحـوه من علمـاء اليهـود ولما

REFUTATA.

INter pauca ſana, quæ hìc habet Alcoranus, plura redolent inſaniam, quam etiam augent Expoſitores ineptiis ſuis.

I. Rectè admonet ſuos, ne dum ebrii ſunt, accedant ad orandum. Sed per hoc videtur ebrietatem approbare, vel non improbare extra orationem; & conſequenter vini uſum liberiorem concedere: Saltem ex his verbis colligitur inter Mahumetanos uſum vini fuiſſe, & quidem liberum, & communem, quod tamen alibi ſeveriſſimè interdicit. Reſpondent Moslemi: Quandò hæc ſcripſit Mahumetus, nondum vinum ab eo interdictum fuiſſe: licèt enim ſuperiùs in Sura 2. illud prohibuerit: non tamen ſequitur verſiculum illum non fuiſſe hoc poſteriorem: cùm in Alcorano nullus temporum ordo ſervetur, ut jam alibi vidimus. Hoc effugio univerſas Alcorani contradictiones ſalvant Mahumetani.

II. Quamvis accedere ad orationem cum munditia etiam corporis laudabile ſit: ea tamen, quam præſcribit Mahumetus, ſuperſtitione, imò ſtultitia non caret. Quid enim magis ſuperſtitioſum ac ſtultum, quàm faciem & manus inquinatas, affricato pulvere velle mundare? Hoc ſanè magis inquinare eſt, & fœdare. Deindè contra omnem rationem eſt putare, Deum tanti facere munditiem corpoream, ut ſi quis ea, quæ ex naturæ neceſſitate contingunt omnibus, expleverit, non poſſit ad orationem accedere, niſi obſcœnas, ac pudendas partes abluerit. Poſtremò Chriſtus Dominus in Euangelio externam hanc munditiam, nihil ad animæ puritatem, vel pietatem per ſe conferre declaravit. Quòd ſi in Pentateucho Judæis exterior corporis puritas ſæpiùs inculcatur: ſymbolicè ac typicè id fit, ad interiorem à peccatis munditiam indicandam. Satis eſt igitur civilis quædam, & communior mundities ad res divinas publicè adminiſtrandas, potiùs ratione urbanitatis erga homines, quàm neceſſitatis erga Deum, qui exteriora hæc inquinamenta, utpotè naturalia, & quæ nullus poteſt evitare, nihil in ſe mali continere optimè novit. Verùm de hujuſmodi ſuperſtitioſis & immundis Mahumetanorum purificationibus ſatis diffusè egi in Prodromo p. 4. cap. 4. pag. 9. & cap. 9. pag. 26.

III. Hìc etiam §. 44. culpat Judæos de corruptela ſacrarum Scripturarum, vaticinia de Mahumeto continentium. Sed vide, quæ ſuprà circa hoc dicta ſunt.

IV. Aſſerit Deum peccata omnia indulturum cui voluerit, præter plurium deorum cultum. Verùm vel loquitur in ſenſu disjuncto, itaut nulli Deus hoc peccatum unquam ignoſcat, etiamſi illud rèlinquat ac deteſtetur: & hoc falſum eſt: alioquin Mahumetus, qui per quadraginta annos polytheus fuit, fateri cogetur, ſibi nunquam peccatum hoc condonatum fuiſſe; itemque idololatras omnes, qui ad ſectam ipſius converſi ſunt, damnatos fuiſſe. Vel loquitur in ſenſu compoſito, itaut Deus nulli ignoſcat hoc ſcelus, niſi illud relinquat, & Deum unum ac verum agnoſcat, & adoret. Et hoc verum eſt: ſed idem evenit omninò de aliis gravibus peccatis: certum enim eſt Deum nullum peccatum ignoſcere alicui, qui in eodem voluerit perſeverare. Quòd ſi objiciant Moslemi, etiam in Euangelio haberi, peccata omnia remittenda eſſe hominibus: blaſphemiam autem contra Spiritum Sanctum nunquam, & nuſquam remittendam. Matth. cap. 12. Marci. cap. 3. Luc. cap. 12. Reſpondeo, non convenire inter ſapientes Chriſtianos, quænam ſit blaſphemia contra Spiritum ſanctum: ſed quæcunque tandem illa ſit, quamvis poſſit à Deo dimitti, non tamen eſſe dimittendam, permittente ipſo Deo, ut in pœnam tanti ſceleris, in eo, vel in aliis quis cæca mente perſiſtat, ac moriatur. Reſponderi etiam poteſt: Chriſtum per ea verba ſignificare voluiſſe non omnimodam impoſſibilitatem, ſed ſummam difficultatem remiſſionis hujus peccati. Hoc autem de idololatria nullo modo dici poteſt, cùm exempla innumera habeamus in contrarium. Sed vide, quæ circa hoc ſcripſi in Prodr. p. 4. cap. 26. pag. 73.

V. Si verum eſt, quod affirmat Gelal, divinam liberalitatem, quam Judæi Mahumeto invidebant, fuiſſe donum prophetiæ, & multitudinem uxorum: & ſtulti, & impii fuiſſent Judæi. Cùm enim apertè cognoſcerent illum non eſſe Prophetam, ſed nebulonem; nulla erat cauſa, cur ipſi prophetiæ donum inviderent. Cùm verò certò ſcirent Mahumetum ad effrænatam & inſatiabilem libidinem explendam tot ſibi uxores coacervaſſe, inter quas erat uxor Zæidi adhuc viventis, & per conſequens adultera cum adultero; & Aiſa quam ſeptennem duxerat: & novennem compreſſerat non niſi per ſummam impietatem poterant hanc uxorum, ſeu veriùs pellicum turbam, divinæ gratiæ, liberalitatique tribuere. Exempla Davidis & Salomonis non adjuvant cauſam Mahumeti, ut ſuperiùs oſtendi: præſertim ſi David tot uxores habuiſſet, quot Gelal confingit: eodem enim modo, quo Salomon, peccaſſet ille contra divinam legem: Cæterùm prudenter exprobrabant Judæi Mahumeto hanc tàm inſanam libidinis rabiem, tanquam prophetico muneri prorsùs contrariam.

VI. Sæpiùs redit Mahumetus ad Paradiſum ſuum, & ad fœminas, brutaleſque delicias in illo aſeclis ſuis paratas: quo tàm dulci pabulo laſciviſſimos Arabes meliùs alliciat: ſed non ceſſat interim aliqua veræ pietatis, ac virtutis larva fraudes ſuas cohoneſtare.

TEXTUS ALCORANI.

77 أينما تكونوا يدرككم الموت ولو كنتم في بروج مشيدة وإن تصبهم حسنة يقولوا هذه
من عند الله وإن تصبهم سيية يقولوا هذه من عندك قل كل من عند الله فمال هولاء القوم لا
يكادون يفقهون حديثا ۞ 78 ما أصابك من حسنة فمن الله وما أصابك من سيية فمن نفسك
وأرسلناك للناس رسولا وكفي بالله شهيدا ۞ 79 من يطع الرسول فقد اطاع الله ومن تولى فما
أرسلناك عليهم حفيظا ۞ 80 ويقولون طاعة فاذا برزوا من عندك بيت طايفة منهم غير الذي تقول
والله يكتب ما يبيتون فاعرض عنهم وتوكل على الله وكفي بالله وكيلا ۞ 81 افلا يتدبرون
القران ولو كان من عند غير الله لوجدوا فيه اختلافا كثيرا ۞ 82 واذا جاءهم امر من الامن
او الخوف اذاعوا به ولو ردوه الى الرسول والى اولي الامر منهم لعلمه الذين يستنبطونه منهم ولولا فضل
الله عليكم ورحمته لاتبعتم الشيطان الا قليلا ۞ 83 فقاتل في سبيل الله لا تكلف الا نفسك
وحرض المومنين عسي الله ان يكف باس الذين كفروا والله اشد باسا واشد تنكيلا ۞
84 من يشفع شفاعة حسنة يكن له نصيب منها ومن يشفع شفاعة سيية يكن له كفل منها وكان
الله على كل شي مقيتا ۞ 85 واذا حييتم بتحية فحيوا باحسن منها او ردوها ان الله كان
على كل شي حسيبا ۞ 86 الله لا اله الا هو ليجمعنكم الى يوم القيمة لا ريب فيه ومن اصدق
من الله حديثا ۞ 87 فمالكم في المنافقين فيتين والله اركسهم بما كسبوا اتريدون ان تهدوا
من اضل الله ومن يضلل الله فلن تجد له سبيلا ۞ 88 ودوا لو تكفرون كما كفروا فتكونون
سواء فلا تتخذوا منهم اولياء حتي يهاجروا في سبيل الله فان تولوا فخذوهم واقتلوهم حيث
وجدتموهم ولا تتخذوا منهم وليا ولا نصيرا ۞ 89 الا الذين يصلون الى قوم بينكم وبينهم ميثاق
او جاوكم حصرت صدورهم ان يقاتلوكم او يقاتلوا قومهم ولو شاء الله لسلطهم عليكم فلقاتلوكم
فان اعتزلوكم فلم يقاتلوكم والقوا اليكم السلم فما جعل الله لكم عليهم سبيلا ۞
90 ستجدون اخرين يريدون ان يامنوكم ويامنوا قومهم كلما ردوا الى الفتنة اركسوا فيها فان
لم يعتزلوكم ويلقوا اليكم السلم ويكفوا ايديهم فخذوهم واقتلوهم حيث ثقفتموهم واولايكم
جعلنا لكم عليهم سلطانا مبينا ۞ 91 وما كان لمومن ان يقتل مومنا الا خطا ومن قتل مومنا
خطا فتحرير رقبة مومنة ودية مسلمة الي اهله الا ان يصدقوا فان كان من قوم عدو لكم وهو
مومن فتحرير رقبة مومنة وان كان من قوم بينكم وبينهم ميثاق فدية مسلمة الى اهله وتحرير
رقبة مومنة فمن لم يجد فصيام شهرين متتابعين توبة من الله وكان الله عليما حكيما ۞

92 ومن يقتل مومنا متعمدا فجزاوه جهنم خالدا فيها وغضب الله عليه ولعنه واعد له عذابا
عظيما ۞ 93 يا ايها الذين امنوا اذا ضربتم في سبيل الله فتبينوا ولا تقولوا لمن القى اليكم
السلم لست مومنا تبتغون عرض الحيوة الدنيا فعند الله مغانم كثيرة كذلك كنتم من قبل
فمن الله عليكم فتبينوا ان الله كان بما تعملون خبيرا ۞ 94 لا يستوي القاعدون من المومنين
غير اولي الضرر والمجاهدون في سبيل الله باموالهم وانفسهم فضل الله المجاهدين باموالهم وانفسهم
على القاعدين درجة وكلا وعد الله الحسنى وفضل الله المجاهدين على القاعدين اجرا عظيما ۞
95 درجات منه ومغفرة ورحمة وكان الله غفورا رحيما ۞ 96 ان الذين توفيهم الملايكة ظالمي
انفسهم قالوا فيما كنتم قالوا كنا مستضعفين في الارض قالوا الم تكن ارض الله واسعة فتهاجروا
فيها فاولايك ماويهم جهنم وساءت مصيرا ۞ 97 الا المستضعفين من الرجال والنساء والولدان لا
يستطيعون حيلة ولا يهتدون سبيلا ۞ 98 فاولايك عسى الله ان يعفو عنهم وكان الله عفوا غفورا ۞
99 ومن يهاجر في سبيل الله يجد في الارض مرغما كثيرا وسعة ومن يخرج من بيته مهاجرا الى
الله ورسوله ثم يدركه الموت فقد وقع اجره على الله وكان الله غفورا رحيما ۞ 100 واذا ضربتم
في الارض فليس عليكم جناح ان تقصروا من الصلوة ان خفتم ان يفتنكم الذين كفروا
ان الكافرين كانوا لكم عدوا مبينا ۞ 101 واذا كنت فيهم فاقمت لهم الصلوة فلتقم طايفة
منهم معك ولياخذوا اسلحتهم فاذا سجدوا فليكونوا من ورايكم ولتات طايفة اخرى لم يصلوا
فليصلوا معك ولياخذوا حذرهم واسلحتهم ود الذين كفروا لو تغفلون عن اسلحتكم وامتعتكم
فيميلون عليكم ميلة واحدة ولا جناح عليكم ان كان بكم اذى من مطر او كنتم مرضى
ان تضعوا اسلحتكم وخذوا حذركم ان الله اعد للكافرين عذابا مهينا ۞ 102 فاذا قضيتم
الصلوة فاذكروا الله قياما وقعودا وعلى جنوبكم فاذا اطمانناتم فاقيموا الصلوة ان الصلوة كانت على
المومنين كتابا موقوتا ۞ 103 ولا تهنوا في ابتغاء القوم ان تكونوا تالمون فانهم يالمون كما
تالمون وترجون من الله ما لا يرجون وكان الله عليما حكيما ۞ 104 انا انزلنا اليك الكتاب
بالحق لتحكم بين الناس بما اريك الله ولا تكن للخاينين خصيما ۞ 105 واستغفر الله ان الله
كان غفورا رحيما ۞ 106 ولا تجادل عن الذين يختانون انفسهم ان الله لا يحب من كان خوانا
اثيما ۞ 107 يستخفون من الناس ولا يستخفون من الله وهو معهم ان يبيتون ما لا يرضى من القول
وكان الله بما يعملون محيطا ۞ 108 ها انتم هولاء جادلتم عنهم في الحيوة الدنيا فمن يجادل
الله عنهم يوم القيمة ام من يكون عليهم وكيلا ۞ 109 ومن يعمل سوا او يظلم نفسه ثم يستغفر
الله يجد الله غفورا رحيما ۞ 110 ومن يكسب اثما فانما يكسبه على نفسه وكان الله عليما
حكيما ۞

حكيما ۞ 111 ومن يكسب خطية او اثما ثم يرم به بريا فقد احتمل بهتانا واثما مبينا ۞
112 ولو لا فضل الله عليك ورحمته لهمت طايفة منهم ان يضلوك وما يضلون الا انفسهم وما يضرونك
من شي وانزل الله عليك الكتاب والحكمة وعلمك ما لم تكن تعلم وكان فضل الله عليك
عظيما ۞ 113 لا خير في كثير من نجواهم الا من امر بصدقة او معروف او اصلاح بين الناس
ومن يفعل ذلك ابتغاء مرضات الله فسوف نوتيه اجرا عظيما ۞ 114 ومن يشاقق الرسول من بعد ما
تبين له الهدى ويتبع غير سبيل المومنين نوله ما تولى ونصله جهنم وساءت مصيرا ۞ 115 ان
الله لا يغفر ان يشرك به ويغفر ما دون ذلك لمن يشاء ومن يشرك بالله فقد ضل ضلالا بعيدا ۞
116 ان يدعون من دونه الا اناثا وان يدعون الا شيطانا مريدا ۞ 117 لعنه الله وقال لا تخذن
من عبادك نصيبا مفروضا ۞ 118 ولاضلنهم ولامنينهم ولامرنهم فليبتكن اذان الانعام ولامرنهم
فليغيرون خلق الله ومن يتخذ الشيطان وليا من دون الله فقد خسر خسرانا مبينا ۞ 119 يعدهم
ويمنيهم وما يعدهم الشيطان الا غرورا ۞ 120 اولايك ماويهم جهنم ولا يجدون عنها محيصا ۞
121 والذين امنوا وعملوا الصلحات سندخلهم جنات تجري من تحتها الانهر خالدين فيها ابدا وعد
الله حقا ومن اصدق من الله قيلا ۞ 122 ليس بامانيكم ولا امانى اهل الكتاب من يعمل
سواء يجز به ولا يجد له من دون الله وليا ولا نصيرا ۞ 123 ومن يعمل من الصلحات من ذكر
او انثى وهو مومن فاولايك يدخلون الجنة ولا يظلمون نقيرا ۞ 124 ومن احسن دينا ممن اسلم
وجهه لله وهو محسن واتبع ملة ابرهيم حنيفا واتخذ الله ابرهيم خليلا ۞ 125 ولله ما في
السموت وما في الارض وكان الله بكل شي محيطا ۞

VERSIO LATINA.

77. UBicumque fueritis, assequetur vos mors, etiamsi sitis in turribus excelsis: quòd si evenerit illis (*ideſt Judæis*) *aliquod* bonum, dicent: Hoc est à Deo. At si evenerit eis *aliquod* malum, dicent: Hoc est à te, *ò Mahumete*. Respondе *illis*: Totum est à Deo. Quid porrò est his hominibus, quòd propè sunt, ut non intelligant narrationem; (*ideſt aliquid eorum, quæ illis dicuntur*:). 78. Id, quod evenit tibi de bono, est à Deo: id verò, quod evenit tibi de malo, est à te ipso. Et misimus te hominibus Legatum: & Deus est testis sufficiens *hujus rei*. 79. Qui obedierit Legato, jam porrò obedivit Deo: qui verò tergiversatus fuerit, non misimus te super eos custodem. 80. Et dicunt: Obedientia. Cùm verò egressi fuerint à conspectu tuo, mente versabit pars eorum aliud, quàm quod dicit: Deus autem scribit id, quod mente revolvunt. Recede ergo ab eis, & confide in Deo, nam Deus est sufficiens procurator. 81. An non attentè considerant Alcoranum? Quòd si esset ab alio, quàm à Deo, certè invenirent in eo contradictiones multas. 82. Et cùm venerit ad eos aliquod nuncium de securitate, vel timore *rerum Mahumeti in bello*; divulgant illud. Quòd si referrent illud ad Legatum, *a* & ad præfectos suos; certè scirent illud *à Legato & Præfectis* ii, qui cupiunt scire ab ipsis.

a & ad præditos imperio ex ipsis.

ipſis. Et ſi non fuiſſet gratia Dei ſuper vos, & miſericordia ejus; certè ſectati fuiſſetis Satanam, præter paucos. 83. Pugna ergo pro via Dei: non laborabis niſi pro anima tua: & excita fideles *ad prælium*. Fortaſsè eveniet, ut Deus cohibeat vim bellicam eorum qui ſunt infideles: nam Deus valentior eſt *illis* vi bellica: & valentior eſt in infligenda pœna. 84. Qui interceſſor fuerit *inter homines* interceſſione bona; erit illi pars *(ideſt merces)* ob eam. Qui verò interceſſor fuerit interceſſione mala, erit illi portio *(ideſt pœna)* ob eam: & eſt Deus ſuper omnem rem inſpector. 85. Et cùm ſalutati fueritis ſalutatione, ſalutate *ſalutatione* meliori, quàm illa; aut reſtituite eamdem: nam Deus in omni re eſt computator *ad eam remunerandam*. 86. Deus: non eſt Deus niſi ipſe. Profectò congregabit vos ad diem reſurrectionis; non eſt dubitandum, de eo. Et quis eſt veracior Deo *a* in eo, quod dicit? 87. Et quid vobis eſt *quòd diviſi eſtis* circa impios in duas factiones? At Deus diſſipavit illos ob id, quod perpetraverunt. An vultis dirigere eum, quem in errorem induxit Deus? Quem porrò errare fecerit Deus, nullo modo invenies ei viam. 88. Deſideraverunt, ut infideles eſſetis, ſicut *ipſi* infideles ſunt: & eſſetis pares *ipſis in impietate*. Ne ergo aſſumatis ex eis amicos, donec emigrent *è patria* pro via Dei. Quòd ſi tergiverſati fuerint, capite eos, & occidite eos ubicunque inveneritis eos: & ne accipiatis ex eis amicum, neque adjutorem. 89. Niſi eos, qui confugerint ad gentem, inter vos & inter quam ſit fœdus; aut *eos qui* venerint ad eos, quorum anguſtiata ſunt pectora *(ideſt coacti ſunt inviti)* ut pugnarent contra vos, vel pugnarent contra gentem ſuam. Et ſi voluiſſet Deus, certè prævalere feciſſet eos ſuper vos, & certè oppugnaſſent vos. Quòd ſi ſeparaverint ſe à vobis, nec pugnaverint contra vos, & obtulerint vobis concordiam: non concedit Deus vobis contra illos viam *(ideſt facultatem pugnandi)*. 90. Invenietis alios, qui velint concredere ſeſe vobis *fingentes ſe fideles*: & concredere ſeſe genti ſuæ, *infidelitatem ſectando*. Quotieſcunque *b* invitati fuerint ad infidelitatem, ſubvertentur in ea. Quòd ſi non ſeparaverint ſeſe à vobis *(ideſt non deſiterint à bello contra vos)* & non obtulerint vobis concordiam; & non continuerint manus ſuas *à vobis*: capite eos, & occidite eos, ubicunque inveneritis eos: etenim conceſſimus vobis ſuper eos poteſtatem manifeſtam. 91. Et non eſt *licitum* fideli occidere fidelem, niſi *ſit* per errorem. Qui verò occiderit fidelem per errorem; *c* debet liberare cervicem fidelem à ſervitute: & mulcta perſolvenda familiæ ejus *(ideſt occiſi)* niſi condonaverint, *(erit pœna illius)*. Quòd ſi *occiſus* fuerit ex gente inimica vobis, ſed ipſe *ſit* fidelis: *debet occiſor ſimiliter* liberare cervicem fidelem. Et ſi *occiſus* fuerit ex gente *d* vobis fœderata; *occiſori incumbet ſolvere* mulctam tradendam familiæ ejus, & liberare cervicem fidelem. Qui autem non invenerit *cervicem fidelem, quam liberet, obſervet* jejunium duorum menſium continuatorum: pœnitentiam *injunctam* à Deo: & Deus eſt ſcientis, ſapiens. 92. Et qui occiderit fidelem, habens intentionem *occidendi*; retributio ejus erit gehenna, perpetuò commoraturi in ea: & iraſcetur Deus illi, & maledicet ei: & præparavit ei pœnam magnam. 93. O *e* fideles: quandò proficiſcemini *ad prælium* pro via Dei, rectè diſpicite: & ne dicatis ei, qui obtulerit vobis pacem *(ideſt pacificè ſalutaverit)*: Non es fidelis: quærentes *per hoc occidere, & ſpoliare eum, & acquirere* accidentarium *bonum* vitæ mundanæ: nam apud Deum ſunt prædæ multæ. Tales fuiſtis anteà: ſed benignus fuit Deus erga vos. Rectè itaque diſpicite, *quiſnam ſit fidelis & quis infidelis*: nam Deus de eo, quod facitis eſt commonitus. 94. *f* Non æqualiter tractabuntur ii fideles, qui reſident *domi*, *ne proficiſcantur ad prælium*, *g* nec morbo ullo laborant; & ii, qui decertant pro via Dei facultatibus ſuis, & perſonis ſuis. Excellentes fecit Deus eos, qui decertant facultatibus ſuis, & perſonis ſuis, ſupra reſidentes *domi*; *conſtituitque eos ſuperiores* gradu. Omnibus quidem promiſit Deus bonum maximum *(ideſt paradiſum)*: ſed prætulit Deus euntes ad prælium reſidentibus domi mercede magna. 95. Gradibus à ſe *conceſſis*, & indulgentia, & miſericordia: nam Deus eſt indulgens, miſericors.

a narratione?

b reſtituti fuerint ad ſeditionem.

c liberatio cervicis fidelis.

d inter vos, & inter eos *ſit* fœdus.

e qui crediderunt.

f Non æquales erunt reſidentes ex fidelibus.

g non habentes nocumentum.

cors. 96. Porrò illis, quos morti dederunt Angeli, iniquè tractantes animas suas, dixerunt *iidem Angeli*: in qua (*ideſt in qua religione*) fuiſtis? Reſponderunt: Fuimus imbecilles; *ita ut nequiverimus eſſe in vera religione*, in terra *Meccæ Ethnica*. Dixerunt *illis Angeli*: An non erat terra Dei ampla, ut peregrè proficiſceremini in ea, *extra terram Meccæ*? Erit itaque habitatio eorum Gehenna: *a* & ò miſeram profectionem *ad illam*! 97. Exceptis imbecillibus ex viris ac mulieribus, & pueris, *qui* non pollebant viribus, & non dirigebantur *ab ullo* ad viam, *qua emigrarent è Mecca*. 98. Iſtis fortaſsè eveniet, ut Deus indulgeat: nam Deus eſt indulgens, ignoſcens. 99. Et qui emigraverit *è patria* pro via Dei, inveniet in terra multos *ſecum* emigrantes, & copiam *alimentorum*. Et qui egreſſus fuerit domo ſua tranſmigraturus ad Deum, & Legatum ejus; & aſſecuta fuerit eum mors *in itinere*, jam cadet *ſtabiliter manſura* merces ejus apud Deum: nam Deus eſt indultor, miſericors. 100. Cùm autem peragrabitis terram, non erit vobis piaculum, ſi diminueritis *aliquid* de oratione, ſi timueritis, ne inſidiosè adoriantur vos ii, qui ſunt infideles: nam infideles ſunt vobis hoſtis manifeſtus. 101. Cùm autem eris cum illis, & indixeris illis orationem: ſtet pars eorum tecum, & capiant arma ſua. Cùm autem adoraverint *abſolutis precibus*, ſtent poſt tergum veſtrum *ad cuſtodiam*: & veniat pars altera, quæ nondum oravit, & oret tecum, & capiat cautelam ſuam, & arma ſua. Vellent qui ſunt infideles, ut *dum oratis*, negligeretis arma veſtra, & ſarcinas veſtras, ut ita irruerent ſuper vos impetu uno. Et non erit vobis piaculum, ſi fuerit vobis incommodum ex pluvia, *b* aut morbo laboraveritis, quòd deponatis arma veſtra; ſed accipite cautelam veſtram. Porrò Deus præparavit infidelibus pœnam ignominioſam. 102. Cùm autem abſolveritis orationem, mementote Dei *laudantes eum vocibus*, ſtantes, & ſedentes & *jacentes* ſuper latera veſtra. Cùm verò ſecuri fueritis, perſolvite orationem *integrè*: quippè oratio eſt fidelibus præſcriptum, ſuis temporibus ſtatutum. 103. Et ne ſegnes ſitis in perquirenda gente *infideli ad eam oppugnandam*, eò quòd paſſuri ſitis *aliquid incommodi*: nam ipſi patientur, ſicut vos patiemini: & *vos* ſperatis à Deo, quod *illi* non ſperant: & Deus eſt ſciens, ſapiens. 104. Nos quidem demiſimus ad te librum cum veritate, ut ſis judex inter homines per id, quod oſtendit tibi Deus *in illo*: & ne ſis pro fraudulentis diſceptator. 105. Et veniam poſce à Deo *pro eo*, *quod ſuſpicatus es*; nam Deus eſt indulgens, miſericors. 106. Et ne diſceptes pro illis, qui decipiunt animas ſuas: nam Deus non amat eum, qui eſt deceptor, iniquus. 107. Abſcondunt ſe *deceptores* ab hominibus: ſed non abſcondunt ſe à Deo: nam ipſe eſt cum eis *c* cùm noctu proferunt ſermonem, qui non placet illi, & Deus complectitur *ſcientia ſua* id, quod faciunt. 108. Ecce vos eſtis illi, qui diſceptaſtis pro eis in vita mundana: at quis diſceptabit cum Deo pro illis in die reſurrectionis? An quisquam erit pro eis procurator? 109. Et qui fecerit malum *aliis*, aut iniquè egerit in animam ſuam: deindè petierit veniam à Deo; inveniet Deum propitium, miſericordem. 110. Et qui perpetraverit iniquitatem; utique perpetrabit illam contra animam ſuam: & Deus eſt ſciens, ſapiens. 111. Et qui perpetraverit peccatum, aut iniquitatem; deinde conjecerit eam in innocentem: portabit ſanè calumniam, & iniquitatem, manifeſtam. 112. Et ſi non *fuiſſet* benignitas Dei ſuper te, & miſericordia ejus: certè ſtuduit pars ex eis, ut ſeducerent te: ſed non ſeducent, niſi ſe ipſos, & non nocebunt tibi ulla in re. Et demiſit Deus ſuper te librum, & juriſprudentiam, & docuit te, quod neſciebas: & fuit benignitas Dei ſuper te magna. 113. Non eſt bonum in multitudine *d* colloquutionis eorum, niſi illius, qui præcipit eleemoſynam, aut juſtum, aut concordiam inter homines. Et qui fecerit hoc ex deſiderio placendi Deo, mox dabimus ei mercedem magnam. 114. Et qui ſciſſionem fecerit à Legato (*ideſt Mahumeto*) poſtquam manifeſtata eſt illi directio; & ſectatus fuerit aliam viam, quàm fidelium; faciemus eum pervenire ad id, quod amavit, & conjiciemus eum urendum in gehennam: *e* & infelix eſt profectio *ad illam*. 115. Cer-

a & mala erit profectione (*nempè Gehenna*).

b aut fueritis infirmi.

c cum noctu proferunt, quod non placet de dicto: & eſt Deus id, quod faciũt, circumdãs.

d ex colloquutione.

e & mala eſt profectione.

115. Certè Deus non ignoſcet, quòd detur ſocius ſibi: & ignoſcet, quòd *quis peccaverit* præter hoc, cui voluerit: & qui poſuerit ſocium Deo, jam porrò erravit errore longinquo. 116. *a* Non invocant *infideles* præter ipſum *(ideſt Deum)* niſi fœminas: & *b* non invocant Satanam rebellem. 117. Maledixit ei Deus: & dixit *ei Satanas*: Certè accipiam è ſervis tuis partem præciſam *ab aliis*. 118. Et certè ſeducam eos: & ſanè injiciam eis cupidines: & quidem præcipiam eis, ut abſcindant auriculas pecorum: & quidem præcipiam eis, ut immutent creaturam Dei. Qui verò acceperit ſatanam in patronum præter Deum, jam periit perditione manifeſta. 119. Promittit eis, & deſideria immittit eis, & non promittit eis ſatanas, niſi fallaciam. 120. Illorum receptaculum erit gehenna: & non invenient ab ea effugium. 121. Qui autem crediderint, & fecerint recta, introducemus eos in hortos, ſubtus quos currunt flumina; permanſuros in eis ſemper. *Hæc eſt* promiſſio Dei vera: & quis eſt veracior Deo in dicto *(ideſt in eo, quod dicit)*? 122. Non erit juxta deſideria veſtra, neque juxta deſideria Scripturalium. Qui fecerit malum, recipiet retributionem pro eo, & non inveniet ſibi præter Deum, patronum, neque auxiliatorem. 123. Qui autem fecerit *aliquid* ex bonis; ſive ſit maſculus, ſive fœmina, & fuerit fidelis: hi ingredientur Paradiſum, neque injuſtè tractabuntur hilum. 124. Et quis eſt melior quoad religionem, quàm qui tradiderit faciem ſuam Deo, & ipſe *fuerit* beneficus, & ſecutus fuerit ſectam Abrahæ Orthodoxi? nam accepit Deus Abraham in amicum. 125. Et Dei eſt quod in Cœlis, & quod in terra *reperitur*: & eſt Deus omnem rem circumplectens *ſcientia & potentia ſua*.

a Si.
b Si.

NOTÆ.

LXXX. *Nvenirent in eo contradictiones multas*]. Vox Arabica اختلاف eſt *diſſenſio*, ſeu contradictio, aut contrarietas. Gelal exponit: تناقضًا فى معانيه وتباينًا فى نظمه: *contradictionem in ſignificationibus, incohærentiam in ſerie ejus.*

LXXXVI. *Et quid vobis, quòd diviſi eſtis*]. Exponit Gelal. لما رجع ناس من احد اختلف الناس فيهم فقال فريق اقتلنّهم وقال فريق لا فنزل فما لكم فى المنافقين. *Cùm rediiſſent quidam perfuge à prælio Ohod, diviſi ſunt inter ſe Moslemi circa ipſos bifariam: quidam enim volebant occidere eos, utpotè transfugas, & impios: alii autem id prohibebant. Propterea revelata ſunt hæc verba; Et quid vobis quòd diviſi eſtis &c.*

LXXXVIII. *Quorum anguſtiata ſunt pectora*]. Senſus eſt juxta Gelalem: *Qui abſtinuerunt à pugnando cum ſuis contra vos, vel vobiſcum contra ſuos: vel ſaltem id ægrè & inviti fecere.* Addit Gelal. وهذا وما بعده منسوخ باية السيف: *hoc, & ſequens abrogatum fuit per ſectionem gladii.*

XCII. *Quandò proficiſcemini*]. Hæc revelata ſunt, juxta Gelalem لما مرّ نفر من الصحابه برجل من بنى سليم وهو يسوق غنمًا فسلم عليهم فقالوا ما سلم علينا الا تقية فقتلوه واساقوا غنمه: *quandò tranſierunt quidam è ſociis Mahumeti juxta locum, in quo erat homo è familia Selimi* (erat hìc Judæus): *qui agebat gregem ovium, & ſalutavit eos. At illi putantes eum hoc feciſſe propter timorem ipſorum tantùm, occiderunt eum, & abegerunt oves ejus.*

XCV. *Quos morti dederunt Angeli*]. Gelal. نزل فى جماعة اسلموا ولم يهاجروا فقتلوا يوم بدر مع الكفّار: *revelata ſunt hæc propter quoſdam, qui crediderunt in Mahumetum, ſed noluerunt tranſmigrare è Mecca: ideòque occiſi ſunt in prælio Bedrenſi cum infidelibus.*

C. *Si fuerit vobis incommodum ex pluvia*]. Sententia eſt: Licebit vobis deponere arma, vel quia madefacti ſitis à pluvia, vel quia aliquo morbo laboretis: ſed tamen cauti eſtote, ne fortè hoſtibus anſam præbeatis inſidiarum, ſi viderint vos inermes.

CI. *Cùm autem abſolveritis orationem*]. Oratio Mahumetanorum tota conſiſtit in motibus, & geſticulationibus mimicis: quibus abſolutis; quibuſdam vocibus elatis laudant Deum. Sed vide quartam partem Prodr. cap. 5. & 10.

CIII. *Et quidem nos demiſimus &c.*] In hoc & ſequentibus verſibus alluditur ad hiſtoriolam quamdam, quam ita innuit Gelal. وسرق طعمه بن ابيرق درعًا وخباها عند يهودى فوجدت عنده فرماه طعمة بها وحلف انه ما سرقها فسال قومه النبى

النبى ان يجادل عنه ويبرىه : *Furatus fuerat Tahama filius Abiraci loricam, & abſconderat eam apud quemdam Judæum. Cùmque apud eum inventa fuiſſet, Tahama inſimulavit Judæum furti illius. At Judæus juravit ſe nullo modo furtum illud perpetraſſe. Cæteri autem Judæi rogaverunt Mahumetum, ut ſocium ipſorum defenderet, & innocentiam ejus tueretur.* Conſtat autem ex verbis Alcorani, Mahumetum in hoc allucinatum fuiſſe, & unà cum ſuis ſociis verum furem contra innocentem defendiſſe.

CVII. *Ecce vos eſtis*] Exponit Gelal hæc verba de Tahama, & ſociis ejus, qui ut complices fortaſsè fuerant in furto, ita ſeſe invicem apud Mahumetum contra Judæum patrocinabantur.

CXII. *Colloquutiones eorum*]. Dubium eſt ad quos referatur pronomen *eorum*. Gelal explicat اى النـــاس *ideſt hominum*. Dubium fortaſsè erat utrum cum afinis colloquerentur. Jahias exponit يعنى قوم الانصـارى : *ideſt virorum ex gente duodecim Auxiliatorum*, quos Mahumetus tanquam primos ac præcipuos aſſeclas elegit.

CXV. *Niſi fœminas*]. Colebant ſcilicet Angelos, quos dicebant eſſe بنات اللـه *filias Dei*. Et اللات والعزى ومنـاة : *Allatam, Alozam, & Menatam*: tres Deas Meccanorum.

CXVII. *Abſcindent auriculas pecorum*] Gelal. وقد كان ذلـك بالبحايـر : *& jam factum eſt hoc in decimo quoque pullo camelorum*. Clariùs Jahias هى بحـيرة كانـوا يقطعـون اطـراف اذنـه ويحرمونها : *hic erat decimus pullus camelæ, cujus extremitatem aurium abſcindebant: & ita velut rem ſacram habebant illum, ſcilicet pullum*: nimirùm liberum dimittebant, nec onere ullo gravabant, nec lac illius bibebant. Hæc erat ſuperſtitio Meccanorum.

Immutabunt creaturam Dei] nimirùm quemadmodùm exponit Gelal. ما حرّم بالكفـر وتحريـم دينـه : احـلّ واحـلال مـا *religionem ejus in infidelitatem, prohibendo id, quod conceſſit, & concedendo id, quod prohibuit.*

CXXII. *Non erit juxta deſideria veſtra*.] Gelal نزلت لما افتخر المسلمـون واهـل الكتـاب : *revelata ſunt hæc cùm gloriarentur Moslemi, & Scripturales*: nempè unuſquiſque de propria religione gloriabatur, quaſi in ea ſola eſſet ſalus. Jahias explicat id clariùs allegans Haſanum his verbis: قـال اليهـود للمسلميـن كتابنـا قبل كتابكـم ونبينا قبـل نبيكم وكتابنا القاضـى على ما قبله من الكتب ونحـن اهدى منكـم : قال المسلمـون كذبتـم انّـا صدقنـا بكتابكـم ونبيكـم وكذبتـم بكتابنـا ونبينـا وكتابنـا القـاضى علـى مـا قبلـه من الكتـب : قال محمـد ليـس ثواب اللـه بامانيكـم : *Dixerunt Judæi Moslemis: Liber noſter eſt ante librum veſtrum, & Propheta noſter ante Prophetam veſtrum. Et liber noſter judicat de libris, qui fuerunt ante eum: & nos rectioris fidei ſumus quàm vos. Reſponderunt Moslemi: Mentimini; Nos enim fidem aſſeruimus libro veſtro, & Prophetæ veſtro: & vos negatis librum noſtrum, & Prophetam noſtrum, cùm liber noſter ſit judex librorum præcedentium. Dixit Mahumetus: Non erit retributio Dei juxta deſideria veſtra.*

CXXIII. *Sectam Abrahæ*]. Gelal. : الموافقة ملّـة الاسـلام : *quæ eſt conformis ſectæ Eslam*, ſeu Mahumetanæ.

REFUTATA.

I. MAnifeſtam habet Alcoranus contradictionem, ſecumque ipſe pugnat in duobus primis verſiculis. Nam cùm Judæi peſtilentiam, quæ in adventu Mahumeti Medinæ exorta fuerat, illius peccatis tribuerent: reſpondit: Omnia tàm bona, quàm mala eſſe à Deo. Mox verò hominum bona Deo, mala autem ipſis hominibus tribuenda pronunciat. Loquitur autem ſemper de iiſdem bonis ac malis, nempè temporalibus: nam utrobique eſt حسنـة *bonum*, & سيئـة *malum*. Et ita etiam Explicat Gelal. Et verbum اصـاب *contingere*, ſeu *percutere*, refertur ad ea, quæ extrinſecùs adveniunt, & fortunæ tribuuntur. Agnovit Gelal contradictionem, eamque excuſare conatus eſt, exponens ea verba; *Evenit tibi* اتتك حيث ارتكبت ما استوجبهـا : *à teipſo evenit tibi, quia perpetraſti* من الذنـوب : *peccata, quæ malum illud merèrentur*. Verùm cur etiam primo loco non adhibuit hanc excuſationem? Certè Alcoranus eodem modo, eademque verborum forma utrobique utitur.

II. Nullum propè efficacius argumentum fieri poteſt contra Alcoranum, quàm quod Mahumetus ipſe hìc nobis ſuggerit. Si Alcoranus, inquit non eſſet à Deo: reperirentur in illo multæ diſcrepantiæ, & (ut explicat Gelal) contradictiones in ſententiis, & de ordinationes in verbis. Major hæc eſt ipſius Mahumeti.

Ego

Ego minorem ita ſubjicio: Sed utrumque in Alcorano ubertiſſimè reperitur. Tu lector conſequentiam collige. De veritate minoris nulla poteſt eſſe dubitatio. Nam quod attinet ad contradictionem in ſententiis, Mahumetani ipſi, ut vidimus, fatentur eas ad plures centurias aſcendere: & ut illas excuſent, recurrunt ad putidum illud effugium الناسخ والمنسوخ *Abrogantis, & Abrogati*, Mahumeti ſtultitiam & inconſtantiam impiè refundentes in Deum. Quod verò ſpectat ad deordinationem & incohærentiam verborum, & rerum ipſarum: fatentur item Moslemi, nullam eſſe inter verſiculos, & materias Alcorani ut plurimùm, connexionem. Sed etiamſi id negarent; res ipſa illos manifeſtè redargueret. Sequitur igitur ex Mahumeti confeſſione, Alcoranum non eſſe à Deo.

III. Homicidio per errorem, & præter intentionem perpetrato, cùm nullum ſit peccatum, nulla etiam debetur pœna, niſi fortè culpabilis aliqua incuria admixta fuerit. Quamobrem Deus in Pentateucho, hujuſmodi homicidio non ſolùm pœnam nullam conſtituit: ſed juſſit deſignari primò tres, deindè ſex urbes, ad quas tanquam ad aſyla, & loca immunia ii, qui hominem præter intentionem occidiſſent, confugerent. Vide Deuter. cap. 19. At Mahumetus plus ſapere voluit, quàm Deus, qui legem Dei corrigere non erubuerit. Talem enim pœnam homicidio involuntario ſtatuit, quæ voluntario propè ſatis foret. Exigit primò redemptionem unius captivi: deindè mulctam diſſolvendam hæredibus occiſi, quæ ſanè erat graviſſima, cùm ſcribat hìc Gelal وبيّن السنّة انها مائة من الابل : *& declaravit Sonna, ſeu Statutum, hanc eſſe centum Camelos*. Denique in defectu liberationis captivi duos menſes perpetui jejunii. Paulò gravior pœna homicidio culpabili imponi poterat.

IV. Notandum, Mahumetum hìc, & per totum ferè Alcoranum, ſemper omnia dirigere ad hoc, ut aſſeclæ ſui valenter prælia exerceant, & adverſarios intrepidè aggrediantur: & ob hanc cauſam non ſolùm patriam liberoſque relinquant, ſed facultates omnes, & ſanguinem, vitamque profundant: pollicens inanem quemdam Paradiſum ſtrenuis; ignavis verò gehennæ terriculamenta comminitans. Hoc obſervet lector: hinc enim vafrum ac fraudulentum Impoſtoris ingenium agnoſcet, qui ſub religionis, pietatis, paradiſi, gehennæ, judicii, orationis, eleemoſynæ, aliarumque virtutum larva, miſeros ac ruſticos Arabes ad libidinem ſuam ſecundandam alliciat. Hæc nimirùm eſt, ſemperque fuit Seductorum, Hæreticorum, Schiſmaticorum, ac Politicorum techna, qua ignaros ac ſimplices, & non rarò etiam prudentiores, & ſapientiores in naſſan trahunt.

Egregium re vera Prophetam ſeſe Mahumetus oſtendit in facto illo, ſeu judicio Tahamæ, quod ita refert apud Jahiam Haſanus in Expoſitione hujus loci : رجل من الانصار سرق ذرعًا فاتهم عليها حتي فشت القالة انّه سرق الذرع فانطلق فاستودعها رجلًا من اليهود ثم اتي قومه فقال الم ترَ الي هولآء الذين اتهّموني علي الذرع فوالله ما زلتُ اطلبها حتي وجدتها عند فلان اليهود فاتوا اليهوديّ فوجدوا عنده الذرع فقال والله ما سرقتُها انما استودعنيها رجل من الانصار ثم قال الانصاري لقومه انطلقوا الي النبي صلي الله عليه وسلم فقولوا له فليخبرج فليعذرني فتسقط عنّي القالة فاتي قومه رسول الله فقالوا يا رسول الله اخرج فاعذر فلانا حتي تسقط عنه القالة فاراد رسول الله ان يفعل : *Quidam ex Auxiliatoribus furatus fuerat loricam, de qua variæ ſuſpiciones ortæ ſunt, donec percrebuit fama, ipſum furatum fuiſſe illam. Venit igitur Auxiliator ille, & depoſuit loricam apud quemdam Judæum: deindè rediit ad ſuos, & ait: Nonne audiſtis eos, qui ſuſpicati ſunt de me, quòd loricam furatus fuerim? Per Deum non ceſſavi inquirens de ea, donec reperi eam apud quemdam Judæum: venerunt igitur ad Judæum & invenerunt apud eum loricam. Judæus verò jurabat ſe minimè eam ſubripuiſſe, ſed à quodam auxiliatore apud ſe fuiſſe depoſitam. Auxiliatores igitur venerunt ad Mahumetum, rogantes eum, ut egrederetur, & ſocium ſuum à calumnia contra Judæum vindicaret, famamque ipſius apud populum tueretur; voluit igitur Mahumetus hoc facere*: nempè innocentem Judæum judicio opprimere, & Mahumetanum furem defendere. In quo primò oſtendit, ſe non eſſe Prophetam, qui reum ab innocente non dignoverit: imò reum abſolvere, qui jam publicè diffamatus erat, & innocentem unius, qui erat accuſatus, teſtimonio, damnare voluerit. Deindè ſeſe valdè præcipitem malumque judicem oſtendit, dum inaudita parte, ſtatim ſententiam ad favorem compartis ferre aggreſſus eſt. Meritò fingit Mahumetus, juſſum ſe fuiſſe à Deo, de hac ſua præcipitantia, ac temeritate veniam petere, & in poſterum cautiùs in judicando ſe gerere.

VI. Mahumetus ſecum ipſe apertè pugnat, dum litem inter Moslemos, & Scripturales de præſtantia religionis exortam tàm ineptè decidit. Gloriabantur Judæi Pentateuchum & Moyſen anteriores eſſe Alcorano & Mahumeto: Pentateuchum eſſe judicem librorum anteriorum (at nulli ante Pentateuchum libri inveniuntur

à Deo traditi): ſe eſſe in religione rectiore, quàm Moslemos (quod certè Moslemi negabant). Hi contrà aſſerebant Alcoranum & Mahumetum excellentiores eſſe Pentateucho, & Moyſe, cùm & Pentateucho & Moyſi fidem adſtruerent, ac de utroque judicarent. Ex hoc verò inferebant Moslemi in ſua tantùm religione ſalutem reperiri: quæ omnia ſexcenties in Alcorano confirmantur. Quid Mahumetus? Sententiam abſolutè profert contra utramque partem, dicens: *Non erit* (vel non eſt) *ſicut vos deſideratis*. Quid hoc aliud eſt, quàm ſibi ipſi manifeſtè contradicere. Per ea verò, quæ mox ſubdit, oſtendit, nihil curandum de libris ſacris, aut de Prophetis, ſed de bonis tantùm operibus, & de fide unius Dei, & hanc aſſerit eſſe ſectam, ſeu religionem Abrahę, de qua ſuperiùs ſatis diximus.

TEXTUS ALCORANI.

126 ويستفتونك في النساء قل الله يفتيكم فيهن وما يتلى عليكم في الكتاب في يتامى
النساء اللاتي لا تؤتونهن ما كتب لهن وترغبون ان تنكحوهن والمستضعفين من الولدان وان
تقوموا لليتامى بالقسط وما تفعلوا من خير فان الله كان به عليما ۞ 127 وان امرأة خافت من
بعلها نشوزا او اعراضا فلا جناح عليهما ان يصلحا بينهما صلحا والصلح خير واحضرت الانفس الشح
وان تحسنوا وتتقوا فان الله كان بما تعملون خبيرا ۞ 128 ولن تستطيعوا ان تعدلوا بين النساء
ولو حرصتم فلا تميلوا كل الميل فتذروها كالمعلقة وان تصلحوا وتتقوا فان الله كان غفورا رحيما ۞
129 وان يتفرقا يغن الله كلا من سعته وكان الله واسعا حكيما ۞ 130 ولله ما في السموات
وما في الارض ولقد وصينا الذين اوتوا الكتاب من قبلكم واياكم ان اتقوا الله وان تكفروا
فان لله ما في السموات وما في الارض وكان الله غنيا حميدا ۞ 131 ولله ما في السموات
وما في الارض وكفى بالله وكيلا ۞ 132 ان يشأ يذهبكم ايها الناس ويات باخرين وكان
الله على ذلك قديرا ۞ 133 من كان يريد ثواب الدنيا فعند الله ثواب الدنيا والاخرة وكان
الله سميعا بصيرا ۞ 134 يا ايها الذين امنوا كونوا قومين بالقسط شهداء لله ولو على انفسكم
او الوالدين والاقربين ان يكن غنيا او فقيرا فالله اولى بهما فلا تتبعوا الهوى ان تعدلوا وان تلوا
او تعرضوا فان الله كان بما تعملون خبيرا ۞ 135 يا ايها الذين امنوا امنوا بالله ورسوله والكتاب
الذي نزل على رسوله والكتاب الذي انزل من قبل ومن يكفر بالله وملايكته وكتبه ورسله
واليوم الاخر فقد ضل ضلالا بعيدا ۞ 136 ان الذين امنوا ثم كفروا ثم امنوا ثم كفروا ثم
ازدادوا كفرا لم يكن الله ليغفر لهم ولا ليهديهم سبيلا ۞ 137 بشر المنافقين بان لهم عذابا
اليما ۞ 138 الذين يتخذون الكافرين اولياء من دون المومنين ايبتغون عندهم العزة فان
العزة لله جميعا ۞ 139 وقد نزل عليكم في الكتاب ان اذا سمعتم ايات الله يكفر بها
ويستهزا بها فلا تقعدوا معهم حتى يخوضوا في حديث غيره انكم اذا مثلهم ان الله جامع
المنافقين والكافرين في جهنم جميعا ۞ 140 الذين يتربصون بكم فان كان لكم فتح من
الله

ٱللَّهِ قَالُوا۟ أَلَمْ نَكُن مَّعَكُمْ وَإِن كَانَ لِلْكَٰفِرِينَ نَصِيبٌ قَالُوٓا۟ أَلَمْ نَسْتَحْوِذْ عَلَيْكُمْ وَنَمْنَعْكُم
مِّنَ ٱلْمُؤْمِنِينَ ۚ فَٱللَّهُ يَحْكُمُ بَيْنَكُمْ يَوْمَ ٱلْقِيَٰمَةِ ۗ وَلَن يَجْعَلَ ٱللَّهُ لِلْكَٰفِرِينَ عَلَى ٱلْمُؤْمِنِينَ سَبِيلًا ۝
141 إِنَّ ٱلْمُنَٰفِقِينَ يُخَٰدِعُونَ ٱللَّهَ وَهُوَ خَٰدِعُهُمْ وَإِذَا قَامُوٓا۟ إِلَى ٱلصَّلَوٰةِ قَامُوا۟ كُسَالَىٰ يُرَآءُونَ ٱلنَّاسَ وَلَا
يَذْكُرُونَ ٱللَّهَ إِلَّا قَلِيلًا ۝ 142 مُّذَبْذَبِينَ بَيْنَ ذَٰلِكَ لَآ إِلَىٰ هَٰٓؤُلَآءِ وَلَآ إِلَىٰ هَٰٓؤُلَآءِ ۚ وَمَن يُضْلِلِ ٱللَّهُ
فَلَن تَجِدَ لَهُۥ سَبِيلًا ۝ 143 يَٰٓأَيُّهَا ٱلَّذِينَ ءَامَنُوا۟ لَا تَتَّخِذُوا۟ ٱلْكَٰفِرِينَ أَوْلِيَآءَ مِن دُونِ ٱلْمُؤْمِنِينَ ۚ
أَتُرِيدُونَ أَن تَجْعَلُوا۟ لِلَّهِ عَلَيْكُمْ سُلْطَٰنًا مُّبِينًا ۝ 144 إِنَّ ٱلْمُنَٰفِقِينَ فِى ٱلدَّرْكِ ٱلْأَسْفَلِ مِنَ ٱلنَّارِ ۖ
وَلَن تَجِدَ لَهُمْ نَصِيرًا ۝ 145 إِلَّا ٱلَّذِينَ تَابُوا۟ وَأَصْلَحُوا۟ وَٱعْتَصَمُوا۟ بِٱللَّهِ وَأَخْلَصُوا۟ دِينَهُمْ لِلَّهِ فَأُو۟لَٰٓئِكَ
مَعَ ٱلْمُؤْمِنِينَ ۖ وَسَوْفَ يُؤْتِ ٱللَّهُ ٱلْمُؤْمِنِينَ أَجْرًا عَظِيمًا ۝ 146 مَّا يَفْعَلُ ٱللَّهُ بِعَذَابِكُمْ إِن شَكَرْتُمْ
وَءَامَنتُمْ ۚ وَكَانَ ٱللَّهُ شَاكِرًا عَلِيمًا ۝ 147 لَّا يُحِبُّ ٱللَّهُ ٱلْجَهْرَ بِٱلسُّوٓءِ مِنَ ٱلْقَوْلِ إِلَّا مَن ظُلِمَ ۚ
وَكَانَ ٱللَّهُ سَمِيعًا عَلِيمًا ۝ 148 إِن تُبْدُوا۟ خَيْرًا أَوْ تُخْفُوهُ أَوْ تَعْفُوا۟ عَن سُوٓءٍ فَإِنَّ ٱللَّهَ كَانَ عَفُوًّا
قَدِيرًا ۝ 149 إِنَّ ٱلَّذِينَ يَكْفُرُونَ بِٱللَّهِ وَرُسُلِهِۦ وَيُرِيدُونَ أَن يُفَرِّقُوا۟ بَيْنَ ٱللَّهِ وَرُسُلِهِۦ وَيَقُولُونَ نُؤْمِنُ
بِبَعْضٍ وَنَكْفُرُ بِبَعْضٍ وَيُرِيدُونَ أَن يَتَّخِذُوا۟ بَيْنَ ذَٰلِكَ سَبِيلًا ۝ 150 أُو۟لَٰٓئِكَ هُمُ ٱلْكَٰفِرُونَ حَقًّا ۚ
وَأَعْتَدْنَا لِلْكَٰفِرِينَ عَذَابًا مُّهِينًا ۝ 151 وَٱلَّذِينَ ءَامَنُوا۟ بِٱللَّهِ وَرُسُلِهِۦ وَلَمْ يُفَرِّقُوا۟ بَيْنَ أَحَدٍ مِّنْهُمْ أُو۟لَٰٓئِكَ
سَوْفَ يُؤْتِيهِمْ أُجُورَهُمْ ۗ وَكَانَ ٱللَّهُ غَفُورًا رَّحِيمًا ۝ 152 يَسْـَٔلُكَ أَهْلُ ٱلْكِتَٰبِ أَن تُنَزِّلَ عَلَيْهِمْ كِتَٰبًا
مِّنَ ٱلسَّمَآءِ ۚ فَقَدْ سَأَلُوا۟ مُوسَىٰٓ أَكْبَرَ مِن ذَٰلِكَ فَقَالُوٓا۟ أَرِنَا ٱللَّهَ جَهْرَةً فَأَخَذَتْهُمُ ٱلصَّٰعِقَةُ بِظُلْمِهِمْ ۚ ثُمَّ ٱتَّخَذُوا۟
ٱلْعِجْلَ مِنۢ بَعْدِ مَا جَآءَتْهُمُ ٱلْبَيِّنَٰتُ فَعَفَوْنَا عَن ذَٰلِكَ ۚ وَءَاتَيْنَا مُوسَىٰ سُلْطَٰنًا مُّبِينًا ۝ 153 وَرَفَعْنَا فَوْقَهُمُ
ٱلطُّورَ بِمِيثَٰقِهِمْ وَقُلْنَا لَهُمُ ٱدْخُلُوا۟ ٱلْبَابَ سُجَّدًا وَقُلْنَا لَهُمْ لَا تَعْدُوا۟ فِى ٱلسَّبْتِ وَأَخَذْنَا مِنْهُم مِّيثَٰقًا
غَلِيظًا ۝ 154 فَبِمَا نَقْضِهِم مِّيثَٰقَهُمْ وَكُفْرِهِم بِـَٔايَٰتِ ٱللَّهِ وَقَتْلِهِمُ ٱلْأَنۢبِيَآءَ بِغَيْرِ حَقٍّ وَقَوْلِهِمْ قُلُوبُنَا
غُلْفٌ ۢ بَل طَبَعَ ٱللَّهُ عَلَيْهَا بِكُفْرِهِمْ فَلَا يُؤْمِنُونَ إِلَّا قَلِيلًا ۝ 155 وَبِكُفْرِهِمْ وَقَوْلِهِمْ عَلَىٰ مَرْيَمَ
بُهْتَٰنًا عَظِيمًا ۝ 156 وَقَوْلِهِمْ إِنَّا قَتَلْنَا ٱلْمَسِيحَ عِيسَى ٱبْنَ مَرْيَمَ رَسُولَ ٱللَّهِ وَمَا قَتَلُوهُ وَمَا صَلَبُوهُ
وَلَٰكِن شُبِّهَ لَهُمْ ۚ وَإِنَّ ٱلَّذِينَ ٱخْتَلَفُوا۟ فِيهِ لَفِى شَكٍّ مِّنْهُ ۚ مَا لَهُم بِهِۦ مِنْ عِلْمٍ إِلَّا ٱتِّبَاعَ ٱلظَّنِّ ۚ وَمَا قَتَلُوهُ
يَقِينًۢا ۝ 157 بَل رَّفَعَهُ ٱللَّهُ إِلَيْهِ ۚ وَكَانَ ٱللَّهُ عَزِيزًا حَكِيمًا ۝ 158 وَإِن مِّنْ أَهْلِ ٱلْكِتَٰبِ
إِلَّا لَيُؤْمِنَنَّ بِهِۦ قَبْلَ مَوْتِهِۦ ۖ وَيَوْمَ ٱلْقِيَٰمَةِ يَكُونُ عَلَيْهِمْ شَهِيدًا ۝ 159 فَبِظُلْمٍ مِّنَ ٱلَّذِينَ هَادُوا۟ حَرَّمْنَا
عَلَيْهِمْ طَيِّبَٰتٍ أُحِلَّتْ لَهُمْ وَبِصَدِّهِمْ عَن سَبِيلِ ٱللَّهِ كَثِيرًا ۝ 160 وَأَخْذِهِمُ ٱلرِّبَوٰا۟ وَقَدْ نُهُوا۟ عَنْهُ
وَأَكْلِهِمْ أَمْوَٰلَ ٱلنَّاسِ بِٱلْبَٰطِلِ ۚ وَأَعْتَدْنَا لِلْكَٰفِرِينَ مِنْهُمْ عَذَابًا أَلِيمًا ۝ 161 لَّٰكِنِ ٱلرَّٰسِخُونَ فِى
ٱلْعِلْمِ مِنْهُمْ وَٱلْمُؤْمِنُونَ يُؤْمِنُونَ بِمَآ أُنزِلَ إِلَيْكَ وَمَآ أُنزِلَ مِن قَبْلِكَ وَٱلْمُقِيمِينَ ٱلصَّلَوٰةَ وَٱلْمُؤْتُونَ ٱلزَّكَوٰةَ
وَٱلْمُؤْمِنُونَ بِٱللَّهِ وَٱلْيَوْمِ ٱلْءَاخِرِ ۚ أُو۟لَٰٓئِكَ سَنُؤْتِيهِمْ أَجْرًا عَظِيمًا ۝

VERSIO LATINA.

a petent instrui à te.

126. ET *a* consulent te circa mulieres. Responde: Deus instruet vos circa illas, & *instruet etiam vos* circa id, quod legitur vobis in Libro *Alcorani* de orphanis mulieribus, quibus non datis id, quod præscriptum est illis, b neque vultis nubere cum illis; & circa imbecilles pueros: & ut assistatis orphanis cum æquitate. Et quod feceritis boni, certè Deus illud erit sciens.

b& renuitis.

127. Quòd si mulier timuerit à marito suo elationem, aut aversionem: neutri erit piaculum, si rem inter se pacificè componant: & pacifica compositio melior *erit*, *quàm separatio*. Et præsentes factæ sunt animæ avaritiæ. Quòd si benefici fueritis *erga mulieres*, & caveritis *injustitiam erga illas*: utique Deus de eo quod facietis erit instructus. 128. Et nullo modo poteritis æquales esse *in amore* inter mulieres; etiamsi *multum in hoc* studeatis: & propterea non inclinetis omnimoda *(idest aliqua)* propensione *erga eam*, *quam diligitis*: & relinquatis eam velut suspensam (*idest quæ neque cælebs est, neque habens maritum*). Quòd si concordiam servaveritis, & caveritis, *ne quid injustè agatis contra uxores*; certè Deus erit indulgens, misericors. 129. Quòd si divortium fecerint, locupletabit Deus quemlibet *ex illis* ex abundantia sua; nam Deus est amplus, sapiens. 130. Et Dei est quidquid in Cœlis, & quidquid in terra *existit*. Et jam quidem mandavimus eis, quibus *c* traditæ sunt sacræ Scripturæ ante vos, & vobis *etiam præcipit*, *dicens*: timete Deum: quòd si infideles fueritis utique Dei est id, quod in Cœlis, & id quod in terra *reperitur*: & Deus est dives, laudatus. 131. Et Dei est id, quod in Cœlis, & id quod in terra *reperitur*: & Deus est sufficiens procurator. 132. Si voluerit, perire faciet vos, ò homines, & adducet alios: & Deus est ad hoc potens. 133. Qui voluerit præmium hujus mundi: certè apud Deum est præmium hujus mundi, & futuri sæculi: & Deus est audiens, intuens. 134. O qui *d* credidistis, estote stantes cum justitia testes Deo (*idest ne mentiamini in testimonio dicendo*), etiam contra vos ipsos, aut parentes, & propinquos: sive fuerit dives, sive pauper *ille*, *de quo fertur testimonium*: quippè Deus est vicinior utrique eorum, *quàm sitis vos*. Ne itaque sectemini libidinem *in testificando* ita ut non servetis justitiam. Et sive distorqueatis *testimonium*: sive retrahatis vos *ab eo ferendo*; certè Deus est de eo, quod facietis, instructus. 135. O e fideles, credite in Deum, & Legatum ejus, & Librum, quem demisit super Legatum suum, & librum, quem demisit anteà. Qui autem non crediderit in Deum, & Angelos ejus, & libros ejus, & legatos ejus, & diem novissimum; jam porrò erravit errore longinquo (*idest toto Cœlo*). 136. Porrò qui crediderunt, deindè *f* ad infidelitatem redierunt: iterùmque crediderunt, & iterum infideles facti sunt, atque insuper *g* auxerunt infidelitatem, numquam Deus parcet illis, neque diriget eos in viam *rectam*. 137. Annuncia impiis, fore ipsis pœnam discruciantem. 138. Qui accipiunt infideles in amicos, præter fideles: an exquirunt apud eos potentiam? Atqui potentia est Dei universa. 139. Et jam revelavit vobis in libro *Alcorani in Sura de Pecoribus dicens*: Cùm audieritis signa Dei, *h* non credentur, sed irridebuntur. Ne ergo sedeatis cum illis, *qui non credunt*, donec natent in narratione diversa. Certè vos namque *si cum eis versati fueritis*, *evadetis* similes illis. Utique Deus congregabit impios, & infideles in gehenna universos. 140. Qui *malignè* observant vos: si fuerit vobis victoria à Deo, dicent: Nonne fuimus vobiscum *in eadem religione*? *Date ergo nobis partem prædæ*. Si autem fuerit infidelibus pars *victoriæ contra vos*, dicent *illis*: Nonne superiores fuimus vobis, & *poteramus vos occidere*: & defendimus vos à fidelibus? Verùm Deus dijudicabit inter vos in die resurrectionis: & non ponet Deus infidelibus contra fideles viam *ad eos vincendos*, *vel perdendos*. 141. Porrò Impii deceptoriè agunt cum Deo, sed ipse decipiet eos: & cùm stant in oratione, stant oscitanter: affectant aspectum hominum, & non recordantur Dei, nisi *i* parùm. 142. Su-

c traditus fuit Liber.

d credidcrunt.

e qui crediderunt.

f infideles fuerunt.

g aucti sunt infidelitate, non erit Deus ut parcat illis.

h non credetur in illa: sed irrisio erit de illis.

i pauci.

spensi

ſpenſi hærentes inter hoc (*ideſt inter fidem & infidelitatem:*) non *adhærentes* his (*ideſt fidelibus*), neque illis (*ideſt infidelibus*). Et quem errare fecerit Deus, nunquam invenies illi viam. 143. O qui crediderunt, ne aſſumatis infideles in amicos citra fideles. An vultis ponere Deo contra vos poteſtatem manifeſtam? 144. Porrò impii erunt in ſede infima Ignis *Tartarei*: & nullo modo reperies eis adjutorem. 145. Verumtamen qui reſipuerint, & correxerint ſe, & firmiter adhæſerint Deo, & ſinceram exhibuerint religionem ſuam Deo: hi cum fidelibus *computabuntur*; & mox dabit Deus fidelibus mercedem magnam. 146. Quid faciet Deus de ſupplicio veſtro, ſi grati fueritis, & crederitis? Nam Deus eſt gratus, ſciens. 147. Non amat Deus manifeſtationem mali, *quæ fit* per loquutionem, niſi illius, qui injuſtè tractatus fuerit: & Deus eſt audiens, ſciens. 148. Si propaletis bonum, ſive abſcondatis illud, ſeu condonetis malum: certè Deus eſt condonator, potens. 149. Certè qui non credunt in Deum, & legatos ejus; & volunt diviſionem ponere inter Deum, & Legatos ejus: & dicunt: Credimus in aliquos, & in aliquos non credimus: & volunt ponere inter hoc viam *mediam*. 150. Hi ſunt infideles verè: ſed præparavimus infidelibus pœnam ignominioſam. 151. At qui crediderint in Deum, & Legatos ejus, & diſcrimen non poſuerint inter ullum ex eis: his mox dabimus mercedes eorum: & Deus eſt parcens, miſericors. 152. Petent à te Scripturales, & ut deſcendere facias ſuper eos librum è Cœlo: jam verò petierunt à Moyſe majus quàm hoc: dixerunt enim: Oſtende nobis Deum manifeſtè. Quamobrem ſuſtulit eos flamma cœleſtis propter iniquitatem eorum. Deindè acceperunt *in Deum* Vitulum, poſtquam veniſſent ad eos argumenta clara *de unitate Dei*. Sed condonavimus *illis* hoc, & dedimus Moyſi poteſtatem manifeſtam. 153. Et extulimus ſuper eos Montem *Synam*, *in exigendo ab eis* fœdus eorum: & diximus eis: Ingredimini portam *Urbis* adorantes. Diximus etiam eis: Ne transgrediamini in Sabbato. Et accepimus ab eis *ſuper hoc* pactum firmum. 154. *a* Quia igitur irritum fecerunt pactum ſuum, & non crediderunt in ſigna Dei, & occiderunt Prophetas injuſtè: & dixerunt: Corda noſtra incircumciſa ſunt (atqui impreſſit Deus ſigillum ſuper ea propter perfidiam eorum; ideòque non credunt niſi pauci): 155. *b* Et quia non crediderunt *in Jeſum*: & dixerunt contra Mariam mendacium magnum, *accuſantes eam adulterii*. 156. Et *c* dixerunt: Nos certè occidimus Chriſtum Jeſum filium Mariæ legatum Dei: nec tamen occiderunt eum, neque crucifixerunt eum; ſed objecta eſt eis ſimilitudo *ejus*: & profectò qui diſcordes fuerunt circa eum; *eſſet ne ipſe, an alius ſimilis ipſi*; certè *fuerunt* in dubitatione de hoc (*de vera morte ejus*) non *fuit* illis de hoc ulla ſcientia, ſed tantùm ſectatio opinionis. Et non occiderunt eum verè. 157. Sed elevavit eum Deus ad ſe: & Deus eſt præpotens, ſapiens. 158. Et *d* nullus eſt ex Scripturalibus, qui non crediturus ſit omninò in eum (*ideſt Jeſum*) ante mortem ſuam: & die reſurrectionis erit *Jeſus* contra eos teſtis. 159. Propter iniquitatem autem eorum, qui ſunt Judæi, prohibuimus eis res bonas, *quæ* conceſſæ fuerant illis: & *e* propterea quòd ipſi excluſerunt à via Dei plurimos. 160. Et *f* eò quòd ipſi exercuerunt uſuram, quæ jam vetita fuerat illis *in Pentateucho* & conſumpſerunt facultates hominum in vanitatem: Et præparavimus infidelibus ex illis pœnam dolorificam. 161. Verùm ſtabilibus in ſcientia inter eos; & fidelibus, qui credunt in id, quod demiſſum eſt ad te, & quod demiſſum fuerat ante te; & obſervantibus orationem; & dantibus eleemoſynam, & credentibus in Deum, & diem noviſſimum, his dabimus mercedem magnam.

الجزء السادس Pars Sexta.

a Igitur propter fractionē ipſorum pacti ſui: & *propter* incredulitatem ipſorum in ſigna Dei & occiſionem eorum, *qui occiderunt* Prophetas ſine juſtitia: & dictum eorum:

b & propter incredulitatem corū *in Jeſum*, & dictum eorum contra Mariā, mendacio magno.

c dictum eorum.

d Si.

e & ob excluſiſſe eos.

f acceptionem eorum uſuræ: & jam prohibiti ſunt ab ea in Pentateucho: & conſūptionem corū facultatum hominum.

NOTÆ.

CXXVII. *Lationem aut aversionem*]. Explicat Gelal. ترفعًا عليها بترك مضاجعها والتقصير في نفقتها لبغضها وطموح عينه الى اجمل منها واعراضًا عنها بوجهه : *ne elevetur contra se, relinquendo lectum ipsius, & imminuendo expensas in ea propter odium, & avertendo oculos ab ea, ut convertat eos ad aliam ipsa pulchriorem.*

Et præsentes factæ sunt animæ avaritiæ] ideſt avaritia eſt veluti congenita hominibus, itaut nunquam abſit ab eis.

CXXXVI. *Porrò qui crediderunt*], Sermo eſt de Judæis, qui, ut exponit Gelal. امنوا بموسى ثم كفروا بعبادة العجل ثم امنوا بعده ثم كفروا بعيسى ثم ازدادوا كفرًا بمحمد ؛ *crediderunt in Moyſen: deindè infideles fuerunt in adoratione Vituli: tum iterùm reverſi ſunt ad fidem: poſteà non crediderunt in Jeſum: poſtremò auxerunt infidelitatem ſuam non credendo in Mahumetum.*

CXXXVIII. *In amicos præter fideles*] : Dictio Arabica اولياء ſignificat non ſolùm *amicos*, ſed etiam patronos, defenſores, præſides &c. Illa autem particula من دون *præter*: non videtur ſignificare totalem excluſionem: itaut ſenſus ſit: Qui accipiunt in amicos Infideles, relictis fidelibus. Hoc verò ſæpè obſervandum in Alcorano: ut cùm dicitur Meccanos colere deos من دون الله *præter Deum*. Significat enim eos non rejicere etiam Deum verum. Non negarem tamen etiam cum excluſione totali intelligi poſſe verba Alcorani: ita ut omninò prohibeatur Moslemis accipere amicos, ſeu patronos eos, qui non ſint Moslemi.

CXXXIX. *Donec natent in diverſa narratione*]: ideſt donec mutent modum loquendi, ſeu loquantur de alia re.

CXLIII. *Poteſtatem manifeſtam*] Explicat Gelal. برهانًا بيّنًا على نفاقكم : *demonſtrationem*, ſeu argumentum evidens *impietatis veſtræ*.

CXLVI. *Quid faciet Deus de ſupplicio veſtro*] ideſt nulla erit cauſa Deo vos puniendi.

CXLVII. *Non amat Deus manifeſtationem*] Explicat Gelal. يعاقب الله على الجهر بالسوء من احد الا من ظلم فلا يواخذه بالجهر به بان يخبر عن ظلم ظالمه ويدعو عليه : *puniet Deus manifeſtationem mali de aliquo homine: ſed qui injuriam patitur, non punietur, ſi manifeſtet injuriam, quam patitur ab aliquo, ut auxilium advocet contra eum.*

CLIV. *Quia igitur irritum fecerunt*]. Cùm nihil ſit quod reſpondeat particulæ cauſali *quia* tàm in hoc, quàm in ſequentibus verſibus: ſubintelligendum putat Gelal لعناهم *maledixímus illis*.

CLV. *Et dixerunt contra Mariam*]. Vide circa hoc Suram de Maria.

CLVIII. *Et nullus eſt ex Scripturalibus*]. duplex eſt hìc Moslemorum expoſitio. Alii enim referunt, *mortem ſuam*, ad Scripturales, ut ſenſus ſit: Nemo eſt ex Scripturalibus, (Judæis ſcilicet & Chriſtianis), qui antequam moriatur, non crediturus ſit in Jeſum. Et hæc eſt communior expoſitio: Alii verò referunt, *mortem ſuam*, ad ipſum Jeſum: ut ſenſus ſit: Nemo eſt ex Scripturalibus, qui non crediturus ſit in Jeſum, antequam moriatur ipſe Jeſus, quandò iterum redibit in mundum. Nam pronomen Arabicum ه affixum بموته, æquè benè poteſt referri ad utrumque, nempè Jeſum, & ad Scripturales: vertique poteſt, *mortem ſuam*, & *mortem ejus*. Sed audiamus Expoſitores, cùm hæc res non parvi momenti eſſe videatur Gelal. قبل موته اى الكتابى حين يعاين ملايكة الموت فلا ينفعه ايمانه او قبل موت عيسى لما ينزل قبل الساعة كما ورد في حديث : *Ante mortem ſuam, ſcilicet Scripturalis, quandò intuebitur Angelos mortis: ſed nihil proderit ei fides ſua. Vel ante mortem ejus, ſcilicet Jeſu, cùm redibit in Mundum ante diem Judicii, ut habetur ex traditione.* Jahias قال قتادة قبل موته يعنى قبل موت عيسى اذا نزل : وقال السدى لا يموت منهم احد حتى يومن بعيسى انه عبده ورسوله فلا ينفعه ذلك عند معاينة ملك الموت : *Dixit Cottada: Ante mortem ejus, ideſt ante mortem Jeſu cùm redibit in mundum. Et dixit Alſaddius: Nullus morietur ex ipſis Scripturalibus, donec credat in Jeſum, quòd ſit ſervus Dei, & legatus ejus. Sed nihil proderit ei hoc, quando jam oculis videbit Angelum mortis.* Zamchaſcerius, alios referens Auctores: والمعنى وما من اليهود والنصارى احد الا ليؤمنن قبل موته بعيسى بانه عبد الله ورسوله يعنى اذا عاين ملك الموت قبل ترمق روحه حين لا ينفعه ايمانه لانقطاع وقت التكليف. وعن شهر بن خوشب قال لى الحجاج ان اليهودى اذا حضره الموت ضربت الملايكة دبره ووجهه وقالوا يا عدو الله اتاك عيسى بيّنًا فكذبت فيقول امنت انه عبدٌ : ويقول للنصرانى اتاك عيسى بيّنًا (fortè نبيًّا) فزعمت انه الله او ابن الله فيومن انه عبد الله ورسوله حين لا ينفعه ايمانه : وقيل الضميران

الضميران يعنى بمعنى وان منهم احد الا ليومنن
بعيسى قبل موت عيسى وهم اهل الكتاب
الذين يكونون فى زمان نزوله من السما فى اخر
الزمان فلا يبقي احد من اهل الكتاب الا مومن
به حتى يكون الملّة واحدة وهى ملّة الاسلام
ويهلك الله فى زمانه المسيح الدجال وتقع الامنة
حتى يرتع الاسود مع الابل ويلبث فى الارض
اربعين سنة ثم يتوفى ويجوز ان يريد انه لا يبقى
احد من جميع اهل الكتاب الا ليومنن به على
ان الله يحييهم فى قبورهم فى ذلك الزمان ويعلّمهم
نزوله وما انزل له ويومنون حين لا ينفعهم
ايمانهم وقيل الضمير فى به يرجع الى الله :

Verba Alcorani ſignificant, nullum fore ex Judæis, & Chriſtianis, qui ante mortem ſuam non credat in Jeſum, quòd ſit ſervus Dei, & legatus ejus. Hoc autem eveniet, cùm intuebitur Angelum mortis, antequam efflet ultimum ſpiritum: at non proderit ei fides ſua eò quòd abſciſſum ſit tempus operandi. Et ex dicto Sciahari filii Chauſcebi habetur dixiſſe ei Hagiagum: Cùm advenerit mors Judæo, percutient Angeli dorſum ejus, & faciem ejus: & dicent: O inimice Dei, venit ad te Jeſus manifeſtè: (fortè Propheta), & non credidiſti in eum. Et reſpondebit: Credidi eum eſſe ſervum. Dicent verò Chriſtiano: Venit ad te Jeſus manifeſtè, *& exiſtimaſti eum eſſe Deum, vel filium Dei. Tunc verò credet illum eſſe ſervum Dei, & legatum ejus, quandò nihil proderit ei fides ſua. Alii dicunt ſenſum verborum Alcorani eſſe, ante mortem ejus, id. ipſius Jeſu: nimirùm, nullum fore ex ſcripturalibus eo tempore, quo Jeſus redibit in mundum, qui non credat in eum, antequam moriatur ipſe Jeſus, qui, ut fertur, deſcendet è Cœlo in noviſſimo tempore, nec remanebit ullus ex Scripturalibus, qui non credat in eum, itaut futura ſit una tantùm religio, nempè Eslamitica, ſeu Mahumetana. Et perdet Deus tempore ejus Antichriſtum: & erit pax & ſecuritas tàm magna in terra, ut leo paſcatur cum camelo. Morabitur autem in terra quadraginta annos, deindè morietur. Poteſt etiam eſſe ſenſus, nullum ex omnibus Scripturalibus remanſurum, qui non credat in eum, quatenùs Deus vitam tribuet illis intra ſepulchra eorum eo tempore, & notum faciet eis deſcenſum ejus e Cœlo, & id quod conceſſum eſt ei: & credent in eum, quandò nihil eis proderit fides eorum. Alii referunt, (in eum) non ad Jeſum, ſed ad Deum.* Itaut ſenſus ſit, nullum fore ex Scripturalibus, qui ante mortem ſuam non ſit creditурus in Deum. Hactenùs Zamchaſcerius.

CLIX. *Prohibuimus eis res bonas*) Explicat Gelal. كل ذى طفر: *omne animal, quod habet ungulam*: nimirùm ungulam non fiſſam.

CLXI. *Stabilibus qui ſtabiles ſunt in ſcientia*] inter hos enumerat Gelal. عبد الله بن سلم *Abdallahum filium Salami*, qui licèt eſſet Judæus, favebat tamen Mahumeto: & fortaſsè fuit unus ex confarcinatoribus Alcorani, unà cum Sergio & Bahira Chriſtianis.

REFUTATA.

I. MAhumetus homo mulieroſus, ſatis ſolicitum, & accuratum oſtendit ſe in negotio fœminarum, non ſecus ac ſi ageretur de pupillis oculorum ſuorum. Nihilominùs inter plures ineptias, & inſanias, illud habet ſani, quòd licèt viri multum conentur, nunquam tamen æquales eſſe poterunt, in amore circa plures uxores. Ex hoc verò convincitur non rectè, imò perversè illum polygamiam ſuis conceſſiſſe, cùm non poſſint in ea carere peccato injuſtitiæ, inæqualiter uxores amando, ob majorem ad unam, quàm ad aliam inclinationem. Quam ipſemet fatetur nullo modo poſſe evitari.

II. Videtur non ſolùm permittere cum Moyſe ſed etiam approbare, & commendare repudium contra præceptum Chriſti, dum aſſerit Deum abundè ſubminiſtraturum tàm viro repudianti, quàm fœminæ repudiatæ ea, quæ ad vitam commodè tranſigendam requiruntur. Porrò repudium ex ſua natura illicitum eſſe, ſatis conſtat ex illis verbis Chriſti: *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*. Sed circa repudium, vide Prodr. p. 4. c. 20. pag. 49.

III. Recoquit crambem, dum fabulatur Judæos petiiſſe à Moyſe claram Dei viſionem: ideòque fulgure ictos, & occiſos, mox ad vitam revocatos fuiſſe. Cùm autem legem recipere detrectarent; Deum elevaſſe montem Synai ſuper capita eorum, quaſi eos oppreſſurum, niſi legem ſuam acceptarent. Hæc omnia jam ſuperiùs tanquam figmenta, & mendacia, Pentateuchi teſtimonio rejecimus. His ſimile eſt illud, quod habetur de calumnia Judæorum contra Mariam, tanquam adulterii, vel ſtupri ream: quod Euangelio prorsùs repugnare dignoſcitur.

IV. Negat Chriſtum verè paſſum, & crucifixum fuiſſe: ſed pro eo Imaginem, ſeu effigiem ipſius objectam Judæis in alio homine, quem verè illi crucifixerunt, & occiderunt. De hoc errore ſuperiùs nonnulla dicta ſunt: ſed hìc ex profeſſo illum confutandum ſuſcepi repetens multa, quæ in Prodr. p. 3. c. 19. pag. 63. & ſequentibus. Conſtat Diabolum, in Alcorano omnium ferè præteritarum hæreſeon fæcem congeſiſſe. Et quemadmodùm Chriſti divinitatem cum Ario oppugnavit: ita & veram ejuſdem paſſionem, & mortem per crucem cum Manichæis, Marcionitis, & aliis hujuſmodi monſtris negavit. Nihil quippe illi tàm odioſum, & grave eſt, quàm Chriſti mors & paſſio, per quam illius regnum deſtructum eſt, & humanum genus ab ejus tyrannide liberatum, æternam ſalutem obtinuit. Quàm verò ſtulta, & contra omnem rationem, & veritatem hujuſmodi hæreſis ſit; ſequentibus argumentis clarè demonſtratur.

I. Euangeliſtæ omnes apertiſſimè, & abſque ulla verborum ambage, Chriſtum paſſum, crucifixum, ac mortuum fuiſſe affirmant: alium pro eo ſuppoſitum fuiſſe exiſtimandi anſam nullam nobis reliquerunt. Idem patentiſſimè, ac meridiana luce clariùs teſtantur libri omnes Teſtamenti novi, in quibus nihil frequentius, nihil certius, nihil clarius, quàm Chriſti paſſio, crucifixio, & mors in cruce proponitur. Itaut ſummæ dementiæ ſit de hac veritate vel tantillum dubitare.

II. Præter Sacras Scripturas, Scriptores omnes cujuſcumque nationis, qui inter Chriſtianos floruere, & præſertim S. Patres, ab ipſo Apoſtolorum ævo ad hæc uſque tempora (ſi paucos illos, qui contrarium docuerunt, inſaniſſimos homines excipias) Chriſtum verè paſſum, crucifixum, & in cruce mortuum affirmaverunt.

III. Indubitatum ſemper hoc idem fuit apud Chriſtianos Orthodoxos, & etiam apud pleroſque heterodoxos: & hodiè nulla Chriſtianorum natio, vel ſecta illud in dubium revocat. Idem affirmat, & confirmat Iſmael filius Aly de Chriſtianis temporis ſui, in cap. de gente Chriſtianorum, his verbis : واتفقت النصاري علي

ان المسيح فتله اليهود وصلبوه وانـــه بعد ان

قُتل وصُلـــب ومات عاش وراي شخصـــه

شمعون الصفا وكلّمه واوصـــي اليه ثم فارق

الدنيـــا وصعـــد الي السمـــاء : *Et concorditer tenent Chriſtiani, Chriſtum occiſum & crucifixum fuiſſe à Judæis: & poſtquam occiſus, crucifixus, & mortuus fuit, revixiſſe, & apparuiſſe Simoni Petro, & alloqutum fuiſſe eum, & legaviſſe ei teſtamentum ſuum* (nimirùm conſtituiſſe eum Vicarium ſuum in terra) *deindè diſceſſiſſe ab hoc mundo, & aſcendiſſe in Cœlum.* Hactenùs teſtis Mahumetanus. Et ſanè in ſymbolo fidei, quod Apoſtoli ipſi tradiderunt, & Chriſtiani omnes per totum terrarum orbem ab eorum tempore ad hanc uſque diem tenent & profitentur, inter alia habetur de Chriſto, quòd ſit *paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus.* In ſymbolo quoque Nicæno, ſeu Conſtantinopolitano, quod Chriſtiani omnes recipiunt, habetur: *Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt.*

IV. Hoc ipſum teſtatur, Quòd Chriſtiani ſemper Crucem venerati ſunt: & Chriſti Crucifixi imagines perpetuò in templis, in domibus aliiſque in locis, præſertim magis conſpicuis coluere. Loca etiam illa, in quibus paſſus, crucifixus, mortuus, & ſepultus eſt, præcipuo ſemper honore venerati ſunt. Id autem nunquam feciſſent, neque facerent modò, ſi Judam, vel Titianum, vel alium neſcio quem nebulonem ſub imagine Chriſti crucifixum ac mortuum eſſe exiſtimarent.

V. Accedit teſtimonium omnium Judæorum, qui, ut Alcoranus ipſe teſtatur, ſeſe Chriſtum Jeſum Filium Mariæ crucifixiſſe, & occidiſſe fatentur. Hodiè quoque, ſi interrogentur Judæi, quotquot per totum terrarum orbem diſperſi reperiuntur, utrum Majores eorum Jeſum Nazarænum, quem Chriſtiani & Mahumetani etiam ut verum Meſſiam ſuſcipiunt, ac venerantur, crucifixerint, & occiderint; omnes uno ore fatebuntur rem ita eſſe, & ſe ita credere, ſemperque omnes Judæos credidiſſe, & in libris ſuis ita ſcriptum reliquiſſe. Inter quos R. Moſes filius Maymonis in lib. Judicum cap. 11. hæc ſcribit: *Jeſus Nazarænus viſus eſt eſſe Meſſias, & occiſus eſt per domum Judicii & ille cauſa fuit, ut Iſrael deſtrueretur in gladio & diſpergerentur reliquiæ ipſorum, & ut deprimerentur.* Et in lib. Sanhedrin diſtint. Nigmar Hadin: *Dixit Ulà: Jeſus Nazarænus propinquus fuit Regno: & in veſpere Paſchæ cruciſixerunt eum.*

VI. Cæteræ etiam gentes, præter Chriſtianos & Judæos, hoc idem tanquam certiſſimum ſemper habuere. Cornelius Tacitus inter Romanos ſcriptores Ethnicos celeberrimus, loquens de Chriſtianis à Nerone per ſummam injuſtitiam interfectis lib. 5. Annalium ſcribit: *Auctor nominis ejus Chriſtus, qui Tiberio imperitante per Procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat.* Alios Auctores ejuſdem rei aſſertores tanquam ſuperfluos omitto. Admiranda igitur eſt ſtupiditas, ſeu veriùs ſtultitia & inſania Mahumeti, & Mahumetanorum, qui rem tàm certam, & ab univerſo Orbe teſtatam, abſque ulla prorsùs ratione, aut fundamento negare non vereantur. Porrò ſi eam negant, quia indecens erat Chriſto Crucem ac mortem pati: ita deberent negare tot Prophetas à Judæis occiſos, variiſque ſuppliciis affectos fuiſſe: & Mahumetum ſuum tàm indigna à Coraiſitis, & aliis Meccanis ſuſtinuiſſe & demum veneno à fœmina Judæa in harmo ovis hauſto periiſſe. Nullus vir ſapiens cenſet pœnam ullum dedecus afferre, quamtumvis turpis ſit, & ignominioſa; ſi non propter culpam, ſed propter virtutem inferatur. Imò nihil glorioſius eſt, quàm vel propter religionem, vel propter Reipublicæ ſalutem ſupplicia vel atrociſſima, ac ſceleroſiſſimorum propria conſtanter perferre. Hic eſt ſenſus omnium prudentium, & ipſorum etiam Mahumetanorum. Si verò eam præcisè negant quia Jeſus erat Meſſias, ſive Chriſtus: neque hoc poteſt aliquid ſubſidii illorum errori afferre præſertim quia ipſi credunt Chriſtum fuiſſe hominem tantummodò, nec Mahumeto ſuo ſuperiorem. Nos verò ex oppoſito, nimirùm hoc ipſo, quòd erat Chriſtus, probamus illum pati, ac mortem ſubire debuiſſe, quia id in Pentateucho, ac Prophetis prædictum fuerat, ut Chriſtus ipſe ſæpiùs in Euangelio teſtatur, & Apoſtoli in ſuis libris confirmant. Luc. cap. 24. duobus diſcipulis euntibus in Emmaus, & dicentibus de illo; *Tradiderunt eum Summi Sacerdotes, & Principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.* Reſpondit Chriſtus: *O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* Et ibidem loquens

cum

cum omnibus Discipulis simul congregatis dixit: *Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die.* In Actis Apostolorum cap. 3. dixit S. Petrus Judæis. *Deus autem qui prænuntiavit per os omnium Prophetarum pati Christum suum, sic implevit.* Et cap. 13. S Paulus loquens de Judæis, qui Christum interfecerant, dixit: *Nullam causam mortis invenientes in eum, petierunt à Pilato, ut interficerent eum: cùmque consummassent omnia, quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno posuerunt in monumento*; Alia plura sunt in novo testamento loca, quæ hoc idem clarissimè testantur: in quibus afferuntur etiam vaticinia particularia, & figuræ, seu symbola de passione & morte Christi, quæ habentur in Pentateucho, & cæteris libris veteris Testamenti, quæ non est hìc otium referre. Quamobrem vel neganda sunt Euangelia, & cætera volumina ab Apostolis conscripta, tanquam à capite ad calcem falsa & conficta; id quod jam ostendimus nullo modo fieri posse: vel fatendum est, Christum verè passum, & mortuum fuisse.

Quòd si Mahumetani ea, quæ de Christi morte & passione scripta sunt; non ut realiter ac verè facta, sed ut apparenter tantùm ficta accipienda esse contendant: Respondebimus primò gratis hoc, & sine ullo prorsùs fundamento affirmari 2. Si dum habemus disertissimis verbis in Euangelio, Judæos Christum Jesum comprehendisse, alligasse, flagellasse, occidisse: & dum Christus ipse pluries prædicit se hæc omnia passurum, & flagella, ludibria, crucem, mortemque subiturum: & Apostoli in Sacris libris absque ulla verborum ambage scribunt, Christum crucifixum, occisum, ac mortuum fuisse: si unquam hæc omnia intelligenda sunt, non de ipso Christo, sed de Juda, vel Titiano, vel alio nescio quo, cui Deus Christi similitudinem imposuerat: nihil jam certi, nobis erit in Sacris Scripturis: & eodem modo ea, quæ in illis scribuntur de Adam, de Noe, de Abraham, de Moyse, de David, de Salomone, & aliis; licebit asserere, non de Adam, vel de Abraham, vel de alio ex illis verè esse accipienda: sed de aliis, qui iisdem similes erant, intelligenda: neque enim ullum est fundamentum potius illud, quàm hoc asserendi. 3. Si Christus verè passus, & mortuus non esset, sed pro eo Judas, vel alius; falsò Sacræ Scripturæ nos docerent, Christum passione, ac morte sua homines redemisse, & pro eorum peccatis Sanguine suo Deo satisfeciisse. Hanc enim causam passionis & mortis Christi afferunt divini scriptores tàm veteris, quàm novi Testamenti. Isaias cap. 51. loquens de Christo non solùm ex sententia Euangelistarum & Apostolorum, sed etiam veterum Hebræorum. *Vulneratus est* (inquit) *propter peccata nostra; attritus est propter scelera nostra: livore ejus sanati sumus: Posuit Deus in eo iniquitatem omnium nostrum.* S. Paulus ad Rom. cap. 5. *Christus, cùm adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est.* Et *Reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus.* Et cap. 8. *Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Porrò juxta sententiam Mahumetanorum ita cogeremur hæc verba exponere: Proprio filio suo pepercit Deus, illum à Judæorum manibus liberando, & ad se in Cœlum assumendo: & pro eo tradidit Judam, vel Titianum ejus inimicos ac proditores. Verùm quis ad tàm ineptam expositionem risum teneat?

Possem hìc Veterum Doctorum Hebræorum testimonia producere, quibus asserunt Messiam, seu Christum pro salute populi sui, & pro genere humano redimendo, probra, tormenta mortemque passurum. Sed remitto lectorem ad Auctores, qui de hujusmodi argumento contra recentiores Hebræos scripsere. Pergo jam ad reliqua confutanda.

IV. Dum affirmat Mahumetus, nullum esse, vel futurum esse ex Scripturalibus, qui non sit crediturus in Jesum ante mortem suam: sive loquatur de Judæis, sive de Christianis; sive de morte Jesu, sive de morte ipsorum Scripturalium: vertant se quocumque velint in expositione hujus loci Interpretes Mahumetani, est apertissimum delirium, neque argumento vel ratione aliqua illud rejicere necessarium, vel operæ pretium puto, quòd omni prorsùs caret ratione ac fundamento. Illud tamen prætereundum non existimo, quòd *credere in Jesum* nihil aliud hìc esse putent, quàm cognoscere apertè, Jesum esse servum Dei, & legatum ejus, non autem Deum, vel filium Dei, hanc verò cognitionem nihil Scripturalibus ad salutem profuturam: cùm tamen communiter in Alcorano, credere in Deum, vel in Jesum, vel in Prophetas, aut Angelos, aut sacros libros, & alia hujusmodi, non accipiatur nisi in bonam partem, itaut hujusmodi credulitas, sive fides semper proficua intelligatur ad salutem. Et non nisi ineptissimè, & contra omnem modum loquendi diceremus, Judæum, vel Mahumetanum aliquem ante mortem suam credidisse in Jesum, eò quòd hujusmodi Judæus, vel Mahumetanus antequam efflaret animam, agnovisset Jesum non esse Deum, neque Filium Dei, sed purum hominem, servum Dei, & legatum ejus: nihilque ei hujusmodi cognitionem ad salutem profuisse. Huc accedit Christianos jam credere in Jesum, uti oportet: nec posse in morte non credere, vel non cognoscere illum esse & hominem, & Filium Dei & Deum verum, quemadmodùm à sacris literis manifestissimè docentur.

V. Delirat Mahumetus, dum asserit Deum prohibuisse Judæis res bonas, quas anteà concesserat propter iniquitatem eorum. In lib. Levit. cap. 11. ubi Deus præscribit Judæis, quæ animalia sint ipsis licita, quæque illicita, nihil habetur de hac eorum iniquitate: sed quæ prohibentur, ex eo tantùm capite prohibentur, quia Deus ea immunda declaravit. Hæc autem erant ferè viliora, & quæ communiter comedi non solent: ut ex quadrupedibus canes, equi, asini, sues: ex volucribus aquilæ, gryphes, noctuæ, accipitres: ex piscibus ii, qui carent pinnulis, nempè deteriores cæteris: Item reptilia, ut lacertæ, serpentes, vermes: præterea morticina, & alia hujusmodi, quæ præcipuè propter ipsorum immunditiam, qua diversa

hominum

hominum exprimunt vitia, prohibentur. At ſi hæc prohibitio ad puniendam Judæorum iniquitatem facta fuiſſet, animalium cæteris meliorum eſſe debuiſſet: ut vitulorum, hædorum, gallinarum, columbarum, turdorum, mugilum, thynnorum, & aliorum hujuſmodi: potiùſque condemnandi erant ad veſcendum animantibus vilioribus, ac deterioribus. Præterea ſi ea, quæ ſuperiùs enumeravimus, erant Judæis propter eorum iniquitatem, tanquam res bonæ, interdicta: cur Mahumetus aſſeclis ſuis porcum, morticinum, ſanguinem, & alia quædam ex iis, quæ Judæis prohibita erant, interdixit? Certè non ob iniquitatem eorum hoc fecit, ſed quia in ipſis immunditiam aliquam eſſe putabat; vel ut Judæos ita ſibi benevolos efficeret. Sciant tamen Moslemi, hæc eadem animalia Judæis interdicta, non eſſe per ſe, & ex natura ſua mala: Deus enim *vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona*: alioquin Noe, & poſteris ejus ea non conceſſiſſet: ſed ideò tanquam immunda Judæis à Deo prohibita ſunt, quia, ut ſuprà dixi vitiorum quorumdam ſymbola gerebant, à quibus Deus populum ſuum cavere volebat, vel alias ob cauſas, quas non eſt opus hìc afferre.

VI. Poſtremò dum Mahumetus promittit Judæis, qui ſunt ſtabiles in ſcientia, præmium magnum, nempè Paradiſum, ut exponit Gelal: videtur manifeſtè approbare, unumquemque in religione ſua ſalutem conſequi poſſe. Vel enim Judæi iſti legem ſuam obſervabant, vel Mahumetanam. Si hanc ſecundam; jam deſierant eſſe Judæi. Si ſuam; non poterant cum Mahumeto & Alcorano convenire utpotè legi ſuæ adverſantibus. Exiſtimo tamen hos, de quibus hìc fit commemoratio, neque Judæos prorsùs fuiſſe, neque Mahumetanos; ſed nebulones quoſdam, qui ut Mahumeti gratiam ſibi conciliarent, & fortaſsè ut illum meliùs ſic deciperent, aut irriderent, nunc Judæi, nunc Moslemi perſonam induebant.

TEXTUS ALCORANI.

162 إنّا أوحينا إليك كما أوحينا إلى نوح والنبيين من بعده وأوحينا إلى ابراهيم واسمعيل واسحق
ويعقوب والاسباط وعيسى وايوب ويونس وهرون وسليمن واتينا داوود زبورا ۞ 163 ورسلا قد قصصناهم
عليك من قبل ورسلا لم نقصصهم عليك وكلّم الله موسى تكليما ۞ 164 رسلا مبشرين ومنذرين
لئلا يكون للناس على الله حجة بعد الرسل وكان الله عزيزا حكيما ۞ 165 لكن الله
يشهد بما انزل اليك انزله بعلمه والملايكة يشهدون وكفى بالله شهيدا ۞ 166 ان الذين
كفروا وصدوا عن سبيل الله قد ضلوا ضلالا بعيدا ۞ 167 ان الذين كفروا وظلموا لم يكن
الله ليغفر لهم ولا ليهديهم طريقا الا طريق جهنم خالدين فيها ابدا وكان ذلك على الله يسيرا ۞
168 يا أيها الناس قد جاءكم الرسول بالحق من ربكم فامنوا خيرا لكم وان تكفروا فان لله
ما في السموات والارض وكان الله عليما حكيما ۞ 169 يا أهل الكتاب لا تغلوا في دينكم
ولا تقولوا على الله الا الحق انما المسيح عيسى ابن مريم رسول الله وكلمته القيها الى مريم وروح
منه فامنوا بالله ورسله ولا تقولوا ثلاثة انتهوا خيرا لكم انما الله اله واحد سبحانه ان يكون له
ولد له ما في السموات وما في الارض وكفى بالله وكيلا ۞ 170 لن يستنكف المسيح ان
يكون عبدا لله ولا الملايكة المقربون ومن يستنكف عن عبادته ويستكبر فسيحشرهم اليه
جميعا ۞ 171 فاما الذين امنوا وعملوا الصلحات فيوفيهم اجورهم ويزيدهم من فضله واما الذين
استنكفوا واستكبروا فيعذبهم عذابا اليما ۞ 172 ولا يجدون لهم من دون الله وليا ولا نصيرا ۞
173 يا أيها الناس قد جاءكم برهان من ربكم وانزلنا اليكم نورا مبينا ۞ 174 فاما الذين
امنوا بالله واعتصموا به فسيدخلهم في رحمة منه وفضل ويهديهم اليه صراطا مستقيما ۞

175 يستفتونك

175 يستفتونك قل الله يفتيكم في الكلالة إن امرؤ هلك ليس له ولد وله أخت فلها نصف
ما ترك وهو يرثها إن لم يكن لها ولد فإن كانتا اثنتين فلهما الثلثان مما ترك وإن كانوا إخوة
رجالا ونساء فللذكر مثل حظ الانثيين يبين الله لكم أن تضلوا والله بكل شيء عليم *

VERSIO LATINA.

162. CErtè nos revelavimus tibi, ſicut revelavimus Noe & Prophetis poſt eum; & *ſicut* revelavimus Abrahæ, & Iſmaeli, & Iſaac, & Jacob, & Tribubus, & Jeſu, & Job, & Jonæ, & Aaroni; & Salomoni, & dedimus Davidi Pſalmos. 163. Et *miſimus aliquos* legatos, quos jam enarravimus tibi anteà; & *aliquos* legatos, quos non enarravimus tibi: & allocutus eſt Deus Moyſem alloquendo. 164. Legatos euangelizantes, & comminantes: ne fortè eſſet hominibus apud Deum argumentum, *quo ſe excuſarent* poſt legatos *miſſos ad ſe*: & Deus eſt præpotens, ſapiens. 165. Sed Deus teſtis eſt ejus, quod demiſit ad te (*ideſt Alcorani*:) demiſit illud cum ſcientia ſua; & Angeli teſtes ſunt: & Deus eſt teſtis ſufficiens. 166. Porrò qui infideles ſunt, & averterunt *alios* à via Dei; jam erraverunt errore longinquo. 167. Sanè qui infideles ſunt, & iniquè egerunt, non erit ut Deus ignoſcat illis, neque dirigat eos per viam *aliam*, niſi per viam gehennæ; perpetuò moraturos in ea ſemper: & erit hoc apud Deum facile. 168. O homines, jam venit ad vos Legatus cum veritate à Domino veſtro: credite ergo: melius erit vobis. Quòd ſi increduli fueritis, profectò Dei eſt id, quod in Cœlis, & terra *exiſtit*: & Deus eſt ſciens, ſapiens. 169. O Scripturales, ne limitem excedatis in religione veſtra, neque dicatis de Deo niſi veritatem. Certè Chriſtus Jeſus filius Mariæ eſt legatus Dei, & Verbum ejus, quod immiſit in Mariam, & Spiritus ab eo. Credite ergo in Deum, & legatos ejus: & ne dicatis Tres. Abſtinete *ab hoc dicendo*: melius erit vobis. Porrò Deus eſt Deus unus. *a* Abſit ut ſit illi filius. Ipſius eſt id, quod in Cœlis, & id, quod in terra *exiſtit*: & Deus eſt ſufficiens procurator *ſibi ipſi ſine ope filii*. 170. Non dedignabitur ſuperbè Chriſtus eſſe ſervus Dei: neque Angeli proximi *Deo dedignabuntur eſſe ſervi ejus*: & qui dedignabitur ſervitutem ejus, & in ſuperbiam efferetur; congregabit eos omnes ad ſe *Deus in die Judicii*. 171. Porrò qui crediderint, & fecerint recta, perſolvet eis mercedes ſuas, & augebit eos ex liberalitate ſua. Qui verò dedignati fuerint *ſervire* ei, & ſuperbè ſeſe extulerint, puniet eos pœna atroci. 172. Et non invenient ſibi extra Deum patronum, neque adjutorem. 173. O homines, jam venit ad vos evidens argumentum a Domino veſtro: & demiſimus ad vos lucem manifeſtam. 174. Porrò qui crediderint in Deum, & firmiter adhæſerint illi: introducet eos in miſericordiam *b* ſuam, & liberalitatem: & diriget eos ad ſe per viam rectam. 175. Quærent inſtrui à te. Dic *illis*: Deus inſtruet vos circa cognationes remotiores. Si vir *c* obierit, cui non ſit proles, & habeat ſororem; huic *debetur* dimidium illius, quod reliquerit: & ipſe (*ideſt frater*) hæreditabit illam, ſi hæc non habuerit prolem. Quòd ſi fuerint duæ *ſorores*; utrique *dabuntur* duæ tertiæ partes ex eo, quod reliquerit *frater*, quòd ſi fuerint *plures* fratres viri ac mulieres; maſculo *dabitur* ſicut portio duarum fœminarum. Declarat Deus vobis *hoc*, ne erretis: & Deus eſt in omni re ſciens.

a Laus ejus.

b ex ſe.

c perierit.

NOTÆ.

NOTÆ.

CLXII. *Salmos*] Arabicè زبورًا Interpretatur Gelal. مكتوبا *Scriptum*, nempè Librum. Jahias كتبا *Scripturam* nempè psalmorum, ut ipse exponit.

CLXIII. *Aliquos legatos*]. Gelal روى انه تعالى بعث ثمانية الاف نبى اربعة الاف من بنى اسرايل واربعمية الاف من سايـر النـاس ; *ex traditione habetur, Deum misisse octo millia Prophetarum: quatuor millia ex filiis Israel, quatuor millia ex cæteris hominibus*. Videtur accipere Prophetas pro legatis: licèt re vera hi ab illis distinguantur.

CLXIX. *O Scripturales*]. Alloquitur juxta Gelalem Christianos, admonens eos, ut caveant à ponendis tribus diis, & ab asserenda Christo divinitate.

Et Spiritus ab eo] Explicat Gelal. اى ذو روح منه ideſt, *habens Spiritum ab eo*. Et subdit. اضيف اليه تعالى الى نفسه *refertur ad ipsum* (nempè Deum) *ad ipsius dignitatem indicandam: non tamen est, sicut putatis,* (ò Christiani) *filius Dei, aut Deus unà cum ipso, aut tertius trium* (ideſt una ex tribus personis) *nam habens spiritum est quid compositum. Deus autem absit, ut sit compositus, aut prædicetur de eo compositio*, nempè tres esse Deos.

Ne dicatis Tres] nimirùm ut exponit Gelal: الله وعيسى وامه *Deum, Jesum, & Matrem ejus*.

CLXXIII. *Jam venit ad vos evidens argumentum*]. Arabicè برهان est propriè argumentum demonstrativum, pro quò intelligit Gelal ipsum Mahumetum, quemadmodùm pro luce manifesta Alcorani.

REFUTATA.

NOn immoror in refutandis ineptiis illis, quæ spectant ad enumerationem tot librorum, & præsertim Alcorani, qui finguntur traditi à Deo: neque tot legatorum, seu Prophetarum, quos ab eodem missos fuisse fingunt Mahumetani. Neque etiam hìc repeto, quæ superiùs satis expendi contra ipsos Mahumetanos, nomina illa ab Alcorano Christo tributa, Verbi, & Spiritus Dei. Est enim hic locus proprius propugnandi contra Mahumetum, ac Mahumetanos mysterium ineffabile Sanctissimæ Trinitatis, quod non solùm Mahumetanis, sed & Judæis, & cæteris gentibus à Christiana fide alienis est lapis offensionis, & petra scandali. Et sanè negari non potest rem esse maximè arduam, & intellectui tàm humano, quàm Angelico incomprehensibilem, solaque Dei revelatione credendam.

Notandum tamen est Alcorani verba, juxta communem Moslemorum sapientum expositionem, nullo modo verum Sanctissimæ Trinitatis mysterium oppugnare, sed Arabum quemdam errorem, seu hæresim refutare. Etenim versu 169. superiùs posito: nimirùm يا اهل الكتاب لا تغلوا فى دينكم ولا تقولوا على الله الا الحق ولا تقولوا ثلثة انتهوا خير لكم انما الله اله واحد: *O Scripturales, ne excedatis in religione vestra &c. neque dicatis Tres: abstinete ab hoc; nam melius erit vobis: quippe Deus est Deus unus.* Et Sura 5. de Mensa §. vers. 82. لقد كفروا الذين قالوا ان الله ثالث ثلثة وما من اله الا اله واحد وان لم ينتهوا عما يقولون ليمسن الذين كفروا منهم عذاب اليم: *Infideles sunt, qui dicunt Deum esse Tertium trium: nam non est nisi Deus unus: & si non abstinuerint ab hoc modo loquendi subibunt hujusmodi infideles tormentum dolorificum*: utrobique explicat Gelaleddinus: لا تقولوا الاله ثلثة الله وعيسى وامه: *ne dicatis esse tres Deos, nempè Deum, Jesum, & Matrem ejus*. Et addit وهم فرقة من النصارى: *& hi qui hæc dicebant, erant secta quædam Christianorum*. Neque enim hujusmodi impietatem omnibus tribuit Christianis. Eodem modo Jahias filius Salami, & Mohammedus filius Abdallahi ex auctoritate Cotadæ لقد كفر الذين قالوا ان الله ثالث ثلثة قال

قال قتادة قالـــوا عيسى اله وامّـــه اله

والـــه الـــه : *Sunt infideles, qui dicunt,*

Deus eſt Tertius Trium: dixit Cottada. Hi ſunt qui dicebant: Jeſus eſt Deus, & Mater ejus eſt Deus, & Deus eſt Deus. Eodem modo Bedavius: لا تقولوا ثلثـــة اي الالهة ثلثـــة

اللـه والمسيح ومريـــم : *Ne dicatis Tres, ideſt tres Deos, nempè Deum, Chriſtum, & Mariam.* Sed poſtèà ſubdit, quaſi Chriſtianos ab impoſito ipſis errore purgaturus: لا تقولوا ثلثة

ان صـح انهـــم يقولون اللـه ثلثـــة اقانيـم

الاب والابـــن والروح القـــدس ويريدون بالاب

الذات وبالابن العلـــم و الروح القـــدس

الحيـــاة : *Neque dicatis eſſe tres Deos, nam conſtat ipſos Chriſtianos dicere, Deum eſſe tres perſonas: Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Intelligunt autem per Patrem, Eſſentiam: Per Filium, Scientiam: & per Spiritum Sanctum, Vitam.* Perperam quædam habet ex errore Jacobitarum. Verùm nihil hic contra Chriſtianos, qui neque tres Deos adorant, neque Mariam dicunt eſſe Deum: eſto re vera fuerit olim in Arabia hæreſis Collyridianorum circa annum Chriſti 395. de qua agit S. Epiphanius. Hi collyridem, ſeu placentam Mariæ Virgini in ſacrificium, non ſecus ac ſi Deus eſſet, offerebant. In hac autem Secta ſolæ ferè erant mulierculæ. De hac eadem hæreſi meminit Georgius Almacinus: Eutychius Patriarcha Alexandrinus, uterque Chriſtianus: Abu-nazar, & Ahmedus filius Abdolhalimi, uterque Mahumetanus: ſed hic ultimus addit وهذه الفرقة قد بادت *hæc verò ſecta jam prorsùs abolita eſt.*

Nihilominùs, quia alii cenſent in his Alcorani locis verè negari myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, & ſaltem Mahumetani illud acerrimè oppugnant, ac deteſtantur: ego hìc illud contra ipſos, quantum illorum captus patitur, defendere, ejuſque veritatem aſſerere conabor.

Duo verò, eaque apud omnes certiſſima, ſupponenda ſunt. Primum: Quotieſcunque admittitur, aliquam religionem veram eſſe, & à Deo inſtitutam; & hoc argumentis ſufficientibus probatur: admittenda etiam eſſe omnia illa, quæ in hujuſmodi religione à Deo revelata eſſe certò creduntur. Secundum, multa eſſe à Deo revelata, quæ licèt non ſolùm à Chriſtianis, ſed etiam à Judæis, & Mahumetanis certiſſima credantur: nihilominùs naturalem omninò ſuperant intelligentiam, nec ullo modo poſſunt comprehendi, & multò minus per intrinſecas rationes poſitivè probari. Sunt enim prorsùs ſupra naturam; cujuſmodi eſt reſurrectio mortuorum poſt reſoluta corpora in terram ac cinerem: eſt enim naturale axioma, à privatione ad habitum non dari regreſſum: & oppoſitum eſt contra naturam. Nihil tamen ex his involvit contradictionem: nam ſi hoc eſſet, convinceretur manifeſtæ falſitatis, & omnimodæ impoſſibilitatis: ut ſi diceremus, Deum eſſe unum, & non eſſe unum: ſatis eſt, ſi poſſimus ea ab omni contradictione, & impoſſibilitate defendere contra Adverſarios, imò & aliquibus congruentiis probare.

His præmiſſis, dicimus Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium non poſſe à Mahumetanis rationabiliter negari: tum quia creditur ab illa religione, quam veram eſſe, ex ipſorum etiam teſtimonio ſuperiùs probavimus: tum quia à Deo revelatum fuiſſe, efficaciter inferiùs oſtendemus: tum demum quia nullam involvit contradictionem, aut impoſſibilitatem reſpectu infinitæ perfectionis divinæ.

Sed videamus quibus argumentis myſterium hoc oppugnent Moslemi ex verbis Ahmedi filii Abdolhalimi parte 2. Apologiæ contra Chriſtianam religionem, ex Arabico idiomate fideliter translatis. *Unum*, inquit, *petimus à vobis, ad quod oportet vos reſpondere. Radix illius, quod aſſeritis de cultu trium perſonarum, quæ juxta veſtram opinionem redeunt ad unam ſubſtantiam, nempè divinitatem; quænam eſt? & unde accepiſtis illam? & quis vobis præcepit eam? & in quo libro ſacro revelata eſt? & quis Propheta meminit illius? & quod dictum Chriſti perſuadet vobis illam? An verò aliud fundamentum illius habetis, niſi id, quod referente diſcipulo Matthæo, dixit Chriſtus, (ſuper quem ſit pax) diſcipulis ſuis, cùm voluit diſcedere ab eis, videlicet: Ite, & baptizate homines in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti? Horum autem verborum ſenſus ad hoc, ut ſit ſanus, exigit, ut ſententia collecta ex iiſdem verbis, importet, ut conferantur illis omnes benedictiones Dei, & benedictio Prophetæ illius Chriſti, & Spiritus Sancti, per quam confirmantur Prophetæ & Apoſtoli. Videmus autem vos, cùm vultis alter alteri benè precari: dicere: Oratio Sancti talis ſit tecum. Et per orationem intelligitur fauſta apprecatio. Et ſimiliter Nomen Prophetæ talis adjuvet te in negociis tuis. Et ſicut dixit Deus benedictus & excelſus: O fideles obedite Deo, & legato, & Præfectis veſtris Moslemis. Dicemus ne propterèà hoſce omnes eſſe deos? Sed concedamus horum verborum ſenſum alium eſſe ab eo, quem diximus, aut Chriſtum fauſtæ memoriæ intendiſſe per illa id, quod ipſe tantùm novit: quare vos eò deveniſtis, ut diceretis illum voluiſſe aſſerere, hæc nomina, quatenùs ea retulit ad Deum Optimum Maximum, eſſe deos: & conſtituiſtis illi perſonas; unicuique eorum nominum perſonam peculiarem tribuentes, cùm ipſe ſit una tantùm perſona? Et unde eruiſtis id, quod aſſociaſtis cum Deo interpretatione non ſana? Cùm autem dicitis de tribus perſonis, unamquamque habere ſuam eſſentiam: neceſſariò fatemini unamquamque perſonam vivere, audire, ſcire videre, ſapere ſeparatim per eſſentiam ſuam;*

quem-

quemadmodùm de Chriſto dicitis, quòd ſedeat à dextris Patris ſui. Videmus porrò vos ideò duas perſonas cum Deo poſuiſſe, quia Deus eſt ſapiens, & vivens. Et ſapientiam quidem ejus appellatis Verbum, quod eſt Chriſtus; vitam autem ejus, Spiritum Sanctum. Hæc porrò ſunt attributa Dei, quibus multa alia ſimilia reperiuntur: vocatur enim mitis, ſciens, audiens, videns, vivens, potens: & ſimiliter Dominus noſter benedictus, & excelſus. Quamvis attributa, quæ ei damus, non aſſequantur attributa ejus, neque attingant rationem gloriæ ejus, niſi per ſimilitudinem, & parabolicè, propter magnitudinem, excellentiam, & gloriam ejus, quæ nulli alii conveniunt. Vos autem feciſtis eum perſonas, quarum unaquæque habet vitam & Sapientiam, & cætera attributa juxta illud, quod habet: neque eſt perſona ex illis habens attributum, niſi etiam exigat, juxta dictum veſtrum, ut ſit attributum, ſicut ipſa. Quòd ſi eſſent iſtæ perſonæ Dii, certè omnia attributa eſſent Dii, cùm ſint ex ſubſtantia Dei. Neceſſe eſt itaque, ut unumquodque attributum ſingularum trium perſonarum ſit Deus, ſicut ipſe, cùm ſit ex ſubſtantia ejus. Magnus igitur hìc patebit campus ad multiplicandos Deos, itaut res proceſſura ſit in infinitum. Cùm autem dicitis tres perſonas eſſe in Cœlo ex ſubſtantia æterna, nonne cogimini fateri tres Deos? Perſonæ enim ſunt individua demonſtrabilia ac determinata. Alioqui quam probationem affertis hujus rei? Vos autem dicitis in quibuſdam veſtris ratiocinationibus, tres perſonas redire ad unum; nec diviſas, nec ſeparatas: & aſſimilatis eas in collectione earum, & in eo, quod apparet ex ipſis, Soli. Jam verò ſcimus vos fateri in ſymbolo fidei veſtræ, Chriſtum eſſe Deum, & hominem ſimul unitos: & ipſum aſcendiſſe in Cœlum, & ſedere ad dexteram Patris ſui. At verò qui ſedet ad dexteram alterius, nonne eſt ab eo diſtinctus, & ſeparatus? Quomodò ergo ponetur menſura huic dicto, aut vera, ac ſana erit in eo conſtitutio religionis? Similitudinem autem ſolis, quam attuliſtis, jam ante clarè oſtendimus eſſe futilem ac vanam ad probandum, quod intenditis, neque currere paritatem in utroque. Præterea invenimus vos dicere de ſignificatione Trinitatis illud, quod vobis eam perſuaſit, eſſe id, quod refertis ſcripſiſſe Matthæum diſcipulum in Euangelio, dictum à Chriſto diſcipulis ſuis: Pergite in regiones, & baptizate homines in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et vos ſanè excogitaſtis in his verbis intellectibus veſtris, & dixiſtis, hunc eſſe eorum ſenſum, quòd ubi certum fuerit, mundum fuiſſe de novo productum, ſcitis fuiſſe aliquem, qui eum produxit: & hunc concipitis primò eſſe Ens exiſtens; deindè vivens, deindè rationale. Ens quippe dividitur in vivens, & non vivens: vivens autem in rationale, & irrationale. Atque etiam hoc ſcitis, vivens rationale habere vitam, & rationalitatem præter ſe in perſona, ſeu ſuppoſito: & utramque eſſe in ſubſtantialitate. In hoc autem dicimus vobis: Cùm fuerit Vivens, habens, vitam, & rationalitatem, dicite nobis de illo: Aſſeritiſne illud eſſe potens, & excellens; an verò infirmum ac vile? Si dicatis eſſe potens & excellens; reſpondebimus: Conſtituite illi potentiam, & excellentiam, ſicut conſtituiſtis illi vitam, & ſapientiam, & rationalitatem. Quòd ſi dicatis: Non cogimur ad hoc, quia eſt potens per ſe & excellens per ſe: reſpondebimus: Eodem modo dicere cogimini, quòd ſit vivens per ſe. Neque dubium eſt per hoc de vanitate Trinitatis. Quòd ſi ita non eſt, aſſignetur diſcrimen: atqui nullum poteſt diſcrimen afferri.

Hæc ſunt, quæ à Mahumetano Doctore à Chriſtianis apoſtatis perversè inſtructo, contra Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium afferuntur. Alia etiam argumenta producit, ubi Chriſti divinitatem oppugnat. Ad quæ ſuo loco reſpondebimus. Nunc ad jam propoſita, quæ partim ab auctoritate, partim à ratione petuntur, reſpondeamus.

Petit primò à nobis Ahmedus, ex quibuſnam Sacrarum Scripturarum libris; vel ex qua Prophetarum, vel Apoſtolorum, vel ipſius Chriſti auctoritate, Sacroſanctæ Trinitatis myſterium eruerimus. Et ſupponit nos nullum aliud illius fundamentum habere, quàm verba illa Chriſti ad diſcipulos apud Matthæum cap. ult. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Reſpondemus primò: Quamvis nullam aliam præter illam auctoritatem haberemus, deberet tamen ſufficiens exiſtimari: quia per ea Chriſti verba Sacroſanctum hoc myſterium nobis manifeſtari, Chriſtianorum magiſtri, & Doctores ex ipſius Chriſti, & Apoſtolorum traditione perpetuò docuerunt. Porrò illum eſſe alicujus Sacrorum librorum legitimum ſenſum, quem ex conſtanti, & perpetua traditione majorum ſemper tenuit religio illa, cui à Deo traditi ſunt Sacri libri, in quibus ſententia illa reperitur, nemini eſt dubitandum: eoque magis: quia, ut ſuperiùs vidimus, Mahumetus judicium de Pentateucho Judæis, de Euangelio autem Chriſtianis docet eſſe committendum. Nos quoque, ſi Alcoranum à Deo traditum eſſe crederemus; ſi qua in illo eſſent, quæ nunquam interrupta traditione à Mahumeto, vel à diſcipulis ejus recepta, Moſlemi ipſi communi aſſenſu tali vel tali modo intelligenda eſſe judicarent, quamtumvis verba alium propè ſenſum exigerent, nullatenùs ipſis adverſaremur. Non negamus ſanè, aliquandò ſub pluribus particulis conjunctivis contineri diſparia, ſicut probat exemplum ab Ahmedo allatum: *Obedite Deo, & Legato, & Præfectis veſtris*: hoc tamen loco certiſſimè credimus ſub nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti tres divinas perſonas unius eſſentiæ nobis proponi, quia ita Apoſtoli, & eorum diſcipuli ex Chriſti documento tradidere, & Chriſtiani omnes communiter ſemper tenuere.

Reſpondemus ſecundò; Non ex allatis tantùm S. Matthæi verbis, ad hoc ineffabile myſterium credendum nos adduci: ſed ex aliis etiam multis tum veteris, tum novi Teſtamenti ſententiis; & præterea ex doctrina ipſorum Hebræorum antiquiorum, qui hoc Trinitatis Arcanum verbis minimè obſcuris tradidere. Huc accedit, omnia loca illa Scripturarum, quæ probant

bant Christum esse verum Filium Dei, probare quoque mysterium Trinitatis. Nam positis duabus personis, nimirùm Patre & Filio; nulla potest esse repugnantia, vel difficultas circa Spiritum Sanctum.

Sunt autem in veteri Testamento præcipua loca, quæ tres in una essentia divinas personas reperiri non obscurè ostendant hæc quæ sequuntur.

Isaiæ cap. 48. *Accedite ad me, audite hoc: non à principio in abscondito locutus sum: ex tempore antequam fieret, ibi eram: & nunc Dominus misit me, & Spiritus ejus.* Loquitur hìc Deus, ut patet ex verbis præcedentibus, & subsequentibus: & ex eo quod dicit. *Ex tempore antequam fieret ibi eram*: nimirùm ab æterno eram; Deus enim fuit ab æterno. Exponunt Hebræi: *Ex tempore esse ejus*: scilicet traditionis legis in monte Syna, *ibi eram*, nimirùm in Syna. Ita R. Salomon ex consensu Doctorum Hebræorum. Sed fallitur, dum fingit, Isaiam hìc loqui de se ipso, quasi fuerit in montè Syna, quandò data fuit lex à Deo. Certè R. Jose, & R. Hathan referunt hæc verba ad Deum; qui tamen dicit se missum fuisse à Domino Deo, & à Spiritu ejus. In quo vides manifestissimè exprimi tres divinas personas.

Psalmo 33. *Verbo Domini Cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Tres etiam hoc loco in creatione Cœlorum divinæ personæ enumerantur: *Dominus*, nempè Pater: *Verbum*: scilicet Filius: & *Spiritus*, scilicet Sanctus. Et ita in Bereschith Rabbah R. Moses Haddarsan allegat R. Eliezer dicentem. *Non est creatus mundus, nisi per Verbum Domini, sicut dictum est. Psal. 33. In Verbo Domini facti sunt Cœli. R. Simeon dixit: Spiravit, vel sufflavit Deus Spiritu oris sui, & creatus est Mundus, sicut dictum est: Et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.*

Conatur Ahmedus eludere hanc Davidis auctoritatem. Primò quia non dicitur, Verbum Domini, vel Spiritum Domini creasse Cœlos, sed Dominum creasse Cœlos verbo & Spiritu suo. Secundò quia Verbum & Spiritus Dei sunt ejus attributa, sicut scientia & potentia: attributa autem sunt pura nomina, neque sunt res Deo superadditæ, vel ab ejus essentia separatæ, vel realiter distinctæ: quamobrem non dicimus Deus & scientia ejus creavit: vel Deus, & potentia ejus creavit. Tertiò. Si per Verbum, & Spiritum intelligatur Christus, aut res aliqua unita cum humanitate ejus, Christus totus est creatus; & Deus solus est Creator. Quartò Oratio & cultus dirigitur ad Deum Creatorem, non ad aliquod attributum ejus: & propterà omnes homines dicunt: O Deus, ò Domine noster, ò Creator noster miserere nobis, & parce nobis: neque est ullus qui dicat: O sermo Dei; vel, ò potentia Dei, sive, ò voluntas, seu, ò scientia Dei parce nobis, & miserere nobis. Quintò. Nullo modo dici potest, quòd David per Verbum Dei intelligat Christum: Christus enim in sententia omnium hominum est nomen humanitatis, quamvis apud Christianos importet divinitatem, & humanitatem simul unitas. Porrò hæc unio, cùm sit de novo producta, dici non potest Verbum illud, quo creati sunt cœli & terra, esse Christum: quandò enim hæc creata sunt, divinitas non erat unita humanitati, & per consequens nondum erat Christus.

Responsio adæquata ad hæc Ahmedi argumenta pendet ex iis, quæ infrà dicenda sunt, cùm ineffabile hoc mysterium pro modulo nostro explicabimus. Nunc breviter dicimus, aliud esse personas in Deo, aliud attributa. Personæ enim habent inter se oppositionem relativam: ut Pater & Filius: Spirator, & Spiratus. Attributa verò nullam habent hujusmodi oppositionem veram, & realem. Deindè dicimus, aliud esse in Deo Verbum personale, & scientiam vel sapientiam personalem; aliud verbum, scientiam, & sapientiam essentialia. Prima dicuntur tantùm de filio, seu de secunda persona: Secunda de Deo simpliciter & absolutè, & consequenter de omnibus, ac singulis personis. Eodem modo loquendum est de Spiritu Sancto: cùm enim accipitur personaliter, dicitur tantùm de tertia persona: cùm verò essentialiter, dicitur simpliciter de Deo, ac de omnibus, & singulis personis. Porrò Verbum sive personale, sive essentiale semper fuit in Deo, etiam ante unionem cum humanitate in Christo: sicut affirmat S. Joannes cap. 1. *In principio* (idest ab æterno) *erat Verbum*: & ut habetur in symbolo fidei; *Erat ante omnia sæcula*. Quamobrem potuit per Verbum creari cœlum & terra: antequam uniretur cum natura humana in Christo. Illa verò objectio, quòd non dicatur, Verbum creavit; sed Deus Verbo creavit: satis frivola est: nam dicimus: Regem facere aliquid per suum legatum; & tamen legatus etiam facit. Et homo operatur manu, & tamen manus etiam operatur. Et in sacris Scripturis centies dicitur, manus vel brachium, vel dextera Dei aliquid facere. Et loquendo etiam de Personis, non rarò operatio tribuitur directè Verbo, Vel Spiritui Dei. Ut Isaiæ cap. 55. *Verbum meum, quod egredietur de ore meo, non redibit ad me vacuum: sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud*. Et Job cap. 26. *Prudentia ejus percussit superbum: Spiritus ejus ornavit Cœlos*. Ita enim legitur in Vulgatis latinis, licèt in Hebraicis, & Græcis aliter habeatur. Sed non desunt alia hujus rei exempla etiam in Græcis & Hebraicis.

Nec minùs frivolum est illud, quòd cùm oramus non dicimus: O Verbum Dei, vel o scientia Dei miserere nobis, & parce nobis. Nam in iisdem Scripturis manifestum est, invocari à Prophetis Deum per ejusdem attributa, quibus operationes etiam directè tribuuntur: ut cum Isaiæ cap. 51. dicitur *Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini: Consurge sicut in diebus antiquis; in generationibus sæculorum. Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? Nunquid non tu siccasti mare &c.* Hìc certè *brachium Domini*, sive sit attributum potentiæ, sive persona Verbi, vel filii; invocatur à Propheta, & tribuuntur illi operationes in recto. Et quidem cùm Dei attributa non sint aliquid realiter distinctum à Deo, sed sint ipsemet Deus (ut Ahmedus contra communem Mahu-

metanorum ſententiam fatetur) idem erit dicere, *Deus adjuva me*: ac *ſapientia*, vel *bonitas Dei adjuva me*: & ideò, ſicut Deus, ita etiam attributa illius poterunt invocari. Sed pergo ad alia loca.

Geneſis cap. 18. habetur, Deum apparuiſſe Abrahæ juxta quercum Mambre: quem ita Scriptura deſcribit: *Et ecce tres viri ſteterunt juxta eum*. Mirum quòd dicat, Deum fuiſſe tres viros: & quòd Abraham loquatur cum illis, nunc tanquam cum uno, & unum adoret: nunc tanquam cum pluribus; ita enim ſcribitur: *Et vidit, & cucurrit in occurſum eorum ab oſtio Tabernaculi, & incurvavit ſe in terram, & dixit: Domine mi, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne quæſo tranſeas à Servo tuo. Tolletur nunc parum aquæ, & lavate pedes veſtros, & requieſcite ſub arbore*. De iiſdem etiam Moyſes loquitur nunc ut de uno, nunc ut de multis; & tamen vocat eos nomine יְהוָה: proprio unius & veri Dei: & nunc habet, *& dixit*: nunc verò, *& dixerunt*: nunc Deum appellat, nunc viros. Manifeſtè hìc elucet myſterium Sacroſanctæ Trinitatis, in qua unus idemque Deus in tribus perſonis agnoſcitur, & adoratur.

Iſaiæ cap. 6. Duo Seraphim alternis vocibus clamabant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum*. Hac trina iteratione *Sanctus* cum unico nomine: *Dominus*, oſtenditur non obſcurè Unitas divinæ eſſentiæ cum Trinitate perſonarum.

Idem Iſaias cap. 34. introducit Deum dicentem. *Quia os meum ipſum præcepit, & Spiritus ejus ipſe congregavit ea*. Hìc habemus perſonam Patris loquentis: perſonam Filii ſignificatam in ore, vel verbo oris ejus: & perſonam Spiritus Sancti ſignificatam in Spiritu oris ejus.

In his locis innuitur Trinitas Perſonarum ſimul acceptarum in unica divina eſſentia. Innumera verò ſunt loca, in quibus ſingillatim aſſeritur Divinitas uniuſcujuſque perſonæ præſertim ſecundæ, nempè Filii, de qua peculiaris erit diſputatio.

In novo Teſtamento clariora & apertiora teſtimonia ſunt de hoc incomprehenſibili arcano. Præcipua hìc ſubjicio.

Matthæi cap. 3. ſic habetur: *Baptizatus autem Jeſus, confeſtim aſcendit de aqua: & ecce aperti ſunt ei Cœli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe: & ecce vox de Cœlis dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui*. Hìc expreſſam habemus trium divinarum perſonarum mentionem: nempè Patris loquentis, Filii dilecti, & Spiritus Sancti deſcendentis. Omitto verba illa cap. ult. ejuſdem Matthæi, quæ dixit Chriſtus diſcipulis ſuis: *Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*: nam ſuper jam illa produximus.

Joannes in Euangelio cap. 14. *Dixit Jeſus diſcipulis: Si diligitis me, mandata mea ſervate: & ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis*. Hìc etiam dilucidè apparet myſterium Trinitatis, dum inducitur Pater, qui dat, Filius, qui rogat, Spiritus Sanctus, qui mittitur.

Idem epiſt. 1. cap. 5. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres unum ſunt*. Nihil clariùs dici potuit.

Paulus ad Corinth. Epiſt. 2. cap. 13. *Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Sancti Spiritus ſit cum omnibus vobis. Amen*. Habentur hìc quoque manifeſtè ac diſtinctè tres perſonæ. Nec refert, quòd perſona Filii ante perſonam Patris ponatur: nam ut ait S. Athanaſius: *In hac Trinitate nihil prius eſt, aut poſterius, niſi ratione tantùm originis*.

Hæc ſanè, & alia hujuſmodi teſtimonia plurimum ad hoc myſterium comprobandum conducunt. Argumentum tamen præcipuum & firmiſſimum illud eſt; quòd in ſacris Scripturis frequenter reperiuntur hæ tres divinæ Perſonæ ſive ſub nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, ſive ſub aliis æquivalentibus appellationibus, vel etiam tantùm ſub nomine Dei, vel Domini per notionales operationes ab invicem diſtingui; cujuſmodi ſunt, gignere & gigni: mittere & mitti; procedere unum ab alio, & ſimiles. Et quidem juxta Philoſophos, operationes dicuntur de ſuppoſito vel perſona: & conſequenter operationes diſtinctæ oſtendunt perſonas diſtinctas, ut benè notat etiam Ahmedus in eo, quod nos confitemur Filium ſedere ad dexteram Patris. Ita verò de unaquaque harum trium perſonarum loquuntur Scripturæ, ut de vero Deo: tribuunt enim illis nomina, & operationes, quæ non conveniunt niſi Deo. Cùm autem non poſſint eſſe plures Dii, ſed neceſſariò ſit unus Deus, hinc cogimur in una eſſentia divina tres perſonas credere, quæ per oppoſitiones relativas realiter diſtinguantur inter ſe, licèt cum eſſentia identificentur. Si hæc Mahumetanis difficilia videntur, Deum attendant, qui ea revelavit, non autem redarguant nos, qui ea Deo revelanti credimus, & veneramur.

Porrò de prima Perſona, quæ ut plurimùm abſolutè *Deus* appellatur, quia eſt origo cæterarum divinarum Perſonarum: (licèt etiam Patris nomine, præſertim in novo teſtamento frequentiſſimè exprimatur) nulla poteſt inter nos & Mahumetanos eſſe controverſia. De ſecunda verò Perſona, quæ Filius, & Verbum communioribus nominibus nuncupatur, patebit inferiùs, cùm de Chriſti divinitate erit agendum. De Spiritu Sancto, qui eſt tertia Perſona ſatis clara ſunt in ſacris Libris teſtimonia, quorum præcipua hìc recenſebo.

Job cap. 33. *Spiritus Dei fecit me: & ſpiraculum Omnipotentis vivificavit me*. Non eſt dubium, quin facere hominem, & vitam ei dare ſit ſolius Dei.

II. Reg. cap. 23. Dixit David. *Spiritus Domini locutus eſt in me, & ſermo ejus ſuper linguam meam*. Quis dubitet, loqui per Prophetas eſſe ſolius Dei?

Pſalmo 138. *Quò ibo à Spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in Cœlum, tu illic es &c.* In his verbis fit mentio non ſolùm Spiritus Sancti, ſed etiam Patris, cum

quo

quo loquitur David: & Filii, qui eſt velut facies, & imago Patris: & omnibus tribuitur id, quod ſoli Deo convenit, nempè eſſe ubique, & omnia ubique inſpicere.

Joel. cap. 2. Dicit Deus: *Effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri &c. & dabo prodigia in Cœlis &c.* Spiritus effuſus à Deo ſuper omnem carnem, per quem prophetant homines, & prodigia operantur, non poteſt eſſe niſi Deus: nulli enim Angelo, vel creaturæ iſta conveniunt.

In Euangelio Marci cap. 3. dixit Chriſtus: *Qui blaſphemaverit in Spiritum Sanctum, non habebit remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti.* Hìc ſanè neceſſarium eſt fateri, Spiritum Sanctum eſſe Deum, cùm ex doctrina quoque Alcorani, & Mahumetanorum, peccata irremiſſibilia ſint ea tantùm, quæ ſunt contra divinitatem. Et ideò dicunt ipſi, peccatum الشرك : ideſt *Aſſociationis*, quo violatur unitas Dei, nunquam eſſe à Deo remittendum, cùm cætera omnia veniam tandem ſint conſecutura.

In Actis Apoſtolorum cap. 3. Dixit Petrus ad Ananiam: *Anania, cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto? Non es mentitus hominibus ſed Deo.* Hìc patet Spiritum Sanctum eſſe Deum: alioquin non eſſet bona illatio Petri. Nam poſito etiam, quòd Spiritus Sanctus eſſet Gabriel, ut volunt Mahumetani, & gereret perſonam Dei; debuiſſet dicere Petrus: Non es mentitus Angelo, ſed Deo.

Ibidem cap. 10. *Quia & in nationes gratia Spiritus Sancti effuſa eſt.* Hìc ſi Spiritum Sanctum intelligas alium, quàm Deum, ineptè, imò impiè intelliges: ſolùm enim gratia Dei effunditur in homines.

Ibidem cap. 13. *Miniſtrantibus autem illis Domino, & jejunantibus, dixit illis Spiritus Sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam, in opus, ad quod aſſumpſi eos. Et ipſi quidem miſſi à Spiritu Sancto abierunt Seleuciam.* Quis poteſt aſſumere homines ad Apoſtolatum, & mittere eos, quò vult, niſi Deus?

Ibidem cap. 28. Dixit S. Paulus: *Benè Spiritus Sanctus locutus eſt per Iſaiam Prophetam ad Patres noſtros dicens: Vade ad populum iſtum, & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligetis &c.* Atqui hæc verba in Iſaia cap. 6. habentur dicta à Deo ad eumdem Iſaiam, qui ita loquitur: *Et audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam, & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere.* Ergo manifeſtiſſimè Spiritus Sanctus eſt Deus. Et notanda ſunt verba illa Dei: *Quem mittam, & quis ibit nobis?* In quibus primò tanquam unus, & deindè tanquam plures loquitur ad notandum myſterium Unitatis & Trinitatis Dei: & ad oſtendendum etiam omnia opera ad extra (ut loquuntur Theologi) communia eſſe omnibus Perſonis divinis: quamvis ex ea ratione, quam inferiùs adducam, magis uni, quàm alteri tribuantur.

Epiſtola 1. ad Corinth. cap. 2. *Spiritus etenim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi Spiritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita & quæ Dei ſunt nemo cognovit, niſi Spiritus Dei.* His verbis apertiſſimè oſtenditur, Spiritum Sanctum eſſe Deum: nemo enim poteſt penetrare & cognoſcere omnia ſecreta Dei, niſi Deus ipſe. Et ſicut inter hominem, & Spiritum hominis eſt realis diſtinctio, ſaltem inadæquata; ita neceſſe eſt inter Perſonam Patris, & Spiritus Sancti eſſe aliquam veram, & realem diſtinctionem: quæ ſanè non poteſt eſſe diſtinctio inter partem & totum, quia Deus non habet partes: quare ſequitur, ut ſit diſtinctio perſonalis, & relativa tantùm. Quòd ſi nulla eſſet diſtinctio inter Deum, quatenùs dicitur de Perſona Patris, & inter Spiritum ejus; inepta & impropria eſſet locutio S. Pauli; diceret enim idem per idem.

Ibidem cap. 6. *An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo & non eſtis veſtri?* Templum nulli creaturæ tribui poteſt, ſicut nec ſacrificium, quod in templo offertur, cùm utrumque ſit proprium Dei: ſequitur ergo Spiritum Sanctum eſſe Deum.

Ibidem cap. 12. *Alii quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ: alii autem ſermo ſcientiæ ſecundum eumdem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu: alii gratia ſanitatum in uno Spiritu: alii operatio virtutum: alii Prophetia &c. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult.* Quid clarius dici poterat ad probandam Spiritus Sancti divinitatem? Quis enim poteſt hæc omnia dividere & elargiri creaturis ſicut vult, & pro ſuo libito, niſi ſolus Deus? Hæc pauca ſufficiant ad oſtendendum, quàm falsò dixerit Ahmedus, Chriſtianos nullum habere teſtimonium in Sacris Scripturis, ad ſacroſanctæ Trinitatis myſterium aſſerendum.

Secundum Ahmedi argumentum contra hoc idem myſterium erat hujuſmodi: Si Sapientia, ſeu ſcientia, & vita conſtituunt duas perſonas in Deo præter perſonam Patris, nempè Filium & Spiritum Sanctum: cùm Deus ſit non ſolùm ſapiens & vivens, ſed juſtus, & miſericors, & videns, & audiens, & potens; multò plures perſonæ, quàm duæ reperientur in Deo: nulla enim eſt major ratio, cur ſapientia & vita conſtituant perſonas: & non item juſtitia, & miſericordia, & viſus, & auditus, & potentia, & alia plura attributa.

Ut huic objectioni reſpondeam, ſuppono primò, Deum habere intellectum & voluntatem: alioquin careret ſcientia, & libertate, ſuppono ſecundò actus intellectus & voluntatis divinæ eſſe quidem immanentes & ſimul eſſentiales ac notionales; intellectio & volitio eſſentiales purè & ſecundum ſe præcisè conſideratæ, ſunt quidem communes omnibus divinis perſonis, ad eòque non ſunt proceſſiones, nec principia proceſſionum unius perſonæ ab alia; actus verò notionales nihil aliud ſunt, quàm ipſi actus eſſentiales intelligendi & amandi, ut connotantes, & ſibi idemtificantes relationes originis proprias perſonarum producentium, & ab hujuſmodi relationibus notionales denominantur, & ſunt

ipſæmet activæ origines, ſeu activæ proceſſiones divinarum perſonarum ad intra. Certum enim eſt, Deum cognoſcere & amare ſe ipſum, & cognoſcere etiam & amare creaturas. Reſpectu horum actuum eſſentialium dicuntur de Deo varia attributa ut juſtitia, miſericordia, ſcientia, providentia. Reſpectu illorum actuum notionalium oriuntur in Deo proceſſiones, relationes, & Perſonæ divinæ; ſicut enim homo cognoſcendo ſe ipſum producit verbum, ſeu conceptum mentis, ideſt efformat mentalem imaginem illius, quod cognoſcit, nempè ſui ipſius: ita Deus cognoſcendo, & intelligendo ſeipſum, producit Verbum, ſeu vitalem imaginem ſui ipſius, quam vocamus Filium, quia vivens oritur a vivente in ſimilitudinem naturæ. Per hoc autem Deus quatenùs generat, dicitur Pater; quatenùs verò gignitur, Filius. Rurſum ſicut homo amando conceptum illum, ſeu imaginem ſui ipſius, producit propenſionem vitalem erga illum: & ſi conceptus ille eſſet ſubſiſtens, procul dubio produceret eamdem propenſionem amoris erga concipientem ſe, videlicet erga eſſentiam ſuam, quæ eſt una eademque cum eſſentia concipientis: ita Pater & Filius mutuò ſe amando, (ſuam ſcilicet ipſorum unam eamdemque eſſentiam) producunt Spiritum Sanctum, qui eſt propenſio vitalis, ſeu inclinatio in eſſentiam amatam. Hoc verò eſt inter alia diſcrimen, quòd terminus, qui per intellectum, ac voluntatem producitur, in homine eſt accidens & tranſiens: in Deo autem eſt ſubſtantia & permanens, idemque realiter cum ipſa eſſentia Dei. Ex hactenùs dictis rectè colligimus in Deo eſſe duas proceſſiones, ſeu emanationes: ſcilicet Filii à Patre, quæ dicitur generatio, & eſt per intellectum: & Spiritus Sancti à Patre & Filio tanquam ab unico principio, quæ dicitur ſimpliciter proceſſio; & eſt per voluntatem. Prætereà eſſe in eo quatuor relationes; nempè Paternitatem, qua Pater refertur ad Filium, & fundatur in generatione activa: Filiationem, qua Filius refertur ad Patrem, & fundatur in generatione paſſiva: Spirationem activam, qua Pater & Filius tamquam unum principium referuntur ad Spiritum Sanctum: & Proceſſionem, ſeu Spirationem paſſivam, qua Spiritus Sanctus refertur ad Patrem, & Filium. Hæ autem relationes in Deo ſunt reales, & propter has divinæ Perſonæ inter ſe realiter diſtinguuntur. Eſſe autem reales patet, quia inter generantem & genitum; & inter ſpirantem, & ſpiratum eſt vera oppoſitio relativa.

Hæc breviter propoſui, ad explicandum eo modo, quo fieri poteſt, hoc ineffabile myſterium. Neque ex his erit difficilis reſponſio ad objectionem adverſarii. Quæ enim recenſentur, ſpectant vel ad intellectum, nempè ſapientia ſeu ſcientia, & viſio vel auditio; vel ad voluntatem, ut juſtitia, & miſericordia; Secundum potentiam verò non attenditur proceſſio divinæ perſonæ, cùm ſit principium agendi ad extra, & Perſonæ divinæ procedunt per actionem manentem ad intra quia conveniunt Deo eſſentialiter, nec realiter diſtinguuntur inter ſe, nec ab eſſentia divina, ut fatentur etiam quidam Doctores Mahumetani.

Concedimus igitur Adverſariis, omnia attributa, cùm accipiuntur notionaliter ſeu relativè eſſe perſonas: ſed tunc omnia attributa ſunt ſynonyma Perſonæ illius, cui tribuuntur. v. g. Potentia erit idem ac Pater: ſapientia idem ac Filius; Chriſtus vel etiam Vita juxta Jacobitas, idem ac Spiritus Sanctus. Cæterùm attributa propriè ſumpta non poſſunt eſſe, neque dici Perſonæ, quia nulla eſſet inter eas oppoſitio relativa.

Tertium Ahmedi argumentum erat, quia ſi in Deo eſſent tres Perſonæ, eſſent etiam tres Dii; cùm unaquæque perſona ſit Deus. Unde ſequeretur aliud abſurdum, quòd quælibet perſona conſtitueret tres alias perſonas, & conſequenter tres alios Deos, & ſic daretur proceſſus in infinitum.

Sed reſpondemus, licèt unaquæque Perſona ſit Deus, non eſſe tamen plures, ſed unum tantùm Deum: quia nimirùm una eademque divina eſſentia communis eſt tribus perſonis, neque verum eſt, quamlibet perſonam habere propriam & peculiarem eſſentiam. Hoc autem in Deo non repugnat, propter infinitam illius perfectionem.

Ad id, quod dicebat Adverſarius, unamquamque perſonam debere conſtituere tres alias perſonas: reſpondemus falſum eſſe: quia eſſentia divina jam communicata perſonæ, eſt ulteriùs incommunicabilis; nec tamen habet minorem perfectionem, quia ſemper intelligitur infinitè perfecta, ſive ſit communicabilis, ſive communicata, vel incommunicabilis. Prætereà licèt unaquæque perſona ſit Deus, eſt tamen omninò idem Deus, ac ſit alia perſona: quarè non benè colligitur quamlibet perſonam, eò quòd ſit Deus, debere conſtituere tres alias perſonas.

Hæc pinguiori, atque hebetiori Mahumetanorum ingenio, ardua nimis ac difficilia fortaſsè videbuntur. Quamobrem facilioribus rationibus, & nonnullis comparationibus myſterii hujus difficultatem, vel ſaltem impoſſibilitatem illis auferre conabor.

Prima ratio eſt, quia cùm Deus ſit infinitum bonum, debet etiam eſſe infinitè communicabile: natura quippè boni eſt eſſe communicativum ſui. Porrò Deus poteſt duplici modo ſe communicare: primo ad extra, ſecundo ab intra. Primo modo non poteſt communicare ſe infinitè, quia ſequeretur aliquam creaturam poſſe eſſe Deum, quod omninò repugnat. Supereſt ergo ut communicet ſe infinitè ab intra. Hoc autem facit dum eſſentiam ſuam, ſeu divinam naturam communicat perſonis divinis, eo modo, quem ſuperiùs explicavimus.

Secunda ratio, licèt unitas, ſeu ſingularitas ſit aliqua perfectio: ſolitudo tamen, quam fert ſecum, videtur imperfectio. Et ideò habemus in ſacris literis, Deum nullum animal creaſſe ſolitarium. Et cùm creaſſet hominem, dixit: *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*. Perfectius igitur erit illud, quod cum ſumma unitate habet etiam aliquam ſocietatem, quàm illud, quod manet omninò ſolitarium.

Tertia ratio: habemus ex ſacris literis, Deum delectari ſocietate hominum, & Angelorum: itaut per Salomonem Proverb. cap. 8. dixerit: *Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum*. Hoc ipſum clariùs habetur ex toto libro Cantici

Canti-

Canticorum. Si ergo ſocietas creaturarum pertinet ad Dei felicitatem: multò magis pertinebit ſocietas divinarum perſonarum. Ergo ſi non repugnet, non eſt ei deneganda hujuſmodi ſocietas.

Quarta ratio eſt: quia habemus ex ſacris literis, Deum creaſſe hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. Hæc autem imago & hæc ſimilitudo non poteſt ſita eſſe in corpore, ut omnes concedunt: ergo erit tantùm in anima. Porrò anima rationalis cùm ſit unica & ſimplex in eſſentia, habet tamen tres potentias inter ſe realiter diſtinctas: memoriam ſcilicet, intellectum, ac voluntatem: licèt aliqui faciant intellectum & voluntatem unam tantùm potentiam. Neque tamen hæ potentiæ officiunt animæ unitati ac ſimplicitati, cùm juxta probabilem ſententiam non diſtinguantur ab ipſa animæ eſſentia, niſi fortè diſtinctione virtuali intrinſeca, licèt inter ſe ſaltem quoad diverſas operationes realiter diſtinguantur. Hoc autem videtur eſſe id, in quo maximè conſiſtit ſimilitudo hominis cum Deo. Ergo non ſine magno fundamento admittimus in Deo ſimilem diſtinctionem perſonarum cum unitate eſſentiæ.

Præter has rationes, poſſunt afferri quædam comparationes, ex quibus hujus myſterii poſſibilitas probabiliter oſtendatur. Prima eſt puncti in linea, quod cùm ſit entitas indiviſibilis, habet duo prædicata oppoſita: eſt enim finis lineæ præcedentis, & initium lineæ ſubſequentis. Secunda, partium metaphyſicarum in homine, nempè animalis, & rationalis: quæ cùm diſtinguantur ab invicem quoad operationes, ſunt tamen idemtificatæ cum eſſentia hominis. Tertia, animæ ejuſdem hominis, quæ cùm ſit una in eſſentia, eſt tamen trina in potentia, nempè vegetativa, ſenſitiva, & rationalis. Quarta graduum entis inter ſe diſtinctorum, & tamen idemtificatorum in ultima ſpecie: in homine enim reperiuntur ens, vivens, ſenſibile, rationale; quæ in lapidibus, plantis, jumentis, & Angelis inveniuntur diſtincta: in homine verò ſunt realiter diſtincta quoad effectus, & tamen idemtificata cum eſſentia hominis. Alia hujuſmodi multa adduci poſſent exempla. Cæterùm in nulla rerum creatarum comparatione reperitur adæquata menſura cum ineffabili ſacroſanctæ Trinitatis myſterio, quod ex divina tantummodò revelatione certiſſimè credendum eſt.

Suprapoſitis teſtimoniis ſcripturarum, rationibus, & comparationibus addi poteſt primò teſtimonium Veterum Judæorum, de quo videri poteſt Illuſtriſſimus D. Joſeph Ciantes Epiſcopus Marſicanus Vir in rebus Hebraicis verſatiſſimus in Tract. *De ſanctiſſima Trinitate ex antiquorum Hebræorum teſtimoniis evidenter comprobata*: ex quo præcipuas auctoritates & illuſtriora teſtimonia hìc ego producam.

R. Moyſes Cordoverus, Doctor apud Hebræos inſignis, in lib. *Pardes Rimmonim*, affirmat, *in Deo eſſe tres luces, caſque vocat, tria occulta exiſtentia in Deo, & à creaturis diſtincta*. Ad hoc probandum affert antiquorum magiſtrorum ſententiam, & in primis R. Hai Gaon, qui communi Hebræorum calculo, præclariſſimum ſapientiæ lumen fuit appellatus. Hic in Tractatu TſatſaGot cap. 1. ita ſuos diſcipulos alloquitur: *Nunc vobis declarabo tres ſublimes luces, quæ ſunt ſupra decem ſephiroth* (ideſt intelligentias), *quarum nomina à noſtris Veteribus ſanctis accepimus: Lucem intrinſecam antiquam: lucem clarificatam: & lucem claram. Hæ tres luces ſunt in Infinito* (ſcilicet Deo) Addit R. Chamai Gaon: *Has tres luces, cùm tres ſint, eſſe principium & cauſam aliorum principiorum*. R. Simeon Ben Jochai ſic loquitur de his tribus lucibus: *Sunt luces unitæ in ſubſtantia radicis, quam per ſe neceſſe eſt eſſe. In hoc firmantur omnia arcana fidei*. Ex his habemus, veteres Hebræos tria in Deo entia poſuiſſe, quæ tres luces, tria occulta, tria principia, tres radices, & aliis nominibus appellavere.

Affirmant prætereà, has luces alteram ab altera emanare, & per hoc ab invicem realiter diſtingui. Ita R. Cordoverus loco citato: *Verùm* (inquit) *cauſa diſtinctionis harum trium lucum naſcitur ex diffuſione, & proceſſione earumdem in propria ſubſtantia: & non eſt cauſa manifeſtandi ſe alicui ad extra, extra ipſum* (ſcilicet Deum). *Sed quia habent ſuam originem, ſeu proceſſionem, & pateſactionem in propria ſubſtantia. Et hoc eſt illud, quod dicit* (R. Hai Gaon): *Et ipſum* (ideſt infinitum, ſeu Deus) *ſe ipſum diffundit, & emanat in radice occulta*. Deindè eamdem doctrinam magis explicans, hæc ſubdit notatu digna. *Putavimus in hoc capite declarare myſterium horum trium occultorum claritate congrua intellectui intelligentis. Verùm ita ſe ſe res habet, quòd non ſunt cogitationes Dei cogitationes noſtræ, neque viæ ejus viæ noſtræ. Quia quandò homo efformavit in ſuo intellectu aliquod eſſe, ut illud producat, ejus cogitatio in actu non erit, dum in eadem cogitatione perſeverat. Et licèt illud eſſe formet, & effingat in ſuo intellectu; forma illius eſſe, quod producere vult, erit ac ſi non eſſet, donec ad actum id non producat, & in eſſe reperiatur potentialitate exutum, quia nullam habet exiſtentiam, & actualitatem. Verùm non ſunt ejuſdem rationis opera, & productiones Regis regum* (i. Dei): *quia quandò voluit formare, & producere productionem & emanationem ſanctam ac mundam* (i. producere Verbum, ſeu Filium) *tunc produxit & formavit totum in ſua ſubſtantia, ſine aliqua mutatione in ſeipſo: abſit hæc: ſed illud eſſe ita ſibi unitum eſt, ut inter producentem, & eſſe producti nulla ſit differentia. Et ipſe & illæ*, (nempè Deus & luces) *ſunt eadem, & una ſubſtantia, unum principium*.

Quis non videt his veterum Hebræorum doctrinis manifeſtè proponi myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis; cùm ponantur in Deo tres entitates realiter inter ſe diſtinctæ, & idemtificatæ cum unica eſſentia Dei? Neque dici poteſt per has tres luces intellexiſſe attributa Dei: nam hæc ſunt multò plura, quàm tria. Prætereà intelligere attributa aliqua eſſe in Deo, non continet ſingulare aliquod, ignotumque myſterium. At Doctores illi veteres Hebræorum, harum trium lucum arcanum proponentes, aſſerunt, rem eſſe difficillimam intellectu, prorſùſque

sùsque inperscrutabilem. Quamobrem R. Hai Gaon in libro Pardes TsatsaGoth cap. 1. hæc habet: *Sapientes peculiari nota inhibuerunt, non declarari hanc sapientiam, & hunc mentis conceptum, quia est supra captum omnis creaturæ. Neque est intellectio, quæ possit ad illa pertingere, quia nulla cognitio cujuscunque creaturæ potest ea percipere.* Idem R. Hai Gaon interrogatus ab aliis Doctoribus de tribus his lucibus, ait: *Responsio ad hanc interrogationem indiget magna profunditate, & fuit in publico proposita longè ante nos, & temporibus generationum præteritarum, & à nostris Veteribus: & ejus declaratio prolixa est, & requirit longum tempus, quia involvitur in sapientia occulta, & in arcanis prophetiarum, & traditionum sapientium egregiorum.* Eodem modo loquuntur cæteri Doctores. Ex quo colligitur antiquos Hebræos necessariò in prædictis tribus lucibus aliquid agnovisse, quod ab attributis esset valdè diversum. Nam quid magnum, aut valdè arduum est cognoscere vel intelligere, Deum esse lucem antiquam seu æternam, claram & clarissimam, cùm omnes etiam philosophi hoc intellexerint, & confessi fuerint? Quid amplius est hoc, quàm intelligere Deum esse sapientem, potentem, justum, misericordem? Quid ergo erat, ut prisci illi sapientissimi Hebræorum magistri deterrerent omnes ab hujus rei speculatione, tanquam omnem captum excedentis, & prorsùs inintelligibilis? Nam ut profundè scripsit R. Aharon in libro Pardes loco citato: *Res est perdifficilis intellectu, quòd sint tres, & totum sit unum & idem.*

Non multum refert, quòd has tres luces prisci illi Hebræi non nominaverint expressè, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, cùm tamen Christiani lucis nomine unamquamque personam appellent. Non enim vis facienda est in nominibus, sed in rebus. In sacris tamen literis utriusque Testamenti, nomina Patris, & Filii, & Spiritus Sancti expressè commemorantur. Quin iidem sapientes Hebræi vocant has tres luces ספרים, *numeros* ad ostendendam realem earum inter se distinctionem: itemque ההויות hypostases: & פנים הפנימים *facies* seu *personas intrinsecas* more Christianorum.

Addi potest secundò, numerum ternarium non solùm apud Hebræos, sed etiam apud cæteras gentes semper fuisse celeberrimum, mysticum, ac sacrum, & quodammodò natum ad divinum numen mortalibus significandum. Omitto de hac re testimonia adducere tàm Hebræorum, quàm Ethnicorum Philosophorum, eo tantùm contentus, quòd cùm summus Judæorum sacerdos populo benediceret, trina benedictione cum trina divini nominis invocatione utebatur, ut habetur in lib. Numer. cap. 6. his verbis: *Sic benedictis filiis Israel: Benedicat tibi Deus, & custodiat te: illuminet Deus faciem suam super te, & misereatur tui: Elevet Deus faciem suam ad te, & det pacem tibi.* Ubi illud notandum, ut observat Petrus Alphonsi in Dialogo adversus Judæos cap. 6. Quoties summus Sacerdos in hac benedictione nominabat nomen Dei יהוה: tres digitos, pollicem, indicem & medium in utraque manu rectos altiùs efferebat: & deindè ut priùs fuerant, remittebat.

Tertiò addi potest, etiam veteres illos gentium philosophos, Hebræorum procul dubio disciplina eruditos, sacrosanctæ Trinitatis mysterium aliqualiter agnovisse. Trismegistus enim in Pimandro hæc habet: *Mens illa, quæ Deus est, utriusque sexus vim habens, cùm sit vita & lux, produxit verbo aliam mentem operatricem.* De eodem Trismegisto ita scribit Suidas: *Dictus est ter maximus, quia de Trinitate locutus est; dicens in Trinitate unam esse deitatem, sic: Erat lumen intelligibile prius lumine intelligibili; & erat semper mens à mente lucens.* Et mox: *Nam Verbum ejus absolutissimum est, ac fœcundum, & opifex in natura fœcunda.* Præterea in Pimandro ita introducit Deum loquentem: *lumen illud ego sum, mens, Deus tuus: mentis verò germen, Verbum lucens, Dei filius, quorum unio vita est.* Ecce hìc Pater, *Mens*: Filius, *Verbum*: Spiritus Sanctus, *Vita*; quo nomine ab aliquibus etiam Christianis nationibus hodiè Spiritus Sanctus appellatur, quem nos quoque *Vivificantem* confitemur. Zoroaster quoque Trismegisto coævus, vocat Deum πατρικὴν μονάδα, *paternam unitatem*: & addit, πανσὰ δὲ μονὰς, εἰ δύο γένναι, δυὰς γὰρ παρὰ τῷ κάθηται (fortè τῷ θεῷ). *Extensa est unitas, quæ duo generat: dualitas autem apud eam sedet.* Ponit ergo Triadem in Deo, si monas, sive unitas dyadem gignit. Quamobrem subdit: παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει τριὰς, ἧς μονὰς ἀρχή. *Universo enim in mundo fulget Trinitas, cujus principium est Unitas.* Plura alia veterum Philosophorum possem de hac eadem re testimonia clarissima proferre: sed hæc pauca sufficiant, quæ nullo modo dicere possunt Mahumetani à Christianis fuisse conficta, quemadmodùm neque illa, quæ ex Hebræis retulimus: nam utraque longè ante exortam Christianam religionem scripta fuisse manifestum est.

Postremò ex iis, quæ Moslemi Doctores de Deo vel in Deo credenda esse affirmant, licet percommodè adversus eosdem probare sacrosanctæ Trinitatis mysterium neque idololatriam, neque ullum ex iis absurdis, quæ ipsi nobis objiciunt continere: ac prætereà etiam ex eorum principiis illud admittendum esse, & credendum. Sciendum est autem duas apud Mahumetanos celeberrimas sectas inter se omninò oppositas reperiri. Prima est المعتزلة *Motazelitarum* seu Separatorum; Secunda الصفاتية *Saphatitarum*, seu Attributariorum.

De primis ita scribit Gregorius Abulphargius in lib. de Historiis Arabum: *Porrò Motazelitæ conveniunt communiter in removendo attributa æterna ab essentia Dei, ut fugiant distinctionem Personarum, quas tenent Christiani. Nonnulli itaque ex illis dicunt, Deum scire non per scientiam, sed per propriam essen-*

ſentiam : & ita potentem eſse , & vivere per propriam eſsentiam . Alii verò dicunt illum ſcire per ſcientiam , quæ eſt eſsentia ipſius : & eodem modo eſse potentem & viventem . Primi negant omninò attributa : ſecundi concedunt , ita tamen , ut ſint idem cum eſsentia . Omninò autem negatio attributorum deſumpta eſt à Philoſophis , qui aſseruerunt Dei eſsentiam eſse unam , nullamque in ea multiplicitatem reperiri . De ſecundis verò hæc refert. *Oppoſiti Motazelitis ſunt Saphatitæ , qui ſtatuunt in Deo attributa æterna ſcientiæ , potentiæ , vitæ , & ſimilium . Et quidam eorum eò proceſserunt , ut ponerent in eo attributa viſus , auditus , & ſermonis , qualia ſunt in corpore humano ; affirmantes verba Alcorani , quibus aſseritur , Deum ſedere ſuper thronum , creare manu , & alia hujuſmodi ; accipienda eſse propriè , & prout ſonant , nec aliter exponenda . Quidam tamen ex illis , ſicut Abullaſanus Aſcearienſis & alii , tractantes Theologiam ſcholaſticam , prohibuerunt fieri in his ſimilitudinem , vel comparationem . Et hæc eſt ſententia Sonnitarum , & Conciliaris .* Hactenùs verba Auctoris ex Arabico fideliter translata. Nimirùm ſententia apud Moslemos Orthodoxa , & de fide tenenda , hæc eſt , quemadmodùm habetur ex profeſſione fidei conſcripta ab Algazelo Abu-ahmedo Ebnono Mohammedo Tuſino in hæc verba : وإذا كانت له هذه الصفات كان

حيًّا عالمًا قادرًا مريدًا سميعًا بصيرًا متكلمًا

بالحياة والعلم والقدرة والارادة والسمع

والبصر والكلام لا بمجرد الذات :

Cùmque competant illi (nempè Deo) *hæc attributa ; eſt tamen vivens , ſciens , potens , volens , audiens , videns , loquens per vitam , ſcientiam , potentiam , voluntatem , auditum , viſum , ſermonem ; non per ſimplicem eſsentiam .*

Per hoc patet manifeſtè , veros Mahumetanos ponere diſtinctionem realem inter attributa Dei , & ejus eſſentiam . Nam ſi eſſet tantùm diſtinctio rationis , vel per intellectum , approbarent ſententiam Motazelitarum , quam ipſi , ut falſam & hæreticam , rejiciunt . Porrò idem eſt ſi dicas Deum V. G. ſcire non per ſcientiam , ſed per eſſentiam , ac dicere Deum ſcire per ſcientiam , quæ ſit ipſa eſſentia : in hoc enim ſecundo modo dicendi ſolùm poteſt concipi aliqua diſtinctio rationis , vel virtualis inter eſſentiam & attributa . Et ideò Sonnitæ , qui exiſtimantur eſſe Orthodoxi , utrumque dicendi modum æquè rejiciunt . Si autem attributa Dei , ut ſcientia , & potentia , identificarentur cum illius eſſentia : malè dicerent Moslemi , Deum ſcire & poſſe per ſcientiam & potentiam , non per ſimplicem eſſentiam . Itaque velint , nolint , coguntur ponere in Deo diſtinctionem veram & realem inter eſſentiam , & attributa illius .

Magis oſtenditur vis argumenti ex eo , quòd Sonnitæ eodem modo volunt ſubſiſtere in eſſentia Dei hæc attributa , ac ſubſiſtat Alcoranus . Eſt enim certiſſimum dogma apud eos , reperiri Alcoranum increatum , qui inſtar attributorum ſubſiſtat in eſſentia Dei . Ita Algazelus in profeſſione fidei : *Credere* , inquit , *oportet de Alcorano* , انه قديم قايم بذات

الله لا يقبل الانفصال والفراق بالانتقال الي

القلوب والاوراق : *ipſum eſſe æternum , ſubſiſtentem in eſſentia Dei , neque ab ea dividi , aut ſeparari , dum in corda vel in chartas transfertur .* Peto hìc à Sonnitis , utrum Alcoranus iſte æternus , diſtinctus ſit realiter ab ipſa eſſentia , necne ? Si non eſt realiter diſtinctus , ergo idemtificatur cum illa , & per conſequens eſt ipſa eſſentia Dei ; ergo eſt Deus : & tantùm nomine , vel per ens rationis eſt Alcoranus . Adde non ſolùm ab eſſentia , ſed à cæteris quoque attributis debere diſtingui realiter hunc Alcoranum : alioqui verè dici poterit illum eſſe ſcientiam , vel potentiam , vel viſum vel auditum Dei . Quòd ſi dicant in eſſentia Dei eſſe ideam Alcorani , & ideò Alcoranum in illa ſubſiſtere : reſpondebimus , non unius tantùm Alcorani , ſed omnium rerum ideas hoc modo in eſſentia divina reperiri , quatenùs Deus omnia cognoſcit . Hoc tamen non addit aliquid reale ſupra ipſam eſſentiam ,

Huc accedit , quòd licèt Sonnitæ pro hæreticis habeant Saphatitas , quatenùs conveniunt cum Anthropomorphitis : conveniunt tamen cum eis in hoc , quòd omnia , quæ de Deo dicuntur in Alcorano , ut audire , videre , ſedere , habere manus , oculos , pedes &c. conveniant Deo propriè , & verè , ſed ratione prorsùs diſſimili ac conveniunt creaturis , in quo diſſident ſaltem à quibuſdam Saphatitis Anthropomorphitis . Ita affirmat Algazelus in profeſſione fidei : *Credendum eſt* (inquit) *quòd Deus* يري من غير

خدقة واجفان ويسمع من غير اصخة واذان

كما يعلم بغير قلب ويبطش بغير جارحة

ويخلق بغير الة اذا لا تشبه صفاته صفات

الخلق كما لا تشبه ذاته ذات الخلق وانه

تعالي متكلم امر ناهي واعد متوعد بكلام ازلي

قديم قايم بذاته لا يشبه كلام الخلق فليس

بصوت يحدث من انسلال هواء واضطكاك اجرام

ولا بحرف ينقطع بانطباق شفة او تحريك

لسان وان موسي سمع كلام الله بغير صوت

ولا حرف كما يري الابرار ذات الله من غير

جوهر

: جوهر ولا عرض videat sine

pupillis & palpebris: & audiat sine meatu, & auribus, quemadmodùm scit sine corde, & molitur sine instrumentis: cùm non sint similia attributa ipsius attributis creaturarum, neque essentia ejus essentiæ creaturarum. Præterea credendum est, quòd Deus loquatur, jubeat, prohibeat, promittat, comminetur sermone æterno, sempiterno, qui subsistit in essentia ejus, nec similis est sermoni creaturarum, nec consistit in voce, quæ oriatur è commotione aeris, & collisione corporum: neque literis, quæ formentur concursu labiorum, aut motione linguæ. Præterea quòd Moyses audierit sermonem Dei sine voce, & literis, sicut vident justi essentiam Dei sine substantia & accidente. Et paulò superiùs loquens de sessione Dei super thronum, credendum esse ait: انه مستوٍ على العرش على الوجه الذي قاله وبالمعنى الذي اراده استوًا منزها عن المماسة والاستقرار والتمكن والحلول والانتقال :

quòd throno insideat eo modo, quo ipse dixit & in eo sensu, quem ipse intendit, sessione remota à contactu, & insidentia, & situ locali, & existentia in altero, & motu locali. Itaque volunt Sonnitæ, Deum audire, videre, loqui, sedere per aliquid distinctum à simplici essentia. Atqui hoc, si benè res perpendatur, coincidit cum sententia mitiori Saphatitarum, quam tenuit Abul-hasanus aliique doctiores Mahumetanorum, imò Sonnitæ ipsi tanquam orthodoxam profitentur. Dummodò enim nulla fiat comparatio ad creaturas, ea, quæ de Deo habet Alcoranus, ad literam intelligenda esse affirmant. Quomodò autem hæc fieri possint, neque intelligunt, neque curant intelligere. Dicunt enim, teste Saherstettanio, quem allegat Pochokius in Notis suis ad Abulphargium: عرفنا بمقتضى العقل ان الله ليس كمثله شي فلا يشبه شيًا من المخلوقات : Nos scimus ex

dictamine intellectus, nullam rem esse similem Deo, nec Deum similem esse ulli rei creatæ. Quo posito, nihil aliud scire curant, nisi firmiter credere: انه لا شريك له وليس كمثله شي : *nullum Deo esse socium* (idest consortem in divinitate); *& nihil esse sicut illum.* Quamobrem fertur Malecus filius Anasi dixisse: الاستواء مجهولة والايمان به واجب والسؤال عنه بدعة : *quomodò Deus sedeat super thronum, ignotum est: sedere tamen, necessariò credendum est, sed curiosiùs de eo inquirere, hæresis est.*

Dicant nunc nobis Mahumetani, quid sint attributa illa in Deo, realiter distincta ab ejus essentia, in qua tamen dicuntur subsistere. Sunt ne substantia, an accidens? Non possunt respondere esse accidens: quia in prædicta eorum fidei professione excluduntur à Deo accidentia: dicitur enim in illa: لا تحلّه الحوادث ولا تعتريه العوارض : *Non subsistunt in eo contingentia, neque adveniunt ei accidentia*: & hoc bis ibidem asseritur. Ergo si attributa ista non sunt in Deo accidens, in quo nos etiam convenimus, erunt substantia. Quòd verò in prædicta professione dicatur de Deo: انه ليس بجوهر ولا تحلّه الجواهر : *Non est substantia, neque recipiuntur in eo substantiæ*, verum est, si accipiatur substantia rigorosè, prout substat accidentibus: falsum verò si accipiatur substantia, prout contra distinguitur ab accidentibus. Hoc modo si attributa in Deo non sunt accidens, erunt necessariò substantia. At nulla potest esse in Deo substantia, quæ non sit idemtificata cum ejus essentia: ergo, velint, nolint, coguntur ponere in Deo distinctionem realem inter attributa, & essentiam, vel saltem inter ipsa attributa ab invicem. Atque ita, si putant Christianos esse infideles, quia ponunt in Deo tres personas, seu proprietates distinctas quidem realiter inter se, sed idemtificatas cum essentia, ita ut non possit dici nisi unus Deus: quomodò non erunt ipsi magis infideles, dum ponunt in Deo tot attributa realiter distincta non solùm inter se, sed etiam ab essentia, cùm tamen idem sint cum essentia? Hoc Sonnitis objiciebant Motazelitæ, prout refert Auctor Libri المواقف AlmavaKef, his verbis: كفروا النصارى بقدماء الثلثة فكيف السبعة او اكثر :

Infideles sunt Christiani, eò quòd ponant tria æterna: quantò magis erunt illi, qui ponunt septem, aut plura? Neque dicere possunt Sonnitæ de illis attributis non posse prædicari Deum, itaut unumquodque eorum sit Deus: sicut Christiani asserunt unamquamque personam esse Deum: nam quidquid est in Deo, est Deus: & hoc cognoscunt, & fatentur omnes ex ipso lumine naturæ. Coguntur igitur Sonnitæ vel amplecti doctrinam Motazelitarum, negando in Deo omnia attributa, quod ipsi tanquam hæresim detestantur: vel fateri plures esse deos inter se distinctos unà cum illo Deo, quem nos Christiani unicum fatemur. Quòd si respondeant, se quidem credere omnia attributa illa esse Deum, licèt distincta sint realiter ab essentia, & inter se, nec tamen esse plures Deos, sed unum tantùm Deum: verùm se non posse hoc intelligere, neque hujus rei rationem red-

reddere: eodem modo nos illis respondebimus, dum ab iisdem arguimur, quòd tres in Deo personas inter se realiter distinctas, & cum essentia idemtificatas profiteamur.

Hoc argumento victi Morgitæ Cadrienses (qui sunt una ex sectis Mahumetanorum), quemadmodùm refert Ismael Ebn-Aly in suo Chronico, dixerunt: ان قول القايل ثالث ثلثة ليس بكفر لكنه لا يظهر الّا من كافر: *Dictum dicentis, Tertius Trium, non est infidelitas; licèt non usurpetur palam, nisi ab infideli.* Quod idem est, ac dicere: Asserere tres personas in Deo, itaut Christus sit tertia earum (ita enim Syri Christiani vocant Christum, nempè Tertium Trinitatis) non est sententia, quæ contineat aliquid contra sanam fidem, licèt talis modus loquendi non sit in usu, nisi apud Christianos. Quin etiam Garabitæ (est alia secta Mahumetanorum, de qua idem Ismael ibidem) asserebant: الالهية لخمس اشخاص اصحاب الكبسا وهم محمد وعلي وفاطمة والحسن والحسين وقالوا خمستهم شي واحد: *Divinitatem esse in quinque personis nobilibus, & has quinque personas esse unam rem: nempè Mahumetum, Alym, Phatemam, Hasanum, & Hoscinum.*

Prætereà reperitur inter recentiores Mahumetanorum Sonnitarum Sectas una eorum, qui à Turcis vocantur *Eschraki*, nimirùm *Illuminati*. De quibus Auctor historiæ Imperii Othomanici testis oculatus, lib. 2. cap. 12. hæc habet: *Secta eorum, qui vocantur Eschraki, seu Illuminati, est merè Pythagorica. Qui eam profitentur, in contemplatione divinæ ideæ, & numerorum, qui in Deo sunt, præcipuè versantur. Quamvis enim Deum unum esse credant, non tamen negant illius Trinitatem: eam quippè velut numerum considerant, qui ab unitate procedat. Et ut meliùs hanc suam sententiam persuadeant, utuntur plerumque comparatione trium flexurarum, quæ fiant in sudariolo, vel linteolo, quod potest benè admittere denominationem ternarii numeri, quamvis revera sit unum tantùm linteum, dum explicatum fuerit.* Hujusmodi homines sunt è Sapientissimis, & prudentissimis Mahumetanorum. Ex quibus vides illos, qui non ex Mahumeti crassitie, sed ex ratione & veritate res metiuntur, à Sacrosanctæ Trinitatis mysterio nullatenùs abhorrere, quin potiùs illud approbare & amplecti: id quod procul dubio Mahumetani omnes facerent, si rectè ritèque doctrinam illius intelligerent.

Neque prætereundum est, Ahmedum Ebn-edrisum Doctorem inter Moslemos celeberrimum, ab ipsa veritate victum, non diffiteri omnia Dei attributa, quæ alii septem, alii novem enumerant, posse appellari, imò esse Deum: ait enim: كل احد من التسعة الـــه لان كل واحد منها مساوٍ لكل واحد من الثلثة الاولي *Unumquodque ex his novem* (idest attributis) *est Deus quia quodlibet ex illis æquale est unicuique ex primis tribus.* Quidquid sit de ratione, quam affert, nobis satis est illum approbare quodlibet attributum esse Deum. Cùm autem, ut jam dictum est, attributa sint inter se, & ab essentia realiter distincta, juxta sententiam Mahumetanorum, necessariò ponendi erunt in uno Deo plures Dii. Nam, ut benè ratiocinatur Maimonides sapiens Judæus in Prologo Pirkè, valet consequentia: الي قول بقدماء المتعددة من اثبات الضغـــات. *ad asserendos plures æternos à positione attributorum.* Hoc autem absurdum non sequitur in mysterio Trinitatis, in quo personæ idemtificantur cum una eademque essentia.

Hìc operæ pretium putavi, Christianum lectorem admonere Mahumetanos, ut religionis nostræ mysteriis fidem adimant, ea plerumque fabulis nugisque permiscere. Ita hoc loco præfatus Ahmedus, allegans auctoritatem suorum, ac nostrorum Historicorum (quamvis apud nostros nihil hujusmodi reperiatur) fingit Christum, dum viveret, paucos ex Israelitis secutos fuisse. Cùm autem sublatus fuisset in Cœlum, plures illum celebrare cœpisse, ita ut septingenti ferè homines religionem illius sectati fuerint, qui etiam vi armorum alios ad eam compellerent. Contra hos insurgens Saulus, alio nomine Paulùs, qui erat Rex Israelitarum, ejecit eos è Syria. Posteà verò mutato habitu inter Christi asseclas excurrebat. Sed ab illis cognitus, captusque fuit; Ipse verò confessus est, se non ita pridem, & oculis, & auditu, & sensu omni orbatum, votum feciisse, Christo se nomen daturum, dum à malis istis liberaretur. Nunc ergo sibi ipsi restitutum, se votum soluturum, & inter Christianos reliquum vitæ suæ spatium transacturum. Extruxere autem Christianorum proceres novo proselyto sacellum, in quo aliquot visionibus de instituendis religionis Christianæ ritibus fuit admonitus. In prima visione revelatum ei fuit, Christianos, qui anteà ad Jerusalem conversi orabant, converti debere ad Orientem. In secunda jussus est auferre ciborum discrimen. In tertia clausus in eo sacello vidit quædam mysteria, quæ ut posset patefacere, jussit omnes egredi foras, excepto Nestorio, Jacobo, Melcone, & Fideli. Cùmque id feciissent, dixit Paulus, se censere illum, qui sanasset cæcos à nativitate, & leprosos, & suscitasset mortuos, esse Deum, qui apparuit mortalibus. Responderunt quidam eorum, se idem censere. Alii verò dixerunt: Nequaquam, sed hi sunt tres, Deus, & Filius ejus, & Spiritus Sanctus. Alii verò dixerunt: Deus, & Filius ejus. Alii demum asseruerunt, ipsum esse Deum, qui incarnatus fuerat pro hominibus: & sic divisi sunt in quatuor partes. Porrò Jacobus affirmavit ex dicto Pauli, Deum esse

eſſe Chriſtum : & hoc amplexi ſunt ſectatores ejus, qui ſunt Jacobitæ. Neſtorius autem dixit: Chriſtus eſt Filius Dei per gratiam ab eo adoptatus. Et in hoc habuit ſectatores Neſtorianos. Porrò Melchon dixit, Deum eſſe Trinum in Perſonis. Et ſecuti ſunt illum in hoc ii, qui dicuntur Melchitæ. At verò Fidelis ſurgens dixit eis: Maledicat huic Deus. Hic ſanè nihil aliud molitur, niſi ut vos ſeducat. Nos etiam fuimus Aſſeclæ Chriſti, & vidimus Jeſum, & audivimus verba ejus. Dixit autem Paulus ſociis ſuis: Surgite, pugnemus contra hunc Fidelem, & occidamus eum, & ſocios ejus. Egreſſus autem Fidelis dixit ad ſuos: An neſcitis, Chriſtum eſſe ſervum Dei, & Legatum ejus, & illum hoc idem vobis dixiſſe? Reſponderunt: Certè ita eſt. Pergit Mythologus enarrans, quomodò Fidelis cum ſuis, conſcenſis equis, perſecuti ſint Melchonem, & ejus aſſeclas, & profligaverint eos in Syria: & quomodò Paulus, cùm ex Chriſti perſecutore factus fuiſſet Chriſtianæ religionis, & ſanctiſſimæ Trinitatis propugnator acerrimus, ſe ipſum in quodam monte decreverit ſacrificare: quamobrem tres Reges ad ſe advocaverit: eiſque ſeorſim ſingulis verba quædam inſuſurraverit, itaut quilibet eorum poſt ejus mortem, crederet ſibi ſoli commiſſam eſſe doctrinæ ejus veritatem. Mortuo verò Paulo, litem de illius reliquiis inter eos obortam eſſe confingit, & ad eam decidendam, cadaver illius combuſtum, & in cineres redactum, æqualiter illis diſtributum fuiſſe. Neque ſic tamen acquievere. Domum enim tres illi Reges reverſi, magnas ſimultates inter ſe fovebant, cùm ſibi quiſque perſuaderet uni ſibi tantùm, veram fidei doctrinam traditam fuiſſe.

Placuit has nugas Mahumetani Doctoris, & quidem celeberrimi referre, ut quilibet certò agnoſcere poſſit, quanta Moſlemis Sapientibus fides habenda ſit, cùm hic inter eos Sapientiſſimus, tàm fidenter, & veluti ex tripode, aſſerat Neſtorium, & Jacobum Jacobitarum anteſignanum, fuiſſe Pauli Apoſtoli auditores: cùm alter quadringentis ferè annis, alter pluſquam quingentis, etiam ſecundum ſinceriores Mahumetanorum hiſtorias poſt eundem Paulum vixerit. Illud verò ridiculum, quod Melchitas à Melchone Pauli item auditore dictos fuiſſe affirmet, cùm hi à voce Hebraica מֶלֶךְ vel Syriaca ܡܠܟܐ, quæ Regem, ſeu Imperatorem ſonat, appellati ſint: Et ita hodiè quoque, teſte Gabriele Syonita, & aliis Auctoribus fide digniſſimis, ab Orientalibus Græcis vocantur, quia religionem Imperatorum ſuorum, & præſertim Marciani in Concilio Chalcedonenſi contra Dioſcorum celebrato ſecuti ſunt: atque utinam hodiè quoque ſequerentur.

سورة المايدة مدنية مائة وعشرون آية

SURA V.

MENSA.

MEDINENSIS:

CENTUM AC VIGINTI COMMATUM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 يا ايها الذين امنوا اوفوا بالعقود ۞ 2 احلت لكم بهيمة الانعام الا ما يتلي عليكم غير
محلي الصيد وانتم حرم ان الله يحكم ما يريد ۞ 3 يا ايها الذين امنوا لا تحلوا شعاير الله
ولا الشهر الحرام ولا الهدي ولا القلايد ولا امين البيت الحرام يبتغون فضلا من ربهم ورضوانا واذا حللتم
فاصطادوا ولا يجرمنكم شنان قوم ان صدوكم عن المسجد الحرام ان تعتدوا وتعاونوا علي البر
والتقوي ولا تعاونوا علي الاثم والعدوان واتقوا الله ان الله شديد العقاب ۞ 4 حرمت عليكم
الميتة والدم ولحم الخنزير وما اهل لغير الله به والمنخنقة والموقوذة والمتردية والنطيحة وما اكل السبع
الا ما ذكيتم وما ذبح علي النصب وان تستقسموا بالازلام ذلكم فسق اليوم يئس الذين كفروا
من دينكم فلا تخشوهم واخشون اليوم اكملت لكم دينكم واتممت عليكم نعمتي ورضيت
لكم الاسلام دينا فمن اضطر في مخمصة غير متجانف لاثم فان الله غفور رحيم ۞ 5 يسلونك
ماذا احل لهم قل احل لكم الطيبات وما علمتم من الجوارح مكلبين تعلمونهن مما علمكم
الله فكلوا مما امسكن عليكم واذكروا اسم الله عليه واتقوا الله ان الله سريع الحساب ۞ 6 اليوم
احل لكم الطيبات وطعام الذين اوتوا الكتاب حل لكم وطعامكم حل لهم والمحصنات من
المومنات والمحصنات من الذين اوتوا الكتاب من قبلكم اذا اتيتموهن اجورهن محصنين غير
مسافحين ولا متخذي اخدان ومن يكفر بالايمان فقد حبط عمله وهو في الاخرة من الخاسرين ۞
7 يا ايها الذين امنوا اذا قمتم الى الصلوة فاغسلوا وجوهكم وايديكم الى المرافق وامسحوا بروسكم
وارجلكم

وأرجلكم إلى الكعبين وإن كنتم جنبا فاطهروا وإن كنتم مرضي أو علي سفر أو جاء أحد منكم
من الغائط أو لامستم النساء فلم تجدوا ماء فتيمموا صعيدا طيبا فامسحوا بوجوهكم وأيديكم منه
ما يريد الله ليجعل عليكم من حرج ولكن يريد ليطهركم وليتم نعمته عليكم لعلكم
تشكرون ۞ 8 واذكروا نعمة الله عليكم وميثاقه الذي واثقكم به إذ قلتم سمعنا وأطعنا واتقوا
الله إن الله عليم بذات الصدور ۞ و يا أيها الذين امنوا كونوا قوامين لله شهداء بالقسط ولا
يجرمنكم شنان قوم علي الا تعدلوا اعدلوا هو أقرب للتقوي واتقوا الله إن الله خبير بما تعملون ۞
10 وعد الله الذين امنوا وعملوا الصلحات لهم مغفرة وأجر عظيم ۞ 11 والذين كفروا وكذبوا
بايتنا أولايك أصحاب الجحيم ۞ 12 يا أيها الذين امنوا اذكروا نعمة الله عليكم إذ هم قوم
أن يبسطوا اليكم ايديهم فكف ايديهم عنكم واتقوا الله وعلي الله فليتوكل المومنون ۞
13 ولقد أخذ الله ميثاق بني إسرايل وبعثنا منهم اثني عشر نقيبا وقال الله إني معكم لين اقمتم
الصلوة واتيتم الزكوة وامنتم برسلي وعزرتموهم واقرضتم الله قرضا حسنا لأكفرن عنكم سياتكم
ولأدخلنكم جنات تجري من تحتها الانهار فمن كفر بعد ذلك منكم فقد ضل سواء السبيل ۞
14 فبما نقضهم ميثاقهم لعنهم وجعلنا قلوبهم قسية يحرفون الكلم عن مواضعه ونسوا حظا مما
ذكروا به ولا تزال تطلع علي خاينة منهم الا قليلا منهم فاعف عنهم واصفح إن الله يحب
المحسنين ۞ 15 ومن الذين قالوا إنا نصاري أخذنا ميثاقهم فنسوا حظا مما ذكروا به فاغرينا بينهم
العداوة والبغضاء إلي يوم القيمة وسوف ينبيهم الله بما كانوا يصنعون ۞ 16 يا أهل الكتاب قد
جاءكم رسولنا يبين لكم كثيرا مما كنتم تخفون من الكتاب ويعفوا عن كثير ۞ 17 قد
جاءكم من الله نور وكتاب مبين ۞ 18 يهدي به الله من اتبع رضوانه سبل السلام ويخرجهم
من الظلمات إلى النور باذنه ويهديهم إلي صراط مستقيم ۞ 19 لقد كفر الذين قالوا إن الله هو
المسيح ابن مريم قل فمن يملك من الله شيا إن أراد أن يهلك المسيح ابن مريم وامه ومن في
الارض جميعا ولله ملك السموات والارض وما بينهما يخلق ما يشاء والله علي كل شي قدير ۞

In Nomine Dei Miſeratoris Miſericordis.

1. O Qui crediderunt, ſatisfacite pactis. 2. Licitum eſt vobis brutum pecorum, præterquam quod legitur vobis illicitum venationis, cùm vos eſtis in *a* ſacra peregrinatione: nam Deus decernit id, quod vult. 3. O qui crediderunt, ne licita faciatis ſacraria Dei, neque menſem Haram *(ideſt ne violetis ea venando, vel præliando in ipſis,)* neque munus *(ideſt pecus quod defertur ad immolandum in Mecca)* neque appenſoria *(ideſt ramos ſeu alia, quæ appenduntur eidem pecori, ut ſit ſecurum in itinere)* neque tendentes ad domus Haram *(ideſt Templum Meccæ,) qui* quærunt abundantiam a Domino ſuo *per mercaturam*, & beneplacitum *ejus*. Cùm autem *b* abſolveritis peregrinationem; tunc venamini.

a peregrinantes.

b ſolveritis.

Et ne

Et ne impellat vos odium quorumdam, eò quòd excluſerint vos ab Oratorio Haram, ut prævaricemini *contra eos pugnando in menſibus ſacris*; & adjuvetis vos invicem contra juſtitiam; & pietatem; & non adjuvetis vos invicem contra iniquitatem, & prævaricationem. Timete itaque Deum: nam Deus vehemens eſt in puniendo. 4. Prohibetur vobis morticinum, & ſanguis, & caro porci, & quod immolatum eſt alii, quàm Deo: & ſuffocatum: & quod occiſum eſt percuſſione: & quod cadens ab alto mortuum eſt; & quod cornu ictum interiit; & quod comedit fera: (exceptis iis, quæ *adhuc viva reperientes, vos ipſi* mactaveritis:) & quod immolatum fuerit *a* ſimulacris. Quòd verò exquiratis partitionem (*ideſt ſortitionem rerum*) per ſagittas, hoc illicitum eſt. Hodiè *b* væ illis qui receſſerunt à religione veſtra. Ne ergo timeatis eos: ſed timete me. Hodiè perfeci vobis religionem veſtram, & complevi ſuper vos gratiam meam: & placuit mihi *tradere* vobis *c* religionem Eslam. Porrò qui neceſſitate adactus fuerit ob famem *manducare aliquid ex rebus ſuperiùs prohibitis*, non intendens ad peccatum, (ideſt ſine intentione aut voluntate peccandi) certè Deus *erit illi* indulgens, miſericors. 5. Petent à te quid licitum factum ſit ipſis? Reſponde: Licita facta ſunt vobis bona: & quod docueritis ex animantibus venaticis in modum canum (*ideſt quod captum fuerit ab hujuſmodi animantibus*,) docentes ea animantia ex eo, quod docuit vos Deus. Comedite igitur ex eo, quod apprehenderint vobis: & commemorate nomen Dei ſuper illud: & timete Deum, quia Deus velox eſt in computando. 6. Hodiè licita facta ſunt vobis bona: & cibus eorum, quibus datus fuit Liber, licitus eſt vobis: & cibus veſter licitus eſt eis. Et ingenuæ ex fidelibus, & ingenuæ ex iis, quibus datus fuit Liber ante vos, *licitæ ſunt vobis ad conjugium*, poſtquam dederitis eis dotes earum: *dummodò pudici ſueritis cum illis*, neque ſcortatores *earum fueritis*, neque *d* habueritis *eas* in amicas, *impudicè cum eis verſantes*. Qui autem abnegaverit fidem, jam porrò vanum erit opus illius: & ipſe in futuro ſæculo erit ex pereuntibus. 7. O qui credidiſtis! cùm ſteteritis ad orandum, (ideſt cùm volueritis orare) abluite facies veſtras, & manus veſtras uſque ad cubitum: & perfricate *fruſto cilicino* capita veſtra, & pedes veſtros uſque ad talos: & ſi fueritis immundi ex coitu purificamini. Et ſi fueritis ægroti, vel in itinere; aut venerit aliquis veſtrum à latrina; aut contrectaveritis mulieres; neque inveniatis aquam: accipite ad purificationem pulverem bonum & confricate facies veſtras, & manus veſtras illo. Non vult Deus imponere vobis ullam difficultatem; ſed vult purificare vos, & perficere gratiam ſuam ſuper vos, ut vos gratias agatis *illi*. 8. Et mementote gratiæ Dei ſuper vos, & pacti ejus, quod pepigit vobiſcum, cùm dixiſtis *Mahumeto*, *quandò inauguraſtis eum*: Audivimus & obedivimus (*ideſt audiemus & obediemus.*) Timete itaque Deum: nam Deus *e* novit id, quod eſt in pectoribus. 9. O qui crediderunt! eſtote ſtantes Deo teſtes cum juſtitia: & ne inducat vos odium aliquorum, ne juſtè agatis. Juſtè agite hoc erit magis affine pietati: & timete Deum; quia Deus inſtructus plenè eſt de eo, quod operamini. 10. Promiſit Deus iis, qui crediderint, & fecerint recta, *fore* ipſis indulgentiam, & mercedem magnam. 11. Qui verò increduli fuerint, & mendacii inſimulaverint ſigna noſtra, illi erunt *f* habitatores inferni. 12. O qui crediderunt! mementote gratiæ Dei ſuper vos, cùm g decreviſſent quidam (*ideſt Coraiſitæ*) extendere contra vos manus ſuas: & *ipſe* cohibuit manus eorum à vobis. Et timete Deum: & in Deo confidant fideles. 13. *h* Et jam quidem iniit Deus pactum cum filiis Iſrael: & conſtituimus ex eis duodecim duces. Et dixit Deus; Certè ego ero vobiſcum. Profectò ſi obſervaveritis orationem, & dederitis eleemoſynam, & credideritis in Legatos meos, & opem tuleritis eis, & fœnerati fueritis Deo fœnus pulchrum (*ideſt expenderitis pecunias pro religione ejus:*) utique expiabo vos à malis veſtris; & certè introducam vos in hortos, ſubtus quos emanant flumina. At verò qui incredulus fuerit poſt hoc ex vobis, jam porrò erravit ab æquitate ſemitæ (ideſt à fide vel juſtitia). 14. Propterea verò quòd ipſi infregerunt pactum ſuum, malediximus eis, & fecimus corda eorum dura:

a ſuperſtatuas.

b miſerum eſt illis, qui increduli deſciverunt à religione veſtra.

c Eslam religionem.

d acceptores *earum*.

e cognoſcens *eſt* eſſentiam pectorum.

f ſocii.

g anxiè cogitaſſent.

h accepit Deus pactum filiorum.

amovent ſermonem à locis ſuis *(ideſt depravant verba ſacræ ſcripturæ, quæ prædicunt Mahumetum)* & obliti ſunt partem *a* eorum, quæ illis commemorata fuerant *in Pentateucho circa Mahumetum*: & non ceſſabis manifeſtare fraudem eorum, exceptis pauci ex illis. Sed ignoſce illis, & indulge, quippe Deus amat beneficos. 15. Et ex iis, qui dicunt: nos ſanè ſumus Chriſtiani, *b* inivimus pactum cum illis: ſed obliti ſunt partem *c* eorum, quæ commemorata ſunt eis *in Evangelio*: quamobrem ſuſcitavimus inter eos inimicitiam & odium uſque in diem reſurrectionis: & mox enarrabit illis Deus id, quod fuerint operati. 16. O Scripturales: jam venit ad vos legatus noſter, manifeſtat vobis multa ex eo, quod abſcondebatis de Libro, & condonat multa. 17. Jam venit vobis à Deo lux, & liber manifeſtus. 18. Diriget per eum Deus illum, qui ſecutus fuerit beneplacitum ipſius, in ſemitas pacis: & educet eos de tenebris in lucem per voluntatem ſuam: & diriget eos in viam rectam. 19. Jam porrò infideles fuerunt illi, qui dixerunt: utique Deus eſt Chriſtus filius Mariæ. Dic *illis*. Et quis obtineret quidquam à Deo, ſi vellet perdere Chriſtum filium Mariæ & matrem ipſius, & eos, qui ſunt in terra univerſos, *ideſt quis poſſet eum impedire, ne hoc faceret?*

a ex eo, de quo commoniti ſunt.

b accepimus pactū eorum.

c ex eo, de quo præmoniti ſunt.

NOTÆ.

DUplex Suræ hujus titulus reperitur, nimirùm المايدة *Menſa*, & hic eſt communior & العقود *Pacta* ſeu conventiones. Prior reſpicit figmentum, quod in hac Sura habetur, de Menſa quadam, quam Chriſtus deſcendere fecit ad Apoſtolos è Cœlo. Poſterior verò deſumitur ab eadem dictione العقود quæ in primo verſiculo reperitur: & hoc ad imitationem Hebræorum, qui non rarò ſacrorum librorum titulos à prima libri dictione deſumunt. Conveniunt omnes, Suram eſſe Medinenſem, & centum viginti verſus continere. De præmio lectoris hæc Zamchaſcerius سورة من قرء المايدة أعطى من الاجر عشر حسنات ومحى عنه عشر سيّات ورفع له عشر درجات بعدد كل يهودى ونصرانى يتنفس فى الدنيا: *qui legerit Suram Menſæ, habebit pro mercede decem bona, & delebuntur ab eo decem mala, & elevabuntur ei decem gradus pro numero ſingulorum Judæorum & Chriſtianorum, qui reſpirant in hoc mundo.*

II *Brutum pecorum*]. Arabicè بهيمة الانعام exponit Gelal. الابل والبقر والغنم *Cameli, boves & oves*: quæ & alia hujuſmodi licet comedere. Prohibentur autem ea, quæ venando capta ſunt in ſeptis Meccanis, tempore peregrinationis.

III *Neque munus*]. Arabicè الهدى Erat ovis, quæ ducebatur ad Meccam, ut ibi immolaretur; & foliis ſeu ramuſculis arborum tanquam ſertis ornabatur, ut quilibet agnoſceret rem eſſe Deo dicatam.

IV. *Partitionem per ſagittas*]. Erat hoc genus ſortilegii illiciti, extrahendo ſagittas ad ſortem. Carebant autem pinnis & cuſpide: & ut ait Gelal. كانت سبعة عند سادة الكعبة عليها اعلام وكانوا يجيلونها فان امرتهم ايتمروا وان نهتهم : *erant ſeptem, & ſervabantur apud Antiſtites templi Meccani. Et habebant quaſdam notas, ſeu ſigna: & vivificabant eas* (ſeu ſpiritum immittebant in eis) *quòd ſi præcepiſſent iiſdem Antiſtitibus aliquid* (ideſt ſignificaſſent eis per motum, ſeu verba aliquid faciendum), *id faciebant: ſi autem prohibuiſſent, ab eo abſtinebant.*

Hodiè perfeci vobis religionem veſtram]. Explicat Gelal. احكامه وفرايضه فلم ينزل بعدها حلال وحرام: *judicia & ſtatuta religionis abſolvi. Ideò poſteà nihil aliud conceſſum, vel prohibitum fuit.*

Et complevi ſuper vos gratiam meam] Exponit Gelal: وقيل بدخول مكة امنين *dicta ſunt hæc, quandò Mahumetani ingreſſi ſunt Meccam ſecuri.*

Comedite ex eo, quod apprehenderint vobis] Gelal. وان قتلته بان لم ياكلن منه: *licèt illud occiderint, dummodò nihil comederint ex eo.*

Invocate nomen Dei ſuper illud] Nimirùm ut exponit Gelal: عند ارساله *cùm animalia venatica laxatis ad illud capiendum.*

VI. *Bona*] Arabicè الطيبات nimirùm cibi omnes ſalubres, & palato ſuaves.

Et cibus eorum, quibus datus fuit liber]. Explicat Gelal: اى ذبايح اليهود والنصارى ideſt immolata à Judæis, & Chriſtianis.

VII. *Si fueritis ægroti*]. Quibus ſcilicet noceat aqua.

VIII. *Audivimus, & obedivimus*] Præteritum vim habet futuri, ad indicandam promptitudinem, & celeritatem obedientiæ. Erat autem hæc formula præſtandi fidelitatem Principi, dum inauguraretur.

XVI. *Manifeſtat vobis multa*]. Gelal كاية الرجم وصفته: *ſicut verſiculum de lapidandis adulteris; & prædicatum ejus*, nempè Mahumeti ideſt vaticinia de illo.

REFU-

REFUTATA.

I. Licèt verum sit id, quod dicit Mahumetus: *Deus judicat id, quod vult*: judicia tamen ejus, ut ait David, *vera sunt, & justificata in semetipsis*. Prohibuit sanè Deus, ut diximus, sanguinem filiis Noe & animalia multa filiis Israel; sed non temerè & sine magno mysterio. Certum autem est, nihil horum prohibitum fuisse, quia esset per se, & ex natura sua malum: Deus enim *vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona*. Alioquin non solùm Israelitis, aut posteris Noe, sed etiam primis parentibus hæc eadem prohibuisset. Neque quia corporeæ saluti noxium, vel palato insipidum foret: nam ex iis, quæ Deus concessit, quædam insalubriora, & insipidiora sunt illis, quæ prohibuit. Quis enim neget leporem meliorem esse locusta? Mysterium itaque in hoc, ut in aliis, debemus agnoscere, sine quo, non pauca quæ in lege Moysi continentur, parùm divinæ majestati consentanea possent existimari. Hæc enim tanquam symbola & figuræ rerum sub Messia futurarum proponebantur, juxta illud S. Pauli: *Omnia in figura contingebant illis* 1. ad Corinth. cap. 10. Hæc scilicet erant *mirabilia, quæ in lege Dei considerabat* David psal. 118. Alioquin si tantùm verborum, præceptorumque superficiem sectemur, difficulter mirabilia hæc inveniemus, vel agnoscemus. Quid, quæso, mirabile est, Deum interdixisse, ne quis sanguine, aut carne suilla, vel leporina vesceretur? Vel ne quis alligaret os bovi trituranti? vel ne coqueret hædum in lacte matris suæ? vel ne pullos tollens è nido, pullorum quoque matrem caperet? Quid opus erat propterea, ut David Deum rogaret, dicens; *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua? Et: Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam?* psal. 118. Indicabant hæc omnia, ut jam dixi, sub figurarum tegmine, ea quæ palam docturus, & facturus erat Messias. Quamobrem ubi ille venit, ut loquitur Alcoranus بالحق *cum veritate*, quid ampliùs opus est umbris & figuris? Mahumetani ipsi ex doctrina Alcorani fatentur, hanc ciborum mundorum & immundorum differentiam Christum auctoritate divina sustulisse. Cur ergo nobis eam ingerit, & obtrudit Mahumetus? Cur etiam tot animalia, quæ Deus tanquam immunda prohibuerat, suis asseclis velut munda concedit, & pauca tantummodò interdicit? Cur suem vetat, & camelum permittit, cùm Deus utrumque æquè prohibuerit? Nimirùm suem, tanquam corporeæ saluti noxium ab Arabibus rejici videbat, camelum verò valdè in usu apud eos esse non ignorabat: quamobrem ex eorum genio & gustu leges sanciebat. Morticinum item & sanguinem ad eamdem regulam interdixit. Immolata verò, seu mactata à Judæis & Christianis, & eorumdem fœminas nequaquam suis prohibuit, quæ tamen prohibere omnis ratio suadebat. Naturæ enim lumine patet, non posse sine magno piaculo, & periculo homines diversæ religionis inter se conjugia contrahere: quamobrem Deus filiis Israel hujusmodi conjugia, & commercia severissimè interdixit. De hac permissione matrimoniorum Mahumetanorum cum Judæis & Christianis vide Prodr. p. 4. cap. 26. pag. 72. Et similiter de hac Mahumeti circa cibos licitos & illicitos sanctione vide Prodr. p. 4. c. 16. pag. 40.

II. Iterùm purificationes, & ablutiones suis inculcat: quas adeò necessarias existimat, ut, si desit aqua, jubeat eos pulvere ad manus, faciem, & obscœna abstergenda adhibere: quod quàm vanum, ac ridiculum sit, nemo non videt, & nos superiùs etiam demonstravimus.

III. Fingit pactum quoddam, quod Deus cum filiis Israel inierit, de certis precibus, & eleemosynis, de credendo in legatos, quos erat missurus, de pecuniis in bellum pro religione expendendis. Sed hujusmodi pactum nunquam & nusquam in Pentateucho, vel alibi reperitur, & filii Israel illud prorsùs ignorant: & ex putido tantùm Mahumeti cerebro profilivit.

IV. Iterùm Judæos & Christianos ob sublata in Pentateucho & Euangelio de Mahumeto vaticinia redarguit. Sed quàm impudens mendacium hoc sit, jam superiùs demonstravimus.

V. Negat Christum esse Deum, quia si Deus vellet perdere Christum, & Matrem ejus, nemo posset eum prohibere. Verissimum hoc est, si de Matre Christi, & de Christo ipso, quatenùs homo est, loquamur. Quatenùs autem Deus est, non potest illum Deus destruere, quia destrueret seipsum.

Quoniam verò, ut superiùs diximus, totus Dæmonis conatus fuit per Alcoranum, & Mahumetum Christi divinitatem abolere, quod per Arium & Arianos minùs feliciter ei successerat: ideò statui hoc loco eamdem divinitatem contra Mahumetanos pro meis viribus, Deo adjuvante, propugnare. Et quamvis ex eo, quòd Christus sit verus & naturalis Filius Dei (talem autem esse jam superiùs etiam ex ipsius Alcorani & Mahumetanorum testimoniis ostendi) manifestè sequatur illum esse Deum: aliis tamen rationibus, & testimoniis, quibus Moslemi respondere non possint, hoc ipsum probabo. Sed primùm eorumdem Moslemorum contra hoc Christianæ fidei dogma argumentis respondebo, prætermissis illis, quæ habentur in Alcorano, quibus singillatim, ubi ad ea pervenero, satisfaciam. Interim videatur Prodr. p. 3. cap. 11. & seq. pag. 32. ubi Christi Divinitas fusissimè propugnatur.

§. 1.

Argumenta Moslemorum contra Christi divinitatem.

AHmedus filius Abdhalhalimi p. 2. Apolog. contra Christianam religionem, ex eo, quòd Jacobitæ comparent unionem humanitatis, & divinitatis in Christo cum mixtione lactis & aquæ: Melchitæ verò, seu Græci cum unione ferri & ignis, & animæ cum corpore: probare nititur, vel in Christo non fuisse naturam divinam, vel passam fuisse simul cum natura humana. Verba illius Arabica latinè fideliter reddo. *Certum est* (inquit) *nihil pertingere ad aquam, quod non pertingat ad lac cum ea mixtum: non enim distinguitur unum ab alio. Et ita ignis, qui est in ferro, penetrat totum ferrum, & conjungitur illi, ita ut quidquid accidit ferro, participetur ab igne. Corpus etiam cùm percutitur & torquetur, dolor percussionis, & cruciatus sentitur ab anima. Exigit igitur veritas harum similitudinum, ut quod evenit humanitati de injuriis, tormentis, & crucifixione Judæorum, quam ipsi credunt, evenerit etiam humanitati. Et hoc necessariò exigit ratio unionis: nam si in unione id, quod contingit uni unito non participetur ab altero, jam non erit unio, sed numerica dispositio.*

Sed respondemus, in comparationibus non exigi adæquatam veritatem rei comparatæ ad illam, cum qua comparatur: sufficit enim, ut verificetur id, quod præcipuè intenditur probari. Optimè congruunt tres propositæ similitudines, quatenùs sicut in lacte aquæ commixto nulla pars aquæ sensibilis potest assignari, quæ non sit lacti conjuncta: & in ferro ignito nulla pars ferri, cui non sit adjunctus ignis; nulla etiam pars in corpore humano, quæ non informetur ab anima: ita nulla pars humanitatis Christi erat sive in corpore, sive in anima, quæ non esset unita divinitati. At verò dici non potest quòd quidquid uni parti unitæ eveniret, eveniret etiam alteri: neque enim hoc erat necessarium: imò falsum est absolutè hujusmodi principium, quòd quidquid uni parti unitæ evenit, debeat necessariò etiam alteri evenire. Pro qua re notandum est, duplici modo fieri posse duarum rerum unionem. Primò, itaut ex duobus fiat unum tertium, & nihil formaliter remaneat de utroque unito. Et in hoc casu, verè quidem, sed impropriè dicetur: Quidquid evenit uni unito alteri etiam convenire. Dixi impropriè, quia jam non sunt duæ res formaliter distinctæ, sed una tantùm. Porrò unio humanæ divinæque naturæ in Christo, non fuit hujus generis, ut impiè asserebat Eutyches, & assectæ illius. Secundo modo fieri potest unio duarum rerum, itaut formaliter unaquæque retineat suum esse: & talis est unio lactis, vel vini cum aqua; ignis cum ferro: & animæ cum corpore. Quòd enim hæc retineant suum esse quantumvis unita, patet, quia possunt ab invicem separari etiam post unionem, ut docet experientia. In hoc verò secundo genere unionis, falsum est, quidquid contingit uni parti unitæ, debere etiam alteri contingere. Nam certum est multa corpus afficere, quæ nihil afficiunt animam & è converso. Neque etiam dubitandum est, vinum, vel lac, licèt cum aqua mixtum, recipere posse ab extrinseco agente aliqua accidentia, quæ non recipiat aqua. Et licèt aliquis pervicaciter assereret in unione duarum rerum materialium, præsertim symbolarum, ut aquæ & vini verificari illud principium: non tamen esset par ratio in unione duarum rerum, quarum altera esset materialis, altera verò immaterialis, cujusmodi sunt humanitas, & divinitas Christi. Ita licèt Deus sit intimè unitus, & præsens omnibus rebus, non tamen obnoxius est accidentibus, & passionibus earumdem rerum.

Postremò similitudines illæ sunt tantummodò ad exprimendam maximam, & perfectissimam unionem naturæ divinæ cum humana in Christo: non autem ad omnia, quæ illis conveniunt verificanda.

II. Arguit idem contra Christi divinitatem ex eo, quòd Christus à Judæis crucifixus, auxilium Dei imploraverit verbis illis; Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me? *Et ipsi asserunt* (inquit) *illum, cujus audiebant homines vocem, fuisse divinitatem: & divinitatem & humanitatem esse personam unam. Et quidam eorum dicunt unam esse utriusque voluntatem, & naturam unam. Et sermo quidem est in voluntate loquentis: unde necessariò sequitur, ut is, qui loquitur sit precans, & auxilium petens: & denique qui crucifixus est, sit divinitas, quæ simul auxilium petit, & supplicat, & simul ab ea petitur auxilium. Præterea dicunt, divinitatem & humanitatem esse personam unam. Et cum hoc, quòd sint persona una, vel est supplicans, & rogans: vel est supplicata & rogata. Si dicant rogantem esse diversum à rogato, necessariò sequitur, ut sint duo, non unus. Si verò dicant, utrumque esse unum & eumdem: idem erit rogans & rogatus.*

Ex hac Doctoris Mahumetani ratiocinatione patet, hominem animalem, non percipere ea, quæ sunt Spiritus Dei. Quamobrem instruendus est, & faciliori qua fieri possit ratione erudiendus. Respondemus igitur, Filium Dei, vel Deum incarnari, nihil aliud esse, quàm illum assumere naturam humanam, eamque in sua persona unire cum natura divina, cum qua eadem persona realiter identificatur: & hoc sine ulla prorsùs mutatione in ipso Deo, & ejus persona vel natura. Sciendum tamen hanc unionem ex parte Verbi divini non esse factam immediatè in natura seu essentia, sed in persona: itaut unio in Christo neque facta sit inter naturam & naturam, neque inter personam & personam, sed inter naturam & personam. Ex hac unione duarum naturarum in una persona vel suppositо, constituitur Christus, qui propterea habet unicam personam, seu suppositum divinum; & duas naturas, divinam & humanam. Unicuique autem naturæ remanet sua voluntas, suæque proprietates, itaut in Christo sint duæ voluntates, divina scilicet & humana: & ita duo intellectus &c. Et licèt sit vera duarum naturarum

rarum unio, nulla tamen est permixtio illarum vel confusio, ut volebat Eutyches. Porrò quia actiones, & passiones dicuntur de supposito, & in Christo est unicum divinum suppositum utriusque naturæ, ideò naturæ communicant sibi mutuò actiones & passiones ratione ejusdem suppositi. Et ita verè dicimus, Deus est homo, Deus nascitur, Deus patitur, Deus moritur: idest, ille qui est Deus, nempè Christus, est homo, nascitur, patitur, moritur; non quatenùs est Deus, sed quatenùs est homo, malè tamen diceretur, divinitas est homo, nascitur, patitur, moritur, quia divinitas non includit suppositum, vel personam. Ita è converso dicimus, homo est Deus, homo est omnipotens. i. ille idem Christus, qui est homo, est etiam Deus, & omnipotens. Prætereà verè dicimus: Christus est Deus, Christus est homo: Christus est finitus, Christus est infinitus: Christus est æqualis Patri, Christus est minor Patre, & alia hujusmodi; & hoc ratione diversarum naturarum in Christo. Hoc verò non esse aliquid absurdum, vel contra divinæ majestatis reverentiam, facilè intelligemus, si consideremus, non rarò in scripturis divinis Deum assumpsisse figuram hominis, non quidem veri, sed aerei, & apparentis: & tamen sub ea figura, licèt non hypostaticè unita divinæ naturæ, prædicabantur quædam de Deo, quæ Deo revera non conveniunt, quin potiùs videntur illi indecora. E. G. quandò apparuit Abrahæ sub figura trium virorum, legitur comedisse & bibisse. Quandò item Danieli apparuit, dicitur fuisse senem longævum, & canum, & alia hujusmodi. Quid ergo magnum est, si, cùm Deus naturam suam cum humana hypostaticè univit in Christo, prædicentur de Deo ea, quæ illi ut Deo minimè conveniunt? Neque verò credant Mahumetani Christianos esse tàm bardos ac stupidos, ut putent Deum quatenùs Deus est, aliquid per Incarnationem passum fuisse, aut mutationem aliquam vel minimam in se recepisse: firmissimè enim credunt Deum esse omninò impassibilem, prorsùsque immutabilem.

Per ea quæ diximus, patet responsio ad suprapositas & alias multas objectiones nobis factas à Mahumetanis, & simul collectas ab Ahmedo, qui cùm in multis hallucinetur, in eo etiam turpiter errat, quòd commune Christianorum Orthodoxorum dogma cum peculiaribus quorumdam hæreticorum sententiis confundit. Nam licèt Eutyches & Dioscorus unam tantùm in Christo naturam ex unione divinæ & humanæ conflatam posuerint: Nestorius verò duas personas in eodem constituerit: Severus autem Antiochenus cum Monothelitis, seu Monophisitis, unam tantùm esse in Christo voluntatem asseruerint: Christiani tamen cæteri communiter, unam tantùm in Christo personam divinam, duas verò naturas & duas voluntates & operationes, divinam & humanam firmissimè profitentur. Quamobrem non est, quòd miretur Ahmedus, si idem Christus erat rogans & rogatus: rogabat enim in eo natura & voluntas humana naturam & voluntatem divinam. Quid verò mirum est hoc, cùm David psal. 41. rogaret quodammodò & precaretur se ipsum illis verbis? *Ad me ipsum anima mea conturbata est. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo &c.* In nobis etiam crebrò experimur eamdem voluntatem secum ipsam pugnare, seque hortari ac movere ad id, quod ipsamet refugit ac renuit. Idem etiam intellectus hominis cognoscens seipsum, est simul cognoscens & cognitus. Quid ergo mirum, si hoc eveniat in duabus voluntatibus & duobus intellectibus distinctis, quamvis in eodem supposito simul unitis?

Neque verò hinc sequitur aliquid divina Majestate indignum, quòd nimirùm ea, quæ de humana natura ratione ipsius naturæ predicantur in Christo, tribuantur divinæ naturæ ratione divini suppositi: imò maxima hinc illius erga homines dignatio & pietas manifestè dignoscitur, qui propter æternam eorum salutem, voluit humanitatem illam, quam hypostaticè assumpserat, talia pati; licèt ipse revera quoad divinitatem nihil pateretur. Quòd si Mahumetanis arduum videtur vel absurdum, quòd talia non quidem Divinitati, ut falsò nobis imponit Ahmedus, sed Deo tribuantur: meminerint magis fortassè indigna illi tribui in Sacris Scripturis, hominum causa: ut patet in Creatione Adæ: & in iis verbis Genes. cap. 5. quæ dicuntur de Deo: *Tactus dolore cordis intrinsecùs dixit: Pœnitet me fecisse hominem*: & in iis, quæ Isaiæ cap. 1. dicit Deus ipse Judæis: *Kalendas vestras, & solemnitates vestras odivit anima mea: facta sunt mihi molesta: laboravi sustinens*: & cap. 43. *Verumtamen servire me fecisti in peccatis tuis: præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis*. Et alia hujusmodi, quæ videntur prorsùs divina Majestate indigna.

III. Ita contra nos objicit Adversarius: *Necesse est homines præditos intellectu retrahi à propria ipsorum conscientia à cultu illius Dei, quem peperit Maria mulier de genere Adæ: qui moratus est in terra triginta annos, subjectus omnibus humanis necessitatibus cibi ac nutritionis, prosperæ, adversæque valetudinis, timoris, fiduciæ, ignorantiæ, & scientiæ. Non potestis ostendere, quòd toto illo tempore apparuerit ab eo aliquod argumentum divinitatis, neque quòd non fuerit obnoxius omnibus humanis necessitatibus, indigentiæ, solicitudinibus, tentationibus & vicissitudinibus. Deindè post tam longum tempus publicavit id, quod sibi præceptum fuerat à Deo, ostendens se esse Prophetam, & fecit signa & prodigia illustria per virtutem Dei excelsi. Fuerunt autem alii ex Prophetis, qui fecerunt similia miracula, & etiam alia majora. Vixit autem in hoc statu minùs, quàm tres annos: deindè habuit eum finem, quem vos dicitis, asserentes captum fuisse, flagellatum, injuriis affectum, crucifixum & occisum. At estne ullus intellectus capax illius, quod vos dicitis, quòd scilicet Deus passus sit à Servis suis aliquid simile ei, quod vos ab illo toleratum fuisse affirmatis?* (Et paucis interjectis prosequitur.) *An verò fuit aliquis, quem invaserit tantus timor, pavor, anxietas, & perturbatio animi? Et tamen ipse supplicaverit Deo, ut posset liberari ab eo, quod sibi acciderat, quemadmodùm narratur in Euangelio, ipsum*

de ſe confeſſum fuiſſe. Et quidem invenimus in hiſtoriis, quanta paſsus ſit Georgius, unus ex iis, qui profeſſi ſunt fidem Chriſti, per necem, combuſtionem, & ſectionem, itaut nullum hominem audierimus talia paſsum fuiſse. Plurimi etiam ex diſcipulis ejus atrocia tormenta, & mortem paſſi ſunt, eò quòd reges inimici vellent eos cogere ad deſerendam fidem, & amplectendam infidelitatem, quam ipſi profitebantur: & tamen ſuſtinuerunt omnia patienter & conſtanter, nec fugerunt mortem cùm poſsent, relinquendo regionem in qua erant, & tranſeuntes in aliam, ſeque abſcondendo & occultando. Nec aliquid unquam præſetulerunt de timore & pavore, quem ille oſtendit: & tamen erant homines ſectatores illius: nam allevabat eis id, quod patiebantur, virtus, qua Deus eos roborabat.

Sed reſpondemus eodem modo, quo ſuperioribus objectis: nimirùm, ideò dici Deum natum ex Virgine Maria, humanis neceſſitatibus, & viciſſitudinibus ſubjectum, paſſum, crucifixum, ac mortuum fuiſſe, quia humanitas illa, cui hæc omnia contigerunt, erat hypoſtaticè unita cum natura divina: nec tamen divinitas ipſa aliquid ex his patiebatur: neque hinc ſequitur aliquid Deo indignum; immò maxima illius dignatio erga homines dignoſcitur, qui propter æternam eorum ſalutem voluit humanitatem illam, quam hypoſtaticè aſſumpſerat, talia pati: itaut propter unionem illam perſonalem, ſibi tribuerentur quæcunque homini, vel humanitati illi evenirent, licèt ipſe revera nihil pateretur, aut mutaretur. Ita de uno homine, qui duplicem perſonam, publicam ſcilicet & privatam ſuſtinet, prædicamus indifferenter ea, quæ conveniunt utrique perſonæ: imò & de una perſona ea, quæ conveniunt alteri, quia ſcilicet omnes perſonæ, ſeu officia ſunt in uno eodemque ſubjecto. Dicimus enim v. g. Ahmedus eſt Imperator, & Imperator eſt Ahmedus, quamvis Ahmedus ut Ahmedus non ſit Imperator, neque Imperator ut Imperator ſit Ahmedus. Ita de eo, qui ſimul eſt & Rex & Sacerdos, ſeu Pontifex, dici poteſt: Rex offert ſacrificium Deo, & Pontifex ducit exercitum contra hoſtes: ille nimirùm, qui eſt Rex offert ſacrificium, non quatenùs eſt Rex: ſed quatenùs Pontifex: & ille qui eſt Pontifex ducit exercitum contra hoſtes, non quatenùs Pontifex ſed quatenùs Rex.

Ad illud verò, quod objiciebat Adverſarius de timore tàm vehementi, quem Chriſtus oſtendit ob propinquam mortem, cùm S. Georgius, aliique quamplures martyres Chriſti diſcipuli tantam conſtantiam in ſuppliciis, ac nece ipſa præſetulerint: facilè reſpondetur, Chriſtum ultrò timorem illum & angorem in ſe admiſiſſe, cùm potuiſſet ab illo ſe eximere, & mortem, crucemque effugere. Id patet manifeſtè, quia Petrum volentem ipſum ab inimicis defendere, prohibuit illis verbis: *Mitte gladium tuum in vaginam: nonne poſsum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò pluſquam duodecim legiones Angelorum?* præterea qui diſcipulis ſuis dabat robur & fortitudinem ad ſupplicia alacriter perferenda, ut ipſemet in Euangelio promiſerat Lucæ cap. 21. illis verbis: *Ego dabo vobis os & Sapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes adverſarii veſtri*: poterat etiam roborare ſe ipſum, ſed non fecit quia noluit: noluit autem, ut magis pro hominum ſalute pateretur. Quandò autem voluit, robur oſtendit, ultrò obviam procedens iis, qui eum comprehenſuri adveniebant.

Ad illud, quod addit Adverſarius, Chriſtum obnoxium fuiſſe humanis neceſſitatibus, ac defectibus, præſertim ignorantiæ & adverſæ valetudinis, & præterea tentationibus Satanæ; breviter reſpondeo, eum illis tantùm neceſſitatibus, viciſſitudinibus, & infirmitatibus obnoxium fuiſſe, quæ communes ſunt toti naturæ humanæ generatim ſumptæ, non autem iis, quæ reperiuntur in ſingulis hominibus in particulari: neque quæ culpam propriam, aut intemperantiam, aut defectum virtutis formativæ, aut deordinationem ſupponunt, cùm eſſet perfectiſſimæ conſtitutionis, & in omnibus rebus ſuis temperatiſſimus & ab omni exceſſu alieniſſimus. Quæ autem ſunt effectus culpæ originalis, omnibuſque communes, non autem propriæ ipſius naturæ, Chriſtus, cùm originali culpa careret, non contraxit ex neceſſitate, ſed voluntariè aſſumpſit, ut pro nobis magis pateretur.

Ignorantia verò in eo nulla propriè fuit, quia ut Deus, omnia ſciebat: ut homo autem habebat ſcientiam infuſam rerum omnium, quæ ad ipſius ſtatum, & officium pertinebant, quatenùs erat caput hominum, & Angelorum, rerumque omnium Dominus, & Judex futurus univerſorum.

Tentationes exteriùs tantùm expertus eſt à Satana, ſed non interiùs à carne, cùm à fomite, ſeu inclinatione ad culpam eſſet prorsùs immunis.

Quòd verò dicat, illum per triginta annos nullum argumentum oſtendiſſe divinitatis ſuæ, falſum prorsùs eſſe, etiam ex communi ſententia ipſorum Mahumetanorum, mox videbimus.

Neque abſolutè concedimus aliquem ex Prophetis feciſſe miraculum majus miraculis Chriſti. Quamvis etiamſi id concederemus, nihil faceret contra nos, cùm Chriſtus ipſe dixerit Joannis cap. 14. *Qui credit in me, ſigna, quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora horum faciet.* Neque per hoc inferri poteſt aliquem Chriſti diſcipulum illo majorem fuiſſe: cùm omnia miracula ſive parva, ſive magna fieri non poſſint niſi per virtutem Chriſti.

Sed in ſequentibus pleniùs ſatisfiet his Mahumetanorum objectis, & præſertim circa Chriſti ſcientiam, quam in illo rerum omnium fuiſſe, abſque ulla earum ignorantia, Sacræ literæ evidentiſſimè teſtantur.

§. 2.

Argumenta contra Chriſti divinitatem è Sacris Scripturis à Mahumetanis petita.

PLura congerunt Mahumetani è ſacris ſcripturis, præſertim verò ex Euangelio, contra Chriſti divinitatem argumenta, quæ ab Ahmedo fuſiùs expoſita, breviter hìc recenſebo.

Primò:

Primò: Angelus non dixit Mariæ: *Ille quem paries, eſt Creator, & Deus tuus.*

Reſpondeo: A propoſitione, quæ aliquid tacet, vel non affirmat, non poſſe fieri illationem ad illud abſolutè negandum. Hùc accedit, dum Angelus vocat illum Filium Altiſſimi, etiam Deum, & Creatorem implicitè confiteri. Licèt enim Angelus non dixerit, illum, quem Virgo paritura erat, eſſe Creatorem, & Deum illius, non tamen ſequitur illum non eſſe talem.

II. Angelus vocavit eum filium David.

Reſpondeo: revera Chriſtus ut homo fuit filius David: quemadmodùm ut Deus fuit Filius Dei.

III. Dixit Angelus eum futurum regem ſuper progeniem Jacob, non autem ſuper orbem univerſum.

Reſpondeo ut ſuprà. Licèt hoc ſecundum non dixerit, non tamen negavit, aut propterèa minùs verum cenſendum eſt. Prætereà manifeſtum erat ex Sacris litteris, eum, qui fuiſſet Rex ſuper progeniem Jacob, nempè Meſſiam, regnaturum etiam eſſe ſuper omnes gentes, ut patet ex pſalmo 2. Et quemadmodùm referunt Suetonius, Tacitus, & ipſe Joſeph Hebræus, vulgatum erat hoc per totum Orientem.

IV. Alii vocati ſunt filii Dei, nec tamen propterèa fuerunt Deus.

Reſpondeo negando paritatem: nam de Chriſto habemus aliunde ex ſacris litteris eſſe Filium Dei unicum, & naturalem: alios verò per adoptionem, ſeu gratiam tantummodò. Hinc eſt, quòd cùm Filius Dei dicitur de Chriſto, in textibus Græcis ſemper ponitur cum articulo ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Arabicè الابن & Hebraicè הבן ut pateat ratione prorsùs diverſa, Chriſtum Filium Dei appellari, ac cæteros, qui hoc nomine vocati ſunt. Sed de hoc inferiùs redibit ſermo.

V. Chriſtus vocatus fuit à Deo *Electus*, cùm audita eſt vox de Cœlo à Joanne in Jordane: Hic eſt Filius meus dilectus, quem elegi. Sed electus, eſt quid paſſivum, & oſtendit rem creatam: ergo Chriſtus non eſt Deus, ſed ſervus Dei.

R. Apud omnes Euangeliſtas haberi non, *quem elegi:* ſed, in quo mihi benè complacui. Verùm concedimus & nos Chriſtum à Deo electum fuiſſe, non quoad divinitatem, ſed quoad humanitatem.

VI. Chriſtus eguit baptiſmate Joannis: ergo non fuit Deus.

R. Chriſtum non eguiſſe baptiſmate Joannis, ſed ſponte illum ſuſcepiſſe, ut oſtenderet perfectiſſimæ humilitatis exemplum, & ob alias cauſas ſibi notas.

VII. Joannes vir tantus apud Deum, & prædicatus à Chriſto excellentiſſimus omnium prophetarum; & qui audierat in Jordane vocem cœlitus delapſam, dubitat de Chriſto, quis ſit.

R. Non potuiſſe Joannem dubitare quis eſſet Chriſtus, cùm audiſſet è Cœlo vocem illam Dei: *Hic eſt Filius meus dilectus*: ut ſupponit etiam Adverſarius; & id conſtat ex aliis quoque Euangelii locis: ſed voluiſſe diſcipulos ſuos teſtes eſſe oculatos divinitatis illius. Itaque miſſio illa & interrogatio diſcipulorum Joannis non fuit propter Joannem, ſed propter diſcipulos ejus, qui de Chriſti divinitate fortaſsè ambigebant.

VIII. Chriſtus non reſpondit Joanni, ſe eſſe Deum, vel Dominum, vel Creatorem: imò præmonuit diſcipulos ejus ne errarent, & ſcandalum paterentur in perſona ſua.

R. Ea quæ Chriſtus fecit coram diſcipulis Joannis, ſatis oſtendere, illum fuiſſe Deum, Dominum, & Creatorem. Neque verò ex eo, quòd Chriſtus non dixerit hoc, propterèa negavit: & aliundè habemus illum talem fuiſſe ex verbis ipſius. Eorum verò verborum: *Et beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me*, non eſt ſenſus: Beatus qui non erraverit in æſtimando me Deum, vel Creatorem: ſed omninò oppoſitus: nimirùm. Beatus, qui videns me ita humilem, & abjectum, non deſpexerit me, neque crediderit me non eſſe verum Meſſiam, Deum ſcilicet ſimul & hominem. Hunc ſenſum exigit naturaliter locus ille: & ita ſemper intellectus & expoſitus fuit à Doctoribus Chriſtianis.

IX. Joannes nihil dixit in laudem Chriſti, quod excedat conſuetudinem etiam ſuperiorum erga inferiores. Contrà verò Chriſtus non minùs honorificè locutus eſt de Joanne, quàm Joannes de Chriſto.

R. Falſum hoc eſſe omninò, ut patet ex ipſis Euangelii verbis. Chriſtus enim dixit de Joanne; inter natos mulierum non ſurrexiſſe majorem illo: & prætereà appellavit eum Prophetam, & pluſquam Prophetam: & denique affirmavit eum eſſe Angelum, ſeu nuncium ſuum, qui viam antè ſe erat præparaturus: per quod ſine dubio oſtendit, ſe eſſe illo longè ſuperiorem. At Joannes dixit de Chriſto, eſſe Agnum Dei, qui tollebat peccata mundi: tollere autem peccata eſt proprium Dei. Prætereà vocavit illum Filium Dei, affirmans eum fortiorem eſſe ſe, factum ante ſe, & fuiſſe priorem ſe. Quæ ultima verba non obſcurè indicant illum eſſe Deum: nam Chriſtus conceptus fuit ſex menſes poſt Joannem: ergo non potuit eſſe ut homo prior Joanne, neque factus, i. genitus, ante illum. Aſſeruit prætereà, ſe non eſſe dignum, qui procumbens ſolveret corrigiam calceamentorum ejus: & alia hujuſmodi. Verùm quidquid dixerit vel Joannes de Chriſto, vel Chriſtus de Joanne, non excludit id, quod non dixit, & aliundè manifeſtè habetur.

X. Chriſtiani dicunt, Chriſtum deſcendiſſe de Cœlo, ut ſalvaret homines, & tolleret peccatum, & alligaret Satanam. At nihil horum videmus factum.

R. Hæc omnia à Chriſtianis ex ſacrarum ſcripturarum teſtimonio credi, & affirmari. Nam quòd Chriſtus è Cœlo deſcenderit, ipſemet de ſe teſtatus eſt apud Joannem dicens: *Deſcendi de Cœlo, non ut faciam voluntatem meam; & nemo aſcendit in Cœlum, niſi qui deſcendit de Cœlo, filius hominis, qui eſt in Cœlo.* Quòd attulerit ſalutem hominibus, dixit Angelus, Matthæi cap. 1. *Ipſe enim ſal-*

vum

vum faciet populum ſuum à peccatis eorum: & propterèà Jeſus, i. *Salvator* ſeu *ſalus* appellatus fuit. Quòd tolleret peccata, dixit Joannes Baptiſta illis verbis: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi*. Quòd alligaverit Satanam, i. repreſſerit vires ejus, & potentiam: patet ex parabola illa apud Matth. cap. 12. *Si autem ego in Spiritu Dei ejicio Dæmones, igitur pervenit in vos regnum Dei. Aut quomodò poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa ejus diripere, niſi priùs alligaverit fortem? & tum domum illius diripiet*. At enim non videmus hanc ſalutem: & Satanas ſolutus & violentus eſt ut priùs, & peccata non ceſſaverunt. R. hanc ſalutem eſſe Spiritualem, neque oculis corporeis videri; ſitamque eſſe in emundatione animæ à peccatis, in acquiſitione divinæ gratiæ & gloriæ æternæ: quæ omnia Chriſtus confert, legem ac præcepta ſua ſervare volentibus. Satanas porrò non ita alligatus eſt, ut nullam ampliùs habeat facultatem homines tentandi. Sed eſt ſicut canis ligatus, qui latratibus ſuis minatur, & territat tranſeuntes: non tamen mordere poteſt, niſi ſe ſe illi ultrò offerentes. Non poteſt autem negari, poſt Chriſti adventum, Dæmonis vires valdè defeciſſe, illiuſque tyrannicum regnum imminutum fuiſſe, veroſque Chriſti fideles magnam gratiam experiri, ad Satanæ illecebras rejiciendas, & conatus evincendos: licèt fortaſsè Dæmones vehementiùs illos, quàm cæteras gentes aggrediantur: quia nimirùm hos ſuos hoſtes agnoſcunt: illas verò, tanquam jam ſui Juris, quietiùs vivere ſinant, nec multùm curent, ſi moralibus quibuſdam virtutibus floreant: hæ ſiquidem ſine fide Chriſti ad ſalutem æternam nihil proſunt. Denique abſtulit peccata mundi, primò quia per baptiſmi Sacramentum, omnes homines ab originali culpa emundantur: & per Sacramentum pœnitentiæ ab actualibus peccatis expiantur.

II. quia poſt Chriſti adventum, per idololatriæ abolitionem, & veræ fidei propagationem plurima peccata ceſſaverunt.

III. quia abſtulit debitum pœnæ peccati; quæ etiam juſtos amplectebatur, impediens eos ab ingreſſu in Cœlum, & ab æterna beatitudine perfruenda.

XI. Chriſtus uſque ad annum trigeſimum ita vixit, ut à cæteris hominibus non diſtingueretur. Ubi verò poſt annum trigeſimum cœpit legem ſuam promulgare, licèt multa ſigna ediderit, non tamen talia fuerunt, ut probarent illum eſſe Deum: cùm plures Prophetæ ſimilia, atque etiam majora patraverint.

R. Falſum prorsùs eſſe, Chriſtum uſque ad annum trigeſimum nihil habuiſſe peculiare à cæteris hominibus. Nam præter admirabilem illius conceptionem, plenamque prodigiis nativitatem (quæ duo Mahumetani nobiſcum fatentur), ſtella etiam mirabilis illum infantem honoravit, atque ad eum adorandum orientales Reges adduxit, qui humi proſtrati, pretioſa illi munera obtulerunt. Prætereà dum in templum poſt quadrageſimum à Nativitate diem deferretur, à Simeone juſto, & aliis, tanquam verus Meſſias, & Salvator agnitus, & cum veneratione exceptus eſt. Duodennis verò in eodem Templo in medio Doctorum, cœleſtem divinamque Sapientiam demonſtravit. Mahumetani plura referunt miracula ac prodigia ab illo ante annum trigeſimum, & præſertim in adoleſcentia patrata. Poſt annum verò trigeſimum quamvis non fecerit quædam ex prodigiis, quæ de Moyſe, & aliis præcedentibus prophetis referuntur, quia ſcilicet nulla erat cauſa ea faciendi, talia tamen ac tanta edidit miracula, quæ ſatis eſſent ad teſtandam illius divinitatem. Alioquin petemus à Mahumetanis, cur Mahumetus cùm & Moyſe, & Chriſto, & cæteris Prophetis major ab eis habeatur; nullum mortuum ſuſcitaverit, nullum verè cæcum illuminaverit; nunquam mare per medium ſciderit: nunquam flumina imperio ſuo regredi coegerit. Cur etiam uſque ad annum circiter quadrageſimum, juxta legitimas eorum hiſtorias, non ſolùm nihil miri geſſerit, ſed peccator etiam, & idolorum cultor perſeveraverit?

XII. Si Chriſtus Deus erat, cur coram eo non trepidabant montes? Cur non retrocedebant maria ac flumina? Cur non incedebat ſupra dorſum aeris, & ſuper pennas ventorum? cur etiam non incendebat igne, ſicut Elias, adverſarios ſuos?

R. Hæc non conveniſſe ſtatui illi, in quo divina natura unita cum humana cupiebat homines ad ſeſe allicere, non terrere; eoſque humilitatem, patientiam, ac modeſtiam docere, non potentiam ac majeſtatem præſeferre. Cæterùm poterat ſuper aerem ac ventos ambulare, qui ſuper undas maris inceſſit: poterat efficere, ut flumina ac maria retrocederent, qui imperavit ventis ac mari, & eorum impetus ac furores voce ſedavit: poterat adverſarios igne cœleſti conſumere, qui armatam cohortem, dicendo tantummodò: *Ego ſum*, in dorſa proſtravit; & qui Petrum pro ſe pugnare volentem, cohibuit dicens: *Nonne poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò pluſquàm duodecim legiones Angelorum?*

§. 2.

Argumenta alia contra Chriſti divinitatem è Sacris Literis à Mahumetanis petita.

MUlta alia congerunt Mahumetani è Sacris Scripturis argumenta contra Chriſti divinitatem, quæ etiam Ariani adverſus Catholicos differentes uſurpabant. Sed nullum eorum eſt contra nos, qui diſtinguimus in Chriſto duplicem naturam, divinam ſcilicet & humanam; & fatemur ſacras literas aliquandò loqui de Chriſto ut de Deo, aliquandò ut de homine. Libet tamen non nulla ex his in medium proferre, verbis ipſis Ahmedi filii Abdolhalimi, præſertim cùm potiùs faciant pro nobis quàm contra nos.

I. *Sæpè Chriſtus rogavit Deum, ut cùm Lazarum reſuſcitavit: cùm eſſet in Cruce: cùm oraret in horto: & alibi. At non*

non poteſt Deus orare vel rogare aliquem.

R. Hæc feciſſe Chriſtum non ut Deum, ſed ut hominem.

II. *Dixit Chriſtus: Pater major me eſt: & à me non poſſum facere quidquam.*

R. Hæc etiam Chriſtum dixiſſe de ſe quatenùs homo erat, non verò Deus.

III. *Dixit etiam Chriſtus, Deus non generat, neque generatur: neque comedit, neque bibit, neque dormit; neque vidit eum unquam ulla creaturarum ſuarum: neque videt eum ullus, quin moriatur.*

R. Falsò allegari verba prædicta ex Euangelio tanquam à Chriſto prolata, cùm ſint confarcinata partim ex Alcorano, partim ex nonnullis ſacrarum ſcripturarum ſententiis. Sed quamvis omnia vera eſſent, non tamen probarent Chriſtum non eſſe Deum. Licèt enim genitus fuerit ex Virgine, & comederit, & biberit, & dormierit, & viſus fuerit à ſuis creaturis, abſque eo quòd ulla earum moreretur: hæc tamen omnia illi convenerunt non ut Deo, ſed ut Homini. Quamvis etiam ut Deus à Patre genitus fuerit ante omnia ſæcula, eo modo, quo ſuperiùs explicavimus, non quem intendit Alcoranus, dum negat Deum generare aut generari, quia nimirùm Deus non habet uxorem, neque indiget ſucceſſore.

IV. *Dixit etiam Deus Altiſſimus in Euangelio Joannis: Utique vos cùm exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum: & à me ipſo nihil facio: ſed omnia facio ſicut docuit me Pater meus.*

R. Hunc locum oſtendere Chriſti divinitatem: nemo enim verè dicere poteſt, *Ego ſum*, ſeu ut habent Arabica ab Ahmedo allegata أني أنا هو *certè ego, ego ipſe*, niſi Deus, prout Deus ipſe de ſe ad Moyſem locutus eſt: *Ego ſum qui ſum*. Arabes etiam pro هو *ipſe*, intelligunt abſolutè *Deum*: & in ſuis precibus ſexcenties repetunt هو هو هو *ipſe, ipſe, ipſe*, uſque ad ſpumam ex ore effundendam. Miror verò Ahmedum aſſerere ſupradicta verba prolata fuiſſe à تعالي i. Altiſſimo, i. Deo (eſt enim unum ex nominibus veri Dei tàm apud Arabes, quàm apud Hebræos) cùm dicta fuerint ab ipſo Chriſto. Sed ſolent Arabes omnia verba ſacrorum librorum, à quocunque tandem dicta ſint, dum ea allegant, Deo tribuere; per quod fatetur Ahmedus Euangelium Joannis eſſe librum ſacrum, & traditum à Deo. Neque obſtant verba ſequentia: *& à me ipſo facio nihil: ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor* (ita enim habetur in Euangelio). Nam Chriſtus etiam ut Deus nihil facit à ſemetipſo, quia accipit ſuum eſſe & operari à Patre, à quo gignitur ac procedit. Et ideò Chriſtus ipſe dixit in eodem Joannis Euangelio cap. 5. *Non poteſt filius à ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem: quæcunque enim ille fecerit, hæc & filius ſimiliter facit.* Quibus verbis Chriſti divinitas manifeſtiſſimè oſtenditur.

V. *Et dixit Joannes: Sicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ita dedit filio habere vitam in ſemetipſo. Atqui ille, cui aliquid datur, opponitur danti ſine dubio, ſicut agens patienti.*

R. Hunc locum eſſe contra adverſarios, & oſtendere apertè Chriſtum eſſe Deum, dum affirmat illum habere vitam in ſemetipſo, ſicut habet Pater. Neque obſtat quòd dicatur, Patrem hoc illi dediſſe: non enim dedit per creationem (hoc enim repugnat, cùm nulla creatura poſſit habere vitam in ſemetipſa, ſicut habet Deus) ſed per æternam generationem. Et licèt etiam hoc modo ſit oppoſitio inter generantem & genitum, hæc tamen non tollit, quin filius ſit verè Deus, & ejuſdem naturæ cum Patre: quemadmodùm etiam in naturalibus oppoſitio, ſeu relatio inter Patrem & filium non obſtat, quin filius ſit ejuſdem naturæ cum patre; quamvis comparatio adæquatè non militat, quia inter Patrem & Filium in humanis eſt una natura ſpecificè, non numericè, in divinis autem eſt numericè.

VI. *Et dixit David in pſalmo* 110. *Dixit Dominus Domino meo. Juxta originem hebraicam: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedibus tuis.* Ex quibus verbis conatur probare Ahmedus, Chriſtum, de quo David loquitur hìc, non eſſe Deum: quia quamvis dicatur Dominus, habet tamen Dominum majorem ſe, qui dat ei omnia, quæ in hoc pſalmo illi tribuuntur; in quo etiam vocatur *Sacerdos*; & juxta quamdam verſionem allegatam etiam à S. Epiphanio, *Puer*: quæ nomina Deo minimè conveniunt.

R. Benè ſe habere, quòd Mahumetani cum Chriſtianis & ſapientioribus Hebræis ſentiant, pſalmum illum loqui de Chriſto: Sed ita tamen de eo loquitur, ut ſimul Deum & hominem eſſe illum oſtendat. Deum quidem, cùm Dominum appellat, & ſedere à dextris Dei, & genitum eſſe à Deo in ſplendoribus ſanctitatis ante luciferum, ideſt ab æterno (hoc enim ſignificant hi modi loquendi in ſacris litteris: ante luciferum, ante ſolem, ante lunam, antequam crearetur terra & orbis &c.) affirmat. Porrò ſi eſt genitus à Deo ex utero, ideſt ex intellectu, qui uteri nomine Hebraicè ſignificatur, non poteſt eſſe niſi Deus; cùm generatio ſit origo, ſeu emanatio viventis à vivente in ſimilitudinem naturæ. Hominem autem demonſtrat, cùm vocat eum ſacerdotem, & aſſerit eum bibiturum de torrente in via, & alia hujuſmodi, quæ divinæ naturæ non poſſunt convenire. Non eſt hìc prætereundum, David vocare Chriſtum *Dominum ſuum*: quod non faceret, præſertim dum loquitur de illo ſociatim cum Deo, niſi agnoſceret ipſum etiam eſſe Deum, eò magis quò Chriſtus erat ejus filius, & per conſequens minor illo. Hoc argumento uſus eſt ipſe Chriſtus contra Judæos, ad probandam divinitatem ſuam, apud S. Matthæum cap. 22. Itaque Adverſarius hanc Davidis auctoritatem pro ſe allegando, ſuo ſe gladio jugulavit.

VII. *Dixit Simon Petrus Princeps Apoſtolorum in 2. cap. Actuum eorumdem: O viri Iſrae-*

Iſraelitæ ſcitote, quòd Deus conſtituit Jeſum, quem occidiſtis, Dominum & Meſſiam. At ille, qui conſtituitur, eſt creatus & factus. Nec refert, quòd vocetur Dominus: nam & Joſeph in pſalmis dicitur Dominus, verbis illis: Conſtituit eum dominum domus ſuæ.

Reſpondeo, hoc ipſum, quòd Deus conſtituit Jeſum Dominum & Meſſiam, eſſe argumentum evidens divinitatis ejus. Nam titulus Domini, qui hoc loco Arabicè eſt رب non tribuitur, quandò ponitur abſolutè, in ſacris literis niſi ſoli Deo. Concedimus igitur, Chriſtum quatenùs homo erat, conſtitutum fuiſſe à Deo Meſſiam & Dominum, ſed ratione adjunctæ divinitatis, itaut ſupremum Domini nomen, quod Chriſto competebat tantummodò ut Deo, communicatum fuerit etiam ipſius humanitati ob unionem hypoſtaticam, per quam unius naturæ idiomata de altera prædicantur. Exemplum Joſeph non eſt ad rem: non enim conſtitutus fuit à Deo abſolutè Dominus, ſed à Pharaone dominus domus ſuæ: neque Arabicè ſcribitur ربّ: ſed سيّد: quod nomen competit cuilibet homini, etiam inferioris conditionis.

VIII. *Et dixit David in pſalmo.* 8. *alloquens Deum, & encomia texens de Chriſto: Quis eſt vir ille, cujus memor fuiſti: & homo ille, cui imperium dediſti, & poſuiſti eum paulò inferiorem Angelis & induiſti eum gloria & honore? Et in pſal.* 2. *dixit: Dominus dixit ad me: filius meus es tu, & ego hodiè genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Cùm autem dicat, genui te; oſtendit illum eſſe recentem ac novum, non antiquum & æternum: atqui omne novum eſt creatum. Deindè confirmat hoc, dum dicit hodiè; & limitavit ad hodiè nativitatem ejus, tollens per hoc dubitationem, quòd ipſe fuiſſet ante hodiè. Cùm verò dixit: Poſtula à me, & dabo tibi: oſtendit opus eſſe illi poſtulatione, & indigere, ut ei detur.*

Reſpondeo benè eſſe, quòd Mahumetani ſentiant nobiſcum prædictos pſalmos loqui de Chriſto. Porrò ea quæ in illis habentur partim reſpiciunt Chriſtum ut hominem, ut cùm dicitur *Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis*: revera enim natura humana in Chriſto inferior eſt natura Angelica. Et in illis verbis: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam*. Partim verò reſpiciunt tantùm divinitatem: ut *Filius meus es tu, ego hodiè genui te*: ibi enim, *hodiè*, ponitur pro æternitate, quæ eſt ſimul tota præſens, nec habet *heri*, aut *cras*. Quædam denique ita referuntur ad humanitatem, ut non conveniant illi, niſi ratione hypoſtaticæ unionis cum divinitate: ut *omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus*: atque etiam illa: *dabo tibi gentes hæreditatem tuam*.

Deindè objicit ſibi ipſi Adverſarius loca quædam ſcripturarum, quæ Chriſtiani pro Chriſti divinitate proferre conſueverant, eademque diſſolvere licèt fruſtrà, conatur.

Primus locus eſt, quòd Chriſtus ſæpè vocat Deum patrem ſuum, per quod oſtendit ſe eſſe Filium Dei. Et reſpondet primò, etiam amicos in uſu conſueto loquendi vocari filios 2. Deum in Pentateucho appellaſſe Iſraelem filium ſuum primogenitum: & Davidem in pſalmis filium ſuum, & dilectum ſuum: & Chriſtum in Euangelio dixiſſe Apoſtolis: Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, vocans Apoſtolos filios Dei. Ergo per hoc quòd Chriſtus vocetur Filius Dei, non probatur eſſe Deus: alioquin ſupradicti omnes fuiſſent Dii.

II. Chriſtus aliquandò fecit miracula tanquam ex propria auctoritate, abſque eo, quòd preces præmitteret, aut invocationem Dei: per quod videtur declaraſſe, ſe eſſe Deum. Sed reſpondet, etiam Eliſæum mundaſſe Naaman Syrum à lepra, abſque eo, quòd preces præmitteret, aut Deo ſupplicaret. Et præterea Chriſtum non ſemel antequam miracula faceret, preces ad Deum fudiſſe.

III. Chriſtus peccata dimittebat, quod eſt proprium ſolius Dei. Reſpondet etiam Angelos dimittere peccata, cùm Deus dixerit Moyſi: Egredere tu & populus tuus, quem eduxiſti de Ægypto: & ego ponam vobiſcum Angelum, qui dimittat peccata veſtra.

IV. Chriſtus appellatur Dominus, qui titulus videtur convenire ſoli Deo. Reſpondet, Loth in Pentateucho vocaſſe Dominos duos Angelos: & præterea Joſeph, & alios homines in ſacris ſcripturis Dominos appellari.

V. Chriſtus appellatur Deus apud Iſaiam præſertim, dum dicitur *Emmanuel*, ideſt nobiſcum Deus. Reſpondet primò Chriſtum appellari Emmanuel, eodem modo, quo multi illuſtres viri eodem nomine vocantur. 2. etiam Moyſem in Pentateucho vocari Deum Pharaonis. Et de Judicibus David ſcriptum eſſe: *Ego dixi: dii eſtis.*

VI. Chriſtus dixit in Euangelio: *Ego & Pater meus unum ſumus: & qui videt me, videt & Patrem meum.*

Reſpondet, etiam legatum alicujus Principis dicere: Ego & qui miſit me unum ſumus: & procuratorem: ego, & qui conſtituit me procuratorem, unum ſumus: quia ſcilicet in eo quòd præſtat, tenet locum, & exercet vices illius. Verba autem illa, *qui videt me, videt & Patrem meum*, idem valere ac: qui ex vobis recipit præceptum Dei, recipit præceptum meum.

VII. Chriſtus dixit: *Antequam Abraham fieret, ego ſum*: at non potuit eſſe ante Abraham, niſi ratione divinitatis. Reſpondet ſatis inſulsè, etiam Salomonem in lib. Sapientiæ dixiſſe: Ego ſum ante mundum, & eram cum Deo, quandò extendebat terram. Et David etiam dicere in pſalmis: Memor fui tui ab initio. Deindè recoquit crambem circa illud nomen Emmanuel, his verbis. *Æquum eſt, ut hoc nomen Emmanuel, poſtquam inditum fuit Chriſto, ſignificet ipſum enunciaſſe de ſe: Deus noſter nobiſcum: nimirùm, quòd Deus erat cum eo, & cum populo ejus auxiliator, & defenſor. Patet hoc ex eo, quòd vos vocamini eo nomine. Quòd ſi ſignificaret id, quod vos vultis, nulli liceret eo appellari, quemadmo-*

admodùm nulli fas eſt nominari Chriſtum, cùm ſit proprium & peculiare ipſius.

VIII. Diſcipuli Chriſti operati ſunt miracula in nomine ejus: quod arguit, illum fuiſſe Deum. Ad hoc ita reſpondet: *Jam dixit. Deus glorioſiſſimus Joanni filio Zachariæ: roboravi te Spiritu Sancto; & virtute Eliæ: & hæc erat virtus operandi miracula: & retulit virtutem ad Eliam. Quòd ſi vos putatis Chriſtum eſſe Deum, quia facta ſunt miracula in nomine ejus, in quo differetis ab eo, qui dicat Eliam eſſe Deum ob eandem rationem?*

IX. Per Chriſti crucem mortuus ſuſcitatus fuit, cùm illi admotus fuiſſet: quod argumentum eſt, illum eſſe Deum. Reſpondet, haberi etiam in libro Regum, hominem mortuum ad vitam rediiſſe, cùm tetigiſſet oſſa Eliſæi.

X. Chriſtus conceptus, & natus fuit ex Virgine ſine opera viri: quod argumentum magnum videtur illius divinitatis. Reſpondet, in hoc potiùs apparere potentiam Creatoris, quàm Chriſti divinitatem. Prætereà majus miraculum fuit, Evam creari ex maſculo ſine fœmina: & Adam creari ex pulvere, quàm aliquem naſci de Virgine.

Poſtremò regrediens ad primum locum, probare contendit, ex nomine filii non poſſe deduci Chriſtum eſſe Deum; cùm Chriſtus ipſe interrogatus à diſcipulis de die Judicii, reſponderit, diem illam neminem noſſe, neque Angelos in Cœlo, neque etiam Filium, ſed ſolum Patrem. *Et hoc eſt*, (inquit) *teſtimonium apertiſſimum, quod ipſe neſciat omnia quæ ſcit Deus. Nam ſi eſſet Deus, ſciret id, quod ſcit Deus de omnibus rebus.*

Ut ad ſingula reſpondeam: primò dico nomen Filii Dei in Chriſto importare abſolutè divinitatem ex rationibus ſuperiùs allatis, & infrà afferendis.

II. Chriſtum miracula quædam patraſſe præmiſſis precibus ad Deum, ut ſe hominem oſtenderet: quædam verò abſoluto imperio, & auctoritate propria feciſſe, ut manifeſtaret, ſe eſſe Deum. De Eliſæo, non conſtat nullas illum preces, ſaltem mentales, ante Naamani curationem præmiſiſſe, ſed non poteſt dici, illum ſolo imperio Naamanum curaſſe, cùm præceperit ei, ut lavaretur ſepties in Jordane, per quod poſſet à lepra mundari. Et licèt non repugnet ſanctos viros miracula aliqua ſine præviis precibus, ſolo vocis imperio, patrare, certum tamen eſt id non proprio nomine & auctoritate facere, ſed ex beneplacito & auctoritate Dei.

Ex modo autem, quo Chriſtus miracula patrabat, patet diſcrimen inter ipſum & alios ſanctos, in miraculis ſolo imperio faciendis.

III. Ex eo quòd Chriſtus remitteret peccata, illius divinitas convenientiſſimè comprobatur. Nam Judæi ipſi doctiores, quales erant Scribæ & Phariſæi, id confeſſi ſunt verbis illis: *Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus?* Et ratio eſt manifeſta, quia nullus inferior poteſt injuriam ſuperiori factam condonare, cùm nullum habeat jus in ſuperiorem. Verum quidem eſt hanc poteſtatem habuiſſe Chriſtum non ſolùm ut Deum, ſed etiam ut Hominem; Sed ut Homo habuit à Deo communicatam ratione divinitatis unitæ, cum poteſtate eam aliis communicandi, ſicut communicavit Apoſtolis, & Sacerdotibus novæ legis. Fallitur verò Ahmedus, dum ſcribit, Angelum datum fuiſſe à Deo Iſraelitis, qui eorum peccata dimitteret. Oppoſitum prorsùs eſt: ita enim in Originali Hebræo legimus Exodi cap. 23. *Ecce ego mitto Angelum meum coram te, ut cuſtodiat te in via, & introducat te in locum, quem præparavi: obſerva te à facie ejus, & audi vocem ejus: ne ſis rebellis in eum, quia non parcet prævaricationi veſtræ.* Et eodem modo legunt omnes translationes. Et profectò nullibi in Scripturis ſacris invenimus aliquem abſolutè remiſiſſe peccata, niſi Deum & Chriſtum: homines autem non niſi ex parte Dei, ut cùm dixit Nathan Davidi: *Dominus tranſtulit peccatum tuum.*

IV. Ex titulo *Domini*, Arabicè الرّب optimè probatur Chriſti divinitas. Nam, ut ſuprà diximus, hoc nomen abſolutè poſitum, ut fatentur etiam Doctores Mahumetani, ſoli Deo convenit: unitum autem cum aliis rebus, ſæpè nihil valdè dignum ſonat, ſicut ربّ البيت *Dominus Domus*, quo nomine vocatus fuit Joſeph, & vocatur etiam quicumque habet curam domus, diciturque Græcè *οἰκονόμος*: Angeli verò vocati ſunt à Lot non domini ſimpliciter, ſed domini mei, & domine mi. Nihilominùs concedimus Angelos aliquandò in ſcripturis vocari abſolutè Dominos, imò nomine ipſo proprio unius Dei יהוה nuncupari, ſed quatenùs tantùm gerunt perſonam ipſius Dei. Atqui nullus homo in ſcripturis invenitur geſſiſſe perſonam Dei, itaut dixerit: Ego ſum Deus, vel Dominus, ſicut legimus Angelos non ſemel dixiſſe. Soli Chriſto tribuitur titulus Domini & Dei, quia revera talis erat propter divinam naturam.

V. Titulus etiam Dei in ſcripturis Chriſto tributus, oſtendit illum fuiſſe Deum. Nec obſtat, quòd alii etiam Dei nomine appellentur: nam nunquam id abſolutè fit, ſed cum talibus circumſtantiis, ut intelligatur non eſſe ſermonem de vera divinitate. Ita Deus dixit Moyſi: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis*: limitans nomen Dei in Moyſe ad ſolum Pharaonem: cùmque talis conſtitueretur à Deo, conſtat non potuiſſe eſſe verum Deum. Porrò notandum eſt, inter alia Dei nomina unum eſſe אלהים, quod ſignificat *Deum*, *Deos*, *Angelos*, *Judices*, *Principes*. Et ideò tribuitur tàm Deo vero, quàm Angelis, & hominibus: & hoc nomine vocatus eſt Moyſes, & Judices Davidis, & alii. Quædam verò ſunt nomina, quæ non niſi uni veroque Deo tribuuntur, ut יְהֹוִה יְהֹוִה אֵל: & hæc etiam Chriſto tribui reperimus. Quare fallitur Ahmedus, dum putat per nomen *Emmanuel* ſignificari hominem principem & illuſtrem. Ridiculum verò ſe oſtendit, dum vult Chriſtum hoc nomine vocatum

catum fuiſſe, quia dicturus erat hominibus: Deus eſt mecum, & vobiſcum: ſicut ridiculum eſſet aſſerere, Chriſtum vocandum fuiſſe Jeſum, ſeu Salvatorem, quia dicturus erat hominibus, Deus ſalvabit vos. Porrò Chriſtiani imponunt nomen Emmanuelis aliis hominibus, non autem Chriſti, quia illud ut nomen proprium, quòd liberè poſſit cuique imponi, uſu communi receptum fuit: hoc autem eſt agnomen ſummæ dignitatis, & ſuprem i honoris, non ſolùm apud Chriſtianos, ſed etiam apud Hebræos & Mahumetanos, inter quos nullus audet eo appellari.

VI. Per ea verba Chriſti: *Qui videt me, videt & Patrem meum*: &: *ego & Pater unum ſumus*: Luculenter probatur Chriſtum eſſe Deum, & æqualem Patri. Et quantum ad prima verba, inſulſa prorsùs eſt explicatio Ahmedi, nimirùm: Qui recipit præceptum meum recipit præceptum Dei: vel; Qui videt opera, quæ ego facio, videt opera Patris mei. Nam Chriſtus ipſe apertè oſtendit, ſe loqui de idemtitate ſua in eſſentia cum Patre, dum addidit; *Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me eſt*? Et quia Apoſtoli hoc videre non poterant, ſed credere debebant, ideò ſubdit: *Alioquin propter opera ipſa credite*. Credite, ſcilicet, me eſſe Deum, ut eſt Pater, propter opera, quæ facio: non enim poteſt ea facere niſi Deus. Multò magis probant Chriſtum eſſe Deum verba illa: *Ego & Pater unum ſumus*: & ita intellexerunt ea Judæi ipſi, qui propterea inſano zelo adacti, *ſuſtulerunt lapides, ut lapidarent eum*: ut habetur Joan. cap. 10. Et reddentes rationem dixerunt. *De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia: & quia tu homo cùm ſis, facis te ipſum Deum*. Neque Chriſtus negavit ſe eſſe talem: neque reſpondit: Non dixi me eſſe Deum: vel ego non ſum Deus: ſed, *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi: ſi autem facio, & ſi mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoſcatis, quia Pater in me eſt, & ego in Patre*. Porrò etiamſi concederemus Ahmedo, morem loquendi inter homines, ut v. g. procurator Petri dicat: Ego & Petrus unum ſumus. Et amicus dicat de alio amico: Ego & amicus meus unum ſumus: hic tamen loquendi modus non uſurpatur inter valdè diſpares: neque præco Regis dicet: Ego & Rex unum ſumus: imò ne Legatus quidem Pontificis, licèt pleniſſima fultus auctoritate, dicet unquam: Ego & Pontifex unum ſumus. Multò minùs conveniet homini, imò & Angelo dicere: Ego & Deus unum ſumus: vel: qui videt me, videt Deum. Quare fateatur adverſarius, his loquendi modis manifeſtiſſimè oſtendi, Chriſtum eſſe Deum.

VII. Verba à Chriſto prolata: *Antequam Abraham fieret ego ſum*: vel ut citat Ahmedus: *Ego ſum ante Abraham*: ſunt unum ex potiſſimis teſtimoniis divinitatis Chriſti: itaut Judæi ipſi ex illis deduxerint, Chriſtum affirmare ſe eſſe Deum: & propterea tanquam blaſphemum illum falsò exiſtimantes, ſuſtulerint lapides, ut jacerent in eum. Nullo enim modo poterat verè dicere Chriſtus, ſe fuiſſe ante Abraham, qui minor natu quinquaginta annis erat, niſi eſſet Deus: aliter enim quomodò eſſe poterat, antequam Abraham fieret? Et notandum eſt, quòd non dixit: Antequam Abraham fieret, ego factus ſum, vel ego fui, vel ego eram: ſed, *ego ſum*: per quod propriè oſtendit ſe eſſe Deum, qui ſolus dicere poteſt, *ego ſum*, ſicut dixit Moyſi: *Ego ſum qui ſum, & Sum miſit me ad vos*: Græcè: ὁ ὢν Arabicè الكائن vel هو: Ridiculum verò eſt effugium Adverſarii, dum tribuit Salomoni de ſe ipſo, id quod Salomon dixit de Sapientia æterna, quæ eſt ipſum Verbum, ſeu Filius Dei, ut patet ex cap. 8. Proverbiorum Salomonis. Verba verò David ex pſalmo 77. non faciunt ad rem: legimus enim ibi Hebraicè: *Commemorabo ab initio mirabilia tua, & meditabor in omni opere tuo*. Non poteſt autem, *ab initio* referri *ad*, *Commemorabo*, quod reſpicit tempus futurum: ſed ad, mirabilia tua; ut ſenſus ſit: Commemorabo mirabilia tua, recolens ea ab initio ipſorum. Huc accedit, *ab initio*, Hebraicè מִקֶּדֶם non ſemper ſignificare *ab æterno*, ſed à quocumque principio alicujus temporis determinati.

VIII. Magnum etiam eſt argumentum divinitatis Chriſti, quòd in nomine ipſius, diſcipuli & aſſeclæ ejus miracula patrarent: nemo enim in Scripturis Sacris invenitur feciſſe miracula in nomine ullius, quàm Dei. Ineptiſſimum verò eſt exemplum, ſeu probatio, quam affert Ahmedus ex Joanne filio Zachariæ: quaſi verò habere à Deo Spiritum & virtutem Eliæ, ſeu ſimilem illi, quam habuit Elias, eſſet idem, ac facere miracula in nomine Eliæ. Præterea ex Euangelio habemus, Joannem nullum feciſſe miraculum, nec unquam legimus ab eo invocatum fuiſſe Eliam.

IX. Fatemur etiam nos, ſuſcitationem mortui per contactum Crucis Chriſti, non eſſe argumentum ſufficiens ad probandam ejus divinitatem: ſed non deſunt alia plura, quæ eam ſufficienter probent.

X. Quòd Chriſtus conceptus & natus fuerit ex Virgine ſine opera viri; eſt argumentum non quidem certum, ſed ſatis validum divinitatis ejus. Etenim tàm novum nativitatis genus non videtur convenire puræ creaturæ. Utrum verò mirabilior fuerit ortus Chriſti ex Virgine, an creatio Adæ ex terra, vel Evæ ex viro ſine muliere, nolo hìc exquirere, neque decidere: puto tamen, Chriſtum in hoc Adam & Evam longè ſuperaſſe.

Poſtremò ad id, quod objicitur ex cap. 13. Marci, filium, nempè Chriſtum, neſcire diem & horam ſupremi Judicii, ſed ſolum Patrem: reſpondeo, *Filium* eo loco, cùm ſit indifferens ad Filium Dei, & Filium hominis, poſſe accipi pro Chriſto, ut homine: ut homo autem poteſt neſcire diem & horam Judicii, quamvis ut Deus ſciat omnia, quæ ſcit Pater, cùm una eademque ſit utriuſque ſcientia. Nonnulli ita explicant verba Chriſti, ut hoc loco, *neſcire* ſit ita ſcire, ut nulli velit vel debeat revelare. Et ita licèt humanitas Chriſti, & fortaſsè etiam Angeli ſciant illum diem, non tamen poſ-

ſunt

ſunt illum hominibus manifeſtare: & ideò reſpectu eorum idem eſt, ac ſi neſcirent. Porrò niſi ex aliis Scripturis certam haberemus Chriſti divinitatem, poſſet hìc aliquis fortaſsè de illa ambigere. Quamobrem debemus accipere hunc locum tamquam unum ex iis, quæ Arabicè dicuntur متشابهة ideſt *aſſimilata*, nempè obſcuriora, & interpretationis egentia, cujuſmodi in ſacris literis non pauca reperiuntur, in quorum nonnullis ipſi Deo alicujus rei notitia videtur denegari; ut quandò idem Deus dixit Gen. cap. 18. *Clamor Sodomorum, vel Gomorræ multiplicatus eſt. Deſcendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non eſt ita, ut ſciam.* Et cùm ibidem cap. 11. dicitur: *Deſcendit autem Dominus, ut videret civitatem & turrim, quam ædificabant filii Adam.* Poſſunt tamen prædicta Euangelii verba etiam hoc modo exponi. Cùm Chriſtus, etiam ut Deus, nullam habeat ſcientiam, niſi ſcientiam Patris; verè dici poteſt, ſolum Patrem ſcire diem Judicii, quatenùs Pater eſt fons ſcientiæ divinæ, quam communicat Filio. Et ideò alibi dixit Chriſtus: *Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus, qui miſit me.* Ubi doctrinam ſuam dixit non eſſe ſuam, quia, ut exponit S. Auguſtinus; *quæ eſt doctrina Patris, niſi Verbum Patris? Ipſe ergo Chriſtus doctrina Patris, ſi Verbum Patris. Sed quia Verbum non poteſt eſſe nullius, ſed alicujus: & ſuam doctrinam dixit ſe ipſum, & non ſuam, quia Patris eſt Verbum. Quid enim tàm tuum, quàm tu: & quid non tàm tuum, quàm tu, ſi alicujus eſt quod es?* Idem vel ſimile dici poteſt hoc loco. Cùm enim Filius ſit ſcientia Patris, poteſt eodem modo dicere: Scientia mea non eſt mea: & propterea cum veritate aſſerere, ſe neſcire diem Judicii, & ſolum Patrem illum ſcire. Alios ſimiles loquendi modos habemus in Euangelio, in quibus Chriſtus videtur idem de ſe ipſo affirmare, & negare.

§. 3.
Diſſolvuntur alia Mahumetanorum argumenta contra Chriſti divinitatem.

AUctor quidam nomine الحسن ابن ايوب Haſanus filius Ajubi, ſeu Jobi, Apoſtata à Chriſtiana fide ad perfidiam Mahumetanam, à quo Ahmedus ſua arma deſumpſit; alia non pauca ex ſacris libris congerit argumenta, quibus probare conatur Chriſtum non eſſe Deum.

Primò: Cùm quidam dixiſſet ei: *Magiſter bone*: ille reſpondit: *cur me dicis bonum? nemo bonus eſt, niſi ſolus Deus.*

Reſpondeo: Ex hoc loco maximè probari Chriſti divinitatem. Cùm enim idem Chriſtus non ſemel ſeipſum bonum appellaverit, ut cùm dixit: Ego ſum Paſtor bonus: nunc aſſerens, nullum eſſe bonum, niſi ſolum Deum, manifeſtè infert ſe eſſe Deum: & ideò adoleſcenti vocanti ſe bonum, nec tamen credenti eſſe Deum, reſpondit: *Cur me dicis bonum, cùm nullus bonus ſit, niſi ſolus Deus, & tu tamen non credis me eſſe Deum?*

Secundò: Cùm Petrus petiiſſet à Chriſto, ut concederet ſibi ambulare ſuper aquas, & Chriſtus annuiſſet: ille incipiens ambulare, mox ingruente vi ventorum, cœpit mergi. *Per hoc* (inquit Apoſtata) *manifeſtè apparet defectus potentiæ in Chriſto, cùm non potuerit perfectè præſtare id, quod ab eo Simon Cephas petierat.* Prætereà, cùm homo quidam attuliſſet filium ſuum obſeſſum à Dæmone ad Chriſti diſcipulos, illi non potuerunt liberare eum: quamvis Chriſtus jam conceſſiſſet eis, ut poſſent facere hoc, & alia miràcula. Ex hoc arguit Haſanus defectum potentiæ in Chriſto, quòd non potuerit tribuere diſcipulis perfectè eam poteſtatem patrandi miracula, quam intendebat.

Verùm ſpontè & malignè cæcutit homo impius, dum tribuit defectum illum potentiæ Chriſti, quem Euangelium manifeſtè oſtendit fuiſſe fidei Petri, & cæterorum diſcipulorum. Quemadmodùm enim Deus ita vult homines ſalvare, ut ipſi mala opera fugiant, ac benè operentur, & præcipuè fidem conſervent: neque argui poteſt defectus potentiæ in Deo, ſi malè operantes, & fidem deſerentes pereant illi, quos ipſe ex parte ſua volebat ſalvos fieri: eodem modo Chriſtus ita miracula patrare decreverat, ut ii, quorum bono patranda erant, fidem haberent: qua ſi caruiſſent, non ex impotentia Chriſti, ſed ex defectu ipſorum miracula non fiebant. Innumera ſunt quæ Deus in Sacris Scripturis promittit ſe facturum; & tamen minimè facit ex defectu hominum: neque inde ulla Dei impotentia, aut defectus virtutis poteſt deduci.

Tertiò: Chriſtus requiſitus à Matre filiorum Zebedæi, ut alteri eorum ſedem à dextris, alteri à ſiniſtris concederet in regno ſuo, reſpondit, quemadmodùm allegat Auctor: *Non eſt hoc poſſibile: nam non eſt meum dare hoc, ſed cui promiſit Pater meus.* Per quod patet Chriſtum non poſſe omnia, & per conſequens non eſſe Deum.

Reſpondeo, nequaquam dixiſſe Chriſtum, ſe non poſſe dare filiis Zebedæi ſedes in regno ſuo: imò aſſeruit ſuum eſſe dare illas, verùm non cuilibet, ſed illis tantùm, quibus paratæ eſſent à Patre ſuo, nempè merentibus illas: talibus enim parantur ſedes à Deo in Cœlo; divinæque juſtitiæ repugnat illas indignis tribuere. Cæterùm etiamſi Chriſtus dixiſſet abſolutè, non eſſe ſuum ſedes illas dare, loquutus fuiſſet de ſe, ut de homine, non ut de Deo.

IV. Dixit Chriſtus diſcipulis ſuis Lucæ cap. 22. *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus, ut comedatis, & bibatis ſuper menſam meam in Regno meo.* Ex hoc concludit Adverſarius, Chriſtum non poſſe eſſe Deum, qui una cum Apoſtolis comeſturus & bibiturus ſit in Paradiſo, quod Deo minimè convenit.

R. hoc loco, *comedere* & *bibere*, metaphoricè, ac ſpiritualiter ſumenda eſſe; quod patet ex aliis ſcripturæ locis, in quibus excluditur à regno Dei cibus omnis, & potus. Sed Haſanus confundit Euangelium cum Alcorano,

& Paradiſum Chriſti ſpiritualem, cum Paradiſo Mahumeti carnali.

V. Chriſtus in ſymbolo fidei dicitur المولود *genitus*, ſeu, *natus*: ex quo ita argumentatur Adverſarius: *Si hic filius eſt æternus, ſicut dicitur in ſymbolo veſtræ fidei: ergo non eſt genitus, aut natus. Si autem eſt genitus, aut natus, ergo non eſt æternus, quia nomen æternitatis cadit ſuper eum, qui caret principio & fine: genitus verò ſignificat recenter productum, & factum: omne autem factum habet principium.*

Reſpondemus non eſſe idem *genitum* ac *factum*: nam factum ſupponit ſuum agens prius tempore: genitum autem non ita: ſufficit enim inter generantem, & genitum prioritas originis. Sed Haſanus menſuravit divinam generationem cum humana, & putavit Deum non poſſe gignere filium, niſi poſt aliquot annos ætatis ſuæ. Poteſt comparatione res explicari. Sol producit ſeu gignit lucem, & ignis calorem; & tamen nec lux eſt poſterior tempore ſole, nec calor igne: & ſi, ut quidam falsò exiſtimaverunt, ſol eſſet æternus, lux quoque ejus eſſet æterna. Porrò Deus ab æterno cognovit ſeipſum, & produxit conceptum ſui ipſius, qui eſt Verbum, ſeu Filius ipſi coæternus, licèt Pater ſit prior prioritate originis, quæ non repugnat æternitati. Ex hoc patet reſponſio ad aliam objectionem ſimilem factam ab Adverſario his verbis: *Quare vocatis Patrem patrem, & Filium filium? Nam ſi convenit Patri eſſe patrem ratione æternitatis, etiam Filio convenit idem, cùm ſit ipſe quoque æternus. Et ſi Pater habet ſcientiam & potentiam, filius quoque eſt ſciens & potens ſicut ille. Porrò, ſi Pater & filius æquales ſunt in æternitate & potentia, ob quod privilegium, vel poteſtatem Pater exercet ſupra filium jus præcipiendi & prohibendi: & Pater mittit, filius verò mittitur: & filius ſequitur Patrem & obedit illi, non autem è converſo?* Reſpondemus enim, licèt Pater & Filius ſint æterni, & æquè ſapientes ac potentes, filium tamen procedere ac generari à Patre, & Patrem eſſe priorem filio origine, non tempore: filium verò accipere ab æterno ſuum eſſe à Patre per generationem, & habere idem omninò eſſe cum Patre. Dicitur autem Pater mittere, & filius mitti; primò quatenùs filius procedit & oritur à Patre, ut dictum eſt. 2. quatenùs filius eſt homo: nam, ut homo mittitur verè à Patre tamquam ſubditus, & ſubjacet, atque obedit Patri.

Sextò Chriſtus appellatur à Chriſtianis بكر الخلايق *Primogenitus creaturarum*: *ex quo ſequitur non poſſe eſſe æternum: nam in nullo idiomate, (inquit) invenimus, Primogenitum ſignificare, niſi eum, qui major natu ſit inter fratres. Itaque Primogenitus Creaturarum non erit, niſi ex creaturis: ſicut Primogenitus virorum, aut mulierum non eſt, niſi ex genere eodem.*

Reſpondemus, Chriſtum in ſacris literis appellari Primogenitum omnis creaturæ, in quantum eſt homo & creatura: neque dicitur Primogenitus ratione temporis, ſed dignitatis & excellentiæ. Et hoc nomine appellavit eum S. Paulus in epiſt. ad Coloſſenſes cap. 1. ſicut S. Joannes in Apocalypſi cap. 1. appellavit eum *Primogenitum mortuorum*, quia primus reſurrexit à mortuis glorioſus & immortalis. Cæterùm poteſt Chriſtus etiam, ut Deus dici aliquo modo *Primogenitus omnis creaturæ*, ideſt, genitus à Patre ante omnem creaturam, ſcilicet ab æterno. Ita in lib. Eccleſiaſtici cap. 24. Sapientia Dei, nempè filius, dicit de ſe: *Ego ex ore Altiſſimi prodivi primogenita ante omnem creaturam.* Sed tunc, *genitus*, non accipietur univocè, ſed analogicè: itaut uno modo intelligatur de Chriſto, ut Deo, alio de creaturis. Neque hoc eſt alienum à modo loquendi ſcripturarum, in quibus apud Job cap. 38. *Deus aſſerit ſe eſſe Patrem pluviæ, & gignere ſtillas roris*: Et Iſraeliticus populus dicitur *Primogenitus Dei*. Exodi cap. 4. nimirùm primo loco *gignere* eſt producere, ſeu creare. Secundo loco, eligere & ſpecialiter amare. At in Chriſto intelligitur ſtrictè & propriè: & ita idem erit hìc, *Primogenitus omnis creaturæ*, ac genitus à Patre, atque etiam dilectus ante productionem omnis creaturæ. Ita Deus dicitur *Ens primum omnium entium*, licèt *ens* dicatur de Deo, & de Creaturis analogicè, non autem univocè. Itaque ad illud, quod aſſeritur, unumquodque dici primogenitum reſpectu generis vel ſpeciei ſuæ: reſpondemus id verum eſſe, cùm *genitus* ſumitur univocè, non autem cùm ſumitur analogicè.

Septimò Nomen Meſſiæ, ſeu Chriſti oſtendit illum eſſe hominem & creatum: *Nam hoc nomen* (inquit) *inditum fuit illi, quia unctus fuit ad Prophetiam & ad felicitatem: unxitque eum Deus benedictus & excelſus. Jamque David in ſuis pſalmis teſtatur hoc ipſum dicens: Propterea unxit te Deus Deus tuus, magis quàm unxerit conſortes tuos. Per quod oſtendit David ſignificationem hujus nominis Meſſiæ; eo quòd unxerit eum Deus, & elegerit, atque honoraverit eum ſupra conſortes ejus. Nam Deus unxit eum ad Prophetiam, & ad Regnum.*

Reſpondemus Chriſtum unctum fuiſſe à Deo in Prophetam & in Regem, quoad humanitatem: hoc tamen non excludit, imò maximè probat ejus divinitatem: etenim tantus honor nulli debebatur, niſi illi, qui ſimul Deus eſſet, & homo. Laudem meretur hìc Haſanus, quòd veram Meſſiæ etymologiam cum Chriſtianis & Judæis agnoſcat: nempè משיח *Meſſias*, à משח *ungere* formatur, ut idem ſit, ac *Unctus*, Græcè Χριστὸς *Chriſtus*: cùm Arabes Mahumetani المسيح *Meſſiam*, à مسح nempè, *manu contrectare* velint derivari: eo quòd Chriſtus manu contrectans vultus quorumdam Judæorum, qui ipſum irridebant, eoſdem in porcos converterit. Erubuit homo alioqui impudentiſſimus, ſuorum congerronum nugas probare, vel etiam commemorare.

Octavò ex eo, quod dicitur in ſymbolo, Chriſtus

ſtus natus ex Patre ante omnia ſæcula, ita ineptè argutatur Apoſtata: *Neceſſariò Pater genuit vel aliquid, quod exiſtebat, vel aliquid, quod non exiſtebat. Si dicatis primum: ergo Pater nihil genuit. Si ſecundum: ergo genuit aliquid de novo, quod non erat: ergo illud erit aliquod creatum.*

Reſpondimus jam ſuprà, calorem produci ab igne, & lucem à ſole: & tamen neque calorem eſſe priorem, aut poſteriorem igne, neque lucem ſole prioritate, vel poſterioritate temporis, ſed tantùm originis, quæ datur etiam, quamvis excellentiori in infinitum ratione, inter Patrem & Filium, ut jam ſuprà toties explicavimus.

Poſtremò concludit Haſanus Thraſonicè:

واذا نظر في الانجيل وكتب بولص وغيره ممن يحتج به النصاري وجد نحو من عشرين الف انه كلها تنطق بعبودية المسيح وانه مبعوث مربوب وان الله اختصه بالكرامة ما خلا ايات يسيرة مشككات قد تاولها كل فريق اوليك الذين وضعوا الشريعة علي هواهم فاخذوا بذلك التاويل المفاسد وتركوا المعظم الذي ينطق بعبوديته.

Cùm autem benè quis inſpexerit Euangelium, & Epiſtolas Pauli, & libros aliorum ſcriptorum, quibus utuntur Chriſtiani ad ſuum dogma comprobandum, inveniet circa viginti millia teſtimonia, quæ omnia loquuntur de eſſe Chriſti creato, & ſervili reſpectu Dei, & quòd ipſe miſſus eſt, & ſubjectus illius dominio, & quòd Deus ſpeciali honore decoravit illum: exceptis paucis locis dubiis, quæ unaquæque ſecta eorum, qui compoſuerunt ſymbolum fidei, interpretati ſunt ad libitum ſuum, & amplexi ſunt interpretationes hujuſmodi corruptas: & reliquerunt loca præcipua, quæ clarè loquuntur de eſſe Chriſti creato & ſervili.

Pergit deindè exprobrare Chriſtianis falſas hujuſmodi interpretationes præſertim loci illius apud S. Joannem cap. 14. *Ego ſum in Patre & Pater in me eſt*: & illius cap. 10. *Ego & Pater unum ſumus*: quaſi verò ex his poſſit Chriſti divinitas probari, cùm ex aliis Chriſti verbis cap. 17. argumentum ab illis deſumptum refelli poſſit. Ipſe enim alloquens Patrem pro diſcipulis ſuis, rogat eum dicens: *Pater ſancte cuſtodi eos, ut ſint etiam ipſi unum, ſicut nos unum ſumus. Ego ſum in eis, & tu in me. Hæc autem verba,* (inquit) *non ſignificant unitatem eſſentiæ ejus cum illis, neque unitatem eſſentiæ aliquorum ex ipſis diſcipulis cum aliis: ſed habent aliam ſignificationem.*

Reſpondemus, quamtumvis hyperbolicè loquatur homo inſanus de locis illis, quæ clarè loquuntur de eſſe Chriſti ſervili & creato, ea nobis, nihil officere, qui illud minimè negamus: Aſſerimus tamen plura alia eſſe loca, quæ apertiſſimè de ejuſdem Chriſti eſſe divino, & increato loquuntur, ut paulò poſt videbimus. Quod verò attinet ad verba illa Chriſti apud Joannem: reſpondemus in comparationibus non requiri idemtitatem, ſed ſufficere proportionem aliquam, vel ſimilitudinem. Dixit enim idem Chriſtus diſcipulis ſuis: *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Et tamen quantacumque ſit perfectio creaturæ, infinitè diſtat à perfectione Creatoris: & imperfectio potiùs, quàm perfectio dicenda eſt. Eodem modo, cùm Chriſtus oravit Patrem, ut diſcipuli eſſent unum inter ſe, ſicut ipſe erat unum cum Patre, intelligendum eſt eum loquutum fuiſſe de unitate analogica, non univoca. Sicut optimè quis diceret: Quemadmodùm Deus regit, & gubernat orbem: ita Rex gubernat, & regit regnum ſuum: etiamſi infinita ſit inter regimen Dei, & hominis diſtantia. Eodem modo intelligere debemus ea verba Chriſti allegata ab Adverſario: *Pater meus eſt in me, & ego in vobis: Sicut Pater miſit me, & ego mitto vos. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos.* Semper enim intelligenda eſt analogia, & aliqua tantùm ſimilitudo: non autem idemtitas perfecta.

Reſumit Ahmedus ſermonem Haſani magiſtri ſui, quaſi quodam parergo, vel epiphonemate his verbis. ومن اعجب المعجب ان تكون

امّة كتابها ودعوتها ومبغودها واحدا يتمسكون بامر المسيح عم وتلامذته وانجيله ومبيله وشرايعه وهم مع ذلك مختلفون فيه اشد الاختلاف فمنهم من يقول انه اقنومان وطبيعتان وكل منهم يكفر صاحبه ويقول ان الحق في يده وكلهم لا ياتي من الكتاب بحجة واضحة يثبت بها دعواه ولا من قياسه لنفسه وتاويله بما يصح له عند المناظر وانما يرجع في ذيمه واعتقاده الي ما تاوله له المتاولون بما يخالف انجيلهم وكتبهم يالهوا والعباد من بعضهم:

Maximæ verò admirationis eſt, quòd una gens habeat eaſdem ſacras ſcripturas, idem prædicet, idem colat, & mordicùs teneat religionem Chriſti & diſcipulorum ejus, & Euangelium ejus, & ſtatuta, & leges, ac ſanctiones ejus: & ipſi nihilominùs diſcordes ſint in hoc ipſo inter ſe, quantum dici poſſit. Nonnulli enim ponunt in eo duas perſonas, & duas naturas: & alii appellant alios hæreticos, & infideles; aſſerente unoquoque ſuam ſententiam veram

veram esse. Nemo tamen ex eis profert è sacris scripturis probationem claram, & evidentem, qua confirmet id, quod dicit; neque ullam regulam ejus, aut analogiam, aut interpretationem, qua id verum ostendat apud disputantes: verùm recurrit in religione sua, & in professione fidei suæ ad interpretationem eorum, qui interpretati sunt contraria Euangelio suo, & scripturis sacris suis, ex voluntate, & cultu quorumdam ex ipsis. Affert deindè responsionem ad hæc quorumdam Christianorum asserentium non in Christiana solùm, sed in cæteris quoque religionibus dissidia, variasque sententias inveniri: & unumquemque veritatem sibi arrogare. Sed respondet, nullam religionem habuisse cultores discordes in articulis substantialibus suæ fidei, quos Arabes vocant الاصول, ideſt *radices*, seu *truncos*: sed in iis tantùm, quos appellant الفروع ideſt ramos: nimirùm res levioris momenti, & quæ ad substantiam religionis non pertinent.

Sed in hoc, ut in aliis multis, Adversarius sibi ipsi contradicit. Primò enim affirmat, Christianos habere easdem sacras Scripturas, idem prædicare, idem colere, eandem Christi religionem, & discipulorum ejus, idem Euangelium, easdem leges, ac sanctiones tenere: & quod præcipuum est, unum tantùm Deum colere: & nihilominùs nullam esse, aut fuisse religionem, cujus cultores adeò inter se discordes essent, ut Christiani esse reperiuntur. Neque verò (ut falsò insimulat Ahmedus) dissentiunt in truncis, seu radicibus, cujusmodi sunt Unitas & Trinitas Dei: vera Christi divinitas, & humanitas: ejusdem Christi passio & mors per crucem pro salute humani generis: æterna beatitudo in Cœlis, & supplicium æternum in gehenna, & alia hujusmodi præcipua dogmata, in quibus Christiani omnes conveniunt: dissentientes tantummodò in nonnullis dogmatibus, quæ etiamsi ex ignorantia inculpabili, vel nesciantur, vel minùs rectè teneantur, non impediunt æternam salutem, neque propterea dici debet aliquis non esse verè Christianus. Inter hæc censeri debet dogma de una, vel duabus naturis, seu personis in Christo. Qui enim asserunt esse in eo unicam naturam, & duas personas, confundunt procul dubio personam cum natura: cæterùm ipsi etiam credunt, & confitentur, Christum esse verum Deum, & verum hominem, cum operationibus distinctis humanitatis, & divinitatis, quemadmodùm nuper Patriarcha Alexandrinus in sua professione, quam trasmisit ad Innocentium Undecimum Pontificem maximum apertissimis verbis profitetur. Sed esto nonnulli ex Christianis essent etiam in radicibus: hoc non officit Christianæ religionis veritati, sicut non putant Mahumetani officere suæ sectæ, quòd inter eos sint, qui negent non solùm ea, quæ ipsi certissimè credunt de Alcorano, & Mahumeto, sed etiam de Deo, cùm inter eos non pauci Atheismum profiteantur. Verùm de hoc argumento fusiùs alibi agemus.

§. 4.

Probatur Christi divinitas ex Sacris Scripturis contra Mahumetanos.

NOn sine evidentissimo mendacio pronunciat Ahmedus cum Magistro suo Hasano in Sacris Scripturis nonnulla tantùm obscura, ac dubia pro Christi divinitate testimonia reperiri: cùm ea, quæ illum hominem, & Creaturam fuisse affirmant, innumera sint & apertissima, itaut non nisi per summam impudentiam possint negari. Fatemur nos etiam ingenuè in sacris libris frequentiùs Christum nobis, ut hominem, quàm ut Deum proponi. Id verò duplici de causa factum esse credendum est. Primò, ut nemo dubitaret de vera ejus humanitate, cùm plures futuri essent, qui illum apparenter tantùm, & phantasticè hominem fuisse existimarent: quales fuerunt Marcionistæ, Manichæi, & alii. Secundò, quia, cùm introduceretur Deus factus homo in Mundum, ut homines verbo, & exemplo doceret; & passione, ac morte sua redimeret: æquum erat, frequentiùs ea, quæ ad humanitatem ejus spectabant, quàm quæ divinitatem respiciebant, proponere. Satis nimirùm erat tantùm attingere divinitatem quantum necesse esset ad credendum ipsum esse Deum. Et quia hoc credendum erat; ad majus fidei meritum noluit semper Spiritus Sanctus apertissimis verbis, & valdè frequenter, hoc magnum mysterium à Sacris Scriptoribus proponi.

Non tamen, ut dixi, desunt satis aperta, ac certa testimonia illius divinitatis tàm in veteri, quàm in novo Testamento, quæ Mahumetani nullo modo negare possunt, vel in dubium revocare; Ea nos breviter percurremus; poterunt enim ab Apostolicis Missionariis apud Controversiarum Scriptores, qui illa fusiùs pertractant, recognosci.

I. In Psalmo 2. quem non solùm Christiani, sed Judæi quoque, & Mahumetani de Christo loqui fatentur; Ita Christus ipse de se loquitur: *Dominus dixit ad me; Filius meus es tu: ego hodiè genui te.* In quibus verbis Deus affirmat, Christum esse Filium suum, non per adoptionem, electionem, aut gratiam, sed per generationem. Ergo Christus est Deus: nam filius per generationem debet habere eandem naturam cum Patre. Nec obstat, quòd Mohammedus filius Jacobi, auctor Camus, seu Thesauri Arabici dicat hoc loco ولدتك *genui te*, idem esse ac ربيتك *nutrivi te*: Ebn-Athir verò, Auctor item celebris apud Mahumetanos velit legendum esse ولّدتك *generari feci te*, in secunda conjugatione: & præterea pro بني *filius meus*, legendum putet نبي *propheta meus*.

Nam

Nam hujuſmodi interpretationibus repugnant non ſolùm fontes Hebraici, ſed Verſiones omnes Græcæ, Latinæ, Syriacæ, Arabicæ, & quotquot inveniuntur: neque in Arabico idiomate reperietur unquam وَلَدَ aliud ſignificare, quàm gignere ſeu generare: nunquam, nutrire.

II. Iſaiæ cap. 35. De Chriſti adventu hæc leguntur. *Deus ipſe veniet, & ſalvabit nos: tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut cervus claudus, & ſoluta erit lingua mutorum.* Hæc ſive materialiter, ſive ſpiritualiter accipiantur, nonniſi de Chriſto intelligi poſſunt, qui hìc abſolutè Deus appellatur.

III. Ibidem cap. 45. ita legimus. *Hæc dicit Dominus: labor Ægypti, & negotiatorum Æthyopiæ, & Sabaim viri ſublimes ad te transibunt, & tui erunt. Poſt te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur. Tantùm in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus. Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael, Salvator.* Hæc ſi rectè perpendantur, non niſi Chriſto poſſunt convenire, qui meritò vocatur Deus abſconditus, ſeu abſcondens ſeſe, quia in eo divinitas in humanitate latebat. Nomen verò Salvatoris eſt proprium nomen Chriſti. Quòd ſi objicias, verba præcedentia ſpectare ad Cyrum Regem Perſarum: Reſpondeo hìc fieri mutationem perſonæ, cùm hujuſmodi verba nullo modo Cyro homini idololatræ poſſint convenire.

IV. In lib. Baruch, cap. 3. ſcribitur. *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius adverſus eum. Hic adinvenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Jacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.* Quandonam Deus poſt datam legem (nam hæc intelligitur nomine omnis viæ diſciplinæ) Iſraelitis viſus eſt in terris, & cum hominibus converſatus; niſi quandò in Chriſto univit hypoſtaticè naturam ſuam divinam cum humana? Quamvis autem liber Baruch ab Hebræis inter libros canonicos non numeretur: agnoſcunt tamen illum & recipiunt inter eos libros, qui dicuntur ſcripti fuiſſe per בַּת קוֹל *filiam vocis*, ideſt per divinam inſpirationem.

V. Zachariæ cap. 2. *Hæc dicit Dominus exercituum: Poſt gloriam miſit me ad gentes, quæ ſpoliaverunt vos: qui enim tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei* (hodiè Hebraicè legitur, oculi ejus). *Quia ecce ego levo manum meam ſuper eos, & erunt ſpolium ſervis ſuis: & ſcietis, quòd Dominus exercituum miſit me. Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego veniam, & habitabo in medio tui, ait Dominus. Et adhærebunt gentes multæ Domino in die illa, & erunt mihi in populum: & habitabo in medio tui: & ſcies, quòd Dominus exercituum miſerit me ad te.* Videmus hìc Dominum exercituum aſſerere, ſe miſſum fuiſſe à Domino exercituum. Cùmque vaticinium de Chriſto accipiendum ſit, non poteſt is, qui miſſus eſt eſſe niſi Deus, & idem Deus cum eo, à quo miſſus eſt. Et notandum eſt ubique eſſe nomen proprium veri Dei יהוה. Quomodò autem dicatur Deus filius mitti à Deo Patre, jam ſuprà explicatum eſt.

VI. Ibidem cap. 3. *Et oſtendit mihi Dominus Jeſum ſacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Domini: & Satan ſtabat à dextris ejus ut adverſaretur ei. Et dixit Dominus ad Satan: Increpet Dominus in te Satan; & increpet Dominus in te, qui elegit Jeruſalem.* Hìc manifeſtè apparet diſtinctio duarum perſonarum, dum Dominus dicit Satanæ: Increpet Dominus in te. Utrobique verò Hebraicè eſt nomen Dei proprium יהוה. Quòd ſi reſpondeas Deum imperare ſibi ipſi, ut increpet Satanam, nullo modo videtur probari poſſe hujuſmodi reſponſio.

Verùm his, quæ hactenùs ex veteri Teſtamento tàm hoc loco, quàm ſuprà, ubi de arcano diviniſſimæ Trinitatis Myſterio egimus, à nobis producta ſunt, poterunt fortaſsè Mahumetani aliquid objicere, ut probent alium eſſe eorum ſenſum ab eo, quem nos illis tribuimus. Sed quid dicent ad ea ejuſdem veteris Teſtamenti loca, quorum ſenſus certus & indubitatus ex novi Teſtamenti expoſitione tenetur?

Primus ex his eſt in lib. Numer. cap. 21. *Locutus eſt populus contra Dominum & Moyſem &c. Quamobrem immiſit Dominus in populum ignitos Serpentes.* S. Paulus Epiſt. 1. ad Cor. cap. 10. ita locum hunc exponit. *Neque tentemus Chriſtum ſicut quidam eorum tentaverunt, & à Serpentibus perierunt.* Dominus ille, quem tentaverunt Hebræi, erat verus Deus Iſrael: & tamen S. Paulus pronunciat, hunc fuiſſe Chriſtum. Ergo Chriſtus eſt verus Deus.

II. Exod. cap. 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Terra Ægypti.* Hunc Dominum Deum affirmat S. Judas in Epiſtola ſua fuiſſe Jeſum Chriſtum, dicens: *Jeſus populum de Ægypto ſalvans, ſecundò eos qui non crediderunt perdidit. Angelos verò, qui non ſervaverunt ſuum Principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in Judicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſervavit.* Sicut verò Exodi cap. 20. & alibi dicitur Deus ſalvaſſe Iſraelitas ab Ægypto: ſic Numer. cap. 14. dicitur eoſdem perdidiſſe propter ipſorum incredulitatem. Porrò Angelos rebelles non ab alio, quàm à Deo punitos fuiſſe, Mahumetani ipſi ex Alcorani doctrina fateri coguntur. Chriſtus igitur eſt verus Deus. Quòd ſi objicias, in epiſt. Judæ non legi Græcè ὁ Ἰησοῦς *Jeſus*: ſed ὁ Κύριος *Dominus*: Reſpondeo, Textus latinos convenire cum aliis Textibus Græcis antiquioribus, in quibus legitur *Jeſus*, non autem Dominus. Præterea in novo Teſtamento, ubi ponitur abſolutè *Dominus*, intelligitur communiter Chriſtus, præſertim in Epiſtolis canonicis.

Tertiò David pſalmo 67. alloquens verum Deum, ait: *Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitatem, accepiſti dona in hominibus.* Hæc

verba S. Paulus ad Epheſios cap. 4. tribuit Chriſto, dum ſcribit: *Unicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti: Propter quod dicit: Aſcendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Quòd autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ?* Patet igitur Chriſtum eſſe verum Deum.

IV. Pſalmo 96. verba illa: *Adorate Deum omnes Angeli ejus.* idem S. Paulus ad Hebræos tribuit Chriſto, dicens de Patre: *Et cùm iterum introducit Primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.*

Quintò Verba pſalmi 44. *Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi, virga directionis virga regni tui. Dilexiſti juſtitiam: & odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus.* Idem S. Paulus explicat de Chriſto: Quem primò David Deum appellat dicens: *Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi.* Deindè aſſerit, unctum fuiſſe à Deo ſuo, nimirùm ſecundum humanitatem, ad oſtendendum illum Deum ſimul eſſe, & hominem. Neque reſpondeat Mahumetanus, verba illa: *Sedes tua Deus &c.* eſſe apoſtrophen ad Deum abruptam ab antecedentibus, & conſequentibus. Nam primò obſtat auctoritas S. Pauli 2. cùm in antecedentibus & ſubſequentibus Propheta faciat apoſtrophen ad Chriſtum; importuna eſſet apoſtrophe in medio apoſtrophes, cum continuatione ſermonis in ſecunda perſona. Fatetur hoc vel invitus R. Abraham Aben-Ezra, qui ita ſcribit in hunc locum: *Porrò qui dicit, quòd verba illa: Sedes tua Deus &c. ſunt referenda ad Deum: attendat, quòd ſequens verſus hoc denegat, qui ait: Dilexiſti juſtitiam &c.* & addit hunc pſalmum magis convenire Meſſiæ, quàm alii.

VI. Verba illa pſalmi 101. *Initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt Cœli: ipſi peribunt, tu autem permanes &c.* Idem S. Paulus loco citato explicat tanquam dicta de Chriſto: quamobrem ſequitur, hunc eſſe Deum Creatorem Cœli & terræ.

VII. Verba Iſaiæ cap. 6. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum &c. & dixit Dominus ad me: Dic populo huic: Excæca oculos ipſorum, & cor eorum aggrava:* pertinere ad Chriſtum, aſſerit S. Joannes cap. 12. Euangelii dicens: *Hæc dixit Iſaias, quandò vidit gloriam ejus, & locutus eſt de eo.* Neque objicias, verba Joannis referri ad primum locum Iſaiæ cap. 53. *Domine quis credidit autui noſtro? &c.* Nam primò cap. 53. Non vidit gloriam ejus ſed potiùs ignominias & pœnas ejus. Secundò impertinens eſt, ut, cùm Joannes immediatè poſt ſecundum locum Iſaiæ ſubdat: *Hæc dixit Iſaias &c.* Pronomen, *hæc*, referatur ad primum, & non ad ſecundum locum.

VIII. Verba ejuſdem Iſaiæ cap. 80. *Dominus exercituum, ipſum ſanctificate: ipſe pavor veſter, & ipſe terror veſter. Et erit vobis in ſanctificationem: in lapidem autem offenſionis & petram ſcandali. &c.* Exponunt de Chriſto S. Lucas in Euangelio; & S. Petrus, ac S. Paulus in ſuis Epiſtolis. Introducit enim S. Lucas cap. 2. Euangelii Simeonem prædicentem de Chriſto. *Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael.* Et D. Petrus epiſt. 1. cap. 3. fideles hortatur dicens: *Timorem autem eorum ne timueritis; & non conturbemini: Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris:* Et cap. 2. loquens de Chriſto: *Vobis honor credentibus: non credentibus autem lapis offenſionis, & petra ſcandali.* Denique S. Paulus ad Romanos cap. 9. loquens de perfidia Hebræorum in Chriſtum ait: *Offenderunt enim in lapidem offenſionis: ſicut ſcriptum eſt: Ecce pono in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali.*

IX. Verba ejuſdem cap. 40. *Vox clamantis in deſerto parate viam Domino, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri:* eſſe vaticinium de Chriſto, cujus adventum præivit S. Joannes Baptiſta, ut pararet vias ejus, aſſerunt omnes Euangeliſtæ. Quemadmodùm etiam locum illum Malachiæ cap. 3. ubi dicit Deus: *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.* Hunc enim Angelum eſſe Joannem Baptiſtam, qui præparavit viam ante faciem Chriſti, aſſerit ipſe Chriſtus Matth. cap. 11. Et confirmat Zacharias pater ejus Lucæ cap. 1. illis verbis: *Et tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare via ejus.*

X. Verba ejuſdem Iſaiæ cap. 45. *Ego Deus & non eſt alius: in memetipſo juravi, quia mihi curvabitur omne genu.* S. Paulus ad Romanos cap. 14. exponit de Chriſto dicens: *Omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti; Scriptum eſt enim: Vivo ego dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu.* Poſtremò cùm apud eumdem Prophetam cap. 4. & 44. & 48. Deus ter dicat de ſe: *Ego ſum primus, Ego noviſſimus.* Et idem dicat de ſe ipſo Chriſtus in Apocalypſi cap. primo, neceſſariò fatendum eſt, Chriſtum eſſe Deum.

Satis ſuperque probant teſtimonia hactenùs allata, Chriſtum quemadmodùm verè eſt Homo, ita etiam verè eſſe Deum. Attamen, ut clariùs hæc veritas Mahumetanis appareat, ex variis novi teſtamenti locis illam directè probemus.

Primò. Matth. cap. 16. S. Petrus Apoſtolorum Princeps fatetur, *Chriſtum eſſe Filium Dei vivi.* Neque obſtat quòd in ſacris literis, alii etiam filii Dei appellentur. Diverſo enim modo convenit hoc Chriſto, ac cæteris ſive Angelis ſive hominibus: quemadmodùm diverſo modo convenit illi hoc nomen *Chriſti*, ſeu Meſſiæ, ac aliis qui eodem nomine inveniuntur appellari. Nemo quippè abſolutè nuncupatus fuit Meſſias, quemadmodùm neque filius Dei niſi Jeſus. Ex quo patet aliquid ſingulare importare in illo hæc nomina, quod non competit ulli alii. Probatur hoc primò ex Proverbiis Salomonis cap. 30. ubi dicitur de Deo. *Quod eſt nomen ejus, & quod nomen filii ejus, ſi noſti?* Certè ſi hìc nomen *filii* nihil aliud ſignificaret, quàm adoptionem, aut electionem, interrogatio eſſet ſatis levis, & facilis, cùm omnes boni ſint hac ratione filii Dei; & tamen tanquam res ininveſtigabilis proponatur. Secundò: Nemo niſi Chriſtus, tanquam proprio, & uſitato nomine vocatur in Scripturis

Filius

Filius Dei. Hoc non indiget probatione: nam omnia Euangelia, & cæteri libri Teſtamenti novi id manifeſtiſſimè demonſtrant.

Propterea cùm, *Filius Dei* dicitur de Chriſto, ſemper in textu originario Græco, quemadmodùm etiam in verſione Syriaca, & Arabica ponitur cum articulo, ſeu modo emphatico: quod oſtendit Chriſtum propriè, verè ac ſingulariter eſſe filium Dei. Quòd ſi Mahumetani dicant, Chriſtum propter excellentem electionem ipſius, non autem propter divinitatem, quam habeat, appellari antonomaſticè Filium Dei: reſpondemus ob hanc rationem in ſententia ipſorum multò magis Mahumetum, quàm Chriſtum honorandum fuiſſe à Deo hoc nomine, cùm, licèt falsò, putent electionem illius excellentiorem fuiſſe, quàm electionem Chriſti; ac propterea abſolutè & tanquam proprio nomine vocent eum المصطفي *Electum*: & tamen neque in Alcorano, neque uſquam apud Arabes obtinuit unquam nomen Filii Dei. Tertiò: Si Chriſtus diceretur filius Dei per adoptionem, vel electionem: non eſſet, cur Euangeliſtæ referrent tanquam rem novam, & divinitùs revelatam, quòd aliquis eum agnoſceret & fateretur filium Dei: & quòd Chriſtus ipſe Petro ſe talem agnoſcenti ac fatenti diceret: *Beatus es Simon Bar-iona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui in Cœlis eſt*: & propterea conſtitueret eum Principem Eccleſiæ ſuæ & traderet illi claves Regni Cœlorum. Quartò: Chriſtus non ſolùm dicitur *filius Dei*, ſed *filius Dei vivi*: quòd ſine dubio eſt ad demonſtrandum, illum eſſe filium Dei naturalem, & ab eo generatum. Generatio enim, ut ſæpè diximus, eſt proceſſio viventis à vivente in ſimilitudinem naturæ: quamvis enim Oſeæ cap. 1. prædicatur, Iſraelitas nominandos eſſe *filios Dei viventis*: non tamen dicitur eos eſſe verè tales. Neque unquam de ullo ſingulari homine, præter Chriſtum, dictum vel ſcriptum fuit, verè eſſe Filium Dei vivi. Quintò: Non ſolùm Chriſtus dicitur filius Dei: ſed *filius Dei unigenitus*: & additur à S. Joanne cap. 1. *Qui eſt in ſinu Patris*: per quod manifeſtè oſtenditur, illum eſſe filium Dei verum, & naturalem. Sextò. Judæi ipſi apertè agnoſcebant, Chriſtum vocare ſe Filium Dei hoc modo, & conſequenter fateri ſe eſſe æqualem Deo, & Deum verum. Hoc patet ex Joan. cap. 5. ubi cùm dixiſſet Chriſtus: *Pater meus uſque modò operatur, & ego operor*: Subjicit Euangeliſta: *Propterea ergo magis quærebant eum Judæi interficere, quia non ſolùm ſolvebat Sabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo*. Et cap. 10. Cùm Chriſtus dixiſſet, Deum eſſe Patrem ſuum, & conſequenter ſe eſſe filium Dei: *ſuſtulerunt lapides Judæi, ut lapidarent eum*. Cùmque de hoc Chriſtus conquereretur; reſponderunt ei: *De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia: & quia tu homo cùm ſis, facis te ipſum Deum*. Non dixerat autem Chriſtus, ſe eſſe Deum ſed Filium Dei: ut patet ex eo, quod ſequitur: *Vos dicitis, quia blaſphemas, quia dixi: filius Dei ſum*. Intelligebant ſcilicet, *filium Dei* abſolutè & ſimpliciter involvere neceſſariò filiationem Dei naturalem; & conſequenter æqualitatem cum Deo. Propterea etiam Pontifex Caiphas tàm ſtudiosè exquirebat ab eo, utrum eſſet Filius Dei vivi.

Cùmque id ille confeſſus eſſet, Caiphas ſcindens veſtimenta ſua, eumdem blaſphemiæ condamnavit. Et Judæi dixerunt ad Pilatum Joan. cap. 19. *Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit*. Hoc autem nullo modo feciſſent, aut dixiſſent, ſi de filiatione per ſolam gratiam vel adoptionem illum loqui exiſtimaſſent: nemo enim vel blaſphemus, vel morte dignus cenſeri poterat, qui illam ſibi tribuiſſet. Poſtremò ſolus Chriſtus, proprius & verus Dei Filius appellatur: ut in Epiſtola ad Romanos cap. 8. *Quia etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*. Et in epiſtola 1. Joan. cap. 5. *Dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero filio ejus. Hic eſt verus Deus & vita æterna*. Ex his manifeſtum eſt, ſi Chriſtus eſt filius Dei non per adoptionem, ſed verus, proprius, unigenitus, & naturalis, eſſe etiam verum Deum.

II. Lucæ cap. 1. dixit Gabriel de Joanne Baptiſta. *Multos filiorum Iſrael convertet ad Dominum Deum ipſorum: & ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ*. Manifeſtum eſt autem Joannem non præceſſiſſe niſi ante Chriſtum: juxta illud S. Pauli in Actis Apoſtolorum cap. 13. *Eduxit Deus Iſrael Salvatorem Jeſum, prædicante Joanne ante faciem Adventus ejus*. Neque pronomen demonſtrativum, *illum*, in verbis Gabrielis poteſt referri ad alium, quàm ad *Dominum Deum ipſorum*. Eſt igitur Chriſtus Dominus Deus filiorum Iſrael. Et confirmatur verbis illis Zachariæ alloquentis filium ſuum Joannem: *Præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus*.

III. Joannis cap. 5. *Judæi quærebant Chriſtum interficere, quia non ſolùm ſolvebat Sabbatum, ſed etiam Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo*. Quo in loco notandum eſt, verba illa, *æqualem ſe faciens Deo*, non eſſe Judæorum, ſed Euangeliſtæ, qui ſciebat, idem eſſe habere Patrem Deum, & eſſe filium ejus naturalem, ac eſſe æqualem Deo. Porrò ſi verba illa poſuiſſet Euangeliſta ex mente Judæorum, & ea falſa exiſtimaſſet, utique eorumdem errorem confutaſſet, vel ſaltem manifeſtaſſet, ut aliàs eum ſæpè feciſſè videmus. Ut cap. 2. cùm dixiſſet Jeſus: *Solvite Templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*: & Judæi intellexiſſent hæc verba de Templo Jeroſolymitano: ſtatim Euangeliſta correxit eorum errorem, dicens: *Ille autem dicebat de Templo corporis ſui*. Et cap. ult. cùm dixiſſet de Joanne ipſo: *Sic eum volo manere donec veniam*: & cæteri diſcipuli putaſſent per hoc ſignificari, illum nunquam eſſe moriturum uſque ad Chriſti adventum: corripuit eorum errorem dicens: *Et non dixit Jeſus non moritur, ſed ſic eum volo manere donec veniam*: eodem modo cap. 11., cùm dixiſſet Jeſus: *Lazarus amicus noſter dormit*: & putarent diſcipuli eum loqui de vero ſomno; ſtatim detexit eorum deceptionem, dicens: *Dixerat autem Jeſus de morte ejus*. Si igitur hìc etiam Judæi falſum

falsum opinati fuissent, correxisset Joannes eorum opinionem dicens: *& non dixit Jesus se esse æqualem Deo*: imò Jesus ipse, quemadmodùm semper eorumdem Judæorum calumnias & mendacia de se refutabat vel negabat, ita hìc quoque, si sibi falsum quid imposuissent, proculdubiò illud rejecisset, atque innocentiam suam manifestasset. Et quemadmodùm hìc non negavit, se esse æqualem Deo, ita neque cap. 10. ubi hoc idem oppositerunt ei illis verbis: *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cùm sis, facis te ipsum Deum*, non respondit: Ego non facio me ipsum Deum: imò ratum habuit quod ipsi dixerant, convincens eos illis verbis: *Si non facio opera Patris mei* (idest opera propria Dei) *nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis, & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre*:

Objicies, primò Christum respondisse Judæis: *Nonne scriptum est in lege vestra: Quia Ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi scriptura: quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis; quia blasphemas, quia dixi: filius Dei sum.* Per quæ verba videtur ostendi, Christum non alia ratione asseruisse, se esse Deum, vel filium Dei, quàm illa, qua dicti sunt dii, & filii Dei ii, ad quos sermo Dei factus est, nempè per gratiam & adoptionem tantùm. Respondeo Christum argumentatum fuisse contra Judæos à minori ad majus: non secus ac si filius Regis verus & naturalis, sed ignotus, ac sub veste peregrina argueretur temeritatis, quòd vocaret se filium Regis illius, qui etiam domesticos suos famulos appellaret filios: ille verò responderet: Vos arbitramini me temerarium, quòd me ipsum filium Regis appellem, à quo genitus sum, cùm Rex appellet filios etiam servos domesticos suos. Eandem vim habent verba Christi, nimirùm: Si illi, ad quos tantùm sermo Dei factus est, dicuntur dii & filii Dei: quantò magis debetur mihi hoc nomen, quem Pater sanctificavit per unionem hypostaticam divinæ naturæ cum humana (nam id significat hoc loco *sanctificare*, juxta sensum Doctorum Christianorum) & misit in mundum? Probat deindè sequentibus verbis, se esse filium Dei non per adoptionem, sed per generationem, & consequenter Deum verum, per opera propria Dei, quæ faciebat.

IV. Joannis cap. 14. dixit Christus Apostolis: *Creditis in Deum, & in me credite*, per quod ostendit, se esse verum Deum. Alioquin non arrogasset sibi fidem ab Apostolis, quæ Deo debebatur. Quòd si objiciant Mahumetani, etiam Exodi cap. 14. scriptum esse de Israelitis: *& crediderunt in Dominum & in Moysem servum ejus*: respondemus ea verba, *servum ejus*, ostendere, diverso modo accipiendum esse ibi, *credere*, respectu Dei, & respectu Moysis. Præterea ibi, *credere*, non importat actum fidei, sed certitudinis illius, quod promissum fuerat. Quamobrem tàm versio Græca, quàm latina habent: *Et crediderunt Deo, & Moysi servo ejus*. Arabica autem optimè interpretatur: وامنوا بالرب وصدقوا موسي عبده. *Et crediderunt in Dominum, & veracem habuerunt Moysem servum ejus*. In Euangelio autem loco jam allegato Arabicè habetur امنوا بالله وامنوا بي *Credite in Deum, & credite in me*: non autem وصدقوني *& veracem habete me*. Patet verò ex verbis sequentibus, eandem fidem hìc tribui Deo, & Christo: sequitur enim paulò post: *Ego sum via, veritas, & vita*. Quæ verba soli Deo conveniunt, qui Arabicè etiam tanquam proprio nomine dicitur الحق *Veritas*. Et multò magis ex illis: *Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis. Et amodò cognoscetis eum, & vidistis eum*. Certè discipuli cognoscebant Christum, sed nondum agnoscebant esse eundem Deum cum Patre: Quòd si hoc cognovissent, cognovissent etiam Patrem. Quamobrem postulanti Philippo, ut Patrem ipsis ostenderet, respondit: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est?* Certè si Christus non esset Deus idem ac Pater, nullo modo verificari possent hæc verba illius.

V. Joannis cap. 16. dixit Christus: *Omnia, quæ habet Pater mea sunt*. At quis unquam dicere audeat, vel jure possit: Mea sunt omnia, quæ habet Deus; nisi etiam sit Deus? Certè si quis diceret: Omnia quæ habet Rex, mea sunt: apertè ostenderet se etiam esse Regem, vel filium hæredem & successorem Regis. Confirmavit hoc idem Joan. cap. 17. cùm dixit Patri: *Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt*. Si omnia Patris sunt filii, & omnia filii sunt Patris; impossibile est filium non esse æqualem Patri, & eundem Deum cum illo. Matthæi etiam cap. 11. dixit: *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & nemo novit filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit nisi filius, & cui voluerit filius revelare*. Estne ulla creatura, quæ sine blasphemia dicere possit: Deus mihi tradidit omnia: quod idem est ac dicere: Ego habeo omnia, quæ habet Deus: & nemo novit me, nisi Deus: & nemo novit Deum nisi ego: & ego revelo Deum cui volo? Hæc sanè nemo dicere potest, nisi sit Deus.

VI. Joan. cap. 20. Thomas Apostolus dixit Christo: *Dominus meus, & Deus meus*. Et notandum est Græcè esse cum articulo: ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου. Quod ostendit, Thomam confessum fuisse Christum, ut verum Deum, & verum Dominum. Christus verò non solùm de hoc illum non redarguit, sed etiam laudavit & commendavit dicens: *Quia vidisti me Thoma credidisti: Beati qui non viderunt & crediderunt*.

VII. In epistola ad Romanos cap. 9. loquens S. Paulus de Judæis, ait: *Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus, Benedictus in Sæcula*: Quem locum ita transtulit Interpres Syrus: *Et ex ipsis revelatus fuit Christus in carne, qui est Deus, qui est super omnia: cui laus & benedictio in sæcula sæculo-*

ſæculorum Amen. Quid clarius dici poterat pro vera Chriſti divinitate?

VIII. In epiſt. ad Galat. cap. 1. ita loquitur S. Paulus: *Notum vobis facio Euangelium, quod prædicatum eſt à me; quia non eſt ſecundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per revelationem Jeſu Chriſti*. Quibus verbis Apoſtolus non obſcurè inſinuat, Chriſtum non eſſe purum hominem, ſed etiam Deum, dum affirmat, ſe non accepiſſe, nec didiciſſe Euangelium ab homine, ſed à Jeſu Chriſto ſibi illud revelante. Et confirmatur ex primis ejuſdem Epiſtolæ verbis: *Paulus Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum, & Deum Patrem*. Ergo Jeſus Chriſtus non eſt purus homo, ſed etiam Deus.

IX. In epiſtola ad Philippenſes cap. 2. dicit D. Paulus de Chriſto: *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo*. Porrò forma alicujus rei eſt eſſentia ipſius rei: non enim poteſt hìc eſſe ſermo de forma accidentali, quæ in Deo nullo modo reperitur. Ergo forma Dei erit eſſentia, ſeu eſſe Dei. Ergo Chriſtum eſſe in forma Dei, erit eſſe in eſſentia Dei, ſeu habere idem eſſe cum Deo: quemadmodùm eſſe in forma ſervi, ideſt hominis, ut explicat idem Paulus, eſt habere eſſentiam, ſeu eſſe ſervi, vel hominis. Confirmatur primò: quia ſi, cùm eſſet in forma Dei, accepit formam hominis, & factus eſt homo, ergo anteà non erat homo. Sed neque erat Angelus. Quid ergo erat in forma Dei? Certè Deus. Sed deitatem abſcondens (hoc enim fuit ſemetipſum exinanire) factus eſt homo. Confirmatur 2. ex illis verbis: *Non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo*. Nam ſi Chriſtus non arbitratus eſt, ideſt non putavit, neque exiſtimavit (hoc enim ſignificat verbum Græcum ἡγήσατο: non autem *meditatus*, ſeu *ſpeculatus eſt*, ut falsò, imò impiè vult Eraſmus) rapinam eſſe, aſſumere ſibi æqualitatem cum Deo: ergo putabat, ſibique perſuadebat, poſſe eam ſibi juſtè tribuere: id verò minimè feciſſet, ſi non fuiſſet revera æqualis Deo.

X. In epiſt. 2. cap. 5. ita ſcribit S. Joannes; *Et ſcimus, quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus verum Deum; & ſimus in Vero, in filio ejus Jeſu Chriſto. Hic eſt verus Deus, & vita æterna*: ita enim habent fontes Græci, & Verſio Syriaca, cum quibus latina etiam convenit. Quibus in verbis Chriſtus appellatur *Verus*, & affirmatur eſſe verus Deus, & vita æterna. Verus enim, ſeu Veritas eſt nomen Dei apud Arabes, & etiam in Sacris literis. Quòd ſi dicant Mahumetani, pronomen, hic, referri ad *verum Deum* ante nominatum, non autem ad filium; Reſpondemus pronomen demonſtrativum, *hic*, naturaliter referri ad magis propinquum. Ita ſi dicam: Profectus ſum Romam, ut viderem Templum magnificum S. Petri: & Templum S. Pauli; hoc eſt Templum magnificum: certè nemo dicet, *hoc*, referri ad Templum S. Petri: alioquin eſſet inepta loquutio: idem enim bis fruſtrà repeteretur.

XI. Euangelium Joannis primis verbis manifeſtiſſimè teſtatur Chriſti divinitatem, dicens: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Multum poſſunt Mahumetani, & Ariani alibi cavillari: Sed hìc verba adeò clara ſunt, & aperta, ut nihil in contrarium afferre, neque ullo modo tergiverſari poſſint. Apertè enim dicitur Verbum eſſe Deum: & hoc Verbum non eſſe recenter productum, ſed fuiſſe antequam quidquam crearetur à Deo: & hoc idem Verbum carnem aſſumpſiſſe, & hominem factum fuiſſe. Neque dici poteſt, aſſumendo carnem, deſiiſſe eſſe Deum: Impoſſibile enim eſt Deum deficere in eſſe ſuo. Probant evidentiſſimè Chriſti divinitatem verba ſequentia: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil: in ipſo vita erat. &c.* Hæc ſanè, ſi de alio, quàm de vero Deo dicantur; falsò, imò impiè dicentur. Nam, ut optimè obſervat S. Auguſtinus, ſi omnia, quæ facta ſunt, per Verbum facta ſunt, & nihil eſt factum, quod non factum ſit per ipſum: non poteſt ipſum Verbum factum eſſe, ſeu creatum, alioquin per ſe ipſum factum eſſet, quod repugnat: & reperiretur aliquid factum, quod non eſſet factum per ipſum, quod negat Euangeliſta. Nec dicant Mahumetani, particulam *per* oſtendere cauſam inſtrumentalem: nam cauſæ etiam principali tribuitur, ut idem ſit, *per ipſum*, ac *ab ipſo*. Patet hoc ex multis exemplis Scripturæ; ut ex epiſtola ad Romanos cap. 11. ubi dicitur de Deo: *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*. Non poteſt hìc particula *per* ſignificare cauſam inſtrumentalem. In epiſt. etiam ad Galatas cap. 1. aſſerit S. Paulus, ſe factum fuiſſe Apoſtolum per Jeſum Chriſtum, & Deum Patrem. In veteri etiam Teſtamento Oſeæ cap. 1. ita loquitur Deus; *Et domui Juda miſerebor, & ſalvabo eos per Dominum Deum ſuum, & non ſalvabo eos per arcum, & per gladium*: ubi primo loco particula *per* nullo modo ſignificare poteſt inſtrumentum. Dicitur autem Pater creaſſe omnia per filium, licèt etiam filius omnia creaverit, quia eſt Verbum Patris, & perſona ab illo procedens. Ita dicitur homo intelligere per intellectum, licèt intellectus etiam ut cauſa principalis intelligat; & videre per oculum, operari per manum, ſeu brachium, licèt tàm oculus, quàm brachium, & manus ſint cauſæ principales, ſeu comprincipales ſuarum operationum. Confirmatur hoc ex Euangelio Joannis cap. 5. in illis. Chriſti verbis: *Pater meus uſque modo operatur, & ego operor*. Et paulò poſt; *Non poteſt filius à ſe facere quidquam* (quia ſcilicet per generationem accipit ſuum eſſe à Patre, & conſequenter etiam omnipotentiam, qua operatur) *niſi quod viderit Patrem facientem. Quæcumque enim ille fecerit, hæc & filius ſimiliter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit: & majora his demonſtrabit opera, ut vos miremini. Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos & vivificat, ſic & filius quos vult vivificat*. Ex quibus patet ita Patrem operari per Filium, ut Filius etiam operetur cum Patre, & eodem modo, quo Pater. Hùc accedit, quod in Scripturis habetur, non ſolùm omnia facta

eſſe

esse per Christum; sed etiam facta esse in Christo, idest in virtute, & omnipotentia ejus. Quare in epistola ad Colossenses cap. 1. scribitur: *In ipso condita sunt universa in Cœlo, & in terra; visibilia, & invisibilia; sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso constant.* Hæc si de alio, quàm de Deo dicantur, falsò impièque dicentur. Porrò cùm Mahumetani velint, Christum non esse Deum, sed purum hominem: dicant nobis; cum juxta S. Paulum, & cæteros sacros Scriptores, imò ipsum Christum, esset ante Mundum, & ante omnem creaturam: dicente eodem in Euangelio Joannis cap. 17. *Et nunc clarifica me tu Pater, apud temetipsum claritate, quam habui priusquam mundus esset, apud te*: dicant, inquam, nobis: quid erat tunc? Erat ne Angelus, an homo, an aliquid aliud creatum? At ita non fuisset ante omnem creaturam, alioquin fuisset ante seipsum. Si Mahumetani his tàm claris, apertisque testimoniis, & argumentis non convincuntur, in meridiana luce sponte cæcutiunt.

§. 5.

Aliis argumentis ex Sacris Scripturis petitis Christi divinitas probatur.

PRobatur præterea Christi divinitas tùm ex nominibus, & attributis, tùm ex operibus propriis Dei, quæ Christo in Sacris literis tribuuntur: tùm demum ex perpetua, communique traditione.

Primum ac præcipuum nomen, quo supremum Numen absolutè, & simpliciter à mortalibus agnoscitur, & colitur, est *Deus*. Hoc autem nomine Christus insignitur Isaiæ cap. 9. *Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Deus, Fortis &c.* Et in Actis Apostolorum cap. 20. *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.* Et ad Romanos cap. 9 *Qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Et Apocalypsis cap. 4. *Dominus Deus omnipotens, qui est, & qui erat, & qui venturus est.* Et Joannis cap. 1. *Et Deus erat Verbum.* Et cap. 20. *Dominus meus, & Deus meus.* Et epist. 1. Joan. cap. 3. *In hoc cognovimus charitatem Dei, quia ille animam suam pro nobis posuit.*

Secundum nomen est *Dominus*, qui absolutè in Sacris Scripturis dicitur de solo Deo: imò ubi Hebraicè est nomen ineffabile יְהוָה quod de vero tantùm Deo dicitur, Interpretes Græci, Latini, & plerique alii, ferè semper vertunt, *Dominus*: Græcè ὁ κύριος: Syriacè ܡܪܝܐ: Arabicè الرب puto ob eam causam, quia Hebræi non solùm recentiores, sed etiam antiquiores, ubi scriptum erat nomen, יהוה ob reverentiam legebant אֲדֹנָי *Dominus*, non autem *Deus*: ut item legit Interpres latinus Exod. cap. 6. itaut potiùs nomen *Domini*, quàm *Dei*, proprium supremi Numinis esse videatur. Christum autem hoc nomine vocari jam suprà vidimus. Et ita vocandum esse prædixit Jeremias cap. 23. *Et hoc est nomen ejus quod vocabunt eum, Dominus justitia nostra*: ubi Hebraicè est יהוה. Quòd si objiciant Mosemi locum hunc non esse ita certum, cùm ex Hebraico fonte quidam vertendum esse putant: *Et hoc est nomen ejus, quo vocabit eum Dominus, Justitia nostra.* Respondemus, sufficere pro nobis testimonia superiùs allegata: quibus addi potest illud Isaiæ cap. 9. *Et vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Deus, Fortis.* Ubi nomen Dei Hebraicè est אֵל quod de uno tantùm, veroque Deo dicitur.

Tertium nomen est *Altissimus*: Hebraicè עליון: Arabicè الاعلي: quo nomine Christus à Zacharia patre Joannis Baptistæ appellatus fuit illis verbis Lucæ cap. 1. *Tu Puer Propheta Altissimi vocaberis.* Et cùm S. Paulus in epistola ad Philippenses cap. 2. dicat, *nomen Christi esse super omne nomen*: & ad Rom. cap. 9. *Christum esse super omnia Deum benedictum*; manifestè ostendit, *Altissimi* nomen illi jure deberi.

Quartum nomen est *Invisibilis*: non tantùm quia nemo potest Deum oculo corporeo videre, quantùm quia nulla est creatura, quæ etiam intellectuali oculo sine speciali ipsius auxilio, & lumine possit eum clarè cognoscere. Christus autem dixit de seipso Matth. cap. 11. *Nemo novit filium nisi Pater; neque Patrem quis novit nisi filius*; ostendens per hoc, tàm Patri, quàm sibi nomen *Invisibilis* convenire:

Quintum nomen est, *Rex gloriæ*, vel *Dominus gloriæ*. Hoc nomen Christo tribuitur à S. Paulo epist. 1. ad Corinth. cap. 2. ubi scribit: *Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Et in psalmo 23. dicitur. *Attollite portas Principes vestras &c. & introibit Rex gloriæ*: quæ verba de Christo intelligenda esse, communis semper fuit omnium Christianorum sensus. Neque solùm ibi Christus *Rex gloriæ*, sed etiam *Dominus fortis & potens, & Dominus virtutum*, qui tituli soli Deo tribuuntur, appellatur.

Sextum nomen est, *Rex Regum & Dominus dominantium*. Quod sicut S. Paulus epist. 1. ad Timotheum cap. 6. Uni vero Deo competere affirmat; ita S. Joannes in Apocalypsi cap. 17. & 19. Christo expressis verbis tribuit, dicens: *Agnus vincet illos, quoniam Rex regum est, & Dominus dominantium.* Et: *In femore scriptum habet: Rex regum, & Dominus dominantium.*

Septimum Dei nomen est, *Sum*, vel *Ens*, vel *Qui est*. Ita habetur Exodi cap. 5. *Ego sum qui sum, & Qui est misit me ad vos.* Græcè dicitur εἰμὶ, vel ὁ ὤν. Arabicè هو vel الكائن In Euangelio Joannis cap. 8. dixit Christus Judæis:

dæis: *Si non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris. Et cùm reſpondiſſent Judæi: Tu quis es?* Ille ait: *Principium, qui & loquor vobis*: ideſt: ille, qui loquutus ſum vobis à principio: nimirùm, Deus. Et paulò poſt: *Cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.* Et in Apocalypſi dicitur de eo: *Qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt.*

Tribuuntur etiam Deo non ſolùm à Mahumetanis, ſed etiam à Sacris Scripturis nomina, ſeu epitheta: *Magnus, Unus, Verus, Solus.* Et his iiſdem Chriſtus non rarò inſignitur. Epiſtola 1. ad Corinthios cap. 8. *Nobis eſt Unus Dominus Jeſus Chriſtus.* Epiſt. 1. Joan. cap. 5. *Ut ſimus in Vero filio ejus. Hic eſt Verus Deus.* In epiſt. Judæ: *Solum Dominatorem, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum negantes.* In epiſt. ad Titum: *Expectantes beatam ſpem, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.* Uniuntur enim ſub eodem articulo in Originali Græco *Magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti*: Μεγάλε Θεῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ. Quemadmodùm etiam in epiſtola Judæ. τὸν μόνον Θεὸν, καὶ Δεσπότην τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησῦν Χριστόν. *Solum Deum, & Dominatorem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Ubi etiam ponitur *Deus*, quod nomen in vulgatis latinis deſideratur. Porrò ſi Chriſtus non eſſet Deus, nunquam Scripturæ appellarent illum, *Solum, & Unicum*, *Dominum*: *& Dominatorem omnium.*

Ex Attributis etiam propriis Dei probatur Chriſti divinitas: inter illa

Primum eſt Æternitas: quæ Chriſto tribuitur Proverbiorum cap. 8. ſub nomine ſapientiæ, verbis illis: *Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis.* Quæ non poſſunt intelligi de Sapientia creata, quia nihil creatum eſt ab æterno: neque de Sapientia eſſentiali, quæ communis eſt omnibus perſonis divinis, cùm dicat ſe genitam, & egreſſam ex ore Altiſſimi, & loquatur tamquam perſona diſtincta ab alia perſona divina. Ergo intelligenda ſunt de Filio Dei, qui eſt ſapientia genita à Deo. Præterea Michææ cap. 5. dicitur de Chriſto. *Et egreſſus ejus ab initio à diebus æternitatis.* Et Joannis cap. 1. *In principio erat Verbum*: ubi oſtenditur Verbum fuiſſe ante principium rerum omnium, cùm dicitur, quòd in principio jam *erat*. Et confirmatur ex ſequentibus: *Et Deus erat Verbum: & omnia per ipſum facta ſunt: & mundus per ipſum factus eſt.* Quod probat illum fuiſſe ante mundum, & ante omnia creata, & per conſequens ab æterno. Habemus ſaltem ex his teſtimoniis, Chriſtum non incœpiſſe eſſe ſecundum omnia ſui conſtitutiva eo ſolùm tempore, quo de Virgine conceptus fuit, ſed ante ipſam Mundi conſtitutionem: ex quo neceſſariò ſequitur, Chriſtum habere duplicem naturam: alteram, quam habebat ante omnem Creaturam, & hæc eſt divina, & æterna: alteram, quam accepit, quandò de Virgine conceptus fuit, & hæc eſt temporalis, & humana. Innuitur etiam Chriſti æternitas per ea verba S. Pauli ad Hebræos cap. 13. *Jeſus Chriſtus, heri & hodiè, ipſe, & in ſæcula.* Tres enim ſtatus per hæc verba ſignificantur Æternitatis: nempè æternitas à parte ante per *heri*: æternitas præſens per *hodiè*: & æternitas à parte poſt, per *in ſæcula.*

Eſt etiam proprium Dei attributum *Immenſitas*, quæ Chriſto tribuitur à Baruch. cap. 3. *Magnus eſt, & non habens finem, excelſus, & Immenſus.* Eſſe autem hìc ſermonem de Chriſto, patet ex ſequentibus verbis: *Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt*; De quibus jam ſuprà dictum eſt. Idem probant verba illa Chriſti apud Joannem cap. 3. *Nemo aſcendit in Cœlum, niſi qui deſcendit de Cœlo, filius hominis, qui eſt in Cœlo*: Græcè ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. Illud *Ens in Cœlo.* Ex quo habemus Chriſtum quandò hæc loquebatur, ſimul fuiſſe in Cœlo, & in terra: in Cœlo quidem ut Deum, cujus proprium nomen eſt ὁ ὢν *Ens*, ſeu *Qui eſt*: in terra autem; ut Deum ſimul, & hominem. Confirmatur idem ex eo, quod ipſe dixit Matthæi cap. 18. *Ubi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Non dixit, ibi ero, ſed ibi ſum, ad denotandam divinitatem ſuam: quod etiam oſtendit cap. ult. cùm dixit Apoſtolis: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.* Hæc ſanè convenire non poſſunt niſi illi, qui ob immenſitatem ſuam ubique reperiatur.

Prætereà inter præcipua Dei Attributa eſt *Omnipotentia*; quæ in Apocalypſi cap. 1. Chriſto tribuitur, dicenti de ſe ipſo. *Ego ſum Alpha, & Omega dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, Omnipotens*: quæ verba dici de Chriſto, patet ex illis aliis cap. 22. *Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt reddere unicuique juxta opera ejus. Ego ſum Alpha, & Omega, Primus, & Noviſſimus.* Neque dubium eſt illum, qui venturus eſt, eſſe Chriſtum.

Denique tribuitur Chriſto ſcientia rerum omnium, quæ ſoli Deo convenit. Epiſt. ad Coloſſenſes cap. 2. *In Chriſto ſunt omnes theſauri Sapientiæ, & ſcientiæ Dei.* Et Joann. cap. 2. *Eo quòd ipſe noſſet omnes: ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.* Et cap. 16. Dixerunt Chriſto Diſcipuli: *Nunc ſcimus quia ſcis omnia.* Et cap. 21. dixit ei Petrus: *Domine tu omnia noſti: tu ſcis, quia amo te.*

Demum ex operibus propriis Dei, divinitas Chriſti manifeſtè comprobatur.

Primò enim tribuitur illi *Creatio*, quæ ſoli Deo convenit: ut Joannis cap. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil.* Creatio autem eſt productio rei ex nihilo. In epiſt. ad Hebræos cap. 1. intelligit S. Paulus de Chriſto verba illa pſalmi 101. *Et tu in principio Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt Cæli.* De eodem intelligenda ſunt verba illa Proverb. c. 8. *Quando præparabat Cælos aderam. Quando appendebat fundamenta terræ; cum eo eram cuncta componens.* Joann. cap. 5. cùm dixit Chriſtus: *Quæcumque Pater facit, hæc & Filius ſimiliter facit*: oſtendit ſe univerſa ſimul cum Patre creaſſe.

Conſervatio etiam rerum creatarum eſt propria Dei: quæ tamen Chriſto quoque tribuitur

tur à S. Paulo in epiſt. ad Coloſſ. cap. 1. *Omnia in ipſo conſtant*. Et ad Hebræos cap. 1. *Qui portat omnia Verbo virtutis ſuæ*.

Prætereà proprium Dei eſt ſalvare. Quamobrem Iſaiæ cap. 43. dicit idem Deus: *Non eſt abſque me ſalvator*. Et cap. 45. *Et Salvans non eſt præter me*. Porrò ita proprium eſt Chriſti ſalvare, ut *Jeſus*, ideſt Salvator, ſeu Salus fuerit proprio nomine appellatus; dixeritque de eo Angelus: *Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum*.

Prædictio futurorum, & cognitio cordium, quæ duo in Sacris literis propria Dei eſſe aſſeruntur; Chriſto quoque tribui videmus. Primum conſtat ex Euangeliis, in quibus Chriſtus multa ventura prædixit, non ex revelatione ſibi ab alio facta, ſicut prædicebant Prophetæ, ſed ex propria ſcientia, eò quòd, ut ſuprà diximus, ipſe noſſet omnia, & in eo eſſent omnes theſauri Sapientiæ, & ſcientiæ Dei. Secundum etiam patet ex Scripturis, in quibus legitur illum cognoviſſe occultas hominum cogitationes; ut enim ſcribit S. Joannes cap. 2. *Ipſe ſciebat quid eſſet in homine, eò quòd ipſe noſſet omnes*. Et Apocalyp. cap. 2. dixit Chriſtus de ſe: *Et ſcient omnes Eccleſiæ; quia ego ſum ſcrutans corda, & probans renes*: quæ verba dicuntur de Deo pſalmo 7. *Scrutans corda, & renes Deus*.

His addi poteſt operatio miraculorum, quæ propria virtute facere ſolius eſt Dei. Sancti verò, & Prophetæ in virtute tantùm Dei miracula patrabant. Porrò Chriſtum propria virtute miracula feciſſe, jam ſuprà oſtendimus, Certum etiam eſt, Apoſtolos, & alios Sanctos Viros ſæpè operatos eſſe miracula in nomine, & virtute Chriſti, ut patet ex Actis Apoſtolorum cap. 3. ubi Petrus claudum ſanavit illis verbis: *In nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula*. Et Chriſtus ipſe Marci cap. ult. prædixit de ſuis fidelibus: *In nomine meo dæmonia ejicient &c.*

Nec minorem vim habet ad probandam Chriſti divinitatem cultus proprius Dei, quo Apoſtoli, cæterique fideles illum venerabantur adorantes eum, & vocantes abſolutè Dominum, ſeque ſervos, & miniſtros ejus appellantes, ut videre eſt in epiſtolis S. Pauli, & aliorum, Apoſtolorum.

Maximum verò divinitatis Chriſti teſtimonium cenſeri debet perpetua Chriſtianorum traditio, communiſque totius Mundi ſenſus, & conſenſus. Semper enim Chriſtiani crediderunt Chriſtum eſſe Deum verum, verumque Dei Filium. Illi verò, qui aliter ſentirent, tanquam impii, & hæretici damnati ſunt. Neque de hoc poſſunt Mahumetani dubitare, cùm Alcoranus ipſe ſæpiùs aſſerat, Chriſtianos credere, & prædicare Chriſtum Deum, & Filium Dei verum, & naturalem. Neque loquitur de aliqua Chriſtianorum ſecta, ſed de univerſo genere Chriſtianorum. Et confirmatur hoc idem ex fide communi, quam hodiè Chriſtiani omnes Latini, Græci, Armeni, Arabes, Chaldæi, Aethiopes, & cujuſcumque ſectæ ſint, & nationis, etiam Hæretici, & Schiſmatici profitentur. Omnes enim, ut Ahmedus etiam fatetur (ſi paucos Atheos, qui Chriſtianorum tantùm nomen habent, excipias) Chriſtum eſſe Dei Filium, verumque Deum credunt, & fatentur. Quin etiam, ſi interrogentur aliæ nationes, & ſectæ, Judæi, Mahumetani, Ethnici, omnes uno ore, Chriſtianos Chriſtum, ut Deum verum colere teſtabuntur. Quòd autem aliquod tempus fuerit, in quo iidem Chriſtiani religionem ſuam (ut Moslemi blaterant) mutaverint: & cùm Chriſtum ut hominem tantùm haberent, cœperint ita univerſaliter illum ut Deum adorare; impoſſibile prorsùs eſt; cùm nullum poſſit hujus mutationis tempus aſſignari: & non ſolùm perpetua traditio, ſed etiam generalia, & particularia Concilia Chriſtianorum ab ipſo religionis exordio ad hæc uſque tempora, & Scriptores omnes omnium Nationum manifeſtè repugnent; imò oppoſitum eveniſſe reperimus: nimirùm, cùm primò omnes Chriſti divinitatem faterentur; temporis progreſſu nonnullos ut Arium, Ebionem, Cerinthum, Mahumetum, & alios, illam, cæteris ſemper contradicentibus, negaviſſe. Quamvis autem Arius, qui primus hanc hæreſim vel invenit, vel dilatavit, Chriſtum, vel Verbum, æqualem eſſe Patri, & Deum verum negaverit: non tamen ſenſit cùm Mahumeto, & quibuſdam aliis, Chriſtum fuiſſe purum hominem, & tunc eſſe incœpiſſe, quandò è Virgine Maria conceptus eſt; ſed credidit antequam conciperetur fuiſſe Verbum Dei, & Filium Dei, non tamen Deum, neque Deo æqualem, vel ex Deo genitum, ſed factum à Deo ante omnem Creaturam: itaque Ariani ipſi aliqua ex parte à Mahumeti errore recedebant, illumque damnabant; & pauciſſimi fuere inter Chriſtianos, qui Chriſtum antequam de Virgine conciperetur, non extitiſſe, vel aliquod eſſe in cœlo apud Deum non habuiſſe, auderent affirmare.

Habemus etiam teſtimonia Scriptorum veterum Ethnicorum, ut Taciti, Suetonii, Plinii, & aliorum, qui primis Chriſtianæ Religionis ſæculi ſcripſerunt. Hi omnes teſtantur Chriſtum ut verum Deum à Chriſtianis creditum cultumque fuiſſe, & propter hanc fidem eoſdem ſuppliciis, & nece fuiſſe multatos.

§. 6.

Judæorum veterum teſtimoniis probatur Chriſti Divinitas.

POſt Sacrum Moyſis, & Prophetarum Textum, nihil apud Hebræos majorem habet auctoritatem, quàm Thargum, ſeu Chaldaica Interpretatio: poſt eam verò liber Thalmud primum locum obtinet, cujus doctrinam rejicere magna apud eos impietas cenſeretur. Horum librorum teſtimoniis Meſſiæ, ſeu Chriſti divinitas evidentiſſimè comprobatur.

Primò enim verba illa Iſaiæ cap. 28. *In die illa erit Dominus exercituum in diadema gaudii, & in ſertum ornatus reſiduo populi ſui*. Jonathan filius Uzielis ſic tranſtulit Chaldaicè:

In

In die illa erit Messias Domini exercituum in diadema gaudii, & in sertum exultationis residuo populi sui. Vides pro eodem sumi in Thargum Dominum Exercituum, & Messiam Domini exercituum.

2. In Midras Thehillim super psalmum 36. versic. 10. *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*: dixit R. Johanan. *Ecce lassati sumus subjugationibus, & redemptionibus* (quia scilicet Judæi sæpè subjugati sunt à variis gentibus, & sæpè redempti à variis ducibus): *Non quærimus ultrà, ut illucescat nobis caro, & sanguis, sed Deus ipse; sicut scriptum est psal.* 118. *Dominus Deus, & illuxit nobis. Et dicitur Isaiæ.* cap. 45. *Israel salvatus erit in Domino, vel per Dominum, Salvatione æterna.* Et confirmatur Expositio hujus Rabbini ex eo, quod dixit R. Abba in Bereschith Rabba super illud Genes. cap. 1. *In principio creavit Deus Cœlum, & terram*: nimirum: *Hoc est quod scriptum est Danielis cap. 2. Et lumen cum eo est: hoc est lumen Regis Messiæ. Et sic etiam dicitur psal. 36. versic.* 10: *Quia tecum est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Patet hìc manifestè, Messiam prædicari, ut Deum, cùm ab eo ventura sit salus æterna Israeli, quæ tamen à Deo ventura esse affirmatur: quemadmodum dixit R. Ammi in Midras Vaicrà, introducens Deum ita loquentem cum Judæis: *In futuro ego salvabo vos in substantia mea, sicut dictum est Isaiæ* 45. *Israel salvatus erit in Domino salvatione æterna.* Confirmatur prætereà auctoritate Isaiæ cap. 62. ubi ait: *Dicite filiæ sion: Ecce salvator tuus venit.* Hic enim Messias prædicitur Salvator: ut autem diximus Salvatoris nomen est proprium Dei.

3. In Midras Scir Hascirim super ea verba cap. 1. *Exultabimus, & lætabimur in te* R. Abbin exposuit id, quod scriptum est psal. 118. *Hic est dies, quem fecit Dominus, exultemus, & lætemur in eo.* Dixit R. Abbin. *Nesciebant in quo esset lætandum, utrum in eo, an in Domino: donec venit Salomon, & dixit: Exultabimus, & lætabimur in te. In te, in Deo: & in te, in salute tua. Simile autem est hoc Matronæ cuidam, cujus Rex maritus ejus ivit, & filii, & generi ejus ad Civitatem maritimam. Venerunt, dixerunt ei: Venerunt filii tui. Respondit: Quid ad me? Lætentur nurus meæ. Rursum dixerunt ei: Venerunt generi tui. Respondit: Quid ad me? lætentur filiæ meæ. Quando verò dixerunt ei: Venit Rex maritus tuus; ait: Ecce hæc est mihi perfecta, & sufficiens lætitia. Sic futurum fuit, ut venirent Prophetæ, & dicerent ad Jerusalem: Filii tui de longè venient: Isaiæ cap.* 60. *Et ipsa dixit eis: Quid ad me? Exultent filiæ Judæ: psalm. 97. Et filiæ tuæ supra latus nutrientur. Isaiæ.* 60. *Dixit eis: Quid ad me? lætetur mons sion psalm.* 48. *Cùm verò dixerunt: Ecce Rex tuus venit justus, & salvatus. Zachar. cap. 9. Et scriptum fuit Zachar.* 2. *Canta, lætare filia sion, quia ecce ego veniens habitabo in medio tui, ait Dominus: Et congregabuntur gentes multæ ad Dominum in die illo: & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies quia Dominus exercituum misit me ad te: in illa hora dixit Jerusalem: Gaudens gaudebo in Domino, & exultabo in Deo meo. Isaiæ cap.* 60. *Et hoc est exultabimus, & lætabimur in te.* Huc usque Glossa R. Abbin. Glossa autem R. Salomonis super illud Zachariæ cap. 9. *Ecce Rex tuus venit tibi:* hæc habet: *Non potest hoc exponi nisi de Rege Messia: dictum est enim hìc: Et dominatio ejus de mari ad mare. Et non invenimus Israeli talem dominatorem in domo secunda.* Ex dictis horum Doctorum simul collatis, manifestè apparet, etiam à Sapientibus Hebræis ex Majorum doctrina, Messiam haberi, & prædicari, ut Deum. Cùm enim R. Abbin dicat, Regem illum, quem expectabat synagoga, esse Deum Dominum Exercituum; & ad hoc probandum afferat locum Zachariæ cap. 2. ubi sine dubio loquitur de Deo vero: & locum ejusdem cap. 9. Qui, ut optimè probat R. Salomon, non potest intelligi, nisi de Messia: manifestè sequitur Messiam esse Deum, Dominum Exercituum.

In Midras Tehillim super psalmum 21. ubi scriptum est: *Domine in virtute tua lætabitur Rex.* Dixit R. Chanina, in nomine R. Arhà. *Ipse Deus Sanctus, benedictus, tribuit Messiæ de gloria, vel honore supremo: hoc est: Domine in virtute tua lætabitur Rex. Dixit R. Nachaman: Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ. Et dixerunt Magistri nostri: Rex carnis, & sanguinis, nullus induitur corona ipsius: Deus verò sanctus donabit eam Regi Messiæ. Rex carnis, & sanguinis, nullus induitur purpura ejus. Et quæ est purpura Dei? Confessio, auctoritas, reverentia, laus, & decor. Et de Rege Messia scribitur: Magna est gloria ejus in salvatione tua: reverentiam, & decorem pones, vel coæquabis super eum. Rex carnis, & sanguinis, nullus de subditis ejus vocatur Cæsar Augustus: & Deus vocabit Messiam Regem nomine ejus. Et de Rege Messia scriptum est Jeremiæ cap. 23. Et hoc est nomen ejus, quo vocabunt eum: Jehova justitia nostra.* Confirmatur hoc idem ex eo, quod scriptum est in Echa Rabbathi cap. 1. vers. 6. *Quod est nomen Regis Massiæ? R. Abba dixit: Jehova est nomen ejus, sicut dictum est Jeremiæ* 23. *Et hoc est nomen ejus, quo vocabunt ipsum, Jehova justitia nostra.* Si ergo Messias habebit coronam Dei, & purpuram ejus, idest gloriam, auctoritatem, reverentiam, confessionem, decorem, & cætera, quæ sunt propria Dei, & vocabitur nomine proprio unius Dei, nempè Jehova; & Rex gloriæ, & Dominus exercituum; quomodò negari potest, illum esse Deum? Frivolum verò est id, quod respondet R. Nalman, etiam Moisen, & Israelitas: imò juxta R. Abba, etiam Jerusalem, & altare Moysis, & Gedeonis, & montem Moria, deos in scripturis appellari: nam neque Moyses, neque Israelitæ appellati sunt nomine proprio Dei Jehova: sed Elohim, quod nomen Principibus, & Idolis non rarò tribuitur. Jerusalem verò, & duo illa altaria, & mons moria vocata sunt nomine Jehova in obliquo tantum, veluti si quis vocaret Templum aliquod, vel inscriberet super valvas ejus: *Deus est in loco isto.* Porrò,

quis eſt adeò hebes, ut non intelligat, Moyſi, & Iſraelitis, & multò minùs Urbi, altari, & monti non poſſe convenire divinitatem, neque aliquid horum, quæ ſuperiùs Meſſiæ ab ipſis Doctoribus Judæis tribui videmus?

R. Abraham Aben Ezra verba pſalmi 44. *Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi, &c.* vult intelligenda eſſe de Meſſia, ita ſcribens: *Porrò qui dicit verba illa: Sedes tua, ò Deus, in ſæculum ſæculi: referenda eſſe ad Deum, attendat, quòd ſequens verſus hoc denegat, qui ait: Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus.* Sentit hic Doctor apud ſuos celeberrimus, Meſſiam eſſe Deum, cujus ſedes manet in ſæculum ſæculi.

Legitur in libro Sanehdrin in diſtinctione, quæ incipit: *Echàd Dinè Mammoth:* unum de filiis R. Chija, coactum à vino largiùs ebibito, revelaſſe arcanum ſibi creditum à patre ſuo, ac dixiſſe: *Non veniet Filius David* (i. Meſſias) *donec deficiant duæ domus Patrum de Iſrael, ſicut dictum eſt Iſaiæ* 8. *& erit ad ſanctificationem, & ad lapidem offenſionis, & ad petram ſcandali duabus domibus Iſrael.* Cum autem hæc traditio Thalmudica velit verba Iſaiæ prædicta intelligenda eſſe de Meſſia, patet Iſaiam loqui de Deo vero ex verbis præcedentibus: *Dominum exercituum ipſum ſanctificate.*

Verba illa Zachariæ cap. 12. *Et reſpicient ad me, quem transfixerunt*: in *Maſſechetb ſuva*, diſtinct. quæ incipit: *Hahalim Chamiſcia*, exponuntur de Meſſia, & tamen ibi ille, qui ea profert, vocatur in principio illius capitis: *Dominus extendens Cœlum, & fundans terram, & fingens ſpiritum hominis in eo.* Nihil verò refert, quòd nonnulli ex Rabbinis velint, hæc intelligenda eſſe de Meſſia filio Joſeph: nam præterquam quòd Meſſias hic filius Joſeph eſt figmentum Rabbinicum: in Bereſcith Rabba eadem verba tribuuntur Meſſiæ filio David, & de eodem à Sapientioribus exponuntur. Alia Sapientum Judæornm teſtimonia de Chriſti divinitate omitto. Uno tantùm argumento contentus ero, quod ex eorumdem doctrina deſumptum, nervoſiſſimè tractat Illuſtr. & Reverendiſſimus D. Joſeh Ciantes Romanus, Epiſcopus Marſicenſis, Hebraicæ linguæ omnium ævi noſtri peritiſſimus in tractatu de *Incarnatione divini Verbi, clariſſimis Hebræorum doctrinis ab eorumdem argumentorum oppoſitionibus evidenter defenſa*. Probat in hoc brevi quidem, ſed eruditiſſimo opuſculo ex Thalmudicis doctrinis, non repugnare, Deum naturam humanam aſſumpſiſſe, & in unico ſuppoſito divino, duas ſimul naturas unitas fuiſſe: ita ut idem Chriſtus Deus ſimul ſit, & homo. Quia veteres Hebræi docent, & ut rem divinitùs revelatam firmiſſimè credunt, Deum ab initio decem Intelligentias produxiſſe, quas ipſi vocant Sephirot, ſeu Sephiras: quibus ita Deus unitus, & conjunctus fuit, ut ex Deo, & Sephiris conſtituatur unum totum, ſicut ex corpore, & anima unus homo; ex trunco, & ramis una arbor: ex prunis, & flamma unus ignis: & quidquid dicitur de Deo, dicatur de Sephiris: & è converſo quidquid de Sephiris dicitur, de Deo enuncietur: ita tamen, ut omnia, quæ involvunt imperfectionem, cadant ſupra naturam Sephirarum, quæ verò dicunt tantùm perfectionem, ſupra naturam divinam. Hanc autem unionem Dei cum Sephiris, ajunt eſſe omnium unionum perfectiſſimam. Ideò autem volunt, Deum ita cum Sephiris conjunctum fuiſſe, ut iis tanquam inſtrumentis uti poſſet ad creationem, conſervationem, & gubernationem rerum. Cum enim videatur ad hoc requiri mutatio in operante; Deus verò ſit immutabilis: oportuit, ita ipſe influeret in hæc omnia, ut omnis mutatio, & imperfectio caderet ſupra naturam Sephirarum. Sicuti quando radii Solis tranſeunt per plura vitra diverſorum colorum, exeunt varii inter ſe, ſed tota varietas tenet ſe ex parte vitrorum, cum Sol eodem modo omnes radios producat. Hoc ſalvantur multa, quæ in Scripturis dicuntur de Deo, quæ nullo modo illi conveniunt, ut dolere, iraſci, pœnitere, laborare, affligi, & alia hujuſmodi, quæ cum de Deo dicuntur, ſemper cadunt ſupra naturam Sephirarum, per quas Deus operatur. Immò mordicùs tenent Judæi, Deum Sephiris unitum, & veluti in illis incluſum, morari cum ipſis in captivitate, & cum ipſis pati, & affligi: & afferunt teſtimonia ſcripturarum, quibus hoc ipſum prima facie videtur indicari.

Hac Judæorum veterum doctrina (de cujus veritate modò, neque diſputo, neque curo; nam ad hominem tantum argumentor) coguntur Mahumetani, ne dum Judæi ipſi, credere myſterium Incarnationis Verbi, ſeu Divinitatis Chriſti non eſſe impoſſibile.

Hùc accedit (quod apud me validiſſimum eſt argumentum) ſæpè Deum in Sacris Scripturis, ut hominem nobis repreſentari, & ea, quæ ſunt propria hominis, exercere, quæ tamen nulla ratione Deo, ut Deo poſſunt convenire, ut jam dictum eſt. Præterea ſæpè tribuitur Deo in Sacris Literis corpus humanum: dicitur enim habere manus, pedes, oculos, aures, caput, cor: ſtare, ſedere, ambulare, &c. & ita ſub humani corporis ſpecie viſus, & deſcriptus fuit à Prophetis. Hæc omnia evidentiſſimè probant, nullum eſſe abſurdum, immò valdè probabile, Deum humanam naturam aſſumpſiſſe, ac per illam, tanquam per inſtrumentum, id, quod hominis proprium eſt, exercuiſſe. Si enim unitus cum Sephiris, juxtà Rabbinorum Commentum, & ſpectabilem ſe exhibens ſub corpore aereo, qualem ſe ſæpiùs exhibuiſſe habemus in ſcripturis, non dedignatur, ut ſibi tribuantur ea, quæ Deo minimè conveniunt, & hominis propria ſunt; quæ implicantia eſt, quod hoc ipſum faciat hypoſtaticè unitus vero corpori humano? Præſertim cum tàm immutabilis perſeveret Deus ſub corpore aereo, cui accidentaliter unitur, quàm ſub corpore humano, cui hypoſtaticè conjunctus eſt?

§. VII.

Mahumetanorum quoque teſtimonio Chriſti Divinitas comprobatur.

CErtum eſt, Mahumetanos univerſaliter Chriſti divinitatem negare. Ex Alcorano tamen ſuperiùs oſtendimus, illam, vel Mahumeto invito, comprobari, dum in eo Chriſtus *Spiritus Dei*, *Deique Verbum* appellatur. Sed ne jam dicta repetam, hìc ſolùm addo, Hajetenſes, & Hademienſes, quorum alteri Ahmedum filium Hajeti, alteri Phadelum filium Hademi, celeberrimos inter Mohtazelitas, & Diſcipulos Nadhami, ſectabantur, Chriſto Divinitatem conſtanter aſſeruiſſe; affirmantes prætereà illum in die Judicii creaturas omnes eſſe judicaturum. Ita refert Ismael Ebn-Aly in cap. de ſectis Moslemorum his verbis: الحايطية والخدمية هم اصحاب احمد بن حايط واصحاب الفضل ابن الخدمي كانا من اصحاب النظام وطالعا كتب الفلاسفة وخلطوا كلامهم بكلامهم وهم ثلاث بدع الاولى اثبات حكم من احكام الالهية في المسيح وقالوا ان المسيح بحاسبي الخلق في الاخرة: *Hajetenſes, & Hademienſes fuerunt Sectatores Ahmedi filii Hajeti, & Phadeli filii Hademi, qui fuerunt Sectatores Nadhami; & legerunt libros Philoſophorum, & commiſcuerunt ſermones eorum cum ſermonibus ſuis: & habuerunt tres novas opiniones, quarum prima fuit ſtabilire ſententiam de Chriſti divinitate, quem dixerunt futurum eſſe judicem creaturarum in futuro ſæculo.* Idem confirmat Sciaher Settanius relatus à Gregorio Abul-Phargo in ſua hiſtoria, cui titulus eſt من اخبار العرب: his verbis: ومن المعتزلة احمد بن حايط زعم ان المسيح تدرع بالجسد الجسماني وهو الكلمة القديمة المتجسدة كما يقولون النصارى: *Et ex Mothazelitis fuit Ahmedus filius Hajeti, qui aſſeruit Chriſtum induiſſe corpus humanum, & illum eſſe Verbum æternum incarnatum, ſicut dicunt Chriſtiani.* Sed addebat cum ſuis aſſeclis ſatis abſurdè, quemadmodum ſcribunt Almavakephus, & Ebnol-Caſſajus تعالي للعالم الاهان قديم هو الله

وحدث هو المسيح او للخلق خالقان احدهما قديم وهو الباري تعالي والثاني حدث وهو المسيح: *Mundus habet duos Deos; Æternum, qui eſt Altiſſimus Deus, & Recentem, qui eſt Chriſtus. Seu: Creaturæ habent duos Creatores: alter eſt æternus; & eſt Creator Altiſſimus. alter recens, & hic eſt Chriſtus.* Neque verò magnum, aut mirum eſt, ſi Moslemi concedant Chriſto divinitatem, qui eam aliis quoque attribuant. Nam idem Iſmael loco citato, loquens, de Bajanenſibus Sectatoribus Bajani filii Simeonis ita ſcribit: البيانية اصحاب بيان ابن سمعان النهدي قالوا بانتقال الامامة من بني هاشم اليه وهو من الغلاة القايلين بالاهية لعلي بن ابي طالب كانه يقول حل في علي جزو من الالهية واتحد بجسده فيه لانه كان يعلم الغيب وبه كان يحارب الكفار وله النصر والظفر وبه قلع باب خيبر ثم ادعي بيان المذكور انه قد انتقل اليه الجزو الاهي بنوع من التناسخ وكذلك استحق ان يكون اماما وذلك الجزو هو الذي استحق به ان سجود الملايكة: *Bajanenſes aſseclæ Bajani filii Simeonis Nahadienſis tenuerunt ſententiam de translatione Pontificatus à filiis Haſcemi ad ſe. Et ipſe fuit ex excedentibus, qui adſtruunt divinitatem Aly filii Abutalebi, quippe qui dixerit: Reſedit in Aly pars divinitatis, & unita eſt in eo cum corpore ejus, quia ſciebat res arcanas: & ipſe per eam oppugnans infideles, vincebat eos, & triumphator redibat, & per eam evulſit fores Arcis Choaiberenſis. Et idem Bajanus jactabat partem illam divinitatis translatam fuiſse ad ſe per modum tranſmigrationis animarum in corpora; & ita ſe commeruiſſe Pontificatum: & per eandem particulam Adamum meruiſſe, ut ab Angelis adoraretur.* Hanc ſententiam de divinitate Aly tenuerunt Gholienſes, ideſt *Excedentes*, de quibus hæc ſcribit idem Iſmael: quæ latinè tantùm brevitatis cauſa hìc fideliter apponam: *Gholatæ, ſeu Gholienſes* (ideſt excedentes) *ſunt illi, qui modum exceſserunt in veneratione ſuorum Pontificum, ita ut attribuerint illis divinitatem, & exemerint eos à numero creaturarum, nunc ſimilem facientes creaturam Deo, nunc Deum creaturæ. Inter hos ſunt Sabajatæ aſseclæ Ab-*

الله من لا بل اكون عبدا نبيا : رواه البشاري

والبخاري في تاريخه :

Refert Anbar Abu-Naim, & Abu-Scieich, & alii ex auctoritate Ebn-Abbas, Deum misisse ad Prophetam suum Mahumetum quendam ex Angelis una cum Gabriele. Dixitque Angelus: Deus dat illi (nempe Mahumeto) *optionem, ut eligat, utrum velit esse homo Propheta, an Angelus Propheta. Conversus tunc est Mahumetus ad Gabrielem, tanquam consilium circa hoc petiturus. Et innuit ei Gabriel manu sua, ut sese humiliaret. Respondit itaque Mahumetus: Nequaquam: sed ero homo Propheta. Refert hoc Albasciarius & Albacharius in suo Chronico.* Quæro hìc à Doctoribus Moslemis, qua ratione poterat Mahumetus Angelus fieri? An ita, ut nihil remaneret Mahumeti, prorsusque destrueretur: an verò ita, ut aliquid de eo supereſſet? Si primum: nimis stultus fuisset Mahumetus, eligendo destructionem sui ipsius. Quid enim profuisset illi esse Angelum, si nihil de hac re erat sciturus, aut sensurus? Si enim Deus me destruat, nihil mea refert, sive pro me creet Angelum, sive asinum. Si verò remansurus erat Mahumetus; quæro qua ratione fieri poterat, ut etiam Angelus esset, & cognosceret, se esse simul Mahumetum, & Angelum? Certè non alio modo, nisi, ut vel Mahumetus assumeret ad suum suppositum naturam Angeli: vel contra, Angelus assumeret ad suum suppositum naturam Mahumeti: ita ut in uno supposito duæ simul naturę Angelica, & humana hypostaticè unitæ reperirentur. Alioquin intelligibile prorsùs est quomodo posset Mahumetus Angelus fieri. Hoc igitur est, quod credunt, &docent Christiani, dum dicunt, Deum factum esse hominem, vel Christum esse simul Deum, & hominem.

Propter has rationes, ut puto, plures Mahumetani non solùm ex veteribus, sed etiam ex recentioribus, & quidem nobilioribus, & Sapientioribus, Christi divinitatem constanter adstruunt, ut optimè norunt illi, qui inter eos versati sunt; ex quibus auctor alias laudatus, Historiæ Status hodierni Imperii Othomanici lib. 2. cap. 12. hæc habet: *Paucis ab hinc annis nova opinio introducta est, quam sequuntur, & cui præcipuè adhærent modestiores, & temperatiores Regalis Curiæ, & valde communis est Constantinopoli. Qui eam profitentur, Cachpmessachi, boni scilicet Messiæ discipuli appellantur. Hi constanter propugnant, Jesum Christum esse Deum, verumque mundi Redemptorem. Juvenes, qui liberalium studiorum causa in Regia detinentur, huic opinioni mordicus inhærent, sed præcipuè honestiores, ac civiliores; & quos natura melioribus partibus ornavit: adeò, ut cum laudare aliquem inter se volunt, qui hujusmodi qualitatibus universis ornatus sit, uni-*

Abdalah filii Sabæ, qui dixit انت *Aly* : انت *Tu, Tu: idest tu es Deus: & secuti sunt eum plurimi, qui tenebant sententiam Trasmigrationis particulæ Divinitatis in Pontifices successores Aly. Et ex his sunt Alabanitæ asseclæ Alabæ filii Dharai Asadiensis, vel ut alii habent, Dusiensis, qui præferebdt Alym Prophetæ Mahumeto, & vocabat eum Deum: & existimabat illum esse, qui miserat Mahumetum, ut vocaret homines ad sequendum Alym: sed Maumethum obtrusisse se ipsum pro Aly. Et vocata fuit hæc secta Dhamiensium, inter quos quidam tribuebant tàm Mahumeto, quàm Aly divinitatem, in qua tamen concedebant primas partes Mahumeto: & hi vocati sunt Mimienses: inter quos quidam dixerunt, Gabrielem hallucinatum fuisse, dum annunciavit legationem Mahumeto, nam missus fuerat, ut annunciaret eam Aly: sed erravit etiam in Aly, quia Mahumetus & Aly erant inter se magis similes, quàm sit corvus corvo: quamobrem hi vocati sunt Gorabitæ* (i. Corvini) *Et ex his quidam attribuebant divinitatem quinque personis glorioſis: nempè Mahumeto, Aly, Phatemæ, Hasano, & Hoseino: & asserebant. omnes hos quinque esse rem unam.* Hæc omnia refert Ismael prædictus loquens de suis Moslemis. Quamobrem immeritò Moslemi ipsi Christianis succensent, quia dicant Christum habere divinitatem, & esse Deum simul, & hominem, cum sapientiores ipsorum tot θεανθρώπους confingant.

Quod si respondeant, hæc tanquam falsa ab ipsis rejici: peto, utrum hæc sint contra radicem, an contra ramos? Si contra radicem; ergo falsum est quod suprà Ahmedus filius Abdolhalimi jactabat, in Mahumetana religione non esse dissensiones, quæ tangerent radicem. Si verò contra ramos; ergo liberum est unicuique ea credere, & profiteri, quemadmodum Ahmedus ipse asserebat.

Probari etiam potest Christi divinitas contra Mahumetanos argumento ad hominem desumpto ex quadam illorum fabula, quam tamen ipsi ut historiam verissimam credunt. Refert eam Ahmedus filius Abdol-Halimi suprà allegatus in sua Apologia pag. mihi 333. his verbis: وروي عنبر ابو نعيم وابو الشيخ وغيرهما عن ابن عباس ان الله ارسل الي نبيه من ملاكا من الملايكة معه جبرايل فقال الملاك ان الله خيره بين ان يكون عبدا نبيا وبين ان يكون ملاكا نبيا : قال فالتفت رسول الله من الجبرايل كالمستشير فاشار جبرايل بيده ان تواضع فقال رسول

có verbo omnia exprimentes, Cachpmeſsachiſem illum appellent: quæ dictio tantum valet, quantum ſi dicerent ei: Tu es vir honeſtus, ac generoſus, liberalis, atque ingenuus, qualis eſse debet, qui profitetur ſe cognoſcere, ac ſequi verum Meſſiam. Conſtantinopoli ingeas eſt hujuſmodi hominum numerus, inter quos quidam hanc ſententiam tàm conſtanter retinuere, ut mortem pro ea libenter ſuſtinuerint. Neque id prohibet, quin omnes illi, qui Judæi alba utuntur, eandem ſententiam occultè retineant. Hactenùs Auctor teſtis oculatus. His pro Chriſti Divinitate, quam Alcoranus præcipuè oppugnat, prolixiùs pertractatis, quæ in Prodromi part. 3. à cap. 11. etiam fuſiùs videri poſſunt, pergo jam ad reliqua, quæ in hac Sura continentur.

Textus Alcorani.

21 وقالت اليهود والنصارى نحن ابناء الله واحباؤه قل فلم يعذبكم بذنوبكم بل انتم بشر ممن
خلق يغفر لمن يشاء ويعذب من يشاء ولله ملك السموات والارض وما بينهما واليه المصير ۞ 22 يا
أهل الكتاب قد جاءكم رسولنا يبين لكم على فترة من الرسل ان تقولوا ما جاءنا من بشير
ولا نذير ۞ 23 فقد جاءكم بشير ونذير والله على كل شيء قدير ۞ 24 وان قال موسى لقومه
يا قوم اذكروا نعمة الله عليكم اذ جعل فيكم انبياء وجعلكم ملوكا واتيكم ما لم يوت احدا من
العالمين ۞ 25 يا قوم ادخلوا الارض المقدسة التي كتب الله لكم ولا ترتدوا على ادباركم فتنقلبوا
خاسرين ۞ 26 قالوا يا موسى ان فيها قوما جبارين ۞ 27 وانا لن ندخلها حتى يخرجوا منها فان
يخرجوا منها فانا داخلون ۞ 28 قال رجلان من الذين يخافون انعم الله عليهما ادخلوا عليهم
الباب فاذا دخلتموه فانكم غالبون ۞ 29 وعلى الله فتوكلوا ان كنتم مومنين ۞
30 قالوا يا موسى انا لن ندخلها ابدا ما داموا فيها فاذهب انت وربك فقاتلا انا هاهنا قاعدون ۞
31 قال رب اني لا املك الا نفسي واخي فافرق بيننا وبين القوم الفاسقين ۞ 32 قال فانها
محرمة عليهم اربعين سنة يتيهون في الارض فلا تاس على القوم الفاسقين ۞ 33 واتل عليهم نبا
ابني ادم بالحق اذ قربا قربانا فتقبل من احدهما ولم يتقبل من الاخر قال لاقتلنك قال انما يتقبل الله
من المتقين ۞ 34 لئن بسطت الي يدك لتقتلني ما انا بباسط يدي اليك لاقتلك اني اخاف الله
رب العالمين ۞ 35 اني اريد ان تبوء باثمي واثمك فتكون من اصحاب النار وذلك جزاء
الظالمين ۞ 36 فطوعت له نفسه قتل اخيه فقتله فاصبح من الخاسرين ۞ 37 فبعث الله غرابا
يبحث في الارض ليريه كيف يواري سوءة اخيه قال يا ويلتي اعجزت ان اكون مثل هذا الغراب
فاواري سوءة اخي فاصبح من النادمين ۞ 38 من اجل ذلك كتبنا على بني اسرايل انه من
قتل نفسا بغير نفس او فساد في الارض فكانما قتل الناس جميعا ومن احياها فكانما احيا
الناس جميعا ولقد جاءتهم رسلنا بالبينات ثم ان كثيرا منهم بعد ذلك في الارض لمسرفون ۞
39 انما جزاء الذين يحاربون الله ورسوله ويسعون في الارض فسادا ان يقتلوا او يصلبوا او تقطع ايديهم
وارجلهم من خلاف او ينفوا من الارض ذلك لهم خزي في الدنيا ولهم في الاخرة عذاب عظيم ۞
40 الا

إلا الذين تابوا من قبل أن تقدروا عليهم فاعلموا أن الله غفور رحيم ۝ 41 يا أيها الذين
آمنوا اتقوا الله وابتغوا إليه الوسيلة وجاهدوا في سبيله لعلكم تفلحون ۝ 42 إن الذين كفروا
لو أن لهم ما في الأرض جميعا ومثله معه ليفتدوا به من عذاب يوم القيامة ما تقبل منهم ولهم
عذاب أليم ۝ 43 يريدون أن يخرجوا من النار وما هم بخارجين منها ولهم عذاب مقيم ۝
44 والسارق والسارقة فاقطعوا أيديهما جزاء بما كسبا نكالا من الله والله عزيز حكيم ۝ 45 فمن
تاب من بعد ظلمه وأصلح فإن الله يتوب عليه إن الله غفور رحيم ۝ 46 ألم تعلم أن الله له
ملك السموات والأرض يعذب من يشاء ويغفر لمن يشاء والله على كل شيء قدير ۝ 47 يا أيها الرسول لا
يحزنك الذين يسارعون في الكفر من الذين قالوا آمنا بأفواههم ولم تؤمن قلوبهم ومن الذين
هادوا سمعون للكذب سمعون لقوم آخرين ۝ 48 لم يأتوك يحرفون الكلم من بعد مواضعه
يقولون إن أوتيتم هذا فخذوه وإن لم تؤتوه فاحذروا ومن يرد الله فتنته فلن تملك له من الله
شيئا أولئك الذين لم يرد الله أن يطهر قلوبهم لهم في الدنيا خزي ولهم في الآخرة عذاب عظيم ۝
49 سمعون للكذب أكلون للسحت فإن جاءوك فاحكم بينهم أو أعرض عنهم وإن تعرض عنهم
فلن يضروك شيئا وإن حكمت فاحكم بينهم بالقسط إن الله يحب المقسطين ۝ 50 وكيف
يحكمونك وعندهم التوراة فيها حكم الله ثم يتولون من بعد ذلك وما أولئك بالمؤمنين ۝
51 إنا أنزلنا التوراة فيها هدى ونور يحكم بها النبيون الذين أسلموا للذين هادوا والربانيون
والأحبار بما استحفظوا من كتاب الله وكانوا عليه شهداء فلا تخشوا الناس واخشون ولا تشتروا بآياتي
ثمنا قليلا ۝ 52 ومن لم يحكم بما أنزل الله فأولئك هم الكافرون ۝ 53 وكتبنا عليهم
فيها أن النفس بالنفس والعين بالعين والأنف بالأنف والأذن بالأذن والسن بالسن والجروح قصاص
فمن تصدق به فهو كفارة له ومن لم يحكم بما أنزل الله فأولئك هم الظالمون ۝ 54 وقفينا على
آثارهم بعيسى ابن مريم مصدقا لما بين يديه من التوراة وآتيناه الإنجيل فيه هدى ونور ومصدقا
لما بين يديه من التوراة وهدى وموعظة للمتقين ۝ 55 وليحكم أهل الإنجيل بما أنزل الله
فيه ومن لم يحكم بما أنزل الله فأولئك هم الفاسقون ۝ 56 وأنزلنا إليك الكتاب بالحق
مصدقا لما بين يديه من الكتاب ومهيمنا عليه فاحكم بينهم بما أنزل الله ولا تتبع أهواءهم
عما جاءك من الحق لكل جعلنا منكم شرعة ومنهاجا ولو شاء الله لجعلكم أمة واحدة
ولكن ليبلوكم في ما آتيكم فاستبقوا الخيرات إلى الله مرجعكم جميعا فينبئكم بما
كنتم فيه تختلفون ۝ 57 وأن احكم بينهم بما أنزل الله ولا تتبع أهواءهم واحذرهم أن يفتنوك
عن بعض ما أنزل الله إليك فإن تولوا فاعلم أنما يريد الله أن يصيبهم ببعض ذنوبهم وإن كثيرا
من الناس لفاسقون ۝ 58 أفحكم الجاهلية يبغون ومن أحسن من الله حكما لقوم يوقنون ۝
59 يا أيها

56 يا أيها الذين آمنوا لا تتخذوا اليهود والنصارى أولياء بعضهم أولياء بعض ومن يتولهم منكم فإنه
منهم إن الله لا يهدي القوم الظالمين ۞ 60 فترى الذين في قلوبهم مرض يسارعون فيهم
يقولون نخشى أن تصيبنا دائرة فعسى الله أن يأتي بالفتح او أمر من عنده فيصبحوا على ما أسروا
في أنفسهم نادمين ۞ 61 ويقول الذين آمنوا أهؤلاء الذين أقسموا بالله جهد أيمانهم إنهم لمعكم
حبطت أعمالهم فأصبحوا خاسرين ۞ 62 يا أيها الذين آمنوا من يرتد منكم عن دينه فسوف
يأتي الله بقوم يحبهم ويحبونه أذلة على المؤمنين أعزة على الكافرين ۞ 63 يجاهدون في
سبيل الله ولا يخافون لومة لائم ذلك فضل الله يؤتيه من يشاء والله واسع عليم ۞ 64 إنما
وليكم الله ورسوله والذين آمنوا الذين يقيمون الصلوة ويؤتون الزكوة وهم راكعون ۞ 65 ومن
يتول الله ورسوله والذين آمنوا فإن حزب الله هم الغالبون ۞ 66 يا أيها الذين آمنوا لا تتخذوا
الذين اتخذوا دينكم هزوا ولعبا من الذين أوتوا الكتاب من قبلكم والكفار أولياء واتقوا الله
إن كنتم مؤمنين ۞ 67 وإذا ناديتم إلى الصلوة اتخذوها هزوا ولعبا ذلك بأنهم قوم لا يعقلون ۞
68 قل يا أهل الكتاب هل تنقمون منا إلا أن آمنا بالله وما أنزل إلينا وما أنزل من قبل وأن
أكثركم فاسقون ۞ 69 قل هل أنبئكم بشر من ذلك مثوبة عند الله من لعنه الله وغضب
عليه وجعل منهم القردة والخنازير وعبد الطاغوت أولئك شر مكانا وأضل عن سواء السبيل ۞
70 وإذا جاءوكم قالوا آمنا وقد دخلوا بالكفر وهم قد خرجوا به والله أعلم بما كانوا يكتمون ۞
71 وترى كثيرا منهم يسارعون في الإثم والعدوان وأكلهم السحت لبئس ما كانوا يعملون ۞
72 لولا ينهيهم الربانيون والأحبار عن قولهم الإثم وأكلهم السحت لبئس ما كانوا يصنعون ۞
73 وقالت اليهود يد الله مغلولة غلت أيديهم ولعنوا بما قالوا بل يداه مبسوطتان ينفق كيف يشاء
وليزيدن كثيرا منهم ما أنزل إليك من ربك طغيانا وكفرا وألقينا بينهم العداوة والبغضاء إلى
يوم القيامة كلما أوقدوا نارا للحرب أطفأها الله ويسعون في الأرض فسادا والله لا يحب
المفسدين ۞ 74 ولو أن أهل الكتاب آمنوا واتقوا لكفرنا عنهم سيئاتهم ولأدخلناهم جنات
النعيم ۞ 75 ولو أنهم أقاموا التوراة والإنجيل وما أنزل إليهم من ربهم لأكلوا من فوقهم
ومن تحت أرجلهم منهم أمة مقتصدة وكثير منهم ساء ما يعملون ۞ 67 يا أيها الرسول بلغ ما
أنزل إليك من ربك وإن لم تفعل فما بلغت رسالته والله يعصمك من الناس إن الله لا يهدي القوم
الكافرين ۞ 77 قل يا أهل الكتاب لستم على شيء حتى تقيموا التوراة والإنجيل
وما أنزل إليكم من ربكم وليزيدن كثيرا منهم ما أنزل إليك من ربك طغيانا وكفرا فلا
تأس على القوم الكافرين ۞ 78 إن الذين آمنوا والذين هادوا والصابون والنصارى من آمن
بالله واليوم الآخر وعمل صالحا فلا خوف عليهم ولا هم يحزنون ۞ 79 لقد أخذنا ميثاق بني إسرائيل
وأرسلنا

وأرسلنا إليهم رسلا كلما جاءهم رسول بما لا تهوى أنفسهم فريقا كذبوا وفريقا يقتلون ۞ 80 وحسبوا
ألا تكون فتنة فعموا وصموا ثم تاب الله عليهم ثم عموا وصموا كثير منهم والله بصير بما يعملون ۞
81 لقد كفر الذين قالوا إن الله هو المسيح ابن مريم وقال المسيح يا بني إسرايل اعبدوا الله
ربي وربكم إنه من يشرك بالله فقد حرم الله عليه الجنة وماويه النار وما للظالمين من أنصار ۞
82 لقد كفر الذين قالوا إن الله ثالث ثلاثة وما من إله إلا إله واحد وإن لم ينتهوا عما يقولون
ليمسن الذين كفروا منهم عذاب أليم ۞ 83 أفلا يتوبون إلى الله ويستغفرونه والله غفور رحيم ۞
84 ما المسيح ابن مريم إلا رسول قد خلت من قبله الرسل وأمه صديقة كانا يأكلان الطعام
انظر كيف نبين لهم الايات ثم انظر أني يؤفكون ۞ 85 قل أتعبدون من دون الله ما لا يملك
لكم ضرا ولا نفعا والله هو السميع العليم ۞ 86 قل يا أهل الكتاب لا تغلوا في دينكم
غير الحق ولا تتبعوا أهواء قوم قد ضلوا من قبل وأضلوا كثيرا وضلوا عن سواء السبيل ۞ 87 لعن
الذين كفروا من بني إسرايل على لسان داود وعيسى ابن مريم ذلك بما عصوا وكانوا يعتدون ۞
88 كانوا لا يتناهون عن منكر فعلوه لبئس ما كانوا يفعلون ۞ 89 ترى كثيرا منهم يتولون
الذين كفروا لبئس ما قدمت لهم أنفسهم أن سخط الله عليهم وفي العذاب هم خالدون ۞
90 ولو كانوا يؤمنون بالله والنبي وما أنزل إليه ما اتخذوهم أولياء ولكن كثيرا منهم فاسقون ۞
91 لتجدن أشد الناس عداوة للذين آمنوا اليهود والذين أشركوا ولتجدن أقربهم مودة للذين
آمنوا الذين قالوا إنا نصارى ذلك بأن منهم قسيسين ورهبانا وأنهم لا يستكبرون ۞ 92 وإذا سمعوا ما أنزل
إلى الرسول ترى أعينهم تفيض من الدمع مما عرفوا من الحق يقولون ربنا آمنا فاكتبنا مع الشاهدين ۞
93 وما لنا لا نؤمن بالله وما جاءنا من الحق ونطمع أن يدخلنا ربنا مع القوم الصالحين ۞
94 فأثابهم الله بما قالوا جنات تجري من تحتها الأنهار خالدين فيها وذلك جزاء المحسنين ۞
95 والذين كفروا وكذبوا بآياتنا أولئك أصحاب الجحيم ۞ 96 يا أيها الذين آمنوا لا
تحرموا طيبات ما أحل الله لكم ولا تعتدوا إن الله لا يحب المعتدين ۞ 97 وكلوا مما
رزقكم الله حلالا طيبا واتقوا الله الذي أنتم به مؤمنون ۞ 98 لا يؤاخذكم الله باللغو في
أيمانكم ولكن يؤاخذكم بما عقدتم الأيمان فكفارته إطعام عشرة مساكين من أوسط ما تطعمون
أهليكم أو كسوتهم أو تحرير رقبة فمن لم يجد فصيام ثلثة أيام ذلك كفارة أيمانكم إذا
حلفتم واحفظوا أيمانكم كذلك يبين الله لكم آياته لعلكم تشكرون ۞

Verſio Latina.

21. ET dicunt Judæi, & Chriſtiani: Nos ſumus filii Dei, & dilecti ejus. Reſponde *illis*: Quare ergo punit vos propter peccata veſtra? Quin potiùs vos eſtis homines ex iis, quos creavit. Ignoſcit, cui vult, & punit, quem vult:

ad

& Dei eſt regnum Cælorum, & terræ, & eorum, quæ ſunt inter hæc duo: & ad eum erit reditus *in die Judicii*. 22. O Scripturales, jam venit ad vos Legatus noſter (ideſt Mahumetus) declarans vobis *ſanctiones religionis* in ceſſatione Legatorum, ne diceretis: Non venit ad nos ullus annunciator, neque comminator 23. Et jam venit ad vos annunciator, & comminator: & Deus eſt ad omnem rem potens. 24. Et *memento* cum dixit Moyſes populo ſuo: O populo meus mementote beneficentiæ Dei erga vos, cum poſuit inter vos Prophetas, & conſtituit vos reges, & dedit vobis id, quod non dedit ulli ex Mundis 25. O populo meus, ingredimini terram ſanctificatam, quam præſcripſit Deus vobis: & ne regrediamini ſuper terga veſtra, ne *a* revertamini perditi 26. Reſponderunt: O Moyſes certè in ea ſunt homines gigantes. 27. Et nos ſanè nullo modo ingrediemur eam, donec *illi* exeant ab ea. Quod ſi egrediantur ab ea, nos certè ingrediemur 28. Dixerunt duo viri ex iis, qui timebant *Deum*, ſuper quos gratioſus fuerat Deus: Ingredimini ad eos per portam *Urbis*: cumque ingreſſi fueritis per eam, certè vos vincetis. 29. Et in Deo confidite, ſi eſtis fideles. 30. Reſponderunt: O Moyſes, nos certè nullo modo ingrediemur eam unquam, quandiù permanſerint *illi* in ea. Vade ergo tu, & Dominus tuus, & pugnate: nos certè hic reſidebimus. 31. Dixit Moyſes: Domine mi, certè ego non poſſideo, niſi meipſum, & fratrem meum: divide ergo inter nos, & inter homines prævaricatores. 32. Reſpondit *illi Deus*: Certè hæc (*ideſt terra*) interdicta erit illis quadraginta annos, *ne ingredi poſſint in eam*: errabunt vagantes in terra: ne ergo cura angaris propter homines prævaricatores 33. Et recita illis, *ò Mahumete*, hiſtoriam duorum filiorum Adam cum veritate; Cùm obtuliſſent oblationem, & acceptata fuiſſet ab uno eorum, & non acceptata fuiſſet ab altero, dixit *illi*: Certè ego occidam te. Reſpondit *ille*: Profectò acceptat Deus *oblationes* à piis. 34. ſanè ſi extenderis in me manum tuam, ut occidas me; non ego extendam manum meam in te, ut occidam te: ego enim timeo Deum Dominum *b* ſæculorum. 35. Equidem volo, ut redeas cum iniquitate mea, & iniquitate tua, *occidendo me*, & ſis cum *c* habitatoribus Ignis: nam hæc eſt remuneratio iniquorum 36. Et perſuaſit illi animus ſuus cædem fratris ſui, occiditque eum: quamobrem factus eſt ex perditis. 37. Miſitque Deus corvum, qui ſcalpebat *unguibus* terram, ut oſtenderet illi, quomodò abſconderet ignominiam fratris ſui, *ideſt ſepeliret cadaver ejus*. Dixit: O væh mihi! An impotens ſum ad hoc, ut ſim ſicut hic corvus, ut cooperiam ignominiam fratris mei? Itaque factus eſt ex pœnitentibus. 38. Propter hoc præſcripſimus filiis Iſrael, quod, qui occiderit animam *unam*, abſque anima *alia* (*ideſt hominem unum tantùm*) aut *abſque* corruptione terræ *latrocinia*, *& cædes exercendo in* ea, *erit*, ac ſi occidiſſet homines univerſos. Qui autem vivificaverit eam, *abſtinens ab ejus occiſione*, *erit* ac ſi vivificaſſet homines univerſos. Et jam quidem venerunt ad eos (i. *Iſraelitas*) Legati noſtri cum demonſtrationibus *miraculorum*: tum ſanè multi ex illis poſt hoc *fuerunt* in terra certè exorbitantes. 39. Porrò retributio eorum, qui pugnant contra Deum, & Legatum ejus, & ſtudioſè curant in terra corruptionem, *erit* ut occidantur, aut crucifigantur, aut abſcindantur manus eorum, & pedes eorum ex oppoſito, aut expellantur è terra. Hoc fit illis vilipendium in hoc mundo: & ipſis in futuro ſæculo erit ſupplicium magnum. 40. Sed qui reſipuerint, antequàm prævaleatis contra eos: ſcitote quod Deus *erit illis* indulgens, miſericors. 41. O qui crediderunt, timete Deum, & ſatagite ad eum appropinquare, & decertare pro via ejus, ut vos felices ſitis. 42. Porrò qui infideles fuerint, etiamſi eſſet ipſis, quod eſt in terra totum, & ſimile illi cum eo (ideſt *tantundem*), ut redimerent ſeſe cum eo à pœna diei reſurrectionis, non ſuſciperetur ab eis: & ipſis erit pœna diſcrutians. 43. Deſiderabunt egredi ab igne, ſed non egredientur ab eo, & ipſis erit pœna ſtabilis. 44. Et furator, & furatrix, abſcindite manus utriuſque in retributionem ob id, quod perpetraverunt: ſuplicium exemplare à Deo: & Deus eſt præpotens, ſapiens. 45. Sed qui reſipuerit poſt iniquitatem ſuam, & correxerit ſe, utique Deus convertetur

a invertamini.

b Mundorũ.

c Sociis.

tetur ſuper eum, quippe Deus eſt indultor, miſericors. 46. An non noſti, quòd Dei eſt regnum Cœlorum, & terræ? Punit, quem vult, & parcit, cui vult: & Deus eſt ad omnem rem potens. 47. O Legate, non contriſtent te, qui certatim feſtinant in infidelitate, ex iis, qui dicunt credidimus: *ſed dicunt hoc tantùm* oribus ſuis: nec tamen crediderunt corda eorum: ex iis, qui ſunt Judæi auditores mendacii; auditores *etiam tui*, propter homines alios *(nempe Judeos)*. 48. Qui nondum venerunt ad te: dimovent ſermonem *(ideſt verba Pentateuchi)* de poſt loca ſua: dicunt: Si allatum fuerit vobis hoc *(ideſt ſi Mahumetus recitaverit vobis hoc eo modo, quo nos corrupimus)* ſuſcipite illud: ſi autem non fuerit allatum hoc vobis, cavete illud. Et cujus voluerit Deus ſeductionem; non obtinebis ei à Deo quidquam, *ut non ſeducatur*. Illi, quorum noluerit Deus purificare corda eorum; ipſis erit in hoc mundo ignominia: & ipſis in noviſſimo ſæculo ſupplicium magnum. 49. *Hi ſunt* auditores mendacii, comeſtores illicitorum. Quod ſi venerint ad te, *ut judicentur*; vel judica inter eos, vel longè recede ab eis. Quòd ſi longè procùl receſſeris ab eis, nequaquam nocebunt tibi quidquam. Si autem judicaveris; judica inter eos cum juſtitia: quippe Deus amat juſtitiam ſervantes. 50. Sed quomodò eligent te in judicem, cum apud ipſos ſit Pentateuchus, in quo eſt judicium Dei: tum tergiverſabuntur poſt hoc; & non ſunt hi credentes. 51. Nos certè demiſimus Pentateuchum: in eo eſt directio, & Lux. Judicabant per eum Prophetæ, qui ſequebantur religionem Elsam, eos qui erant Judæi: & Doctores, & Pontifices *etiam judicabant* per id, quod commiſſum fuerat cuſtodiæ eorum ex Libro Dei: & erant de eo teſtes. Ne ergo timeatis homines, *ò Judæi*: ſed timete me; & ne vendatis ſigna mea ob pretium modicum. 52. Et qui non judicaverit juxta, quod demiſit Deus: hi ſunt infideles. 53. Et ſcripſimus ſuper eos in illo *(ideſt Pentateucho)*: quod anima *reddatur* pro anima; & oculus pro oculo, & naſus pro naſo, & auris pro aure, & dens pro dente: & vulnera *compenſet* pœna talionis. Sed qui eleemoſynam fecerit de ea *(ideſt pœna)*, hæc erit expiatio illi, *ideſt. Si læſus condonet hanc injuriam lædenti, hæc condonatio inſerviet pro expiatione peccati lædentis, ſeu illius, qui læſus fuit.*) Et qui non judicaverit ſecundùm quod demiſit Deus: hi ſunt iniqui. 54. Et ſubſequi fecimus veſtigia eorum *(ideſt Prophetarum)* Ieſum filium Mariæ confirmantem, quod *traditum fuerat* ante eum de Pentateucho: & dedimus illi Euangelium, in quo eſt directio, & Lux; & confirmante id, quod *traditum fuerat* ante ipſum de Pentateucho: & directionem, & commonitionem timentibus *Deum*. 55. Et judicet familia Euangelii juxtà id, quod tradidit Deus in illo. Et qui non judicaverit juxtà id, quod tradidit Deus, hi ſunt Prævaricantes. 56. Et demiſimus ad te Librum *Alcorani* cum veritate, confirmantem id, quod *traditum fuerat* ante eum de Libro *(ideſt Pentateucho, & Euangelio)*: & teſtimonium perhibente de illo. Judica ergo inter eos *(ideſt ſcripturales)* juxta id, quod tradidit Deus: & ne ſecteris deſideria eorum, *declinando* ab eo, quod venit ad te de veritate. Cuique dedimus ex vobis legem, & viam patentem, *ò Gentes*. Et ſi voluiſſet Deus, certè feciſſet vos gentem unam *(ideſt unius legis)*: ſed *diviſit vos per diverſas leges*, ut experimentum veſtri caperet in eo, quod dederat vobis *(ideſt in ea lege)*. Itaque prævenite vos mutuò ad bona. Ad Deum erit reditus veſtrum omnium: & *tunc* enarrabit vobis id, in quo diſcordes fuiſtis. 57. Et judica inter eos juxtà id, quod revelavit Deus, & ne ſecteris deſideria eorum; & cave ab eis, ne errare te faciant ab aliquo eorum, quæ demiſit Deus ad te: quod ſi tergiverſati fuerint, ſcito porrò, quòd certè vult Deus plectere eos propter aliqua delicta eorum. & quidem multi ex hominibus ſanè ſunt Prævaricantes. 58. An ergo judicium Ignorantiæ *(ideſt temporis idololatriæ)* deſiderant? Et quis melior eſt, quàm Deus in judicando apud homines, qui firmiter credunt? 59. O qui crediderunt, ne accipiatis Judæos, & Chriſtianos in ſocios: alii eorum ſint ſocii aliis. Qui autem acceperit eos in ſocios ex vobis, certè hic *evadet, ſicut unus* ex illis. Profectò Deus non diriget gentes iniquè agentes. 60.

Vide-

Videbis itaque eos, quorum in cordibus eſt morbus *infidelitatis* certatim feſtinare inter eos, *ut ſibi eos amicos concilient*: dicent *illis*: Timemus, ne incidat nobis adverſa fortuna *contra id, quod promiſit nobis Mahumetus*. Verum facile eveniet, ut Deus afferat victoriam *Mahumeto*, aut præceptum à conſpectu ſuo *de detegendis, & confundendis his impiis*; ita, ut fiant de eo, quod celabant in cordibus ſuis, pœnitentes. 61. Et dicunt, qui crediderunt: An hi ſunt, qui juraverunt per Deum *a* validiſſimo juramentorum ſuorum, quòd ipſi ſanè forent vobiſcum? Vana facta ſunt opera eorum, & evaſerunt pereuntes. 62. O qui crediderunt: qui receſſerit ex vobis à religione ſua: mox adducet Deus *pro illis alios* homines: amabit eos *Deus*; *& ipſi* amabunt eum: manſuetos erga fideles, terribiles erga infideles. 63. Decertabunt in via Dei: neque timebunt vituperationem vituperantis. Hæc erit liberalitas Dei: dabit illam, cui voluerit: & Deus eſt amplus, ſciens. 64. Certè ſocius auxiliaris veſter eſt Deus, & legatus ejus, & ii, qui crediderunt, qui perſolvunt orationem, & præbent eleemoſynam, & ipſi ſeſe incurvant *ad orandum*. 65. Et qui in adjutores acceperit Deum, & legatum ejus, & eos, qui crediderunt: utique *qui ſunt* factio Dei, ipſi erunt Victores. 66. O qui crediderunt, ne accipiatis eos, qui habent religionem veſtram in deriſum, & ludum, ex iis, quibus traditæ ſunt Scripturæ ante vos, & Infideles, ſocios: & timete Deum, ſi eſtis fideles. 67. Et *neque eos*, qui cum vocaveritis ad orationem, accipiunt eam in deriſum, & ludum: hoc *autem fit*, quia ipſi ſunt homines, qui non intelligunt. 68. Dic: O Scripturales, an retrahitis vos à nobis, niſi quia credimus in Deum, & *in* id, quod demiſſum eſt ad nos *(ideſt Alcoranum)*, & *in* id, quod demiſſum fuit antea *(ideſt Pentateuchum, & Euangelium)* & quòd plerique veſtrum ſunt prævaricantes? 69. Dic: An enarrabo vobis *aliquid* pejus hoc circa retributionem *pœnæ* apud Deum? Ille, cui maledixit Deus, & iratus eſt contra eum, & fecit ex eis ſimias, & porcos, & coluerunt Tagut *(ideſt ſatanam)* hi ſunt pejores loco, & magis errantes ab æquitate viæ. 70. Et cum venerint ad vos, dicunt: Credidimus: ſed jam intraverunt cum infidelitate *ad vos*; & ipſi jam egreſſi ſunt *à vobis* cum illa. At Deus *b* optimè noverat id, quod celabant. 71. Et videbis multos ex eis certatim feſtinare in iniquitate, & tranſgreſſione, & comedere ipſos illicita. Porrò *c* veh id, quod fecerint. 72. Niſi prohibeant eos magiſtri, & Pontifices *eorum* à loquendo eos iniquitatem, & comedendo eos illicita; *d* veh ſanè id, quod egerint. 73. Et dixerunt Judæi: Manus Dei eſt alligata *e*. Alligentur manus eorum, & *f* maledicantur ob hoc, quod dixerunt. Quinimmò manus ejus extenſæ ſunt: dilargitur quomodò vult: & quidem augebit multos ex ipſis id, quod demiſſum eſt ad te à Domino tuo, exorbitantia & infidelitate: & conjecimus inter eos inimicitiam, & odium uſque ad diem reſurrectionis. Quotieſcumque accenderit ignem ad bellum *contra te*, extinguet illum Deus: & diſcurrent in terra corrumpendo *eam*: & Deus non amat corruptores. 74. Quod ſi porrò Scripturales crediderint *in Mahumetum* & timuerint *Deum*; certè expiabimus ab eis mala eorum, & certè introducemus eos in hortos voluptatis. 75. Et ſi porrò ipſi obſervaverint Pentateuchum, & Euangelium, & quod demiſſum fuit ad eos à Domino iſtorum: certè comedent de ſuprà ſe, & de ſub pedibus ſuis *(ideſt bonis omnibus abundabunt.)* Inter eos eſt gens recta via incedens: ſed multi ex eis malum eſt, quod operantur. 76. O Legate, annuncia *totum* id, quod demiſſum fuit ad te à Domino tuo. Quod ſi non feceris; ne quidem annunciaveris *id, quod tibi mandatum fuit per legationem ejus*: & Deus ſervabit te immunem ab hominibus: quippè Deus non diriget gentes infideles. 77. Dic: O Scripturales, non eſtis *fundati* ſupra rem ullam, donec obſervetis Pentateuchum, & Euangelium, & quod traditum eſt vobis à Domino veſtro. Et quidem augebit multos ex illis id, quod demiſſum eſt ad te à Domino tuo, exorbitantia, & infidelitate. Sed ne contriſtare propter homines infideles. 78. Certè illi, qui crediderunt & qui Judæi ſunt, & Sabæi, & Chriſtiani: qui crediderit in Deum, & diem noviſſimum, & operatus fuerit rectè; non erit timor ſuper eos, neque ipſi contriſtabuntur. 79. Et jam quidem accepimus pactum filiorum Iſrael, & miſimus ad eos legatos. Quotieſcum-

a Conatu.

b Scientiſs. erat ejus.
c Infelix erit.
d Certè miſerum erit.
e Alligatæ ſunt.
f Maledicti ſunt.

cumque veniſſet ad eos Legatus cum eo, quod non cupiebant animæ eorum; partem mendacii inſimulabant, & partem occidebant. 80. Et putaverunt, quòd non foret *propter hoc ipſis ulla* pœna: atque adeò cæci facti ſunt, & obſurduerunt. Tum converſus eſt Deus ſuper eos, deinde cæci facti ſunt, & obſurduerunt multi ex ipſis: & Deus inſpiciens erat in id, quod faciebant. 81. Jam quidem infideles fuerunt, qui dixerunt: Certè Deus eſt Meſſias filius Mariæ. Et dixit Meſſias: O filii Iſrael, ſervite Deo Domino meo, & Domino veſtro. Certè qui ſocium poſuerit Deo, jam interdixit Deus illi Paradiſum; & receptaculum ejus erit Ignis; & non erit iniquè agentibus *ullus* ex adjutoribus. 82. Jam quidem infideles fuerunt, qui dixerunt: Certè Deus eſt tertius trium (*ideſt trinus*) Et non eſt Deus aliquis, niſi Deus unus. Quod ſi non abſtineant ab eo, quod dicunt, procul dubio attinget eos, qui ſunt infideles ex ipſis, tormentum dolorificum. 83. An ergo non convertentur ad Deum, & veniam petent ab eo? Et Deus eſt indultor, miſericors. 84. Non eſt Chriſtus filius Mariæ, niſi Legatus; jam præceſſerunt ante eum Legati: & Mater ejus fuit verax. *Ambo* comedebant cibum. Aſpice quomodò declaramus illis ſigna *unitatis divinæ*: deinde aſpice quomodò avertantur à veritate. 85. Dic: An ſervietis præter Deum illi, quod *a* non obtinebit vobis nocumentum, neque utilitatem? Et Deus, ipſe eſt Audiens, ſciens. 86. Dic: O Scripturales, ne excedatis in religione veſtra ſine veritate: neque ſectemini deſideria hominum, qui jam erraverunt anteà, & errare fecerunt multos: & erraverunt ab æquitate viæ. 87. Maledicti ſunt, qui infideles fuerunt ex filiis Iſrael per linguam Dauid, & Jeſu filii Mariæ. Hoc *evenit eis*, quia rebelles fuerunt, & prævaricati ſunt. 88. Non prohibebant ſeſe mutuò ab illicito, quod faciebant: veh certè, quod faciebant. 89. Videbis multos ex eis aſſumere in ſocios eos, qui ſunt infideles. *b* Veh certè, quod præmiſerunt ipſis animæ eorum, quòd iratus fuerit Deus contra eos, & in tormento ipſi perpetuò commoraturi ſint. 90. Quòd, ſi credidiſſent in Deum, & Prophetam *Mahumetum*, & quod demiſſum fuit ad eum; non accepiſſent eos in ſocios, ſed multi ex eis ſunt prævaricantes. 92. Utique invenies vehementiſſimos Hominum in hoſtilitate adverſus eos, qui crediderunt, eſſe Judæos, & eos qui aſſociant (*ideſt idololatras Meccanos*). Et certè invenies propinquiſſimos eorum (*ideſt hominum*) in charitate erga eos, qui crediderunt, eſſe eos, qui dicunt: Nos ſanè ſumus Chriſtiani. Hoc *fit*, quia ex his ſunt preſbiteri, & Monachi: & quia ipſi non eriguntur in ſuperbiam. 92. Et cum audierint id, quod demiſſum fuit ad legatum (*ideſt Alcoranum*) videbis oculos eorum profundere lacrymas ob id, quod cognoverunt de veritate, *c* dicentes: Domine noſter credimus: ſcribe ergo nos cum teſtificantibus *veritatem Mahumeti*, & *Alcorani*. 93. Et quod eſt nobis *cauſæ*, *ut* non credamus in Deum, & quod venit ad nos de veritate: & optemus, ut introducat nos Dominus noſter cum hominibus recta operantibus? 94. Itaque in præmium dedit illis Deus ob id, quod dixerunt, hortos; currunt de ſub ipſis flumina: perpetuò commoraturi ſunt in illis: & hæc eſt merces Benefacientium. 95. At qui increduli fuerint, & mendacii arguerint ſigna noſtra, hi erunt ſocii Inferni. 96. O qui crediderunt, ne prohibeatis bona (*ideſt cibos bonos*), quæ conceſſit Deus vobis: & ne tranſgrediamini *terminos poſitos à Deo*: quippè Deus non amat tranſgredientes. 97. Et comedite ex eo, quod præbuit in alimentum vobis Deus, licitum, bonum: & timete Deum in quem vos eſtis credentes. 98. Non puniet vos Deus ob dictum inconſideratum in juramentis veſtris: ſed puniet vos propter id, quo obſtrinxiſtis juramentum, *jurantes cum intentione*, & *advertentia*. Porrò expiatio hujus *juramenti* erit cib[illegible]decem pauperes ex mediocri *cibo*, quo cibatis familias veſtras; vel ve[illegible], vel liberare cervicem (*ideſt captivum fidelem*). Qui verò non inven[illegible]d, *quo poſſit hæc præſtare*, *imponitur illi* jejunium trium dierum. Hæc erit expiatio juramentorum veſtrorum, cum juraveritis *falſum*. Obſervate autem juramenta veſtra. Ita declarat Deus vobis ſigna ſua, ut vos gratias agatis.

a non potuit afferre.

b Certè malũ eſt quod.

الجزو السابع
Pars ſeptima

c dicunt.

NOTÆ.

XXI. *Vare ergo punit vos*] Gelal. ولا يعذب الاب ولده ولا الحبيب حبيبه وقد عذبكم الله فانتم كاذبون: *non enim punit pater filium, neque dilectus dilectum suum: sed Deus jam punivit vos: ergo vos estis mendaces.*

XXII. *In cessatione legatorum*] Arabicè الفترة est, juxta Gelal, tempus, quod intercessit بين محمد وبين عيسى ومدة ذلك خمسماية وستون سنة *inter Mahumetum, & Jesum per spatium quingentorum, ac sexaginta annorum:* in quo nullus fuit legatus, aut Propheta juxta falsam Mahumetanorum opinionem.

XXVIII. *Dixerunt duo viri*] Gelal وهما يشوع وكالب: *erant hi Josue, & Caleb.*

XXXII. *Errabunt vagantes in terra:* ideſt in deserto, quod Ebn-abbas asserit fuisse latitudinis, seu spatii تسعة فراسخ: *novem parasangarum.* Est autem parasanga spatium trium millium passuum. Addit Gelal: *fertur, ipsos dùm noctu iter agerent cum omni celeritate, mane inventos fuisse ibi, ubi noctu iter inceperant: & eodem modo vespere ibi repertos fuisse, unde mane erant profecti, donec omnes extincti sunt, præter eos, qui perveniebant ad ætatem viginti annorum. Fuerant autem sexcenta millia: mortuique sunt Moyses, & Aaron in deserto.*

XXXIII. *Duorum filiorum Adam*] Gelal vocat eos corruptè هابيل وقابيل: *Habil, & Cabil:* & scribit Habelem obtulisse arietem; Cainum verò fruges: & Deum acceptasse sacrificium Habelis, immittendo ignem è Cœlo, qui consumpsit illud.

XXXV. *Cum iniquitate mea, & iniquitate tua*] Explicat Gelal: باثم قتلى واثمك الذى ارتكبته من قتلى: *cum iniquitate occisionis meæ* (ideſt quam committerem occidendo te) *& iniquitate tua, quam perpetrabis occidendo me.* Addit idem Gelal, cùm Cain Habelem occidisset, sustulisse cadaver ejus in humeros suos, ut absconderet illud. Cumque hæsitaret, Deum immisisse Corvum vivum gestantem corvum mortuum, qui unguibus, ac rostro effodiens terram, sepelivit in ea coryum mortuum: ut disceret Cain exemplo Corvi sepelire cadaver fratris sui.

XXXVII. *Ignominia*] Explicat Gelal جيفة *cadaver.*

XXXIX. *Porrò retributio eorum*] Gelal: نزل فى العريين لما قدموا المدينة وهم مرضى فاذن لهم النبى ﷺ ان يخرجوا الى الابل ويشربوا من ابوالها والبانها فلما صحوا قتلوا راعى النبى ﷺ واستاقوا الابل: *hæc revelata sunt propter Arabes, cùm pervenissent Medinam. Cùm enim essent ægroti, concessit illis Mahumetus, ut irent ad Camelos suos, & biberent ex lotio, & lacte eorum. Illi verò, cùm convaluissent, occisis pastoribus Mahumeti, Camelos abegerunt.* Lotium Cameli erat ad Medicinam.

Ex opposito Arabicè من خلاف explicat Gelal اى ايديهم اليمنى وارجلهم اليسرى *ideſt manum eorum dexteram, & pedem eorum sinistrum.* Addit Interpres, occidendos esse eos, qui solùm occiderint: crucifigendos verò, qui occiderint, & abstulerint simul pecunias, aut res: abscindendos autem, qui deprædati fuerint, sed non occiderint: ejiciendos demùm in exilium, qui tantùm injecerint terrorem viatoribus. Sed non conveniunt cæteri Interpretes, & Juris consulti.

XXXIV. *Furator, & Furatrix*] Contendit Gelal, abscindendam illis esse manum dexteram à carpo, seu ab extremitate cubiti: & addit: وايمنت السنة ان الذى يقطع فيه ربع دينار فصاعدًا وانه ان عاد قطعت رجله اليسرى من مفصل القدم ثم اليد اليسرى ثم الرجل اليمنى بعد ذلك يعزر: *Declaravit Consuetudo, abscissionem manus dextræ non esse faciendam, nisi propter furtum quatuor nummorum, vel majoris quantitatis. Quòd si fur redeat ad furandum, abscindatur illi pes sinister à talo: deinde manus sinistra: deindè pes dexter, & postea virgis cædatur absque ulla lege, & modo.*

XXXV. *Sed respuerit*] Gelal قال يسقط بتوبته حق الادمى من القتل ورد المال: *Sed propter pœnitentiam ejus, non excidit lex humana abscissione ejus, & restitutione rei furto ablatæ.* Condonatur tamen abscissio, juxta Sciapejensem, si pars ignoscat ei, antequam deferatur ad Judicem.

LI. *Et Doctores*] Arabicè est الربانيون *Rabbanii:* puto idem esse, ac Rabbini, voce desumpta à Siriis, qui magistros, ac doctores רבונא *Rabbone* appellant.

LIII. *Sed qui eleemosynam fecerit de ea, hæc erit expiatio illi.* Interpres Alcorani impressi Basileæ, sic vertit: *Hoc tamen condonans, Dei misericordiam, peccatique decrementum accipiet.* Videtur vera, & genuina translatio: nempe *Si læsus condonet pœnam læsori*, hoc sufficiet pro expiatione culpæ lædentis: vel potiùs hoc proderit lex condonanti, ad remissionem suorum peccatorum. Interpres Gallus vertit: *celuy, qui l'observera sera bien* ineptè.

LVI. *Et viam patentem*: طريقا واضحة فى الدين: *viam claram, & patentem in religione.*

LIX. *Ne accipi[illegible]udæos, & Christianos in socios*] Arabicè ولى non solum [illegible]*ocium*, sed etiam amicum, protectorem, patron[illegible], & auxiliatorem. Utinam Christiani Principes ita saperent, & intelligerent.

LXIX. *Ille, cui maledixit Deus*] Intelligit Judæos transgressores sabbathi conversos in simias ob maledictionem David: & mutatos in porcos à Christo ob violatam ejus mensam, vel ob ipsum Chri-

tum derisum. De primis superiùs dixjmus; de secundis inferiùs dicemus.

LXXIII. *Manus Dei est alligata*] Idest juxta Gelalis expositionem ; مقبوظة عن ادرار الرزق علينا *coarctata à prebendo nobis alimenta.*

LXXV. *Observaverint Pentateuchum, & Euangelium*] Gelal : بالعمل بما فيها ومنه الايمان بالنبي *faciendo ea, quæ habentur in utroque, inter quę est, ut credant in Mahumetum.*

Quidam via recta incedunt] Gelal recenset inter hos Judæorum quemdam præcipuum, nomine Abdallah filium Salam, & socios ejus.

LXXVI. *Quòd si id non feceris*]. Est manifesta Tautologia: nam idem est, ac si dicat: Si non feceris, idem erit, ac si non feceris. Gelal ad excusandam Prophetæ sui oscitantiam, hac utitur explicatione. وان لم تفعل اى لم تبلغ جميع ما انزل اليك فما بلغت رسالته بالافراد والجمع لان كتمان بعضها كتمان كلها.

Quod si non feceris, idest non annunciaveris omnia, quę tradita sunt tibi, ne annunciaveris quidem legationem, seu epistolam ejus per partes, & in totum; nã abscondere partem ejus, est abscondere eam totam. Violenta, & inepta expositio.

Servabit te immunem ab hominibus] Gelal explicat ان يقتلوك *ne occidant te*. Et addit: وكان صلى الله عليه وسلم بحرس حتى نزلت فقال انصرفوا فقد عصمني ربي رواه الحكم *Propheta Mahumetus utebatur custodia militum, donec traditus fuit hic versiculus. Tunc autem dixit custodibus: Recedite: nam immunem, ac tutum fecit me Dominus meus. Refert hoc Alhakem.*

LXXVIII. *Neque ipsi contristabuntur*] Nimirùm, ut exponit Gelal في الاخرة *in futuro sæculo.*

LXXXII. *Deus est Tertius trium*] Glossa Gelalis ثالث آلهة ثلاثة اى احدها والاخران عيسى وامه وهم فرقة من النصارى *tertius trium Deorum, idest unus exillis; ita ut alii duo sint Jesus, & Mater ejus. Fuit hæc secta quædam Christianorum.*

LXXXIV. *Mater ejus fuit verax*] Gelal مبالغة في الصدق *summę veracitatis: neque dixit unquam, se esse Deum, aut Deam.* Ita est.

Comedebant cibum] Gelal: كغيرها من الحيوانات ومن كان كذلك لا يكون الها لتركيبه وضعفه وما ينشا منه من البول والغايط *sicut cetera animantia. Qui autem est hujusmodi, non est Deus propter compositionem, & infirmitatem suam, & propter excrementa, quę egrediuntur ab eo.*

LXXXVII. *Per linguam David, & Jesu*]. Quia nimirùm Jesus mutavit eos in porcos; David autem in Simias.

LXXXXI. *Utique invenies*] His verbis ostendit, Judæos fuisse Mahumetanis infensissimos, Christianos autem amicissimos prę cęteris gentibus.

XCII. *Et cum audierint*] Gel. نزلت في وفد النجاشي القادمين من الحبشة قرئ عليهم سورة يس فبكوا واسلموا وقالوا ما اشبه هذا بما كان ينزل على عيسى

Hęc revelata sunt, quandò advenerunt ex Aethyopia legati Regis Aethiopum, quibus cùm Mahumetus legisset suram Alcorani, quę inscribitur Jas, cęperunt flere, & Mahumetani facti sunt, dicentes: Quàm simile est hoc illi, quod revelatum fuit Jesu. Longa est fabula: sed videsis, eam in Prodromi p. 1. in synopsi.

XCIII. *Ne prohibeatis bona*] Gel. نزل لما هم قوم من الصحابة ان يلازموا الصوم والقيام ولا يقربوا النسآ والطيب ولا ياكلوا اللحم وبناموا على الفرش:

dicta sunt hęc, cum quidam ex sociis Mahumeti decrevissent obligare se ad jejunium ad surgendum nocte, abstinendum à feminis, & unguentis, ad non comedendas carnes, & ad non dormiendum super stratum. Nimirùm hęc omnia rejecit Mahumetus à secta sua, affirmans se nolle in ea institutum Monachorum Christianorum.

LXXXXVIII. *Ob dictum inconsideratum*]. Arabicè اللغو *dictum temerè, & sine reflexione prolatum* Explicat Gelal فرما يسبق اليه اللسان من غير قصد الحلف كقول الانسان لا والله وبالى والله : *cum lingua prœcurrit judicium, & intentionem jurandi, veluti, cùm quis dicit: Non per Deum: vel, Ita per Deum.*

REFUTATIONES.

I. IAlsa prorsùs, & sacris literis contraria est ratio, qua Ma[illegible]gat Christianos (nam [illegible]s non curamus, sunt [illegible] diversa causa) esse filios, & dilectos Dei: quia scilicet Deus puniat illos propter peccata ipsorum. Imò ex hoc agnoscuntur peculiariter esse tales, quia Deus iniquitates illorum flagellis puniat, & corrigat. Patet hoc in populo Israelitico, cum adhùc esset populus Dei; qui ob peccata sua, & præsertim ob idolatriam, flagellis à Deo atterebatur: & in ipso David, qui in psalmo 72. ingenuè de se ipso fatetur: *& fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.* Et de suis Electis, ac dilectis Deus ipse per eundem loquitur psalmo 88. *Si autem dereliquerint filii ejus legem mam, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.* Audi etiam Salomonem Proverb. cap. 30. *Quem diligit Dominus*

nus corripit: & quasi pater in filiis complacet sibi. Et Paulum ad Hebreos cap. 12. *Quem diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Ex oppositio habemus in iisdem scripturis, Deum sepè concedere peccatoribus quietem, & felicitatem: ut in eodem psalmo 72. ubi conqueritur David: *Zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum videns. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* Sexcenta alia hujusmodi loca sunt in scripturis, quæ Alcorano è diametro opponuntur, & Mahumeti crassitiem plus quam pecuinam ostendunt. Quin & ipsemet non semel fatetur in Alcorano hanc ipsam veritatem, cum scilicet se, & suos adversæ fortunæ expositos videret. Porrò fatemur etiam nos, Christianos esse homines: at hoc nihil obstat, quin sint etiam filii Dei per gratiam, & dilecti illius.

II. Falsum est à Christo usque ad Mahumetum nullum fuisse missum à Deo Prophetam, vel legatum. Ipsi enim Mahumetani non solùm fatentur plures in Christiana religione fuisse Sanctos Viros Prophetiæ dono ornatos, sed etiam illos peculiari veneratione prosequuntur, ut D. Georgium, D. Antonium Abbatem; & alios, quos ipsi enumerant in الفترة *Alphetra*, seu Statu cessationis hujusmodi. Neque dicant, hos non fundasse novam religionem, vel novam legem non promulgasse: hoc enim non requiritur ad statum Prophetæ, vel legati; ut patet in Noe, Lot, Jona, Davide, & aliis. Satis est, si veterem, & jam anteà receptam religionem seu legem prædicent, & miraculis confirment. Ex his autem innumeri fuere in religione Christiana à Christi ævo usque ad Mahumetum, qui non novam religionem fundavit; sed veterem, veramque destruere conatus est, ut superstitionem suam stabiliret.

III. Quamvis id, quod refertur ex libro Numer. cap. 13. & 14. In substantia cum Pentateucho conveniat, multas tamen habet ineptas appendices, quas Mahumetus è putido cerebro suo deprompsit. Mirum verò, quot ineptias expositores Moslemi hoc in loco excogitaverint. Inter hos Ahmedus filius Mohamedi, cognomento الاستاد *Alastadus*, hæc habet: *Promiserat Deus Moysi, daturum se ei, & populo ejus terram Sanctam, quæ est Syria, quam habitabant Chananæi Gigantes. Pollicitus autem erat, se illos deleturum, & traditurum terram Syriæ in habitationem filiis Israel . . . . . Et elegit Moyses duces duodecim, & profectus est cum eis, quousque appropinquaverunt terræ Chanaan, quæ est Jericho: inde misit Deus ad eam, ut explorarent, quæ in ea reperirentur.* Hactenùs tollerabiliter. Sequuntur jam fabularum monstra: فلقيهم رجل من الجبارين يقال له عوج بن عنق طوله ثلاثة الاف وعشرون الف ذراع وثلاثة وثلاثون ذراعا: قاله ابن عمر: وكان عوج يحتجر بالسحاب ويشرب منه الماء ويتناول الحوت في قعر البحر فيشويه لعين الشمس يرفعه اليها ثم ياكله وروي انه اتى نوحا يوم الطوفان وقال له احملني معكم في السفينة فقال اخرج مني يا عدو الله وطبق الماء باعلا الارض من جبل وما علا ركبتي عوج وعاش

Et obvium habuerunt : عوج ثلاثة الاف ستة

quemdam ex Gigantibus, qui dicebatur Og filius Enac, cujus staturæ altitudo erat viginti trium millium, & triginta trium cubitorum, ut refert Ebn-omar. Porrò Og *pertingebat lateribus nubes, ex quibus hauriebat aquam ad bibendum: & acceptos pisces è fundo maris elevabat eos ad sphæram Solis: & ibi assatos manducabat. Fertur autem venisse ad Noe tempore diluvii, & dixisse ei. Porta me tecum, & cum tuis in Arca. Cui respondit: Noe: Exi à me, ò inimice Dei. Cum autem aqua cooperiret terram, & elevaretur super eam plusquam ad altitudinem montis, non tamen elevabatur usque ad genua Og: Vixit autem Og tribus millibus annis.* Hæc Mahumetanus interpres, & quidem celeberrimus, qui plusquam septuaginta auctores ad ea, quæ scribit confirmanda, producit, ne quis putaret haberi hęc pro fabulis, & quisquiliis. Sed audi reliqua, & risum tene, si potes. *Et perdidit eum Deus excelsus per manum Moysi. Habebat autem Moyses castra protensa undique per tria milliaria: venitque Og, ut videret ea. Deinde accedens ad montem, excidit ab eo petram latam quantum castra Moysi, & accepit eam, tulitque, ut super castra projiceret, eademque tota cooperiret. Sed Deus Excelsus misit ad eum upupam, quæ rostro excavavit petram, quam Og capite gestabat, ita ut petra decideret tanquam torques in collum ejus. Cum autem eo pondere prostratus fuisset, accessit Moyses, qui erat altus decem cubitis, cum hasta item decem cubitorum; quam cum in altum ad decem alios cubitos evibrasset, non pertigit, nisi ad talos Og, licet prostratus jaceret, & ita occidit eum. Accurrit autem turba multa cum sicis, & absciderunt caput ejus: & cum occisus esset, jacuit protensus usque ad Nilum Aegypti per unum annum: Vocabatur autem mater ejus Enac, quæ dicitur fuisse una ex filiabus Adam, & prima meretrix in terra, cujus unusquisque digitus longus erat tres cubitos, & latus duos, cum geminis unguibus in singulis digitis, veluti serris. Cum autem scortari cæpisset, immisit in eam Deus Leones magnos velut Elephantes, & Lupos velut Camelos, & Aquilas velut Asinos, insilientes in eam, peremerunt, & comederunt eam.* Redit deinde ad Og, & exploratores missos à Moyse, & ita prosequitur . . . . *Cum autem occurrisset illis Og portans fascem lignorum in capite, corripuit manu omnes duodecim,*

decim, & conjecit eos in peram ſuam: & deferens eos ad conjugem, ait illi: En, vide hos, qui putaverunt ſe poſſe pugnare contra nos. Et extractos è pera, projecit ante eam dicens: Vis ne commollam eos pedibus meis? Illa verò: Dimitte eos, inquit, ut renuncient ſuis id, quod viderunt. Itaque dimiſſi tulerunt ſecum granum unum ex uvis eorum, erat tantæ molis, quantam poſſet portare camelus. Hæc ex Arabico fideliſſimè translata, quæ etiam videri poſſent in prodr. p. 2. c. 9. pag. 54.

IV. Non eſt dubium, quin fabuloſum ſit, & aliquo fortaſſe Rabbinico Commento erutum id, quod de duobus Adæ filiis narrat Alcoranus. Augent hìc etiam fabulam Expoſitores, & præſertim Alaſtadus Thalebienſis; qui aſſerit Hevam ſolitam fuiſſe geminos ſemper parere, maſculum, & fœminam. Adam verò copulabat conjugio fœminam unius partus cum maſculo alterius: atque ita adjungere voluit Habeli ſororem Caini, nomine Aclimam: & ſororem Habelis Ludam cum Caino. Cum autem Aclima eſſet pulcherrima, utpotè in Paradiſo genita, ac nata: renuebat Cainus cedere eam Habeli. Juſſit itaque Adam, utrumque offerre ſacrificium ad explorandum circa hoc divinum beneplacitum. Alii ſcribunt, cum jam Cain adoleviſſet, Deum effeciſſe, ut appareret illi puella quædam orta ex Geniis, nomine Gemana, in figura humana. Deum verò inſpiraſſe Adæ, ut conjungeret eam cum Cain, ſicut fecit. Cum porrò etiam Habel adoleviſſet, fecit, ut deſcenderet ad Adam Heva in figura humana, (puto pro Heva ſcriptum fuiſſe aliud nomen alicujus puellæ ex Geniis) quæ genuit illi filiam nomine Bledram, quam aſpiciens Habel, vehementer adamavit: & Adam, inſpirante Deo, tradidit ei illam in uxorem. Id ægreferens Cain, conqueſtus eſt apud patrem, Bedram ſibi tanquam grandiori natu deberi affirmans. Cum igitur jubente Adam, uterque ſacrificium ad divinam in hoc voluntatem explorandam obtuliſſet; deſcendit ignis candidus è Cœlo, & abſumpſit oblationem Habel: oblationem verò Cain non attigit. Teſtatur autem Iſmael filius Raphei, ſe ex fama audiviſſe, natum fuiſſe Habeli agnum, quem adeò dilexit, ut cunctis opibus eum præferret, & eum in humeris ſuis portaret. Hunc agnum tunc obtulit Habel, qui tamen translatus in paradiſum, non ceſſavit in eo liberè vagari, ac paſci, donec Abraham immolavit illum pro filio. Ita referunt Abdallah filius Homar; & Abdallah filius Raphedi. Cain porrò invidia exagitatus, abſente patre venit ad Habel, volens eum occidere. Aperit autem Saddæus, cum Cain conſtituiſſet fratrem occidere, veniſſe ad eum in montem, ubi dormientis caput ſaxo colliſit, ita ut moreretur. Addit Ebno-gerih; Cum neſciret Cain, qua ratione fratrem occideret, apparuit illi diabolus, & accepta ave, poſuit caput ejus ſupra petram, & deinde petra alia contudit caput ejus. Quo viſo, Cain compreſſit caput fratris inter duos lapides, & occidit eum. Hæc ſummatim, ſed fideliter ex Interpretibus Alcorani.

V. Falſum prorſus eſt, Deum dixiſſe filiis Iſrael, eum, qui occidit, vel à cæde ſervat unum tantum hominem, idem facere, ac ſi occideret, vel à cæde ſervaret univerſos homines. Nuſquam hoc in Pentateucho invenitur, & ne inveniri quidem poteſt, cum ſit abſolutè falſum, Ebn-abbas pro homine, ſeu anima una, intelligit, عادلًا نبيًّا او اماماً: *Prophetam, aut Antiſtitem religionis, juſtè agentem.* Inepta prorſus expoſitio.

VI. Semper cantat eamdem cantionem; Judæos corrupiſſe in ſacris Scripturis oracula de Mahumeto. Nos verò, eandem ſemper damus reſponſionem: Nec fecerunt hoc Judæi, nec facere potuerunt.

VII. Dùm allegat legem de pœna talionis, quæ in Pentateucho ſtatuitur; addit de ſuo: *Naſum pro naſo, & aurem pro aure.* Licèt enim hæc etiam duo comprehendantur ſub pœna talionis, non tamem leguntur in ſacro Textu, neque ponuntur à Deo. Sed Mahumetus plus ſapit quàm, Deus.

VIII. Mirum quàm ſtultus ſit Mahumetus, qui approbet Pentateuchum, & Euangelium, & juxta hos libros tanquam à Deo traditos jubeat judicia exerceri; & tamen velit etiam Alcoranum ſuum ingerere, tanquam illis conformem, cum adeò ſit ab eis difformis. Statuit pro fundamento effati ſui; diverſitatem legum, nempe Judaicæ, Chriſtianæ, & Mahumetanæ eſſe à Deo, qui, ſi voluiſſet, dediſſet omnibus eamdem legem: Sed hoc non fecit, ut experiretur obedientiam uniuſcujuſque gentis in ſua ipſius lege. Verùm in lege divina duo ſunt attendenda: unum, quod ſpectat ad ritus, ac cæremonias, & ad jus merè politicum: alterum, quod veritates æternas, & ad fidem, vel hiſtoriam ſpectantes amplectitur. Primum poteſt à Deo immutari, ac diverſimodè tradi. Secundum ſemper manet immutabile, & invariabile. Si totum diſcrimen Alcorani cum Euangelio, & Pentateucho circa primum verſaretur; non eſſet inter nos, & Moslemos magnum diſſidium. Verùm, quod Pentateuchus, & Euangelium multa proponant, quæ vel ſunt æternæ veritatis, vel pertinent ad hiſtoriam, & ad ea, quæ ita geſta ſunt, & Alcoranus eadem neget, vel corruptè referat, hoc nullo modo probari poteſt: atque adeò intollerabilis eſt Mahumeti ſtultitia, qui ex rebus inter ſe oppoſitis, ſeque invicem deſtruentibus, velit unum quid, atque idem componere, & confarcinare. Hùc accedit, Euangelium non continere materias politicas, neque ritus, aut cæremonias legales: ſed totum ex rebus æternæ veritatis, & ex iis, quæ geſta ſunt, compactum eſſe: quamobrem judicia illius nullo modo variari poſſunt, aut immutari, quemadmodùm judicia Pentateuchi, quæ magna ex parte cæremonialia, vel politica ſunt. Porrò ſi profeſſores Euangelii tenentur ex præcepto divino juxta Euangelium judicare, tenentur etiam judicare contra Alcoranum, cum hic Euangelio in pluribus adverſetur. Neque regerat nobis Mahumetanus, Euangelium eſſe corruptum: nam cum idem nunc ſit Euangelium, quod erat tempore Mahumeti, ſi tunc erat corruptum, neque ſincerum extabat; cur præcipit judicia fieri à Chriſtianis

ſtianis juxta Euangelium, nihil diſtinguens de corrupto, vel incorrupto? Sed Euangeliũ ſemper idẽ fuiſſe, ſemperque incorruptum, jam ſuperiùs efficaciter demonſtravimus. Hæc eadem vide fuſiùs tractata in prodromo par. pr. c. 2. & ſeq.

9. In eo, quod fingit Mahumetus ſibi à Deo immunitatem ab hominum injuria in prædicatione Alcorani promiſſam fuiſſe, manifeſtè mendax deprehenditur, dum mulieris Judeæ aſtu veneno ſublatus eſt, & in prælio Ohod graviſſimè vulneratus fuit. Prodr. par. 2. c. 5. pag. 29.

10. Hic etiam §. 38. quemadmodùm ſuperiùs, ſalutem unicuique in ſua religione, ſive Chriſtiana ſit, ſive Judaica, ſive alia, quæ unum Deum colat, & ſupremi judicii diem credat, & bona opera exerceat, pollicetur. Sed vide quæ ſuprà, & fuſiſſimè in Prodr. par. 3. c. pr. pag. 3. & alibi circa hoc dicta ſunt.

11. Oppugnat iterùm Chriſti divinitatem verbis ex Euangelio mendaciter deſumptis: nunquam enim legimus Chriſtum talia verba dixiſſe. Verùm licèt ea dixiſſet, nihil facerent contra nos, qui duplicem in Chriſto naturam, divinam, & humanam agnoſcimus. Matrem verò ejus non fuiſſe Deum, aut Deam, nos etiam ultrò confitemur. Quamobrem ea, quæ hic habet Alcoranus, nullius momenti ſunt ad Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium labefactandum. Vide ſuperiùs dicta.

12. Quidquid ſit de odio, & hoſtilitate Judæorum, & propenſione, charitateque Chriſtianorum erga Mahumetanos, itemque de laudibus ipſorum Chriſtianorum, præſertim Monachorum, ac Presbyterorum: magnum certè mendacium eſt, quod aſſeritur de eorumdem lacrymis in audiendo Alcorano, & præſertim ſectione illa, quæ inſcribitur *Jas*: in qua, cùm propè nihil ſit, quod cum Euangelio, vel tantillum conveniat, impoſſibile eſt Chriſtianos illos Æthyopes, præſertim Presbyteros, & Monachos, cum iis, quæ in Euangelio habentur, illam ita comparaſſe. Potuit tamen evenire, ut Chriſtiani aliqui ſimpliciores, & rudiores, Mahumeti hypocriſi decepti, in illius naſſam inciderent. Hodie quoque in Oriente idem non rarò contingit in Chriſtianis Schiſmaticis, qui utpote à Deo derelicti, eo quòd ab ejus Eccleſia disjuncti ſint, ad Mahumetanorum partes facillimè tranſeunt.

13. Valde deliciolum, ac mollem ſe oſtendit Mahumetus, qui ad ſuaviorum ciborum uſum aſſeclas ſuos propemodum compellat, & nonnullos eorum auſteriorem vitam amplecti volentibus, ita à propoſito deterreat, & ad licentiam, ac libidinem revocare conetur.

14. Abſolvit iterum juramenta vana ab omni culpa. Sed de hoc, & aliis, ne eadem repetere cogar, vide, jam ſuperiùs dicta ſunt.

Textus Alcorani.

٩٠ يا أيها الذين امنوا إنما الخمر والميسر والانصاب والازلام رجس من عمل الشيطان فاجتنبوه لعلكم
تفلحون ۞ ١٠٠ إنما يريد الشيطان أن يوقع بينكم العداوة والبغضاء في الخمر والميسر ويصدكم
عن ذكر الله وعن الصلوة فهل أنتم منتهون ۞ ١٠١ وأطيعوا الله وأطيعوا الرسول واحذروا فإن
تولیتم فاعلموا أنما على رسولنا البلاغ المبين ۞ ١٠٢ ليس على الذين امنوا وعملوا الصالحات
جناح فيما طعموا إذا ما اتقوا وامنوا وعملوا الصالحات ثم اتقوا وامنوا ثم اتقوا واحسنوا والله يحب
المحسنين ۞ ١٠٣ يا أيها الذين امنوا ليبلونكم الله بشيء من الصيد تناله أيديكم ورماحكم
ليعلم الله من يخافه بالغيب فمن اعتدى بعد ذلك فله عذاب أليم ۞ ١٠٤ يا أيها الذين
امنوا لا تقتلوا الصيد وانتم حرم ومن قتله منكم متعمدا فجزاء [redacted] ما قتل من النعم يحكم
به ذوا عدل منكم هديا بالغ الكعبة أو كفارة طعام مساكين أو عدل ذلك صياما ليذوق وبال
أمره عفا الله عما سلف ومن عاد فينتقم الله منه والله عزيز ذو انتقام ۞ ١٠٥ أحل لكم صيد
البحر وطعامه متاعا لكم وللسيارة وحرم عليكم صيد البر ما دمتم حرما واتقوا الله الذي إليه
تحشرون ۞ ١٠٦ جعل الله الكعبة البيت الحرام قياما للناس والشهر الحرام والهدي والقلايد
ذلك لتعلموا أن الله يعلم ما في السموات وما في الارض وأن الله بكل شيء عليم ۞
١٠٧ اعلموا أن الله شديد العقاب وأن الله غفور رحيم ۞ ١٠٨ ما على الرسول إلا البلاغ والله
يعلم

يعلم ما تبدون وما تكتمون ۝ 109 قل لا يستوي الخبيث والطيب ولو اعجبك كثرة الخبيث
فاتقوا الله يا اولي الالباب لعلكم تفلحون ۝ 110 يا ايها الذين امنوا لا تسلوا عن اشياء ان
تبد لكم تسؤكم وان تسلوا عنها حين ينزل القران تبد لكم عفا الله عنها والله غفور حليم ۝
111 قد سالها قوم من قبلكم ثم اصبحوا بها كافرين ۝ 112 ما جعل الله من بحيرة ولا سائبة
ولا وصيلة ولا حام ولكن الذين كفروا يفترون على الله الكذب واكثرهم لا يعقلون ۝
113 واذا قيل لهم تعالوا الى ما انزل الله والى الرسول قالوا حسبنا ما وجدنا عليه اباءنا اولو كان
اباؤهم لا يعلمون شيا ولا يهتدون ۝ 114 يا ايها الذين امنوا عليكم لا يضركم من ضل اذا
اهتديتم الى الله مرجعكم جميعا فينبيكم بما كنتم تعملون ۝ 115 يا ايها الذين امنوا
شهادة بينكم اذا حضر احدكم الموت حين الوصية اثنان ذوا عدل منكم او اخران من غيركم ان
انتم ضربتم في الارض فاصابتكم مصيبة الموت تحبسونهما من بعد الصلوة فيقسمان بالله ان ارتبتم لا
نشتري به ثمنا ولو كان ذا قربى ولا نكتم شهادة الله انا اذا لمن الاثمين ۝ 116 فان عثر على
انهما استحقا اثما فاخران يقومان مقامهما من الذين استحق عليهم الاوليان فيقسمان بالله لشهادتنا
احق من شهادتهما وما اعتدينا انا اذا لمن الظالمين ۝ 117 ذلك ادنى ان ياتوا بالشهادة على
وجهها او يخافوا ان ترد ايمان بعد ايمانهم واتقوا الله واسمعوا والله لا يهدي القوم الفاسقين ۝
118 يوم يجمع الله الرسل فيقول ماذا اجبتم قالوا لا علم لنا انك انت علام الغيوب ۝
119 اذ قال الله يا عيسى ابن مريم اذكر نعمتي عليك وعلى والدتك اذ ايدتك بروح القدس
تكلم الناس في المهد وكهلا واذ علمتك الكتاب والحكمة والتوراة والانجيل واذ تخلق من
الطين كهيئة الطير باذني فتنفخ فيها فتكون طيرا باذني وتبرئ الاكمه والابرص باذني
واذ تخرج الموتى باذني واذ كففت بني اسرايل عنك اذ جيتهم بالبينات فقال الذين كفروا
منهم ان هذا الا سحر مبين ۝ 120 واذ اوحيت الى الحواريين ان امنوا بي وبرسولي قالوا امنا
واشهد بانا مسلمون ۝ 121 [redacted]ال الحواريون يا عيسى ابن مريم هل يستطيع ربك ان ينزل علينا
مائدة من السماء قال اتقوا الله ان كنتم مومنين ۝ 122 قالوا نريد ان ناكل منها وتطمين
قلوبنا ونعلم ان قد صدقتنا ونكون عليها من الشاهدين ۝ 123 قال عيسى ابن مريم اللهم
ربنا انزل علينا مائدة من السماء تكون لنا عيدا لاولنا واخرنا واية منك وارزقنا وانت خير
الرازقين ۝ 124 قال الله اني منزلها عليكم فمن يكفر بعد منكم فاني اعذبه عذابا لا
اعذبه احدا من العالمين ۝ 125 واذ قال الله يا عيسى ابن مريم انت قلت للناس اتخذوني
وامي الهين من دون الله قال سبحنك ما يكون لي ان اقول ما ليس لي بحق ان كنت
قلته فقد علمته تعلم ما في نفسي ولا اعلم ما في نفسك انك انت علام الغيوب ۝ 126 ما قلت
لهم

لَهُمْ إِلَّا مَا أَمَرْتَنِي بِهِ أَنِ اعْبُدُوا اللَّهَ رَبِّي وَرَبَّكُمْ وَكُنْتُ عَلَيْهِمْ شَهِيدًا مَا دُمْتُ فِيهِمْ فَلَمَّا
تَوَفَّيْتَنِي كُنْتَ أَنْتَ الرَّقِيبَ عَلَيْهِمْ وَأَنْتَ عَلَى كُلِّ شَيْءٍ شَهِيدٌ ۝ 127 إِنْ تُعَذِّبْهُمْ فَإِنَّهُمْ
عِبَادُكَ وَإِنْ تَغْفِرْ لَهُمْ فَإِنَّكَ أَنْتَ الْعَزِيزُ الْحَكِيمُ ۝ 128 قَالَ اللَّهُ هَذَا يَوْمُ يَنْفَعُ الصَّادِقِينَ
صِدْقُهُمْ لَهُمْ جَنَّاتٌ تَجْرِي مِنْ تَحْتِهَا الْأَنْهَارُ خَالِدِينَ فِيهَا أَبَدًا رَضِيَ اللَّهُ عَنْهُمْ وَرَضُوا عَنْهُ ذَلِكَ
الْفَوْزُ الْعَظِيمُ ۝ 129 لِلَّهِ مُلْكُ السَّمَوَاتِ وَالْأَرْضِ وَمَا فِيهِنَّ وَهُوَ عَلَى كُلِّ شَيْءٍ قَدِيرٌ ۝

Verſio Latina.

99. O Qui crediderunt: certè vinum, & alea, & ſtatuæ, & ſagittæ ſunt abominatio ex opere Satanæ: itaque devitate illud, ut vos felices ſitis. 100. Utique vellet Satanas conjicere inter vos inimicitiam, & odium per vinum, & aleam; & avertere vos à memoria Dei, & ab oratione: an ergo vos abſtinebitis *ab eis*? 101. Et obedite Deo, & obedite Legato, & cavete *ab oppoſito*: nam ſi contumaces fueritis, ſcitote, quòd ad legatum noſtrum *pertinet tantummodò* annunciatio clara *veritatis*. 102. Non eſt iis, qui crediderunt, & fecerunt bona, piaculum ullum ob id, quod guſtaverunt *ex illicitis*, ſi timuerint *Deum*, & crediderint, & fecerint bona: tùm timuerint, & crediderint: tùm timuerint, & benefecerint; nam Deus amat benefacientes. 103. O qui crediderunt, certè experimentum veſtri faciet Deus in aliqua re circa venationem, quam capiant manus veſtræ, & haſtæ veſtræ; ut ſciat Deus, quis timeat eum in occulto (*ideſt*, *quandò nemo ipſum videt*). Qui ergo tranſgreſſus fuerit poſt hoc *interdictum circa venationem*, illi erit pœna dolorifica. 104. O qui crediderunt, ne occidatis venationem, cùm vos eſtis *a* in ſacris peregrinationibus: & qui occiderit eam ex vobis, habens intentionem *occidendi*, certè retributio ejus erit, veluti, ſi occidiſſet aliquod jumentum *domeſticum*. Judicabunt de illo duo præditi juſtitia ex vobis, & *erit pœna ejus* munus mittendum ad Caabam: aut expiatio *ejus erit* cibatio pauperum: aut compenſatio hujus *peccati* erit jejunium, ut guſtet pœnam facti ſui. Ignoſcit Deus id, quod præteriit. At qui reverſus fuerit ad *illud*, ultionem capiet Deus de eo: & Deus eſt præpotens, habens vim ulciſcendi. 105. Conceſſa eſt vobis venatio maris *quocunque tempore*: & cibus ejus ad uſum vobis, & *ad viaticum* itinerantibus: & prohibita eſt vobis venatio terræ, quandiù manſeritis *b* ſacræ peregrinationi addicti: & timete Deum, ad quem congregabimini in die judicii. 106. Conſtituit Deus Caabam domum ſacram, ſtationem hominibus: & menſem ſacrum, & Donarium *ovis*, *quæ offertur ad Meccam*, & appenſoria, *quæ illi apponuntur*. Hoc *fecit*, ut ſciretis, quòd Deus novit id, quod eſt in Cœlis, & id, quod in terra, & quòd Deus in omni re eſt ſciens. 107. Scitote, quòd Deus eſt vehemens in puniendo, & quòd Deus eſt indultor, miſericors. 108. Non *c* ſpectat ad Legatum, niſi prædicatio: & Deus ſcit id, quod manifeſtatis, & id, quod abſconditis. 109. Dic: Non adæquabitur malum, & bonum, etiamſi placuerit tibi multitudo mali, timete itaque Deum, ò præditi cordibus, ut vos felices ſitis. 110. O qui crediderunt, ne interrogetis de rebus, *quæ*, ſi manifeſtantur vobis, moleſtiam allaturæ ſunt vobis; & ſi interrogetis de eis, quandò revelatur Alcoranus, manifeſtabuntur vobis. Condonat Deus *vobis culpam ob interrogationem* de illis: nam Deus eſt indulgens, benignus. 111. Jam interrogavit de illis gens, *quæ fuit* ante vos: deinde facti ſunt in eas non credentes. 112. Non ſtatuit Deus aliquid de Bahira, neque Saiba, neque Vaſila, neque Hamo: ſed, qui infideles erant, commenti ſunt *circa hæc* adverſus Deum mendacium: & plerique eorum non intelligebant. 113. Et, cùm diceretur illis venite ad id, quod revelavit Deus, & ad Legatum: reſpondebant: Sufficit nobis id, in quo invenimus eſſe patres noſtros. An *ſufficeret hoc illis*, etiamſi

a Peregrinantes.

b Peregrini.

c Nō eſt ſuper Legatū.

patres

patres eorum non ſciviſſent quidquam, neque directi fuiſſent. 114. O qui crediderunt; ſuper vos animæ veſtrę (*ideſt attendite vobis ipſis*). Non nocebit vobis, qui erraverit, dum *vos* directi fueritis: ad Deum erit reditus veſtrum omnium, & enarrabit vobis id, quod operati fueritis. 115. O qui crediderunt, teſtimonium ſit inter vos, cum advenerit alicui veſtrum mors, tempore *condendi* teſtamenti; ſint duo *teſtes* præditi juſtitia ex vobis: aut alii duo non ex veſtris, cùm vos iter habueritis in terra, & inciderit vobis accidens mortis: claudetis ambos *in cuſtodia* poſt orationem *meridianam*, & jurabunt per Deum, ſi dubitaveritis *de eorum fide*; *& dicent*: Non accipiemus pro hoc pretium, etiamſi fuerit habens cognationem: neque abſcondemus teſtimonium Dei: nam nos profectò eſſemus ex iniquis. 116. Quod ſi conſtiterit, quòd ambo admiſerint iniquitatem: alii duo ſtent loco utriuſque ex iis, contra quos admiſſa eſt *iniquitas*, propinquiores *mortuo*: jurentque per Deum: Certè teſtimonium noſtrum verius eſt, quàm teſtimonium horum duorum; neque prævaricati ſumus: nam nos certè eſſemus ex iniquis. 117. Hoc erit facilius, ut dicant teſtimonium contra faciem illius *teſtimonio prioris*, vel timeant, ne feratur juramentum *aliud* poſt juramentum ipſorum, *quo deprehendatur falſitas illius*. Timete itaque Deum, & audite *præcepta* ejus; nam Deus non dirigit gentes prævaricantes. 118. Die *quadam* congregabit Deus Legatos, & dicet illis: Quid reſponſum fuit vobis, *quandò prædicaſtis populis*. Reſpondebunt: Non eſt ſcientia nobis *de hoc*: tu ſanè es cognitor arcanorum. 119. Cùm dicet Deus: O Jeſu fili Mariæ, memento beneficentiæ meæ erga te, & erga Genitricem tuam; cùm corroboravi te ſpiritu ſanctitatis, *ut* alloquereris homines, *dum eſſes* in cunabulis, & ſenex: & cum docui te Scripturam, & ſapientiam, Pentateuchum, & Euangelium: & cùm creabas ex luto veluti figuram volucris ex conceſſione mea, & inſufflabas in ea, & fiebat avis ex conceſſione mea; & ſanabas cæcum à nativitate, & leproſum ex conceſſione mea: & cùm educeres *è ſepulchris* mortuos ex conceſſione mea: & cùm cohibui filios Iſrael à te, *ne occiderent*, cùm veniſſes ad eos cum demonſtrationibus *miraculorum*. Et dixerunt, qui increduli erant ex eis: Si eſt hæc, niſi magia manifeſta. 120. Et cùm inſpiravi Apoſtolis, *dicens*: Credite in me, & in legatum meum *Jeſum*: Reſponderunt: Credimus: & teſtificare, quòd nos ſumus Moslemi. 121. *Memento*, cùm dixerunt Apoſtoli; O Jeſu fili Mariæ, an poterit Dominus tuus demittere ad nos menſam de Cœlo? Reſpondit: Timete Deum, ſi eſtis fideles. 122. dixerunt: Volumus comedere ex ea, & quieta eſſe corda noſtra; & ſcire, quòd jam dixeris nobis vera; & eſſe ſuper eam ex teſtificantibus (*ideſt aſſiſtere eidem menſæ*.) 123. Dixit Jeſus filius Mariæ: O Deus Domine noſter, deſcendere fac ſuper nos menſam è Cœlo, quæ ſit nobis in diem feſtum, primo noſtrum, & noviſſimo noſtrum, & *in* ſignum à te; Et nutri nos: nam tu es optimus nutrientium. 124. Dixit Deus: Equidem deſcendere faciam illam ad vos: at qui infidelis fuerit poſteà ex vobis; certè ego puniam eum pœna, qua non puniam *a* [illegible]m ex creaturis. 125. Et *memento*, cùm dicet Deus *Jeſu in die Judicii*: O [illegible] fili Mariæ, tu ne dixiſti hominibus; accipite me, & matrem meam in duos Deos præter Deum? Reſpondebit: laus tua: non *b* convenit mihi dicere, quod non eſt mihi in veritate: ſi hoc dixiſſem, jam certè ſciviſſes illud. *Tu* ſcis id, quod eſt in me; *& ego* neſcio id, quod eſt in te. Tu certè es Cognitor arcanorum. 126. Non dixi eis, niſi quod præcepiſti mihi: Colite Deum Dominum meum, & Dominum veſtrum: & fui ſuper eos teſtis (*ideſt cuſtodivi*) quamdiù commoratus ſum cum eis. Poſtquam verò fungi fato feciſti me, fuiſti tu cuſtos ſuper eos: nam tu ſuper omnem rem es teſtis. 127. Si punieris eos, ipſi certè ſunt ſervi tui; & ſi peperceris eis, certè tu es Præpotens, Sapiens. 128. Dicet Deus: Hac die proderit veracibus veracitas eorum: ipſis erunt horti, currunt ſub illis flumina: perennes erunt in illis ſemper; complacuit ſibi Deus in eis, *& ipſi* complacuerunt ſibi in eo: hæc erit felicitas magna. 129. Dei eſt regnum Cœlorum, & terræ, & eorum, quæ ſunt in ipſis: & ipſe eſt ſuper omnem rem potens.

NOTÆ.

LXXXIX. *Ertè Vinum, & alea, & ſtatuæ, & ſagittæ*]. De vino, alea, & ſagittis jam ſatis ſupra diſſerui. Statuarum nomine, Arabicè الانصاب, Gelal. Jahias, Zanchaſcerius, & Thalebienſis intelligunt الاوثان *idola*, quæ Arabes colebant. Sed alii veriùs intelligunt latrunculorum ludum, quos vulgò *Scaccos* appellamus; & quo Arabes præcipuè delectantur. De vino eſt hìc addendum, non prohiberi à Mahumeto, juxtà Gelalem, niſi المسكر الذى يخامر العقل, *illud, quod inebriat, ac perturbat intellectum* ita, ut vina leviora, ac ſuaviora; vel etiam generoſiora, ſi in tàm modica quantitate ſumantur, ut inebriare non poſſint, juxta hunc Doctorem, non ſunt illicita. Sed Jahias contraria ſentit; ait enim فجاء تحريم الخمر فى هذه الاية قليلها وكثيرها منها وما لم يسكر: *Prohibetur hic vinum abſolutè, ſive multum ſit, ſive parvum, ſive inebriet, ſive non.* Idem Auctor ex aſſertione Mohamed filii Abu-Hamid ſcribit Mahumetum ipſum dixiſſe: من شرب الخمر ثم لم يسكر اعض الله عنه اربعين ليلة: ومن شرب الخمر ثم اسكر لم يقبل الله عنه صرفًا ولا عدلًا اربعين ليلة فان مات فيها مات كعابد الاوثان ومن كان حقًا على الله ان يسقيه يوم القيامة من طينة الخبل قيل يا رسول الله وما طينة الخبل قال عصارة اهل النار. *Qui biberit vinum, nec inebriatus fuerit, longè recedet Deus ab eo per quadraginta dies. Qui autem bibens inebriatus fuerit, non acceptabit ab eo Deus converſionem, neque juſtitiam per quadraginta dies: &, ſi eo tempore mortuus fuerit, inter idololatras reputabitur: erit debitum Dei potare illum die reſurrectionis, luto corruptionis. Dictum fuit ei: O Legate Dei, quid eſt lutum corruptionis? Reſpondit: Sanies expreſſa è corporibus damnatorum.* Thalabienſis alia prophetæ ſui contra vinum dicta commemorat ex Othman filio Aplam, Abu-loreira, Ebn-abram, Ebn-abbas, & aliis antiquis Moſlemis per traditionem accepta; inter quæ hæc ſunt. ان الله لا يجمع بين الخمر والايمان في جوف امراء ابدا مدمن الخمر كعابد الاوثان: من شرب الخمر فى الدنيا ثم لم يتب منها حرمها فى الاخرة: من شرب الخمر فى الدنيا سقاه الله من سم الاساود ومن سم العقارب

مُن شربها تساقط لحم وجهه فى الاناء قبل ان يشربها فاذا شربها فقسخ لحمة كالجيفه يتاذى به اهل الجمع ثم يؤمر به الى النار. الا وشاربها وعاصرها ومعتصرها وبايعها ومبتاعها وحاملها والمحمولة اليه وآكل ثمنها سوآء فى اثمها وعارها ولا يقبل الله منه صلاة ولا صياما ولا حجًا ولا عمرة حتى يتوب فان مات قبل ان يتوب منها كان حقًا على الله ان يسقيه لكل جرعة شربها فى الدنيا شربة من صديد جهنم الا وكل مسكر خمر وكل خمر حرام: لعن الله الخمر وشاربها وساقيها وبايعها ومبتاعها وعاصرها ومعتصرها والمحمولة اليه واكل ثمنها: اجتنبوا الخمر فانها مفتاح كل شر. *Non uniet Deus ſimul in interiori hominis vinum, & fidem. Aſſiduè vino indulgere æquiparatur idololatriæ. Qui biberit vinum in hoc mundo, neque egerit pœnitentiam de hoc, arcebitur ab eo bibendo in ſæculo futuro. Qui biberit vinum in hoc mundo, potabitur à Deo veneno ſerpentum, & ſcorpionum, ſed, antequam bibat illud, concidet caro faciei ejus in vaſe illius poſtquam verò biberit illud, computreſcet caro ejus in morem cadaveris, ex cujus fœtore omnes offenduntur: & deinde projicietur in ignem. Præterea bibens vinum, premens uvas ad illud exprimendum, videns, emens, portans, recipiens illud, & comedens de pretio ejus; omnes rei ſunt ejuſdem culpæ, & pœnæ: non acceptabit Deus ab eis preces, jejunia, peregrinationem, & viſitationem Meccanam, donec pœnitentiam agant. Quòd ſi quis ex his ſine pœnitentia obierit, debitum eſt Deo potare illum pro filiis calicibus vini, quos biberit in hoc mundo, totidem potionibus ex putore, ſeu ſanie corporum damnatorum. Præterea quidquid inebriat, reputabitur vinum, & omne vinum eſt prohibitum. Maledixit Deus vino, & bibentibus, propinantibus, ementibus, vendentibus, calcantibus uvas, & exprimentibus illud; item recipientibus illud, & comedentibus pretium ejus. Evitate vinum, quia eſt clavis omnium malorum.* Hæc Thalebienſis. Sed Mahumetus canit fabulam ſurdo, & pulſat lyram aſino, dum tàm rigidè vinum ſuis prohibet.

CII. *Non eſt iis, qui crediderunt*]. Verſiculi hujus ſententia juxta Gelalem eſt: Nullum piaculum amiſiſſe diſcipulos Mahumeti bibendo vinum, aleiſque ludendo, antequam Deus hæc prohiberet; dummodò poſt prohibitionem ab his abſtineant. Jahias putat ſermonem eſſe de illis, qui jam defuncti ante prohibitionem vinum biberant, ſed hi non poterant in poſterum cavere à vino, neque bona opera exercere, quemadmodùm præcipit Alcoranus. Porrò, cùm Mahumetus prohibeat hic vinum, & aleas, & ſagittas ſortitorias, & idola: & dicat nullum eſſe piaculum iis, qui ante prohibitionem his rebus uſi fuerint: miror interpretes ad vinum ſolùm, & aleas Alcorani verba reſtringere, præſertim cùm potum vini idololatriæ Mahumetus æquiparet.

Dein-

Deinde cum ſortitio illa per ſagittas, & idolorum cultus ſint ſuaptè natura mala, & illicita; ne ante prohibitionem quidem potuerunt ſine piaculo exerceri.

CIII. *Certè experimentum veſtri faciet Deus*] Quandò, & quomodò hoc factum ſit, ita refert Gelal:

وكان ذلك بالحديبية وهم محرمون فكانت الوحش والطير تغشاهم فى رحالهم : *Cum eſſent in Hadibia, & ſacræ peregrinationis ritibus, ac ceremoniis, à venatu prohiberentur; veniebant ſponte feræ, & aves in tàm magno numero, ut camelos & ſarcinas eorum operirent.* Hoc ſcilicet erat illis ad tentationem; nam poterant haſtis feras, manibus aves capere, ſi voluiſſent.

CIV. *In ſacris Peregrinationis*, ſeu *peregrinantes*] Arabicè حرم quandò, ſ. ad eam ſolitis ritibus præparamini, vel actu eam exercetis. Porrò qui eo tempore feram aliquam, vel volucrem venatu occidiſſet, reſtituere cogebatur domeſticum aliquod animal illi ſimile: Exempli cauſa ovem pro capra, columbam pro perdice, &c. Hujus autem ſimilitudinis judices erant duo viri ex prudentibus. Porrò ovis illa, vel avis, vel quicquid aliud eſſet, deferebatur in oblationem ad Meccam. Quòd ſi quis ſimile animal non poſſet reſtituere ob ſuam paupertatem, jejunio, vel cibatione unius pauperis mulctabatur.

CV. *Conceſſa eſt vobis venatio Maris*]: nimirum piſcari, atque veſci ex quolibet genere piſcium. Apponit Gelal moderationem: وهو ما لا يعيش الّا فيه بخلاف ما يعيش فيه وفى البرّ كالاسرطان : *intelligitur de his, quæ vivunt tantùm in mari, non autem de his, quæ vivunt ſimul in mari, & in terra, cujusmodi ſunt cancri.*

CVI *Conſtituit Deus Caabam*] Delubrum Meccanum كعبة *Caaba* appellatur, à figura cuba, ſeu quadrata. Dicitur autem Statio hominibus, quia, ut exponit Gelal يقوم بة امر دينهم *ſitum eſt in eo id, quod ſpectat ad religionem eorum.*

* *Menſem ſacrum*] Gelal: يعنى الاشهر الحرم ذو القعدة وذو الحجّة والمحرم ورجب i. *Menſes ſacros:* nempè, *Dhulkaedat, Dhulhoggiat, Moharram, & Rageb.* Vocantur autem hi menſes Arabicè الحرم ideſt prohibiti, ſeu prohibitionis, eo quòd in iis bellum, venatio, & alia nonnulla prohibeantur.

CX. *Ne interrogetis de rebus*] Gelal: نزل لمّا اكثروا سوالة صلّى الله عليه وسلم *hæc dicta ſunt, quia nimis frequentes erant in interrogando Mahumeto.* Hortatur itaque eos, ut expectent oracula Alcorani, ex quibus intelligent, quæ interrogant, & fortaſſe intellecta diſplicebunt.

CXII. *non ſtatuit Deus aliquid de Bahira*] Pertinent hæc ad ſuperſtitionem Arabum redarguendam.

Eſt autem بحيرة *Bahira*, ut docet Albocharius, camela, quæ ad hoc tantùm deſervibat, ut lac ejus emunctum, diis libaretur. At verò سايبة *Sajeba*, camela erat, quæ iiſdem diis libera dimittebatur, nec onus ullum illi imponebatur. Porrò وصيلة *Vaſila*, erat camela primogenita, quæ ſimul cum alia camela ſine ſocietate maſculi dimittebatur. Poſtremò حام Hamus, camelus erat, qui, cum camelam ſubegiſſet ad prolem, uſque ad certum tempus libertati ſuæ relinquebatur.

CXVIII. *Die quadam*] Arabicè يوم: videtur habere vim τῦ *quandò*, vel, *illa die qua*. Hìc intelligitur dies ſupremi judicii, ad quam referuntur omnia ſequentia, licet in Arabico uſurpetur tempus præteritum pro futuro.

CXX. *Quòd nos ſumus moslemi*] Apoſtolos, quemadmodùm Prophetas, imò & ſanctos omnes tùm veteris, tùm novi teſtamenti, fuiſſe مسلمين *Moſlemos*, ideſt Mahumetanæ ſectæ profeſſores, Mahumetani conſtanter tenent cum Alcorano. Hoc autem nomen مسلم *Moſlemus*, propriè ſignificat, *Tradens*, quaſi ſe totum tradat Deo

CXXI. *Memento cum dixerunt Apoſtoli*]. Præcipuum Chriſtianæ Religionis myſterium in fabulam vertit impoſtor, quam Expoſitores ſexcentis augent nugis, ac figmentis. Placuit hìc referre, quæ Talebienſis habet in loci hujus expoſitione; ſed quia prolixiora ſunt, latinè tantùm, ſed fideliter, Arabicis omiſſis, producam: ait igitur: *Fuerunt Apoſtoli peculiares ſocii Jeſu. Dixit Haſan: Erant fullones. Et dixit Mogiahed: Erant Piſcatores. Alii Nautas. alii conſiliarios Jeſu eos faciunt. Dixit Akrama: ipſi fuerunt Electi, & erant duodecim. Diſſentiunt autem Auctores circa hanc Menſam, utrum verè deſcenderit è cælo, necne. Dixit Mogiahed: Non deſcendit Menſa verè: ſed hæc eſt tantum parabola. Et dixit Alhaſan: Revera non deſcendit, quia homines illi cum audiſſent eam conditionem: Qui autem deinde ex vobis incredulus fuerit: certè puniam illum, &c. deprecati ſunt dicentes: Nolumus illam. Verum certior ſententia eſt, eam verè deſcendiſſe, propter verba apertiſſima Alcorani. Dixit Kaab: Deſcendit die Dominica, quam propterea Chriſtiani ſolemnem habent: ſed non conveniunt in modo deſcenſionis, & pertinentibus ad Menſam. Refert Ommar filius Jadas, Mahumetum dixiſſe: Deſcendit cum pane, & carne: & hoc, quia ipſi petierunt à Jeſu cibum, qui non deficeret unquam: dixitque illis Jeſus: Certè perſeverabit Menſa, donec nihil abſcondatis, vel auferatis ex ea. Si autem hoc feceritis, puniet vos Deus. Et dixit Iſaac filius Abdallah: Quidam eorum furati ſunt ex ea dicentes: fortaſſe non deſcendet ſemper, ſed auferetur à nobis: & tranſmutati ſunt in ſimias, & porcos. Et dixit Ebn-Abbas: Dixit Jeſus filius Mariæ fauſtæ memoriæ filiis Iſrael: Jejunate triginta dies; deinde petite à Deo id, quod vultis, & dabit vobis. Id cum feciſſent, dixerunt: O Jeſu, ſi cui operam noſtram navaviſſemus, perfecto jam operè, ſanè cibaviſſet nos. At nos jejunavimus, & fame affligimur: roga ergo Deum, ut demittat menſam è cælo ſuper nos. Attulerunt igitur Angeli menſam, in qua erant novem placentæ, & novem piſces magni; poſueruntque eam ante illos, & comederunt ex ea ita primus, ut ultimus. Dixerunt Zadan, & Meiſera: Cum appoſita fuiſſet Menſa illa filiis Iſrael variabantur ſuper eos manus è cælo cum omni cibo præter carnem. Et dixit Said filius Giobeir ex auctoritate Ebn-Abbas. Demittebatur ſuper Menſam omnis eſca, præter panem, & carnem. Et dixit Atta: Demittebantur ſuper eam omnia præter piſces & carnem. Et dixit Attia Auphienſis: Demiſſus è Cælo unus piſcis, in quo erat ſapor omnium rerum*

Et dixit Ommar, & Cottada: descendebat Mensa è Cælo, in qua erant fructus ex arboribus Paradisi: Et dixit Vaheb filius Monabbeh: Demisit Deus pastillos hordeaceos, & pisces. Dictum autem fuit τῷ Vaheb: Quid hæc proderant eis? Respondit: Nihil: sed Deus duplicavit illis benedictionem: & comedebant homines, & egrediebantur, donec comederent omnes. Dixit Calebi, & Mokatel; Exaudivit Deus Jesum, & dixit: Equidem descendere faciam eam super vos, ut petitis: Sed qui comederit ex eo cibo, & deinde non crediderit maledicam ei, & puniam eum in exemplum posteris. Responderunt: Contenti sumus de hoc. Vocavit autem Jesus Simonem fullonem, qui erat Apostolorum præstantissimus, & dixit ei: Habesne apud te cibum? Respondit: Utique: sunt apud nos duo pisces, & septem liba. Affer, inquit, ea ad me. Et allata, concidit in parva frusta, jussitque eos assidere in prato denos, & denos. Deinde surgens oravit Deum, qui exaudivit eum, & descendere fecit super ea benedictionem, & evaserunt panis perfectus. Deinde surgens Jesus posuit in singulis decuriis quantum digiti ejus ferre poterant; tum dixit: Comedite in Nomine Dei. Cepit autem cibus multiplicari, donec pervenit usque ad genua eorum; comederuntque quantum voluit Deus, & superfuerunt quinque cophini. Erant autem plusquam quinque millia hominum: dixeruntq; omnes: Testamur te esse servum Dei, & legatum ejus. Deinde rogaverunt eum alia vice, & oravit Jesus, & demisit Deus panem, & piscem; quinque scilicet liba, & duos pisces; & evenit, sicut prima vice. Cum autem reversi fuissent ad Urbes suas, & hoc divulgassent, riserunt illi, qui non fuerant præsentes, & dixerunt; Fascinavit oculos eorum. Deus autem stabilivit eos, quibus voluit bonum, in eo, quod viderant. Illi autem, quorum voluit perversionem, reversi sunt ad infidelitatem suam, & transmutati sunt in porcos: non erat inter eos puer ullus, aut mulier: & ita permanserunt per aliquos dies, deinde perierunt; & non comedebant, neque bibebant. Et dixit Kaab: Descendit Mensa deorsùm inversa è Cælo, quam ferebant Angeli volantes inter Cælum, & terram. Erat autem super eam omne ciborum genus præter carnem. Et dixit Cottada: Descendebat super eos mane, vespere, ubicunque fuissent, sicut Manna, & coturnices filiis Israel. Et dixit Jemam filius Riab. Comedebant ex ea quantum volebant. Et dixit Salman: Cum rogassent Jesum Apostoli, ut descendere faceret super eos Mensam, indutus est veste lanea, & flens dixit: O Deus, Domine noster, demitte super nos Mensam, & pone in ea aliquid, quod comedamus: tu enim es optimus Nutrientium. Descendit autem Mensa rubra inter duas nubes, & delabebatur cum sonitu, videntibus ipsis. Jesus autem flevit, ac dixit: O Deus fac, ut simus tibi grati: O Deus, fac, ut sit nobis ad misericordiam; & ne sit nobis ad pœnam, & ad exemplum supplicii. Judæi autem intuebantur in illam, & nihil unquam tale viderant, sicut in ea, nec senserant odorem tam suavem, qualis erat odor illius. Dixitque Jesus: Surgat optimus vestrum, & discooperiat eam, & invocato Nomine Dei comedat. Respondit Simon caput Apostolorum: Tu es ad hoc omnium dignissimus, tunc surrexit Jesus, & cum se ablutione purificasset, prolixè oravit, ubertimque flevit, & ablato linteo, quo Mensa cooperiebatur, dixit: In nomine Dei, qui est optimus Nutrientium. Et ecce ibi piscis assus, sine squamis, & spinis, stillans pinguedine; & ad caput ejus erat sal, & juxta caudam acetum; & in circuitu ejus omnis species olerum præter porrum. Erant etiam in ea quinque placentæ. Super primam erant oleæ: super secundam Mel: super tertiam ovum: super quartam caseus: super quintam caro siccata. Dixit Simon: O Spiritus Dei, est ne cibus hic ex hoc Mundo, an ex altero? Respondit Jesus fausta memoriæ. Ex his, quæ hìc videtis, nihil est ex hoc Mundo, neque ex altero, sed totum creavit Deus potentia prædominante. Comedite ex eo, quod petitis; nam roborabit vos, & augebit Deus gratia sua. Dixerunt Apostoli: Vellemus, ut ostenderes nobis in hoc miraculo aliud miraculum. Tunc ait Jesus: O piscis, vive per voluntatem Dei Altissimi. Cœpitque piscis motitare se se, & reversæ sunt ad eum squamæ, & spinæ, ita ut Apostoli timore percellerentur. Quibus dixit Jesus: Cur petistis illud, quod, cùm obtinuistis, refugitis? Tunc iterùm dixit. O piscis, revertere qualis, eras antea, per voluntatem Dei. Et reversus est piscis assus. Illi verò dixerunt ei: O Spiritus Dei; tu primus comede ex eo; deinde nos etiam comedemus. Respondit Jesus: Avertat Deus, ne comedam ex eo: sed comedat ex eo qui id petiit. Illi verò timuerunt ex eo comedere. Et vocavit Jesus pauperes, & ægrotos, & mutilos, ac mancos, & claudos, & miserabiles, & ait illis: comedite alimoniam Dei; nam vobis erit in bonum, cæteris autem in malum. Comederunt igitur ex ea mille, ac trecenti viri, & mulieres, qui omnes erant pauperes, annosi, ægroti, & ærumnis pressi, & omnes saturati sunt. Deinde respexit Jesus in piscem; & ecce erat in eadem forma, qua missus fuerat è Cælo. Deinde avolavit Mensa sursùm in Cælum, aspicientibus ipsis, & abscondita est ab eis: nullusque ex ea comedit illa die ætate confectus, qui non convalesceret: nullus infirmus, qui non sanaretur: nullus ærumnosus, qui non levaretur: nullus pauper, qui non ditesceret, & dives perseveraret usque ad mortem. Et pœnituit Apostolos, & cæteros, quòd non comedissent ex ea. Cùm autem descendebat Mensa è Cælo, congregabantur divites, & pauperes; pusilli, & magni; viri, ac mulieres; & sese comprimebant, ut ad eam accederent. Jesus autem per vices ad eam illos admittebat. Perseveravit autem quadraginta dies, mane hora prandii descendens è Cælo; & stabat fixa usque ad declinationem umbræ meridianæ, ita ut omnes comederent eo tempore ex illa: & tunc elevabatur sursùm, cunctis videntibus umbram ejus, & abscondebatur ab eis. Descendebat autem alternis diebus, sicut Camela Themudi. Et revelavit Deus Jesu dicens: Pone Mensam meam, & alimoniam meam pauperibus sine divitibus. Et dubitare cœperunt circa illam, an verè descenderet è Cælo: Et dixit eis Jesus: Peristis: præparate vos ad pœnam Dei.

Hactenùs Auctor, cum quo cæteri expositores in pluribus consentiunt. Has verò ineptias libuit ad majorem Alcoranicorum verborum intelligentiam hoc loco referre.

REFUTATIONES.

I. IAm supra Mahumeti stultitiam in prohibendo vino demonstravimus. Quòd, si id ex temperantiæ amore feciſſet, laudem fortasse mereretur; quamvis in hoc etiam esset improbandus: nam Temperantiæ virtus refugit ab extremis; neque in omnimoda abstinentia, sed in discreto, ac moderato vini usu consistit: quamvis & ab illo aliqui ad carnem magis spiritui subigendam, & ad peccatorum suorum pœnam à seipsis exigendam, laudabiliter prorsus abstineant. Atqui nihil horum Impostorem movit ad proscribendum vinum; sed illud tantùm, quòd Diaboli opus esset inventum, & suaptè natura malum, & illicitum, quantumvis ex illius usu bona nonnulla provenirent. Hoc autem, quàm falsum sit, ex eo potissimùm probatur, quòd in pluribus sacræ scripturæ libris, vinum non solùm non damnatur, verum etiam tanquam Dei donum commendatur. Quòd si aliqui eo abutuntur ad luxuriem, & ebrietatem; non sequitur esse tanquam malum absolutè fugiendum. Nulla res est tàm bona, ac sancta, ut non aliqui saltem ea abutantur, vel abuti possint ad malum. Hùc accedit Mahumetum ipsum, multo tempore vinum suis permisisse, quod nullo modo facere poterat, si suaptè natura malum erat,

&

& illicitum, & رجس من عمل الشيطان *abo-*

minatio ex opere Satanæ: quasi Satanas aliquid creaverit, quod propterea sit ex se malum, ut volebant Manichæi. Illud verò ridendum, quod vini potatores in hoc mundo, à vini potu in futuro sæculo arcendos esse affirmet, in quo inter alia flumina, unum vino fluiturum constans est inter Mahumetanos fides. Si vinum in Paradiso reperitur, & à Beatis bibitur (quod ne Homerus quidem concessit) qua ratione *opus Satanæ* appellat illud Alcoranus? Verùm, ut jam diximus, credunt, ac docent prudentiores Moslemi, non vinum, sed nimium, & immoderatum vini usum esse damnandum, quidquid blateret Alcoranus, quem plerique Mahumetani, & præsertim Persæ in hoc parùm, aut etiam nihil curant, dum sese vino ad ebrietatem usque liberrimè ingurgitant. Circa prohibitionem vini, & aleæ vide Prodr. p. 4. cap. 14. pag. 37.

II. Mahumetus tàm hìc, quàm aliis in locis Alcorani, (quos Abul-Kasem Habat-Al-

lah, in tractatu في الناسخ والمنسوخ *de abro-*

gante, & abrogato, centum viginti quatuor esse affirmat) profitetur, se esse tantummodò prædicatorem, & commonitorem: nihil aliud ad se spectare: nullum se cogere ad religionem suam sectandam: credant Infideles, sive non credant, nihil sua interesse: ad Deum id tantummodò pertinere. Imò fatetur non semel, Judæos, & Christianos, & alios hujusmodi, qui in Deum verum credunt, & in diem Judicii, & rectè juxta propriam legem operantur, salutem consequi sempiternam. Postremò Mahumeti in Alcorano est illud لا كره في الدين *Ne sit coactio in religione*: seu, Nemo invitus trahatur ad religionem, ita loquebatur homo versipellis, cùm nondum sese viribus, & armis confirmasset. At postquam, Mecca expugnata, vidit se hostibus suis superiorem, & sectam suam posse per vim inter Arabes introduci, palinodiam cantavit, Sura illa, quæ in Alcorano est nona (sed juxta Albocharium, & alios, fuit ultimo loco tradita, nempè anno nono Hegiræ, devicta jam Mecca, & Coraisitis subactis, cùm Mahumetus jam cœperat esse potentior) Vocatur autem

Sura illa البراء *Immunitas*, vel التوبة *Pœni-*

tentia; qua, non jam prædicatione, aut verbis; sed bello, & armis se cum infidelibus usurum esse denunciat, ut in illius refutatione videbimus. Interim vide Prodr. p. 4. c. 23. pag. 59.

III. Cùm omnis lex debeat esse conformis rationi, videtur esse prorsùs contra rationem, ut tempore peregrinationis prohibeatur venatio animalium terrestrium, & concedatur aquatilium piscatio: utraque enim poterat peregrinos à religionis operibus divertere. Hùc accedit mercaturam multò magis, quàm venationem animum à pietate distrahere; & nihilominùs hanc Mahumetus in Meccana peregrinatione concedit. Patet igitur prohibitionem venationis terrestris, meram esse superstitionem ab Arabibus idololatris observatam. Circa hunc, & alios peregrinationis Meccanæ vanissimos ritus vide Prodr. p. 4. c. 8. pag. 23. c. 13 pag. 35.

IV. Nullibi in Sacris Libris legimus, Deum aliquid constituisse de Caaba, seu delubro Meccano, vel de Mensibus sacris, aliisve quisquiliis ab Alcorano propositis. Mirum verò Mahumeti apparet acumen, dùm ex eo, quòd hæc Deum constituisse affirmat, vult suos Moslemos intelligere, *Deum cognoscere Cœlestia omnia, & terrestria, omniumque rerum habere scientiam*. Ineptissimæ hujusmodi consequentiæ perpetuæ ferè sunt in Alcorano.

V. Constat Mahumetum fuisse in eo errore, quo quidam putaverunt, homines post mortem amittere memoriam eorum, quæ viventes fecerunt, vel cognoverunt; dùm introducit legatos interrogatos in die judicii à Deo, quid ipsis responderint populi, quibus prædicaverunt; asserere se, hoc nescire; Sed hujus rei scientiam penes ipsum esse. Neque excusat Mahumeti errorem Gelalis explicatio, nimirum, ذهب عنهم علمه لشدة هول القيمة: *amittent scientiam illius*, quod sibi responsum fuerat, *ob vehementiam terroris diei Judicii*. Nullus erit ibi terror legatis, utpotè justis, ac sanctis: & ne impiis quidem terror illius diei auferet eorum, quæ in vita perpetraverunt, memoriam.

VI. Crambem recoquit, introducens Deum in die Judicii quasi exprobrantem Christo beneficia à se ipsi collata, & præsertim potestatem ea miracula patrandi, quæ jam superiùs in alia Sura commemoravit, quorum pleraque tanquam fabulosa, ac ficta rejecimus. Illud verò ridiculum, quod faciat Apostolos Moslemos, seu Mahumetanicæ legis professores. Porrò, ut in Notis indicavimus, cùm non possent Mahumetus, & Mahumetani negare sanctitatem, & miracula Apostolorum, ac primorum Christianorum, ac propterea illos in vera religione fuisse: per summam impudentiam finxerunt, omnes illos Moslemos fuisse, & à modernorum Christianorum religione penitùs alienos. In hoc autem Impostor sibi manifestè contradicit: nam Sura 6. quæ inscribitur الانعام *Pecudes* §. 13. ipse de se testatur انّي امرتُ أن أكون أوّل من اسلم *Certè ego jussus sum, esse primus Moslemorum*, & §. 160. وأنا أوّل المسلمين: & *certè ego sum primus Moslemorum*. Idem repetit Sura 39. الزمر *Cateruæ*. §. 14. امرتُ لان اكونَ اوّل المسلمين

المسلمين. *Præceptum mihi fuit, ut ſim primus Moslemorum*. Quòd ſi ipſe fuit primus Moslemorum, quomodò ante eum Apoſtoli, & Chriſtiani Sancti fuerunt Moslemi? Reſpondet Gelaleddinus, Mahumetum fuiſſe primum Moslemum non abſolutè, ſed من هذه الامة *ex hac gente*: ſcilicet Arabum. Sed contra. Quia plures fuerunt Sancti Chriſtiani in Arabia ante Mahumetum, & inter alios illi, qui ſub Dunaan Tyranno Judæo pro Chriſto in foveis combuſti ſunt, quos Alcoranus ipſe commendat, ut ſuo loco videbimus. Si igitur Mahumetus fuit primus Moslemus, vel in Arabia, quo pacto hi Moslemi eſſe potuerunt?

VII. Quid porrò dicemus de portentoſa illa Menſa, quæ huic Suræ nomen dedit? Si ad ſola Alcorani verba reſpiciamus, tot Expoſitorum nugis detractis, putabimus Mahumetum ad Euchariſticam Chriſti Menſam alludere, quamvis ipſe neſciret, quid diceret, & ex confuſa tantùm notitia, quam à Chriſtianis de tanto myſterio hauſerat, loqueretur. Certè, quæ hìc dicuntur de hac Menſa, nonniſi magnæ alicui rei, ac prorsùs divinæ conveniunt, nec materiali ulli, quantumvis lautiſſimæ Menſæ poſſunt adaptari: Sacramentalis verò ita propria eſſe videntur, ut illius veritas ex ipſis Alcorani verbis facilè poſſit Mahumetanis non ſolùm inſinuari, ſed etiam perſuaderi. Expoſitores autem Alcorani, ne cogerentur altiſſimum hoc Chriſtianæ fidei Myſterium ex Alcorano ipſo fateri, ex pluribus Euangelii locis, (ſuperadditis cerebri ſui deliriis) chimæram confinxere, ſimul permiſcentes, & confundentes ultimam Chriſti cœnam, quam cum Apoſtolis celebravit; miraculum, quo idem Chriſtus quinque panibus, & duobus piſcibus turbas in deſerto ſaturavit; parabolam cœnæ ab eodem propoſitam, ad quam primò divites, ac nobiles; deindè pauperes, claudi, cæci, & alii miſerabiles vocati ſunt: miraculum patratum ad mare Tyberiadis, in quo diſcipuli viderunt prunas poſitas, ac piſcem ſuperpoſitum: & piſcem illum, ex cujus ore S. Petrus extraxit ſtaterem ad ſolvendum didrachma, ut habetur Matthæi cap. 16. Hoc modo ab Alcorano, atque illius expoſitoribus obtruditur nobis hiſtoria.

. . . . *Cujus, velut ægri ſomnia, vanæ*
Finguntur ſpecies; ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formæ.

VIII. Satis importunè, atque omninò gratis inducit Mahumetus Deum in die Judicii, interrogantem Jeſum, utrum ſe, matremq; ſuam, tanquam duos deos, præceperit adorari. Eſto enim, Jeſus ſeſe Deum verum verbis, factiſque probaverit, ac propterea, ut talem ſe agnoſci, & adorari voluerit: nunquam tamen matrem ſuam, ut Deum, vel deam, coli juſſit; ſemperque à tanta impietate Chriſtiani abhorruere. Prima in re, non rapinam arbitratus eſt Jeſus, eſſe ſe æqualem Deo, & Deum, cùm verè talis eſſet; ut ſuprà latiſſimè probavimus. In ſecunda, rapinam revera commiſiſſet, ſi (quod abſit) divinitatem puræ creaturæ, qualis mater ejus erat, tribuiſſet. Quòd ſi in Arabia aliqui, & præſertim mulierculæ Beatam Mariam, ut deam coluerunt, eique ſacrificia obtulerunt; id non Chriſti doctrinæ, ſed Dæmonis fraudi, hominumque perfidiæ tribuendum eſt.

سورة الانعام مكّيّة مائة وخمس وستّون آية

SURA VI.

PECUDES.

MECCANA: COMMATUM CENTUM SEXAGINTA QUINQUE.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 الحمد لله الذي خلق السموات والارض وجعل الظلمات والنور ثم الذين كفروا بربهم
يعدلون ۞ 2 هو الذي خلقكم من طين ثم قضى أجلا وأجل مسمى عنده ثم انتم
تمترون ۞ 3 وهو الله في السموات وفي الارض يعلم سركم وجهركم ويعلم ما تكسبون ۞
4 وما تأتيهم من آية من آيات ربهم الا كانوا عنها معرضين ۞ 5 فقد كذبوا بالحق لما جاءهم
فسوف يأتيهم أنباء ما كانوا به يستهزءون ۞ 6 ألم يروا كم أهلكنا من قبلهم من قرن مكناهم
في الارض ما لم نمكن لكم وأرسلنا السماء عليهم مدرارا وجعلنا الانهار تجري من تحتهم
فأهلكناهم بذنوبهم وأنشأنا من بعدهم قرنا آخرين ۞ 7 ولو نزلنا عليك كتابا في قرطاس
فلمسوه بأيديهم لقال الذين كفروا ان هذا الا سحر مبين ۞ 8 وقالوا لولا أنزل عليه ملك ولو
أنزلنا ملكا لقضي الامر ثم لا ينظرون ۞ 9 ولو جعلناه ملكا لجعلناه رجلا وللبسنا عليهم ما
يلبسون ۞ 10 ولقد استهزئ برسل من قبلك فحاق بالذين سخروا منهم ما كانوا به يستهزءون ۞
11 قل سيروا في الارض ثم انظروا كيف كان عاقبة المكذبين ۞ 12 قل لمن ما في
السموات والارض قل لله كتب على نفسه الرحمة ليجمعنكم الى يوم القيامة لا ريب فيه الذين
خسروا انفسهم فهم لا يؤمنون ۞ 13 وله ما سكن في الليل والنهار وهو السميع العليم ۞
14 قل أغير الله أتخذ وليا فاطر السموات والارض وهو يطعم ولا يطعم قل اني أمرت أن أكون
أول من أسلم ولا تكونن من المشركين ۞ 15 قل اني أخاف ان عصيت ربي عذاب يوم
عظيم ۞ 16 من يصرف عنه يومئذ فقد رحمه وذلك الفوز المبين ۞ 17 وان يمسسك الله
بضر

ضُرٍّ فَلَا كَاشِفَ لَهُ إِلَّا هُوَ وَإِنْ يَمْسَسْكَ بِخَيْرٍ فَهُوَ عَلَىٰ كُلِّ شَيْءٍ قَدِيرٌ ۝ 18 وَهُوَ الْقَاهِرُ فَوْقَ
عِبَادِهِ وَهُوَ الْحَكِيمُ الْخَبِيرُ ۝ 19 قُلْ أَيُّ شَيْءٍ أَكْبَرُ شَهَادَةً قُلِ اللَّهُ شَهِيدٌ بَيْنِي وَبَيْنَكُمْ
وَأُوحِيَ إِلَيَّ هَٰذَا الْقُرْآنُ لِأُنْذِرَكُمْ بِهِ وَمَنْ بَلَغَ أَئِنَّكُمْ لَتَشْهَدُونَ أَنَّ مَعَ اللَّهِ آلِهَةً أُخْرَىٰ قُلْ لَا
أَشْهَدُ قُلْ إِنَّمَا هُوَ إِلَٰهٌ وَاحِدٌ وَإِنَّنِي بَرِيءٌ مِمَّا تُشْرِكُونَ ۝ 20 الَّذِينَ آتَيْنَاهُمُ الْكِتَابَ يَعْرِفُونَهُ
كَمَا يَعْرِفُونَ أَبْنَاءَهُمُ الَّذِينَ خَسِرُوا أَنْفُسَهُمْ فَهُمْ لَا يُؤْمِنُونَ ۝ 21 وَمَنْ أَظْلَمُ مِمَّنِ افْتَرَىٰ عَلَى اللَّهِ
كَذِبًا أَوْ كَذَّبَ بِآيَاتِهِ إِنَّهُ لَا يُفْلِحُ الظَّالِمُونَ ۝ 22 وَيَوْمَ نَحْشُرُهُمْ جَمِيعًا ثُمَّ نَقُولُ لِلَّذِينَ أَشْرَكُوا
أَيْنَ شُرَكَاؤُكُمُ الَّذِينَ كُنْتُمْ تَزْعُمُونَ ثُمَّ لَمْ تَكُنْ فِتْنَتُهُمْ إِلَّا أَنْ قَالُوا وَاللَّهِ رَبِّنَا مَا
كُنَّا مُشْرِكِينَ ۝ 23 انْظُرْ كَيْفَ كَذَبُوا عَلَىٰ أَنْفُسِهِمْ وَضَلَّ عَنْهُمْ مَا كَانُوا يَفْتَرُونَ ۝
24 وَمِنْهُمْ مَنْ يَسْتَمِعُ إِلَيْكَ وَجَعَلْنَا عَلَىٰ قُلُوبِهِمْ أَكِنَّةً أَنْ يَفْقَهُوهُ وَفِي آذَانِهِمْ وَقْرًا وَإِنْ يَرَوْا كُلَّ
آيَةٍ لَا يُؤْمِنُوا بِهَا حَتَّىٰ إِذَا جَاءُوكَ يُجَادِلُونَكَ يَقُولُ الَّذِينَ كَفَرُوا إِنْ هَٰذَا إِلَّا أَسَاطِيرُ الْأَوَّلِينَ ۝
25 وَهُمْ يَنْهَوْنَ عَنْهُ وَيَنْأَوْنَ عَنْهُ وَإِنْ يُهْلِكُونَ إِلَّا أَنْفُسَهُمْ وَمَا يَشْعُرُونَ ۝ 26 وَلَوْ تَرَىٰ إِذْ وُقِفُوا عَلَى
النَّارِ فَقَالُوا يَا لَيْتَنَا نُرَدُّ وَلَا نُكَذِّبَ بِآيَاتِ رَبِّنَا وَنَكُونَ مِنَ الْمُؤْمِنِينَ ۝ 27 بَلْ بَدَا لَهُمْ مَا كَانُوا
يُخْفُونَ مِنْ قَبْلُ وَلَوْ رُدُّوا لَعَادُوا لِمَا نُهُوا عَنْهُ وَإِنَّهُمْ لَكَاذِبُونَ ۝ 28 وَقَالُوا إِنْ هِيَ إِلَّا حَيَاتُنَا
الدُّنْيَا وَمَا نَحْنُ بِمَبْعُوثِينَ ۝ 29 وَلَوْ تَرَىٰ إِذْ وُقِفُوا عَلَىٰ رَبِّهِمْ قَالَ أَلَيْسَ هَٰذَا بِالْحَقِّ قَالُوا بَلَىٰ
وَرَبِّنَا قَالَ فَذُوقُوا الْعَذَابَ بِمَا كُنْتُمْ تَكْفُرُونَ ۝ 30 قَدْ خَسِرَ الَّذِينَ كَذَّبُوا بِلِقَاءِ اللَّهِ حَتَّىٰ
إِذَا جَاءَتْهُمُ السَّاعَةُ بَغْتَةً قَالُوا يَا حَسْرَتَنَا عَلَىٰ مَا فَرَّطْنَا فِيهَا وَهُمْ يَحْمِلُونَ أَوْزَارَهُمْ عَلَىٰ ظُهُورِهِمْ
أَلَا سَاءَ مَا يَزِرُونَ ۝ 31 وَمَا الْحَيَاةُ الدُّنْيَا إِلَّا لَعِبٌ وَلَهْوٌ وَلَلدَّارُ الْآخِرَةُ خَيْرٌ لِلَّذِينَ يَتَّقُونَ أَفَلَا
تَعْقِلُونَ ۝ 32 قَدْ نَعْلَمُ إِنَّهُ لَيَحْزُنُكَ الَّذِي يَقُولُونَ فَإِنَّهُمْ لَا يُكَذِّبُونَكَ وَلَٰكِنَّ الظَّالِمِينَ بِآيَاتِ
اللَّهِ يَجْحَدُونَ ۝ 33 وَلَقَدْ كُذِّبَتْ رُسُلٌ مِنْ قَبْلِكَ فَصَبَرُوا عَلَىٰ مَا كُذِّبُوا وَأُوذُوا حَتَّىٰ أَتَاهُمْ
نَصْرُنَا وَلَا مُبَدِّلَ لِكَلِمَاتِ اللَّهِ وَلَقَدْ جَاءَكَ مِنْ نَبَإِ الْمُرْسَلِينَ ۝ 34 وَإِنْ كَانَ كَبُرَ عَلَيْكَ
إِعْرَاضُهُمْ فَإِنِ اسْتَطَعْتَ أَنْ تَبْتَغِيَ نَفَقًا فِي الْأَرْضِ أَوْ سُلَّمًا فِي السَّمَاءِ فَتَأْتِيَهُمْ بِآيَةٍ وَلَوْ شَاءَ اللَّهُ لَجَمَعَهُمْ
عَلَى الْهُدَىٰ فَلَا تَكُونَنَّ مِنَ الْجَاهِلِينَ ۝ 35 إِنَّمَا يَسْتَجِيبُ الَّذِينَ يَسْمَعُونَ وَالْمَوْتَىٰ يَبْعَثُهُمُ اللَّهُ ثُمَّ
إِلَيْهِ يُرْجَعُونَ ۝ 36 وَقَالُوا لَوْلَا نُزِّلَ عَلَيْهِ آيَةٌ مِنْ رَبِّهِ قُلْ إِنَّ اللَّهَ قَادِرٌ عَلَىٰ أَنْ يُنَزِّلَ آيَةً وَلَٰكِنَّ
أَكْثَرَهُمْ لَا يَعْلَمُونَ ۝ 37 وَمَا مِنْ دَابَّةٍ فِي الْأَرْضِ وَلَا طَائِرٍ يَطِيرُ بِجَنَاحَيْهِ إِلَّا أُمَمٌ أَمْثَالُكُمْ
مَا فَرَّطْنَا فِي الْكِتَابِ مِنْ شَيْءٍ ثُمَّ إِلَىٰ رَبِّهِمْ يُحْشَرُونَ ۝ 38 وَالَّذِينَ كَذَّبُوا بِآيَاتِنَا صُمٌّ وَبُكْمٌ
فِي الظُّلُمَاتِ مَنْ يَشَإِ اللَّهُ يُضْلِلْهُ وَمَنْ يَشَأْ يَجْعَلْهُ عَلَىٰ صِرَاطٍ مُسْتَقِيمٍ ۝ 39 قُلْ أَرَأَيْتَكُمْ إِنْ
أَتَاكُمْ عَذَابُ اللَّهِ أَوْ أَتَتْكُمُ السَّاعَةُ أَغَيْرَ اللَّهِ تَدْعُونَ إِنْ كُنْتُمْ صَادِقِينَ ۝ 40 بَلْ إِيَّاهُ
تَدْعُونَ فَيَكْشِفُ مَا تَدْعُونَ إِلَيْهِ إِنْ شَاءَ وَتَنْسَوْنَ مَا تُشْرِكُونَ ۝ 41 وَلَقَدْ أَرْسَلْنَا إِلَىٰ أُمَمٍ مِنْ
قَبْلِكَ

قبلك فأخذناهم بالبأساء والضراء لعلهم يتضرعون ۝ 43 فلولا إذ جاءهم بأسنا تضرعوا ولكن
قست قلوبهم وزين لهم الشيطان ما كانوا يعملون ۝ 43 فلما نسوا ما ذكروا به فتحنا عليهم
أبواب كل شيء حتى إذا فرحوا بما أوتوا أخذناهم بغتة فإذا هم مبلسون ۝ 44 فقطع دابر
القوم الذين ظلموا والحمد لله رب العالمين ۝ 45 قل أرأيتم إن أخذ الله سمعكم وأبصاركم
وختم على قلوبكم من إله غير الله يأتيكم به انظر كيف نصرف الآيات ثم هم يصدفون ۝
46 قل أرأيتكم إن أتيكم عذاب الله بغتة أو جهرة هل يهلك إلا القوم الظالمون ۝
47 وما نرسل المرسلين إلا مبشرين ومنذرين فمن آمن وأصلح فلا خوف عليهم ولا هم يحزنون ۝
48 والذين كذبوا بآياتنا يمسهم العذاب بما كانوا يفسقون ۝ 49 قل لا أقول لكم عندي
خزائن الله ولا أعلم الغيب ولا أقول لكم إني ملك إن أتبع إلا ما يوحى إلي قل هل
يستوي الأعمى والبصير أفلا تتفكرون ۝ 50 وأنذر به الذين يخافون أن يحشروا إلى ربهم ليس
لهم من دونه ولي ولا شفيع لعلهم يتقون ۝ 51 ولا تطرد الذين يدعون ربهم بالغداة والعشي
يريدون وجهه ما عليك من حسابهم من شيء وما من حسابك عليهم من شيء فتطردهم فتكون
من الظالمين ۝ 52 وكذلك فتنا بعضهم ببعض ليقولوا أهؤلاء من الله عليهم من بيننا
أليس الله بأعلم بالشاكرين ۝ 53 وإذا جاءك الذين يؤمنون بآياتنا فقل سلام عليكم كتب
ربكم على نفسه الرحمة أنه من عمل منكم سوءا بجهالة ثم تاب من بعده وأصلح فأنه غفور
رحيم ۝ 54 وكذلك نفصل الآيات ولتستبين سبيل المجرمين ۝ 55 قل إني نهيت أن أعبد
الذين تدعون من دون الله قل لا أتبع أهواءكم قد ضللت إذا وما أنا من المهتدين ۝
56 قل إني على بينة من ربي وكذبتم به ما عندي ما تستعجلون به إن الحكم إلا لله يقص
الحق وهو خير الفاصلين ۝ 57 قل لو أن عندي ما تستعجلون به لقضي الأمر بيني وبينكم
والله أعلم بالظالمين ۝ 58 وعنده مفاتح الغيب لا يعلمها إلا هو ويعلم ما في البر والبحر
وما تسقط من ورقة إلا يعلمها ولا حبة في ظلمات الأرض ولا يابس إلا في كتاب مبين ۝
59 وهو الذي يتوفيكم بالليل ويعلم ما جرحتم بالنهار ثم يبعثكم فيه ليقضى أجل مسمى ثم
إليه مرجعكم ثم ينبئكم بما كنتم تعملون ۝ 60 وهو القاهر فوق عباده ويرسل عليكم
حفظة حتى إذا جاء أحدكم الموت توفته رسلنا وهم لا يفرطون ۝ 61 ثم ردوا إلى الله
مولاهم الحق ألا له الحكم وهو أسرع الحاسبين ۝ 62 قل من ينجيكم من ظلمات البر والبحر
تدعونه تضرعا وخفية لئن أنجيتنا من هذه لنكونن من الشاكرين ۝ 63 قل الله ينجيكم
منها ومن كل كرب ثم أنتم تشركون ۝ 64 قل هو القادر على أن يبعث عليكم
عذابا من فوقكم أو من تحت أرجلكم أو يلبسكم شيعا ويذيق بعضكم بأس بعض انظر كيف
نصرف

نصرف الآيات لعلهم يفقهون ۞ 65 وكذب به قومك وهو الحق قل لست عليكم بوكيل ۞
66 لكل نبإ مستقر وسوف تعلمون ۞ 67 وإذا رأيت الذين يخوضون في آياتنا فأعرض عنهم حتى
يخوضوا في حديث غيره وإما ينسينك الشيطان فلا تقعد بعد الذكرى مع القوم الظالمين ۞
68 وما على الذين يتقون من حسابهم من شيء ولكن ذكرى لعلهم يتقون ۞ 69 وذر الذين
اتخذوا دينهم لعبا ولهوا وغرتهم الحيوة الدنيا وذكر به أن تبسل نفس بما كسبت ليس لها
من دون الله ولي ولا شفيع ۞ 70 وإن تعدل كل عدل لا يوخذ منها أولئك الذين أبسلوا
بما كسبوا لهم شراب من حميم وعذاب أليم بما كانوا يكفرون ۞ 71 قل أندعوا من دون
الله ما لا ينفعنا ولا يضرنا ونرد على أعقابنا بعد إذ هدينا الله كالذي استهوته الشياطين في
الارض حيران له أصحاب يدعونه إلى الهدى ائتنا قل إن هدى الله هو الهدى وأمرنا لنسلم
لرب العلمين ۞ 72 وأن أقيموا الصلوة واتقوه وهو الذي إليه تحشرون ۞ 73 وهو الذي خلق
السموات والارض بالحق ويوم يقول كن فيكون ۞ 74 قوله الحق وله الملك يوم ينفخ في الصور
عالم الغيب والشهادة وهو الحكيم الخبير ۞

In Nomine Dei Miſeratoris Miſericordis.

1. LAUS Deo, qui creavit cœlos, & terram; & poſuit tenebras, & lucem: *a* at verò, qui infideles ſunt Domino ſuo æquales faciunt *alios deos*. *a* Deinde.
2. Ipſe eſt, qui creavit vos ex luto: deinde conſtituit metam *vitæ vobis*: & meta *b* præfinita apud eum *eſt reſurrectionis veſtræ*: & vos dubitabitis *de ea*? 3. *b* Nominata.
Et ipſe eſt Deus in cœlis, & in terra: ſcit ſecretum veſtrum, & manifeſtum veſtrum: & ſcit, quod *c* operamini. 4. Et non venit ad eos (*ideſt Meccanos*) *c* Acquiritis.
ullum ſignum, ex ſignis Domini ſui *in Alcorano*, quin ſint ab eo longè recedentes. 5. Et jam abnegaverunt veritatem *Alcorani*, poſtquam veniſſet ad eos: ſed mox adveniet eis nuncium de eo, quod irridebant. (*ſcilicet pœna à Deo*)
6. An non viderunt quot perdidimus ante eos, ex generationibus? Locum *firmum* dederamus illis in terra, qualem locum non dedimus vobis: & miſeramus Cœlum ſuper eos copiosè pluviam effundens: & poſueramus flumina currentia ſub eis. Et tamen perdidimus eos in delictis eorum: & oriri fecimus poſt eos generationes alias. 7. Et, ſi demiſiſſemus ſuper te librum ſcriptum in charta, & attrectaſſent eum manibus ſuis; certè dixiſſent, qui ſunt infideles. Si hoc eſt, niſi pręſtigium manifeſtum. 8. Et dixerunt. Niſi demiſſus fuerit ſuper eum Angelus, *non credemus illi*. At ſi demiſerimus Angelum, & *ipſi non crediderint*: certè deciſum erit negotium *perditionis eorum*: tùm non expectabuntur *ad pœnitentiam*. 9. Quòd ſi mitteremus eum, *quem petunt*, Angelum: certè mitteremus eum virum (*ideſt in forma hominis*); & quidem indueremus *eum* coram illis quomodò *ipſi* induuntur. 10. Et jam quidem irriſi ſunt legati ante te: ſed comprehendit illos, qui deriſerunt eos id, quod *ipſi* irridebant (*nempe pœna à legatis comminata*). 11. Dic: Peragrate terram: & videte quomodò fuerit finis eorum, qui mendacii inſimulabant *Prophetas*. 12. Dic: Cujus eſt id, quod eſt in Cœlis, & terra? Reſponde: Dei. Præſcripſit ſibiipſi miſericordiam. Certè congregabit vos ad diem reſurrectionis; non eſt dubitandum de eo. Qui jacturam fecerunt animarum ſuarum, ipſi non credent. 13. Et ipſius eſt id, quod *d* evenit in nocte, & die: & ipſe eſt Auditor, Cognitor. 14. Dic: An præter *d* Habitat (vel quieſcit).

Deum accipiam herum; *cùm ipse sit* conditor Cœlorum, & terræ, & ipse alat, & non alatur? Dic: Certè ego jussus sum, ut sim primus, qui Eslamiticam religionem suscipiat, & *dictum est mihi*: Nullo modo eris ex Associantibus. 15. Dic: Certè ego timeo, si contumax fuero Domino meo, pœnam diei magnæ. 16. Qui liberatus fuerit ab ea *pœna* die illa, jam quidem misericors fuit illi *Deus*: & hæc erit salus manifesta. 17. Quòd si tetigerit te Deus nocumento, non erit relevans illud, nisi ipse. Si verò tetigerit te bono; ipse porrò est ad omnem rem potens. 18. Et ipse est Prædominator super servos suos: & ipse sapiens, Peritus. 19. Dic, Quæ res est major ad testificandum? Dic: Deus est testis inter me, & inter vos: & revelatus fuit mihi hic Alcoranus, ut commonerem vos illo, & eum, ad quem pervenerit *notitia ejus*. Anne vos certè testificamini esse cum Deo deos alios? Dic: Non testificor *ego hoc*. Dic: Profectò ipse est Deus unus: & certè ego immunis sum ab eo, quod associatis. 20. Illi, quibus dedimus Librum (*ideſt Pentateuchum, & Euangelium*) agnoscunt illum (*ideſt Mahumetum*) quemadmodùm cognoscunt filios suos. Qui jacturam fecerunt animarum suarum; ipsi porrò non credent. 21. Et quis est iniquior illo, qui commentus fuerit de Deo mendacium, aut mendacii insimulaverit signa ejus? Certè ipse non prosperabit iniquè agentes. 22. Et die *quadam* congregabimus eos universos: tùm dicemus iis, qui associaverunt: ubi sunt socii vestri, quos putabatis *habere Deum*? Sed non erit excusatio eorum, nisi quòd dicent: Per Deum Dominum nostrum non fuimus associantes. 23. Vide, quomodò mentiantur contra seipsos: & fugit ab eis id, quod blasphemè commenti fuerant. 24. Et ex ipsis aliquis aures præbebit tibi *recitanti Alcoranum*: sed posuimus super corda eorum operimenta, ne intelligant illum; & in auribus eorum gravedinem. Etiamsi viderint omne signum, non credent in illud, donec veniant ad te, ut disceptent tecum. Dicent, qui infideles sunt: si est hic *Alcoranus*, nisi commenta futilia Priorum. 25. Et ipsi prohibent *alios* ab eo (*ideſt Mahumeto*) & longè recedunt ab eo: *a* & non perdunt, nisi animas suas: sed non animadvertunt. 26. Si autem videres, quandò statuentur apud ignem? Dicent: O utinam nos reduceremur *in mundum*! neque mendacii insimularemus signa Domini nostri, & essemus ex credentibus. 27. Atqui apparuit illis id, quod abscondebant anteà, *negantes se fuisse associatores*. Et, licèt reducerentur *in mundum*, attamen redirent ad id, quod erat ipsis prohibitum: & certè ipsi sunt mentientes. 28. Et dixerunt: *b* Non est, nisi vita nostra mundana: neque nos sumus resuscitandi *ad aliam vitam*. 29. At si videres, quandò statuentur coram Domino suo! Dicet *illis*: An non est hæc verè *resurrectio*? Respondebunt: Utique, per Dominum nostrum. Dicet: Gustate ergo pœnam ob id, quod non credebatis. 30. Jam perierunt illi, qui inficiati sunt occursum Dei (*ideſt diem judicii*), donec pervenit eis Hora *resurrectionis* repente. Dixerunt: Proh dolorem nostrum pro eo, quod negligentes fuimus de hac *hora*! Et ipsi portabant onera sua super humeros suos. An non malum erit, quod portabunt? 31. Et non est vita mundana, nisi ludus, & jocus: & profectò domus altera (*ideſt Paradisus*), melior erit iis, qui timent *Deum*: an ergo non intelligitis *hoc*? 32. Jam novimus, quòd certè te contristat illud, quod dicunt. Porrò ipsi non faciunt te mendacem: sed Iniqui signa Dei inficiantur. 33. Et jam quidem mendaces habiti sunt Legati ante: sed patienter sustinuerunt, quòd mendaces haberentur, & vexarentur, donec veniret ad eos auxilium nostrum. Et non est, *c* qui immutet verba Dei, *ita ut non fiat id, quod ipse dicit*. Et jam quidem venit ad te aliqua narratio de iis, qui missi sunt legati *à Deo*. 34. Quòd si gravis fuerit tibi aversio eorum, si potueris exquirere foveam, *per quam penetres* in terram; aut scalam, *per quam ascendas* in Cœlum, ut ostendas eis signum, *quod postulant*: *exquire sanè*; *sed non reperies*: *patienter igitur sustine*. Quòd si voluerit Deus, certè congregabit eos ad directionem. Ne ergo sis ex ignorantibus *hanc rem*. 35. Certè exaudient *vocationem ad fidem* illi, qui audierint: & mortuos suscitabit Deus: deinde ad eum reducentur. 36. Et dixerunt *infideles Meccani*: Nisi demissum fuerit super eum signum aliquod à Domino suo, *non credemus ei*. Responde: Certè Deus

potens

a Et, si.

b Si est.

c Immutas.

potens eſt ad hoc, ut demittat ſignum: ſed plerique eorum neſciunt *hoc fore ad ipſorum ruinam*. 37. Et non eſt *ulla ſpecies* ex beſtiis in terra, neque volucribus, quæ volent alis ſuis, niſi ſint gentes ſimiles vobis. Non prætermiſimus in libro, *qui aſſervatur in Cœlo apud nos*, rem ullam: deinde ad Dominum ſuum congregabuntur. 38. Qui verò mendacii redarguerunt ſigna noſtra (*nemque Alcoranum*) ſurdi, & muti verſantur in tenebris. Quem voluerit Deus, in errorem inducet: &, quem voluerit, ponet eum ſuper viam rectam. 39. Dic *Meccanis*: *a* Quid putatis? ſi venerit ad vos pœna Dei, aut venerit ad vos Hora (*ideſt dies Judicii*) num alium præter Deum invocabitis, ſi eſtis veraces? 40. Quinimò illum invocabitis, & relevabit id, pro quo invocaveritis eum (*ideſt liberabit vos ab eo*) ſi voluerit: & obliviſcemini illius, quod aſſociabatis *Deo*. 41. Et jam quidem miſimus *legatos* ad gentes ante te: & excepimus eas cum calamitate, & nocumento *propter earum incredulitatem*, ut ipſæ ſupplices deprecarentur. 42. *b* An verò, cùm adveniſſet eis punitio noſtra, ſupplices deprecati ſunt? *c* Imò verò obduruerunt corda eorum: & adornavit eis Satanas id, quod faciebant. 43. Cùm autem obliti fuiſſent id, de quo commoniti fuerant, aperuimus ſuper eos portas omnis rei; donec, cùm legati fuiſſent ob id, quod datum fuerat illis, corripuimus eos repentè *ſupplicio*, & ecce ipſi *facti ſunt* deſperantes. 44. Et abſciſſa eſt *d* ſtirps gentis, quæ iniquè egerat: Et laus Deo Domino *e* ſęculorum. 45. Dic *Meccanis*: *f* Quid vobis videtur? ſi abſtulerit Deus auditum veſtrum, & viſum veſtrum, & ſigillum impreſſerit ſuper corda veſtra; quis Deus, præter Deum, reſtituet vobis hæc? Vide, quomodò diverſimodè explicamus ſigna *unitatis Dei*! tum ipſi avertunt ſe *ab eis*. 46. Dic: *g* Quid vobis videtur? ſi advenerit vobis ſupplicium Dei repentè, vel manifeſtè; num peribunt, niſi homines iniquè agentes? 47. Et non mittimus legatos, niſi euangelizantes, & comminantes. Qui ergo crediderit, & correxerit *opera ſua*; non erit timor ſuper eos: neque ipſi contriſtabuntur. 48. Qui verò mendacii inſimulaverint ſigna noſtra: tanget eos pœna ob id, quod prævaricati fuerint. 49. Dic: Non dico vobis; Apud me ſunt theſauri Dei: neque *dico vobis*; ſcio arcanum: neque dico vobis; ego ſanè ſum Angelus. *h* Non ſequor, niſi quod revelatur mihi. Dic: An adæquabitur cæcus, & videns? An ergo non recogitatis? 50. Et prædica eum (*ideſt Alcoranum*), illis, qui timent, quòd congregandi ſint ad Dominum ſuum. Non erit illis præter eum patronus, neque interceſſor: ut ipſi ſibi caveant. 51. Et ne expellas eos, qui invocant Dominum ſuum mane, & veſpere, deſiderantes faciem ejus: *i* non incumbit tibi de æſtimatione eorum quidquam (*ideſt non ſpectat ad te judicare, qualis ſit mens, & intentio eorum*) neque de æſtimatione tui *l* incumbit eis quidquam. Quòd, ſi expuleris eos, eris ex iniquis. 52. Et ita probavimus alios eorum per alios, ut dicerent: An illis beneficus fuit Deus inter nos? Nonne Deus ſcientiſſimus eſt, *qui ſint*, qui gratias agentes? 53. Cùm autem venerint ad te, qui credunt in ſigna noſtra, dic: Pax ſuper vos: præſcripſit Dominus veſter ſibi ipſi miſericordiam; quòd ſcilicet, qui operatus fuerit ex vobis malum per ignorantiam; deinde reſipuerit poſt illud, & correxerit, *quod fecit*: certè ipſe *erit illi* propitius, miſericors. 54. Et ita diſtinctè proponimus ſigna (*ideſt periodos Alcorani*) & ut manifeſtetur ſemita ſceleroſorum. 55. Dic: Certè ego prohibitus ſum, ne colam, quos invocatis præter Deum. Dic: Non ſequar deſideria veſtra: *nam ſi hoc facerem*, jam errarem utique: & non eſſem ego ex directis. 56. Dic; Ego ſanè *ambulo* juxta declarationem *mihi factam* à Domino meo: at *vos* mendacia de illo confinxiſtis. Non eſt penes me, quod cupitis accelerari (*i. in ſupplicium à Deo tentatum*). Non *Si* eſt judicium *bujus rei*, niſi Dei: *ipſe* enarrabit veritatem; & ipſe eſt optimus diſcernentium. 57. Dic: Si eſſet penes me id, quod accelerari optatis: jam definitum eſſet negotium inter me, & inter vos: & Deus eſt ſcientiſſimus, *qui ſint* Iniqui. 58. Et apud eum ſunt claves Arcani: neſcit illas *alius* præter ipſum: & *ipſe* ſcit in terra, & mari: neque cadit unum folium, quin ſciat illud; neque granum unicum in tenebris terræ, neque reus, neque ſiccum, niſi *ſcriptum ſit* in libro manifeſto. 59. Et ipſe eſt, qui

a Dicite mihi.

b Et ſi non.

c Sed

d pars poſterior.

e Mundorū.

f Dicite mihi.

g Dicite mihi.

h Si.

i Non eſt ſuper te,

l Eſt Supe vos.

Quidā Codices hìc incipiūt novā periodū. 57. Sed rectè.

qui defungi facit vos (*ideſt obdormiſcere*) in Nocte; & ſcit, quid operemini in die: deinde ſuſcitabit vos in eo, ut abſolvatur meta præfinita *vitæ veſtræ*: deinde ad eum erit reditus veſter: tum enarrabit vobis id, quod fueritis operati. 60. Et ipſe eſt Prędominator ſupra ſervos ſuos: & mittit ſuper vos cuſtodiam *Angelorum recenſentium opera veſtra*; quoaduſque perveniat ad unumquemque veſtrum mors, & fato fungi faciant eum lagati noſtri (*ideſt Angeli*): & ipſi non erunt negligentes *in exequendis imperiis noſtris*: 61. Deinde reducantur ad Deum Dominum ſuum verum. An non *competit* ipſi Judicium? & ipſe eſt velociſſimus ratiocinantium. 62. Dic: Quis liberat vos à tenebris continentis, & Maris? *Cùm* invocatis eum ſuppliciter *palàm*, & occultè, dicentes: Certè, ſi liberaverit nos ab his, profectò erimus ex gratias agentibus. 63. Dic: Deus liberat vos ab illis, & ab omni animi anguſtia: deinde vos aſſociatis. 64. Dic: Ipſe eſt potens ad hoc, ut mittat adverſum vos pœnam de ſupra vos, aut de ſubtus pedes veſtros, aut induat vos diſſenſione, & guſtare faciat alios veſtrum cladem aliorum. Vide quomodò diverſimodè tractemus ſigna *potentiæ noſtræ*: ut ipſi ſapiant. 65. Et mendacii inſimulavit hunc (*ideſt Alcoranum*) gens tua: & *tamen* ipſa eſt veritas. Dic: Non ſum ſuper vos procurator. 66. Omni prædictioni eſt tempus ſtabile, *in quo verificetur*; & mox ſcietis, *verum eſſe*, *quod predixi*. 67. Et cum videris eos, qui *a* diſceptant de ſignis noſtris (*ideſt de Alcorano*) procul recede ab eis, donec *b* diſceptent de narratione alia. Porrò ſi obliviſci te fecerit Satan *hujus præcepti*, ſaltem ne ſedeas poſt recordationem cum hominibus iniquis. 68. Et ne ſit apud eos, qui timent *Deum*, æſtimatio eorum (*ideſt iniquorum*) *c* ullius momenti. ſed *ſit illis* memoria, ut ſibi caveant *ab eis*. 69. Et deſere eos, qui habent religionem ſuam pro joco, & ludicro: & decepit eos vita mundana: & commonefac *eos* ſuper hunc (*ideſt Alcoranum*), quòd, ſi perditioni ſe exponat anima ob id, *d* quod perpetrat, non erit illi præter Deum patronus, neque interceſſor. 70. Et quamvis *e* adamuſſim perſolvat omne juſtum pretium, *quo ſe redimat*; non acceptabitur ab eo. Illis, qui ſe expoſuerint perditioni ob id, quod *f* perpetraverint, *dabitur* potio ex aqua ferventi, & pœna dolorifica ob id, in quo fuerunt infideles. 71. Dic: An invocabimus præter Deum id, quod non proſit nobis, neque noceat nobis; & retrò avertemur ſuper calcaneos noſtros, poſtquam direxit nos Deus, ſicut ille, quem ſeduxerunt Satanæ in terra hæſitantem *quò ſe verteret*? Illi erant ſocii, qui vocabant eum ad directionem, *dicentes*: Veni ad nos. Dic: Certè directio Dei, ipſa eſt directio; & juſſi ſumus tradere nos ipſos Domino g ſæculorum. 72. Et *dictum fuit nobis*: Perſolvite orationem, & timete eum: & ipſe eſt, ad quem congregabimini. 73. Et ipſe eſt qui creavit Cœlos, & terram in veritate: & *b* quando dicet *alicui rei*: Eſto: erit. 74. Dictum ejus eſt veritas: & ipſi erit regnum diei, qua inſufflabitur in Tubam: *ipſe eſt* Cognitor arcani, & manifeſti: & ipſe eſt ſapiens, Peritus.

a Nutant in.
b Nutent in.
c In ulla re.
d Lucratur.
e Adæquet omem æquitatem.
f Acquiſierint.
g Mundorũ.
h Die qua.

NOTÆ.

INſcribitur hæc Sura الانعام *Pecora*, ſeu *pecudes*: non quòd in ea de pecoribus ex profeſſo agatur; ſed quia incidenter ſuperſtitioſi quidam circa nonnulla pecora Meccanorum ritus referantur, ut poſteà videbimus. Habet verſus centum ſexaginta quinque: aliqui unum addunt. Eſt Meccana.

Excipit Gelal: وما قدروا الله: *Et non menſuraverunt Deum*; cum duobus verſibus ſequentibus: Et قل تعالوا: *Dic: venite*. Item cum duobus ſequentibus: hos enim vult Medinæ traditos fuiſſe. Præmium Lectori prómittitur: من قراء الانعام صلى الله عليه وسلم واستغفر اليه السبعون الف ملك بعد كل اية من سورة الانعام يومًا وليلة

Qui legerit Suram Pecorum, benedicet ei Deus, & ſalutem concedet: & ſeptuaginta millia Angelorum (hi ſunt, qui viſitant quotidie Domum Maamurat in Cœlo) *deprecabuntur pro eo pro quolibet verſu ejuſdem Suræ die, ac nocte.*

XVI. *Qui liberatus fuerit*] Arabicè duplex eſt lectio من يصرف *qui liberatus, ſeu averſus fuerit*: &

من يصرفه *quem liberaverit*, ſeu *verterit*: nempè Deus.

XIX. *Quæ res eſt major ad teſtificandum*]. Quæ fuerit hujus verſus occaſio, diſce ex Gelal: نزل لما قالوا للنبى ائتينا بمن يشهد لك فان اهل الكتاب انكروك *Hæc revelata ſunt, quandò* Meccani *dixerunt Prophetæ: Adduc aliquem, qui teſtimonium tibi perhibeat: nam Judæi, & Chriſtiani profeſſores Scripturæ negant, te* eſſe prophetam: ſeu, *ignorant te*, nec reperiunt quidquam de te in ſacris libris. Mahumetus verò reſpondet petendo principium: hoc enim erat, quod quærebatur, utrùm Deus teſtimonium perhiberet de illo in Sacris Libris.

XXVI. *Neque mendacii inſimularemus*] Hæc diſtinguenda ſunt ita, ut ſenſus ſit: Si reduceremur in Mundum, nequaquam mendacii inſimularemur, &c.

XXX. *Occurſum Dei*] Ita appellatur in Alcorano dies Reſurrectionis, quia ita appellabant eum Chriſtiani ex verbis S. Pauli 1. Theſſal. c. 4. & alibi. Dicitur etiam *Hora* ob eandem rationem, quia videlicet ita vocavit Chriſtus apud S. Joannem cap. 5. Furtivis cornicula induitur coloribus, ut meliùs fallat; ſed magis movet riſum.

* *Et ipſi portabunt onera ſua*] Explicat Jahias ذنوبهم *peccata ſua*. Idem refert ex teſtimonio plurium Auctorum Mahumetum dixiſſe: ان الكافر اذا خرج من قبره مثل له عمله فى اقبح صورة راها قط واقبح وجها وانتن ريحا واسواء لفظا فيقول من انت اعوذ بالله منك فما رايت اقبح منك وجها ولا انتن منك ريحا ولا اسواء منك لفظا فيقول اتعجب من قبحى فيقول له نعم فيقول انا والله عملك الخبيث وانك كنت تركبنى فى الدنيا وانى لاركبنك اليوم فتركبه فلا يرى شيا يهوله ولا يروعه الا قال له ابشر يا عدو الله انت الذى يراد وانت الذى يعنى وهو قولة وهم يحملون اوزارهم: *Cùm infidelis egreſſus fuerit è Sepulchro ſuo, ponetur ante eum opus, quod fecit, in figura turpiſſima, qualem nunquam vidit, facie deformi, peſſimo odore, peſſimaque loquela. Dicet ei infidelis: Quis es tu? Deus me liberet à te: nunquam vidi rem turpiorem. Reſpondebit figura illa: Quid turpitudinem meam admiraris? Ego profectò ſum opus tuum malum: & tu in Mundo aſcendebas ſupra me: ego autem hodie aſcendam ſupra te, & tu portabis me. Itaque aſcendet ſuper eum, neque videbit rem ullam, quæ non terreat eum, ac dicat ei: Proſit, ò inimice Dei: tu es ille, quem innuebat, & ſignificabat illud Alcorani: & ipſi portabunt onera ſua.*

XXXVII. *Quænam ſint gentes ſimiles vobis*]. Ad excuſandam Prophetæ ſui inſcitiam, vel potiùs ſtultitiam explicat Gel: فى تقدير خلقها ورزقها واحوالها *in eo, quod ſpectat ad creationem, gubernationem, & ſtatus, ſeu conſtitutiones earum.*

XXXXII. *An verò cùm adveniſſet*] Arebicè فلو لا & *ſi non* facit ſenſum affirmativè, nempè illos ſupplices deprecatos fuiſſe: ſed Interpretes exponunt in ſenſu negativo.

XXXXV. *Quid putatis*]. Arabicè ارايتكم: vel, ارايتكم exponit Gelal: اخبرونى *Dicite mihi*. Propriè verteremus: An putatis? vel: *An vobis videtur?*

XXVXVII. *Euangelizantes, & comminantes*] Arab. مبشرين ومنذرين primum ſignificat, præſertim in Alcorano, idem, quod Græcum verbum εὐαγγελίζειν, *euangelizare*, ſeu fauſta annunciare: ſecundum autem, cum comminatione pœnæ prædicare. Aliquandò tamen etiam primum ad infauſta refertur: ſed videtur eſſe per ironiam.

LI. *Et ne expellas*]. Fingit Gelal, hæc dicta fuiſſe, quia Principes Meccani idololatræ expellebant pauperes omnes, & miſeros ab urbe ſua, atque ad Mahumetum ire jubebant: ad quem, cùm refugerent illius, religionem amplecti ſe velle aſſerebant. At Mahumetus illos hoc ob neceſſitatem, & non ex animo petere, ſuſpicatus, illos recipere recuſabat. Quamobrem fingitur hìc Deus ita eum corripere: *Et ne expellas, &c.*

LII. *Et ita probabimus alios eorum per alios*] Gelal: اى الشريف بالوضيع والغنى بالفقير بان قدمناه بالسبق الى الايمان: *ideſt, nobilem per ignobilem, & divitem per pauperem, vocando illum priùs ad fidem:* ita, ut divites, ac nobiles dicerent: An Deus pauperes, & ignobiles fidei gratia donavit priuſquam nos?

LVIII. *Claves Arcani*] Gelal: وهى الخمسة التى فى قوله ان الله عنده علم الساعة: Hæ claves *ſunt illæ quinque, quæ continentur in illis verbis Alcorani: Sanè apud Deum eſt Scientia Horæ, &c.* Albocharius parte 30. Traditionum Mahumeticarum, ita eas enumerat. حدثنا خلد بن مجلد قال حدثنا سليمان بن بلال قال حدثنى عبد الله ابن دينار عن ابن عمر عن النبى ص قال مفاتيح الغيب خمس لا يعلمها الا الله: لا يعلم ما تغيض الارحام الا الله: ولا يعلم ما فى غد الا الله: ولا يعلم متى ياتى المطر الا الله: ولا تدرى نفس باى ارض تموت الا الله: ولا يعلم متى تقوم الساعة الا الله

* *Narravit nobis Chaled filius Mogialled dicens: Narravit nobis Solyman filius Belal dicens: Narravit mihi Abdallah filius Dinar, narratum ſibi fuiſſe ab Ebn-Omar, ſe audiviſſe Mahumetum dicentem: Claves arcani ſunt quinque, quas nemo novit, niſi Deus. Nemo novit, quantum à juſto fœturæ termino decreſcant uteri fœminarum, niſi Deus. Et nemo novit quid cras futurum ſit, niſi Deus. Et nemo novit, quandò pluvia ventura ſit, niſi Deus. Et nemo novit, in qua terra ſit moriturus, niſi Deus. Et nemo novit*

quan-

quandò ventura ſit Hora (i. dies Judicii) *niſi Deus.*

LXI. *Et ipſe eſt velociſſimus ratiocinantium*] Hanc Dei velocitatem in ratione ineunda cum creaturis explicat Gelal ex communi Doctorum ſententia, his verbis يحاسب الخلق كلهم فى قدر نصف نهار من ايام الدنيا: *Judicabit omnes creaturas rationem eis inuendo, per ſpatium medietatis unius diei ex diebus hujus mundi.*

LXIV. *Ipſe eſt potens ad hoc, ut mittat &c.*] Hujus ſententiæ vis eſt: Poteſt Deus vos punire per tempeſtates è Cœlo, vel per hiatus terræ, vel per mutua bella inter vos. Refert autem Moslem dixiſſe Mahumetum: سألت ربى ان لا يجعل بأس امتى فمنعنيها وفى حديث لما نزلت قال اما انها كائنة ولم يات تاويلها بعد: *oravi Dominum meum, ut non ſineret in gente mea bella mutua oriri: ſed noluit exaudire me, Alii referunt, cùm hæc verba revelata ſunt, eum dixiſſe: An hæc aliquandò evenient? Et nunquam reſponſum fuit ei. Vel: Et nunquam venit interpretatio eorum.*

LXVIII. *Et ne ſit apud eos, qui timent Deum.*] Occaſionem dedit his verbis id, quod narrat hìc Gelal: وقال المسلمون ان قمنا كلما خاضوا لم نستطيع ان نجلس فى المسجد وان نطوف فنزل وما على الذين يتقون الله من حسابهم اى الخايضين من شى اذا جالسوهم ولكن عليهم ذكرى *&c.* *Dixerunt Moslemi. Si aſſurgentes diſcedere debemus, quoties* infideles *diſceptant irriſoriè* de Alcorano, *nunquam poterimus conſiſtere in templo, neque circuire illud* cum ſupplicatione. *Tunc revelata ſunt hæc verba: Non debent qui timent Deum quidquam curare eos,* nempè diſceptantes, *cùm ſederint juxta illos, ſed meminerint tantùm cavendum ſibi eſſe ab eis.*

LXXIV. *Die qua inſufflabitur in Tubam*] Gelal النفخة الثانية من اسرافيل: *Secunda vice ab Aſraphel.* Alludit ad illud Apoſtoli 1: Cor. c. 15. *In noviſſima Tuba*: quod videtur ſupponere primam tubam, vel primum ſonum cujuſdam tubæ. Fingunt autem Moslemi primum ſonum faciendum eſſe à Gabriele: ſecundum verò ab Aſraphele (alii tamen oppoſitum ſentiunt): & inter primam, & ſecundam tubam, ſeu ſonum, interceſſurum ſpatium quadraginta annorum, ſed audiamus verba Jahiæ يوم ينفخ فى الصور ينفخ فيه ملك يقوم بين السما والارض قال قتادة من الصخرة من بيت المقدس والطور قرن فيه ارواح الخلايق فينفخ فيه فينهب كل روح الى جسده فيدخل فيه ثم ينطلقون سراعًا الى المنادى صاحب الصور الى بيت المقدس: *Die qua inſuffiabitur in tubam. Inſufflabitur in illam ab Angelo, qui ſtabit inter Cœlum, & terram. Dixit Cottada è ſaxo, ſeu rupe. Ab Jeruſalem, & monte Sina protendetur tuba, in qua erunt animæ omnium creaturarum. Ubi verò flatum acceperit, peraget unaquæque anima ad corpus ſuum, & ingredietur in illud. Deinde accurrent omnes velociter ad præconem, qui inſufflavit in tubam in Jeruſalem.*

REFUTATIONES.

QUid inter tot nugas, & quiſquilias ſeria refutatione dignum reperias? Semper eandem crambem recoquit: eandem fabulam recantat.

I. Signa petunt Meccani: miracula ſc. vera, non ineptias Alcorani ad hoc, ut poſſint tutò credere Mahumeto. Ille verò nihil ex his, quæ petunt, ſe facere poſſe fatetur: non librum in charta conſcriptum è Cœlo accipere: non Angelum inde ad ſe advocare. Quia ſcilicet alterum, etiamſi manu attrectaſſent, præſtigium proclamarent: alteri, utpote in figura, & veſtitu humano apparenti, fidem nullam adhiberent. Bellam ſanè excuſationem. Quaſi verò non ſint facienda miracula, ſi illis aliqui non ſint credituri. Nonne plurimi prodigia Moyſi præſtigia eſſe aſſerebant? Nonne miracula Chriſti, Dæmonis ope patrata Judæorum Principes vulgabant? Illud verò ridiculum, quod non poſſit Deus ad homines Angelos mittere, niſi in humana forma, atque humanis veſtibus indutos.

II. Jactat Mahumetus, ſe eſſe primum Eslamiticę ſectæ Profeſſorem: quam tamen Abrahæ, & Prophetarum, imò Chriſti, & Apoſtolorum, primorumque Chriſtianorum religionem fuiſſe ſæpiùs in Alcorano fatetur. At enim religio hæc prorſus defecerat, & Mahumetus primus illam reſtituit, & profeſſus eſt. Ergo tempus aliquod fuit, in quo vera religio pęnitus interiit, & Deus in Mundo ſine ullo vero cultore remanſit. Atqui ex Alcorani confeſſione conſtat, hanc religionem Eſlamiticam Aſſociationi, nempe plurium deorum cultui opponi, nihilque aliud peculiare continere. Quot verò ante Mahumetum unum tantùm Deum colebant? Prætereà conſtans eſt Mahumetanorum opinio ex ipſius Mahumeti & Alcorani documento, Deum ſemper in terris aliquos veræ religionis cultores habuiſſe.

III. Sæpius, ut ex Alcorano liquet, dixerat Mahumetus Meccanis requirentibus aliquod teſtimonium veritatis Prophetiæ illius; ut adirent Judæos, & Chriſtianos, penes quos erant Sacræ Scripturæ, ex quarum teſtimonio intelligerent, ipſum verè eſſe prophetam. Verùm affirmantibus utriſque nihil de Mahumeto in Sacris Libris reperiri, homo aſtutus, ut ſeſe à tanti mendacii labe purgaret, obtrudit Alcoranum, tanquam divinum teſtimonium ſuę veracitatis. Sed hoc erat, quod in quæſtione verſabatur; utrùm ſcilicet, quod ille ex Alcorano effutiebat, eſſet à Deo: quod ſanè non per Alcoranum, ſed vel per aliquod miraculum, vel per divinorum librorum auctoritatem erat demonſtrandum. Verùm, miracula facere non potuit, ut vidimus; & in Sacris Libris nihil de Mahumeto, vel Alcorano Judæi, & Chriſtiani reperire potuerunt. At enim nolebant hi vaticinia de Mahumeto affeclis illius manifeſtare. Cur ergo Mahumetus ipſe non manifeſtabat? cur ad ſolum Alcorani teſtimonium miſerum confugiebat? Cur hujſmodi techni ſuos illudebat.

IV.

IV. Notandum hìc, & alibi frequentiſſimè in Alcorano id, quod jam non ſemel prænotaui, peſſimum Imperatorem, quò faciliùs ſimpliciores decipiat, inter ea, quæ impiè, vel abſurdè pronunciat, plerunque ſupremi Judicii, vel gehennæ terriculamenta permiſcere; vel etiam ſana aliqua documenta ſuggerere: hęc nimirum eſt Seductorum conſuetudo, Zizania frumento admiſcere, & inter errorum tenebras Angelum lucis ſimulare.

V. Arguit Mahumetus Meccanos, quòd audientes Alcoranum, fidem illi habere recuſarent: & nihilominùs cauſam obſtinationis eorum refundit in Deum, qui eorum corda obduraverit, oculos excæcaverit, aures gravedine oppreſſerit. Cùmque illi ſe credituros aſſererent, ſi miraculum aliquod vidiſſent, hic, etiam viſis miraculis, eos credituros negabat. Illud ſaltem Meccani rogabant, ut liceret ipſis Alcorani veritatem inquirere, ne temerè eſſent in illum credituri. At ille callidè fingit ſibi à Deo præceptum, ut de Alcorano diſceptari minimè permitteret: timebat enim, utpote verſutus, ne errores, fraudeſque ſuæ in Alcorani diſcuſſione detegerentur. Hanc Pſeudoprophetæ ſui legem Mahumetani rigidiſſimè ſervant, diſputationes circa Alcoranum, propriamque ſectam prorſus refugientes. Hoc verò eſſe contra omnem rationem nemo non videt: nam nemo tenetur, imò nec debet, aut poteſt aliquam religionem ſuſcipere, niſi de illius veritate, vel ſaltem probabilitate certus ſit. Hoc verò fieri non poteſt, niſi ejuſdem Religionis, ejuſque legis fundamenta ſedulò diſcutiat. Quòd, ſi aliqua occurrant, quæ humanam rationem excedant, ea debent, vel per certam divinam revelationem, vel per verum miraculum comprobari. Quamobrem nunquam conſuevere Chriſtiani diſputationes cum infidelibus de ſua religione refugere: imò coſdem alliciunt, atque etiam provocant ad hujuſmodi diſputationes: cognoſcunt enim, ſe eſſe in bona cauſa, & religionem ſuam, & ratione, & miraculis, & divina revelatione ſe poſſe probare. At verò Mahumetus, & Mahumetani nullam de lege ſua quæſtionem haberi volunt, ſed ſine ulla ratione, ſine miraculis, ſine divino teſtimonio brutali quodam modo eam ipſi credunt, atque aliis credendam obtrudunt. Vide de hoc Prodr. p. 4. cap. 25. pag. 437.

VI. Dum Mahumetus fingit, revelari ſibi à Deo, ſe non dici, neque credi à Meccanis mendacem: mentitur ipſe, mendacemque facit ipſum Deum: nam ex teſtimonio Alcorani, & ex iis, quæ in vita Mahumeti jam diximus, communis erat Meccanorum opinio, Mahumetum mendacem eſſe mendaciſſimum; neque aliud in eorum ore ſemper, atque ubique reſonabat. Reſpondet Gelal, illos non palam, ſed في السر *in ſecretò* confeſſos fuiſſe Mahumetum non eſſe mendacem. Audierat nimirum Gelal arcana Meccanorum colloquia, qui tot ſæculorum intervallo ab illis diſtabat. Mendacium mendacio tegere conatur.

VII. Nihil impudentiùs dici, vel cogitari poterat, quàm Judæos, & Chriſtianos non minùs ex Sacris Libris cognoſcere Mahumetum, quàm ex quotidiana conſuetudine, & aſpectu filios ſuos. Sed vide circa hoc quæ ſuperiùs diſſeruimus.

VIII. Sentit, ac docet Mahumetus, beſtias & aves eſſe gentes ſimiles hominibus, & in noviſſimo die à Deo eſſe judicandas. Excuſet quantum vult Gelaleddinus Prophetæ ſui craſſitiem, & amentiam: ex verbis ſuis nimis apertè convincitur ſentire cum Gnoſticis, & Manichæis, qui in eodem errore verſabantur, dum brutis animalibus rationales animas tribuebant.

IX. Improbandus omninò erat Mahumetus, dùm pauperes Meccanos ad ſectam ſuam ſuſcipiebat, ſi eos ficto animo, & eo tantùm fine, ut inopiæ ſuæ mederentur, eandem amplecti ſuſpicabatur. Ipſum quippè naturæ lumen docet, non ſine ſolerti perquiſitione, ac prævia inſtructione aliquem ad religionem admittendum eſſe, præſertim ſi fictio aliqua in eo eſſe probabiliter agnoſcatur. Dùm verò Mahumetus Deum ſibi contraria præcipere fingit, in ipſum Deum ſe injurium manifeſtè demonſtrat.

Textus Alcorani.

75 وَإِذْ قَالَ إِبْرَٰهِيمُ لِأَبِيهِ ءَازَرَ أَتَتَّخِذُ أَصْنَامًا ءَالِهَةً إِنِّي أَرَىٰكَ وَقَوْمَكَ فِي ضَلَٰلٍ مُّبِينٍ ۞
76 وَكَذَٰلِكَ نُرِي إِبْرَٰهِيمَ مَلَكُوتَ ٱلسَّمَٰوَٰتِ وَٱلْأَرْضِ وَلِيَكُونَ مِنَ ٱلْمُوقِنِينَ ۞ 77 فَلَمَّا جَنَّ
عَلَيْهِ ٱلَّيْلُ رَأَىٰ كَوْكَبًا قَالَ هَٰذَا رَبِّي فَلَمَّا أَفَلَ قَالَ لَا أُحِبُّ ٱلْآفِلِينَ ۞ 78 فَلَمَّا رَأَى ٱلْقَمَرَ بَازِغًا
قَالَ هَٰذَا رَبِّي فَلَمَّا أَفَلَ قَالَ لَئِن لَّمْ يَهْدِنِي رَبِّي لَأَكُونَنَّ مِنَ ٱلْقَوْمِ ٱلضَّالِّينَ ۞ 79 فَلَمَّا رَأَى
ٱلشَّمْسَ بَازِغَةً قَالَ هَٰذَا رَبِّي هَٰذَا أَكْبَرُ فَلَمَّا أَفَلَتْ قَالَ يَٰقَوْمِ إِنِّي بَرِيٓءٌ مِّمَّا تُشْرِكُونَ ۞ 80 إِنِّي
وَجَّهْتُ وَجْهِيَ لِلَّذِي فَطَرَ ٱلسَّمَٰوَٰتِ وَٱلْأَرْضَ حَنِيفًا وَمَا أَنَا مِنَ ٱلْمُشْرِكِينَ ۞ 81 وَحَآجَّهُۥ قَوْمُهُۥ
قَالَ أَتُحَآجُّونِّي فِي ٱللَّهِ وَقَدْ هَدَىٰنِ وَلَآ أَخَافُ مَا تُشْرِكُونَ بِهِۦٓ إِلَّآ أَن يَشَآءَ رَبِّي شَيْـًٔا وَسِعَ رَبِّي

كُلَّ

كُلَّ شَيْءٍ عِلْمًا أَفَلَا تَتَذَكَّرُونَ ۝ 82 وَكَيْفَ أَخَافُ مَا أَشْرَكْتُمْ وَلَا تَخَافُونَ أَنَّكُمْ أَشْرَكْتُمْ
بِاللَّهِ مَا لَمْ يُنَزِّلْ بِهِ عَلَيْكُمْ سُلْطَانًا فَأَيُّ الْفَرِيقَيْنِ أَحَقُّ بِالْأَمْنِ إِنْ كُنْتُمْ تَعْلَمُونَ ۝ 83 الَّذِينَ
آمَنُوا وَلَمْ يَلْبِسُوا إِيمَانَهُمْ بِظُلْمٍ أُولَئِكَ لَهُمُ الْأَمْنُ وَهُمْ مُهْتَدُونَ ۝ 84 وَتِلْكَ حُجَّتُنَا آتَيْنَاهَا إِبْرَاهِيمَ
عَلَى قَوْمِهِ نَرْفَعُ دَرَجَاتٍ مَنْ نَشَاءُ إِنَّ رَبَّكَ حَكِيمٌ عَلِيمٌ ۝ 85 وَوَهَبْنَا لَهُ إِسْحَقَ وَيَعْقُوبَ كُلًّا
هَدَيْنَا وَنُوحًا هَدَيْنَا مِنْ قَبْلُ وَمِنْ ذُرِّيَّتِهِ دَاوُودَ وَسُلَيْمَانَ وَأَيُّوبَ وَيُوسُفَ وَمُوسَى وَهَارُونَ وَكَذَلِكَ
نَجْزِي الْمُحْسِنِينَ ۝ 86 وَزَكَرِيَّا وَيَحْيَى وَعِيسَى وَإِلْيَاسَ كُلٌّ مِنَ الصَّالِحِينَ ۝ 87 وَإِسْمَاعِيلَ
وَالْيَسَعَ وَيُونُسَ وَلُوطًا وَكُلًّا فَضَّلْنَا عَلَى الْعَالَمِينَ ۝ 88 وَمِنْ آبَائِهِمْ وَذُرِّيَّتِهِمْ وَإِخْوَانِهِمْ وَاجْتَبَيْنَاهُمْ
وَهَدَيْنَاهُمْ إِلَى صِرَاطٍ مُسْتَقِيمٍ ۝ 89 ذَلِكَ هُدَى اللَّهِ يَهْدِي بِهِ مَنْ يَشَاءُ مِنْ عِبَادِهِ وَلَوْ أَشْرَكُوا
لَحَبِطَ عَنْهُمْ مَا كَانُوا يَعْمَلُونَ ۝ 90 أُولَئِكَ الَّذِينَ آتَيْنَاهُمُ الْكِتَابَ وَالْحُكْمَ وَالنُّبُوَّةَ فَإِنْ يَكْفُرْ بِهَا
هَؤُلَاءِ فَقَدْ وَكَّلْنَا بِهَا قَوْمًا لَيْسُوا بِهَا بِكَافِرِينَ ۝ 91 أُولَئِكَ الَّذِينَ هَدَى اللَّهُ فَبِهُدَاهُمُ اقْتَدِهْ
قُلْ لَا أَسْأَلُكُمْ عَلَيْهِ أَجْرًا إِنْ هُوَ إِلَّا ذِكْرَى لِلْعَالَمِينَ ۝ 92 وَمَا قَدَرُوا اللَّهَ حَقَّ قَدْرِهِ إِذْ قَالُوا
مَا أَنْزَلَ اللَّهُ عَلَى بَشَرٍ مِنْ شَيْءٍ قُلْ مَنْ أَنْزَلَ الْكِتَابَ الَّذِي جَاءَ بِهِ مُوسَى نُورًا وَهُدًى لِلنَّاسِ
تَجْعَلُونَهُ قَرَاطِيسَ تُبْدُونَهَا وَتُخْفُونَ كَثِيرًا وَعُلِّمْتُمْ مَا لَمْ تَعْلَمُوا أَنْتُمْ وَلَا آبَاؤُكُمْ قُلِ اللَّهُ ثُمَّ ذَرْهُمْ فِي
خَوْضِهِمْ يَلْعَبُونَ ۝ 93 وَهَذَا كِتَابٌ أَنْزَلْنَاهُ مُبَارَكٌ مُصَدِّقُ الَّذِي بَيْنَ يَدَيْهِ وَلِتُنْذِرَ أُمَّ الْقُرَى وَمَنْ
حَوْلَهَا وَالَّذِينَ يُؤْمِنُونَ بِالْآخِرَةِ يُؤْمِنُونَ بِهِ وَهُمْ عَلَى صَلَاتِهِمْ يُحَافِظُونَ ۝ 94 وَمَنْ أَظْلَمُ مِمَّنِ
افْتَرَى عَلَى اللَّهِ كَذِبًا أَوْ قَالَ أُوحِيَ إِلَيَّ وَلَمْ يُوحَ إِلَيْهِ شَيْءٌ وَمَنْ قَالَ سَأُنْزِلُ مِثْلَ مَا أَنْزَلَ
اللَّهُ وَلَوْ تَرَى إِذِ الظَّالِمُونَ فِي غَمَرَاتِ الْمَوْتِ وَالْمَلَائِكَةُ بَاسِطُوا أَيْدِيهِمْ أَخْرِجُوا أَنْفُسَكُمُ الْيَوْمَ تُجْزَوْنَ
عَذَابَ الْهُونِ بِمَا كُنْتُمْ تَقُولُونَ عَلَى اللَّهِ غَيْرَ الْحَقِّ وَكُنْتُمْ عَنْ آيَاتِهِ تَسْتَكْبِرُونَ ۝
94 وَلَقَدْ جِئْتُمُونَا فُرَادَى كَمَا خَلَقْنَاكُمْ أَوَّلَ مَرَّةٍ وَتَرَكْتُمْ مَا خَوَّلْنَاكُمْ وَرَاءَ ظُهُورِكُمْ وَمَا نَرَى مَعَكُمْ
شُفَعَاءَكُمُ الَّذِينَ زَعَمْتُمْ أَنَّهُمْ فِيكُمْ شُرَكَاءُ لَقَدْ تَقَطَّعَ بَيْنَكُمْ وَضَلَّ عَنْكُمْ مَا كُنْتُمْ تَزْعُمُونَ ۝
96 إِنَّ اللَّهَ فَالِقُ الْحَبِّ وَالنَّوَى يُخْرِجُ الْحَيَّ مِنَ الْمَيِّتِ وَمُخْرِجُ الْمَيِّتِ مِنَ الْحَيِّ ذَلِكُمُ اللَّهُ فَأَنَّى
تُؤْفَكُونَ ۝ 97 فَالِقُ الْإِصْبَاحِ وَجَاعِلُ اللَّيْلِ سَكَنًا وَالشَّمْسَ وَالْقَمَرَ حُسْبَانًا ذَلِكَ تَقْدِيرُ الْعَزِيزِ
الْعَلِيمِ ۝ 98 وَهُوَ الَّذِي جَعَلَ لَكُمُ النُّجُومَ لِتَهْتَدُوا بِهَا فِي ظُلُمَاتِ الْبَرِّ وَالْبَحْرِ قَدْ فَصَّلْنَا الْآيَاتِ
لِقَوْمٍ يَعْلَمُونَ ۝ 99 وَهُوَ الَّذِي أَنْشَأَكُمْ مِنْ نَفْسٍ وَاحِدَةٍ فَمُسْتَقَرٌّ وَمُسْتَوْدَعٌ قَدْ فَصَّلْنَا الْآيَاتِ لِقَوْمٍ
يَفْقَهُونَ ۝ 100 وَهُوَ الَّذِي أَنْزَلَ مِنَ السَّمَاءِ مَاءً فَأَخْرَجْنَا بِهِ نَبَاتَ كُلِّ شَيْءٍ فَأَخْرَجْنَا مِنْهُ خَضِرًا
نُخْرِجُ مِنْهُ حَبًّا مُتَرَاكِبًا وَمِنَ النَّخْلِ مِنْ طَلْعِهَا قِنْوَانٌ دَانِيَةٌ وَجَنَّاتٍ مِنْ أَعْنَابٍ وَالزَّيْتُونَ وَالرُّمَّانَ
مُشْتَبِهًا وَغَيْرَ مُتَشَابِهٍ انْظُرُوا إِلَى ثَمَرِهِ إِذَا أَثْمَرَ وَيَنْعِهِ إِنَّ فِي ذَلِكُمْ لَآيَاتٍ لِقَوْمٍ يُؤْمِنُونَ ۝
101 وَجَعَلُوا لِلَّهِ شُرَكَاءَ الْجِنَّ وَخَلَقَهُمْ وَخَرَقُوا لَهُ بَنِينَ وَبَنَاتٍ بِغَيْرِ عِلْمٍ سُبْحَانَهُ وَتَعَالَى عَمَّا
يَصِفُونَ

يصفون بديع السموات والارض انى يكون له ولد ولم تكن له صاحبة وخلق كل شيء وهو بكل
شيء عليم ۝ 102 ذلكم الله ربكم لا اله الا هو خالق كل شيء فاعبدوه وهو على كل
شيء وكيل ۝ 103 لا تدركه الابصار وهو يدرك الابصار وهو اللطيف الخبير ۝
104 قد جاءكم بصائر من ربكم فمن ابصر فلنفسه ومن عمي فعليها وما انا عليكم بحفيظ ۝
105 وكذلك نصرف الايات وليقولوا درست ولنبينه لقوم يعلمون ۝ 106 اتبع ما اوحي اليك من
ربك لا اله الا هو واعرض عن المشركين ۝ 107 ولو شاء الله ما اشركوا وما جعلناك عليهم حفيظا وما
انت عليهم بوكيل ۝ 108 ولا تسبوا الذين يدعون من دون الله فيسبوا الله عدوا بغير علم
كذلك زينا لكل امة عملهم ثم الى ربهم مرجعهم فينبئهم بما كانوا يعملون ۝ 109 واقسموا بالله
جهد ايمانهم لئن جاءتهم اية ليؤمنن بها قل انما الايات عند الله وما يشعركم انها اذا جاءت
لا يؤمنون ۝ 110 ونقلب افئدتهم وابصارهم كما لم يؤمنوا به اول مرة ونذرهم في طغيانهم
يعمهون ۝ 111 ولو اننا نزلنا اليهم الملايكة وكلمهم الموتى وحشرنا عليهم كل شيء قبلا ما كانوا
ليؤمنوا الا ان يشاء الله ولكن اكثرهم يجهلون ۝ 112 وكذلك جعلنا لكل نبي عدوا
شياطين الانس والجن يوحي بعضهم الى بعض زخرف القول غرورا ولو شاء ربك ما فعلوه فذرهم وما
يفترون ۝ 113 ولتصغى اليه افئدة الذين لا يؤمنون بالاخرة وليرضوه وليقترفوا ما هم مقترفون ۝
114 افغير الله ابتغي حكما وهو الذي انزل اليكم الكتاب مفصلا والذين اتيناهم الكتاب
يعلمون انه منزل من ربك بالحق فلا تكونن من الممترين ۝ 115 وتمت كلمات ربك صدقا
وعدلا لا مبدل لكلماته وهو السميع العليم ۝ 116 وان تطع اكثر من في الارض يضلوك عن
سبيل الله ان يتبعون الا الظن وان هم الا يخرصون ۝ 117 ان ربك هو اعلم من يضل عن
سبيله وهو اعلم بالمهتدين ۝ 118 فكلوا مما ذكر اسم الله عليه ان كنتم باياته مومنين ۝
119 وما لكم الا تاكلوا مما ذكر اسم الله عليه وقد فصل لكم ما حرم عليكم الا ما
اضطررتم اليه وان كثيرا ليضلون باهوايهم بغير علم ان ربك هو اعلم بالمعتدين ۝ 120 وذروا
ظاهر الاثم وباطنه ان الذين يكسبون الاثم سيجزون بما كانوا يقترفون ۝ 121 ولا تاكلوا مما
لم يذكر اسم الله عليه وانه لفسق وان الشياطين ليوحون الى اوليايهم ليجادلوكم وان اطعتموهم
انكم لمشركون ۝ 122 اومن كان ميتا فاحييناه وجعلنا له نورا يمشي به في الناس كمن
مثله في الظلمات ليس بخارج منها كذلك زين للكافرين ما كانوا يعملون ۝
123 وكذلك جعلنا في كل قرية اكابر مجرميها ليمكروا فيها وما يمكرون الا بانفسهم وما
يشعرون ۝ 124 واذا جاءتهم اية قالوا لن نومن حتى نوتى مثل ما اوتي رسل الله الله
اعلم حيث يجعل رسالته سيصيب الذين اجرموا صغار عند الله وعذاب شديد بما كانوا
يمكرون ۝

يذكرون ۝ 125 فمن يرد الله ان يهديه يشرح صدره للاسلام ومن يرد ان يضله يجعل صدره
ضيقا حرجا كانما يصعد في السماء كذلك يجعل الله الرجس على الذين لا يومنون ۝
126 وهذا صراط ربك مستقيما قد فصلنا الايات لقوم يذكرون ۝ 127 لهم دار السلام عند ربهم
وهو وليهم بما كانوا يعملون ۝ 128 ويوم يحشرهم جميعا يا معشر الجن قد استكثرتم من الانس
وقال اولياؤهم من الانس ربنا استمتع بعضنا ببعض وبلغنا اجلنا الذي اجلت لنا قال النار مثويكم
خالدين فيها الا ما شاء الله ان ربك حكيم عليم ۝ 129 وكذلك نولي بعض الظالمين
بعضا بما كانوا يكسبون ۝ 130 يا معشر الجن والانس الم ياتكم رسل منكم يقصون عليكم
اياتي وينذرونكم لقاء يومكم هذا قالوا شهدنا على انفسنا وغرتهم الحيوة الدنيا وشهدوا على انفسهم
انهم كانوا كافرين ۝ 131 ذلك ان لم يكن ربك مهلك القرى بظلم واهلها غافلون ۝
132 ولكل درجات مما عملوا وما ربك بغافل عما يعملون ۝ 133 وربك الغني ذو الرحمة ان
يشا يذهبكم ويستخلف من بعدكم ما يشاء كما انشاكم من ذرية قوم اخرين ۝ 134 ان
ما توعدون لات وما انتم بمعجزين ۝ 135 قل يا قوم اعملوا على مكانتكم اني عامل فسوف
تعلمون من تكون له عاقبة الدار انه لا يفلح الظالمون ۝

Verſio Latina.

75. Et *memento*, cùm dixit Abraham patri ſuo Azar: An accipis ſimulacra in deos? Certè ego video te, & gentem tuam in errore manifeſto. 76. Et ita oſtendimus Abrahæ regnum Cœlorum, & terræ: & ut eſſet ex firmiter credentibus. 77. Cumque obtenebrata fuiſſet ſuper eum nox, vidit ſtellam (*ſcilicet Venerem*). Dixit: Hic eſt Dominus meus. Cùm autem *illa* occidiſſet, dixit: Non amo *dominos* occumbentes. 78. Cùm verò vidiſſet lunam orientem, dixit: Hic eſt Dominus meus. Sed cùm *illa* occubuiſſet, dixit: Profectò, niſi direxerit me Dominus meus, ero certè ex gentibus errantibus. 79. Cùm poſteà vidiſſet Solem exorientem, dixit: Hic eſt Dominus meus: Hic eſt major *ſtella*, & *luna*. Sed cùm occidiſſet, dixit: O populе meus, certè ego immunis ſum ab eo, quod aſſociatis (*ideſt ab idololatria veſtra.*) 80. Certè ego converti faciem meam ad eum, qui condidit Cœlos, & terram; Orthodoxus *ſum*, & non ſum ego ex Aſſociantibus. 81. Et diſceptavit cum eo populus ejus: *At ille* dixit: An diſceptatis mecum de Deo? & jam direxit me: & non timeo id, quod aſſociatis illi: ſed ſi voluerit Dominus meus aliquid, comprehendit Dominus meus omnem rem ſcientia. An ergo non commoneſcetis? 82. Et quomodò timebo *ego* id, quod aſſociatis *vos*; & *vos* non timetis, quòd vos aſſociaveritis in Deo id, de quo non demiſit ad vos poteſtatem? & quænam ex duabus ſectis eſt dignior fide *mea, an veſtra*? ſi noſtis *hoc mihi dicere*. 83. Qui crediderint, & non veſtierint fidem ſuam iniquitate, his erit ſecuritas *à pœna*; & ipſi *erunt* directi. 84. Et hæc eſt demonſtratio noſtra *de unitate Dei*, quam tradidimus Abrahæ adverſus gentem ſuam. Extollimus gradibus, quem volumus; nam Dominus tuus eſt ſapiens. 85. Et largiti ſumus ei Iſaac, & Jacob: omnes *hos* direximus: & Noè direxeramus anteà: & ex progenie ejus David, & Salomonem: & Job, & Joſeph, & Moyſen, & Aaron: & ita remuneramus Benefacientes. 86. Et Zacariam, & Joannem, & Jeſum, & Eliam: omnes *hi* ex *numero* Proborum. 87. Et Iſmael, & Eliſeum, & Jonam, & Lot: & omnes *hos*

bos exaltavimus ſuper *a* ſęcula. (*ideſt ſuper omnes homines ſuæ ætatis*). 88. Et ex patribus eorum, & prolibus eorum, & fratribus eorum: & elegimus eos, & direximus eos in viam rectam. 89. Hæc eſt directio Dei; dirigit per eam, quem voluerit è ſervis ſuis. Quòd ſi aſſociaverint, certè inutile erit illis id, quod fuerint operati. 90. Illi ſunt, quibus tradidimus Librum (*ideſt ſacras ſcripturas*) & Juris prudentiam, & Prophetiam: Quòd ſi ingratè ſpreverint hæc ipſi: jam porrò committemus ea curæ gentis, *b* quę ea non ingratè rejiciet. 91. Iſti ſunt, quos direxit Deus: directionem ergo eorum imitare. Dic *Meccanis*, Non peto à vobis pro hoc (*i. Alcorano*) mercedem: Non eſt hic, niſi commonitio *c* ſæculis (*ideſt omnibus creaturis, nempe hominibus, & geniis*). 92. Et non menſuraverunt Deum (*ideſt Judæi*) veritate menſuræ ejus; dùm dixerunt: Non demiſit Deus ſuper hominem quidquam (*ideſt: Non revelavit alicui homini ullum ſacrum librum*). Dic: Quis demiſit librum, quem attulit Moyſes lucem, & directionem hominibus; quem ponitis *ſcribendo* in chartis, *ex quibus* manifeſtatis eas, *quas vultis*; & abſconditis multas, *in quibus prædicitur Mahumetus?* Et didiciſtis *ab Alcorano* id, quod non ſciebatis vos, neque patres veſtri. Dic: Deus *demiſit illum*. Deinde relinque eos, ut *d* natando in vado ſuo ludant (*ideſt, ut inter ſe diſceptent, & in errore ſuo verſentur*). 93. Et hic liber (*ideſt Alcoranus*) quem demiſimus, benedictus eſt, confirmans, quod *revelatum fuit* ante eum: & ut prædices *eum* Metropoli (*ideſt Meccæ*) & iis, qui ſunt circa eam. Et ii, qui credunt in alteram vitam, credunt in eum; & ipſi ſuper orationem ſuam erunt ſeduli cuſtodes. 94. Et quis eſt iniquior, quàm qui comminiſcitur de Deo mendacium? aut dicit: Revelatum fuit mihi, & non revelatum fuit illi quidquam? Et qui dicit: Deſcendere faciam *è Cælo librum* ſimilem illi, quem demiſit Deus? Quod ſi videres, quando iniqui erunt in anguſtiis mortis; & Angeli extendent manus ſuas, *ut percutiant eos, & dicent illis*: Ejicite animas veſtras: Hodie recipietis pœnam ignominiæ ob id, quod dicebatis de Deo ſine veritate, & ſigna ejus ſuperbè dedignabamini. 95. Et jam quidem veniſtis ad nos ſeparati (*i. ſpoliati omnibus rebus*) ſicut creavimus vos prima vice; & reliquiſtis, quæ præbueramus vobis poſt terga veſtra; neque videmus vobiſcum *interceſſores* veſtros, quos putabatis eſſe inter vos ſocios *Dei*. Jam porrò præciſum eſt *conſortium* inter vos, & fefellit vos id, quod exiſtimabatis *de interceſſione eorum*. 96. Certè Deus ſcindit granum *à germine*, & nucleum *à palma*: educit vivum ex mortuo, & educet mortuum ex vivo. Hic eſt Deus. Quomodò ergo ſeducimini *à via veritatis*? 97. Dividit auroram *à tenebris*; & ponit noctem ad quietem; & ſolem, ac lunam ad computum *temporum*. Hæc eſt diſpoſitio Præpotentis, ſcientis. 98. Et ipſe eſt, qui poſuit vobis aſtra, ut dirigeremini per ea in tenebris Continentis, & maris. Jam diſtinctè oſtendimus ſigna *potentiæ noſtræ* hominibus, qui ſciunt. 99. Et ipſe eſt, qui produxit vos ex anima una (*ideſt Adam*) *& datus fuit vobis ab eo* locus ad requieſcendum *in uteris matrum*: & locus depoſitionis *in lumbis patrum*. Jam diſtinctè propoſuimus ſigna *potentiæ noſtræ* hominibus, qui intelligunt. 100. Et ipſe eſt, qui demiſit è Cœlo aquam, & produximus per eam germen omnis rei; & eduximus ex eo viride, ex quo educimus granum ſimul connexum, & palmas, *e* ex quibus oriuntur involucra dactilorum ſimul adhærentium: & hortos ex uvis, & oleas, & mala punica, inter ſe ſimilia, & diſſimilia. Aſpicite in fructus eorum, ubi fructificaverint, & maturitatem eorum. Certè in hoc ſunt ſigna *divinæ potentiæ* hominibus, qui credent. 101. Et poſuerunt Deo ſocios Genios, & *ipſe* creavit eos. Et mendaciter tribuerunt ei filios, & filias per inſcitiam. Laus illi: & longè abſit ab eo, quod prædicant *de illo*. *Conditor eſt Cœlorum, & terræ: quomodò erit illi proles, cùm non ſit illi ſocia (*ideſt *uxor*?) & creavit omnem rem, & ipſe eſt omnem rem ſciens. 102. Iſte eſt Deus Dominus veſter: non eſt Deus, niſi ipſe, Creator omnis rei. Servite ergo illi; nam ipſe eſt ſuper omnem rem procurator. 103. Non comprehendunt eum oculi; & ipſe comprehendit oculos: & ipſe eſt benignus, peritus. 104. Jam venerunt ad vos probationes claræ à Domino veſtro; qui ergo aſpexerit *eas* ſibi ipſi aſpiciet: qui verò cæcus fuerit,

a Mundos.

b Non erunt de illis ingrati.

c Mundis.

d In natatione ſua.

e Et ex palmis, ex ſpathis earum

*Hic quidã incipiũt novã periodũ, & videtur rectè.

fuerit, contra ſe ipſum *cæcus erit*: & non ſum ego ſuper vos cuſtos. 105. Et ſic explicamus ſigna, &, ut dicant *tibi infideles quandò viderint eventum rei*: ſedulò operam navaſti *libris Scripturalium*: & ut manifeſtemus hoc hominibus, qui ſciunt. 106. Sequere quod revelatum eſt tibi à Domino tuo. Non eſt Deus, niſi ipſe: & longè recede ab Aſſociantibus. 107. Quod, ſi voluiſſet Deus, non aſſociaviſſent. Et non poſuimus te ſuper eos cuſtodem: neque tu es ſuper eos procurator. 108. Et ne contumeliosè tractetis illos, quos invocant præter Deum (*ideſt idola eorum*) ne *ipſi* contumeliosè tractent Deum hoſtiliter per ignorantiam. Ita ſpecioſum fecimus unicuique genti opus ſuum: tùm ad Dominum ſuum erit regreſſus eorum: & enarrabit illis id, quod fuerint operati. 109. Et juraverunt *Meccani* per Deum toto conatu juramentorum ſuorum, quòd ſanè, ſi veniſſet ad ipſos ſignum *aliquod miraculorum*, utique credidiſſent in illud. Dic; Profectò ſigna ſunt in poteſtate Dei: & non ſinit vos intelligere, quòd ipſa cum venerint, non credent. 110. Et avertemus corda eorum, & oculos eorum *à veritate*, ſicut non crediderunt in illud (*ideſt ſignum, quod oſtendit Deus*) prima vice; & relinquemus eos, ut in errore ſuo hæſitanter verſentur. 111. Et etiamſi nos deſcendere feciſſemus ad eos Angelos; & alloquuti fuiſſent eos mortui; & congregaviſſemus ſuper eos omnem rem catervatim: non credidiſſent, niſi quatenus voluiſſet Deus: ſed plerique eorum ignorant *hoc*. 112. Et ita poſuimus unicuique Prophetæ hoſtem, *nimirum* Satanam hominum, & Geniorum: inſuſurrant alii eorum aliis ornamentum ſermonis, ad deceptionem (*nempe Prophetarum*) Quòd, ſi vellet Dominus tuus, non facerent hoc; ſed ſine eos (*ideſt infideles*) & *ne cures* id, quod blaſphemè mentiuntur. 113. Et *ſine*, ut intendant ad illud (*ideſt ornamentum ſermonis* corda eorum, qui non credunt in alteram vitam, & ut complaceant ſibi in eo; & ut lucrentur id, quod ipſi ſunt lucraturi. 114. An præter Deum exquiram Judicem? Et ipſe eſt, qui demiſit ad vos Librum *Alcorani* diſtinctum (*ideſt diſtinguentem vera à falſis*) Illi verò, quibus attulimus librum *Pentateuchi*, ſciunt, quòd ipſe *Alcoranus fuit* demiſſus à Domino tuo cum veritate. Ne ergo ullo modo ſis ex dubitantibus *de hoc*. 115. Et completa ſunt verba Domini tui quoad veritatem, & æquitatem: non eſt, qui permutet verba ejus: & ipſe eſt Audiens, ſciens. 116. Quòd, ſi obſecutus fueris pleriſque eorum, qui ſunt in terra: errare facient te à ſemita Dei. Non ſectantur, niſi opinionem, & ipſi tantummodò mentiuntur. 117. Certè Dominus tuus eſt ſcientiſſimus, quis erret à ſemita ſua; & ipſe eſt ſcientiſſimus, qui ſint directi. 118. Comedite igitur ex eo, ſuper quod commemoratum eſt nomen Dei, ſi eſtis in ſigna ejus credentes. 119. Et quid *cauſæ eſt* vobis, ut non comedatis ex eo, ſuper quod commemoratum eſt nomen Dei, *dùm mactaretur*? & jam diſtinctè præſcripſit vobis, quid prohibuerit vobis præter id, ad quod *comedendum* neceſſitate compulſi fueritis. Et quidem multi ſanè in errorem inducunt *alios* propter cupiditates ſuas ſine ſcientia. Porrò Dominus tuus eſt ſcientiſſimus, quinam ſint trangreſſores. 120. Et relinquite extrinſecum iniquitatis, & intrinſecum ejus: nam qui perpetrant iniquitatem, recipient mercedem illius, quod fuerint lucrati. 121. Et ne comedatis ex eo, ſupra quod, *dùm mactaretur*, non fuerit commemoratum nomen Dei: & certè hoc profectò eſt nefas: & quidem ſatanæ ſanè inſpirabunt amicis ſuis (*ideſt infidelibus*) ut diſceptent vobiſcum *de eſu morticini*. Quòd, ſi obedieritis illis, certè vos *evadetis* ſanè aſſociantes. 122. An, & qui fuerit mortuus, & revocaverimus eum ad vitam, & poſuerimus ei lumen, per quod ambulet inter homines, *erit* ſicut ille, cujus ſimilitudo eſt in tenebris, ex quibus non ſit egreſſurus? Ita adornatum fuit infidelibus id, quod operantur. 123. Et ſic poſuimus in omni civitate Primates ſceleratorum illius, ut fraudolenter agant in ea: ſed non agent fraudolenter, niſi contra animas ſuas: & non animadvertunt *hoc*. 124. Et, cùm venerit ad eos (*ideſt Meccanos*) *aliquod* ſignum *de veracitate Mahumeti*, dicent: Nequaquam credemus, donec traditum fuerit nobis ſimile illi, quod traditum fuit legatis Dei. Deus eſt ſcientiſſimus, ubi collocaturus ſit legationem ſuam. Incidet illis, qui ſceleratè egerint, vilitas apud Deum, & pœna vehemens ob

الجزء الثامن
Pars Octava

Nota inſulsã trãſitionẽ.

id,

id, quod fraudolenter egerunt. 125. Quem porrò voluerit Deus dirigere, dilatabit pectus ejus ad fidem Eſlamiticam. Quem verò voluerit inducere in errorem, reddet pectus ejus arctum, anguſtum, non ſecus, ac ſi niteretur aſcendere in Cœlum. Ita ponet Deus abominationem ſuper eos, qui non credunt: 126. Et hæc eſt via Domini tui recta. Jam diſtinctè tradidimus ſigna hominibus, *qui per ea* commonefient. 127. Ipſis erit Domus pacis apud Dominum ſuum, & ipſe erit patronus eorum ob id, quod fuerint operati. 128. Et *memento* diei, *in qua Deus* congregabit eos univerſos: *& dicet*: O cætus Geniorum, jam multum fuiſtis cum hominibus, *eos decipiendo*. Et dicent amici eorum ex hominibus: Domine noſter, emolumentum cepit alter noſtrum ab altero: & pervenimus ad metam noſtram, quam præfiniviſti nobis. Dicet *Deus*: Ignis erit receptaculum veſtrum, ſemper moraturi eſtis in eo; niſi quantum voluerit Deus: quippe Dominus tuus eſt ſapiens, ſciens. 129. Et ita præficiemus alios iniquorum aliis, ob id, quod perpetraverint. 130. O cætus Geniorum, & hominum: an non venerunt ad vos legati ex vobis, *qui* narrabant vobis ſigna mea, & comminabantur vobis occurſum diei hujus. Reſpondebunt: Teſtamur contra nos ipſos *ita eſſe*. Et decepit eos vita mundana. Et teſtificabuntur contra ſeipſos, quod ipſi fuerint infideles. 131. Hoc *fiebat* (*ideſt*, *quod Deus mitteret legatos*), quia numquam fuit Dominus tuus perdens Civitates in iniquitate, dum cives earum eſſent incogitantes. 132. Et unicuique erunt gradus *mercedis* ex eo, quod fuerint operati: & non eſt Dominus tuus negligens circa id, quod operantur. 133. Et Dominus tuus dives, prædítus miſericordia: ſi voluerit, perire faciet vos, & ſuccedere faciet poſt vos, quod voluerit, quemadmodum produxit vos ex generatione gentium aliarum. 134. Certè, quod promittitur vobis, omninò eventurum eſt; neque vos infirmum reddetis *Deum, quin compleat, quod promiſit*. 135. Dic *Meccanis*: O populę meus, operamini juxta ſtatum veſtrum: ego certè operaturus *ſum juxta ſtatum meum*: porrò mox ſcietis, cujus ſit merces Domus (*ideſt paradiſi*): profectò non proſperabuntur iniqui.

NOTÆ.

LXXV. *Patri ſuo Azar*]. Gelal, & Jahias volunt, patrem Abrahę propriè nominatum fuiſſe تار *Tare* vel تارخ *Tarech*: *Azar* verò cognomen illius fuiſſe. Auctores duo Mahumetani Alhaſan, & Alchalil, putant آزر *Azar* eſſe nomen probroſum, quo Abraham vocabat patrem ſuum idololatram, ut idem ſit ازر *Azar*, ac يا زر ideſt يا معوج يا ضال *O prave: O errans*.

LXXVII. *Hic eſt dominus meus*] Explicat Gelal: فى زعمكم *in opinione veſtra*: quaſi hæc dixiſſet Abraham, non ex ſenſu ſuo, ſed illudens quodammodo genti ſuæ.

LXXXVI. *Eliam*] Arabicè الياس. Gelal aſſerit, hunc fuiſſe ابن اخى هرون *filium fratris Aaron*.

LXXXVII. *Eliſæum*] Arabicè اليسع. Putat Gelal ال *al*, eſſe ſuperfluum, & verum nomem eſſe يسع *Jaſaum*: ideſt, *Joſue*, ni fallor.

XCIV. *Aut dicit: revelatum fuit mihi*] Autumat idem innui hoc loco مسيلمة *Moſailmam*, celebrem impoſtorem, æmulum ipſius Mahumeti, qui Alcoranum ſuum ſcripſit ad imitationem ejus, nec pauciores aſſeclas habuit: ſed ſub Abubacro occiſus eſt, non multò poſt extinctum Mahumetum.

XCVI. *Scindit granum*]: ideſt extrahit, vel producit.

* *Educit vivum ex mortuo &c.*] Gelal كالانسان والطاير من النطفة والبيضة *ſicut hominem ex ſpermate: & avem ex ovo*. Et ex oppoſito.

CXI. *Et poſuerunt Deo ſocios Genios*.] Adoraverunt ſcilicet illos pro diis. Sunt autem Genii apud Arabes creaturę quædam mediæ inter homines, & Angelos; ita, ut in quibusdam ſimiles ſint angelis, in quibuſdam hominibus. Vide, quæ dicta ſunt in ſecunda ſura, & quæ deinde dicentur in Alcorano.

CIII. *Non comprehendunt eum oculi*]. Arabicè لا تراه الابصر *Viſus*, vel, *aſpectus*. Exponit Gelal: وهذا مخصوص لرؤية المومنين له فى الاخرة وحديث الشيخين انكم سترون ربكم كما ترون القمر ليلة البدر وقيل المراد لا تحيط به. *Non videbunt eum: hoc verò peculiare eſt viſioni fidelium*, (nimirum peculiariter illis concedetur in Cœlo) *qua videbunt Deum in ſęculo futuro. Et ex relatu duorum ſeniorum hęc habentur: Vos ſanè videbitis Dominum veſtrum, ſicut videtis lunam in nocte plenilunii. Alii intelligunt de vera comprehenſione Dei.*

Refutat in Alcor.

CXVIII. *Super quod commemoratum eſt nomen Dei*] Gelal: اى ذبح على اسمه : *ideſt ; mactatum eſt in nomine ejus.*

CXXVIII. *Emolumentum cepit alter noſtrum ab altero*] explicat Gelal: انتفع الانس بتزيين الجن لهم الشهوات والجن بطاعة الانس لهم *Emolumentum cœperunt homines à Geniis, quia hi ineſcabant eos libidinibus: Genii autem ab hominibus, quia hi obtemperabant illis.*

* *Niſi quantum voluerit Deus*] nimirum, ut non ſentiant ignis cruciatum. Gelal. من الاوقات التى يخرجون منها لشرب الحميم فانه خارجها كما قال ثم ان مرجعهم الى الجحيم وعن ابن عباس فمُـا بمعنى مِن. *Ex tempore quo exibunt ad ſorbendam aquam ferventem: nam tunc egredientur ab igne: ſicut hic dicitur; ſed mox regredientur in Tartarum.*

At Ebn-Abbas, accipit particulam ما *pro* من: ideſt, *quantum*, vel *quod*: pro *quem*: ut ſenſus ſit, *niſi quem voluerit Deus*, nempè egredi ab eo.

REFUTATIONES.

I. PAtrem Abrahæ vocatum fuiſſe Thare, ſacræ literæ ubique teſtantur: quamobrem nimis aperti erroris convincitur Mahumetus, dum illum *Azar* nominatum fuiſſe pronunciat. Nec ullo fundamento nititur id, quod habet Gelal, *Azar* cognomen illius fuiſſe: vel quod autumant Duo ſeniores, *Azar* eſſe vocem contumelioſam, qua Abraham parentem ſuum affecit. Vide Prodr. par. 4. cap. ultimo. pag. 582.

II. Ridiculum eſt Abraham, antequam ita cum patre, vel cum gente ſua diſceptaret, nunquam vidiſſe Stellas, Lunam, ac Solem occumbere. Noverat ſaltem, cum vidit Venerem poſt ortum occidere, Lunam etiam, & Solem occaſum ſuum habuiſſe: quamobrem incredibile eſt, illum adeò ſtolidum fuiſſe, ut quia poſt tertiam diem vidit Solem occidere, recuſaverit illum tanquam Deum, quod primò fecerat, ulteriùs adorare. Agnoſcentes Moſlemi ſapientes hujuſmodi ineptias Prophetæ ſui; ſimulatè, & ad idololatras illudendos hęc omnia Abraham feciſſe aſſeruere. Sed ſi verba Alcorani rectè perpendantur; non ſimulatè, ſed ſeriò illum hæc feciſſe apparet. Quòd ſi etiam ſe ſidera adorare tanquam deos tantummodò ſimulaſſet, impietatem tamen manifeſtam admiſiſſet; neque enim fas eſt, creaturæ divinum cultum etiam ſimulatè tribuere Vide Prodr. loco modo citato.

III. Nunquam dixere Judæi, Deum nulli mortalium ſacrum aliquem librum revelaſſe; quod hìc illis Alcoranus juxtà Expoſitores Moſlemos, objicit: neque oraculum ullum de Mahumeto in Sacris Literis, abſconderunt; nec abſcondere potuerunt, cum nullum prorsùs exiſteret, niſi fortaſſe in illius vituperationem. Vide alibi dicta,

IV. Alcoranum, non modo Sacros Libros Pentateuchi, & Euangelii non confirmare, ſed etiam eoſdem deſtruere, dum contraria illis docet, jam ſuperius oſtendimus. Quòd verò Judæi multa ex Alcorano didicerint, quę anteà ignorabant, concedimus ultrò, ſi de nugis, fabulis, & impiis dogmatibus loquamur. Verius tamen eſt, plura ex his, quæ ignorabat, Mahumetum ex Thalmude Judæorum didiciſſe, & in Alcoranum ſuum tranſtuliſſe.

IV. Negat Mahumetus, Deum habere poſſe prolem, eò quod non habeat uxorem. O pecuinum ingenium! Ethnici ipſi in ſuis fabulis ſapientiores oſtenderunt ſe Mahumeto, dùm Jovem, ſupremum ipſis Numen, è proprio capite, abſque uxoris ope, Minervam Sapientiæ Deam genuiſſe, ac protuliſſe tradiderunt. Sed homo, uxoriæ tantùm rei peritus omnia, etiam divina, ad craſſiſſimæ libidinis ſuæ regulam metiebatur. Et tamen non ignorabat, ut puto, Adam à limo, Hevam verò ex Adam, ſine opera uxoris à Deo productos fuiſſe. Quomodò verò Deus prolem gignat, jam ſupra fuſiſſimè demonſtravimus: atque etiam in prodr. p. 3.

V. Immiſcet more ſuo Impoſtor ſuis erroribus quædam partim ad ſupremum Judicium, & Gehennam, partim ad divinæ providentiæ opera ſpectantia, quò faciliùs ad ſuam impietatem ſub pietatis larva trahat incautos. Mira verò eſt illius impudentia, dum pronuntiat (& quidem verè,) nullum eſſe iniquiorem illo, qui de Deo mendacia comminiſcitur, & ab eodem ſibi aliquid revelatum fuiſſe falsò affirmat: & tamen ipſe, qui in hoc maximè peccat, plura contra Deum mentiens, & fictas revelationes evulgans, non erubeſcit ſe pium, ac juſtum venditare.

VI. Falsò affirmat Mahumetus, Meccanos claras probationes habuiſſe à Deo veritatis ſectę ſuæ: neque enim illam miraculis ullis, neque Sacrorum Librorum teſtimoniis, neque probabiliter ſaltem rationibus confirmare potuit, ut vidimus.

VII. Dùm Mahumetus fingit prædici ſibi à Deo, infideles audiendo lectionem Alcorani, credituros, ipſum ſedulam operam navaſſe Sacris Scripturis: videtur prorsùs jocari. Primò enim omnia alia præſefert Alcoranus in Auctore ſuo, quàm peritiam, vel ſtudium ſacrarum ſcipturarum. Id probatione non indiget. Alcoranus ipſe rem teſtatur. Deinde cùm Mahumetus legendi, ſcribendique eſſet prorſùs ignarus, qua conſcientia blandiebatur ſibi, infideles credituros, ſe ſacris literis ſedulam operam navaſſe, Deumque hanc infidelibus deceptionem approbaſſe? Frivola verò, & omninò impertinens eſt illa Gelalis explicatio: *quandò viderint eventum rei*. Neque enim hìc aliquid prædicitur, ſed tantùm commendatur Alcoranus.

VIII. Quamvis abſque ullo errore dici poſſit: Si Deus voluiſſet, homines idola non coluiſſent:

ſent: poterat enim homines non creare: vel creatos tali gratia prævenire, ut idola non colerent. Nihilominùs modus ille loquendi præſertim tàm frequens in Alcorano malè ſonat: videtur enim Deum facere Auctorem peccati: & in illum refundere culpam hominum in cultu deorum, in quo ſenſu à Mahumeto, & Mahumetanis accipi, alibi oſtendimus.

IX. Prohibet ſuis Mahumetus, ne contumelioſè tractent Deos Ethnicorum, ne ex hoc anſam illi arripiant contumelioſè tractandi Deum verum: nam unicuique ſectæ Deus ſpecioſum fecit opus ſuum, ideſt religionem ſuam: ità, ut unaquæque gens veram exiſtimet religionem ſuam, donec Deus in die Judicii, cujuſnam vera fuerit religio, demonſtret. Sic habes hìc §. 108. Verùm Sacrarum Scripturarum exempla contrarium omninò docent: in quibus legimus à Prophetis, & Sanctis Viris idola gentium probris, & contumeliis affecta nihil ipſis curantibus, quòd illæ verum Deum viciſſim conviciis laceſſerent, quem alioqui Deum verum non agnoſcebant. Illud verò ſine ſumma impietate dici non poteſt, quod hìc Deum aſſerere blaſphemè fingit Mahumetus: nempe ſe ſpecioſam feciſſe, ſeu, ut habetur Arabicè زين *adornaſſe* unicuique genti religionem, ſeu ſectam ipſius: neque uſque ad diem Judicii ſe manifeſtè oſtenſurum, cujuſnam vera fuerit religio. Repugnat hoc prorsùs divinæ Providentiæ, & anſam præbet unicuique ſectæ perſeverandi in errore ſuo. Hìc etiam requiſitus Mahumetus de aliquo miraculo à Meccanis, excuſat ſe, reſpondendo, miracula ad Deum ſpectare; ideò verò Deum illa non facere, quia prævideret, ipſos, etiam viſis miraculis, non credituros: ideò verò non credituros, quia Deus averteret corda, & oculos eorum à veritate, nec vellet eos credere: *Sicut* (inquit) *non crediderunt in illud prima vice*. Quid ſit autem *illud*, *in quod non crediderunt*, non conſtat ex Alcorano. Gelal credit fuiſſe aliquod miraculum. Sed, cùm miraculum Arabicè dicatur آية, ſitque generis fœminei, debuiſſet poni pro relativo *illud*, به: non autem به in genere virili. Quamobrem, cùm ſuperiùs per hujuſmodi affixum maſculinum, ubi nihil præceſſit, ad quod referatur, ſemper intelligant Expoſitores Alcoranum, vel Mahumetum: eodem modo etiam hìc intelligendum eſt. Alioqui turpiter ſibi contradiceret Mahumetus. Nam, ſi ideò Deus non facit miracula, quia prævidet, infideles non credituros, quia non vult ipſe, ut credant; cur fecit miraculum illud, in quod prævidebat certò eos non credituros, nec ipſe volebat, ut crederent? Patet igitur Mahumetum nullum unquam miraculum feciſſe, nec facere potuiſſe. Vide, quæ ſuprà circa hoc dicta ſunt.

X. Affirmat impudenter, eos, quibus traditus fuit Pentateuchus, vel etiam Euangelium (nam *Libri* nomine in Alcorano Sacræ omnes Scripturæ intelliguntur) ſcire, Alcoranum verè à Deo traditum fuiſſe: cum tam Judæi, quam Chriſtiani certiſſimè ſciant, Alcoranum eſſe figmentum Diaboli ad miſeros mortales decipiendos.

XI. Proteſtatur hìc, & alibi Impoſtor, ſe non eſſe procuratorem Infidelium: credant, vel non credant, nihil ad ſe pertinere: eorum converſionem, eſſe negotium Dei. Sed hæc omnia revocat, atque irrita declarat in ſura السيف nempe, de *Gladio*. Vide alibi dicta.

XII. Saltat prorſus extra chorum, dum poſt inculcatam Infidelibus Alcorani veritatem ex teſtimonio, quantumvis ementito, ſacrarum ſcripturarum: concludit §. 118. *Comedite igitur ex eo, ſuper quod commemoratum eſt nomen Dei, ſi eſtis in ſigna ejus credentes*. Omnia ſunt in Alcorano diſſuta, atque ineptiſſimè diſpoſita. Erat verò res tanti momenti comedere carnes eorum animalium, ſuper quę, dum mactarentur, invocatum fuerat nomen Dei, ut hinc totum fidei Mahumetanæ negotium dependeret; & neceſſe eſſet tam multa de hoc & de cibis licitis, & illicitis pręcipere; pręſertim cum ciborum licitorum, & illicitorum diſcrimen jam diù per Euangelicam legem ſublatum fuiſſet?

Textus Alcorani.

136 وجعلوا لله مما ذرأ من الحرث والانعام نصيبا فقالوا هذا لله بزعمهم وهذا لشركائنا فما كان
لشركايهم فلا يصل الى الله وما كان لله فهو يصل الى شركايهم ساء ما يحكمون ۝
137 وكذلك زين لكثير من المشركين قتل اولادهم شركاؤهم ليردوهم وليلبسوا عليهم دينهم
ولو شاء الله ما فعلوه فذرهم وما يفترون ۝ 138 وقالوا هذه انعام وحرث حجر لا يطعمها الا من نشاء
بزعمهم وانعام حرمت ظهورها وانعام لا يذكرون اسم الله عليها افتراء عليه سيجزيهم بما كانوا
يفترون ۝ 139 وقالوا ما في بطون هذه الانعام خالصة لذكورنا ومحرم على ازواجنا وان يكن
ميتة فهم فيه شركاء سيجزيهم وصفهم انه حكيم عليم ۝ 140 قد خسر الذين قتلوا اولادهم
سفها

سفها بغير علم وحرموا ما رزقهم الله افتراء على الله قد ضلوا وما كانوا مهتدين ۝ 141 وهو
الذي انشأ جنات معروشات وغير معروشات والنخل والزرع مختلفا اكله والزيتون والرمان متشابها وغير
متشابه كلوا من ثمره اذا اثمر واتوا حقه يوم حصاده ولا تسرفوا انه لا يحب المسرفين ۝ 142 ومن
الانعام حمولة وفرشا كلوا مما رزقكم الله ولا تتبعوا خطوات الشيطان انه لكم عدو مبين ۝
143 ثمانية ازواج من الضان اثنين ومن المعز اثنين قل الذكرين حرم ام الانثيين اما اشتملت
عليه ارحام الانثيين نبيوني بعلم ان كنتم صادقين ۝ 144 ومن الابل اثنين ومن البقر اثنين
قل الذكرين حرم ام الانثيين اما اشتملت عليه ارحام الانثيين ام كنتم شهداء اذ وصيكم الله
بهذا فمن اظلم ممن افترى على الله كذبا ليضل الناس بغير علم ان الله لا يهدي القوم
الظالمين ۝ 145 قل لا اجد في اوحي الي محرما على طاعم يطعمه الا ان يكون ميتة او دما
مسفوحا او لحم خنزير فانه رجس او فسقا اهل لغير الله به فمن اضطر غير باغ ولا عاد فان ربك
غفور رحيم ۝ 146 وعلى الذين هادوا حرمنا كل ذي ظفر ومن البقر والغنم حرمنا عليهم
شحومهما الا ما حملت ظهورهما او الحوايا او ما اختلط بعظم ذلك جزيناهم ببغيهم وانا لصادقون ۝
147 فان كذبوك فقل ربكم ذو رحمة واسعة ولا يرد باسه عن القوم المجرمين ۝ 148 سيقول
الذين اشركوا لو شاء الله ما اشركنا ولا اباؤنا ولا حرمنا من شيء كذلك كذب الذين من
قبلهم حتى ذاقوا باسنا قل هل عندكم من علم فتخرجوه لنا ان تتبعون الا الظن وان انتم الا
تخرصون ۝ 149 قل فلله الحجة البالغة فلو شاء لهديكم اجمعين ۝ 150 قل هلم شهداءكم
الذين يشهدون ان الله حرم هذا فان شهدوا فلا تشهد معهم ولا تتبع اهواء الذين كذبوا بآياتنا
والذين لا يؤمنون بالاخرة وهم بربهم يعدلون ۝ 151 قل تعالوا اتل ما حرم ربكم عليكم الا
تشركوا به شيئا وبالوالدين احسانا ولا تقتلوا اولادكم من املاق نحن نرزقكم واياهم ولا تقربوا
الفواحش ما ظهر منها وما بطن ولا تقتلوا النفس التي حرم الله الا بالحق ذلكم وصيكم به
لعلكم تعقلون ۝ 152 ولا تقربوا مال اليتيم الا بالتي هي احسن حتى يبلغ اشده واوفوا
الكيل والميزان بالقسط لا نكلف نفسا الا وسعها واذا قلتم فاعدلوا ولو كان ذا قربى وبعهد
الله اوفوا ذلكم وصيكم به لعلكم تذكرون ۝ 153 وان هذا صراطي مستقيما فاتبعوه ولا
تتبعوا السبل فتفرق بكم عن سبيله ذلكم وصيكم به لعلكم تتقون ۝ 154 ثم اتينا موسى
الكتاب تماما على الذي احسن وتفصيلا لكل شيء وهدى ورحمة لعلهم بلقاء ربهم يؤمنون ۝
155 وهذا كتاب انزلناه مبارك فاتبعوه واتقوا لعلكم ترحمون ۝ 156 ان تقولوا انما انزل
الكتاب على طايفتين من قبلنا وان كنا عن دراستهم لغافلين ۝ 157 او تقولوا لو انا انزل
علينا الكتاب لكنا اهدى منهم فقد جاءكم بينة من ربكم وهدى ورحمة فمن اظلم ممن كذب
بآيات

بِأٰيَاتِ ٱللَّـــهِ وَصَدَفَ عَنْهَا سَنَجْزِي ٱلَّذِينَ يَصْدِفُونَ عَنْ ءَايَٰتِنَا سُوٓءَ ٱلْعَذَابِ بِمَا كَانُوا يَصْدِفُونَ ۞
158 هَلْ يَنظُرُونَ إِلَّآ أَن تَأْتِيَهُمُ ٱلْمَلَٰٓئِكَةُ أَوْ يَأْتِىَ رَبُّكَ أَوْ يَأْتِىَ بَعْضُ ءَايَٰتِ رَبِّكَ يَوْمَ يَأْتِى بَعْضُ ءَايَٰتِ
رَبِّكَ لَا يَنفَعُ نَفْسًا إِيمَٰنُهَا لَمْ تَكُنْ ءَامَنَتْ مِن قَبْلُ أَوْ كَسَبَتْ فِىٓ إِيمَٰنِهَا خَيْرًا قُلِ ٱنتَظِرُوٓا
إِنَّا مُنتَظِرُونَ ۞ 159 إِنَّ ٱلَّذِينَ فَرَّقُوا دِينَهُمْ وَكَانُوا شِيَعًا لَّسْتَ مِنْهُمْ فِى شَىْءٍ إِنَّمَآ أَمْرُهُمْ إِلَى
ٱللَّهِ ثُمَّ يُنَبِّئُهُم بِمَا كَانُوا يَفْعَلُونَ ۞ 160 مَن جَآءَ بِٱلْحَسَنَةِ فَلَهُۥ عَشْرُ أَمْثَالِهَا وَمَن جَآءَ بِٱلسَّيِّئَةِ فَلَا يُجْزَىٰٓ
إِلَّا مِثْلَهَا وَهُمْ لَا يُظْلَمُونَ ۞ 161 قُلْ إِنَّنِى هَدَىٰنِى رَبِّىٓ إِلَىٰ صِرَٰطٍ مُّسْتَقِيمٍ ۞ 162 دِينًا قِيَمًا
مِّلَّةَ إِبْرَٰهِيمَ حَنِيفًا وَمَا كَانَ مِنَ ٱلْمُشْرِكِينَ ۞ 163 قُلْ إِنَّ صَلَاتِى وَنُسُكِى وَمَحْيَاىَ وَمَمَاتِى
لِلَّهِ رَبِّ ٱلْعَٰلَمِينَ ۞ 164 لَا شَرِيكَ لَهُۥ وَبِذَٰلِكَ أُمِرْتُ وَأَنَا۠ أَوَّلُ ٱلْمُسْلِمِينَ ۞ 165 قُلْ أَغَيْرَ ٱللَّهِ
أَبْغِى رَبًّا وَهُوَ رَبُّ كُلِّ شَىْءٍ وَلَا تَكْسِبُ كُلُّ نَفْسٍ إِلَّا عَلَيْهَا وَلَا تَزِرُ وَازِرَةٌ وِزْرَ أُخْرَىٰ ثُمَّ إِلَىٰ رَبِّكُم
مَّرْجِعُكُمْ فَيُنَبِّئُكُم بِمَا كُنتُمْ فِيهِ تَخْتَلِفُونَ ۞ 165 وَهُوَ ٱلَّذِى جَعَلَكُمْ خَلَٰٓئِفَ ٱلْأَرْضِ وَرَفَعَ
بَعْضَكُمْ فَوْقَ بَعْضٍ دَرَجَٰتٍ لِّيَبْلُوَكُمْ فِى مَآ ءَاتَىٰكُمْ إِنَّ رَبَّكَ سَرِيعُ ٱلْعِقَابِ وَإِنَّهُۥ لَغَفُورٌ رَّحِيمٌ ۞

Verſio Latina.

136. ET conſtituerunt *Meccani* Deo ex eo, quod produxit de ſatis, & pecoribus portionem; & dixerunt: Hoc *debetur* Deo; *dicentes hoc*, juxta opinionem ſuam: & hoc *debetur* Sociis (*ideſt diis noſtris*). Quod verò erat *debitum* Sociis eorum, non perveniebat ad Deum: quod autem erat *debitum* Deo, hoc perveniebat ad ſocios eorum. Vah *a* quod *circa hoc* judicant. 137. Et ita adornaverunt multis ex Aſſociantibus cædem filiorum ſuorum ſocii eorum, ut perderent eos; & ut veſtirent ſuper eos religionem ipſorum. Et, ſi voluiſſet Deus, non feciſſent hoc: relinque ergo eos, & id, quod blaſphemè mentiuntur, *ne cures*. 138. Et dixerunt: Hæc pecora, & ſata prohibita ſunt: non veſcetur illis, niſi *is*, quem voluerimus; *pronunciantes hoc* ex opinione ſua: & ſunt pecora, quorum prohibita ſunt dorſa *ad onera ferenda*, *& equitandum*, & *ſunt* pecora, ſuper quæ non commemorant Nomen Dei, *dùm mactantur*, mendacium irrogando illi. Retribuet eis *Deus* mercedem propter id, quod falſò pronunciant *contra eum*. 139. Et dixerunt: Id, quod eſt in ventribus horum pecorum, licitum eſt maribus noſtris, & prohibitum uxoribus noſtris. Quòd, ſi fuerit morticinum, ipſi ejus participes ſunt. Rependet eis *Deus* mercedem *propter* dictum ipſorum: ipſe quippè eſt ſapiens, ſciens. 140. Jam malè perierunt, qui occiderunt filios ſuos ſtultè, ſine ſcientia; & prohibuerunt id, quod in alimentum tribuit illis Deus, mendaciter loquendo de Deo. Jam erraverunt; nec fuerunt directi. 141. Et ipſe eſt, qui produxit hortos ſedentarios (*ideſt olerum, cucumerum*, &c.) & non ſedentarios (*ideſt palmarum, & majorum plantarum*) & ſementem, cujus varius eſt cibus: & oleas, & mala punica; ſimile inter ſe, & diſſimile. Comedite de fructu ejus, cùm fructificaverit, & date debitum ejus (*ideſt decimas, vel eleemoſynas*) in die meſſis ejus; & ne excedatis (*ideſt detis pluſquam neceſſarium eſt familiis veſtris*) nam ipſe non amat excedentes. 142. Et ex pecoribus *quædam ſunt* apta ad onera ferenda, & *quædam* inepta ad portandum. Comedite ex iis, quæ in alimentum præbuit vobis Deus; & ne ſectemini paſſus Satanæ; ipſe quippe eſt vobis hoſtis manifeſtus. 143. Octo paria *ex pecoribus dicunt Meccani prohibuiſſe Deum*. Ex ovibus duo *paria*, *maſculum*, *& fœminam*: & ex capris duo *paria*, *maſculum*, *& fœminam*. Dic *illis*: Duoſne maſculos prohibuit *Deus*, an duas fœminas? an quicquid

a malũ eſt

con-

continent vulvæ duarum fœminarum, *ſive maſculum ſit, ſive fœmina*? Enarrate *hoc* mihi cum ſcientia, ſi eſtis veraces. 144. Et ex Camelis *prohibuit* duos; & ex bobus duos. Dic: An duos maſculos prohibuit, an duas fœminas? an quicquid continent vulvæ duarum fœminarum? An fuiſtis teſtes, cùm præceptum dedit vobis Deus de hoc? Quis porrò eſt iniquior, quàm qui comminiſcitur de Deo mendacium, ut errare faciat homines ſine ſcientia? Certè Deus non diriget homines iniquè agentes. 145. Dic: Non invenio in eo, quod revelatum fuit mihi, prohibitum guſtanti, qui guſtet illud, niſi ſit morticinum, aut ſanguis fuſus, aut caro porci: hoc enim eſt immundities: aut prophanum, ſuper quòd invocatum ſit nomen aliud, quàm Dei. Porrò, qui neceſſitate compulſus fuerit *ad hæc comedenda*, non ductus cupiditate, neque tranſgrediens (*ideſt animo tranſgrediendi*) profectò Dominus tuus *erit illi* indulgens, miſericors. 146. Et illis, qui ſunt Judæi prohibuimus omne habens ungulam *non fiſſam*; & ex bobus, & ovibus, prohibuimus eis adipem utrorumque, præter eum, quem ferunt terga eorum, aut viſcera; aut eum, qui commixtus eſt cum oſſe; *qualis eſt in cauda*. Hæc rependimus illis propter improbitatem eorum: & profectò nos *ſumus* ſanè veraces. 147. Quòd ſi mendacii inſimulaverint te: Dic: Dominus veſter præditus eſt miſericordia ampla; & non avertetur pœna ejus ab hominibus ſceleſtè agentibus. 148. Dicent illi, qui aſſociaverunt: Si voluiſſet Deus, non aſſociaviſſemus nos, neque patres noſtri; *dicent*, *quòd nos ipſis* non prohibuimus quidquam. Ita mendacii inſimulaverunt *prophetas ſuos*, illi, qui fuerunt ante eos, donec guſtaverunt pœnam noſtram. Dic: An eſt apud vos aliquid ſcientiæ *de hoc, quod dicitis*, ut manifeſtetis eam nobis? Non ſequimini, niſi opinionem; & vos tantummodò mentimini. 149. Dic: Dei igitur erit probatio *hujus rei* abſolutiſſima, quòd ſi voluerit, ſanè diriget vos univerſos. 150. Dic: Adducite teſtes veſtros, qui teſtificentur, quòd Deus interdixerit hoc, *quod vos prohibetis*. Quòd ſi teſtificati fuerint *hoc*; ne teſtificeris *tu* cum eis; neque ſecteris deſideria eorum; qui mendacii coarguunt ſigna noſtra, & qui non credunt in alteram vitam; & ipſi cum Domino ſuo coæquant *alios deos*. 151. Dic: Venite; legam quid prohibuerit Dominus veſter vobis. *Prohibuit*, ne aſſocietis cum eo quidquam: & *præcepit* erga parentes beneficentiam; & ne occidatis filios veſtros ob timorem paupertatis. Nos alimenta præbebimus vobis, & illis, & ne appropinquetis rebus nefariis, *perpetrantes* quod manifeſtum eſt ex illis, & quod occultum eſt: & ne occidatis animam, quam prohibuit Deus, niſi cum juſtitia. Hoc præcepit vobis, ut vos intelligatis. 152. Et ne attingatis facultates orphani, niſi per id, quod ſit melius *illi*, donec perveniat ad ætatem ſuam firmam: & complete modium, & ſtateram cum æquitate. Non gravabimus animam, niſi juxta capacitatem ſuam. Et cùm dicetis *aliquid*, juſtitiam ſervate, *vera loquendo*. Et: ſi fuerit junctus propinquitate *cum eo*, *pro quo*, *vel contra quem quis loquitur*, & cum pacto Dei (*ideſt cum juramento*) ſatisfacite. Hoc præcepit vobis *Deus*; ut vos commonefieretis. 153. Et *edicit vobis Deus*, quòd hæc eſt via mea recta: ſequimini ergo eam: & ne ſequamini ſemitas *ei contrarias*, ne fiat ſeparatio in vobis à ſemita ejus. Hoc præcepit vobis, ut vos timeretis *illum*. 154. Deinde dedimus Moyſi Librum ad perfectionem illius, qui benè operatus fuiſſet, *eum obſervando*; & diſtinctionem omnis rei, & directionem, & miſericordiam: ut ipſi (*ideſt Iſraelitæ*) in occurſum Domini ſui crederent. 155. Et hic liber (*ideſt Alcoranus*) quem demiſimus, *eſt* benedictus: ſequimini ergo eum, & timete *Deum*, ut vos miſericordiam conſequamini. 156. * Ne diceretis, *niſi eum demiſiſſemus*: Profectò demiſſus fuit Liber (*ideſt Pentateuchus, & Euangelium*) ad duas gentes (*nempe Judæos, & Chriſtianos*) ante nos: *a* Et nos quidem fuimus in ſtudio lectionis eorum negligentes, *ob ignorantiam idiomatis eorum*. 157. Aut *ne* diceretis: Nos certè, ſi demiſſus fuiſſet ſuper nos Liber, certè fuiſſemus directiores illis. Jam porrò venit ad vos declaratio à Domino veſtro, & directio, & miſericordia. Quis verò eſt iniquior, quàm qui mendacia fingit in ſignis Dei, & longè recedit ab eis? Rependemus iis, qui longè receſſerint

Inepta tranſitio.

*Eo, quòd dicturi eſſetis.

a Et ſi.

à ſignis noſtris, malùm pœnæ, eo quòd longè receſſerint *ab eis*. 158. An expectant *Infideles*, niſi ut veniant ad eos Angeli *ad abripiendas animas eorum*: aut veniat Dominus tuus *ad eos puniendos*: aut veniat aliquod Signorum Domini tui, *ad proximam Judicii diem prænunciandam*? Die, qua veniet aliquod ſignorum Domini tui (*ut ortus Solis ab occidente*) non proderit animæ fides ejus, niſi crediderit antea, aut operata fuerit in fide ſua bonum. Dic: Expectate: nos certè expectaturi ſumus. 159. Porrò, qui diviſerint religionem ſuam, & fuerint ſectarii: ne ſis ex eis in re ulla: profectò negotium eorum *ſpectat* ad Deum. Tùm enarrabit eis *in die Judicii* id, quod fecerunt. 160. Qui venerit cum bono *opere*, ipſi *rependetur* decuplum paritatis ejus (*ideſt recipiet mercedem ejus in decuplum*) At, qui venerit cum malo *opere*, non rependetur illi, niſi paritas ejus: & ipſi non tractabuntur injuſtè. 161. Dic: Equidem direxit me Dominus meus in viam rectam. 162. Religionem *a* probam, ſectam Abrahæ Orthodoxi: & *ipſe* non fuit ex Aſſociantibus. 163. Certè oratio mea, & cultus meus, & vita mea, & mors mea *dicata eſt* Deo Domino *b* ſęculorum. 164. Non eſt ſocius illi: & hoc præceptum eſt mihi: ego ſum primus Moslemorum. 165. Dic: an præter Deum optabo Dominum: & ipſe eſt Dominus omnis rei? Et non operabitur omnis anima *malum*, niſi contra ſeipſam: & non portabit portans pondus alterius. Deinde ad Dominum veſtrum erit reditus veſter; & enarrabit vobis, in, quo diſcordes fueritis. 166. Et ipſe eſt, qui poſuit vos *per generationes* ſucceſſores terræ: & extulit alios veſtrum ſuper alios gradibus, ut probaret vos in eo, quod dedit vobis. Porrò Dominus tuus velox eſt in puniendo: & ſanè ipſe eſt prorſus indulgens, miſericors.

a rectam.

b mundorũ.

NOTÆ.

CXLVII. ET *conſtituerunt*] Nimirùm Meccani, ut ait hoc loco Gelal, deſtinabant ex ſegetibus, & pecoribus ſuis نصيبًا لله وللضيفان والمساكين نصيبًا ولشركايهم نصيبًا يصرفونه الى سدنتها *unam partem Deo; unam hoſpitibus, & pauperibus, & unam idolis ſuis; quam tradebant cuſtodibus Templi ſui*, Si quid verò exceſſiſſet in portione Dei, adjungebant illud portioni idolorum; non tamen, ſi quid in horum portione exceſſiſſet, portioni Deo debitæ adjungebant.

* *Ut veſtirent ſuper eos*] Gelal: يخلطوا *commiſcerent*, & confunderent erroribus.

CXXXV. *Sanguis fuſus*] Arabic. دمًا مسفوحًا Explicat Gella. سايلًا بخلاف غيره كالكبد والطحال *fluidus, ex oppoſito illius, qui non eſt fluidus, cujuſmodi eſt ſplen, & jecur.*

CLIV. *Deinde dedimus*:] Satis inſulsè hoc loco Gelal notat: وثم لترتيب الاخبار *particula deinde, ponitur ad ordinem conſecutivum narrationum*. Mihi verò videtur eſſe prorſus extra omnem ordinem Sed quis quærat ordinem in Alcorano, in quo perpetua confuſio reperitur?

CLXV. *Et non portabit portans*] nempè anima peccatrix, quę peccatis onerata eſt.

REFUTATIONES.

I. NOtanda iterum verba illa: *Et ſi voluiſſet Deus, non feciſſent hoc*. Ad quid verò toties aſſerere, homines non peccare, niſi volente Deo: niſi ad perſuadendum iiſdem hominibus, ipſos neceſſariò peccare, & Deum eſſe auctorem peccati eorum? Vide quæ ſuperiùs dicta ſunt. Nulla certè utilitas provenire poteſt peccantibus ex eo, quòd ſciant, ſe non peccaturos, ſi Deus nolit: ex hoc enim quilibet arguere poterit: ideò pecco, quia Deus vult, me peccare: eſto aliud ſit: *ſi vellet Deus, non peccarem*; *& pecco, quia Deus vult, me peccare*. At in communi modo loquendi, hęc duo ęquiparantur: *ſi tu voluiſſes, non eveniſſet mihi hoc infortunium: & ideò evenit mihi hoc infortunium, quia tu ita voluiſti*.

II. Affirmat Mahumetus, ſe non reperire in ſuis ſtramineis revelationibus, aliquid ſibi à Deo prohibitum, quoad cibum, niſi morticinum, ſanguinem fluidum, carnem porcinam, & idolothytum. Jam ſuprà oſtendi abſurditatem hujus prohibitionis: ideò hìc eadem non repeto. Quid verò dicemus de iis, quæ Judęis à Deo prohibita fuiſſe pronunciat? Duo tantùm ex plurimis commemorat, nempè an imalia ſolidungula, ſeu ungulam fixam non habentia: & adipem boum, & ovium, præter eum, quem habent terga, aut viſcera, aut qui cum oſſe commixtus eſt, qualis in cauda reperitur. Audiamus, utrum hoc Pentateucho con-

conforme ſit. In Libro Levitici cap. 3. 17. ita legimus. *Statutum perpetuum erit per generationes veſtras in cunctis habitaculis veſtris: omnem adipem, & omnem ſanguinem non comedetis.* Et in eodem cap. jubetur Sacerdos, offerre Domino adipem omnem operientem inteſtina, & adipem, qui eſt ſuper duos renes, & ſuper ilia; quando boves immolantur. Et eodem modo quando immolantur oves, ſeu agni, præcipit Deus offerri ſibi adipem earum, caudam integram; adipem omnem operientem inteſtina, & renes, & ilia. Itemq; præcipitur quando capræ immolantur. Vide, utrum Pentateuchus cum Alcorano conveniat, an verò illi è diametro adverſetur. In eo tandem ſe inſulſum oſtendit Mahumetus, quòd hanc Dei prohibitionem Judæis factam fuiſſe aſſerat in pœnã بغيهم improbitatis, & iniquitatis, & tranſgreſſionis eorum. Ad ſuum ipſius obſequium, & ad Iſraelitarum obedientiam exercendam, non verò ad eorum iniquitatem puniendam, Deum illa prohibuiſſe certiſſimum eſt.

III. Jactat Impoſtor, ſe fuiſſe primum Moslemum, qui religionem Abrahæ profiteretur. Hoc verò magnum eſſe mendacium, jam ſuprà ſtatis oſtendimus.

سورة الاعراف مكّية مايتان وستّ ايات

SURA VII.

ALARAPH.

MECCANA: DUCENTORUM, AC SEX COMMATUM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 المص ۞ 2 كتاب انزل اليك فلا يكن في صدرك حرج منه لتنذر به وذكرى للمومنين ۞
3 اتبعوا ما انزل اليكم من ربكم ولا تتبعوا من دونه اولياء قليلا ما تذكرون ۞ 4 وكم من قرية
اهلكناها فجاءها باسنا بياتا او هم قايلون ۞ 5 فما كان دعويهم ان جاءهم باسنا الا ان قالوا
انا كنا ظالمين ۞ 6 فلنسئلن الذين ارسل اليهم ولنسئلن المرسلين ۞ 7 فلنقصن عليهم
بعلم وما كنا غايبين ۞ 8 والوزن يوميذ الحق فمن ثقلت موازينه فاولايك هم المفلحون ۞
9 ومن خفت موازينه فاولايك الذين خسروا انفسهم بما كانوا بايتنا يظلمون ۞ 10 ولقد مكنكم
في الارض وجعلنا لكم فيها معايش قليلا ما تشكرون ۞ 11 ولقد خلقناكم ثم
صورناكم ثم قلنا للملايكة اسجدوا لادم فسجدوا الا ابليس لم يكن من الساجدين ۞
12 قال ما منعك الا تسجد اذ امرتك قال انا خير منه خلقتني من نار وخلقته من طين ۞
13 قال فاهبط منها فما يكون لك ان تتكبر فيها فاخرج انك من الصاغرين ۞ 14 قال انظرني
الى يوم يبعثون ۞ 15 قال انك من المنظرين ۞ 16 قال فبما اغويتني لاقعدن لهم صراطك
المستقيم ۞ 17 ثم لاتينهم من بين ايديهم ومن خلفهم وعن ايمانهم وعن شمايلهم ولا تجد اكثرهم
شاكرين ۞ 18 قال اخرج منها مذوما مدحورا ۞ 19 لمن تبعك منهم لاملان جهنم منكم
اجمعين ۞ 20 ويا ادم اسكن انت وزوجك الجنة فكلا من حيث شيتما ولا تقربا هذه الشجرة
فتكونا من الظلمين ۞ 21 فوسوس لهما الشيطان ليبدي لهما ما وري عنهما من سواتهما وقال
ما نهيكما ربكما عن هذه الشجرة الا ان تكونا ملكين او تكونا من الخالدين ۞

22 وقاسمهما

22 وقاسمهما إني لكما لمن الناصحين ۝ 23 فدلاهما بغرور فلما ذاقا الشجرة بدت لهما سوآتهما
وطفقا يخصفان عليهما من ورق الجنة وناديهما ربهما ألم أنهكما عن تلكما الشجرة وأقل لكما إن
الشيطان عدو مبين ۝ 24 قالا ربنا ظلمنا أنفسنا وإن لم تغفر لنا وترحمنا لنكونن من الخاسرين ۝
25 قال اهبطوا بعضكم لبعض عدو ولكم في الأرض مستقر ومتاع إلى حين ۝ 26 قال فيها
تحيون وفيها تخرجون ۝ 27 يا بني آدم قد أنزلنا عليكم لباسا يواري سوآتكم وريشا ولباس
التقوى ذلك خير ذلك من آيات الله لعلهم يذكرون ۝ 28 يا بني آدم لا يفتننكم الشيطان
كما أخرج أبويكم من الجنة ينزع عنهما لباسهما ليريهما سوآتهما إنه يريكم هو وقبيله
من حيث لا ترونهم إنا جعلنا الشياطين أولياء للذين لا يؤمنون ۝ 29 وإذا فعلوا فاحشة قالوا
وجدنا عليها آباءنا والله أمرنا بها قل إن الله لا يأمر بالفحشاء أتقولون على الله ما لا تعلمون ۝
30 قل أمر ربي بالقسط وأقيموا وجوهكم عند كل مسجد وادعوه مخلصين له الدين كما
بدأكم تعودون ۝ 31 فريقا هدى وفريقا حق عليهم الضلالة إنهم اتخذوا الشياطين أولياء من
دون الله ويحسبون أنهم مهتدون ۝ 32 يا بني آدم خذوا زينتكم عند كل مسجد وكلوا
واشربوا ولا تسرفوا إنه لا يحب المسرفين ۝ 33 قل من حرم زينة الله التي أخرج لعباده
والطيبات من الرزق قل هي للذين آمنوا في الحيوة الدنيا خالصة يوم القيمة كذلك نفصل
الآيات لقوم يعلمون ۝ 34 قل إنما حرم ربي الفواحش ما ظهر منها وما بطن والإثم والبغي
بغير الحق وأن تشركوا بالله ما لم ينزل به سلطانا وأن تقولوا على الله ما لا تعلمون ۝
35 ولكل أمة أجل فإذا جاء أجلهم لا يستأخرون ساعة ولا يستقدمون ۝ 36 يا بني آدم إما
يأتينكم رسل منكم يقصون عليكم آياتي فمن اتقى وأصلح فلا خوف عليهم ولا هم يحزنون ۝
37 والذين كذبوا بآياتنا واستكبروا عنها أولئك أصحاب النار هم فيها خالدون ۝ 38 فمن أظلم
ممن افترى على الله كذبا أو كذب بآياته أولئك ينالهم نصيبهم من الكتاب حتى إذا
جاءتهم رسلنا يتوفونهم قالوا أين ما كنتم تدعون من دون الله قالوا ضلوا عنا وشهدوا على
أنفسهم أنهم كانوا كافرين ۝ 39 قال ادخلوا في أمم قد خلت من قبلكم من الجن والإنس
في النار كلما دخلت أمة لعنت أختها حتى إذا ادارکوا فيها جميعا قالت أخريهم لأوليهم
ربنا هؤلاء أضلونا فآتهم عذابا ضعفا من النار لكل ضعف ولكن لا تعلمون ۝ 40 وقالت
أوليهم لأخريهم فما كان لكم علينا من فضل فذوقوا العذاب بما كنتم تكسبون ۝ 41 إن
الذين كذبوا بآياتنا واستكبروا لا تفتح لهم أبواب السماء ولا يدخلون الجنة حتى يلج الجمل
في سم الخياط وكذلك نجزي المجرمين ۝ 42 لهم من جهنم مهاد ومن فوقهم غواش وكذلك
نجزي الظالمين ۝ 43 والذين آمنوا وعملوا الصالحات (لا نكلف نفسا إلا وسعها) أولئك أصحاب
الجنة

الجنة هم فيها خالدون ۞ 44 ونزعنا ما في صدورهم من غل تجري من تحتهم الانهار وقالوا
الحمد لله الذي هدانا لهذا وما كنا لنهتدي لولا أن هدانا الله لقد جاءت رسل ربنا بالحق
ونودوا أن تلكم الجنة أورثتموها بما كنتم تعملون ۞ 45 ونادي أصحاب الجنة أصحاب النار
أن قد وجدنا ما وعدنا ربنا حقا فهل وجدتم ما وعد ربكم حقا قالوا نعم فأذن مؤذن بينهم أن
لعنة الله على الظالمين ۞ 46 الذين يصدون عن سبيل الله ويبغونها عوجا وهم بالآخرة
كافرون ۞ 47 وبينهما حجاب وعلى الأعراف رجال يعرفون كلا بسيماهم ونادوا أصحاب الجنة
أن سلام عليكم لم يدخلوها وهم يطمعون ۞ 48 وإذا صرفت أبصارهم تلقاء أصحاب النار قالوا ربنا لا
تجعلنا مع القوم الظالمين ۞ 49 ونادي أصحاب الأعراف رجالا يعرفونهم بسيماهم قالوا ما أغنى عنكم
جمعكم وما كنتم تستكبرون ۞ 50 أهؤلاء الذين أقسمتم لا ينالهم الله برحمة ادخلوا الجنة
لا خوف عليكم ولا أنتم تحزنون ۞ 51 ونادي أصحاب النار أصحاب الجنة أن أفيضوا علينا
من الماء أو مما رزقكم الله قالوا إن الله حرمهما على الكافرين ۞ 52 الذين اتخذوا دينهم
لهوا ولعبا وغرتهم الحيوة الدنيا فاليوم ننسيهم كما نسوا لقاء يومهم هذا وما كانوا بآياتنا يجحدون ۞
53 ولقد جئناهم بكتاب فصلناه على علم هدى ورحمة لقوم يؤمنون ۞ 54 هل ينظرون إلا
تأويله يوم يأتي تأويله يقول الذين نسوه من قبل قد جاءت رسل ربنا بالحق فهل لنا من شفعاء
فيشفعوا لنا أو نرد فنعمل غير الذي كنا نعمل قد خسروا أنفسهم وضل عنهم ما كانوا يفترون ۞
55 إن ربكم الله الذي خلق السموات والأرض في ستة أيام ثم استوى على العرش يغشي الليل
النهار يطلبه حثيثا والشمس والقمر والنجوم مسخرات بأمره ألا له الخلق والأمر تبارك الله رب
العالمين ۞ 56 ادعوا ربكم تضرعا وخفية إنه لا يحب المعتدين ۞ 57 ولا تفسدوا في الأرض
بعد إصلاحها وادعوه خوفا وطمعا إن رحمة الله قريب من المحسنين ۞ 58 وهو الذي يرسل
الرياح بشرا بين يدي رحمته حتى إذا أقلت سحابا ثقالا سقناه لبلد ميت فأنزلنا به الماء
فأخرجنا به من كل الثمرات كذلك نخرج الموتى لعلكم تذكرون ۞ 59 والبلد الطيب
يخرج نباته بإذن ربه والذي خبث لا يخرج إلا نكدا كذلك نصرف الآيات لقوم يشكرون ۞

In Nomine Dei Miſeratoris Miſericordis.

1. A. L. M. S. 2. Liber miſſus fuit ad te: ne ergo ſit in pectore tuo anguſtia ex eo (*quod timeas illum vulgare*) ut commineris per illum *Infidelibus*, & *ut ſit* monimentum fidelibus. 3. Sequimini quod demiſſum eſt ad vos à Domino veſtro: & ne ſectemini præter eum patronos *alios*. O quam *a* pauci commonefitis. 4. Et quot ex Urbibus perdidimus: venitque ad eas pœna noſtra noctu; vel *dum* ipſis *eſſent* meridies permites. Et non fuit deprecatio eorum, cùm veniſſet ad eos ſuppli-cium noſtrum, niſi quòd dixerunt: Certè nos fuimus iniqui. 6. Et quidem rationem exigemus ab iis, ad quos facta eſt miſſio *legatorum*, & profectò rationem exigemus *à legatis*, qui miſſi fuerunt. 7. Et quidem narrabimus illis cum ſcientia

a Parùm.

a Justitia. id, *quod fecerunt*: non enim fueramus absentes. 8. Et pondus *operum* die illa erit a justum; & cujus graves fuerint bilances *bonis operibus*, illi erunt felices. 9. Cujus verò leves fuerint bilances, hi sunt, qui pessumdederunt animas suas eo quòd in signa nostra iniquè se gesserint. 10. Et jam quidem collocavi-
b Pauci. mus vos in Terra; & posuimus vobis in ea victualia. O quàm *b* parùm gratias agitis. 11. Et jam quidem creavimus vos: deindè formavimus vos *in Adam*: deindè diximus Angelis: Adorate Adam: & adoraverunt. Sed Eblis non fuit ex adorantibus. 12. Dixit *illi Deus*: Quid retinuit te, ne adorares, cùm tibi præcepissem? Respondit: Ego sum excellentior illo. Creasti me ex igne; & creasti illum ex luto. 13. Dixit *illi Deus*: Descende ergo ab eo (*idest paradiso*) Non enim est tibi *conveniens*, ut superbè te geras in illo. Egredere jam: Certè tu eris ex pusillis. 14. Respondit *Eblis*: Especta me usque ad diem *in qua homines* resuscitabuntur. 15. Dixit *illi Deus*: Certè tu eris ex expectatis. 16. Respondit *Eblis*: Ob id, quod decepisti me, certè obsidebo illis (*idest hominibus*) viam tuam rectam. 17. Tùm sanè veniam ad eos à parte anteriori eorum, & à parte posteriori eorum, & à dextris eorum, & à sinistris eorum: & non invenies plerosque eorum gratias agentes. 18. Dixit *illi Deus*; Egredere eb eo, contemptus, & longè abactus *à misericordia mea*. 19. Certè, qui sequutus fuerit te ex illis, senè implebo Gehennam ex vobis universis. 20. Et, ò Adam, habita tu, & uxor tua Paradisum; & comedite undecunque volueritis; at ne appropinquetis huic arbori, ne sitis ex Iniquis. 21. Et insusurravit utrique Satanas, ut apparere faceret eis, quod occultatum fuerat ab eis de pudendis eorum: & dixit: Non prohibuit vobis Dominus vester hanc arborem, nisi ne essetis duo Angeli, aut, *ne* essetis ex perpetuò viventibus. 22. Et juravit eis, *dicens*: Certè ego sum vobis sanè ex rectè consulentibus. 23. Et dejecit eos per fallaciam. Cùmque gustassent arborem, apparuerunt illis pudenda eorum: & cæperunt consuere super se de foliis Paradisi. Et inclamavit ad eos Dominus eorum: An non prohibueram vobis hanc arborem: & dixeram vobis: Certè Satanas est vobis hostis manifestus? 24. Responderunt: Domine noster, iniquè tractabimus animas nostras: & si non peperceris nobis, & misertus fueris nobis, profectò erimus ex pereuntibus. 25. Dixit *illi Deus*: Descendite; alius vestrum alii hostis: & vobis erit in terram habitatio, & usus usque ad tempus. 26. Dixit: In ea vivetis, & in ea moriemini, & ex ea in *die resurrectionis* educemini. 27. O filii Adam, jam demisimus super vos amictum, qui cooperiret pudenda vestra: & vestem speciosam: sed amictus pietatis, hic est melior. Hoc est ex signis Dei, ut ipsi commonefiant. 28. O filii Adam, ne seducat vos Satanas, sicut ejecit parentes vestros ex paradiso, auferens ab eis indumentum eorum, ut ostenderet eis pudenda eorum: certè ipse videt vos, ipse, & socii ejus de unde non videtis eos. Nos sanè constituimus Satanas præsides eorum, qui non credunt. 29. Et cùm perpetraverint rem nefariam, dicent: Invenimus in hac patres nostros: & Deus præcepit nobis hoc. Dic: Certè Deus non præcipit nefaria. An dicitis de Deo, quod nescitis? 30. Dic: Præcepit Dominus meus justitiam: & statuite facies vestras versus omne Oratorium: & invocate eum puram exhibentes ei religionem. Sicut creavit vos *ex nihilo*; *ita resuscitabit* vos *extinctos*, *& ad eum* revertemini. 31. Partem *ex vobis* direxit: & partem justè adjudicatus fuit super eos error, quia ipsi acceperunt Satanas in patronos præter Deum, & existimant se esse directos. 32. O filii Adam, accipite ornamentum vestrum, *quo operiatis obscœnas partes vestras*, propè omne Oratorium, *in quo oraturi sitis*: & comedite, & bibite: & ne excedatis: quippe ipse non amat excedentes. 33. Dic: Quis prohibuit ornamentum Dei, quod protulit servis suis, & res bonas ex victu? Dic, Hæc *debentur* illis, qui credunt, in vita mundana; peculiariter die resurrectionis: Ita distinctè proponimus signa hominibus, qui sciunt. 34. Dic: Certè prohibuit Dominus meus res nefarias; quod apparet ex illis, & quod occultum est; & iniquitatem, & violentiam sine justitia: & ne associetis cum Deo id, de quo non demisit potestatem; & ne dicatis de Deo, quod nescitis. 35. Et omni gen-

ti meta *præfixa eſt* : cùm ergo venerit meta eorum, non procraſtinabunt unam horam, neque prævenient. 36. O filii Adam, certè venient ad vos legati *mei* ex vobis: exponent vobis ſigna mea: qui ergo timuerit *Deum*, & correxerit *opera ſua*, non erit timor ſuper eos, neque ipſi contriſtabuntur. 37. Qui verò mendacii inſimulaverint ſigna noſtra, & ſuperbè receſſerint ab eis: Illi erunt ſocii Ignis: ipſi in eo perpetuò manſuri. 38. Quis verò eſt iniquior, quàm qui comminiſcitur de Deo mendacium, aut falſitatem fingit in ſignis ejus? His continget portio eorum *ex bonis hujus mundi*, ex Libro *(ideſt quæ deſtinata fuit illis in libro, ſeu Tabula aſſervata apud Deum, in quo omnia ſcripta ſunt)* quoaduſque veniant ad eos legati noſtri *(ideſt Angeli mortis)* qui defungi facient eos. Dicent *illis*: Ubi ſunt, quos invocabatis, præter Deum? Reſpondebunt: Abſconderunt ſe à nobis. Et teſtes erunt contra animas ſuas, quod ipſi fuerunt infideles. 39. Dicet *illis Deus in die reſurrectionis*: Ingredimini cum gentibus, quæ jam præceſſerunt ante vos ex Geniis, & hominibus in Ignem. Quotieſcunque ingreſſa fuerit una gens *in Ignem*, maledicet ſororem ſuam *(ideſt aliam gentem anteriorem, à qua ſeducta fuit)* donec intraverint una poſt aliam in eum omnes. Dicent extremi eorum primis eorum *(ideſt aſſeclæ ſectariis)* Domine noſter, hi ſeduxerunt nos: da ergo illis pœnam duplicatam ex Igne. Reſpondebit *Deus*: Omnibus eſt duplicata: ſed *vos hoc* ignoratis. 40. Et dicent primi eorum extremis eorum *(i. ſectarii aſſeclis)* Non ergo eſt vobis ſupra nos, quid amplius: *nam utrique pares ſumus in pœna*. Guſtate ergo ſupplicium ob id, quod perpetraſtis. 41. Certè, qui mendacia commenti fuerint in ſignis noſtris, & ſuperbè receſſerint ab eis; non aperientur illis portæ Cœli: neque ingredientur Paradiſum, donec penetret Camelus per foramen acus: & ita remunerabimus ſceleſta patrantes. 42. Ipſis erit ex Gehenna lectulus; & de ſuper eos erunt operimenta *ex igne*, & ita remunerabimus iniqua agentes. 43. Qui verò crediderint, & fecerint recta (non gravabimus animam *præceptis*, niſi juxta capacitatem ejus) hi erunt ſocii Paradiſi: ipſi in eo perpetuò commoraturi. 44. Et abſtrahemus, quod erat in pectoribus eorum de ſimultate, *quam nutriebant inter ſe, dùm eſſent in mundo*. Current ſub ipſis flumina, & dicent: Laus Deo, qui direxit nos ad hoc: & non fuiſſemus *apti ex nobis*, ut dirigeremur, niſi direxiſſet nos Deus. Jam quidem venerunt legati Domini noſtri cum veritate. Et inclamabitur illis: iſte eſt Paradiſus, quem hæriditate accepiſtis ob id, quod operati eſtis. 45. Et clamabunt ſocii Paradiſi ad ſocios Ignis: jam invenimus, quod promiſit nobis Dominus noſter eſſe verum: an verò inveniſtis *vos etiam*, quod promiſit Dominus veſter, eſſe verum? Reſpondebunt: utique. Et clamabit præco inter eos: maledictio Dei ſuper iniquos. 46. Qui avertunt *homines* à ſemita Dei, & quærunt eam diſtorquere: & ipſi alteram vitam abnegantes. 47. Et inter utroſque erit velamen *(ideſt inter beatos, & damnatos)* & ſuper Alaraph *ſtabunt* viri, qui cognoſcent omnes *illos* ex ſignis eorum; & clamabunt ad habitatores Paradiſi: Pax ſuper vos. Non *tamen* intrabunt in eum, & ipſi *nihilominus* avidè cupient *intrare*. 48. Cùm autem converſi fuerint aſpectus eorum erga ſocios Ignis, dicent: Domine noſter, ne ponas nos cum gentibus iniquis. 49. Et clamabunt ſocii Alaraph *(ideſt, qui ſtant ſuper Alaraph)* ad viros *quoſdam poſitos in igne*, quos cognoſcent ex ſignis ipſorum, & dicent: Quid profuit vobis congregatio veſtra *opum, & familiæ*, & quod vos ipſos in ſuperbiam efferebatis? 50. An illis, quos jurabatis, quòd non ſuſcepturus eſſet Deus cum miſericordia ſua, *non dictum eſt nunc*: Ingredimini Paradiſum: non timor ſuper vos *erit*, neque vos contriſtabimini. 51. Et clamabunt ſocii Ignis ad ſocios Paradiſi: Effundite ſuper nos aliquid ex aqua, aut ex eo, quod præbuit in alimentum vobis Deus. Reſpondebunt *illi*: Certè Deus prohibuit utrumque pro infidelibus. 52. Qui acceperunt religionem ſuam in ludum, & jocum; & decepit eos vita mundana. Itaque hodie obliviſcemur eorum, ſicut *ipſi* obliti ſunt occurſus *diei* hujus, & ſicut ſigna noſtra abnegaverunt. 53. Et jam quidem attulimus illis *(ideſt Meccanis)* Librum *(ideſt Alcoranum)*: diſtinximus illum cum ſcientia, ad

directionem, & misericordiam hominibus, qui credunt. 54. An expectant, nisi interpretationem ejus? *(ideſt eventum eorum malorum, quæ prædicit)*. Die, qua veniet interpretatio ejus *(ideſt die reſurrectionis)* dicent ii, qui obliti fuerant ejus antea: Jam venerunt Legati Domini nostri cum veritate. An ergo erit nobis aliquis de interceſſoribus, ut intercedant pro nobis? An verò restituemur *in mundum*, ut operemur diversum ab eo, quod operabamur? Jam perdiderunt animas suas: & fugit eos *(ideſt obliti ſunt)* id, quod impiè cominiscebantur. 55. Certè Dominus vester est Deus, qui creavit Cœlos, & terram in sex diebus: deinde consedit super Thronum: facit, ut cooperiat nox diem: insequitur illum *(ideſt diem nox)* festinanter; & *creavit* solem, & lunam, & stellas humiliter subjectas imperio ejus. An non ipsius sunt creaturæ, & Imperium? Benedictus sit Deus Dominus *a* sæculorum. 56. Invocate Dominum vestrum cum supplicatione *(ideſt palam)* & occultè: ipse quippe non amat transgredientes *(nempe nimium vocem elevando in invocatione)*. 57. Et ne corrumpatis terram post instaurationem ejus: & invocate eum cum timore, & spe: nam misericordia Dei propinqua est benefacientibus. 58. Et ipse est, qui mittit ventos, nuncium faustum ante misericordiam suam, quoadusque portaverint nubem gravidam, quam adducamus ad regionem mortuam *(ideſt aridam)* & descendere faciamus ex ea aquam, per quam producamus ex omnibus fructibus. Ita egredi faciemus mortuos *è sepulcris suis*; ut vos commonefiatis: 59. *b* Et ex regione bona egredietur germen *bonum* per voluntatem Domini sui: & ea, quæ fuerit mala, non egredietur, nisi *malum*, & exiguum. Ita explicamus signa hominibus, qui gratias agunt.

a Mundorii.

b Et regio bona egredietur germen ejus.

NOTÆ.

Titulus Suræ est الاعراف Alaraph: quæ vox, quid significet, suo loco dicemus. Est autem Sura Meccana; nonnulli tamen excipiunt quinque, vel octo versus, quorum primus est, واسئلهم من القرية *Et interroga eos de Urbe*: reliqui verò, qui hunc immediatè sequuntur. Versus habet quinque, vel sex supra ducentos. Præmium Lectoris est: من قرء سورة الاعراف جعل الله يوم القيمة بينه وبين ابليس سترًا وكان ادم شفيعًا له يوم القيمة. *Qui legerit Suram Alaraph, ponet Deus inter eum, & inter Diabolum in die Resurrectionis velamen, Adam verò erit pro illo intercessor in die Resurrectionis.*

I. *A. L. M. S.*] Quid hi singulares characteres significent, Doctores Mahumetani se ignorare ingenuè fatentur: Quare Gelal eorum doctissimus scribit hìc, ut alibi. الله اعلم بمراده بذلك: *Deus optimè novit, quid sibi in his voluerit.*

VIII. *Et cujus graves fuerint bilances*]: De his bilancibus, seu stateris plura fabulantur Moslemi, tanquam de materialibus, verisque instrumentis ad ponderandum. Audi Algazelum in professione fidei Mahumetanæ. ويومن بالميزان ذى الكفتين وللسان وصفته فى العظم انه مثل طباق السموات والارض توزن فيه الاعمال بقدرة الله *Et credere debet* (Moslemus) *esse stateram habentem duas lances, & linguam* (i. Examen) *de qua asseritur esse tàm amplam, quanta est superficies Cælorum, & terræ: & trutinabuntur in ea opera per potentiam Dei.*

XI. *Et jam quidem creavimus vos*]. Recoquit crabem. Vide hæc eadem supra Sura 2.

XIII. *Descende ergo ab eo*] nimirùm, ut explicat Gelal: من الجنة وقيل من السموات *à Paradiso: vel juxta aliorum explicationem à Cælo.* Putant quippè Mahumetani, Paradisum hunc Adamiticum in septimo Cœlo reperiri.

XXII. *Apparuerunt illis pudenda eorum*]. Scribit Jahias, eosdem indumento crinium, seu comarum ab hujusmodi aspectu tectos fuisse, & addit قال رسول الله متى كان ادم رجلاً طوالاً كانه نخلة محوق كثير شعر الراس فلما وقع بما وقع بدت له عورته وكان لا يراها قبل ذلك فانطلق هاربًا فى الجنة فاخذت شجرة من شجر الجنة براسه فقال لها ارسلنى فقالت فمرسلك فناداه ربّه يا ادم امنّى تفر قال يا رب انى استحييك. *Dixit legatus Dei Mahumetus: Erat Adam valdè altus, velut palma sublimis, coma plurima in capite præditus: cumque cecidisset in peccatum, quod commisit, apparuit ei membrum pudendum suum, quod non videbat antea. Abiit igitur fugiens per paradisum; cujus quædam arbor apprehendit eum per caput. At ille dixit ei: Dimitte me. Respondit arbor: En dimitto te. Vocavitque eum Dominus suus dicens: Me ne fugis? Respondit Adam: Domine mi erubescebam à te videri.*

XXVII. *Ipse videt vos, de unde non videtis &c.*]

Hujus

Hujus rei eruſam tribuit Gelal, للطافة اجسادهم او عدم الوانهم *ſubtilitati, ac tenuitati corporum eorum: vel quia colore carent,*

XXXI. *Accipite ornatum veſtrum*] Gelal: ما يستر عوراتكم *quod cooperiat pudenda veſtra.* Hoc autem præcipitur عند الصلاة والطواف *quando orandum eſt, aut Templum Meccanum circumeundum:* nam teſte Alhaſano كان اهل الجاهلية يطوفون بالبيت عراة: *Meccani Ethnici circuibant Delubrum nudati.*

XXXIX. *Non ergo eſt nobis ſuprà vos quid amplius*] affert Zamchaſcerius lucem obſcuræ huic locutioni; عطفوا هذا الكلام على قول الله تعالى للسفلة لكل ضعف اى فقد ثبت ان لا فضل لكم علينا وانا متساوون فى استحقاق الضعف

Referuntur hæc verba ad id, quod dixerat Deus ultimis: Omnibus eſt pœna duplicata. Ac ſi dicant: Jam conſtat, vos nihil habere ampliùs, quàm nos: & nos pares eſſe vobis in duplici pœna commerenda.

XL. *Non aperientur illis portæ Cæli*] nimirum, ut explicat Gelal. اذا عرج بارواحهم اليها بعد الموت فيهبط بها الى سجين بخلاف المومن فيفتح له ويصعد بروحه الى السماء السابعة: *Cum aſcenderint animæ eorum in Cælum poſt mortem: ſed cadent inde in infimum inferni carcerem, nempè ſeptimum. E converſo fidelibus aperientur portæ Cæli, & intrabunt animæ eorum in ſeptimum Cælum*; in quo ſcilicet eſt Paradiſus. Sequentia autem verba: *donec penetret Camelus per foramen acus*, furtum ſunt ex Euangelio Matth. cap. 19.

XLVI. *Et ſuper Alaraph*] Jahias putat, idem eſſe حجاب *Velamen*, ac الاعراف *Alaraph*. Eſt autem Alaraph, juxta Gelal سور الجنة paries Paradiſi: qui ſcilicet medius eſt inter Paradiſum, & Gehennam, ſeu Tartarum, & utrumque ſeparat, aut diſtinguit. Ita Impoſtor in fabulam vertit *Chaos illud magnum inter Infernum, & Sinum Abrahæ firmatum*: de quo mentio fit in Euangelio Lucæ cap. 16. Sciendum autem eſt, Moſlemos credere Paradiſum eſſe in ſeptimo Cœlo; Gehennam autem in centro terræ: quod innuit Jahias hoc loco ſcribens: لان الجنة فى السماء والنار فى الارض: *Nam Paradiſus eſt in Cælo, Infernus autem in terra.* Porrò paries hic vocatur Alaraph à verbo عرف *Araphæ*, quod ſignificat cognoſcere: quia illi, qui ſtant ſuper eum, ut ait idem Jahias: تفسير يعرفون كلًّا بسيماهم قتادة يعرفون اهل الجنة ببياض وجوههم واهل النار بسواد وجوههم: *Cognoſcunt omnes ex ſignis ipſorum: & juxta expoſitionem Cottadæ, cognoſcunt Cælicolas ex candore faciei ipſorum, & gehennicolas ex nigrore faciei ipſorum.* Porrò viri illi, quos refert Alcoranus, ſtare ſuper Alaraph, ſunt juxta Gelal illi, استوت حسناتهم وسيئاتهم, *quorum opera bona æqualia fuerunt operibus eorum malis.* De his idem Auctor ex teſtimonio Ebn-Abbaſi, ipſiuſque Mahumeti ſubdit ſequentia: اصحاب الاعراف قوم غزوا بغير اذن ابآيهم فاستشهدوا فحبسوا عن الجنة لمعصيتهم ابآءهم وعن النار لشهادتهم وعن عبد الله ابن الحارث قال رسول الله صلعم ان احدًا جبل يحبنا ونحبه وانه يوم القيمة يمثل بين الجنة والنار يحتسبون عليه اقوام يعرفون كلًّا بسيماهم هم ان شاء الله من اهل الجنة واصحاب الاعراف هاهنا ملايكة رجالا: *Illi qui ſtant ſuper Alaraph, ſunt homines, qui in bello pugnaverunt abſque permiſſione parentum ſuorum, ibique martyres occuberunt: Detinentur autem ab ingreſſu Paradiſi propter inobedientiam erga parentes: nec detruduntur in ignem; quia martyrium ſubiere. Refert præterea Abdallah filius Alhareth, Mahumetum Prophetam dixiſſe: Ohod eſſe montem quemdam, qui amat nos, & amatur à nobis: hunc verò die reſſurrectionis conſtiturum inter Paradiſum & Tartarum; atque in eo detinendos eſſe quoſdam, qui cognoſcent omnes* [beatos, & damnatos] *ex ſignis ipſorum: hos autem, ſi Deus ita voluerit, futuros eſſe ex Cælicolis. Porrò hi, qui dicuntur ſtare ſuper Alaraph, ſunt* ἀνθρώγγελοι: ideſt, viri ſimul, & Angeli. Hoc autem impoſſibile eſt, niſi Mahumetani admittant myſterium Incarnationis, in quo duæ naturæ in una perſona, ſeu ſuppoſito uniuntur.

REFUTATIONES.

I. NUlla ratione poteſt intelligi, cur in Suris, quæ Mahumeto traditæ fuiſſe finguntur in Mecca, aliqui verſiculi ex traditis in Medina admiſceantur; & è converſo. Si dicant Moslemi, paucos illos verſus Medinenſe, in Meccanis inſertos, traditos fuiſſe Mahumeto, dùm eſſet in Medina, & è converſo: & deinde Suram, quæ in Mecca fuerat incœpta, in Mecca etiam abſolutam fuiſſe, in certis illis paucis verſibus, qui tempore intermedio in Medina traditi fuerant: Reſpondetur, id nullo modo fieri potuiſſe. Nam, cum pluſquam triginta Suræ ſint in Alcorano: cùm hac interpolatione verſiculorum; neceſſe fuiſſet, Mahumetum decimo illo, quo fuit in Medina, tricies

cies saltem in Meccam regressum fuisse, ter scilicet in anno; cùm ex historiis Moslemorum constet, vix ter, aut quater toto eo tempore illum in Meccam rediisse. Neque verò poterat toties hinc inde progredi, ac regredi, cùm Medinam à Mecca decem saltem dierum itinere distare omnes fateantur. Supereſt igitur, ut versiculi illi casu, ac temerè ab Alcorani collectoribus inserti fuerint: ex quo patet, Alcoranum librum esse prorsùs confusum, & prępostere consarcinatum. Huc accedit plures Suras dubiam habere inscriptionem, nimirum مكية او مدنية *Meccanam, aut Medinensem*. Et tamen Expositores fidenter asserunt, versus aliquot illius Suræ, de qua dubium est, utrum Mecçana sit, an Medinensis, Meccanos esse, aut Medinenses. Postremò peto à Moslemis, utrum Alcoranus hic, quem nunc habent, idem ille sit, qui delapsus fuit à Throno Dei ad Cœlum Lunæ, & traditus Mahumeto, an non? Si ille idem est: ergo Deus Auctor erit rei tàm confusæ, & inordinatæ. Sin minùs: ergo ipsi non habent verum Alcoranum.

II. Neque etiam intelligi potest quomodò in omnibus ferè Suris mentio fiat de Alcorano, tanquam libro integro, & absoluto, quem Mahumetus penes se ab initio ipso suæ prædicationis haberet, quandò Meccanos provocabat ad perscribendum Alcoranum similem suo, vel saltem aliquot Suras pares Suris illius: & nihilominùs asserant Mahumetani, illum è Cœlo Lunæ ad Mahumetum per Suras, & versiculos trium supra viginti annorum spatio transmissum fuisse. Et quidem vivente Mahumeto, Alcorani sententias nunquam in unum volumen collectas fuisse, citra dubitationem est: hoc enim tantummodò factum est post illius obitum, Abubacro jam imperante. Verùm de hoc fusè, & ex professo agitur in Tractatu de Alcorano, qui est in prima parte Prodromi.

III. De characteribus illis singularibus A. L. M. S. qui Suræ præferuntur, idem dicendum, quod de aliis similibus jam dictum est: nempè inutiles esse, prorsusque ociosos, cum juxta Gelalem, solus Deus illorum significationem sciat: cæteri verò prorsùs ignorent. Hoc tamen loco divinare se putavit quidam acutioris ingenii Mahumetanus, exponendo eosdem characteres الله جبرايبل محمد ص: *Deus*: *Gabriel*: *Mahumetus*, *super quem sit Dei benedictio*, *& pax*.

IV. Nimis absurdum, ac ridiculum est, putare, bona, vel mala mortalium opera, materiali aliqua statera in supremo judicio esse trutinanda. Bonitas enim, ac malitia humanorum operum, est quid immateriale, & intellectu tantummodò perceptibile. Verùm, ut magnam in hoc crassitiem Moslemi ostendant: majorem tamen in illa duarum lancium portentosa amplitudine demonstrant. Si enim non solùm terræ, sed etiam Cœli superficiem exæquant: quomodò in valle Josaphat, seu in alio quolibet loco, ubi homines judicandi sint, recipi poterunt, vel appendi?

V. Jam suprà in Sura 2. ea rejecimus, quæ de adoratione Angelorum erga Adam, & de ejusdem Adæ creatione, & peccato Alcoranus fabulosè confingit. Illud omiseram, videri Mahumetum sentire, protoplastos, antequam peccarent, genitalibus membris caruisse. Nam verbum يبدء non est idem, ac يظهر nempe, *apparere*, *ac manifestari*, ut exponit Gelal: Sed *de novo incipere*, *& primò esse*, *vel existere*. Et quidem ridiculum est effugium Jahiæ, ad الضفر *crines*, vel *comas implexas*, sive intelligat comas capitis, sive crines pubis circa genitalia. Nam, si id fuisset, non erat, cur pro iisdem genitalibus tegendis, ad arborum folia recurrerent.

VI. Falsum est, Protoplastos à Deo interrogatos post peccatum, respondisse confitendo peccatum suum, & misericordiam, atque indulgentiam pro eo postulasse. Imò excusavit, quantum potuit uterque culpam suam, dùm Adam in Hevam, Heva verò in serpentem illam rejecit: ut patet ex lib. Genes. cap. 3. neque veniam ullam, aut misericordiam imploraſſe leguntur.

VII. Magnum prorsus figmentum est paries ille, seu mons, qui homines amat, & ab iisdem amatur, & Paradisum, ac Gehennam intermedius disjungit. Quis enim putet, vel somniet montem amare, vel amari? Porrò cum Paradisus, juxta Mahumetanos sit in septimo Cœlo, gehenna verò in centro terræ: quid opus est pariete intermedio: & quomodò potest paries hic consistere, vel excogitari? Si Moslemi symbolicè, ac mysticè hæc intelligerent, possent fortasse piè, sanèque explicari. Verùm ita materialiter accipiunt; ut, si quis ad allegoriam, vel mysterium velit detorquere, impietatis, atque hæreseos notam illi inurant.

VIII. Viri illi, seu Virangeli, qui stant super parietem Alaraph; & neque Paradisum, neque Gehennam ingrediuntur; & per consequens nec felicitate Beatorum fruuntur, nec damnatorum pœna torquentur, asseruntur esse illi, quorum opera bona, ac mala, paria, & æqualia omnino fuerunt. Verùm, quemnam reperias, cujus opera mala ita bonis paria sint, ut nullus utrinque excessus reperiatur? Sed esto id possit evenire; non tamen potest status neutralis sive hominum, sive Angelorum consistere. Nam in sententia sacrarum scripturarum, & ipsorum etiam Moslemorum, sicut potest aliquis, qui per plures annos scelestè vixerit, unius diei pœnitentia, bonisque operibus peccata omnia delere, atque æternam consequi felicitatem: ita qui per omnes vitæ suæ annos sanctissimè vixerit, si postea unica tantùm die, vel etiam hora improbus, ac scelestus fuerit, omnia opera sua perdet, & in gehennam detrudetur, Si in eo statu mortuus fuerit. In eo scilicet, quod spectat ad salutem, vel damnationem æternam, non tàm attenditur, in quo quis statu vixerit; quàm, in quo vitam absolverit. Audi Deum ipsum per Ezechielem Prophetam cap. 33. ita loquentem. *Justitia Justi non liberabit eum, in quocunque die peccaverit: Omnes justitiæ ejus oblivioni tradentur; & impietas impii non nocebit ei, in quocunque die*

die converſus fuerit ab impietate ſua: omnia peccata, quæ peccavit, non imputabuntur ei: Hoc cùm ita ſit, certum etiam eſt, non poſſe hominem aliquem ita vitam abſolvere, ut moriens, æquè bonus ſit, ac malus: debet enim mori, vel in ſtatu peccati, vel in ſtatu gratiæ: & hic ſtatus attendendus eſt ad hoc, ut quis æternam ſalutem conſequatur, vel in æternum pereat. Vide quæ circa hæc eadem dicta ſunt in Prodr. p. 4. cap. ult. pag. 584. &c.

IX. Non eſt prætereundum, quod §. 52. innuitur, totum Alcoranum, diſtinctè concinnatum, & perfectum exhibitum fuiſſe Meccanis hoc tempore, quo nondum Mahumetus Medinam migraverat. Hoc verò apertè pugnat cum eo, quod communiter tenent de ejuſdem Alcorani traditione: ut in Prolegomenis, & alibi dictum eſt.

Textus Alcorani.

لَقَدْ أَرْسَلْنَا نُوحًا إِلَىٰ قَوْمِهِ فَقَالَ يَا قَوْمِ اعْبُدُوا اللَّهَ مَا لَكُمْ مِنْ إِلَٰهٍ غَيْرُهُ إِنِّي أَخَافُ عَلَيْكُمْ
عَذَابَ يَوْمٍ عَظِيمٍ ۝ 61 قَالَ الْمَلَأُ مِنْ قَوْمِهِ إِنَّا لَنَرَاكَ فِي ضَلَالٍ مُبِينٍ ۝ 62 قَالَ يَا قَوْمِ لَيْسَ
بِي ضَلَالَةٌ وَلَٰكِنِّي رَسُولٌ مِنْ رَبِّ الْعَالَمِينَ ۝ 63 أُبَلِّغُكُمْ رِسَالَاتِ رَبِّي وَأَنْصَحُ لَكُمْ وَأَعْلَمُ مِنَ
اللَّهِ مَا لَا تَعْلَمُونَ ۝ 64 أَوَعَجِبْتُمْ أَنْ جَاءَكُمْ ذِكْرٌ مِنْ رَبِّكُمْ عَلَىٰ رَجُلٍ مِنْكُمْ لِيُنْذِرَكُمْ
وَلِتَتَّقُوا وَلَعَلَّكُمْ تُرْحَمُونَ ۝ 65 فَكَذَّبُوهُ فَأَنْجَيْنَاهُ وَالَّذِينَ مَعَهُ فِي الْفُلْكِ وَأَغْرَقْنَا
الَّذِينَ كَذَّبُوا بِآيَاتِنَا إِنَّهُمْ كَانُوا قَوْمًا عَمِينَ ۝ 66 وَإِلَىٰ عَادٍ أَخَاهُمْ هُودًا قَالَ يَا قَوْمِ اعْبُدُوا اللَّهَ مَا
لَكُمْ مِنْ إِلَٰهٍ غَيْرُهُ أَفَلَا تَتَّقُونَ ۝ 67 قَالَ الْمَلَأُ الَّذِينَ كَفَرُوا مِنْ قَوْمِهِ إِنَّا لَنَرَاكَ فِي سَفَاهَةٍ
وَإِنَّا لَنَظُنُّكَ مِنَ الْكَاذِبِينَ ۝ 68 قَالَ يَا قَوْمِ لَيْسَ بِي سَفَاهَةٌ وَلَٰكِنِّي رَسُولٌ مِنْ رَبِّ الْعَالَمِينَ ۝
69 أُبَلِّغُكُمْ رِسَالَاتِ رَبِّي وَأَنَا لَكُمْ نَاصِحٌ أَمِينٌ ۝ 70 أَوَعَجِبْتُمْ أَنْ جَاءَكُمْ ذِكْرٌ مِنْ رَبِّكُمْ
عَلَىٰ رَجُلٍ مِنْكُمْ لِيُنْذِرَكُمْ وَاذْكُرُوا إِذْ جَعَلَكُمْ خُلَفَاءَ مِنْ بَعْدِ قَوْمِ نُوحٍ وَزَادَكُمْ فِي الْخَلْقِ
بَصْطَةً فَاذْكُرُوا آلَاءَ اللَّهِ لَعَلَّكُمْ تُفْلِحُونَ ۝ 71 قَالُوا أَجِئْتَنَا لِنَعْبُدَ اللَّهَ وَحْدَهُ وَنَذَرَ مَا كَانَ
يَعْبُدُ آبَاؤُنَا فَأْتِنَا بِمَا تَعِدُنَا إِنْ كُنْتَ مِنَ الصَّادِقِينَ ۝ 72 قَالَ قَدْ وَقَعَ عَلَيْكُمْ مِنْ رَبِّكُمْ
رِجْسٌ وَغَضَبٌ أَتُجَادِلُونَنِي فِي أَسْمَاءٍ سَمَّيْتُمُوهَا أَنْتُمْ وَآبَاؤُكُمْ مَا نَزَّلَ اللَّهُ بِهَا مِنْ سُلْطَانٍ فَانْتَظِرُوا
إِنِّي مَعَكُمْ مِنَ الْمُنْتَظِرِينَ ۝ 73 فَأَنْجَيْنَاهُ وَالَّذِينَ مَعَهُ بِرَحْمَةٍ مِنَّا وَقَطَعْنَا دَابِرَ الَّذِينَ كَذَّبُوا
بِآيَاتِنَا وَمَا كَانُوا مُؤْمِنِينَ ۝ 74 وَإِلَىٰ ثَمُودَ أَخَاهُمْ صَالِحًا قَالَ يَا قَوْمِ اعْبُدُوا اللَّهَ مَا لَكُمْ مِنْ إِلَٰهٍ
غَيْرُهُ قَدْ جَاءَتْكُمْ بَيِّنَةٌ مِنْ رَبِّكُمْ هَٰذِهِ نَاقَةُ اللَّهِ لَكُمْ آيَةً فَذَرُوهَا تَأْكُلْ فِي أَرْضِ اللَّهِ وَلَا
تَمَسُّوهَا بِسُوءٍ فَيَأْخُذَكُمْ عَذَابٌ أَلِيمٌ ۝ 75 وَاذْكُرُوا إِذْ جَعَلَكُمْ خُلَفَاءَ مِنْ بَعْدِ عَادٍ وَبَوَّأَكُمْ
فِي الْأَرْضِ تَتَّخِذُونَ مِنْ سُهُولِهَا قُصُورًا وَتَنْحِتُونَ الْجِبَالَ بُيُوتًا فَاذْكُرُوا آلَاءَ اللَّهِ وَلَا تَعْثَوْا فِي الْأَرْضِ
مُفْسِدِينَ ۝ 76 قَالَ الْمَلَأُ الَّذِينَ اسْتَكْبَرُوا مِنْ قَوْمِهِ لِلَّذِينَ اسْتُضْعِفُوا لِمَنْ آمَنَ مِنْهُمْ أَتَعْلَمُونَ
أَنَّ صَالِحًا مُرْسَلٌ مِنْ رَبِّهِ قَالُوا إِنَّا بِمَا أُرْسِلَ بِهِ مُؤْمِنُونَ ۝ 77 قَالَ الَّذِينَ اسْتَكْبَرُوا إِنَّا بِالَّذِي
آمَنْتُمْ بِهِ كَافِرُونَ ۝ 78 فَعَقَرُوا النَّاقَةَ وَعَتَوْا عَنْ أَمْرِ رَبِّهِمْ وَقَالُوا يَا صَالِحُ ائْتِنَا بِمَا تَعِدُنَا إِنْ كُنْتَ
مِنَ الْمُرْسَلِينَ ۝ 79 فَأَخَذَتْهُمُ الرَّجْفَةُ فَأَصْبَحُوا فِي دَارِهِمْ جَاثِمِينَ ۝ 80 فَتَوَلَّىٰ عَنْهُمْ وَقَالَ يَا قَوْمِ

لَقَدْ

لقد ابلغتكم رسالة ربي ونصحت لكم ولكن لا تحبون الناصحين ۝ 81 ولوطا اذ قال
لقومه اتاتون الفاحشة ما سبقكم بها من احد من العالمين ۝ 82 اينكم لتاتون الرجال شهوة
من دون النساء بل انتم قوم مسرفون ۝ 83 وما كان جواب قومه الا ان قالوا اخرجوهم من
قريتكم انهم اناس يتطهرون ۝ 84 فانجيناه واهله الا امراته كانت من الغابرين ۝
85 وامطرنا عليهم مطرا فانظر كيف كان عاقبة المجرمين ۝ 86 والى مدين اخاهم شعيبا قال
يا قوم اعبدوا الله ما لكم من اله غيره قد جاءتكم بينة من ربكم فاوفوا الكيل والميزان
ولا تبخسوا الناس اشياءهم ولا تفسدوا في الارض بعد اصلاحها ذلكم خير لكم ان كنتم
مومنين ۝ 87 ولا تقعدوا بكل صراط توعدون وتصدون عن سبيل الله من امن به وتبغونها
عوجا واذكروا ان كنتم قليلا فكثركم وانظروا كيف كان عاقبة المفسدين ۝ 88 وان كان
طايفة منكم امنوا بالذي ارسلت به وطايفة لم يومنوا فاصبروا حتى يحكم الله بيننا وهو خير
الحاكمين ۝ 89 قال الملا الذين استكبروا من قومه لنخرجنك يا شعيب والذين امنوا معك
من قريتنا او لتعودن في ملتنا قال اولو كنا كارهين ۝ 90 قد افترينا على الله كذبا ان عدنا
في ملتكم بعد اذ نجينا الله منها وما يكون لنا ان نعود فيها الا ان يشاء الله ربنا وسع كل شيء
علما على الله توكلنا ربنا افتح بيننا وبين قومنا بالحق وانت خير الفاتحين ۝ 91 وقال الملا
الذين كفروا من قومه لئن اتبعتم شعيبا انكم اذا لخاسرون ۝ 92 فاخذتهم الرجفة فاصبحوا
في دارهم جاثمين ۝ 93 الذين كذبوا شعيبا كان لم يغنوا فيها الذين كذبوا شعيبا كانوا هم
الخاسرين ۝ 94 فتولى عنهم وقال يا قوم لقد ابلغتكم رسالات ربي ونصحت لكم فكيف اسى
على قوم كافرين ۝ 95 وما ارسلنا في قرية من نبي الا اخذنا اهلها بالباساء والضراء لعلهم
يضرعون ۝ 96 ثم بدلنا مكان السيية الحسنة حتى عفوا وقالوا قد مس ابآءنا الضراء والسراء
فاخذناهم بغتة وهم لا يشعرون ۝ 97 ولو ان اهل القرى امنوا واتقوا لفتحنا عليهم بركات
من السماء والارض ولكن كذبوا فاخذناهم بما كانوا يكسبون ۝ 98 افامن اهل القرى ان
ياتيهم باسنا بياتا وهم نايمون ۝ 99 اوامن اهل القرى ان ياتيهم باسنا ضحى وهم يلعبون ۝
100 افامنوا مكر الله فلا يامن مكر الله الا القوم الخاسرون ۝ 101 اولم يهد للذين
يرثون الارض من بعد اهلها ان لو نشاء اصبناهم بذنوبهم ونطبع على قلوبهم فهم لا يسمعون ۝
102 تلك القرى نقص عليك من انبايها ولقد جاءتهم رسلهم بالبينات فما كانوا ليومنوا بما كذبوا
من قبل كذلك يطبع الله على قلوب الكافرين ۝ 103 وما وجدنا لاكثرهم من عهد
وان وجدنا اكثرهم لفاسقين ۝ 104 ثم بعثنا من بعدهم موسى بايتنا الى فرعون وملايه
فظلموا بها فانظر كيف كان عاقبة المفسدين ۝ 105 وقال موسى يا فرعون اني رسول من رب
العالمين ۝

العالمين ۞ 106 حقيق علي أن لا أقول على الله الا الحق قد جيتكم ببينة من ربكم فارسل معي
بني إسرايل قال إن كنت جيت بأية فات بها إن كنت من الصادقين ۞ 107 فالقى عصاه
فاذا هي ثعبان مبين ۞ 108 ونزع يده فاذا هي بيضاء للناظرين ۞ 109 قال الملا من قوم
فرعون إن هذا لساحر عليم ۞ 110 يريد أن يخرجكم من أرضكم فماذا تامرون ۞
111 قالوا أرجه وأخاه وأرسل في المدائن حاشرين ۞ 112 ياتوك بكل ساحر عليم ۞
113 وجاء السحرة فرعون ۞ 114 قالوا إن لنا لاجرا إن كنا نحن الغالبين ۞ 115 قال نعم
وإنكم لمن المقربين ۞ 116 قالوا يا موسى إما أن تلقي وإما أن نكون نحن الملقين ۞
117 قال القوا فلما القوا سحروا أعين الناس واسترهبوهم وجاوا بسحر عظيم ۞ 118 وأوحينا إلى
موسى أن ألق عصاك فاذا هي تلقف ما يافكون ۞ 119 فوقع الحق وبطل ما كانوا يعملون ۞
120 فغلبوا هنالك وانقلبوا صاغرين ۞ 121 والقي السحرة ساجدين ۞ 122 قالوا امنا برب
العالمين ۞ 123 رب موسى وهرون ۞ 124 قال فرعون امنتم به قبل أن اذن لكم إن هذا
لمكر مكرتموه في المدينة لتخرجوا منها أهلها فسوف تعلمون ۞ 125 لاقطعن أيديكم
وأرجلكم من خلاف ثم لاصلبنكم أجمعين ۞ 126 قالوا إنا إلى ربنا منقلبون ۞ 127 وما
تنقم منا إلا أن امنا بايات ربنا لما جاءتنا ربنا افرغ علينا صبرا وتوفنا مسلمين ۞ 128 وقال الملا
من قوم فرعون اتذر موسى وقومه ليفسدوا في الارض ويذرك والهاتك قال سنقتل ابناءهم ونستحي
نساءهم وإنا فوقهم قاهرون ۞ 129 قال موسى لقومه استعينوا بالله واصبروا إن الارض لله يورثها
من يشاء من عباده والعاقبة للمتقين ۞ 130 قالوا اوذينا من قبل أن تاتينا ومن بعد ما جيتنا
قال عسى ربكم أن يهلك عدوكم ويستخلفكم في الارض فينظر كيف تعملون ۞
131 ولقد أخذنا ال فرعون بالسنين ونقص من الثمرات لعلهم يذكرون ۞ 132 فاذا جاءتهم
الحسنة قالوا لنا هذه وإن تصبهم سيية يطيروا بموسى ومن معه الا إنما طايرهم عند الله ولكن
أكثرهم لا يعلمون ۞ 133 وقالوا مهما تاتنا به من اية لتسحرنا بها فما نحن لك بمومنين ۞
134 فارسلنا عليهم الطوفان والجراد والقمل والضفادع والدم اياة مفصلات فاستكبروا وكانوا قوما
مجرمين ۞ 135 ولما وقع عليهم الرجز قالوا يا موسى ادع لنا ربك بما عهد عندك لين كشفت
عنا الرجز لنومنن لك ولنرسلن معك بني إسراءيل فلما كشفنا عنهم الرجز إلى أجل هم بالغوه
إذا هم ينكثون ۞ 136 فانتقمنا منهم فاغرقناهم في اليم بانهم كذبوا باياتنا وكانوا عنها
غافلين ۞ 137 واورثنا القوم الذين كانوا يستضعفون مشارق الارض ومغاربها التي باركنا فيها
وتمت كلمة ربك الحسنى على بني إسراءيل بما صبروا ودمرنا ما كان يصنع فرعون وقومه وما كانوا
يعرشون ۞ 138 وجاوزنا ببني إسراءيل البحر فاتوا على قوم يعكفون على أصنام لهم قالوا يا موسى
اجعل

اجعل لنا الها كما لهم الهة قال انكم قوم تجهلون ۝ 139 ان هولاء متبر ما هم فيه
وباطل ما كانوا يعملون ۝ 140 قال اغير الله ابغيكم الها وهو فضلكم على العالمين ۝
141 واذ انجيناكم من ال فرعون يسومونكم سوء العذاب يقتلون ابناءكم ويستحيون نساءكم
وفي ذلكم بلاء من ربكم عظيم ۝ 142 ووعدنا موسى ثلثين ليلة واتممناها بعشر فتم
ميقات ربه اربعين ليلة وقال موسى لاخيه هرون اخلفني في قومي واصلح ولا تتبع سبيل
المفسدين ۝ 143 ولما جاء موسى لميقاتنا وكلمه ربه قال رب ارني انظر اليك قال لن تراني
ولكن انظر الى الجبل فان استقر مكانه فسوف تراني فلما تجلى ربه للجبل جعله دكا
وخر موسى صعقا فلما افاق قال سبحانك تبت اليك وانا اول المومنين ۝ 144 قال يا موسى اني
اصطفيتك على الناس برسلاتي وبكلامي فخذ ما اتيتك وكن من الشاكرين ۝ 145 وكتبنا
له في الالواح من كل شيء موعظة وتفصيلا لكل شيء فخذها بقوة وامر قومك ياخذوا باحسنها
ساوريكم دار الفاسقين ۝ 146 ساصرف عن اياتي الذين يتكبرون في الارض بغير الحق وان
يروا كل اية لا يومنوا بها وان يروا سبيل الرشد لا يتخذوه سبيلا وان يروا سبيل الغي يتخذوه
سبيلا ذلك بانهم كذبوا باياتنا وكانوا عنها غافلين ۝ 147 والذين كذبوا باياتنا ولقاء الاخرة
حبطت اعمالهم هل يجزون الا ما كانوا يعملون ۝ 148 واتخذ قوم موسى من بعده من حليهم
عجلا جسدا له خوار الم يروا انه لا يكلمهم ولا يهديهم سبيلا اتخذوه وكانوا ظالمين ۝ 149 ولما
سقط في ايديهم ورا انهم قد ضلوا قالوا لين لم يرحمنا ربنا ويغفر لنا لنكونن من الخاسرين ۝
150 ولما رجع موسى الى قومه غضبان اسفا قال بيس ما خلفتموني من بعدي اعجلتم امر ربكم
والقى الالواح واخذ براس اخيه يجره اليه قال ابن ام ان القوم استضعفوني وكادوا يقتلونني فلا
تشمت بي الاعداء ولا تجعلني مع القوم الظالمين ۝ 151 قال رب اغفر لي ولاخي وادخلنا في
رحمتك وانت ارحم الراحمين ۝ 152 ان الذين اتخذوا العجل سينالهم غضب من ربهم وذلة
في الحيوة الدنيا وكذلك نجزي المفترين ۝ 153 والذين عملوا السيات ثم تابوا من بعدها
وامنوا ان ربك من بعدها لغفور رحيم ۝ 154 ولما سكت عن موسى الغضب اخذ الالواح وفي
نسختها هدى ورحمة للذين هم لربهم يرهبون ۝ 155 واختار موسى قومه سبعين رجلا لميقاتنا
فلما اخذتهم الرجفة قال رب لو شيت اهلكتهم من قبل واياي اتهلكنا بما فعل السفهاء منا ان
هي الا فتنتك تضل بها من تشاء وتهدي من تشاء انت ولينا فاغفر لنا وارحمنا وانت خير
الغافرين ۝ 156 واكتب لنا في هذه الدنيا حسنة وفي الاخرة انا هدنا اليك قال عذابي
اصيب به من اشاء ورحمتي وسعت كل شيء فساكتبها للذين يتقون ۝ 157 ويوتون الزكوة
والذين هم باياتنا يومنون ۝ 158 الذين يتبعون الرسول النبي الامي الذي يجدونه مكتوبا
عندهم

عندهم في التوراة والانجيل يامرهم بالمعروف وينهيهم عن المنكر ويحل لهم الطيبات ويحرم
عليهم الخبايث ويضع عنهم اصرهم والاغلال التي كانت عليهم فالذين امنوا به وعزروه ونصروه واتبعوا
النور الذي انزل معه اولئك هم المفلحون ۞ 159 قل يا ايها الناس اني رسول الله اليكم
جميعا الذي له ملك السموات والارض لا اله الا هو يحيي ويميت فامنوا بالله ورسوله النبي
الامي الذي يومن بالله وكلماته واتبعوه لعلكم تهتدون ۞ 160 ومن قوم موسى امة يهدون
بالحق وبه يعدلون ۞ 161 وقطعناهم اثنتي عشرة اسباطا امما واوحينا الى موسى ان استسقيه قومه
ان اضرب بعصاك الحجر فانبجست منه اثنتا عشرة عينا قد علم كل اناس مشربهم وظللنا عليهم
المن والسلوى كلوا من طيبات ما رزقناكم وما ظلمونا ولكن كانوا انفسهم يظلمون ۞
162 واذ قيل لهم اسكنوا هذه القرية وكلوا منها حيث شيتم وقولوا حطة وادخلوا الباب
سجدا نغفر لكم خطياكم سنزيد المحسنين ۞ 163 فبدل الذين ظلموا منهم قولا غير الذي
قيل لهم فارسلنا عليهم رجزا من السماء بما كانوا يظلمون ۞ 164 واسلهم عن القرية التي كانت
حاضرة البحر اذ يعدون في السبت اذ تاتيهم حيتانهم يوم سبتهم شرعا ويوم لا يسبتون لا تاتيهم
كذلك نبلوهم بما كانوا يفسقون ۞ 165 واذ قالت امة منهم لم تعظون قوما الله مهلكهم
عذابا شديدا قالوا معذرة الى ربكم ولعلهم يتقون ۞ 166 فلما نسوا ما ذكروا به انجينا
الذين ينهون عن السوء واخذنا الذين ظلموا بعذاب بيس بما كانوا يفسقون ۞ 167 فلما عتوا عن
ما نهوا عنه قلنا لهم كونوا قردة خاسين ۞

Verſio Latina.

60. JAm quidem legavimus Noe ad gentem ſuam: dixitque: O populę meus, ſervite Deo: non eſt vobis Deus aliquis præter eum. Certè ego timeo ſuper vos pœnam diei magnę. 61. Reſponderunt Primates è gente ejus: Nos certè videmus te in errore manifeſto. 62. Dixit *ille*: O populę meus, non eſt in me error. Verumtamen ego ſum legatus à Domino *a* ſęculorum. 63. Pervenire facio ad vos mandata, Epiſtolas Domini mei, & benè conſulo vobis: nam ſcio à Deo, quos neſcitis *vos*. 64. An verò miramini, quòd venerit ad vos commonitio à Domino veſtro per virum ex vobis, ut comminetur vobis, & ut timeatis, & ut vos miſericordiam conſequamini? 65. At verò mendacii redarguerunt eum. Sed liberavimus eum, & eos, qui erant cum illo in Arca: & demerſimus eos, qui falſitatis inſimulabant ſigna noſtra: quippe ipſi erant homines cæci. 66. Et *legavimus* ad *poſteros* Aad fratrem eorum Hud. Dixit: O populę meus, ſervite Deo: Non eſt vobis ullus Deus præter eum: an ergo non timebitis *eum*? 67. Reſponderunt Primates, qui erant infideles ex gente ejus: Certè nos videmus te in ſtultitia: & profectò nos exiſtimamus te ex mendacibus. 68. Dixit *ille*: O populę meus, non in ſtultitia: ſed ego ſum legatus à Domino *b* ſęculorum. 69. Defero ad vos commiſſiones Domini mei: & ego ſum vobis Conſiliarius fidelis. 70. An verò admiramini, quòd venerit ad vos commonitio à Domino veſtro per virum ex vobis, ut prædicaret vobis? atqui mementote, cùm poſuit vos ſucceſſores poſt gentem Noe, & auxit vos in creatione extenſione *ſtaturæ*. Recordamini porrò beneficiorum Dei, ut vos felices ſitis. 71. Reſponderunt: An veniſtis ad nos,

a Mundorū.

b Mundorū.

ut colamus Deum unum, & relinquamus, quod coluerunt patres noſtri? Verùm fac, ut veniat ad nos id, quod comminaris nobis, ſi es ex veracibus. 72. Dixit *ille*: Mox cadet ſuper vos à Domino veſtro ſupplicium, & ira. An diſceptabitis mecum de nominibus *deorum veſtrorum*, quæ nominaſtis vos, & patres veſtri; non revelavit Deus circa ea ullam facultatem? Atqui expectate *ob hoc pœnam*; nam ego ero vobiſcum ex expectantibus. 73. Liberavimus itaque eum, & eos, qui erant cum eo per miſericordiam ex nobis; & abſcidimus extremum eorum, qui falſitatem commenti ſunt in ſignis noſtris, & non fuerunt credentes. 74. Et ad *populum* Themud *miſimus* fratrem eorum Saleh. Dixit: O populo mi, colite Deum: non eſt vobis ullus Deus præter eum. Jam venit ad vos demonſtratio clara à Domino veſtro; hæc camela Dei eſt vobis in ſignum: dimittite igitur illam, ut comedat in terra Dei; & ne attingatis eam cum nocumento, ne apprehendat vos pœna dolorifica. 75. Et mementote, cùm poſuit vos ſucceſſores poſt *gentem* Aad; & habitationem dedit vobis in terra, ut conſtrueretis ex planitie ejus arces, & exſcinderetis montes in domos. Recordamini igitur beneficiorum Dei, & ne pravè agatis terram corrumpentes. 76. Dixerunt Primates, qui in ſuperbiam ſe extulerant è populo ejus, illis, qui erant tenuiores, *nimirùm* iis, qui crediderant ex eis: An ſcitis, quòd Saleh miſſus fuerit à Domino ſuo? Reſponderunt: Nos certè in id, pro quo miſſus fuit, ſumus credentes. 77. Dixerunt illi, qui in ſuperbiam ſeſe extulerant: nos porrò in id, quod credidiſtis, non ſumus credentes. 78. Et præciderunt pedes camelæ, & deſciverunt à præcepto Domini ſui, & dixerunt: O Saleh, fac, ut veniat ad nos id, quod comminaris nobis, ſi es ex miſſis *à Deo*. 79. Et invaſit eos terræmotus; & manè apparuerunt in habitaculo ſuo proſtrati, *ac mortui*. 80. Et receſſit ab eis *Saleh*, & dixit: O populo meus, jam quidem pervenire feci ad vos commiſſionem Domini mei; & rectè conſului vobis: Sed *vos* non amatis rectè conſulentes. 81. Et *memento* Lot, cùm dixit populo ſuo: An perpetratis flagitium, in quo non præivit vobis ullus ex *omnibus a* ſæculis. 82. An vos porrò accedítis ad viros libidinosè præter mulieres? Atqui vos eſtis homines excedentes *omnes honeſtatis limites*. 83. Sed non fuit reſponſio gentis ejus, niſi quod dixerunt *inter ſe*: Ejicite eos ex urbe veſtra: quippe ipſi ſunt homines, qui ſe puros ſervant *à flagitiis noſtris*. 84. Liberavimus itaque eum, & familiam ejus; ſed uxor ejus fuit ex remanentibus *in pœna*. 85. Et pluimus ſuper eos pluviam. Vide igitur, quomodò fuerit finis ſceleratorum. 86. Et ad *gentem* Madiam *legavimus* fratrem eorum Scioaib, *qui* dixit *eis*: O populo meus, colite Deum: non eſt vobis ullus Deus præter eum. Jam venit ad vos demonſtratio clara à Domino veſtro. Complete itaque modium, & ſtateram; & ne detrahatis *quidquam de juſto pondere* hominibus in rebus eorum: & ne corrumpatis terram poſt inſtaurationem ejus. Hoc erit melius vobis, ſi eſtis credentes. 87. Et ne obſideatis omnem viam, *ita ut* comminemini *victoribus*, & avertatis à ſemita Dei, eum qui crediderit in illum, & quæratis eam diſtorquere: Et mementote, cùm eſſetis pauci, & multiplicavit vos *Deus*: & aſpicite, qualis fuerit finis corrumpentium *terram*. 88. Quòd, ſi pars ex vobis crediderint in id, propter quod miſſus ſum, pars verò non crediderint: patienter expectate, donec judicet Deus inter nos: nam ipſe eſt optimus judicantium. 89. Reſponderunt Primates, qui in ſuperbiam elati fuerant è gente ejus: Profectò ejiciemus te, ò Scioaib, & eos, qui crediderunt tecum ex urbe noſtra; vel certè redibis ad ſectam noſtram: Dixit *ille*: An, etiamſi fuerimus inviti; *reducemur ad eam*? 90. Jam comminiſceremur adverſus Deum mendacium, ſi rediremus ad ſectam veſtram, poſtquàm liberavit nos Deus ab illa. Et non eſt nobis *cauſa*, cur revertamur ad illam, niſi voluerit Deus Dominus noſter. Comprehendit Dominus noſter omnem rem ſcientia. In Deo confidimus. Domine noſter judica inter nos, & inter gentem noſtram cum veritate; nam tu es optimus judicantium. 91. Dixerunt autem Primates, qui credere noluerant è gente ejus: Certè ſi ſectati fueritis Scioaib, profectò vos eritis ſanè perditi. 92. Itaque invaſit eos terræmotus, & manè appa-

« Mundis.

الجزء التاسع
Pars Nona.

apparuerunt in habitatione ſua *mortui* in genua procumbentes. 93. Qui mendacii inſimulaverant Scioaib, quaſi numquam ſubſtitiſſent in ea. Qui mendacii inſimulaverant Scioaib, fuerunt ipſi pereuntes. 94. Et receſſit ab eis, & ait: O gens mea, jam quidem detuli ad vos commiſſiones Domini mei; & rectè conſului vobis: & quamobrem mærore afficiar ſuper homines infideles? 95. Et non miſimus in urbe ulla aliquem Prophetam, quin exciperemus habitatores ejus calamitate, & nocumento, ut ipſi ſeſe humiliarent. 96. Deindè commutavimus loco mali bonum, donec opulenti facti ſunt, & dixerunt: Jam contigit patribus noſtris adverſitas, & proſperitas, *ex curſu naturæ, ſicut nobis; non autem ex decreto Dei*. Itaque ſuſtulimus eos repentè, & ipſi non animadverterunt *hoc anteà*. 97. Quòd, ſi porrò habitatores *harum* urbium credidiſſent, & timuiſſent *Deum*; certè aperuiſſemus ſuper eos benedictiones è Cœlo, & terra. Verùm mendacii inſimulaverunt *legatos noſtros*; itaque punivimus eos ob id, quod commeruerant. 98. An ergo ſecuri fuerunt habitatores *harum* urbium; ne veniret ad eos pœna noſtra noctu, & *dùm eſſent* ipſi dormientes? 99. Vel ſecuri fuerunt habitatores *harum* urbium, ne veniret ad eos pœna noſtra interdiù, & *dùm* ipſi luderent? 100. An verò ſecuri fuerunt *à* dolo Dei, *qui elevavit eos proſperitatibus, & ſubitò perdidit eos*? Ergo non erunt ſecuri à dolo Dei, Niſi homines in perditione euntes? 101. An & non manifeſtè patuit illis, qui hæreditate obtinuerunt terram poſt habitatores ejus *jam perditos*, quòd, ſi vellemus, feriremus eos *pœna* in peccatis eorum? Verùm ſigillum imprimemus ſuper corda eorum, quamobrem ipſi non audient. 102. Harum urbium narramus tibi aliquot hiſtorias. Et jam quidem venerunt ad eas legati eorum cum demonſtrationibus *miraculorum*: ſed non fuerunt *diſpoſiti*, ut crederent in id, quod mendacium exiſtimaverant anteà. Ita ſigillum imprimit Deus ſuper corda infidelium. 103. Et non invenimus in pleriſque eorum *quidquam* de pacto (*ideſt de obſervatione pacti ab eis iniți*) & quidem invenimus pleroſque eorum ſanè prævaricantes. 104. Deindè miſimus poſt eos (*ſcilicet legatos*) Moyſen cum ſignis noſtris ad Pharaonem, & proceres ejus; & iniqui fuerunt erga illa, *nolentes credere in ea*. Vide porrò, quomodò fuerit finis corrumpentium *terram*. 105. Et dixit Moyſes: O Pharao, certè ego ſum legatus à Domino *a* ſęculorum. 106. Juſtum eſt, ut non dicam de Deo, niſi veritatem. Jam veni ad vos cum ſigno evidenti à Domino veſtro. Mitte ergo mecum filios Iſrael. Reſpondit *Pharao*: Si adveniſti cum ſigno, profer illud, ſi es ex veracibus. 107. Projecit ergo virgam ſuam: & ecce ipſa *facta eſt* draco manifeſtus. 108. Et extraxit manum ſuam *è ſinu ſuo*: & ecce ipſa *facta eſt* candida, *effundens ſplendorem* intuentibus. 109. Dixerunt primores è populo Pharaonis: Profectò hic eſt ſanè incantator peritus. 110. Vult ejicere vos è terra veſtra; quid ergo præcipitis? 111. Reſponderunt: Differ illum, & fratrem ejus: & mittè ad civitates *viros* congregantes. 112. *Qui* adducant ad te omnem magum peritum. 113. Venerunt ergo magi ad Pharaonem. 114. Dixerunt: An utique erit nobis certè merces, ſi fuerimus nos victores? 115. Reſpondit *ille*: Vtique: & profectò vos ſanè eritis ex approximatis *throno meo*. 116. Dixerunt *magi*: O Moyſes, aut tu projicias *prior virgam tuam*: aut erimus nos projicientes *noſtras primi*: *elige utrum vis*. 117. Reſpondit *ille*: Projicite *vos priores*. Cùmque projeciſſent: præſtigiis faſcinaverunt oculos hominum, & perterruerunt eos, *videntes virgas converſas in colubros*: & effecerunt incantationem magnam. 118. Et inſpiravimus Moyſi *dicentes*: Projice virgam tuam. Et ecce ipſa *converſa in colubrum* devoravit, quod *illi præſtigiis ſuis in colubros* converterant. 119. *b* Apparuit igitur veritas: & evanuit, quod illi fuerant operati. 120. Victique ſunt ibi *magi*, & eavſerunt *c* parvi (*ideſt humiles, ſeu contempti*) 121. Et projecti ſunt magi adorantes *in terram*. 122. Dixerunt: *d* Credimus Dominum ſęculorum. 123. Dominum Moyſi, & Aaron. 124. Dixit Pharao: An credidiſtis in eum, antequam annuerem vobis! Certè hæc eſt ſanè techna, quam moliti eſtis in civitatem, ut ejiceretis ex ea habitatores ejus. Sed mox ſcietis, *quid ego facturus in vobis*. 125. Certè præcidi faciam manus veſtras, & pedes veſtros alternè

a Mundo: ũ.

b Conſtitit.

c Reverſi sũt.

d Mundorũ.

ternè *(ideſt manum dexteram, & pedem ſiniſtrum ſingulis.)* Deindè certè faciam vos cruci affigi univerſos. 126. Dixerunt *magi*: Nos ſanè ad Dominum noſtrum *in futuro ſæculo ſumus* reverſuri. 127. Nam non ſumis ultionem de nobis, niſi quia credidimus in ſigna Domini noſtri, poſtquam venerunt ad nos. Domine noſter, effunde ſuper nos patientiam: & fac nos defungi Moslemos. 128. Et dixerunt Primates è populo Pharaonis: An dimittes Moyſen, & gentem ejus, ut corrumpant terram, & deſerant te, & deos tuos? Reſpondit *Pharao*: Occidi faciemus filios eorum; & vivere ſinemus mulieres eorum: & quidem nos erimus ſuper eos prævalentes. 129. Dixit Moyſes genti ſuæ: Auxilium expoſcite à Deo, & patienter ſuſtinete: quippe terra eſt Dei: dabit illam in hæreditatem cui voluerit de ſervis ſuis: & finis *felix* erit timentibus *eum*. 130. Reſponderunt: Vexati ſumus antequam venires ad nos, & poſtquam veniſti ad nos. Dixit *Moyſes*: Fortè eveniet, ut dominus veſter perdat inimicum veſtrum; & ſuccedere faciat vos *illi* in terra, ut videat quomodò operemini *in ea*. 131. Et jam quidem punivimus gentem Pharaonis ſterilitate, & imminutione fructuum, ut ipſi commonefierent. 132. Cùm autem adveniret illis bonum, dicebant: Nobis hoc *debitum erat*. Si autem incideret illis malum; auguria captabant contra Moyſen, & eos, qui erant cum eo. Non ne ſanè augurium eorum erat apud eum? Sed plerique eorum ignorabant *hoc*. 133. Et dixerunt *Moyſi*. Quodcumque oſtenderis nobis ſignum, ut faſcines nos illo: nos tibi non erimus credentes. 134. Miſimus ergo ſuper eos diluvium, & locuſtam, & pediculum, & ranas, & ſanguinem: ſigna diſtincta. Sed ſuperbè reſiluerunt, & fuerunt homines ſceleroſi. 135. Et cùm incidiſſet ſuper eos pœna, dixerunt: O Moyſes, precare pro nobis Dominum tuum juxta id, quod pepigit tecum. Profectò ſi relevaveris à nobis pœnam, ſanè credemus tibi, & certè dimittemus tecum filios Iſrael. Cùmque relevaſſemus ab eis pœnam uſque ad terminum eorum (*ideſt ab iis poſtulatum*) ad quem pervenerant: ecce ipſi promiſſis non ſtabant: 136. Vindictam igitur ſumpſimus ex eis, & demerſimus eos in mare *rubrum*, quia ipſi mendacia confinxerunt in ſignis noſtris, & fuerunt de illis negligentes. 137. Et hæreditare fecimus gentes, quæ erant attenuatæ, orientalia terræ, & occidentalia ejus, cui benediximus: & completum eſt verbum Domini tui optimum ſuper filios Iſrael ob id, quod ſuſtinuerant: & perdidimus, quod fecerat Pharao, & populus ejus, & quod conſtruxerant *ædificiorum*. 138. Et tranſire fecimus filios Iſrael mare: & venerunt ad gentes, quæ addictæ erant cultui ſimulacrorum ſuorum. Dixerunt: O Moyſes, fac nobis Deum, quemadmodùm his ſunt dii. Reſpondit Moyſes: Certè vos eſtis homines, qui ignoratis (*ideſt idola eorum, in quibus confidunt*). 139. Quippe iſti, caducum eſt, quod ipſi in eo *confidunt*, & vanum, quod operantur. 140. Dixit *iterùm*: An præter Deum quæram vobis deum; & ipſe excellentes fecit vos ſuper omnes *a* gentes? 141. Et *mementote*, cùm liberavimus vos à gente Pharaonis, qui inſignibant vos malo pœnæ; occidebant filios veſtros, & vivere ſinebant fœminas veſtras: & in hoc erat probatio à Domino veſtro magna. 142. Et condiximus Moyſi triginta noctes; & complevimus eas cum decem: completumque eſt tempus conſtitutum Domini tui quadraginta noctibus. Dixitque Moyſes fratri ſuo Aaron: Eſto ſucceſſor meus in populo meo, & rectè te gere: & ne ſequaris ſemitam pravè agentium. 143. Cum autem veniſſet Moyſes ad tempus conſtitutum à nobis, & alloquutus fuiſſet eum Dominus ipſius, dixit: Domine mi, *b* fac me videre, ut aſpiciam ad te. Reſpondit *Deus*: Nullo modo videbis me: ſed reſpice in montem: & ſi perſtiterit firmus in loco ſuo, mox videbis me. Cùmque glorioſus apparuiſſet Dominus ejus in monte, reddidit eum attritum, *& comminutum*. Et procidit Moyſes exanimatus. Cùmque in ſe rediiſſet, dixit: Laus tua: Converſus ſum pœnitens ad te: & ego ſum primus Credentium. 144. Dixit *illi Deus*: O Moyſes, equidem elegi te ſuper homines cum mandatis meis, & cum ſermone meo. Accipe ergo, quod attuli tibi, & eſto ex gratias agentibus. 145. Et ſcripſimus illi in Tabulis de omni re commonitionem, & diſtinctionem ad omnem rem: *& diximus*: Accipe hoc cum virtute: & præ-

a Mundos.

b Oſtende te mihi.

& præcipe populo tuo, ut accipiant optimum ejus. Mox oſtendam vobis habitationem prævaricantium (*ideſt Ægyptiorum*) 146. Avertam à ſignis meis eos, qui ſuperbè ſe gerunt in terra ſine juſtitia: & licèt *videant* omne ſignum, non credent in illud. Et licèt videant viam rectæ inſtitutionis, non recipient eam in viam. Quòd ſi viderint viam erroris, ſuſcipient illam in viam: Hoc *eveniet*, quia ipſi mendacia confinxerunt in ſignis noſtris, & fuerunt de illis parùm curantes. 147. Et qui mendacia confinxerint in ſignis noſtris, & *abnegaverint* occurſum (*ideſt adventum*) alterius vitæ, inania erunt opera eorum. An retribuetur illis, niſi, quod fuerint operati? 148. Et confecit populus Moyſi poſt eum (*ideſt poſt diſceſſum ejus*) ex annulis ſuis vitulum *habentem* corpus: ipſi erat mugitus. An non videbant, quòd ipſe non alloquebatur eos, neque dirigebat eos in via? Acceperunt eum *in Deum*, & fuerunt iniquè agentes. 149. Et cùm cadere pactus fuiſſet in manibus eorum, & vidiſſent, quòd ipſi jam erraſſent; dixerunt: Certè, ſi non miſertus fuerit noſtri Dominus noſter, & ignoverit nobis; utique erimus ex pereuntibus. 150. Cùm autem regreſſus fuiſſet Moyſes ad populum ſuum, valdè iratus, indignatione plenus, dixit: Malum eſt, quod ſuccedere feciſtis mihi poſt me (*ideſt poſt diſceſſum meum*). An acceleraſtis imperium Domini veſtri? Et projecit Tabulas, & arripuit per caput fratrem ſuum, attrahens illum ad ſe *per comam, & barbam*. Dixit ei *Aaron*: Fili matris meæ, certè populus ignaviæ incuſavit me, & parum affuit, quin occiderent me. Ne ergo lætifices in me inimicos, neque ponas me cum hominibus iniquis. 151. Dixit *Moyſes*: Domine mi, parce mihi, & fratri meo, & introduc nos in miſericordiam tuam: nam tu es miſericordiſſimus miſerantium. 152. Profectò, qui acceperunt vitulum *in Deum*, invadet eos ira à Domino ſuo, & vilitas in vita mundana: & ita remunerabimus blasphema comminiſcentes. 153. Et, qui fecerint mala, deinde converſi fuerint poſt illa *perpetrata*, & crediderint *in Deum*: utique Dominus tuus poſt illa erit ſanè indultor, miſericors. 154. Et, poſtquam quievit à Moyſe ira, accepit Tabulas; & in exemplari earum erat directio, & miſericordia erga illos, qui Dominum ſuum timent. 155. Et elegit Moyſes è populo ſuo ſeptuaginta viros *a* juxta tempus condictum à nobis. Cùm autem ſuſtuliſſet eos terræmotus, dixit *Moyſes*: Domine mi, ſi voluiſſes, perdidiſſes eos anteà, & me. An perdes nos ob id, quod fuerunt fatui ex nobis? Si hæc eſt, *niſi* probatio tua, per quam errare facies, quem volueris, & diriges, quem volueris. Tu es protector noſter: parce ergo nobis, & miſerere nobis: nam tu es optimus parcentium. 156. Et ſcribe nobis in hoc Mundo bonum, & in altera vita: quippe nos *b converſi* ſumus ad te. Reſpondit *Deus*: Pœna mea: percutiam illa, quem voluero: & miſericordia mea amplectitur omnem rem; & ſcribam illam iis, qui pii fuerint. 157. Et dederint ſtatutam eleemoſynam, & qui ipſi in ſigna noſtra crediderint. 158. Qui ſequentur Legatum, Prophetam idiotam (*ideſt Mahumetum*) quem invenient ſcriptum apud ſe in Pentateucho, & Euangelio: præcipiet eis juſtum, & prohibebit eos ab injuſto: & licita faciet eis bona (*ideſt cibos bonos anteà prohibitos*) & interdicet eis mala: & deponet ab eis onus grave eorum, & vincula, quæ erant ſuper eos. Qui verò crediderint in eum, & honoraverint eum, & adjuverint eum, & ſecuti fuerint lucem, quæ demiſſa fuit cum eo: illi erunt felices. 159. Dic. O homines, certè ego ſum legatus Dei ad vos omnes: cujus eſt regnum Cœlorum, & terræ; non eſt Deus, niſi ipſe: vivificat, & mortificat. Credite ergo in Deum, & Legatum ejus Prophetam idiotam, qui credit in Deum, & verba ejus: & ſequimini eum, ut vos dirigamini. 160. Et ex populo Moyſis quidam dirigunt *alios* cum veritate, & cum ea juſtè agunt. 161. Et diviſimus eos in duodecim tribus, *ut eſſent totidem* gentes: & inſpiravimus Moyſi, cùm potum petiiſſet ab eo populus ejus; *& diximus ei*: Percute virga tua Petram. Et effluxerunt ab ea duodecim fontes: jam ſciebant omnes homines *ſingularum Tribuum* potatorium ſuum. Et umbreſcere fecimus ſuper eos nubes: & demiſimus ſuper eos mannam, & coturnices, *& diximus eis*: Comedite de bonis, quod in alimentum præbuimus vobis. Et non fuerunt iniqui contra nos, ſed contra animas ſuas iniquè ſe geſſerunt. 162. Et *memento*, cùm dictum fuit illis: Habitate hanc Ur-

a Ad.

b Directi.

bem (*ideſt Jeruſalem*) & comedite ex ea, prout volueritis, & dicite: Indulgentia. Et ingredimini portam *ejus*, adorantes: *& dicite civibus ejus*: Ignoſcimus vobis peccata veſtra: augebimus *bonis* benefacientes. 163. Sed commutaverunt, qui iniqui erant ex illis dictum *hoc* in aliud, quod non dictum fuerat illis. Propterea miſimus ſuper eos pœnam è Cœlo, ob id, quod iniquè egerant. 164. Et interroga eos de Urbe, quæ erat proxima mari, cùm tranſgrederentur in Sabbatho; cùm venirent ad eos piſces eorum die Sabbathi eorum palam *oſtendendo ſe ſuper aquas*: & die, qua non ſabbatizabant, non veniebant ad eos. Hoc modo probabamus eos, eo, quòd eſſent prævaricantes. 165. Et cùm dicerent quidam ex eis *aliis*, *qui hoc vetabant*: Quare commonetis populum? Deus perditurus eſt illos, vel puniturus pœna vehementi. Reſpondebant *illi*: *Hoc facimus* ad excuſationem *noſtram* apud Dominum veſtrum: &, ut ipſi caveant. 166. Cùm autem obliti fuiſſent id, de quo commoniti fuerant: liberavimus eos, qui prohibebant *alios* à malo; & ſuſtulimus eos, qui iniquè agebant, pœna miſerabili; ob id, quod prævaricati fuerant. 167. Et, cùm ſuperbè ſe gererent, *recuſantes abſtinere* ab eo, quod illis prohibitum fuerat; diximus eis: Eſtote Simiæ abactæ.

NOTÆ.

LIX. *Etiam quidem legavimus Noe*] Zamchaſcerius وهو ابن خمسين سنة وكان نجارًا *& ipſe erat ætatis quinquaginta annorum, eratque faberlignarius*. Porrò ex verbis Alcorani, hoc loco colligit idem Interpres, homines tunc temporis fuiſſe idololatras: Noe verò ſtudioſè avertere eos à cultu Numinis illius, vel idoli, quod كانوا يعبدوه من دون الله *colebant præter Deum*. Quæ in his Notis, & refutationibus habentur, videre poteris etiam in Prodr. p. 4. cap. ultimo pag. 591.

LXV. *Et legavimus ad poſteros Aad fratrem eorum Hud*] De Aad, ejuſque gente ita ſcribit Iſmael filius Aly in chronico ſuo, cap. فى ذكر امّة عاد وهم من ولد عاد بن عوص بن ارم بن سام بن نوح وكانت عاد فى نهاية من عظم الاجساد والتجبّر ونزل عاد بعد تبلبلت الالسن فى حضر موت وارسل الله الى بنى عاد هودا وقد كثر الاختلاف فى ذكرهم وجميع ما ذكر مضطرب غير قريب من الصحّة *Et ipſi ſunt ex filiis Aad, filii Aus, filii Aram, filii Sem, filii Noe. Fuerunt autem Aadgi inſummo magnitudinis adorationis, & ſuperbiæ*. [i. Studioſiſſimi idolorum cultores, & ſuperbiſſimi]. *Et habitaverunt Adgi poſt confuſionem linguarum in Hadarmaut. Miſitq; Deus ad filios Aad Hud. Multæ autem ſunt diſcrepantiæ, & varietates in hiſtoria eorum: & quidquid in ea refertur eſt perturbatum, & à veritate remotum*. Quod verò attinet ad Hud, Pockochius, & Hottingerus putant, eundem eſſe, ac Heber. Sequutus eſt uterque, ut puto, Auctorem Libri de ſignis directionis, qui cap. 1. ſcribit: اعابر هو هود النبى عم *Heber ipſe eſt Hud Propheta, ſuper quem ſit pax.* Heber autem fuit filius Saleh, filii Arphaxad, filii Sem, filii Noe. Ejuſdem ſententiæ ſunt Eutychius Alexandrinus, & Georgius Almacinus Auctores Arabes Chriſtiani. Fuiſſe autem Heber, ſive Hud Prophetam, affirmant Judæi in Seder Olam, his verbis: אמר ר יושי נביא גדול היה העבר *Dixit Rabbi Joſe: Propheta magnus fuit Heber*.

LXIX. *Et auxit vos in creatione*] Hujuſmodi augmentum his verbis explicat Gelal زيادكم قوة وطولاً كان طويلهم مائة ذراع وقصيرهم ستّين *Auxit vos fortitudine, & longitudine. Erat longior inter eos altitudinis centum cubitorum: brevior, cubitorum ſexaginta*. Idem habet Ebn-Abbas, Zamchaſcerius, aliique Interpretes, & Hiſtoriographi communiter.

LXXII. *Et abſcidimus extremum eorum*] pœna, qua Deus Aadæorum perfidiam multavit, fuit juxta Beidavium: السموم كانت تدخل انوف الكفرة وتخرج من ادبارهم فيتقطع اعضاوهم *aura urens, ac ſtilens, quæ ingrediebatur per nares infidelium, & egrediebatur per partes poſteriores eorum, & diſrumpebat membra eorum*. Iſmael Ebn-Aly, in ſuo Taarich, ſeu Chronico multa refert de Hud, & Aad. Pauca hic ex Arabico fideliter tranſlata ſubjicio. *Fuit Hud* (inquit ille) *Propheta Dei, quem Deus miſit poſt Noe, & ante Abraham: & dicitur fuiſſe idem, ac Heber. Miſit autem Deus illum ad Aadæos, qui tria idola colebant, & habitabant in Alahkaph, & habebant Regem nomine Algiagian. Vocavit autem eos Hud ad Deum per longum tempus: illi verò nihil dicta ejus attendentes, verberabant eum ita, ut aliquando reliquerint eum penè mortuum. Sed cùm nihilominus Hud illis prædicaret, & pauciſſimi converterentur: Deus inhibuit illis pluviam quatuor annis, ita ut perirent jumenta eorum, & ipſi extremo exitio eſſent propinqui. Miſerunt igitur ad Meccam Locmanum quemdam cum ſexaginta viris ad poſtulandam aquam: & Mauvia Rex Meccæ hoſpitio excepit eos. Ibi exegerunt menſem comedentes & bibentes apud regem. Quo audito Algiagian, miſit viros, qui revocarent eos. Mauvia quoque moleſtè ferebat moram eorum apud ſe. Surgentes itaque, aqua ſe abluerunt: & ingreſſi delubrum Meccanum, pro obtinenda pluvia preces obtulerunt. Miſitque Deus tres nubes, albam, rubram, & nigram. Porrò nigra mixta erat*

erat ira Dei: illi autem putantes illam plenam esse aqua, elegerunt eam. sed mox, ut in patriam regressi sunt, tanta ex eadem tempestas erupit, ut domos eorum labefactaret, & per spatium septem, vel octo dierum, omnes arbores, & germina extirparet in terra eorum: & elevans truncos in aera, impingebat eos capitibus eorum: mortuisque omnibus, etiam Algigian novissimus occubuit. Remansit autem Locman vivus inter omnes Aadgos extinctos. Dixit autem illi Deus, ut eligeret, quod vellet præter immortalitatem. Ille verò petiit ætatem septem Aquilarum, quarum singulæ viverent octaginta annos. Concessit illi hoc Deus: & mortua Aquila septima, mortuus est etiam Locman. Hæc summatim Chronologus Arabs, qui tamen non dubitat tribuere illa figmentis Poetarũ.

LXXIII. *Et ad populum Themud misimus fratrem eorum Saleh*] De hac fabula ita scribit idem Auctor:

صالح هو نبىّ ارسله الله بعد هود وقبل ابراهيم وهو صالح ابن عبيد... الى ثمود وكان مسكنهم بالحجر وكانوا اهل قوة وجبروت وكان لهم ملك اسمه جندع وكانت منازلهم اولاً بارض كوش من بلاد عالج فاشقلوا الى هذه الارض لكثرة جبالها ففتحوها واتخذوها مساكن واقبل صالح يدعوهم الى الله مدّة فلا يومن منهم الاّ قليل مستضعفون ثم ان كفارهم عاهدوا صالحا على انه ان اتاهم بما يقترحونه عليه امنوا واقترحوا عليه ان يخرج لهم من صخرة معينة ناقةً فساءل صالح ربّه فى ذلك فخرج من تلك الصخرة ناقة وولدها فصيلاً وكانت تخرج ترعى بالنهار فاذا اقبل الليل جاءت وطافت على دور اهل المدينة وتنادى مَن احتاج اللبن فليخرج فتروى اهل المدينة لبنًا وكان فى القوم امراة اسمها عنيزة ذات ثروت ولها اربع بنات فزينتهن وعرضتهن على شخص يسمّى قدار على ان يختار منهن واحدة ويعقر الناقة فاجاب واختار واحدة وخرج وقد اجتمع اليه ثمانية انفس اخر فعقروا الناقة فهرب فصيلها الى الجبل فاتبعه القوم وعقروه وتقاسموا لحمه فاهلكهم الله بعد ثلثة ايام بصيحة من السماء فيها صوت من كل صاعقة فتقطعت قلوبهم فاصبحوا فى ديارهم جاثمين وسار صالح الى فلسطين ثم انتقل الى الحجاز واقام يعبد الله الى ان مات وهو ابن ثمان وخمسين سنة والله اعلم. *Fuit Saleh Propheta quidam filius Obeid, qui post Hod, & ante Abraham missus fuit à Deo ad Temudgos, quorum habitatio erat in rupibus. Erant autem viri fortes, & superbi: eratque illis Rex nomine Genda. Fuit autem primò habitatio eorum in terra Cus, seu Aethiopiæ ex regione Aales. Transtulerunt porrò se in hanc terram propter multitudinem montium ejus, quos excidentes, effecerunt sibi in illis domos. Venit autem Saleh invitans eos ad cultum unius Dei multo tempore: sed solùm pauci, & infimæ plebis ex eis crediderunt. Posteà infideles pepigerunt cum Saleh, se credituros, si feciset miraculum, quod postulassent: nimirùm, ut educeret è petra quadam ab ipsis designanda, camelam. Cùm verò Saleh orasset Deum, eduxit è petra designata camelam cum pullo ejus jam ablactato. Camela autem illa exibat interdiù ad pascua: adventante verò nocte redibat, & circumiens domos Civitatis, clamabat: Si quis eget lacte, egrediatur: cives verò bibebant ex ea lac quantum volebant. Erat autem inter eos mulier quædam nomine Aniza, valdè opulenta, quę habebat quatuor filias; quas cùm exornasset, exibuit eas homini cuidam nomine Cædar, ut acciperet ex illis unam, quam vellet cum pacto, ut camelam illam occideret. Assensus est ille, & electa una ex puellis egressus est cum octo aliis viris, & peremerunt camelam. Pullum autem in montem fugientem insecuti, similiter occiderunt, carnem ejus inter se dividentes. Sed post triduum Deus perdidit illos clamore è Cælo emisso, in quo erat sonitus omnium fulminum: & discissa sunt corda eorum, & manè inventi sunt in domibus suis in genua prostrati. Abiit autem Saleh in Palestinam; deinde transtulit sese in Arabiam Petræam, & perseveravit serviens Deo usque ad mortem; obiitque, cùm esset quinquaginta, & octo annorum. Sed Deus hæc meliùs novit.* De hac eadem tàm portentosa camela ita scribit Zamchascerius فصلى صالح ودعا ربّه فمخضت الصخرة بمخض الوج بولدها فانصدعت عن ناقة عشراء جوفاء وبراء ثم تنتجت ولدًا مثلها فى الغظم فمكثت الناقة مع ولدها ترعى الشجر وتشرب الماء وكانت ترد غبًا فاذا كان يومها وضعت راسها فى البير فما ترفعه حتى تشرب كل ماء فيها ثم تتنحى فيحلبون ما شاوا حتى تمتالى اوانيهم فيشربون ويدخرون: قال ابو موسى الاشعرى اتيت ارض ثمود فذرعت مصدر الناقة فوجدته ستين ذراعًا

Oravit Saleh, & precatus est Dominum suum, & parturivit petra cum mugitu veluti maris fluctuantis: & discissa peperit camelam gestantem uterum decem mensium totam pilis obsitam. Deinde peperit pullum similem ipsi jam ablactatum. Mansit autem Camela cum pullo suo vescens arborum foliis, & bibens aquam. Redibat autem ad potum alternis diebus: ea verò die, qua redibat, mergebat caput in puteum, & absorbebat totam aquam illius, absque eo, quòd caput à puteo interea elevaret. Deinde voce quadam instar, gemitus emissa, advocabat homines, qui hauriebant ab ea quantum lactis volebant: itaut impletis vasis suis, biberent, & lac etiam reservarent: Dixit Abu-Musa Ascearius: Ego veni in terram Themud, & mensuravi aperturam petræ, unde egressa est camela, & inveni eam esse sexaginta cubitorum.

LXXXIII. *Sed uxor ejus fuit ex remanentibus*] Zamchascerius: وروى انها التفتت فاصابها حجر فماتت

Fertur ipsam retro conversam fuisse, & interim cecidisse super eam lapidem, & ex illius ictu periisse: Idem habet Ismael, qui præterea de Lot, & Sodomita-

mitarum excidio multa fabulatur, quæ hic referre operæ prætium non putavi.

LXXXIV. *Et pluimus ſuper eos pluviam*] Gelal هو حجارة السجيل اهلكتهم *Hæc fuit pluvia lapidum, ſeu laterum, qui excocti erant igne gehennæ, ex quorum ictu perierunt.*

LXXXV. *Et ad gentem Madiam legavimus fratrem eorum Scioaib*] Eumdem eſſe Scioaib, ac Jetro ſocerum Moyſi, tenent plerique Arabes teſte Almacino in hiſtoria miſcellanea: & Iſmaele Ebn-Aly. Sed Ahmed Ebn-Alhalim in Apologia ſua pagina mihi 423. hoc negat, aſſerens hanc eſſe ſententiam طايفه من الجهال الكسـاى *hominum ignorantium* Caſſæus, qui in hoc ſentit cum pluribus, ita ſcribit de illo: فولدت لـه ولدًا اسمه بيون وهو شعيب فى نهاية الحسن والجمال ولما كبر اعطاه الله عالمًا وفقهًا وحكمةً وكان قليل الكلام دايم الفكر ناحل الجسم قليل اللحم: *Et peperit ei* (nempè Saanuno uxor ejus) *puerum, cujus nomen fuit Bojun, & ipſe eſt Scioaib. Fuit autem Scioaib pulcherrimus, ac ſpecioſiſſimus: & cum adoleviſſet, Deus dedit ei ſcientiam, & peritiam, & ſapientiam. Erat autem pauciloquus, aſſiduè cogitabundus, corpore gracilis, & carne macilentus.* Hebræi quidam docent, Jethro ad ſeptem nomina ſortitum fuiſſe.

CIII. *Deinde miſimus poſt eos Moyſem*] Mirùm, quàm portentoſa de Moyſe fabulentur Arabes, cruta ex Thalmudica cloaca Hebræorum. Pauca ex Tarich, ſeu Chronico Iſmaelis, ſummatim, ſed fideliter ex Arabico delibabo. *Moyſes* (inquit) *filius Amran, miſſus fuit à Deo ad Pharaonem Aegypti regem, qui Alvalid appellabatur: cujus pater Moſaab, jam centum, & ſeptuaginta annos natus, ſed adhuc prole carens, dum paſceret armenta, animadvertit Vaccam peperiſſe vitulam, audivitque eandem vaccam dicentem ſibi: O Moſaab, ne triſteris: naſcetur enim tibi filius improbus, qui tandem detrudetur in gehennam. Regreſſus domum, cum uxore convenit, quæ concepit filium, qui natus eſt poſt mortem patris, nomine Pharao. Hic poſt varias rerum viciſſitudines factus Rex Aegypti in tantam ſuperbiam elatus eſt, ut divinitatem ſibi vendicaret. Cùm autem audiſſet famam pulchritudinis Aſiæ, quæ erat neptis Amram patris Moyſi, accepit eam in uxorem magna eidem dote collata. Verùm, ubi ab Aſtrologis intellexit, puerum Iſraelitam perditurum eſſe regnum ſuum, cepit omnes Iſraelitarum pueros veſtigare, occiditque ex eis ad ſeptuaginta millia: pregnantes verò fœminas torquebat, ut abortum facerent. Concepit interea Mater Moyſen, de quo Rex ab Aſtrologis admonitus miſit obſtetrices, quæ infantem ſtatim natum necarent. Mater verò cum clam illis peperiſſet; ut infantem occulcret, in clybano reponebat. Die autem quadam cum domo egreſſa rediret, vidit apparitores regios, qui infantes necaturi circumibant, exire è domo ſua. Quamobrem exanimata ſtatim cucurrit ad clybanum, quem vidit flammis anhelantem (nam ſoror pueri, ignara, ibi eum eſſe clybanum, lignis injectis incenderat). Quamobrem novo metu conſternata, introſpiciens, vidit puerum incolumem, & eductum, cum jam quadraginta dies ætatis ageret, nec tutò poſſet domi retinere; poſitum in ciſtula conjecit in Nilum, per cujus alveum ciſtula decurrens ingreſſa eſt palatium Pharaonis. Cumque eam Aſia Pharaonis uxor invenisſet, extractum puerum læta detulit ad maritum. Cum autem vellet eum Rex occidere, obtinuit precibus Aſia, ut vivum ſibi dimitteret. Hæc autem plures illi nutrices advocavit, ſed omnes rejecit puer: donec Calthum ejus ſoror, matrem illius, regina annuente, advocavit, à qua lac libens accepit. Jam triennem die quadam accepit Pharao in ſinu: & dum illi blandiretur, & colluderet, injecit puer manum in barbam illius, attrahens eam. Indignatus Rex voluit eum occidere: Sed prohibuit Aſia, aſſirmans pueris audaciam eſſe ſine intellectu. Quod ut facto alio comprobaret, poſuit coram puero prunam, & dactilum. Cum verò puer ad dactilum manum extenderet, divertit eam Gabriel ad prunam: quam acceptam ad os admovit, non ſine adustione, & fletu. Ex quo intelligens Pharao pueri ſimplicitatem, ab ira ceſsavit.* Refert deinde Mythologus cætera, quæ de Moyſe in Pentateucho leguntur, ſemper tamen falſi aliquid, vel fabuloſi admiſcet. Inter quæ ſunt: primò, ex his, quos Moyſes ſecundo rixantes componere voluit, unum fuiſſe Hebræum, alterum Aegyptium: cum utrumque Hebræum fuiſſe certum ſit. Secundò: Jethro ſpopondiſſe illi filiam ſuam cum pacto, ut paſceret gregem ſuum octo, vel decem annis, in quo Jacob cum Moyſe confundit: tribuens etiam ipſi Jethro duas filias, ut Labano: tamen cum ſeptem filias haberet. Tertiò: Moyſen, dum paſceret gregem Jethro, occidiſſe ſerpentem magnum, qui regionem totam infeſtabat. Quartò: Moyſen vidiſſe rubum ardentem in regreſſu è Madian in Aegyptum; cum illum viderit eo tempore, quo cum Jethro morabatur. Quintò: Cum ignem è ſilice noctu excutere fruſtra conatus eſſet, vidiſſe flammam quamdam, ad quam accurrit, ut ignem inde acciperet: prædictam autem flammam in lycio, vel in vite accenſam fuiſſe, cum ſcriptura rubum fuiſſe affirmet. Sextò: Apprehendiſſe virgam in colubrum verſam per os ejus: cum ex Scriptura conſtet apprehendiſſe per caudam. Septimò: Manum Moyſi è ſinu productam apparuiſſe lucidam, ut Solem: cum certum ſit candorem lepræ tantùm illam habuiſſe. Octavò: Pharaonem, cum virgam Moyſi in ſerpentem verſam aſpexiſſet, tanto terrore correptum fuiſſe, ut ſemoralia inquinaverit. Nonò: Moyſen coram Pharaone protuliſſe è ſinu manum ſplendidam, ut Solem, in quam non poterat Pharao oculos intendere. Hoc autem ſignum non legimus Moyſen coram Pharaone feciſſe. Decimò: Pharaonem voluiſſe Moyſen occidere: Sed Ezechielem ejus Theſaurarium, qui erat fidelis occultus, illum ſervaſſe: propterea regem indignatum, Ezechielem ipſum carceri mancipaſſe, unde à filia regis per dolum fuit ereptus. Undecimò; Magos Pharaonis ſeptuaginta millia fuiſſe; ex quibus ſeptuaginta tantùm ad concertandum cum Moyſe electi ſunt. Duodecimò: Prædictos magos à Moyſe convictos, in Deum credidiſſe, & propterea à rege fuiſſe interfectos. Decimotertiò: Pharaonem juſſiſſe extrui turrim adeò excelſam, ut nullus præcedentium regum talem conſtruxerit: ſed jam extructam à Gabriele ictu unius Alæ fuiſſe dejectam, non ſine ſtrage innumerorum Aegyptiorum. Decimoquartò: Ponit primum ſignum factum à Moyſe, Diluvium (licet alii ferat alios falſò ponere variolas, alios peſtem, alios mortem) quod ſeptem dies perſeveravit, & domos omnes, ac plateas ita implevit, ut aqua ad hominum dorſa perveniret. Decimoquintò: Enumerat alia ſigna: primò. Locuſtas. 2. pediculos, vel ricinos, vel tineas, vel mures campeſtres, vel pulices. 3. ranas. 4. ſanguinem, in quem verſæ ſunt aquæ. 5. deſtructionem omnium facultatum, & multorum ex ſervis, pecoribus, & arboribus Aegyptiorum, convertendo ea in lapides. 6. truncationem curſus Nyli, ita ut Aegyptii penè ſiti perirent. Refert deinde, Gabrielem Pharaoni apparuiſſe, & eum ipſius teſtimonio condemnaſſe, & ſententiam damnationis in pugillari ſcripſiſſe, qua Pharao dignus demerſione declarabatur. Interim cum Pharaonem pœniteret, quòd Iſraeliticum populum cum Moyſe dimiſiſſet, inſecutus eſt eum قال ابن بجمع عظيم جرج خرج فرعون ومعه الف الف و خمسماية الف ملك مسور مع كل ملك الف رجل: *cum turba magna. Dixit Ebno-Gerih: Exiit Pharao, & cum eo millies mille, & ſexcenta millia Regum nobilium: & cum ſingulis Regibus erant mille viri.* Sed, cùm ad Moyſem appropinquaſſet, ille virga ſua mare diviſit in duodecim vias, ut per ſingulas ſingulæ tribus tranſirent. Moyſes verò præivit, & Aaron ſubſequutus eſt

est Israelē mare transeuntē. At verò Ægyptii subsequuti sunt præeunte Gabriele, & Michaele post terga sequente. Cùmque jam omnes mare essent ingressi, ostendit Gabriel Pharaoni sententiam, quam scripserat, damnationis ipsius. Ille verò agnoscens se

mox periturum, dixit: أمنت انّه لا اله الّا الله الذى

امنت به بنوا اسرايل وانـــا من المسلميـــن

Credo, nullum alium esse Deum, præter eum, in quem credunt filii Israel: & ego sum unus ex Moslemis. Sed nihilominùs Gabriel dejecit illum in mare, in quo unà cum omnibus Aegyptiis demersus periit. Refert deindè, quomodò Moyses in montem Synai ascenderit, ibiq; Deus alloquutus fuerit eum, illique tradiderit novem tabulas, in quibus scriptus erat Pentateuchus: & quomodò Samarita ex aureis mulierum ornamentis vitulum fabricaverit, & immiscuerit in eo pulverem vestigiorum ungulæ equi Gabrielis, cujus vi mugiebat: & alia hujusmodi figmenta.

CXXVIII. *Anguria captabant contra Moysen*] Verti etiam potest *ex Moyse*. Nimirùm, causam malorum suorum Moysi tribuebant, tanquam mali ominis homini.

CXXX. *Misimus ergo super eos diluvium*] Hujusmodi diluvium, de quo nihil habent Sacræ literæ, intravit domos Ægyptiorum, tàm copiosum, ut pertingerent aque usque ad dorsa, vel etiam ad guttura habitantium in eis, ut superiùs vidimus ex Gelal.

CXXXVIII. *Et condiximus Moysi triginta noctes.*] Explicat Gelal: تكلّمه عند انتهايهـــا بان يصومها

فصامها فلما تمّت انكر خلوف فمه فاستاك فامره

الله بعشرة اخرى ليكلمه بخلوف فمـــه

ut alloqueremur cum post finem illarum, cum pacto, ut in iisdem jejunaret. Jejunavit autem in illis Moyses: sed posteà displicuit ipsi fœdus halitus oris sui: curavitque illud tollere confricatione ejusdem oris. Sed Deus præcepit ei, ut decem alias noctes jejunaret, quò posset alloqui eum, non obstante fœdo illo oris halitu. Notandum hìc obiter, Arabes in computo temporis uti nomine *noctis* comprehendentes cum nocte etiam diem: quemadmodùm nos cùm dies enumeramus, etiam noctes cum illis comprehendimus.

CXXXIX. *cùmque glorioſus apparuiſſet*] Gelal: اى اظهر من قدر نوره نصف انملة الخنصر *i. ostendisset de luce sua tantum, quanta est dimidia extremitas unius digiti minimi.*

CXLI. *Et scripsimus illi in tabulis*] Gelal: وكانت من سدر الجنة او زبرجد او زمرد سبعة او عشرة

Erant autem Tabulæ ex Sedro (arbore) Paradisi: sive ex Chrysolytho, sive ex smaragdo: & erant septem, vel decem.

CXLIV. *Vitulum habentem corpus*] i. ut exponit لحمًا ودمًا Gel: *carnē, & sanguinē.* Quod autem addit, ipsi fuisse mugitum, exponit idem Auctor صوت يسمع *vocem, quæ audiebatur*: & addit انقلب كذلـــك بوضع التراب الذى اخذه من حافر فرس جبرايل فى فمه فان اثرة الحياة فيما يوضع بـــه: *Ita autem conversus fuerat per oppositionem pulveris ungulæ equi Gabrielis in ore ejus (nimirùm ab eâdem ungula excitati vel compressi) nam ubi is ponebatur, vitæ vestigia apparebant.*

CLI. *Cum autem suſtuliſſet eos terremotus*]. Hos ideo ex terremotu periisse affirmat Ebn-Abbas لانهم لم يزايلوا قومهم حين عبدوا العجل *quia non separaverant sese à gente sua, quandò vitulum adoravit.*

CLX. *Et interroga eos de urbe*] Hanc urbem putat Gelal fuisse ايلة *Ailam*, quæ est vicina mari rubro, & alio nomine *Clysma* appellatur. Vide de hujusmodi fabula quæ superiùs dicta sunt in Sura 2.

REFUTATIONES.

I. EX Alcorano apertè hoc loco colligitur, ante diluvium fuisse homines Idolorum cultores; nā ijsdem verbis inducitur Noe illis prædicare, quibus Hud Aadeis, & Saleh Themudæis, qui omnes idola colebant. Atqui certissimè colligitur tùm ex veteribus Scriptoribus, tùm ex Sacris ipsis Literis, idololatriam non nisi post diluvium à posteris Cham exortam fuisse. Si enim homines ante diluvium sese hac impietate contaminassent, id Moyses non tacuisset: imò ut præcipuam diluvii causam eam adduxisset, quemadmodùm fieri vidimus ubique in Sacris Literis, quandò Deus ob idolorum cultum alicui genti, & præsertim Hebræis flagella & calamitates immittit. Ex alia verò parte manifestè tenentur causæ diluvii, nimirùm universalis corruptio circa carnales voluptates, & libidines: excessus in cibo, & potu: nuptiæ illicitæ, & alia hujusmodi flagitia, quæ leguntur tùm in libro Genes. tùm in Euangelio Matthęi cap. 24. Et Lucæ cap. 17. Quamobrem apertæ falsitatis convicitur Mahumetus.

II. Portentosam illam Aadeorum staturam fictitiam esse, ac mendacem (nam licèt eam Alcoranus non nisi obscurè innuat, tenent tamen communiter Interpretes) nemo non fatebitur, qui cum Mahumeto stultitia non laboret. Et quia inter ipsos Mahumetanos non omnes prorsùs insaniunt; Auctor inter eos insignis Ahmed Ebno-Juseph, affirmat, adhuc extare, & ab omnibus cerni domos Aadeorum, & addit: مساكنهم على قدر مساكن اهـــل عصرنا وهذا يدلّ على ان اجسامهم كاجسامنـــا

habitationes eorum non excedunt habitationem hominum hujus nostræ ætatis: quod demonstrat, corpora eorum fuisse, sicut corpora nostra.

III. Omitto quærere, unde nam Prophetas illos Hud, & Saleh Mahumetus eruerit. Quòd si primus, ut Mahumetanis placet, fuit Heber: secundus verò, ut quidam conjectant, Phaleg: cur ita eorum nomina depravat? Sed hoc novum non est Impostori: videmus enim

enim illum pleraque, quæ in Sacris Literis virorum nomina habentur, insana metamorphosi in aliena nomina commutare. Illud porrò fide prorsùs indignum est, quod de camela illa, ejusque pullo Alcoranus innuit, & Interpretes copiosiùs enarrant. Hujusmodi monstra tàm inepta Deus per Prophetas facere non consuevit.

IV. Si in Alcorani intelligentia standum sit Expositoribus Mahumetanis, falsum omninò est, pluviam à Deo super Sodomitas immissam fuisse lapidum, vel laterum: & uxorem Lot unius ex his lapidibus ictu percussam interiisse. Fuit enim pluvia illa non lapidum, sed ignis, quo Sodoma, cæteræque Civitates confines absumptæ sunt. Uxor verò Lot non lapidis ictu interiit, sed in statuam salis divinitùs versa est.

V. Pleraque, quæ de gestis Moysis cum Pharaone hìc ab Alcorano, ejusque Glossatoribus referuntur, vel falsa sunt, vel fabulosa, ut ex jam dictis patet. Illud præsertim, quod de Magorum Ægyptiorum post primum signum à Moyse editum, conversione, & Martyrio asseritur; cùm ex libro Exodi manifestè habeatur, eosdem magos alia deindè præstigia, Rege jubente, fecisse, semperque Moysi obluctatos fuisse. Quamobrem de iisdem loquens S. Paulus in epist. 2. ad Timotheum cap. 3. hæc habet: *Quemadmodùm autem Jannes, & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, &c.* Neque sanè ita locutus fuisset de illis Magis, si in Deum statim credidissent, & Martyres occubuissent.

VI. Falsum præterea est, Israelitas postulasse à Moyse, ut faceret ipsis idola, qualia viderant coli à gentibus, ad quas pervenerant. Nunquam hoc Israelitæ à Moyse postulassent. Quod, si fecissent, nunquam id Moyses ipse in Pentateucho reticuisset.

VII. Absque ullo fundamento asseritur, Deum primò condixisse Moysi ad loquendum cum eo triginta dies: deindè verò decem alios addidisse, ut essent in totum quadraginta dies. Nusquam hoc habetur in Pentateucho. Ridicula porrò est ratio, cur Deus primò quadraginta dies non indixerit: quia nimirùm, molestè ferebat Moyses fœdum oris sui halitum post triginta jejunii dies. Deus verò, ut hujusmodi defectum aliqualiter suppleret, jussit, Moysen decem alios dies jejunare. Verùm, si fœdus halitus ex jejunio præterito oriebatur, nimis insulsum remedium erat alios jejunii dies addere; hac enim ratione ingratus ille odor augebatur. Porrò, si hujusmodi halitus, non ex jejunio, sed ex naturali Moysis constitutione oriebatur; quomodò non retinuit eum à loquendo cum Deo ante indictionem triginta dierum? Nimis verò absurdum est existimare, Deum fœdo oris nostri halitu offendi, præsertim, cùm ex actu religionis, quale est jejunium, procedit, ac propterea alloquium nostrum cum stomacho aversari, ac rejicere. Falsum est etiam, Deum, nonnisi transactis quadraginta diebus, cum Moyse loquutum fuisse: constat enim apertissimè ex libro Exodi à cap. 24. usque ad 34. inclusivè, totum illud tempus (sex primis diebus exceptis) Moysen in colloquiis cum Deo transegisse, quantumvis interdùm ad populum redierit. Verum tamen est, nonnisi quadraginta diebus expletis, Deum Tabulas duas, non septem, aut decem, quemadmodùm hìc fingitur, digito suo scriptas, Moysi tradidisse.

VIII. Depravat consuetis figmentis illud, quod habetur Exodi cap. 33. ubi Moyses petiit à Deo, ut videre posset faciem ipsius: Deus verò ostendit illi tantummodò posteriora sua. Nihil hìc de comminutione montis, nihil de deliquio Moysis, nihil de plenitudine illius ob peccatum in ea petitione admissum: quæ omnia Mahumetus è cerebro suo, vel ex Judæorum impostura deprompsit. Neque verò potuit ibi Moyses dicere, se esse primum credentium, seu fidelium. Nam etiamsi juxta Glossam Gelalis, illum de ævi sui credentibus loqui poneremus: falsum tamen esset; cùm eodem tempore multi ante ipsum fuissent in Israelitica gente fideles.

IX. Inter fabulas Rabbinicas, seu Thalmudicas recensenda existimo esse pleraque ex his, quæ de vitulo ab Israelitis adorato, Alcoranus ejusque Expositores commiiscuntur. Quemadmodùm etiam illud, quod de septuaginta viris terræmotu sublatis refertur. Nihil hujusmodi ex sacris scripturis colligitur. Quàm verò ridiculum est, ex pulvere ungulæ equi Gabrielis Samaritam vitulo ex auro conflato vocem, vitamque tribuisse.

X. Æquè falsum est, Mahumetum justa præcipere, injusta prohibere, deponere onus grave, & alia hujusmodi: ac illum prædictum legi in Pentateucho, & Euangelio. Neuter horum librorum Ptophetam hunc idiotam prædicit. Non tamen negamus, imò ultrò concedimus, Mahumetum idiotam idiotissimum fuisse, quem tot fabulis, mendaciis, ac figmentis Judæi, atque Hæretici decipere potuerunt.

Postremò prætereundum non est, Mahumetum, dùm affirmat *esse inter Judæos, qui rectè dirigant homines cum veritate, & eosdem justè agere*: fateri etiam Judaicam sectam bonam esse, & in ea posse quemlibet consequi salutem.

Textus Alcorani.

168 وَإِذْ تَأَذَّنَ رَبُّكَ لَيَبْعَثَنَّ عَلَيْهِمْ إِلَىٰ يَوْمِ الْقِيَٰمَةِ مَن يَسُومُهُمْ سُوٓءَ الْعَذَابِ إِنَّ رَبَّكَ لَسَرِيعُ
الْعِقَابِ وَإِنَّهُۥ لَغَفُورٌ رَّحِيمٌ ۞ 169 وَقَطَّعْنَٰهُمْ فِى الْأَرْضِ أُمَمًا مِّنْهُمُ الصَّٰلِحُونَ وَمِنْهُمْ دُونَ ذَٰلِكَ
وَبَلَوْنَٰهُم بِالْحَسَنَٰتِ وَالسَّيِّـَٔاتِ لَعَلَّهُمْ يَرْجِعُونَ ۞ 170 فَخَلَفَ مِنۢ بَعْدِهِمْ خَلْفٌ وَرِثُوا الْكِتَٰبَ
يَأْخُذُونَ

يأخذون عرض هذا الأدنى ويقولون سيغفر لنا وإن يأتهم عرض مثله يأخذوه ألم يؤخذ عليهم ميثاق
الكتاب أن لا يقولوا على الله إلا الحق ودرسوا ما فيه والدار الآخرة خير للذين يتقون أفلا
تعقلون ۝ 171 والذين يمسكون بالكتاب وأقاموا الصلوة إنا لا نضيع أجر المصلحين ۝
172 وإذ نتقنا الجبل فوقهم كأنه ظلة وظنوا أنه واقع بهم خذوا ما آتيناكم بقوة واذكروا ما فيه
لعلكم تتقون ۝ 173 وإذ أخذ ربك من بني آدم من ظهورهم ذريتهم وأشهدهم على أنفسهم
ألست بربكم قالوا بلى شهدنا أن تقولوا يوم القيمة إنا كنا عن هذا غافلين ۝ 174 أو تقولوا
إنما أشرك آباؤنا من قبل وكنا ذرية من بعدهم أفتهلكنا بما فعل المبطلون ۝ 175 وكذلك
نفصل الآيات ولعلهم يرجعون ۝ 176 واتل عليهم نبأ الذي آتيناه آياتنا فانسلخ منها فأتبعه
الشيطان فكان من الغاوين ۝ 177 ولو شئنا لرفعناه بها ولكنه أخلد إلى الأرض واتبع هواه
فمثله كمثل الكلب إن تحمل عليه يلهث أو تتركه يلهث ذلك مثل القوم الذين كذبوا
بآياتنا فاقصص القصص لعلهم يتفكرون ۝ 178 ساء مثلا القوم الذين كذبوا بآياتنا وأنفسهم كانوا
يظلمون ۝ 179 من يهد الله فهو المهتدي ومن يضلل فأولئك هم الخاسرون ۝ 180 ولقد ذرأنا
لجهنم كثيرا من الجن والإنس لهم قلوب لا يفقهون بها ولهم أعين لا يبصرون بها ولهم آذان
لا يسمعون بها أولئك كالأنعام بل هم أضل أولئك هم الغافلون ۝ 181 ولله الأسماء الحسنى
فادعوه بها وذروا الذين يلحدون في أسمائه سيجزون ما كانوا يعملون ۝ 182 ومن خلقنا أمة
يهدون بالحق وبه يعدلون ۝ 183 والذين كذبوا بآياتنا سنستدرجهم من حيث لا يعلمون ۝
184 وأملي لهم إن كيدي متين ۝ 185 أولم يتفكروا ما بصاحبهم من جنة إن هو إلا نذير
مبين ۝ أولم ينظروا في ملكوت السموات والأرض وما خلق الله من شيء وأن عسى أن
يكون قد اقترب أجلهم فبأي حديث بعده يؤمنون ۝ 186 من يضلل الله فلا هادي له
ويذرهم في طغيانهم يعمهون ۝ 887 يسألونك عن الساعة أيان مرسيها قل إنما علمها عند ربي لا
يجليها لوقتها إلا هو ثقلت في السموات والأرض لا تأتيكم إلا بغتة يسألونك كأنك حفي عنها قل
إنما علمها عند الله ولكن أكثر الناس لا يعلمون ۝ 188 قل لا أملك لنفسي نفعا ولا ضرا إلا
ما شاء الله ولو كنت أعلم الغيب لاستكثرت من الخير وما مسني السوء إن أنا إلا نذير وبشير
لقوم يؤمنون ۝ 189 هو الذي خلقكم من نفس واحدة وجعل منها زوجها ليسكن إليها
فلما تغشيها حملت حملا خفيفا فمرت به فلما أثقلت دعوا الله ربهما لئن آتيتنا صالحا لنكونن
من الشاكرين ۝ 190 فلما آتيهما صالحا جعلا له شركاء فيما آتيهما فتعالى الله عما يشركون ۝
191 أيشركون ما لا يخلق شيا وهم يخلقون ۝ 192 ولا يستطيعون لهم نصرا ولا أنفسهم ينصرون ۝
193 وإن تدعوهم إلى الهدى لا يتبعوكم سواء عليكم أدعوتموهم أم أنتم صامتون ۝ 194 إن
الذين

الّذين تدعون من دون الله عباد امثالكم فادعوهم فليستجيبوا لكم ان كنتم صادقين ۞
195 الهم ارجل يمشون بها ام لهم ايد يبطشون بها ام لهم اعين يبصرون بها ام لهم اذان يسمعون
بها قل ادعوا شركاءكم ثم كيدون فلا تنظرون ۞ 196 ان وليي الله الذي نزل الكتاب
وهو يتولى الصّلحين ۞ 197 والّذين تدعون من دونه لا يستطيعون نصركم ولا انفسهم ينصرون ۞
198 وان تدعوهم الى الهدى لا يصغوا وتريهم ينظرون اليك وهم لا يبصرون ۞ 199 خذ العفو
وامر بالعرف واعرض عن الجاهلين ۞ 200 واما ينزغنك من الشّيطان نزغ فاستعذ بالله انه سميع
عليم ۞ 201 ان الّذين اتقوا اذا مسهم طائف من الشّيطان تذكروا فاذا هم مبصرون ۞
202 واخوانهم يمدونهم في الغي ثم لا يقصرون ۞ 203 واذا لم تاتهم باية قالوا لو لا اجتبيتها قل
انما اتبع ما يوحى الى من ربي هذا بصائر من ربكم وهدى ورحمة لقوم يومنون ۞ 204 وان
قرئ القران فاستمعوا له وانصتوا لعلكم ترحمون ۞ 205 واذكر ربك في نفسك تضرعا وخيفة
ودون الجهر من القول بالغدو والاصال ولا تكن من الغافلين ۞ 206 ان الّذين عند ربك لا
يستكبرون عن عبادته ويسبحونه وله يسجدون ۞

Verſio Latina.

168. ET *commemora*, cùm innuit Dominus tuus, quòd certè mitteret contra eos (*ideſt Judæos*) uſque ad diem reſurrectionis, qui inſigneret eos malo pœnæ: quippe Dominus tuus profectò velox eſt in punitione: & certè ipſe ſanè eſt indultor, miſericors. 169. Et diviſimus eos in terra in populos: ex ipſis ſunt probi; & ex ipſis ſunt ſecùs: & probavimus eos felicitatibus, & adverſitatibus, ut ipſi reverterentur *ab impietate ſua*. 170. Et ſucceſſit poſt eos ſucceſſio *nepotum*, *qui* hæreditaverunt librum (*ideſt Pentateuchum*) acceperunt accidens hujus Infimi (*ideſt accidentaria bona hujus mundi*) & dixerunt: Ignoſcetur nobis. Quòd, ſi veniſſet ad eos accidens, ſicut illud (*ideſt aliud bonum accidentale ſimile præcedenti*) excipiebant illud. An non acceptum fuit ſuper eos pactum libri (*ideſt Pentateuchi*) ut non dicerent de Deo, niſi veritatem? Et ſtudiosè legerunt id, quod eſt in eo: & palatium noviſſimum (*ideſt Paradiſus*) melius eſt illis, qui pii ſunt. An ergo non intelligitis? 171. Et, qui conſtanter retinent Librum *Pentateuchi*, & ſtare faciunt orationem: nos certè non ſinemus perire mercedem rectè operantium. 172. Et *commemora*, cùm quaſſavimus montem (*ideſt Syna*) ſuper eos *elevantes illum*, quaſi ipſe eſſet umbraculum: & exiſtimaverunt, ipſum eſſe caſurum ſuper eos. *Nos verò diximus illis*: Accipite, quod attulimus, cum ſtudio *obſervantes illud*: & memores eſtote illius, quod eſt in eo, ut vos timeatis *me*. 173. Et cùm accepit Dominus tuus à filiis Adam ex dorſis eorum ſobolem eorum; & conteſtatus eſt eos ſuper animas ipſorum *dicens*: An non ſum Dominus veſter? Reſponderunt: Utique. Teſtati ſumus, ne diceretis die reſurrectionis: Certè non fuimus de hoc negligentes, *eo, quòd neſciremus*. 174. Aut diceretis: Certè quòd aſſociaverunt patres noſtri antea; & ſumus ſoboles poſt eos. An ergo perdes nos ob id, quod fecerunt Sectatores vanitatis? 175. Et ita diſtinguimus ſigna: & ut ipſi revertantur *ab infidelitate ſua*. 176. Et recita illis hiſtoriam illius, cui attulimus ſigna noſtra, & removit ſe ab eis: quamobrem ſequutus eſt eum Satanas; & fuit ex ſeductis. 178. Quòd, ſi voluiſſemus, certè elevaſſemus eum per illa *ad ſapientiam*: ſed ipſe declinavit ad terram, & ſectatus eſt deſiderium ſuum. Itaque ſimilitudo ejus fuit; ſicut ſimilitudo canis, *qui*, ſi abigas eum, latrat: &, ſi relinquas eum, latrat. Hæc eſt ſimilitudo hominum, qui mendacia fingunt in ſignis noſtris.

Narra

Narra igitur *Judæis* hanc narrationem, ut ipsi commonefiant. 178. Mala est similitudo hominum, qui mendacia fingunt in signis nostris, & animas suas iniquè tractant. 179. Quem direxerit Deus, ipse erit directus: at quem errare fecerit; hujusmodi erunt pereuntes. 180. Et jam quidem creavimus ad Gehennam multos ex Geniis, & hominibus; ipsis sunt corda, per quæ non intelligunt: & ipsis oculi, per quos non vident: & ipsis aures, per quas non audiunt. Hi sunt velut pecudes: imò ipsi magis errantes *sunt*, *quàm pecudes*. Hi sunt Negligentes. 181. Et Deo sunt nomina pulcherrima. Invocate igitur eum ipsis: & relinquite eos, qui deviant *à veritate* in nominibus ejus. Remunerabuntur eo, quòd fuerint operati. 182. Et ex iis, quos creavimus, est gens, quæ dirigunt cum veritate, & per eam justè agunt. 183. Et qui mendacia confingunt in signis nostris, gradatim dejiciemus eos ex *loco*, unde nesciunt. 184. Et, *si* prorogavero vitam illis: profectò dolus meus est validus. 185. An non recogitarunt non esse in socio ipsorum (*idest Mahumeto*) ullum dæmonium? Si ipse est, nisi prædicator manifestans *mala à Deo imminentia*. An verò non respexerunt in regnum Cœlorum, & terræ, & quod creavit Deus rerum? Et quod fortè eveniet, ut sit, quod jam appropinquaverit finis eorum? Et in quam novam narrationem post eum (*i. Alcoranum*) credent? 186. Quem errare fecerit Deus, non erit director illi: & relinquet eos, ut in errore suo stupidi versentur. 187. Interrogabunt te *Meccani* de Hora (*i. de supremo Judicio*) quandò nam *futurus* sit fixus adventus ejus. Responde: Profectò scientia ejus est apud Dominum meum: non manifestabit eam ad tempus fixum ejus, nisi ipse. Gravis erit (*scilicet hora*) in Cœlis, & terra. Non veniet ad vos, nisi repentè. Interrogabunt te, quasi tu esses gnarus illius. Responde: Profectò scientia ejus est apud Deum: sed plerique hominum ignorant *hoc*. 188. Dic: Non possidebo animæ meæ utile, neque noxium, nisi quantum voluerit Deus. Quod si scirem Arcanum; certè multiplicarer ex bono, neque attingeret me malum. Si ego sum, nisi comminator, & euangelizator hominibus, qui credunt. 189. Ipse est, qui creavit vos ex anima una (*idest ex Adam*) & fecit ex ea conjugem ejus (*idest Evam*) ut cohabitaret ipsi: cùmque cooperuisset eam (*idest concubuisset cum illa*) portavit pondus leve (*idest semen virile*) propterea *facilè* incessit cum illo. Sed, cùm gravior facta esset (*idest crevisset fœtus in alvo, & timerent, ne bestia aliqua esset nascitura*) rogaverunt Dominum Deum suum, *dicentes*: Si dederis nobis *prolem* rectè formatam (*idest humanæ formæ*) certè erimus ex gratias agentibus. 190. Cùmque dedisset eis *prolem* apertè formatam: tribuerunt ei consortes (*idest deos socios*) in eo, quod dederat illis. Verùm procul absit Deus ab eo, quod associabant ei. 191. An associabunt ei id, quod non creat aliquid (*idest Deos, qui nihil creant*) & ipsi creantur: & non possunt *afferre* illis auxilium: & neque se ipsos adjuvant? 192. Et si invocaveritis eos ad directionem, non sequentur vos. Unum, atque idem erit vobis, sive invocaveritis eos, sive vos fueritis tacentes. 193. Profectò, quos invocatis præter Deum, sunt servi similes vobis. Invocate igitur eos, & exaudiant vos, si estis veraces. 194. An sunt ipsis pedes, ut ambulent eis? An ipsis manus, *ut* attrectent eis? An ipsis oculi, *ut* videant eis? An ipsis aures, *ut* audiant eis? Dic: Invocate socios vestros (*idest deos, quos Deo associatis*) deindè insidias struite mihi: & ne expectetis *me*, *ut cavere possim*. 195. Certè protector meus erit Deus, qui demisit librum *Alcorani*: nam ipse protegit rectè agentes. 196. At, quos invocatis præter eum, non poterunt adjuvare vos: neque seipsos adjuvabunt. 197. Et si invocaveritis eos ad directionem, non audient; & videbis eos respicere ad te (*idest positos è regione tui*) & ipsi non videbunt. 198. Accipe indulgentiam: & præcipe justum, & longè recede ab ignorantibus. 100. Quòd, si averterit te ex Satana aversio (*idest, si Satanas averterit te ab eo, quod precipitur tibi*) confuge ad Deum: quippe ipse est audiens, sciens. 200. Profectò, qui timuerit *Deum*, cùm tetigerit eos circumdans (*idest tentatio, seu afflictio*) ex Satana, commonefient: & ecce ipsi erunt intuentes veritatem. 201. Et fratres ipsorum *infideles*, extendent eos dæmones in errore *ita*, *ut in eo diù perseverent*: tùm non cohibebunt se *ab eo*. 202. Et, cùm non attuleris eis aliquod signum, dicent *ironicè*: Nonne protulisti illudenda? Respon-

de: Equidem ſequor id, quod revelatur mihi à Domino meo. Hic *Alcoranus continet* probationes evidentes à Domino veſtro, & directionem, & miſericordiam hominibus, qui credunt. 203. Et quandò legetur Alcoranus, aures præbete illi, & tacete: ut vos miſericordiam conſequamini. 204. Et memento Domini tui in anima tua cum humili ſupplicatione, & timore, & ſine manifeſtatione per ſermonem veſperè, & manè; & ne ſis ex negligentibus. 205. Porrò *Angeli*, qui ſunt apud Dominum tuum, non reſiliunt ſuperbè à ſervitute ejus, & laudant eum, & eum adorant.

NOTÆ.

CLXVIII. ET *commemora, cùm innuit Dominus tuus*] Hic, quem fingit, à Deo mittendum eſſe contra Judæos, fuit, juxta Gelal, primò Salomon; deindè Nabuchodonoſor. Hæc ſunt ejus verba فبعث عليهم سليمان وبعده نخت نصر فقتلهم وسباهم وضرب عليهم الجزية فكانوا يودونها الى المجوس الى ان بعث نبينا ص وضربها عليهم: *Miſit enim Deus contra eos Salomonem, & poſtea Nabuchodonoſor; qui cæde, captivitate, & tributo eos afflixit. Solverunt autem tributum Magis* (ſeu Maguſeis) *uſque ad Mahumetum, qui etiam ab iiſdem illud exegit.* Jahias ex Cottada autumat, hos Arabes fuiſſe.

CLXXI. *Et qui conſtanter retinent*] Inter hujuſmodi Judæos probos recenſet Gelal: عبدالله ابن سلام واصحابه *Abdallah filium Salam, & ſodales ejus.* Hic fortaſſe fuit, qui cum Sergio, Bahira, aliiſque nebulonibus, Alcoranum Mahumeto confarcinavit.

CLXXIII. *Et cùm accepit Dominus tuus à filiis Adam*] Explicat Gelal: بان اخرج بعضهم من صلب بعض من صلب ادم نسلاً بعد نسل: *quia eduxit alios eorum ex lumbis aliorum, incipiens à lumbis Adam, progeniem poſt progeniem.* Jahias ex Ebn-Abbas اهبط الله ادم بالهند ثم مسح ظهره فاخرج منها كل نسمة هو خالقها الى يوم القيمة فثم قال الست بربكم قالوا بلى شهدنا وقال الكلبى مسح ظهر ادم فاخرج منه كل خلق خلقه الله ثم قال الست بربكم قالوا بلى فقال للملايكة اشهدوا فقالوا شهدنا قال الحسن ثم اعادهم فى صلب ادم: *Deſcendere fecit Deus Adam in Indiam; deindè manu confricavit dorſum ejus, & eduxit inde omnem animam, quam creaturus erat uſque ad diem reſurrectionis. Deindè dixit eis: Nonne ego ſum Dominus veſter? Reſponderunt: Utique hoc nos teſtamur: Et dixit Calebius: Attrectavit Deus dorſum Adam, & eduxit inde omnem creaturam, quam creavit Deus. Deindè dixit: Nonne ego ſum Dominus veſter? Reſponderunt: Utique. Tùm dixit Deus Angelis: Teſtes eſtote. Reſponderunt: Teſtes ſumus. Dixit Alhaſan; Deindè Deus redire fecit eos intra lumbos Adam.*

CLXXVI. *Et recita illis hiſtoriam*] Gelal: وهو بلعم ابن باعورا من علماء بنى اسرايل ان يدعو على موسى واهدى اليه شى فدعا فانقلب عليه فاندلع لسانه على صدره *Hic fuit Balaam filius Beor ex ſapientibus filiorum Iſrael; qui requiſitus eſt, ut imprecaretur Moyſi: allatiſque ſibi aliquot muneribus, imprecatus eſt ei: & recidit in eum imprecatio: nam lingua ejus ab ore ſeſe extendit uſque ad pectus.* Conſonat ferè Zamchaſcerius his verbis: هو عالم من علماء بنى اسرايل وقيل من الكنعانيين واسمه بلعم ابن باعورا اوتى علم بعض كتب الله ولما دعا بلعام على موسى خرج لسانه فوقع على صدره وجعل يلهث كالكلب: *Hic fuit unus ex ſapientibus filiorum Iſrael. Alii dicunt, eum fuiſſe ex Cananæis, & nomen ejus erat Balaam filius Beor, & legerat aliquot libros ſacros. Cùm autem maledixiſſet Balaam Moyſi, exivit lingua ejus, & jacuit ſuper pectus ejus, cœpitque exſerere eam ſicut canis.*

CLXXXI. *Et Deo ſunt nomina pulcherrima.*] Hæc nomina volunt Arabes eſſe nonaginta novem, ex traditione ipſius Mahumeti. Quamobrem Jahias hic: قال رسول الله ص لله تسعة وتسعون اسماء مايه فيز واحد من احصاها دخل الجنة اى من حفظها *Dixit legatus Dei Mahumetus: Deus habet nonaginta novem nomina: i. centum minùs uno. Qui enumeraverit ea; i. qui cuſtodierit ea, ſeu memoria retinuerit, Paradiſum ingredietur.* Inferiùs nomina hæc ex Gelale recenſebuntur. Porrò verba illa, *Qui deviant in nominibus ejus*, exponuntur à Gelal حيث اشتقوا منها اسماء الهتهم كاللات من الله والعزى من العزيز ومناة من المنان: *dùm deducunt ab eis nomina idolorum ſuorum: videlicet Allat ab Allah: Aloza ab Alaziz: & Manat ab Almannan.* Sunt autem Allat, Aloza, & Manat, nomina trium idolorum, quæ colebant Meccani, derivantes ea à tribus veri Dei nominibus; nempè اللات *Allat* ab الله *Allah* Deus العزى *Aloza* ab العزيز *Alaziz* Potens; & مناة *Manat*, ab المنان *Almannan*, Beneficus.

CLXXVIII. *Qui dirigunt cum veritate*] Hos vult Gelal eſſe امة النبى ص *gentem Mahumeti*, ſeu Arabes

bes Mahumetanos. Hoc idem tribuitur suprà quibusdam Judæis.

CXC. *Cùmque dedisset eis prolem rectè formatam, tribuerunt ei consortes*] Ut hoc meliùs intelligatur, referam hìc expositionem Calebii à Jahia allegati, ita scribentis: حملت حملاً خفيفا يعنى حوّا فمرّت به اى قامت به وقعدت ثم اتاها الشيطان فى غير صورته فقال يا حوّا ما هذا فى بطنك قالت لا ادرى فقال لعله بهيمة من هذه البهايم قالت ما ادرى: فاعرض حتى اذا اثقلت اتاها فقال لها كيف تجدى يا حوّا قالت انى اخاف ان يكون الذى خوّفتنى ما استطيع القيام اذا قعدت قال افرايت ان دعوت الله فجعله انسانا مثلك مثل ادم اتسمّيه بى قالت نعم فانصرف عنها فلما ولدت اتاها ابليس فقال ألا تسمّيه بى كما وعدتنى: فقالت وما اسمك

قال عبد الحارث فمات قال اللّٰه فلما اتاهما صالحًا جعلا له شركآء فيما اتاهما: قال قتادة فكان شركًا فى طاعتهما لابليس فى تسميتهما اياه عبد الحارث

Portavit Heva pondus leve, cùm quo facile sese movebat, stando, & sedendo: cùm venit ad eam Satanas in forma humana, dixitque ei: Quid est illud, quod habes in utero? At illa: nescio, inquit. Et ille Est ne, inquit, aliquod pecus ex his, quæ vides? Et, cùm illa se ignorare respondisset, abiit Satanas. Sed, cùm Heva gravius onus experiretur, accessit iterùm Satanas interrogans, quomodò se haberet. At illa: Timeo, inquit, ne verus sit timor, quem mihi injeciisti: nam nequeo, postquam sedi, assurgere. Cui Satanas: Si, inquit, precibus meis tibi Deus humanum fœtum similem tibi, & Adæ concedat, vocabis ne eum nomine meo? Promisit illa, se facturam; & Satanas abiit. Cùm autem Heva peperisset, rediit ad eam Satanas, exigens ab ea, ut nomen suum filio imponeret. At Heva: Quod est, inquit, nomen tuum? Respondit ille: Nomen meum est Adolhareth. Quo nomine, cùm Heva filium appellasset, is statim mortuus est. Hoc significat Alcoranus illis verbis: Cùmque dedisset eis fœtum rectè formatum, posuerunt ei socios in eo, quod concesserat illis: eo quod, ut ait Cottada, Adam, & Heva obedierint Diabolo, imponendo nomen illius filio suo.

REFUTATIONES.

I. DEum asserit, ex Judæis quosdam probos esse, quosdam secùs: & primos à Deo probitatis suę præmium esse recepturos: manifestè patefacit errorem suum, posse unumquemque in sua religione Deo placere, atque ab eo consequi æternam salutem. Hoc idem sæpiùs in Alcorano apertissimis verbis confirmat; quamvis identidem, ut in cæteris, in hoc quoque sibi contradicat.

II. Jam suprà rejeci figmentum illud de elevatione in aera montis Synai, ad Israelitas, divinam legem suscipere recusantes, deterrendos.

III. Dùm pronunciat, Deum creasse multos ex Geniis, & hominibus ad Gehennam: magnam divinæ Bonitati infert injuriam. Neque enim Deus ullum creavit ad hoc, ut peccaret, ita ut propterea ad Gehennam esset damnandus: imò quantum ex se fuit, omnes creavit ad Paradisum, & ad felicitatem consequendam: ex propria verò culpa quilibet ad Gehennam condemnatur. Et quamvis hoc Deus in uniuscujusque creatione prævideat: non tamen directè intendit, cùm, quantum est ex se, velit omnes homines salvos fieri. Et juxta hunc sensum explicanda sunt loca quædam sacrarum scripturarum, quæ Mahumetus perperam intellexit, ut alibi ostendimus.

IV. Rabbinicum fortasse figmentum est id, quod de Hevæ partu comminiscitur: Sed ex sacris literis apertè constat, primum Hevę partum fuisse Cain, non verò Abdolareth: Neque ullus, qui sit sanæ mentis, dicet unquam primos parentes aliquid Deo associasse, ideśt plures Deos coluisse; quod in Alcorano semper significat verbum اشرك *associare*, quidquid dicat hìc Jahias cum Calebio.

V. De more suo requisitus hìc Mahumetus ab infidelibus, ut aliquod signum patraret; obtrudit importunè Alcoranum, non secus, ac si omnium signorum cloco, sectæ suæ probaret veritatem: affirmatque, non ad se, sed ad Deum, miracula pertinere.

سورة الانفال مدنية وهي خمس وسبعون آية

SURA VIII.

MANUBIÆ.

MEDINENSIS:

COMMATUM SEPTUAGINTA QUINQUE.

بسم الله الرحمن الرحيم ❋

1 يسألونك عن الانفال قل الانفال لله والرسول فاتقوا الله واصلحوا ذات بينكم واطيعوا الله
ورسوله ان كنتم مومنين ۝ 2 انما المومنون الذين اذا ذكر الله وجلت قلوبهم واذا تليت
عليهم اياته زادتهم ايمانا وعلى ربهم يتوكلون ۝ 3 الذين يقيمون الصلوة ومما رزقناهم
ينفقون ۝ 4 اولايك هم المومنون حقا لهم درجات عند ربهم ومغفرة ورزق كريم ۝ 5 كما
اخرجك ربك من بيتك بالحق وان فريقا من المومنين لكرهون ۝ 6 يجادلونك في الحق بعد
ما تبين كانما يساقون الى الموت وهم ينظرون ۝ 7 واذ يعدكم الله احدى الطايفتين انها لكم
وتودون ان غير ذات الشوكة تكون لكم ويريد الله ان يحق الحق بكلماته ويقطع دابر
الكافرين ۝ 8 ليحق الحق ويبطل الباطل ولو كره المجرمون ۝ 9 اذ تستغيثون ربكم
فاستجاب لكم اني ممدكم بالف من الملايكة مردفين ۝ 10 وما جعله الله الا بشرى
ولتطمين به قلوبكم وما النصر الا من عند الله ان الله عزيز حكيم ۝ 11 اذ يغشيكم
النعاس امنة منه وينزل عليكم من السماء ماء ليطهركم به ويذهب عنكم رجز الشيطان وليربط
على قلوبكم ويثبت به الاقدام ۝ 12 اذ يوحي ربك الى الملايكة اني معكم فثبتوا الذين
امنوا سالقي في قلوب الذين كفروا الرعب فاضربوا فوق الاعناق واضربوا منهم كل بنان ۝ ذلك
بانهم شاقوا الله ورسوله ومن يشاقق الله ورسوله فان الله شديد العقاب ۝ 13 ذلكم فذوقوه وان
للكافرين عذاب النار ۝ 14 يا ايها الذين امنوا اذا لقيتم الذين كفروا زحفا فلا تولوهم
الادبار ۝ 15 ومن يولهم يومييذ دبره الا متحرفا لقتال او متحيزا الى فية فقد باء بغضب من الله
ومأوىه

ومأويه جهنم وبئس المصير ۞ 16 فلم تقتلوهم ولكن الله قتلهم وما رميت إذ رميت ولكن
الله رمى وليبلي المومنين منه بلاء حسنا إن الله سميع عليم ۞ 17 ذلكم وأن الله موهن
كيد الكافرين ۞ 18 إن تستفتحوا فقد جاءكم الفتح وإن تنتهوا فهو خير لكم وإن
تعودوا نعد ولن تغني عنكم فيتكم شيا ولو كثرت وأن الله مع المومنين ۞ 19 يا أيها الذين
امنوا اطيعوا الله ورسوله ولا تولوا عنه وانتم تسمعون ۞ 20 ولا تكونوا كالذين قالوا سمعنا
وهم لا يسمعون ۞ 21 إن شر الدواب عند الله الصم البكم الذين لا يعقلون ۞ 22 ولو علم الله
فيهم خيرا لاسمعهم ولو اسمعهم لتولوا وهم معرضون ۞ 23 يا أيها الذين امنوا استجيبوا لله وللرسول
إذا دعاكم لما يحييكم واعلموا أن الله يحول بين المرء وقلبه وأنه اليه تحشرون ۞ 24 واتقوا
فتنة لا تصيبن الذين ظلموا منكم خاصة واعلموا أن الله شديد العقاب ۞ 25 واذكروا إذ انتم
قليل مستضعفون في الارض تخافون أن يتخطفكم الناس فاويكم وايدكم بنصره ورزقكم من
الطيبات لعلكم تشكرون ۞ 26 يا أيها الذين امنوا لا تخونوا الله والرسول وتخونوا اماناتكم
وانتم تعلمون ۞ 27 واعلموا انما اموالكم واولادكم فتنة وأن الله عنده اجر عظيم ۞
28 يا أيها الذين امنوا إن تتقوا الله يجعل لكم فرقانا ويكفر عنكم سياتكم ويغفر لكم والله
ذو الفضل العظيم ۞ 29 وإذ يمكر بك الذين كفروا ليثبتوك او يقتلوك او يخرجوك ويمكرون
ويمكر الله والله خير الماكرين ۞ 30 وإذا تتلى عليهم اياتنا قالوا قد سمعنا لو نشاء لقلنا مثل
هذا إن هذا الا اساطير الاولين ۞ 31 وإذ قالوا اللهم إن كان هذا هو الحق من عندك فامطر
علينا حجارة من السماء او ائتنا بعذاب اليم ۞ 32 وما كان الله ليعذبهم وانت فيهم وما كان
الله معذبهم وهم يستغفرون ۞ 33 وما لهم الا يعذبهم الله وهم يصدون عن المسجد الحرام وما كانوا
اوليآءه إن اوليآءه الا المتقون ۞ 34 ولكن اكثرهم لا يعلمون ۞ 35 وما كان صلاتهم عند
البيت الا مكآء وتصدية فذوقوا العذاب بما كنتم تكفرون ۞ 36 الذين كفروا ينفقون
اموالهم ليصدوا عن سبيل الله فسينفقونها ثم تكون عليهم حسرة ثم يغلبون ۞ 37 والذين
كفروا إلى جهنم يحشرون ۞ 38 ليميز الله الخبيث من الطيب ويجعل الخبيث بعضه على
بعض فيركمه جميعا فيجعله في جهنم اولئك هم الخاسرون ۞ 39 قل للذين كفروا إن ينتهوا
يغفر لهم ما قد سلف وإن يعودوا فقد مضت سنت الاولين وقاتلوهم حتى لا تكون فتنة ويكون
الدين كله لله فإن انتهوا فإن الله بما يعملون بصير ۞ 40 وإن تولوا فاعلموا أن الله
مولىكم نعم المولى ونعم النصير ۞ 41 واعلموا انما غنمتم من شيء فان لله خمسه وللرسول ولذي
القربى واليتامى والمساكين وابن السبيل إن كنتم امنتم بالله وما انزلنا على عبدنا يوم
الفرقان يوم التقى الجمعان والله على كل شيء قدير ۞ 42 إذ انتم بالعدوة الدنيا وهم بالعدوة
القصوى

النفوي والركب اسفل منكم ولو تواعدتم لاختلفتم في الميعد ۞ 43 ولكن ليقضي الله
امرا كان مفعولا ۞ 44 ليهلك من هلك عن بينة ويحيي من حي عن بينة وان الله لسميع
عليم ۞ 45 اذ يريكهم الله في منامك قليلا ولو اريكهم كثيرا لفشلتم ولتنازعتم في الامر
ولكن الله سلم انه عليم بذات الصدور ۞ 46 وان يريكوهم اذ التقيتم في اعينكم قليلا
ويقللكم في اعينهم ليقضي الله امرا كان مفعولا والى الله ترجع الامور ۞ 47 يا ايها الذين
امنوا اذا لقيتم فية فاثبتوا واذكروا الله كثيرا لعلكم تفلحون ۞ 48 واطيعوا الله ورسوله
ولا تنازعوا فتفشلوا وتذهب ريحكم واصبروا ان الله مع الصابرين ۞ 49 ولا تكونوا كالذين
خرجوا من ديارهم بطرا ورياء الناس ويصدون عن سبيل الله والله بما يعملون محيط ۞ 50 وان
زين لهم الشيطان اعمالهم وقال لا غالب لكم اليوم من الناس وانى جار لكم فلما تراءت الفيتان
نكص على عقبيه وقال اني بري منكم اني ارى ما لا ترون ۞ 51 اني اخاف الله والله
شديد العقاب ۞ 52 اذ يقول المنافقون والذين في قلوبهم مرض غر هؤلاء دينهم ومن يتوكل
على الله فان الله عزيز حكيم ۞

In Nomine Dei Miſeratoris Miſericordis.

1. INterrogabunt te de Manubiis. Reſponde: Manubiæ *debentur* Deo, & Legato *ejus Mahumeto*. Timete ergo Deum, & pacificè componite rem inter vos; & obedite Deo, & Legato ejus, ſi eſtis fideles. 2. Certè Fideles, qui, cùm facta fuerit mentio Dei, excitantur ad timorem corda eorum: & cùm recitantur illis ſigna ejus, augent illos fide, & ſuper Dominum ſuum innituntur. 3. Qui ſtare faciunt orationem; & ex eo, quòd in alimentum præbuimus illis, dilargiuntur. 4. Hi ſunt fideles verè: ipſis erunt gradus apud Dominum ſuum, & indulgentia, & proviſio honorifica. 5. Quemadmodùm eduxit te Dominus tuus è domo tua cum veritate; & quidem pars ex fidelibus ſanè erant averſi *ab exitu tuo à Mecca, & à bello inferendo infidelibus*. 6. Diſceptabant tecum de veritate *revelationis tibi factæ* poſtquam manifeſtata fuerat: non ſecus ac, ſi ducerentur ad mortem, & ipſi eam aſpicerent. 7. Et cùm promiſit vobis Deus unam duarum nationum (*ideſt Airenſium, & Napbirenſium*) quòd ipſa certè *tradenda eſſet vobis*: & optabatis, ut ea, quæ erat ſine apparatu armorum (*nimirùm Airenſes, ut faciliùs à vobis vinci poſſet*) a traderetur vobis, ſed volebat Deus, ut verificaret veritatem in verbis ſuis, & abſcinderet extremum infidelium (*ideſt eos penitùs extirparet*). 8. Ut verificaret veritatem, & evaneſcere faceret vanitatem, quamtumvis renuerent ſceleſta patrantes. 9. Cùm opem poſtularetis à Domino veſtro, reſponditque vobis: Certè ego ſuppetias laturus ſum vobis cum mille ex Angelis ſeſe mutuò inſequentibus. 10. Et non fecit hoc Deus, niſi ad fauſtum nuncium; & ut ſecura quieſcerent in hoc corda veſtra; & non eſt auxilium, niſi à Deo: quippe Deus eſt prepotens, ſapiens. 11. Cùm opprimeret vos ſopore ad ſecuritatem ex eo *capiendam*, & demitteret ſuper vos è Cœlo aquam, ut purificaret vos per eam, & auferret à vobis abominationem Satanæ; & ut alligaret fide corda veſtra; & ſtabiliret per hoc pedes *veſtros*. 12. Quandò inſpiravit Dominus tuus Angelis, *dicens*: Certè ego ero vobiſcum: confirmate ergo eos, qui crediderunt. Conjiciam in corda eorum, qui ſunt infideles, pavorem. Itaque percutite ſuper colla: & percutite ex eis omnes extremitates manuum, ac pedum. Hoc, quia ipſi ſchiſma fecerunt

a Eſſet.

runt contra Deum, & Legatum ejus. Quisquis autem schisma fecerit contra Deum, & legatum ejus; certè Deus erit contra illum vehemens punitione. 13. Hoc *vobis rependitur supplicium*: gustate ergo illud, & quidem Infidelibus erit supplicium ignis. 14. O qui *a* credidistis, cùm occurreritis iis, qui sunt infideles confertim procedentibus, ne vertatis illis terga. 15. Et qui obverterit illis ea die tergum suum, nisi invertens sese ad pugnandum, aut adjuncturus se ad aciem *fidelium*: jam quidem reportabit iram à Deo, & receptaculum ejus erit Gehenna: & *b* væh abitionem *ad illam*. 16. Et non occidistis eos vos (*nempè hostes in prælio Bedrensi*): sed Deus occidit eos. Neque *tu Mahumete*, feriisti *oculos eorum lapillis*, cùm projecisti *eos*: sed Deus feriit *eos*: & ut probaret fideles ex se probatione bona: quippe Deus est audiens, sciens. 17. Hoc vobis *fecit Deus*, *ut juvaret vos*: & *ut ostenderet*, quòd Deus *erat* infirmans astum infidelium. 18. Si quæritis aperitionem (*idest causæ, quæ inter nos est, decisionem*: jam venit ad vos aperitio *per ruinam vestram*, *ò infideles*. Quòd, si abstineatis *ab oppugnandis fidelibus*: hoc porrò erit melius vobis. Si autem redeatis *ad eos oppugnandos*; *nos etiam* redibimus *ad eos adjuvandos*; & non proderit vobis exercitus vester quidquam, etiamsi multiplicatus fuerit; & quòd Deus sit cum fidelibus. 19. O qui crediderunt, obedite Deo, & legato ejus, & ne tergiversemini ab eo, & vos auditis (*idest dùm auditis lectionem Alcorani*). 20. Et ne sitis, sicut qui dixerunt: Audimus: & ipsi non audiunt. 21. Certè pessima jumentorum apud Deum sunt surdi, & muti, qui non intelligunt. 22. Quòd, si cognovisset Deus in eis aliquod bonum: certè dedisset auditum illis. At si dedisset auditum illis, certè tergiversarentur, & essent longè recedentes. 23. O qui crediderunt respondete Deo, & legato ejus, cùm vocaverit vos ad id, quod vitam confert vobis: & scitote, quòd Deus intercedit inter hominem, & cor ejus; *& ideò non posse credere, aut non credere sine voluntate ejus*: &, quòd ad ipsum congregabimini. 24. Et cavete seditionem: non feriet eos, qui sunt iniqui ex vobis peculiariter: *sed omnibus in communi nocebit*: & scitote, quòd Deus est vehemens punitione. 25. Et mementote, cùm vos essetis pauci, imbecilles in terra Meccæ, & timeretis, ne abriperent vos homines; & recepit vos *Deus* in confugium: & corroboravit vos auxilio suo, & providit vobis in alimentum ex rebus bonis, ut vos gratias ageretis. 26. O qui crediderunt, ne defraudetis Deum, & legatum: & *ne* fraudem ponatis in sponsionibus vestris, & vos scitis, *hoc esse nefas*. 27. Et scitote, quòd opes vestræ, & filii vestri *sunt vobis* tentatio, *quia distrahunt vos à cogitatione futuri sæculi*: &, quòd Deus, apud eum est merces magna. 28. O qui crediderunt, si timueritis Deum, ponet vobis separationem *à malis, quæ metuitis*, & expiabit à vobis mala vestra; & parcet vobis: & Deus est professor liberalitatis magnę. 29. Et *memento*, cùm dolos struebant contra te, qui erant infideles, ut comprehenderent te, aut occiderent te, aut ejicerent te *Mecca*: & dolos struebant *contra te*; & dolos struebat Deus *contra illos*: & Deus est præstantissimus struentium dolos. 30. Et cùm recitantur illis signa nostra, dicunt; jam audivimus: Si vellemus, certè diceremus similia huic (*idest Alcorano*) si hic est *aliud*, nisi commenta priorum. 31. Et *memento*, cùm dixerunt: O Deus; si est hic *Alcoranus* veritas abs te; plue super nos lapides è Cęlo; aut veni ad nos cum pęna dolorifica. 32. Et non fuit Deus, ut puniret eos, quia tu eras cum eis: & non fuit Deus puniens eos, cùm ipsi veniam precarentur. 33. Et non *fuit causa* ipsis, ut non puniret eos Deus, cùm ipsi prohiberent *fideles* ab Oratorio Haram; & non erant Antistites ejus. Non sunt Antistes ejus, nisi timentes *Deum*. 34. Verùm plerique eorum nescium *hoc*. 35. Et non fuit oratio eorum apud Domum *Meccanam*, nisi sibilus oris, & complosio manuum. Gustate ergo pęnam, ob id, quod fuistis infideles. 36. Porrò, qui sunt infideles, expendunt facultates suas, ut arceant *homines* à semita Dei. Expendent eas: deindè erit super eos suspirium, idest *pœnitebit eos*: deindè vincentur. 37. Et qui fuerint infideles, in gehennam congregabuntur. 38. Ut discernat Deus *c* malos à bonis, & ponat *d* malos, alios eorum super alios, & coacervet *e* eos universos, & ponat eos in Gehenna.

a credidérunt.

b mala est abitio.

c malum à bono.
d malum.
e eũ universim, & ponat eum.

Hi sunt Pereuntes. 39. Dic illis, qui sunt infideles, si abstineant *ab infidelitate sua*, ignoscetur illis, quod jam præcessit. Si autem redierint *ad eam*; jam porrò præivit lex priorum *(ideſt præceſſit exemplum divinæ ultionis in eos, qui fuerunt anteà.)* Et pugnate contra eos, donec non sit schisma; sed sit religio tota Dei. Quòd, si abstinuerint *ab infidelitate*, profectò Deus in id, quod facient, erit intuens. 40. Quòd, si tergiversati fuerint, scitote, quòd Deus est herus vester. Euge herum: & euge adjutorem. 41. Et scitote, quòd, cùm deprædati fueritis aliquid, sanè Deo *debetur* quinta pars ejus, & legato, & habenti propinquitatem *cum eo*, & orphanis, & pauperibus, & filio semitæ *(ideſt viatori, vel detento in itinere)* si credideritis in Deum, & quod demisimus super servum nostrum die distinctionis *(ideſt in prælio Bedrensi, quandò per Miracula distincta est veritas à falsitate)*: *a* quandò occurrerunt sibi duo exercitus. Et Deus est super omnem rem potens. 42. Cùm vos essetis in latere fluvii propinquo *Medinæ*; & illi essent in latere fluvii remoto: & *b* equites essent inferiores vobis: quamvis *vos*, & *Napbiræi de bello ineundo* conveniſſetis, certè discordes fuissetis in conventione *servanda*. 43. Sed *Deus congregavit vos sine præcedenti conventione*; ut decideret Deus rem, quæ *jam apud ipsum* fuerat confecta. 44. Ut periret, qui periit post evidentiam *victoriæ fidelium*: & viveret, qui vixit post evidentiam *eandem*. Et quidem Deus est sanè audiens, sciens. 45. *Memento*, cùm ostendit tibi eos Deus in somno tuo paucos. Et si ostendisset tibi eos multos; certè animo concidissetis, & certè discordes fuissetis in negotio *belli*. Sed Deus servavit *vos ab hoc*: quippe ipse est sciens in essentiam pectorum. 46. Et cùm apparere fecit vobis illos, quandò occurristis *mutuò*, in oculis vestris paucos; & imminuit vos in oculis eorum; ut perficeret Deus rem, *quæ jam in præscientia sua* fuerat facta. Et ad Deum reducentur res. 47. O qui crediderunt, cùm occurreritis exercitui *infidelium*, constantes estote, & mementote Dei plurimùm; ut vos felices sitis. 48. Et obedite Deo, & legato ejus: & ne discordes sitis *inter vos*, *ne* animo concidatis, & abeat halitus vester *(ideſt fortitudo vestra)* & patienter sustinete; nam Deus est cum sustinentibus patienter. 49. Et ne sitis, sicut illi, qui egressi sunt è laribus suis jactanter, & ad ostentationem hominibus: & averterunt à semita Dei: & Deus illud, quod faciunt, est comprehendens. 50. Et cùm adornavit illis Satanas opera eorum, & dixit: Non erit vincens vos hodie ullus ex hominibus: & quidem ego ero vicinus vobis. Cùmque apparuissent *sibi mutuò* duo exercitus, *fidelium*, & *infidelium*, regressus est *Satanas* super calcaneos suos, & dixit: Certè ego immunis sum à vobis *(ideſt nihil mihi est vobiscum)*. Certè ego video, quod vos non videtis. 51. Certè ego timeo Deum, nam Deus est vehemens in puniendo. 52. Cùm dicerent Impii, & ii, quorum in cordibus erat morbus: Decepit eos *(ideſt fideles)* religio eorum. At, qui innixus fuerit super Deum; utique Deus est præpotens, sapiens.

a dic qua.

b Eques esset inferior.

الجزء العاشر

NOTÆ.

DEdit occasionem huic Suræ dissensio militum in partitione manubiarum, seu spoliorum victoriæ Bedrensis, de qua satis multa diximus in vita Mahumeti, & alibi. Ut enim scribit Gelal: قال الشبان هي لنا لاننا باشرنا القتال وقال الشيوخ كنا رداء لكم تحت الرايات ولو انكشفتم لفيئتم الينا فلا تستاثروا: *Dicebant milites juniores: Nobis præda debetur: nos enim bellum gessimus. Seniores verò dicebant: Nos fuimus vobis pallium sub vexillis, quo, si discooperti fuissetis, revoluissetis vos ad nos; itaque, ne vobis solis manubias vendicetis.* At Mahumetus litem pro domo sua decidit; ut patet ex verbis Alcorani.

Versus habet hæc sura septuaginta quinque. Aliqui tamen unum, vel duos addunt. Medinensis est, exceptis, juxta quosdam, septem versibus, quos volunt esse Meccanos. Horum primus est 29. *Et cùm dolos struebant contra te*. Cæteri verò, qui sequuntur.

Præmium Lectoris audi ex ore ipsius Mahumeti: من قراء سورة الانفال وبرأة فانا شفيع له يوم القيمة وشاهد انه برأى من النفاق واعطى عشر حسنات بعدد كل منافق ومنافقة وكان العرش وحملته يستغفرون له ايام حياته في الدنيا: واللّٰه اعلم. *Qui legerit Suram hanc, & sequentem de Pœnitentia, ego ero advocatus ejus in die resurrectionis, & testis, quòd purus fuerit ab impietate. Et recipiet decem bona pro numero singulorum impiorum, & impiarum: & deprecabitur pro eo thronus Dei, & Angeli, qui portant eum, cunctis diebus vitæ ejus. Sed Deus hæc melius novit:* nimirùm esse figmenta.

V. *Quemadmodùm eduxit te Dominus tuus*] Videtur hìc,

hìc, *quemadmodùm*, accipiendum eſſe pro *quandò*, ut ſit aliqua connexio. Verùm fruſtrà quæras connexionem in Opere tam malè ſuto. Tota autem hæc inanium verborum farrago alludit ad bellum illud Bedrenſe, in quo contra duas gentes, ſeu familias, nempè العير والنفير *Airenſes, & Naphirenſes*, cum ſuis aſſeclis, latronum in morem pugnavit. Erant autem hæ familiæ Coraiſitæ, videlicet Mahumeto ipſi cognatione junctæ. Vide quę alibi; & præſertim in Prodromo p. 2. & in vita Mahumeti, & in Sura 3. familiæ Amran, dicta ſunt, ut faciliùs obſcuriorem loci hujus ſententiam poſſis intelligere.

XXIX. *Et memento, cùm dolos ſtruebant contra te*] Voluerunt ſcilicet Meccani Mahumetum, tanquam hominem ſeditioſum, ac fanaticum comprehendere, & occidere: at ille cum ſuis aſſeclis evaſit. Vide in vita Mahumeti.

XXXXI. *Deo debetur quinta pars*]. Explicat Gelal

أى يستحقه النبى والاصناف الاربعة على ما كان يقسمه من ان لكل خمس الخمس والاخماس الاربعة الباقية للغانمين *Debetur prædæ quinta pars Prophetæ Mahumeto, & quatuor illis perſonarum generibus, quas enumerat Alcoranus: ita, ut ex omni quinta parte tollatur quintana pro illis: & reliquæ quatuor quintanæ remaneant prædatoribus*, ſeu victoribus.

XLVI. *Et cùm apparere fecit vobis illos*]. Sexcenta miracula, omnia frivola, ac ſtraminea fingit Impoſtor in hoc bello, ſeu latrocinio Bedrenſi: inter quæ illud fuit, quod tàm Mahumeto dormienti, quàm Mahumetanis propè conflictum exiſtentibus, hoſtes pauciores, quàm eſſent, fecerit Deus apparere: hoſtibus verò Mahumetanos plures, quàm eſſent, in ſpeciem demonſtraverit. Ita ſuprà Sura 3. Sed hìc aſſerit, etiam Mahumetanorum numerum in oculis hoſtium à Deo imminutum fuiſſe. Tuetur, ſeu potius excuſat contradictionem Gelal: hoc ſcilicet à Deo factum fuiſſe ante conflictum belli, ne hoſtes multo Mahumetanorum numero conſpecto, regrederentur, nec ulteriùs ad pugnam procederent. Verùm, cùm prælium cœpit iniri, oſtendit Deus hoſtibus Mahumetanos duplo majores numero, quàm eſſent. Quaſi verò tunc etiam non poſſent terga vertere, & effugere.

XLIX. *Et ne ſitis, ſicut illi*]. Fuerunt hi quidam ex Meccanis infidelibus, qui ſuadente Diabolo Mecca egreſſi ſunt in Bedrum, ut contra Mahumetanos pugnarent. Apparuit autem illis Diabolus, ut ſcribit Gelal, in figura Sarakæ filii Malec, qui erat Dominus illius regionis. Verùm, cùm Diabolus, inquit Gelal: رأى الملايكة وكان يده فى يد الحرث بن هاشم فرجع هاربا وقال لما قالوا له أتخذل لنا على هذه الحالة انى برئ من جواركم انى ارى ما لا ترون من الملايكة *vidiſſet Angelos* (qui miſſi fuerant ad auxilium Mahumetanorum) *& teneret manu ſua manum Hareth filii Haſcem, terga vertit, atque aufugit. Cùm verò dicerent ei Meccani: Ita ne prodis nos in hoc diſcrimine? Reſpondit: Ego ſanè ſeparo me à conſortio veſtro, video enim Angelos, quos vos non videtis.*

REFUTATIONES.

1. NImis ſe avarum, lucrique ſui avidum oſtendit Mahumetus, qui toties in Alcorano mundanas res ſpernendas eſſe prędicat, dum ad litem de prædarum diviſione inter milites ſuos componendam, quintam ſibi illarum partem depoſcit. At enim eadem quinta pars, in Deum, cognatos ipſius Mahumeti, orphanos, pauperes, & viatores erat quintanda. Eſto: ſed tamen avaritiæ notam à ſe non removet: hæc enim partitio ab illius pendebat arbitrio. Cognatos ſaltem ſuos acceludere ſuſpicioſum erat. Hùc accedit, abſolutè ſanciri, manubias Deo, ejuſque legato debitas eſſe. Et, cùm Deus manubiis non indigeat, uni tantùm Mahumeto reſervari quis non videat? Illud verò prætereundum non eſt, quoties Impoſtor aliquid pro ſua re (ſive ad Venerem, ſive ad lucrum, aut aliud proprium commodum ſpectet) decernit; ſemper religionis, aut pietatis, aut mundanarum rerum contemptus, aut ſupremi Judicii, aut Gehennæ, aut Paradiſi mentionem importuniſſimè ingerere: & libidines ſuas virtutum larva cohoneſtare; quod hìc etiam contingit.

II. Jam ſuprà oſtendi, quanta ſit vanitas miraculorum illorum, quæ in bello Bedrenſi facta eſſe confinguntur. Hìc duo adjicio. Primum, miraculo tribui, quod ne umbram quidem miraculi præſefert: nimirùm: Mahumetanos ante congreſſum cum hoſtibus, cibo fortaſſe oppletos, vel præterita vigilia fatigatos, in ſoporem merſos fuiſſe: quo tempore, repentina pluvia ſuperveniente, perbellè madefacti ſunt. Miraculum hìc in eo fingit: quod per ſoporem illum à Deo immiſſum, Mahumetani ab hoſtium timore liberarentur: per pluviam verò à ſordibus purgarentur. Verùm quis ineptias has eſſe non videat? Secundum, Mahumetum ſibi manifeſtè contradicere. Ubi enim Sura Tertia Mahumetanos in hoſtium oculis plures, quàm eſſent, apparuiſſe aſſeruit: hìc pauciores viſos fuiſſe affirmat. Nulla verò eſt Gelalis, & Zamchaſcerii excuſatio, vel defenſio: quod ſcilicet ante congreſſum pauciores apparuerint, ne hoſtes multitudine deterriti, retrocederent. Verùm ubi ad manus ventum eſt: plures, quàm eſſent, apparuiſſe, ad hoſtium animos dejiciendos. Primò enim verus Mahumetanorum numerus vix trecentos excedebat: hoſtium verò ad mille pertingebat: neque erat, cur mille reformidarent trecentos. Secundò fruſtra multiplicaſſet Deus Mahumetanos in conflictu ad terrorem hoſtibus incutiendum, ſi ante conflictum illos imminuerat, ad animos iiſdem augendos. Poterant quippe in ipſo conflictu ita refugere, ac terga vertere, ſicut ante conflictum. Quòd ſi dicas, hoſtes inito jam conflictu, non potuiſſe ita commodè retrocedere: reſpondebo, tunc ſupervacaneum fuiſſe illud phantaſticum augmentum Mahumetanorum, præſertim additis tot millibus Angelorum. Poſtremò, ſi quoties Alcoranus ſibi ipſi contradicit, & adverſatur, ad temporum diverſitatem confugere liceat (ſicut paſſim Expoſitores Moslemi faciunt); nullum erit abſurdum, quod non poſſit in Alcorano defendi.

Tex-

Textus Alcorani.

52 ولو ترى إذ يتوفى الذين كفروا الملائكة يضربون وجوههم وأدبارهم وذوقوا عذاب الحريق ۞
54 ذلك بما قدمت أيديكم وأن الله ليس بظلام للعبيد ۞ 55 كدأب آل فرعون والذين
من قبلهم كفروا بآيات الله فأخذهم الله بذنوبهم إن الله قوي شديد العقاب ۞ 56 ذلك بأن
الله لم يك مغيرا نعمة أنعمها على قوم حتى يغيروا ما بأنفسهم وأن الله سميع عليم ۞
57 كدأب آل فرعون والذين من قبلهم كذبوا بآيات ربهم فأهلكناهم بذنوبهم وأغرقنا آل
فرعون وكل كانوا ظالمين ۞ 58 إن شر الدواب عند الله الذين كفروا فهم لا يومنون ۞
59 الذين عاهدت منهم ثم ينقضون عهدهم في كل مرة وهم لا يتقون ۞ 60 فإما تثقفنهم في
الحرب فشرد بهم من خلفهم لعلهم يذكرون ۞ 61 وإما تخافن من قوم خيانة فانبذ إليهم على
سواء إن الله لا يحب الخائنين ۞ 62 ولا يحسبن الذين كفروا سبقوا إنهم لا يعجزون ۞
63 وأعدوا لهم ما استطعتم من قوة ومن رباط الخيل ترهبون به عدو الله وعدوكم وآخرين
من دونهم لا تعلمونهم الله يعلمهم وما تنفقوا من شيء في سبيل الله يوف إليكم وأنتم لا
تظلمون ۞ 64 وإن جنحوا للسلم فاجنح لها وتوكل على الله إنه هو السميع العليم ۞
65 وإن يريدوا أن يخدعوك فإن حسبك الله هو الذي أيدك بنصره وبالمومنين ۞ 66 وألف بين
قلوبهم لو أنفقت ما في الأرض جميعا ما ألفت بين قلوبهم ولكن الله ألف بينهم إنه عزيز
حكيم ۞ 67 يا أيها النبي حسبك الله ومن اتبعك من المومنين ۞ 68 يا أيها النبي حرض
المومنين على القتال إن يكن منكم عشرون صابرون يغلبوا مايتين وإن يكن منكم ماية
يغلبوا ألفا من الذين كفروا بانهم قوم لا يفقهون ۞ 69 الآن خفف الله عنكم وعلم أن
فيكم ضعفا فإن تكن منكم مائة صابرة يغلبوا مايتين وإن يكن منكم ألف يغلبوا ألفين
بإذن الله والله مع الصابرين ۞ 70 ما كان لنبي أن تكن له أسرى حتى يثخن في الأرض
تريدون عرض الدنيا والله يريد الآخرة والله عزيز حكيم ۞ 71 لولا كتاب من الله سبق
لمسكم فيما أخذتم عذاب عظيم ۞ 72 فكلوا مما غنمتم حلالا طيبا واتقوا الله إن الله غفور
رحيم ۞ 73 يا أيها النبي قل لمن في أيديكم من الأسرى إن يعلم الله في قلوبكم خيرا
يوتكم خيرا مما أخذ منكم ويغفر لكم والله غفور رحيم ۞ 74 وإن يريدوا خيانتك فقد
خانوا الله من قبل فأمكن منهم والله عليم حكيم ۞ 75 إن الذين آمنوا وهاجروا وجاهدوا
بأموالهم وأنفسهم في سبيل الله والذين آووا ونصروا أولئك بعضهم أولياء بعض والذين آمنوا ولم
يهاجروا ما لكم من ولايتهم من شيء حتى يهاجروا وإن استنصروكم في الدين فعليكم النصر

إلا على

إِلَّا عَلَىٰ قَوْمٍ بَيْنَكُمْ وَبَيْنَهُمْ مِيثَاقٌ وَاللَّهُ بِمَا تَعْمَلُونَ بَصِيرٌ ۞ 76 وَالَّذِينَ كَفَرُوا بَعْضُهُمْ أَوْلِيَاءُ بَعْضٍ
إِلَّا تَفْعَلُوهُ تَكُنْ فِتْنَةٌ فِي الْأَرْضِ وَفَسَادٌ كَبِيرٌ ۞ 77 وَالَّذِينَ آمَنُوا وَهَاجَرُوا وَجَاهَدُوا فِي
سَبِيلِ اللَّهِ وَالَّذِينَ آوَوا وَنَصَرُوا أُولَٰئِكَ هُمُ الْمُؤْمِنُونَ حَقًّا لَهُمْ مَغْفِرَةٌ وَرِزْقٌ كَرِيمٌ ۞ 78 وَالَّذِينَ
آمَنُوا مِنْ بَعْدُ وَهَاجَرُوا وَجَاهَدُوا مَعَكُمْ فَأُولَٰئِكَ مِنْكُمْ وَأُولُوا الْأَرْحَامِ بَعْضُهُمْ أَوْلَىٰ بِبَعْضٍ فِي
كِتَابِ اللَّهِ إِنَّ اللَّهَ بِكُلِّ شَيْءٍ عَلِيمٌ ۞

Verſio Latina.

53. ET ſi videres, quandò morti tradunt eos, qui fuerunt infideles, Angeli. Percutiunt facies eorum, & dorſa eorum *fuſtibus ferreis*: & *dicunt eis*: Guſtate pœnam combuſtionis. 54. Hoc *evenit vobis*, propter id, quod anteà perpetraverunt manus veſtræ: &, quia ſanè Deus non eſt iniquus erga ſervos. 55. Juxta conſuetudinem familiæ Pharaonis, & eorum, qui ante eos increduli fuerunt in ſigna Dei, *eſt conſuetudo horum*. Ideò ſuſtulit eos Deus in delictis eorum: nam Deus eſt fortis, vehemens in puniendo. 56. Hoc eo, quòd Deus non fuerit immutans gratiam, qua beneficus fuit ſuper gentem aliquam, donec immutarent (*ipſi*) id, quod erat in animabus ſuis (*ideſt fidem in infidelitatem*;) &, quia ſanè Deus eſt audiens, ſciens. 57. Juxta conſuetudinem familiæ Pharaonis, & eorum, qui ante eos mendacii inſimulaverunt ſigna Domini, ſui: ideò perdidimus eos in peccatis eorum, & demerſimus familiam Pharaonis: & omnes fuerunt iniqui. 58. Certè peſſima jumentorum apud Deum, ſunt, qui abnegant *ſigna Dei*: ideò ipſi non credunt. 59. Quos ex eis fœdus accepiſti; deindè infringunt fœdus ſuum qualibet vice, & ipſi non timent *Deum*; 60. Sive deprehenderis eos in bello, ſepara per eos illos, qui erunt poſt eos, (*ideſt fac, ut alii, qui deindè fœdus tecum inibunt, diſcant exemplo pœnæ eorum fœdera ſervare*) ut ipſi (*ideſt, qui venient poſt eos*) commonefiant. 61. Sive timueris ab aliquibus, *cum quibus fœdus ineas*, fraudem, rejice ad eos cum paritate (*ideſt rejice fœdus eorum par pari reddendo*) nam Deus non amat fraudolentos. 62. Et ne exiſtiment, qui infideles fuerunt, quòd præterierint (*ideſt effugerint iram Dei*) quippe ipſi non infirmabunt (*potentiam Dei*). 63. Et præparate contra eos, quod potueritis ex vi *militari*, & ex ſeptis equorum, ut metum incutiatis per hoc hoſti Dei: & hoſti veſtro, & aliis præter eos; non noſtis illos: Deus novit eos. Quod autem impenderitis de re pro via Dei, rependetur vobis: & vos non injuſtè tractabimini. 64. Quod ſi inclinaverint ad pacem: inclina ad eam *tu quoque*, & innitere ſuper Deum, quippe ipſe eſt Auditor, Cognitor. 65. Si autem voluerint decipere te: certè ſufficientia tua erit Deus. Ipſe eſt, qui roboravit te auxilio ſuo, & fidelibus (*ideſt auxilio fidelium*). 66. Et unionem poſuit inter corda eorum. Si impendiſſes, quod eſt in terra univerſum, non poſuiſſes unionem inter corda eorum: ſed Deus unionem poſuit inter eos; quippe ipſe eſt Præpotens, Sapiens. 67. O Propheta: ſufficientia tua eſt Deus, & qui ſequutus fuerit te ex fidelibus. 68. O Propheta; excita fideles ad prælium: ſi fuerint ex vobis viginti conſtantes, vincent ducentos. Et ſi fuerint ex vobis centum; vincent mille ex iis, qui ſunt infideles, eo, quòd ipſi ſint gens, quæ non ſapiunt. 69. Nunc alleviavit Deus à vobis: nam novit, quòd in vobis eſt imbecillitas. Quòd ſi fuerint ex vobis centum conſtantes; vincent ducentos: Et ſi fuerint ex vobis mille; vincent duo millia propter voluntatem Dei: & Deus eſt cum conſtanter ſuſtinentibus. 70. Non fuit *datum alicui* Prophetæ, ut eſſent ei captivi, donec ſtragem plurimam feciſſet in terra *ex infidelibus*. Vultis accidentale *bonum* mundi: & Deus vult alteram vitam: & Deus eſt præpotens, ſapiens. 71. Niſi liber à Deo præceſſiſſet, qui *concederet vobis ſpolia*, & *captivos*: certè attigiſſet vos ob id, quod accepiſtis *ex præda Bedrenſi*, *pœna*

ma-

magna. 72. Comedite ergo ex eo, quod prædati fueritis, licitum bonum: & timete Deum: nam Deus eſt indulgens, miſericors. 73. O Propheta; dic illis, qui ſunt in manibus veſtris ex captivis: Si noverit Deus in cordibus veſtris bonum; dabit vobis melius, quàm, quod ablatum fuerit vobis; & parcet vobis; nam Deus indulgens, miſericors eſt. 74. Quod ſi *captivi* voluerint decipere te: jam porrò deceperunt Deum antè: propterea *a* poteſtati ſubjecit eos: & Deus eſt ſciens, ſapiens. 75. Porrò, qui crediderunt, & emigraverunt *patria*, & decertaverunt cum facultatibus ſuis, & perſonis ſuis pro ſemita Dei: &, qui in confugium receperunt *Prophetam*, & auxiliati ſunt *ei*: hi, alii eorum erunt ſocii aliorum *in præda*. Qui verò crediderunt, ſed non emigraverunt *patria*: non erit vobis de ſocietate eorum, quidquam; donec emigrent *etiam ipſi*. Quod ſi opem poſtulent à vobis pro religione, ad vos *ſpectabit dare illis* auxilium præter quàm contra gentes inter vos, & inter illas pactum (*i. vobis fœdere junctas*). Et Deus in id, quod facitis, eſt intuens. 76. Qui verò infideles fuerint: alii eorum ſint ſocii aliorum. Niſi hoc feceritis, erit ſchiſma in terra, & corruptio gravis. 77. Qui autem crediderunt, & emigraverunt, & decertaverunt pro ſemita Dei: &, qui confugium præbuerunt *Mahumeto*, & auxiliati ſunt *ei*; hi ſunt fideles verè: ipſis erit indulgentia, & proviſio honorifica in *Paradiſo*. 78. Et, qui crediderunt poſteà, & emigraverunt, & decertaverunt vobiſcum; hi erunt ex vobis (*ideſt ſocii veſtri in victoriis, & prædis*) habentes verò conſanguinitates, alii eorum potiores ſunt aliis in libro Dei, *juxta cujusque meritum*: nam Deus in omni re eſt ſciens.

a poteſtatẽ dedit de eis (*i. dedit eos in poteſtatẽ tuam, ut occideres, & captivos duceres eos in Bedro.*)

NOTÆ.

LIII. ET *ſi videres quandò, &c.*] Ex documento Thalmudico, credũt Mahumetani, unumquemque in ſepulchro poſt mortem, tranſactæ vitæ examen ſubire. Vocant hoc, tormentum foveæ, ſeu ſepulchri: de quo Algazel in profeſſione fidei Moſlemicè, hæc habet. لا يتقبل ايمان عبد حتى يوقن بما اخبر عنه بعد الموت واوّله سؤال منكر ونكير وهما شخصان مهيبان هايلان يقعدان العبد فى قبره سويًا ذا روح وجسد فيسألانه عن التوحيد والرسالة يقولان له من ربّك وما دينك ومن نبيك وهما فتانا القبر وسؤالهما اول فتنة بعد الموت وان يؤمن بعذاب القبر وانه حقّ وحكمة وعدل على الجسم والروح على ما يشا الله. *Non eſt accepta fides hominis, donec certò credat in id, quod traditum eſt, poſt mortem eſſe eventurum. Et primum eſt examen Monker, & Nakir. Sunt autem hi duæ perſonæ terribiles, & horrendæ ſpecie, quæ hominem in Sepulcro ſuo erectum ſtatuent, anima, corporeque conſtantem. Et interrogabunt eum de unitate Dei, & de miſſione legati, dicentes: Quis eſt Dominus tuus; & quæ religio tua; & quis Propheta tuus? Et hi ambo ſunt exploratores ſepulchri: & examen eorum eſt prima probatio poſt mortem. Et etiam credendum eſt in tormentum ſepulchri, atque illud eſſe debitum, & judicium, & juſtitiam erga corpus, & animam, juxta id, quòd Deus voluerit.* Hoc tormentum, ſeu examen ſepulchri, quod hìc, & alibi in Alcorano commemoratur, dixi commentum eſſe Thalmudicum. Nam Elias in Thisbi, ubi agit de חִבּוּט הַקֶּבֶר *percuſſione ſepulchri*, hæc habet: *Scriptum eſt in Midras* R. *Iſaac filii Parnach. Interrogaverunt diſcipuli* tũ R. *Elieſer: Quomodò ſe habet ritus percuſſionis ſepulchri? Reſpondit eis. Poſtquam ſeparatus eſt homo ab hoc ſeculo, venit Angelus mortis, & ſedet ſuper ſepulchrum ejus. Statim intrat anima ejus in corpus ejus, & facit illum ſtare ſuper pedes ſuos, &c. Dixit* R. *Jehozua filius Levi: Et in manu ejus Angeli eſt catena, cujus media pars eſt ferrea, & altera ignea, qua verberat ipſum hominem. Et primo vice diſſolvuntur membra ejus: ſecunda vice, ejus oſſa diſſipantur. Tùm veniunt Angeli, & colligunt ea. Quod ſi tertia vice ipſum percuſſerit, redigitur, in pulverem, & cinerem, & redit in ſepulchrum ſuum, &c. Dixit.* R. *Meir: Gravius eſt judicium percuſſionis ſepulchri judicio Gehennæ: quoniam etiam qui planè juſti ſunt, & filii Principum, & abortivi, ea judicantur; illo excepto, qui moritur in Veſpera Sabbathi, &, qui moritur in terra Iſrael.* Hactenùs Thalmud. Quin, & Judæi precatiunculis ſuis, quas vocant *Berachoth*, rogant Deum, ut ipſos liberet à percuſſione ſepulchri. Vide Lexicon Buxtorfii in radice חבט. Hoc modo Alcoranus Thalmudem ferè ſemper in ſuis fabulis, veluti canis canem, ſubodoratur.

REFUTATIONES.

I. NIhil magis fide indignum, examine illo, tormentoque ſepulchri, quod inter præcipuos fidei ſuæ articulos Mahumetani reponunt. Nam, cùm plurimi poſt mortem ſepultura careant, multi etiam vivi comburantur, & in cineres abeant: vel in minuta fruſta diſciſſi, hinc inde diſpergantur: vel à beſtiis devorentur: quomodò poterunt corpora eorum, iterùm anima immiſſa, intra ſepulchra examinari, & bacillis, ſeu catenis ferreis torqueri? At enim Deus miraculosè eorum corpora reſtituet, & in aliquo ſepulchro collocabit. Verùm gratis hoc, & abſque ullo

ullo fundamento asseritur. Præterea non solùm Christiani, sed etiam Moslemi ipsi ex doctrina Alcorani certissimè credunt, hanc corporum restitutionem, eorumq; novam animationem, in resurrectione tantùm universali per divinam potentiam esse faciendam. Hoc verò loco notandum, verba Alcorani non respicere hominem positum jam in sepulchro: sed in articulo mortis constitutum, ut quilibet videre potest. Sed nos debemus stare Doctorum Moslemorum expositioni.

II. Promittit primò Mahumetus asseclis suis, viginti ex ipsis, ducentos ex hostibus: & centum ex ipsis, mille ex hostibus esse superaturos. Deindè statim, centum Moslemos, ducentos infideles: & mille Moslemos, duo millia infidelium victuros esse pollicetur. In hoc autem levem se, fatuumque demonstrat. Nam, cùm hæc Mahumetanorum victoria miraculo tribuatur (id, quod innuunt verba illa Alcorani باذن الله *per nutum*, seu voluntatem *Dei*, quibus utitur, ubi de miraculo aliquo sermo est) importunè ob imbecillitatem Mahumetanorum mutat Deus id, quod non ex eorum viribus, sed ex mero miraculo suo dependet. Quamquam nulli miraculo tribuendum est, quòd centum vincant ducentos, & mille duo millia: & neque etiam, quòd viginti de ducentis; & centum de millibus victoriam reportent.

III. Mendacem se de more Mahumetus ostendit, dùm Prophetas immani infidelium strage, captivos sibi comparasse pronuntiat. Vellem, vel unicum ex hujusmodi Prophetis produceret. Nos enim nullum in Sacris literis Prophetam talem invenimus. Quin, nec Alcoranus ex his, quos confingit, Hud, Saleh, Locman, & aliis, aliquem talem nobis describit. Verùm hæc subdolè confingit, ut Prophetarum exemplo rapacitatem, sævitiam, ac libidinem suam cohonestet, & tueatur. Hoc sæpè facere consuevit. Et tamen eodem tempore accidentalia mundi bona spernenda; æternam verò Paradisi felicitatem appetendam esse, asseclis suis suadere conatur: nimirùm, ut hæc sibi illi haberent, vel inaniter sperarent: illa verò ipsi soli relinquerent. Sapit Impostor; sed pro re sua.

سورة التوبة مدنية مائة وثلثون آية

SURA IX.
POENITENTIA.
MEDINENSIS:
CENTUM TRIGINTA COMMATUM.

1 براءة من الله ورسوله الى الذين عاهدتم من المشركين ۞ 2 فسيحوا في الارض اربعة اشهر
واعلموا انكم غير معجزي الله وان الله مخزي الكافرين ۞ 3 واذان من الله ورسوله الى الناس
يوم الحج الاكبر ان الله بري من المشركين ۞ 4 ورسوله فان تبتم فهو خير لكم وان توليتم
فاعلموا انكم غير معجزي الله وبشر الذين كفروا بعذاب اليم ۞ 5 الا الذين عاهدتم من
المشركين ثم لم ينقصوكم شيا ولم يظاهروا عليكم احدا فاتموا اليهم عهدهم الى مدتهم ان
الله يحب المتقين ۞ 6 فاذا انسلخ الاشهر الحرم فاقتلوا المشركين حيث وجدتموهم وخذوهم
واحصروهم واقعدوا لهم كل مرصد فان تابوا واقاموا الصلوة واتوا الزكوة فخلوا سبيلهم ان الله
غفور رحيم ۞ 7 وان احد من المشركين استجارك فاجره حتى يسمع كلام الله ثم ابلغه
مامنه ذلك بانهم قوم لا يعلمون ۞ 8 كيف يكون للمشركين عهد عند الله وعند رسوله
الا الذين عاهدتم عند المسجد الحرام فما استقاموا لكم فاستقيموا لهم ان الله يحب المتقين ۞
9 كيف وان يظهروا عليكم لا يرقبوا فيكم الا ولا ذمة يرضونكم بافواههم وتابى قلوبهم
واكثرهم فاسقون ۞ 10 اشتروا بايات الله ثمنا قليلا فصدوا عن سبيله انهم ساء ما كانوا يعملون ۞
11 لا يرقبون في مومن الا ولا ذمة واولايك هم المعتدون ۞ 12 فان تابوا واقاموا الصلوة واتوا
الزكوة فاخوانكم في الدين ونفصل الايات لقوم يعلمون ۞ 13 وان نكثوا ايمانهم من بعد
عهدهم وطعنوا في دينكم فقاتلوا ائمة الكفر انهم لا ايمان لهم لعلهم ينتهون ۞ 14 الا تقاتلون
قوما نكثوا ايمانهم وهموا باخراج الرسول وهم بدوكم اول مرة اتخشونهم فالله احق ان تخشوه ان
كنتم مومنين ۞ 15 قاتلوهم يعذبهم الله بايديكم ويخزهم وينصركم عليهم ويشف صدور قوم

مومنين ۞ 16 ويذهب غيظ قلوبهم ويتوب الله على من يشاء والله عليم حكيم ۞ 17 أم
حسبتم أن تتركوا ولما يعلم الله الذين جاهدوا منكم ولم يتخذوا من دون الله ولا رسوله
ولا المومنين وليجة والله خبير بما تعملون ۞ 18 ما كان للمشركين أن يعمروا مسجد الله
شاهدين على انفسهم بالكفر اولئك حبطت اعمالهم وفي النار هم خالدون ۞ 19 انما يعمر
مساجد الله من امن بالله واليوم الاخر واقام الصلوة واتى الزكوة ولم يخش الا الله فعسى
اولئك ان يكونوا من المهتدين ۞ 20 اجعلتم سقاية الحاج وعمارة المسجد الحرام كمن امن
بالله واليوم الاخر وجاهد في سبيل الله لا يستوون عند الله والله لا يهدي القوم الظالمين ۞
21 الذين امنوا وهاجروا وجاهدوا في سبيل الله باموالهم وانفسهم اعظم درجة عند الله واولئك
هم الفايزون ۞ 22 يبشرهم ربهم برحمة منه ورضوان وجنات لهم فيها نعيم مقيم ۞
23 خالدين فيها ابدا ان الله عنده اجر عظيم ۞ 24 يا ايها الذين امنوا لا تتخذوا
ابآءكم واخوانكم اولياء ان استحبوا الكفر على الايمان ومن يتولهم منكم فاولئك هم
الظالمون ۞ 25 قل ان كان اباوكم وابناوكم واخوانكم وازواجكم وعشيرتكم
واموال اقترفتموها وتجارة تخشون كسادها ومساكن ترضونها احب اليكم من الله ورسوله وجهاد
في سبيله فتربصوا حتى ياتي الله بامره والله لا يهدي القوم الفاسقين ۞ 26 لقد نصركم
الله في مواطن كثيرة ويوم حنين اذ اعجبتكم كثرتكم فلم تغن عنكم شيا وضاقت
عليكم الارض بما رحبت ثم وليتم مدبرين ۞ 27 ثم انزل الله سكينته على رسوله
وعلى المومنين وانزل جنودا لم تروها وعذب الذين كفروا وذلك جزاء الكافرين ۞ 28 ثم
يتوب الله من بعد ذلك على من يشاء والله غفور رحيم ۞ 29 يا ايها الذين امنوا انما
المشركون نجس فلا يقربوا المسجد الحرام بعد عامهم هذا وان خفتم عيلة فسوف يغنيكم الله
من فضله ان شاء ان الله عليم حكيم ۞ 30 قاتلوا الذين لا يومنون بالله ولا باليوم الاخر ولا
يحرمون ما حرم الله ورسوله ولا يدينون دين الحق من الذين اوتوا الكتاب حتى يعطوا الجزية
عن يد وهم صاغرون ۞ 31 وقالت اليهود عزير ابن الله وقالت النصارى المسيح ابن الله ذلك
قولهم بافواههم يضاهون قول الذين كفروا من قبل قاتلهم الله انى يوفكون ۞ 32 اتخذوا
احبارهم ورهبانهم اربابا من دون الله والمسيح ابن مريم وما امروا الا ليعبدوا الها واحدا لا اله
الا هو سبحانه عما يشركون ۞ 33 يريدون ان يطفيوا نور الله بافواههم ويابى الله الا ان يتم
نوره ولو كره الكافرون ۞ 34 هو الذي ارسل رسوله بالهدى ودين الحق ليظهره على
الدين كله ولو كره المشركون ۞ 35 يا ايها الذين امنوا ان كثيرا من الاحبار
والرهبان لياكلون اموال الناس بالباطل ويصدون عن سبيل الله والذين يكنزون الذهب

والفضة ولا ينفقونها في سبيل الله فبشرهم بعذاب اليم ۞ 36 يوم يحمى عليها في نار جهنم
فتكوى بها جباههم وجنوبهم وظهورهم هذا ما كنزتم لانفسكم فذوقوا ما كنتم تكنزون ۞

Verſio Latina.

1. IMmunitas à Deo, & Legato ejus ad eos, cum quibus fœdus iniſtis ex aſſociantibus. 2. Peragrate terram *ſecuri per* quatuor menſes: & ſcitote, quòd vos non eſtis infirmaturi Deum (*ideſt impedituri eum, quin puniat*) &, quòd Deus ignominia affecturus ſit infideles. 3. Et notificatio à Deo, & legato ejus ad homines die peregrinationis majoris: quòd Deus immunis eſt ab aſſociantibus (*ideſt non concedit eis indulgentiam ultra illum diem*). 4. Et legatus ejus *etiam immunis eſt ab illis*. Quòd ſi reſipueritis: hoc erit melius vobis. Si verò tergiverſati fueritis, ſcitote porrò, quòd vos non infirmaturi eſtis Deum *ita, ut non puniat vos*. Et annuncia iis, qui fuerint infideles, pœnam dolorificam. 5. Præter eos, quibuſcum fœdus inieritis ex Aſſociantibus; deindè non defecerint vobis ulla in re, neque adjuverint contra vos ullum. Porrò perfectè ſervate illis pactum eorum uſque ad terminum eorum (*ideſt, quamdiù durat fœdus cum illis initum*) quippe Deus amat timentes *ſe*. 6. Ubi verò tranſierint menſes ſacri: occidite aſſociantes, ubicumque inveneritis eos, & capite eos, & obſidete eos, & inſidiamini eos omnibus inſidiis. Quòd ſi converſi fuerint, & ſtare fecerint orationem, & perſolverint ſacrum cenſum; liberam dimitte viam eorum: quippe Deus eſt indultor, miſericors. 7. Si quis verò ex Aſſociantibus ſecuritatem poſtulet à te: ſecuritatem concede illi, ut audiat ſermonem Dei (*ideſt Alcoranum*) deindè fac pervenire eum ad locum ſecuritatis ejus (*ideſt ad gentem ſuam, ſi noluerit credere*) hoc *facies*, quia ipſi ſunt homines, qui ignorant. 8. Quomodò erit Aſſociantibus fœdus apud Deum, & apud legatum ejus; præter eos, cum quibus fœdus iniſtis prope templum Meccæ? Quamdiù ergo conſtantes fuerint vobis *in fœdere; vos etiam* conſtantes eſtote illis: nam Deus amat timentes *ſe*. 9. Quomodò, *inquam erit cum eis fœdus*, cùm, ſi prævaluerint contra vos, non obſervaturi ſint in vobis cognationem, neque pactum? Placebunt vobis oribus ſuis: & averſa erunt corda eorum: & plerique eorum ſunt prævaricantes. 10. Vendiderunt ſigna Dei (*ideſt doctrinam Alcorani*) pretio parvo, & prohibuerunt *alios* à via ejus. Certè ipſi, malum eſt, quod fecerunt. 11. Non obſervant in ullo fideli cognationem, neque pactum: & hi ſunt Tranſgreſſores. 12. Quòd ſi converſi fuerint, & ſtare fecerint orationem, & dederint eleemoſynam; *cenſendi erunt* fratres veſtri in religione. Et diſtinctè proponimus ſigna hominibus, qui ſciunt. 13. At, ſi violaverint juramenta ſua poſt pactum ſuum, & obtrectaverint religioni veſtræ: oppugnate antiſtites infidelitatis: quippe non ſunt juramenta ipſis *ſervanda*: ut ipſi abſtineant *ab infidelitate*. 14. An non pugnabitis contra homines, qui violaverunt juramenta ſua, & ſtuduerunt ejicere legatum: & ipſi ultrò aggreſſi ſunt vos prima vice? An timebitis eos? At Deus juſtiùs eſt, ut timeatis eum, ſi eſtis fideles. 15. Oppugnate eos: puniet eos Deus per manus veſtras, & ignominia afficiet eos: & auxiliabitur vobis contra eos, & ſanabit pectora hominum credentium. 16. Et auferet indignationem cordium eorum: & convertet ſe Deus, ſuper quem voluerit: & Deus eſt ſciens, ſapiens. 17. An exiſtimaſtis, quòd deſerendi eſſetis; & nondum noverat Deus illos, qui decertaſſent ex vobis: & nondùm acceperatis præter Deum, & legatum ejus, & fideles *alios in* amicos? Et Deus peritus eſt in eo, quod facitis. 18. Non eſt *conveniens* Aſſociantibus, ut viſitent Oratoria Dei, *cùm ſint* teſtes ſuper animas ſuas de infidelitate. Horum vana ſunt opera: & in igne ipſi perpetuò moraturi *ſunt*. 19. Porrò viſitabit Oratoria Dei, qui credit in Deum, & diem noviſſimum: & ſtare facit orationem; & perſolvit eleemoſynam ſtatutam; & non timet, niſi Deum. Facile erit his, ut ſint ex directis. 20. An feciſtis potationem peregrinantis *ad Meccam ex puteo Zamzam*; & viſitationem delubri Meccani; ſicut illum (*ideſt æqualem merito illius*)

illius) qui credit in Deum, & diem noviſſimum, & decertat pro ſemita Dei? Non erunt paria *hęc* apud Deum; & Deus non diriget gentes iniquas. 21. Qui crediderunt, & *patria* emigraverunt, & decertaverunt pro via Dei facultatibus ſuis, & perſonis ſuis, majores erunt gradu apud Deum: & hi erunt felices. 22. Annunciat illis Dominus ipſorum miſericordiam à ſe, & beneplacitum: & hortos: *erit* ipſis in eis voluptas ſtabilis. 23. Perennes erunt in eis ſemper; quippe Deus, apud eum eſt merces magna. 24. O qui crediderunt, ne accipiatis patres veſtros, & fratres veſtros in amicos, ſi dilexerint infidelitatem ſuper fidem: &, qui in amicos acceperit eos ex vobis, hujuſmodi erunt iniqui. 25. Dic: ſi fuerint patres veſtri, & filii veſtri, & fratres veſtri, & uxores veſtræ, & affines veſtri, & facultates, quas acquiſiſtis, & mercimonium, cujus timetis *non eſſe faciendam à vobis* diſtractionem: & habitationes, quibus delectamini, cariores vobis, quàm Deus, & legatus ejus, & decertatio pro via ejus: expectate, donec veniat Deus cum imperio ſuo: & Deus non diriget homines prævaricantes. 26. Jam quidem adjuvit vos Deus *præliantes* in locis multis: & in die Honein, cùm complacuiſtis vobis in multitudine veſtra; nec tamen profuit vobis quidquam: & anguſtata fuit ſuper vos terra, cùm ſpatioſa eſſet: tùm averſi fuiſtis terga vertentes. 27. Deindè demiſit Deus quietem ſuam ſuper legatum ſuum, & ſuper fideles; & demiſit exercitus *Angelorum*, quos non vidiſtis: & punivit eos, qui erant infideles: & hæc fuit retributio infidelium. 28. Tùm convertet ſe Deus poſt hoc ſuper quem voluerit: & Deus eſt indultor, miſericors. 29. O qui crediderunt: Certè aſſociantes ſunt immunditia: ne itaque appropinquent delubro Meccano poſt hunc annum. Quòd, ſi timueritis penuriam *ob abſciſſionem commercii eorum*: mox ditabit vos Deus ex abundantia ſua, ſi voluerit: quippe Deus eſt ſciens, ſapiens. 30. Pugnate contra eos, qui non credunt in Deum, neque in diem noviſſimum; & non prohibent id, quod prohibuit Deus, & legatus ejus: & non profitentur religionem veram, ex iis, quibus traditus fuit liber (*ideſt ex Judæis, & Chriſtianis*) donec perſolvant tributum à manu (*ideſt manibus ſuis*) & ipſi ſint parvi (*ideſt humiles, ac ſubjecti.*) 31. Et dicunt Judęi: Ozair eſt filius Dei. Et dicunt Chriſtiani: Meſſias eſt filius Dei. Hoc dictum eorum in oribus ipſorum: imitantur dictum eorum, qui infideles fuerunt antea. *a* Oppugnet eos Deus. Quomodò mentiuntur? 32. Acceperunt *Judæi* Pontifices ſuos: & *Chriſtiani* Monachos ſuos in dominos præter Deum; & Meſſiam filium Mariæ. Et non fuit præceptum illis, niſi ut colerent Deum unum; non eſt Deus, niſi ipſe; laus ejus *ideſt procul abſit* ab eo, quod aſſociant *illi*. 33. Volunt extinguere lumen Dei oribus ſuis: ſed renuet Deus, ut non perficiat lumen ſuum, etiam ſi ægrè ferant infideles. 34. Ipſe eſt, qui miſit legatum ſuum cum directione, & religione vera; ut apparere faciat eam ſuper religionem omnem: etiamſi ægrè ferant Aſſociantes. 35. O qui crediderunt: ſanè multi ex Pontificibus, & Monachis comedunt facultates hominum cum vanitate: & avertunt *alios* à via Dei. At qui theſaurizant aurum, & argentum, & non expendunt illud pro via Dei, annuncia illis pœnam diſcruciantem. 36. Die qua *b* incendetur illud (*ideſt aurum, & argentum*) in igne Gehennæ, & cauterizabuntur eo frontes eorum, & latera eorum, & dorſa eorum; *& dicetur illis*: Hoc eſt, quod theſaurizaſtis animabus veſtris: guſtate ergo, quod theſaurizaſtis

a Oppugnabit.

b Die quadã

NOTÆ.

INſcribitur hæc Sura, التوبة *Pœnitentia*: quia in ea conceditur hoſtibus Mahumeti, ut intra quatuor menſes redeant ad pœnitentiam: ideſt abſtineant à bello ipſi inferrendo, & fœdere ſecum uniantur. Et, quia hoc temporis ſpatio ſecuros eos à ſuis armis reddebat, ideò ab aliis Suræ titulus ponitur البرأة *Immunitas*, vel ſecuritas. Nonnulli præter duas prædictas epigraphas, alias duodecim illi tribuunt, quas ſupervacaneum eſt hìc referre. Volunt quidam, in hac Sura, Pœnitentiam, ſeu reſipiſcentiam reſpicere Mahumetanos Apoſtatas, vel ſceleſtos: immunitatem verò Infideles, ſed in malam partem: quaſi Mahumetus hìc profiteatur, ſe immunem eſſe à fœdere cum illis in poſterum ſervando: ac propterea bellum eis indicit. Et hæc videtur genuina interpretatio. De præmio lectoris hujus Suræ, nihil habent Expoſitores, quia volunt eſſe idem cum proemio Suræ ſuperioris.

Notandum eſt autem, Suræ huic non præfigi formulam illam, quam reliquæ omnes præferunt: *In nomine Dei miſeratoris, miſericordis*: cujus rei rationem hanc reddit Gelal: ولم تكتب فيها البسملة لانه

ما خلا سورة براءة وقل هو الله واحد فانهما انزلا علي ومعهما سبعون الف صف الملايكة

Non revelatus fuit mihi Alcoranus, nisi per singulos versus, & singulas voces; excepta Sura Pœnitentiæ, & Sura: Dic: Ipse est Deus unus (est Sura 110) *nam hæ integræ revelatæ sunt mihi: & cum eis descenderunt septuaginta millia ordinum Angelorum.*

Censetur communiter hæc Sura tota Medinensis. Sed Gelal ponit duos postremos versiculos, juxta quorumdam sententiam, Meccanos. Illius versiculos quidam centum, ac triginta; quidam verò centum, ac viginti novem enumerant.

Quatuor menses] Menses hi recensentur inferiùs. Gelal ponit horum primum شوال *Sceval*, qui est decimus anni Arabici. Zamchascerius ita eos enumerat: شوال وذو القعدة وذو الحجة والمحرم *Sceval, Dhulcaeda, Dhulhoggia, & Moharram*. Tradunt autem, Suram hanc revelatam fuisse Mahumeto in mense Sceval.

XX. *Potationem peregrinantis*] Peregrini quippe, cùm essent in Mecca, religionis, seu veriùs superstitionis causa, aquam putei cujusdam, qui زمزم *Zamzam* dicebatur, bibebant: ex eo enim Abraham bibisse putabant: licèt aqua illius sit ingrata bibentibus.

XXVI. *Et Die Honein*] Est hic juxta Gelal; واد بين مكة والطايف اى يوم قتالكم فيه: *torrens, seu vallis inter Meccam, & Taiphum, in quo prælium inter Meccanos, & hostes commissum est*. Erant autem Mahumetanorum duodecim millia: hostium autem quatuor millia: & nihilominùs illi in fugam versi sunt, relicto Mahumeto, qui constanter restitit super mulam suam albam, nec alius erat cum eo præter Abasum. Sed deindè animos resumentes Moslemi, hostes profligaverunt, & copiosam ex iis prædam retulerunt. Plura autem hìc miracula effingunt: quæ in vita Mahumeti, & in Prodromo P. 2. retulimus.

XXXI. *Ozair*] Idem est, ac Ezar. Ita Sacrarum Scripturarum propria nomina deformat Impostor.

XXXII. *Pontifices suos*]. Arabicè احبار *Pontifices*, seu Sacerdotum præcipuos significat. Gelal interpretatur علماء *Doctores*, seu *Sapientes*.

لانه متى لم يامر بذلك كما يوخذ من حديث رواه الحاكم واخرج فى معناها عن علىّ ان البسملة امان وهى نزلت لرفع الامان بالسيف وعن حذيفه انكم تسمونها سورة التوبة وهى سورة العذاب وروى البخارى عن البراء البراة انها اخر سورة نزلت هذه:

Et non fuit scriptum in ea: In nomine Dei, &c. quia Mahumetus id non præcepit: sicut habetur ex narratione, quam tradidit Alhakem. Et habetur circa significationem ejus ex Aly, quòd: in nomine Dei, &c. importat securitatem (seu assecurationem) *& hæc Sura tradita fuit ad tollendam securitatem per gladium. Habetur autem dixisse Hodeipham: Vos vocatis hanc Suram Pœnitentiæ, cùm sit Sura pœnæ. Habetur etiam ex relatione Albochari ex dicto Albarà, hanc Suram fuisse ultimam, quæ Mahumeto tradita fuerit.* Refert Jahias: Cùm Ebn-abbas interrogasset Othman filium Aphan, cur non præposuissent huic Suræ consuetam formulam: *In nomine Dei, &c.* respondisse: ان رسول الله متى كانت تنزل عليه الثلاثة الايات والاربعة الايات واقل واكثر من ذلك فيقول اجعلوا آية كذا وكذا فى سورة كذا وكذا فى موضع كذا وكذا وانه قبض ولم يقل لنا فى الانفال شيًا ونظرنا قصصهم متشابهًا فجعلناها معها ولم نكتب بينهما بسم الله *Revelabantur Mahumeto tres, vel quatuor, vel plures, aut pauciores versus simul; & dicebat: Ponite hunc, vel hunc versum in hac, vel illa Sura, in tali, vel tali loco: & ipse defunctus est. Non dixit autem nobis in Sura de Manubiis aliquid. Et, cùm vidissemus utramque Suram esse inter se similem in suis narrationibus, posuimus eas simul* (tanquam unicam Suram) *quare non interposuimus inter eas: In nomine Dei, &c.* Similia habet Zamchascerius, qui addit: وقيل سورة الانفال وسورة التوبة سورة واحدة *Dicunt aliqui, Suram Manubiarum, & Suram Pœnitentiæ esse Suram unicam.* Referuntur præterea hujusmodi verba ex ore ipsius Mahumeti: ما نزل القران على الا اية اية وحرفًا حرفًا

REFUTATIONES.

I. TOtum ferè Alcoranum destruit Mahumetus hac Sura. Hactenùs enim suam unicuique religionem vel probaverat, vel non prorsùs improbaverat: nullum ad sectam suam cogendum edixerat: se prædicatorem tantummodò, atque enunciatorem veritatis, non ullius hominis procuratorem à Deo destinatum esse professus fuerat: infideles admonendos verbis, non armis compellendos; patienter sustinendos, non pro merito puniendos pronunciaverat. Hæc autem omnia, cùm se illis potentia, & viribus inferiorem agnoscebat. Ubi verò subacta violenter patria, & pluribus Arabiæ populis sibi subjectis, superiorem se esse conspexit, nullumque sibi resistere posse cognovit: palinodiam in hac Sura (quæ, ut verè affirmat Albocharius, ultima fuit ex Suris Alcorani) libenter cantavit: & fœdere, quod cum infidelibus, & Associantibus (Judæis scilicet, Christianis, & Idololatris) habebat, abrupto: bellum iisdem irreconciliabile indicit. Religionis Larvam assumpsit, ut imperandi libidinem cohonestaret. Nam, ut ex Alcorani verbis constat, nihil aliud *pro via*, seu religione *Dei decertando*, curabat, quàm populos sibi subjicere, & tributum ab iis exigere: quod, si obtinuisset, nullam de cætero religionis curam habebat. Notat autem Abulkasem Habat-Allà in suo tractatu فى الناسخ والمنسوخ *de Abrogante, & Abrogato*, per sextum versum hujus Suræ نسخت من القران مايتى واربعًا وعشرين اية:

ابـــ *abrogari centum viginti quatuor versus ex Alcorano.* Quod verò magis mirum eſt, per ultima ejuſdem ſexti verſiculi verba, prima ejuſdem verba abrogantur: quia ſcilicet primò jubet abſolutè, occidi, & exterminari Aſſociantes, ſeu idololatras ubicunque deprehendantur. Deindè verò jubet iiſdem ignoſci, ſi fiant Mahumetani (vel etiam, ſi tributum ſolvant, ſeque vectigales agnoſcant. Vide Prodr. p. 4. c. 23. pag. 59.) Ita prædictus Abulkaſem Habat-Allah: ثم صار اخرها ناسخا لاولها *Prætereà eſt extremum illius Abrogans principium illius.* Una in re videtur hìc laude dignus Mahumetus, quòd homines exteræ religionis, etiam cum diſpendio Reipublicæ ob impedimentum mercaturæ, à Mecca ſuperſtitionis ſuæ ſede jubet arceri: quod deindè ad univerſam extendit Arabiam. Utinam in hoc Chriſtiani Principes illum imitarentur, quemadmodùm in hypocriſi, & religionis ſimulatione ad impietatem, & atheiſmum tegendum nonnulli imitantur.

II. Duo mendacia, & quidem impudentiſſima habet hìc Alcoranus. Primum eſt, Judæos affirmare Ozair, ſeu Ozram eſſe filium Dei, eodem modo, quo Chriſtiani credunt, eſſe Jeſum Chriſtum; nempè naturalem, nam de filiatione adoptiva, vel per charitatem, nullum eſt dubium, cùm Mahumetani etiam omnibus juſtis illam concedant. Secundum, Judæos colere Pontifices, ſeu doctores ſuos: Chriſtianos verò Monachos ſuos tanquam Dominos, quatenùs vox hæc, *Dominus*, refertur ad Deum: nam de Dominio politico dubium eſſe non poteſt. Utrumque autem omninò falſum, & in hoc poteſt Mahumetus ab univerſo orbe mendacii redargui. Sed vide quæ diximus de hac eadem re in Prodr. p. 3. cap. 21. pag. 68.

III. Thraſonicè loquitur Mahumetus, dùm jactat, ſe effecturum, ut appareat ſuperſtitio ſua على الدين كله *ſuper religionem totam*; ideſt ſuper omnes alias religiones. Duplici porrò ratione poteſt aliqua religio cæteris ſuperior apparere: nempe, vel quoad numerum; vel quoad ſanctitatem, ac veritatem. Si de numero loquamur: ferè certum mihi eſt, Chriſti aſſeclas Mahumeti ſectatores multitudine ſuperare. Quamvis enim Mahumetanorum tyrannis, plures, quàm Chriſtianorum Imperium regiones occupet; in iiſdem tamen regionibus Chriſtiani innumeri reperiuntur, cùm in Chriſtianorum provinciis Mahumetani nulli, præter paucos captivos inveniantur. Verùm, ſi religionis excellentia ex multitudine penſanda ſit? ante Chriſti adventum idololatrarum ſuperſtitio, quæ totum ferè orbem occupabat, excellentiſſima fuiſſet: Judeorum verò religio, quæ intra unius Judææ fines propè continebatur, nullo in prætio fuiſſet habenda. Hùc accedit, quòd, etiamſi hodie fortaſſe Moslemi Chriſtianos turba excedant; aliis tamen temporibus Chriſtiani Moſlemos ſuperaverunt; & favente Deo, futuris temporibus ſuperabunt: quamvis nullibi in Sacris Litteris pro veræ religionis nota numerus aſſignetur, ita, ut falſarum religionum turbam neceſſariò debeat excedere. Si verò de veritate, ac ſanctitate ſermo ſit: jactet quaqua verſus Mahumetus ſectam, legemque ſuam, nunquam Euangelicæ legis, Chriſtique religionis ſanctitati, ac veritati poterit ulla ex parte comparari. At enim Chriſtiani legem ſuam non obſervant, ſicut Moslemi cuſtodiunt ſuam. Eſto. Vitium hoc humanæ naturæ eſt, non legis. Neque Judæi legem ſuam, quo tempore Deus jubebat, obſervabant; ſicut idololatræ cuſtodiebant ſuam: nec tamen hæc illa ideò erat excellentior, vel ſuperior. Neque negaverim, Mahumetanos ſanctiones Alcoranicas majori ſtudio obſervare, quàm plures Chriſtiani Euangelicas obſervent: ſed eorum obſervantia tota eſt exterior, & in rebus, quas Deus minùs curat. Quamobrem Mahumetus ipſe hìc viginti illos redarguit, quòd in potatione putei Zamzam, & in viſitatione, & circuitione delubri Meccani totum ſtudium ſuum ponerent: fidem verò, & perfectiora religionis opera negligerent. Hùc accedit, pleroſque Mahumetanos, præſertim, ſi nemo eos videat, etiam exteriora illa ſuperſtionis ſuæ opera parvi pendere: & ea non ex virtutis amore, ſed ex metu pœnæ obſervare. Chriſtiani verò, licèt nullo temporalis pœnæ timore adacti, leges ſuas, quæ potiſſimùm interiorem ſanctitatem, cordisque puritatem reſpiciunt, ex mero Dei, virtutis, & æternæ ſalutis amore, quamvis non omnes, plerique tamen ſedulò obſervant. Poſtremò, cùm Dæmones in ſola Chriſti fide, ac lege ſalutem æternam poſitam eſſe ſciant: eam vehementiùs oppugnant, ejuſque profeſſores tentationibus gravioribus aggrediuntur. Aliarum legum aſſeclas, utpotè jam ſui juris, & Gehennæ deſtinatos, potiùs ad exactam earum curam exſtimulant, quam, ut ab earum obſervantia illos retrahant. Vide quæ circa hoc fuſiſſimè diſſeruimus in Prodromo p. 2. in proœmio. Et in p. 4. cap. 1. & ferè per totum. Et p. 2. c. 5. pag. 24. ubi ex profeſſo diſcutitur hic locus Alcorani.

Textus Alcorani.

37 إِنَّ عِدَّةَ ٱلشُّهُورِ عِندَ ٱللَّهِ ٱثْنَا عَشَرَ شَهْرًا فِـــى كِتَٰبِ ٱللَّهِ يَوْمَ خَلَقَ ٱلسَّمَٰوَٰتِ وَٱلْأَرْضَ مِنْهَآ
أَرْبَعَةٌ حُرُمٌ ذَٰلِكَ ٱلدِّينُ ٱلْقَيِّمُ فَلَا تَظْلِمُوا۟ فِيهِنَّ أَنفُسَكُمْ وَقَٰتِلُوا۟ ٱلْمُشْرِكِينَ كَآفَّةً كَمَا يُقَٰتِلُونَكُمْ
كَآفَّـــةً وَٱعْلَمُوٓا۟ أَنَّ ٱللَّهَ مَعَ ٱلْمُتَّقِينَ ۝ 38 إِنَّمَا ٱلنَّسِيٓـُٔ زِيَادَةٌ فِي ٱلْكُفْرِ يُضَلُّ بِهِ ٱلَّذِينَ
كَفَرُوا۟

كفروا يحلونه عاما ويحرمونه عاما ليواطيوا عدة ما حرم الله فيحلوا ما حرم الله زين لهم
سوء اعمالهم والله لا يهدي القوم الكافرين ۝ 39 يا ايها الذين امنوا ما لكم اذا قيل لكم
انفروا في سبيل الله اثاقلتم الى الارض ارضيتم بالحيوة الدنيا من الاخرة فما متاع الحيوة الدنيا
في الاخرة الا قليل ۝ 40 الا تنفروا يعذبكم عذابا اليما ۝ 41 ويستبدل قوما غيركم
ولا تضروه شيا والله على كل شيء قدير ۝ 42 الا تنصروه فقد نصره الله اذ اخرجه الذين
كفروا ثاني اثنين اذ هما في الغار اذ يقول لصاحبه لا تحزن ان الله معنا فانزل الله
سكينته عليه وايده بجنود لم تروها وجعل كلمة الذين كفروا السفلى وكلمة الله هي
العليا والله عزيز حكيم ۝ 43 انفروا خفافا وثقالا وجاهدوا باموالكم وانفسكم في سبيل
الله ذلكم خير لكم ان كنتم تعلمون ۝ 44 لو كان عرضا قريبا وسفرا قاصدا لاتبعوك
ولكن بعدت عليهم الشقة وسيحلفون بالله لو استطعنا لخرجنا معكم يهلكون انفسهم والله
يعلم انهم لكاذبون ۝ 45 عفا الله عنك لم اذنت لهم حتى يتبين لك الذين صدقوا
وتعلم الكاذبين ۝ 46 لا يستاذنك الذين يومنون بالله واليوم الاخر ان يجاهدوا باموالهم
وانفسهم والله عليم بالمتقين ۝ 47 انما يستاذنك الذين لا يومنون بالله واليوم الاخر وارتابت
قلوبهم فهم في ريبهم يترددون ۝ 48 ولو ارادوا الخروج لاعدوا له عدة ولكن كره الله
انبعاثهم فثبطهم وقيل اقعدوا مع القاعدين ۝ 49 لو خرجوا فيكم ما زادوكم الا خبالا ولا
وضعوا خلالكم يبغونكم الفتنة وفيكم سماعون لهم والله عليم بالظالمين ۝ 50 لقد ابتغوا الفتنة
من قبل وقلبوا لك الامور حتى جاء الحق وظهر امر الله وهم كارهون ۝ 51 ومنهم من
يقول ايذن لي ولا تفتني الا في الفتنة سقطوا وان جهنم لمحيطة بالكافرين ۝ 52 ان تصبك
حسنة تسوهم وان تصبك مصيبة يقولوا قد اخذنا امرنا من قبل ويتولوا وهم فارحون ۝ 53 قل
لن يصيبنا الا ما كتب الله لنا هو مولنا وعلى الله فليتوكل المومنون ۝ 54 قل هل
تربصون بنا الا احدى الحسنيين ونحن نتربص بكم ان يصيبكم الله بعذاب من عنده او
بايدينا فتربصوا انا معكم متربصون ۝ 55 قل انفقوا طوعا او كرها لن يتقبل منكم
انكم كنتم قوما فاسقين ۝ 56 وما منعهم ان تقبل منهم نفقاتهم الا انهم كفروا بالله وبرسوله ولا
ياتون الصلوة الا وهم كسالى ولا ينفقون الا وهم كارهون ۝ 57 فلا تعجبك اموالهم ولا
اولادهم انما يريد الله ليعذبهم بها في الحيوة الدنيا وتزهق انفسهم وهم كافرون ۝
58 ويحلفون بالله انهم لمنكم وما هم منكم ولكنهم قوم يفرقون ۝ 59 لو يجدون ملجا او
مغرات او مدخلا لولوا اليه وهم يجمحون ۝ 60 ومنكم من يلمزك في الصدقات فان
اعطوا منها رضوا وان لم يعطوا منها اذا هم يسخطون ۝ 61 ولو انهم رضوا ما اتيهم الله ورسوله
وقالوا

وقالوا حسبنا الله سيؤتينا الله من فضله ورسوله انا الى الله راغبون ۞ 62 انما الصدقات للفقراء
والمساكين والعاملين عليها والمولفة قلوبهم وفي الرقاب والغارمين وفي سبيل الله وابن السبيل
فريضة من الله والله عليم حكيم ۞ 63 ومنهم الذين يوذون النبي ويقولون هو اذن قل اذن
خير لكم يومن بالله ويومن للمومنين ورحمة للذين امنوا منكم والذين يوذون رسول الله لهم
عذاب اليم ۞ 64 يحلفون بالله لكم ليرضوكم والله ورسوله احق ان يرضوه ان كانوا
مومنين ۞ 65 الم يعلموا انه من يحادد الله ورسوله فان له نار جهنم خالدا فيها ذلك الخزي
العظيم ۞ 66 يحذر المنافقون ان تنزل عليهم سورة تنبيهم بما في قلوبهم قل استهزوا ان الله
مخرج ما تحذرون ۞ 67 ولين سالتهم ليقولن انما كنا نخوض ونلعب قل ابالله واياته
كنتم تستهزون ۞ 68 لا تعتذروا قد كفرتم بعد ايمانكم ان نعف عن طايفة منكم
نعذب طايفة بانهم كانوا مجرمين ۞ 69 المنافقون والمنافقات بعضهم من بعض يامرون بالمنكر
وينهون عن المعروف ويقبضون ايديهم نسوا الله فنسيهم ان المنافقين هم الفاسقون ۞
70 وعد الله المنافقين والمنافقات والكفار نار جهنم خالدين فيها هي حسبهم ولعنهم الله ولهم
عذاب مقيم ۞ 71 كالذين من قبلكم كانوا اشد منكم قوة واكثر اموالا واولادا
فاستمتعوا بخلاقهم فاستمتعتم بخلاقكم كما استمتع الذين من قبلكم بخلاقهم وخضتم
كالذي خاضوا اولايك حبطت اعمالهم في الدنيا والاخرة واولايك هم الخاسرون ۞ 72 الم
ياتهم الذين من قبلهم قوم نوح وعاد وثمود وقوم ابرهيم واصحاب مدين والموتفكات اتتهم
رسلهم بالبينات فما كان الله ليظلمهم ولكن كانوا انفسهم يظلمون ۞ 73 والمومنون والمومنات
بعضهم اولياء بعض يامرون بالمعروف وينهون عن المنكر ويقيمون الصلوة ويوتون الزكوة ويطيعون
الله ورسوله اولايك سيرحمهم الله ان الله عزيز حكيم ۞ 74 وعد الله المومنين والمومنات
جنات تجري من تحتها الانهار خالدين فيها ومساكن طيبة في جنات عدن ورضوان من
الله اكبر ذلك هو الفوز العظيم ۞ 75 يا ايها النبي جاهد الكفار والمنافقين واغلظ
عليهم ماويهم جهنم وبيس المصير ۞ 76 يحلفون بالله ما قالوا ولقد قالوا كلمة الكفر
وكفروا بعد اسلامهم وهموا بما لم ينالوا وما نقموا الا ان اغنيهم الله ورسوله من فضله فان يتوبوا
يك خيرا لهم وان يتولوا يعذبهم الله عذابا اليما ۞ 77 في الدنيا والاخرة وما لهم في
الارض من ولي ولا نصير ۞ 78 ومنكم من عاهد الله لين اتينا من فضله لنصدقن ولنكونن
من الصالحين فلما اتيهم من فضله بخلوا به وتولو وهم معرضون ۞ 79 فاعقبهم نفاقا في
قلوبهم الى يوم يلقونه بما اخلفوا الله ما وعدوه وبما كانوا يكذبون ۞ 80 الم يعلموا ان
الله يعلم سرهم ونجويهم وان الله علام الغيوب ۞ 81 الذين يلمزون المطوعين من المومنين في
الصدقات

الصدقات والذين لا يجدون الا جهدهم فيسخرون منهم سخر الله منهم ولهم عذاب اليم ٨٠
٨١ استغفر لهم او لا تستغفر لهم ان تستغفر لهم سبعين مرة فلن يغفر الله لهم ذلك بانهم
كفروا بالله ورسله والله لا يهدي القوم الفاسقين ٨٢ ٨٣ فرح المخلفون بمقعدهم خلاف رسول
الله وكرهوا ان يجاهدوا باموالهم وانفسهم في سبيل الله وقالوا لا تنفروا في الحر قل
نار جهنم اشد حرا لو كانوا يفقهون ٨٤ فليضحكوا قليلا وليبكوا كثيرا جزاء بما
كانوا يكسبون ٨٥ فان رجعك الله الى طايفة منهم فاستاذنوك للخروج فقل لن تخرجوا
معي ابدا ولن تقاتلوا معي عدوا انكم رضيتم بالقعود اول مرة فاقعدوا مع الخالفين ٨٦ ولا
تصل على احد منهم مات ابدا ولا تقم على قبره انهم كفروا بالله ورسوله وماتوا وهم فاسقون ٨٧
٨٧ ولا تعجبك اموالهم واولادهم انما يريد الله ان يعذبهم بها في الدنيا وتزهق انفسهم وهم
كافرون ٨٨ واذا انزلت سورة ان امنوا بالله وجاهدوا مع رسوله استاذنك اولوا الطول منهم
وقالوا ذرنا نكن مع القاعدين ٨٩ رضوا بان يكونوا مع الخوالف وطبع على قلوبهم فهم
لا يفقهون ٩٠ لكن الرسول والذين امنوا معه جاهدوا باموالهم وانفسهم واولايك لهم الخيرات
واولايك هم المفلحون ٩١ اعد الله لهم جنات تجري من تحتها الانهار خالدين فيها ذلك
الفوز العظيم ٩٢ وجاء المعذرون من الاعراب ليوذن لهم وقعد الذين كذبوا الله ورسوله
سيصيب الذين كفروا منهم عذاب اليم ٩٣ ليس على الضعفاء ولا على المرضى ولا على
الذين يجدون ما ينفقون حرج اذا نصحوا لله ورسوله ما على المحسنين من سبيل والله
غفور رحيم ٩٤ ولا على الذين ما اذا اتوك لتحملهم قلت لا اجد ما احملكم عليه
تولوا واعينهم تفيض من الدمع حزنا الا يجدوا ما ينفقون ٩٥ انما السبيل على الذين
يستاذنونك وهم اغنياء رضوا بان يكونوا مع الخوالف وطبع الله على قلوبهم فهم لا
يعلمون ٩٦ يعتذرون اليكم اذا رجعتم اليهم قل لا تعتذروا لن نؤمن لكم قد نبانا الله
من اخباركم وسيرى الله عملكم ورسوله ثم تردون الى عالم الغيب والشهادة فينبيكم بما
كنتم تعملون ٩٧ سيحلفون بالله لكم اذا انقلبتم اليهم لتعرضوا عنهم فاعرضوا عنهم انهم
رجس وماويهم جهنم جزاء بما كانوا يكسبون ٩٨ يحلفون لكم لترضوا عنهم فان ترضوا
عنهم فان الله لا يرضى عن القوم الفاسقين ٩٩ الاعراب اشد كفرا ونفاقا واجدر الا يعلموا
حدود ما انزل الله على رسوله والله عليم حكيم ١٠٠ ومن الاعراب من يتخذ ما ينفق
مغرما ويتربص بكم الدوايز عليهم دايرة السوء والله سميع عليم ١٠١ ومن الاعراب من
يومن بالله واليوم الاخر ويتخذ ما ينفق قربات عند الله وصلوات الرسول الا انها قربة لهم
سيدخلهم الله في رحمته ان الله غفور رحيم ١٠٢ والسابقون الاولون من المهاجرين
والانصار

والانصار والذين اتبعوهم باحسان رضي الله عنهم ورضوا عنه واعد لهم جنات تجري من تحتها الانهار
خالدين فيها ابدا ذلك الفوز العظيم ۞ 103 ومن حولكم من الاعراب منافقون ومن اهل
المدينة مردوا على النفاق لا تعلمهم نحن نعلمهم سنعذبهم مرتين ثم يردون الى عذاب عظيم ۞

Verſio Latina.

37. POrrò numerus menſium apud Deum eſt duodecim menſium in Libro Dei (*ideſt in Tabula ſervata*) in die, qua creavit Cœlos, & terram. Ex his quatuor ſunt ſacri. Hæc eſt religio recta. Ne ergo injuſtè tractetis in illis animas veſtras: & pugnate contra Aſſociantes omnibus *menſibus*, quemadmodùm pugnant contra vos in omnibus, & ſcitote, quòd Deus eſt cum piis. 38. Profectò rejectio *unius menſis ſacri in alium menſem* eſt exceſſus in infidelitate: errare ſinuntur in eo *à Deo*, qui ſunt infideles: licitum faciunt hoc *uno* anno; & prohibent hoc *alio* anno, ut conveniant in numero *menſium*, quos ſacros eſſe voluit Deus: & concedunt, quod prohibuit Deus. Adornatum fuit illis malum operum ſuorum. Et Deus non dirigit homines infideles. 39. O qui crediderunt: quid eſt vobis, quòd, cùm dictum fuit vobis: exite *ad prælium* pro via Dei, moram traxiſtis ſegnes vultu dejecto ad terram? An complacuiſtis in vita mundana magis, quam *in* noviſſima? Atqui non eſt ſupellex vitæ mundanæ præ noviſſima, niſi exiguum. 40. Niſi egreſſi fueritis *ad pugnam*: puniet vos *Deus* pœna diſcruciante. 41. Et ſubſtituet aliam gentem præter vos: & non nocebitis ei (*ideſt Deo*) quidquam: nam Deus eſt ad omnem rem potens. 42. Niſi adjuveritis eum (*ideſt Mahumetum*) jam porrò adjuvit eum Deus, cùm ejecerunt eum, qui erant infideles (*ideſt Meccani*). Secundus duorum, cùm ambo eſſent in ſpelunca (*ſcilicet, adjuvit eum*) cùm dixit ſocio ſuo (*ideſt Abubacro.*) Ne triſteris: nam Deus eſt nobiſcum. Demiſitque Deus ſecuram fiduciam ſuper eum; & roboravit eum exercitibus *Angelorum*; non vidiſtis eos. Et poſuit verbum eorum, qui erant infideles, infimum: & verbum Dei fuit excelſum: nam Deus eſt prepotens, ſapiens. 43. Egredimini *ad prælium* leves, & graves (*ideſt debiles, ac fortes, vel divites, ac pauperes*) & decertate cum facultatibus veſtris, & perſonis veſtris pro via Dei. Hoc erit melius vobis, ſi ſciatis. 44. Si fuiſſet accidens vicinum (*ideſt aliquod accidentale bonum facile acquiſitu*) & iter moderatum: certè ſecuti fuiſſent te. Verùm longa viſa eſt eis via: & tamen jurabunt per Deum: Si potuiſſemus, certè egreſſi fuiſſemus vobiſcum. Perdunt animas ſuas;: nam Deus ſcit, quòd ipſi ſanè ſunt mentientes. 45. Parcat Deus tibi: quare annuiſti eis (*ideſt demiſiſti eos, concedens eis veniam à prælio*) donec innoteſcerent tibi, qui eſſent veraces, & cognoſceres mentientes? 46. Non petent facultatem à te, qui credunt in Deum, & diem noviſſimum, ne decertent cum facultatibus ſuis, & perſonis ſuis: & Deus eſt ſciens timentes *ſe*. 47. Profectò petent facultatem à te, qui non credunt in Deum, & diem noviſſimum: & hæſitant corda eorum *in fide*. Proindè ipſi in dubitatione ſua hùc, atque illùc agitantur. 48. Quòd, ſi voluiſſent exire *tecum ad prælium*: certè præparaſſent ad hoc apparatum *armorum, & viatici*. Verùm renuit Deus profectionem eorum: propterea ſegnes reddidit eos. Et dictum fuit *eis*: ſedete cum ſedentibus (*ideſt remanete cum fœminis, pueris, & infirmis.*) 49. Si egreſſi fuiſſent vobiſcum non auxiſſent vos, niſi diſpendio: & quidem diſcurriſſent inter vos procurantes vobis ſeditionem: & inter vos *fuiſſent* aurem præbentes eis: & Deus eſt cognitor iniquorum. 50. Jam quidem *a* deſideraverunt ſeditionem anteà: & perturbaverunt tibi res, donec venit veritas, & apparuit imperium Dei: & ipſi erant inviti. 51. Et ex ipſis eſt, qui dicat *tibi*: Concede facultatem mihi *remanendi à prælio*, & ne conjicias me in ſeditionem. Nonne in ſeditionem inciderunt, *etiamſi domi remanſerint*? Sed certè Gehenna ſanè circumdatura eſt infideles. 52. Si acciderit tibi bonum, contriſtabit eos. Si verò acciderit tibi infortunium, dicent: Jam accepimus rem noſtram anteà. Et tergiverſabuntur,

a procura-verunt.

& ipſi

& ipsi erunt gaudentes *de infortunio tuo*. 53. Dic: Non eveniet nobis, nisi, quod scripserit Deus nobis. Ipse est herus noster: & super Deum innitantur fideles. 54. Dic: An expectatis in nobis, nisi unum duorum bonorum *(ideſt victoriam, aut martyrium)*? Nos verò expectamus in vobis, ut feriat vos Deus pœna ab ipso, vel per manus nostras. Expectate ergo; nam nos vobiscum erimus expectantes. 55. Dic: Erogate *facultates vestras pro religione* sponte, vel invitò: non suscipientur à vobis *(ideſt erogatæ à vobis, seu de manibus vestris)* quippè vos estis homines prevaricantes. 56. Et non impedivit eos, ne susciperetur ab eis erogatio eorum, nisi quia ipsi non crediderunt in Deum, & legatum ejus: & non persolvunt orationem, nisi & ipsi segnes: & non erogant *facultates*, nisi & ipsi inviti. 57. Ne ergo in admirationem adducant te opes eorum, neque filii eorum. Profectò vult Deus punire eos per hæc in vita mundana: & *vult*, *ut* egrediantur animæ eorum, & ipsi *moriantur* infideles. 58. Et jurant per Deum, quòd ipsi sanè sint ex vobis. Sed non sunt ex vobis: verùm ipsi sunt homines, qui timent *malum à vobis*. 59. Si invenerint perfugium, aut speluncas, aut locum, in quem ingrediantur: certè terga vertent ad illum; & ipsi citò confugient *ad eum*. 60. Et ex illis est, qui obloquatur de te propter eleemosynas, *quòd non æque eas distribuas*. Quòd, si datum fuerit illis aliquid ex eis; contenti erunt. At, si non datum fuerit illis ex eis; ecce ipsi irascentur. 61. Quòd, si ipsi contenti essent eo, quod dedit illis Deus, & legatus ejus: & dicerent: sufficientia nostra est Deus, dabit nobis Deus ex abundantia sua, & legatus ejus; certè nos Deum rogamus: *hoc melius esset illis, quàm obloqui de Prophetâ*. 62. Porrò eleemosynæ *debentur* pauperibus, & egenis, & operam suam impendentibus in illis *colligendis, ac distribuendis*; & unitis cordibus suis: & pro cervicibus, *ideſt redimendis captivis*; & ære alieno gravatis, *si non sint solvendo*; & pro via Dei, *ideſt pro bello sacro*; & filio semitæ, *ideſt viatore in itinere detento*; Statutum *est hoc* à Deo: & Deus est sciens, sapiens. 63. Et ex iis, qui lædunt Prophetam, & dicunt: Ipse est auris, *ideſt audit omnia, quæ à nobis dicuntur*, & *facilè credit, ea* dic; *Ipse est* auris boni vobis, *quia non audit, quod malum afferat vobis*. Credit in Deum; & credit fidelibus: & *est* misericordia, *ideſt misericors* iis, qui crediderunt ex vobis. Qui verò lædunt legatum Dei; illis erit pœna dolorifica. 64. Jurant per Deum vobis, ut placeant vobis: sed Deus, & legatus ejus digniores sunt, ut placeant illi, *ideſt æquius esset, ut placerent Deo, & legato ejus*, si essent credentes. 65. An ignorant, quòd is, qui dissidet à Deo, & legato ejus, procul dubio erit illi ignis Gehennæ, perpetuò *a* manſuro in ea? Hæc erit ignominia magna. 66. Metuunt Impii, ne demittatur super eos, *nempe fideles*, sura: quæ enunciet illis id, quod est in cordibus eorum. Dic: Irridete. Certè Deus manifestaturus est, quod timetis. 67. Quòd, si interrogaveris eos *de hujusmodi irrisione*: profectò dicent: Certè confabulabamur, & ludebamus. Dic: An de Deo, & signis ejus, legato ejus jocum captabatis? 68. Ne excusationem prætendatis. Jam infideles facti estis post fidem vestram. Si ignoverimus parti ex vobis; puniemus partem eo, quòd ipsi fuerint sceleste agentes. 69. Impii, & Impiæ; alii eorum sunt ex aliis, *ideſt se invicem imitantur*. Præcipiunt injustum, & prohibent à justo, & contrahunt manus suas ab *eleemosynis faciendis*. Obliti sunt Dei; quamobrem oblitus est eorum *Deus*. Nam impii sunt prævaricantes. 70. Promisit Deus impiis, & impiabus, & infidelibus ignem Gehennæ; perpetuò moraturis in eo: hic erit sufficientia, *ideſt merces sufficiens* eorum: & maledixit illis Deus: & ipsis erit pœna, stabilis. 71. Sicut illi, qui fuerunt ante vos, *ita estis & vos*. Fuerunt *hi* robustiores vobis viribus; & copiosiores opibus, & filiis. Fruiti itaque sunt parte sua *in hoc mundo, & vos* etiam fruiti estis parte vestra, sicut fruiti sunt, qui fuerunt ante vos, parte sua. Et oblocuti estis *de Prophetâ vestro* juxta id, quod oblocuti sunt *illi*. Hi vana fuerunt opera eorum in hoc mundo, & in futuro sæculo, & hi fuerunt pereuntes. 72. An non pervenit ad eos historia eorum, qui fuerunt ante eos? *Nimirùm* gentis Noe, & Ad, & Themud & gentis Abrahæ, & habitatorum Madian, & *urbium* subversarum, *ideſt Pentapolis*

a manſuris.

tapolis venerunt ad eos legati eorum cum demonſtrationibus *miraculorum*, neque fuit Deus, ut injuſtè tractaret illos: ſed ſe ipſos injuſtè tractaverunt. 73. Et fideles *viri*, & fideles fœminæ, alii eorum ſunt amici aliorum. Præcipiunt juſtum, & prohibent ab injuſto, & ſtare faciunt orationem, & perſolvunt eleemoſynam ſtatutam; & obediunt Deo, & legato ejus: hi miſerebitur illis Deus: quippe Deus eſt præpotens, ſapiens. 74. Promiſit Deus fidelibus *viris*, & fidelibus *fœminis* hortos currunt ſub iis flumina, perpetuò moraturis in illis, & habitationes bonas in hortis Eden, & beneplacitum à Deo majus *erit his omnibus*. Hæc erit felicitas magna. 75. O Propheta, decerta contra Infideles, & impios, & durus eſto contra eos: nam receptaculum eorum erit Gehenna: & miſera eſt profectio *in illam*. 76. Jurant per Deum, *quòd* non dixerint *id*, *quod dixerunt contra Mahumetum*. Et jam quidem dixerunt verbum infidelitatis: & infideles facti ſunt poſt Eslamiſmum ſuum, *ideſt poſt ſuſceptam religionem Mahumeti*, & ſtudiosè quæſierunt id, quod non ſunt aſſecuti, *ideſt occidere per inſidias Mahumetum*, & *a* non reprobaverunt: niſi, quòd ditaſſet eos Deus, & legatus ejus ex abundantia ſua. Quòd, ſi converſi fuerint, erit melius illis. Si autem tergiverſati fuerint, puniet eos Deus pœna diſcruciante. 77. In hoc mundo, & in futuro ſęculo: & non erit ipſis in terra ullus patronus, neque adjutor. 78. Et ex illis quidam pepigerunt cum Deo, *dicentes*: Certè, ſi dederit nobis de abundantia ſua, ſanè erogabimus *eleemoſynas*: & quidem erimus ex probis. Sed, cùm dediſſet eis de abundantia ſua, avari fuerunt in ea, & tergiverſati ſunt, & ipſi longè recedentes. 79. Propterea ſuccedere fecit impietatem in cordibus eorum, uſque ad diem, qua occurrent ei *in reſurrectione*, eo, quòd fidem fefellerunt Deo in eo, quod promiſerant ei: & eo, quòd mentiti ſunt. 80. An non cognoverunt, quòd Deus novit ſecretum eorum, & colloquia clandeſtina eorum? Quippe Deus eſt cognitor arcanorum. 81. Qui vituperant liberaliores ex fidelibus in eleemoſynis; & eos, qui non inveniunt, niſi ſtudium ſuum, *ideſt non habent, quod largiantur, niſi, quod comparant labore ſuo*) ac propterea, jocum captant ex ipſis: jocum capiet Deus ex illis: & ipſis erit pœna dolorifica. 82. Preceris indulgentiam eis; vel non preceris indulgentiam eis. Si preceris indulgentiam eis ſeptuaginta vicibus, nequaquam tamen ignoſcet Deus eis. Hoc, quia ipſi non credunt in Deum, & legatum ejus: & Deus non diriget homines prævaricantes. 83. Lætati, ſunt relicti, *ne proficiſcerentur ad bellum Tabuc*, de reſidentia ſua poſt legatum Dei, & renuerunt decertare facultatibus ſuis, & perſonis ſuis pro ſemita Dei, & dixerunt: Ne egrediamini *ad bellum* in æſtu; dic: Ignis Gehennæ vehementior erit æſtu. Si intelligerent *hoc*, *non remanſiſſent domi*. 84. Rideant ergo modicum *in hoc mundo*, & fleant multum *in altero ſęculo* in retributionem illius, quod fuerint operati. 85. Quòd, ſi reduxerit te Deus *ex Tabuc* ad aliquos ex eis; & petierit facultatem à te exeundi *tecum ad prælium*; Dic: Non egrediemini mecum; unquam; neque pugnabitis mecum contra hoſtem *nullum*: quippe vos gratum habuiſtis reſidere *domi* prima vice: reſidete ergo cum remanentibus. 86. Et, ne ores ſuper ullum ex eis, qui mortuus fuerit unquam: & ne ſtes ſuper ſepulchrum ejus, *ideſt*, *ne aſſiſtas funeri ejus*, quia ipſi increduli fuerunt in Deum, & legatum ejus, & mortui ſunt, & ipſi erant *in mortis articulo* prævaricantes. 87. Neque in admirationem inducant te facultates eorum, & filii eorum: quippe vult Deus punire eos per hæc in hoc mundo: & *vult*, ut egrediantur animæ eorum, & ipſi ſint *in eo puncto infideles*. 88. Et, cùm demiſſa fuerit ſura *aliqua*, *in qua dicatur eis*: Credite in Deum, & decertate cum legato ejus: petent facultatem à te *remanendi domi* prædiți longitudine ex eis, *ideſt opulentiores eorum*, & dicent: Sine, ut ſimus cum reſidentibus *domi*. 89. Placuit illis, ut eſſent cum remanentibus domi: & impreſſum eſt ſigillum ſuper corda eorum; quamobrem ipſi non ſapiunt. 90. Sed legatus, & qui crediderunt cum eo, decertaverunt cum facultatibus ſuis, & animabus ſuis: & hi, ipſis erunt bona: & hi, ipſi erunt felices. 91. Præparavit Deus ipſis hortos; currunt ſub ipſos flumina, perpetuò moraturis in illis. Hæc erit beatitudo magna. 92. Et ve-

a ingratum habuerunt.

nerunt excusaturi se ex Arabibus campestribus, ut concederetur facultas ipsis *remanendi domi*: & resederunt *domi*, qui abnegaverant Deum, & legatum ejus. Mox incidet iis, qui infideles fuerint ex ipsis, pœna dolorifica. 93. Non erit super imbecilles, neque super morbosos, neque super eos, qui non inveniunt, quid erogent *in bellum sacrum*, piaculum, *si remaneant domi*, dummodò consuluerint Deum, & legatum ejus *de hoc*. Non est super benefacientes *aliquid* ex semita; *idest ulla reprehensio, vel culpa*: & Deus est indultor, misericors. 94. Neque super eos, qui, cùm veniissent ad te *orantes*, ut gestares ipsos *super jumenta ad prælium*, dixisti: Non invenio, quòd gestem vos super illud, *idest jumentum, super quod gestem vos. Et ideò* regressi sunt; & oculi eorum fluebant lacrymis ob tristitiam eo, quòd non invenissent, quid erogarent. 95. Verùm semita; *idest reprehensio* est super illos, qui petunt facultatem à te *remanendi*, & ipsi sunt divites. Placuit illis, ut essent cum retrò manentibus; & sigillum impressit Deus super corda eorum: quamobrem ipsi non sciunt. 96. Excusabunt se apud vos, ubi reversi fueritis ad eos. Dic: Ne excusetis vos: nullo modò credemus vobis: jam notitiam dedit vobis Deus de actis vestris: & mox videbit Deus opus vestrum, & legatus ejus: deindè adducemini ad scientem absconditum, & manifestum: & enarrabit vobis id, quod fueritis operati. 97. Jurabunt per Deum vobis, ubi reversi fueritis ad eos *à prelio Tabuc*, ut procul recedatis ab eis. Recedite ergo ab eis, quia ipsi sunt abominatio: & receptaculum eorum erit gehenna, retributio ob id, quod operati sunt. 98. Jurabunt vobis, ut complaceatis vobis in eis. Porrò, si complacueritis vobis in eis, certè Deus non complacebit sibi in hominibus prævaricantibus. 99. Arabes campestres obstinatiores sunt in infidelitate, & impietate, & facilius est, ut ignorent terminos illius, quod demisit Deus super legatum suum: & Deus est sciens, sapiens. 100. Et ex Arabibus campestribus quispiam existimat id, quod erogat *in eleemosynam pro bello*, esse solutionem æris alieni: *ac proinde erogat illud ob metum, & non pro spe Paradisi*: & expectat in vobis vicissitudines, *idest rerum mutationes, ut ab hoc onere liberetur*. Super ipsos erit vicissitudo mali, *non autem super vos*: & Deus est audiens, sciens. 101. Et ex Arabibus campestribus quispiam credit in Deum, & diem novissimum: & existimat id, quod erogat *pro religione*, esse approximationes ad Deum, & *ad* preces legati. An non est hæc approximatio *ad Deum, & ad preces legati* pro ipsis? Introducet eos Deus in misericordiam suam: nam Deus est indulgens, misericors. 102. Et præcedentes primi ex emigratoribus, & auxiliatoribus: &, qui secuti fuerunt eos in benefaciendo; complacuit sibi Deus in eis, & *ipsi* complacuerunt sibi in eo; & preparavit illis hortos, decurrunt sub ipsos flumina, perpetuò mo aturis in eis in sæculum; hæc erit felicitas magna. 103. Et inter eos, qui sunt circa vos ex Arabibus campestribus, *inveniuntur quidam* impii: & ex habitatoribus Medinæ *quidam* obstinati sunt in impietate. Non nosti eos, *ò Mahumete*: nos novimus illos. Mox puniemus eos duabus vicibus; *idest in vita, & in sepulchro post mortem*) deindè adducentur ad pœnam magnam; *idest ad gehennam*.

الجزء الحادى عشر
Pars Undecima.

NOTÆ.

XXXVII. *Porrò numerus mensium*] Arabes, ut reliquę ferè gentes, annum suum in menses duodecim partiuntur; qui, cùm sint lunares, & illi nullam in annis suis faciant intercalationem (quæ quarto quoquo anno ab Hebræis per duplicationem unius mensis, & à Romanis per additionem unius diei fieri consuevit) hinc menses illi vagi sunt: & idem mensis modò in vernum tempus, modò in æstivum, modò in alia anni tempora incidit. Quatuor autem illi menses sacri, qui dicuntur حرم seu محرمة, ideſt, *prohibiti*, quòd in illis bella prohibeantur, sunt ذوالقعدة ذوالحجة المحرم ورجب *Dulkaeda, Dulhoggia, Almoharram*, & *Rageb*.

XXXVIII. *Profectò rejectio unius mensis sacri*] Explicat Gelal كما كانت الجاهلية تفعله من تاخير حرمة المحرم اذا هلّ وهم فى القتال الى صفر

Sicut faciebant Arabes Ethnici, qui transferebant prohibitionem à bello mensis Almoharram, si incidisset in id tempus, quo ipsi in bello erant occupati, in mensem Sepher. Volebat scilicet Mahumetus, hos quatuor menses esse continuos.

XLII. *Cùm ambo essent in spelunca*] Alludit ad fabulam, quæ habetur in vita Mahumeti: cùm scilicet hic Mecca aufugiens cum suis congerronibus, ut

ne Meccanos ſeſe inſequentes declinaret, in ſpelunca unà cum Abubraco, &, neſcio quo alio, ſeſe recepit. Vide, quæ ſcripſimus in vita Mahumeti cap. 14.

LXIX. *Impii*] Inter المنافقين *Impios* الكافرين *Infideles*, & المشركين *Aſſociantes* eſt hoc diſcrimen. Primi ſunt Mahumetani quidem, ſed mali, & ſceleſti. Secundi ſunt ii, qui ex Judæis præſertim, & Chriſtianis nolunt credere in Mahumetum. Tertii ſunt, qui colunt idola, quales erant Meccani, quamvis etiam Chriſtianos illis Mahumetani obliquè accenſeant, ob cultum Chriſti, & Trinitatis.

LXXIV. *Eden*] eſt procul dubio hæc vox Arabica عدن Eden eadem, ac Hæbraica, quæ delicias, voluptatemque ſignificat. Sed Gelal retinuit ſignificationem Arabicam اقامة *ideſt Stabilitas*, ſeu firmitas: quem ſequuntur cæteri Expoſitores. Nihilominùs Alhaſan juxta veram ſignificationem exponit عدن اسم من اسماء الجنة *Eden eſt unum ex nominibus Paradiſi*.

XCVII. *A prælio Tabuc*] Erat locus non procul à Medina, ſub Romanorum Imperatorum ditione. Fuit in eo ultimum Mahumeti prælium, primum contra Romanos anno Hegiræ 9. Vide Vitam Mahumeti.

XCIX. *Arabes campeſtres*] الاعراب *Arabes campeſtres*, ſeu *Scenitæ*. Eſt genus Arabum, quod à Civitatibus, ac certis ſedibus abhorrens, hoc etiam tempore turmatim per deſerta vagatur; tabernaculis tanquam portatilibus domibus utitur, & in prædis ac latrociniis aſſiduis ſeſe exercet. Sunt Turcarum hoſtes infenſiſſimi; & peregrinantes illos ad Meccam, quemadmodùm & cæteros Mahumetanos adoriuntur, ac deprædantur. Et tamen hi veros ſe Mahumeti diſcipulos jactant. De hoc hominum, ſeu veriùs beſtiarum genere, noſtri etiam Authores, tàm antiqui, quàm recentes paſſim, & copiosè tractant.

CII. *Ex emigrantibus, & auxiliatoribus*] Emigrantes, Arabicè المهاجرون, ſunt illi, qui Mahumetum Mecca ejectum, & profugum, relictis patriis laribus, ex eadem urbe, Medinam uſque (quæ urbs decem dies itineris diſtat à Mecca) alii priùs, qui hìc dicuntur السابقون *præcedentes*; alii poſteriùs proſecuti ſunt. Fuit hic annus ætatis Mahumeti quartus ſupra quadrageſimum: & ab hoc Mahumetani computant ſuam الهجرة *Hegiram*, ſeu numerum annorum. Auxiliatores autem, Arabicè الانصار, fuerunt duodecim viri, quos Mahumetus elegit ſibi, ut ipſe ajebat, ad imitationem Moyſi: ſed re vera, ut ageret ſimiam Chriſti: tanquam Apoſtolos, ſeu primos præcones ſuperſtitionis ſuæ: quemadmodùm etiam ſeptuaginta alios, veluti peculiares diſcipulos, ſibi deſtinavit.

REFUTATIONES.

I. NIhil magis ſuſpectum, etiam ſapientiorum Moslemorum judicio, reddit Alcoranum; quàm, quòd in eo Mahumetus nihil aliud, quàm rem ſuam curare videatur, ſemper tamen ſub religionis prætextu. Hoc agit, & quidem ſedulò, præcipuè in hac Sura, in qua totus eſt in hominibus, & pecuniis pro bellis, quæ gerere parabat comparandis: ignarus, ſe quamprimùm è vivis tollendum, nec ullum ampliùs bellum, niſi cum morte, malo ſuo, ſibi gerendum ſupereſſe.

II. Cùm Mahumetus ſeſe prophetam, & quidem omnium maximum jactaret; qui non ſecus, ac Homericus Chalcas, εἰδὲν τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐπόμενα, πρό τ' ἐόντα, *videbat præſentia, futura, & præterita* mirùm, quòd tàm facilè à ſuis deciperetur, adeò, ut veraces à mendacibus non dignoſceret. Illud verò magis mirum, quòd Deus eum redarguat, quia illis veniam domi remanendi conceſſiſſet, quos Deus ipſe impediebat, ne ad bellum proficiſcerentur; ac propterea ſegnes illos reddiderat, & cordibus eorum ſigillum impreſſerat.

III. Menſes apud pleraſque gentes eſſe duodecim, omnes norunt; hunc verò numerum à Deo primo inſtitutum fuiſſe pro certò habeo; quòd autem ex illis, quatuor prohibitos, ſeu ſacros eſſe voluerit, figmentum eſt Mahumeticum; nullum enim hujus rei in ſacris literis, nullum in communi gentium uſu veſtigium reperitur.

Textus Alcorani.

104 وآخرون اعترفوا بذنوبهم خلطوا عملا صالحا وآخر سيئا عسى الله أن يتوب عليهم إن الله غفور
رحيم ۞ 105 خذ من أموالهم صدقة تطهرهم وتزكيهم بها وصل عليهم إن صلوتك سكن
لهم والله سميع عليم ۞ 106 ألم يعلموا أن الله هو يقبل التوبة عن عباده ويأخذ الصدقات
وأن الله هو التواب الرحيم ۞ 107 وقل اعملوا فسيرى الله عملكم ورسوله والمومنون
وستردون إلى عالم الغيب والشهادة فينبيكم بما كنتم تعملون ۞ 108 وآخرون مرجون لأمر
الله إما يعذبهم وإما يتوب عليهم والله عليم حكيم ۞ 109 والذين اتخذوا مسجدا ضرارا

وكفرا وتفريقا بين المومنين وارصادا لمن حارب الله ورسوله من قبل وليحلفون ان اردنا الا
الحسنى والله يشهد انهم لكاذبون ۝ 110 لا تقم فيه ابدا لمسجد اسس على التقوى من اول
يوم احق ان تقوم فيه فيه رجال يحبون ان يتطهروا والله يحب المطهرين ۝ 111 افمن اسس
بنيانه على تقوى من الله ورضوان خير ام من اسس بنيانه على شفا جرف هار فانهار به في نار جهنم
والله لا يهدي القوم الظالمين ۝ 112 لا يزال بنيانهم الذي بنوا ريبة في قلوبهم الا ان تقطع
قلوبهم والله عليم حكيم ۝ 113 ان الله اشترى من المومنين انفسهم واموالهم بان لهم
الجنة يقاتلون في سبيل الله فيقتلون ويقتلون وعدا عليه حقا في التوراة والانجيل والقران ومن
اوفى بعهده من الله فاستبشروا ببيعكم الذي بايعتم به وذلك هو الفوز العظيم ۝ 114 التايبون
العابدون الحامدون السايحون الراكعون الساجدون الامرون بالمعروف والناهون عن المنكر
والحافظون لحدود الله وبشر المومنين ۝ 115 ما كان للنبي والذين امنوا ان يستغفروا
للمشركين ولو كانوا اولي قربى من بعد ما تبين لهم انهم اصحاب الجحيم ۝ 116 وما كان
استغفار ابرهيم لابيه الا عن موعدة وعدها اياه فلما تبين له انه عدو لله تبرا منه ابرهيم لاواه
حليم ۝ 117 وما كان الله ليضل قوما بعد اذ هديهم حتى يبين لهم ما يتقون ان الله بكل
شيء عليم ۝ 118 ان الله له ملك السموات والارض يحيي ويميت وما لكم من دون
الله من ولي ولا نصير ۝ 119 لقد تاب الله على النبي والمهاجرين والانصار الذين اتبعوه في ساعة
العسرة من بعد ما كاد يزيغ قلوب فريق منهم ثم تاب عليهم انه بهم روف رحيم ۝
120 وعلى الثلثة الذين خلفوا حتى اذا ضاقت عليهم الارض بما رحبت وضاقت عليهم انفسهم
وظنوا ان لا ملجا من الله الا اليه ثم تاب عليهم ليتوبوا ان الله هو التواب الرحيم ۝
121 يا ايها الذين امنوا اتقوا الله وكونوا مع الصادقين ۝ 122 ما كان لاهل المدينة
ومن حولهم من الاعراب ان يتخلفوا عن رسول الله ولا يرغبوا بانفسهم عن نفسه ذلك بانهم لا يصيبهم
ظما ولا نصب ولا مخمصة في سبيل الله ولا يطون موطيا يغيظ الكفار ولا ينالون من عدو نيلا الا
كتب لهم به عمل صالح ان الله لا يضيع اجر المحسنين ۝ 123 ولا ينفقون نفقة صغيرة
ولا كبيرة ولا يقطعون واديا الا كتب ليجزيهم الله احسن ما كانوا يعملون ۝ 124 وما كان
المومنون لينفروا كافة فلو لا نفر من كل فرقة منهم طايفة ليتفقهوا في الدين ولينذروا
قومهم اذا رجعوا اليهم لعلهم يحذرون ۝ 125 يا ايها الذين امنوا قاتلوا الذين يلونكم من
الكفار وليجدوا فيكم غلظة واعلموا ان الله مع المتقين ۝ 126 واذا ما انزلت سورة فمنهم من
يقول ايكم زادته هذه ايمانا فاما الذين امنوا فزادتهم ايمانا وهم يستبشرون ۝ 127 واما الذين
في قلوبهم مرض فزادتهم رجسا الى رجسهم وماتوا وهم كافرون ۝ 128 اولا يرون انهم

يفتنون

يفتنون في كل عام مرة او مرتين ثم لا يتوبون ولا هم يذكرون ۝ 129 واذا ما انزلت
سورة نظر بعضهم الى بعض هل يريكم من احد ثم انصرفوا صرف الله قلوبهم بانهم قوم لا
يفقهون ۝ 130 لقد جاءكم رسول من انفسكم عزيز عليه ما عنتم حريص عليكم
بالمومنين روف رحيم ۝ 131 فان تولوا فقل حسبي الله لا اله الا هو عليه توكلت وهو رب
العرش العظيم ۝

Verſio Latina.

104. ET alii confeſſi ſunt peccata ſua (*ideſt, ſe ſine legitima cauſa ad bellum profectos non fuiſſe*). Miſcuerunt opus bonum, & aliud malum (*ideſt cum alio malo*). Fortè eveniet, ut Deus placetur illis: quippe Deus eſt indultor, miſericors. 105. Accipe de facultatibus eorum eleemoſynam, ut purifices eos, & expies eos per illam: & ora pro eis: quippe oratio tua erit quies illis: & Deus eſt audiens, ſciens. 106. An ignorant, quòd Deus ipſe acceptat pœnitentiam à ſervis ſuis, & accipit eleemoſynas; &, quòd Deus ipſe eſt placabilis, miſericors? 107. Et dic *illis*. Facite, *quod vultis*: porrò videbit Deus opus veſtrum, & legatus ejus, & fideles: & reducemini ad ſcientem arcani, & manifeſti: manifeſtabitque vobis id, quod fueritis operati. 108. Et alii ſunt expectantes imperium Dei; vel ut puniat eos; vel ut propitietur eis. Et Deus eſt ſciens, ſapiens. 109. Et qui conſtruxerunt oratorium ad nocendum, & ad *fovendam* infidelitatem, & diviſionem inter fideles, & ad locum inſidiarum pro iis, qui pugnaverunt contra Deum, & legatum ejus anteà, & ſanè jurant *dicentes*, Non *a* intendimus *in hac conſtructione*, niſi optimum. Sed Deus teſtis *a* Si: eſt, quòd ipſi procul dubio ſunt mentientes. 110. Ne ſtes in eo (*ideſt oratorio*) unquam. Porrò oratorium *verum* fundatum eſt ſupra pietatem à prima die, *qua conſtructum eſt*. Juſtius eſt, ut ſtes in hoc, *quàm in illo*. In hoc viri eligant purificari: nam Deus amat purificatos. 111. An igitur, qui fundavit ædificium ſuum ſuper timorem ex Deo, & beneplacitum *ejus* melior eſt: an, qui fundavit ædificium ſuum ſuper oram terræ ab aquis exeſæ ita, ut corruat cum eo in ignem gehennæ? Et Deus non diriget homines iniquè agentes. 112. Non deficiet ædificium eorum, quod ædificaverunt cum hæſitatione *circa fidem* in cordibus ſuis, niſi abſcindantur corda eorum *per mortem*, & Deus eſt ſciens, ſapiens. 113. Certè Deus emit à fidelibus animas eorum, & facultates eorum cum hoc pacto, *ut retribuatur* illis Paradiſus. Pugnabunt pro ſemita Dei, & occident, & occidentur: promiſſio ſuper eum debita in Pentateucho, & Euangelio, & Alcorano. Et quis eſt magis complens promiſſionem ſuam, quàm Deus? Lætamini igitur in venditione veſtra, qua vendidiſtis *vos*, & *veſtra Deo*. Et hæc erit beatitudo magna. 114. Pœnitentes, ſervientes *Deo*, laudantes *illum*, jejunantes, genuflectentes, adorantes, præcipientes juſtum, & prohibentes ab injuſto, & cuſtodientes ſtatuta Dei. Et fauſta annuncia fidelibus. 115. Non eſt Prophetæ, neque eorum, qui ſunt fideles, ut veniam precentur pro Aſſociantibus, quamvis ſint participes propinquitatis *ideſt cognati* poſtquam innotuerit eis, quòd hi ſint habitatores Tartari. 116. Neque fuit *conceſſum* veniam precari Abrahæ pro patre ſuo, niſi ex promiſſione, qua id promiſit illi. Cùmque innotuiſſet ei, quòd ipſe eſſet inimicus Dei; immunem ſe fecit ab illo (*ideſt ab orando pro illo*). Certè Abraham fuit ſanè pius, mitis. 117. Neque eſt Dei, ut errare faciat homines, poſtquam direxit eos, donec innotuerit eis, quid cavere debeant, quippe Deus in omni re eſt ſciens. 118. Utique Dei eſt regnum Cœlorum, & terræ: vivificat, & mortificat, & non eſt vobis præter Deum ullus patronus, neque adjutor. 119. Jam quidem propitius fuit Deus erga Prophetam, & tranſmigrantes,

& auxiliatores, qui secuti sunt eum in hora difficultatis (*idest in prœlio Tabuc*) postquam propè fuit, ut declinarent corda partis ex eis. Deindè conversus est super eos, quippe ipse fuit cum eis clemens, misericors. 120. Et *conversus est etiam* super tres, qui relicti fuerant adeò, ut angustata fuerit super eos terra ubi spatiosa fuerat, & angustatæ fuerint super ipsos animæ eorum, & existimaverunt, quòd non esset confugium à Deo, nisi ad ipsum *Deum*. Deindè conversus fuit super eos, ut converterentur *ipsi ad illum*; nam Deus est convertibilis, misericors. 121. O qui crediderunt, timete Deum, & estote cum veracibus. 122. Non fuit *causa* habitatoribus Medinæ, & iis, qui sunt circa eos ex Arabibus Scenitis, cur retrò remanerent post legatum Dei, & amarent animas suas plusquam animam ejus. Hoc *evenit*, quia ipsi non affligebat eos sitis, neque labor, neque fames pro via Dei: neque movebant passum, qui irritaret infideles: neque accipiebant ab hoste acceptionem (*idest nocumentum*) nisi scriberetur ipsis pro hoc opus bonum: quippe Deus non sinet perire mercedem benefacientium. 123. Et non expendebant expensam parvam, neque magnam, neque transibant torrentem ullum: nisi scriberetur (*idest computaretur*) ipsis, ut rependeret illis Deus melius eo, quod fuissent operati. 124. Et non est *conveniens* fidelibus, ut egrediantur *ad pugnam* omnes simul. Quòd si non egressa fuerit *ad prælium* ex omni agmine ex ipsis *una tantùm* pars, *remanentibus reliquis*, ut instruantur, *qui remanent* in religione, & ut commoneant gentem suam, quandò redierint ad eos *à prælio*, *de*, *eo in quo ipsi instructi fuerint*, ut ipsi sibi caveant *à divina ultione*: *non erit rectè factum*. 125. O, qui crediderunt, pugnate contra eos, qui sunt è regione vestri ex infidelibus (*idest proximi vestri, vel confines*) & inveniant in vobis ferocitatem, & scitote, quòd Deus est cum timentibus se. 126. Et, cùm demissa fuerit Sura aliqua, erit ex illis, qui dicat *per Jocum*: Quem vestrum auxit hæc in fide? Verùm, qui crediderunt, augebit illos in fide, & ipsi lætabuntur. 127. At verò, quorum in cordibus est morbus, augebit illis abominationem ad abominationem eorum, & morientur, & ipsi infideles. 128. An non vident, quòd ipsi vexantur quolibet anno *sterilitate*, & *morbis* semel, aut bis: nec tamen convertuntur, neque ipsi commonefiunt? 129. Et, cùm demissa fuerit aliqua Sura, respicient alii eorum in alios, *dicentes*: An videt vos ullus? *Nam si nullus viderit, surgent, & fugient, ne audiant Mahumetum, dùm recitat Suram illam*. Tùm retrò avertentur. Avertit Deus corda eorum *à veritate*, quia ipsi sunt homines, qui non sapiunt. 130. Jam quidem venit ad vos legatus ex personis vestris, excellens: super eum est, quod delinquitis sedulus erga vos: cum fidelibus clemens, misericors. 131. Quòd, si tergiversati fuerint, dic *illis*: Sufficientia mea est Deus: Non est Deus, nisi ipse: super eum innixus sum, & ipse est Dominus Throni magni.

NOTÆ.

CIX. *Et qui construxerunt Oratorium*] Ita rē hanc refert Gelal: الذين اتخذوا مسجداً هم اثنا عشر من المنافقين مضارةً لاهل مسجد قباء وكفراً لانهم بنوه بامر ابى عامر الراهب ليكون معقلاً له يقدم فيه من ياتى من عنده وكان ذهب لياتى بجنود من قيصر لقتال النبى وتفريقاً بين المومنين: *Qui Oratorium hoc construxerunt, fuerunt duodecim impii Mahumetani ad nocendum illis, qui orabant in Oratorio Caba* (hoc ædificaverat Mahumetus post reditum à prælio Thabuc, quod etiam asserit hìc fundatum esse supra pietatem) *& ad inducendam infidelitatem. Nam fabricaverant illud jussu Abu-hamer Monachi Christiani, ut esset asylum sibi, & in quo reciperentur illi, qui ab ipso missi fuissent. Jam enim profectus erat ad Cæsarem, ut ab eo milites obtineret, quibus pugnaret contra Mahumetum, & inter fideles poneret divisionem.* Addit idem Gelal: فارسل جماعة هدموه وحرقوه وجعلوا مكانه كناسة تلقى فيها الجيف: *Et misit Mahumetus multitudinem hominum, qui destruxerunt, & incenderunt illud, redegeruntque illud in locum immundum, in quem cadavera projicerentur.*

CXX. *Super tres, qui relicti fuerant*]. Fuerunt hi quemadmodùm scribit Gelal: مزارة بن الربيع وكعب بن مالك وهلال ابن امية *Mazara filius Alrabya Caab filius Malec; & Halal filius Ommie,*

sed

sed juxta Zamchaſcerium fuerunt: مروان ابو لبابة بن عبد المنذر واوس بن ثعلبة و وديعة بن حزام

وقيل كانوا عشرة *Mervam pater Lebanæ, filius Abdai monder: Aus filius Thaalebæ: & Vadia filius Haram. Alii dicunt, hos fuiſſe decem.*

REFUTATIONES.

I. NUllam præterit occaſionem Mahumetus rem ſuam curandi: quamobrem fingit, juberi ſe à Deo expiare peccatum eorum, qui ad bellum Tabucenſe proficiſci noluerant, quamvis deindè reſipuiſſent: ſed expiare ipſorum pecuniis. Qua de re ita Gelal: فاخذ ثلث اموالهم فتصدق بها *& accepit tertiam partem facultatum eorum, & erogavit eam in eleemosynas*: nempè in ſtipendium militum, qui pro ſe decertaverant. Ita rapacitatem ſuam pietate cohoneſtat: & precum ſuarum pretium exigit ſpoliatione miſerorum illorum, qui ad prælium pergere recuſaverant.

II. Impudentiſſimè mentitur Impoſtor, dùm Deum in Euangelio aliquid circa bellum ſtatuiſſe confingit. Imò neque in Pentateucho promiſit unquam Paradiſum his, qui pro religione pugnaſſent: neque ibidem prælia ulla pro religione inſtituit, vel mandavit. Agitur quidem in Euangelio, aliiſque ſacris libris, quos Apoſtoli conſcripſerunt; de bellis, ac certaminibus, ſed ſpiritualibus, & contra dæmones, ac vitia. Verùm bella hujuſmodi, neque curavit unquam, neque novit Mahumetus.

III. Fabulæ procul dubio ſunt, quæ de Abraham, ejuſque precibus pro defuncto patre hìc habentur. Nihil hujuſmodi in Pentateucho reperitur. Sed Mahumetus more ſuo Pentateuchum cum Thalmude confundit.

سورة يونس مكّيّة ماية وتسع ايات

SURA X.

JONAS.

MECCANA:

CENTUM, AC NOVEM COMMATUM.

بسم الله الرّحمن الرّحيم *

1 الر تلك ايات الكتاب الحكيم 2 أكان للناس عجبا أن أوحينا إلى
رجل منهم أن انذر الناس وبشر الذين امنوا ان لهم قدم صدق عند ربهم قال الكافرون إن هذا
لساحر مبين 4 إن ربكم الله الذي خلق السموات والارض في ستة ايام ثم استوى على
العرش يدبر الامر ما من شفيع الا من بعد إذنه ذلكم الله ربكم فاعبدوه افلا تذكرون
إليه مرجعكم جميعا وعد الله حقا إنه يبدي الخلق ثم يعيده ليجزي الذين امنوا وعملوا
الصالحات بالقسط والذين كفروا لهم شراب من حميم وعذاب اليم بما كانوا يكفرون 6 هو
الذي جعل الشمس ضياء والقمر نورا وقدره منازل لتعلموا عدد السنين والحساب ما خلق الله
ذلك الا بالحق يفصل الايات لقوم يعلمون 7 إن في اختلاف اليل والنهار وما خلق الله في
السموات والارض لايات لقوم يتقون 8 إن الذين لا يرجون لقاءنا ورضوا بالحيوة الدنيا
واطمانوا بها والذين هم عن ايتنا غافلون 9 اولايك ماويهم النار بما كانوا يكسبون
10 إن الذين امنوا وعملوا الصالحات يهديهم ربهم بايمانهم تجري من تحتهم الانهار في جنات
النعيم 11 دعواهم فيها سبحانك اللهم وتحيتهم فيها سلام واخر دعويهم ان الحمد لله رب
العالمين 12 ولو يعجل الله للناس الشر استعجالهم بالخير لقضي اليهم اجلهم فنذر الذين
لا يرجون لقاءنا في طغيانهم يعمهون 13 واذا مس الانسان الضر دعانا لجنبه او قاعدا او قايما
فلما كشفنا عنه ضره مر كان لم يدعنا الى ضر مسه كذلك زين للمسرفين ما كانوا
يعملون 14 ولقد اهلكنا القرون من قبلكم لما ظلموا وجاءتهم رسلهم بالبينات وما كانوا
ليومنوا

لِيُؤْمِنُوا كَذَٰلِكَ نَجْزِي الْقَوْمَ الْمُجْرِمِينَ ۝ 15 ثُمَّ جَعَلْنَاكُمْ خَلَائِفَ فِي الْأَرْضِ مِنْ بَعْدِهِمْ
لِنَنْظُرَ كَيْفَ تَعْمَلُونَ ۝ 16 وَإِذَا تُتْلَىٰ عَلَيْهِمْ آيَاتُنَا بَيِّنَاتٍ قَالَ الَّذِينَ لَا يَرْجُونَ لِقَاءَنَا ائْتِ
بِقُرْآنٍ غَيْرِ هَٰذَا أَوْ بَدِّلْهُ قُلْ مَا يَكُونُ لِي أَنْ أُبَدِّلَهُ مِنْ تِلْقَاءِ نَفْسِي إِنْ أَتَّبِعُ إِلَّا مَا يُوحَىٰ إِلَيَّ
إِنِّي أَخَافُ إِنْ عَصَيْتُ رَبِّي عَذَابَ يَوْمٍ عَظِيمٍ ۝ 17 قُلْ لَوْ شَاءَ اللَّهُ مَا تَلَوْتُهُ عَلَيْكُمْ
وَلَا أَدْرَاكُمْ بِهِ فَقَدْ لَبِثْتُ فِيكُمْ عُمُرًا مِنْ قَبْلِهِ أَفَلَا تَعْقِلُونَ ۝ 18 فَمَنْ أَظْلَمُ مِمَّنِ افْتَرَىٰ
عَلَى اللَّهِ كَذِبًا أَوْ كَذَّبَ بِآيَاتِهِ إِنَّهُ لَا يُفْلِحُ الْمُجْرِمُونَ ۝ 19 وَيَعْبُدُونَ مِنْ دُونِ اللَّهِ
مَا لَا يَضُرُّهُمْ وَلَا يَنْفَعُهُمْ وَيَقُولُونَ هَٰؤُلَاءِ شُفَعَاؤُنَا عِنْدَ اللَّهِ قُلْ أَتُنَبِّئُونَ اللَّهَ بِمَا لَا يَعْلَمُ فِي السَّمَاوَاتِ وَلَا
فِي الْأَرْضِ سُبْحَانَهُ وَتَعَالَىٰ عَمَّا يُشْرِكُونَ ۝ 20 وَمَا كَانَ النَّاسُ إِلَّا أُمَّةً وَاحِدَةً فَاخْتَلَفُوا
وَلَوْلَا كَلِمَةٌ سَبَقَتْ مِنْ رَبِّكَ لَقُضِيَ بَيْنَهُمْ فِيمَا فِيهِ يَخْتَلِفُونَ ۝ 21 وَيَقُولُونَ لَوْلَا أُنْزِلَ عَلَيْهِ
آيَةٌ مِنْ رَبِّهِ فَقُلْ إِنَّمَا الْغَيْبُ لِلَّهِ فَانْتَظِرُوا إِنِّي مَعَكُمْ مِنَ الْمُنْتَظِرِينَ ۝ 22 وَإِذَا أَذَقْنَا النَّاسَ
رَحْمَةً مِنْ بَعْدِ ضَرَّاءَ مَسَّتْهُمْ إِذَا لَهُمْ مَكْرٌ فِي آيَاتِنَا قُلِ اللَّهُ أَسْرَعُ مَكْرًا إِنَّ رُسُلَنَا يَكْتُبُونَ
مَا تَمْكُرُونَ ۝ 23 هُوَ الَّذِي يُسَيِّرُكُمْ فِي الْبَرِّ وَالْبَحْرِ حَتَّىٰ إِذَا كُنْتُمْ فِي الْفُلْكِ
وَجَرَيْنَ بِهِمْ بِرِيحٍ طَيِّبَةٍ وَفَرِحُوا بِهَا جَاءَتْهَا رِيحٌ عَاصِفٌ وَجَاءَهُمُ الْمَوْجُ مِنْ كُلِّ مَكَانٍ وَظَنُّوا أَنَّهُمْ
أُحِيطَ بِهِمْ دَعَوُا اللَّهَ مُخْلِصِينَ لَهُ الدِّينَ لَئِنْ أَنْجَيْتَنَا مِنْ هَٰذِهِ لَنَكُونَنَّ مِنَ الشَّاكِرِينَ ۝
24 فَلَمَّا أَنْجَاهُمْ إِذَا هُمْ يَبْغُونَ فِي الْأَرْضِ بِغَيْرِ الْحَقِّ يَا أَيُّهَا النَّاسُ إِنَّمَا بَغْيُكُمْ عَلَىٰ أَنْفُسِكُمْ
مَتَاعَ الْحَيَاةِ الدُّنْيَا ثُمَّ إِلَيْنَا مَرْجِعُكُمْ فَنُنَبِّئُكُمْ بِمَا كُنْتُمْ تَعْمَلُونَ ۝ 25 إِنَّمَا مَثَلُ الْحَيَاةِ
الدُّنْيَا كَمَاءٍ أَنْزَلْنَاهُ مِنَ السَّمَاءِ فَاخْتَلَطَ بِهِ نَبَاتُ الْأَرْضِ مِمَّا يَأْكُلُ النَّاسُ وَالْأَنْعَامُ حَتَّىٰ إِذَا
أَخَذَتِ الْأَرْضُ زُخْرُفَهَا وَازَّيَّنَتْ وَظَنَّ أَهْلُهَا أَنَّهُمْ قَادِرُونَ عَلَيْهَا أَتَاهَا أَمْرُنَا لَيْلًا أَوْ نَهَارًا فَجَعَلْنَاهَا
حَصِيدًا كَأَنْ لَمْ تَغْنَ بِالْأَمْسِ كَذَٰلِكَ نُفَصِّلُ الْآيَاتِ لِقَوْمٍ يَتَفَكَّرُونَ ۝ 26 وَاللَّهُ يَدْعُو إِلَىٰ
دَارِ السَّلَامِ وَيَهْدِي مَنْ يَشَاءُ إِلَىٰ صِرَاطٍ مُسْتَقِيمٍ ۝ 27 لِلَّذِينَ أَحْسَنُوا الْحُسْنَىٰ وَزِيَادَةٌ وَلَا يَرْهَقُ
وُجُوهَهُمْ قَتَرٌ وَلَا ذِلَّةٌ أُولَٰئِكَ أَصْحَابُ الْجَنَّةِ هُمْ فِيهَا خَالِدُونَ وَالَّذِينَ كَسَبُوا السَّيِّئَاتِ جَزَاءُ سَيِّئَةٍ
بِمِثْلِهَا وَتَرْهَقُهُمْ ذِلَّةٌ مَا لَهُمْ مِنَ اللَّهِ مِنْ عَاصِمٍ كَأَنَّمَا أُغْشِيَتْ وُجُوهُهُمْ قِطَعًا مِنَ اللَّيْلِ مُظْلِمًا أُولَٰئِكَ
أَصْحَابُ النَّارِ هُمْ فِيهَا خَالِدُونَ ۝

In Nomine Dei Miſeratoris Miſericordis.

1. A L. R. 2. Iſta ſunt ſigna Libri Sapientis (*ideſt periodi Alcorani ſapienter diſpoſiti*). 3. An *viſum* fuit hominibus *Meccanis* prodigium, quòd revelaverimus ad virum ex ipſis, *dicentes*: Comminare hominibus *infidelibus divinam ultionem*, & euangeliza iis, qui crediderunt, quòd ipſis eſt præitio veritatis (*ideſt merces bonorum operum præparata*) apud Dominum ſuum? Dixerunt infideles: Certè hic (*ideſt Mahumetus*) eſt magus manifeſtus. 4. Profectò Dominus veſter eſt Deus, qui creavit Cœlos, & terram in ſex diebus: Deindè conſedit ſuper thronum, ut moderaret res. Non eſt ullus interceſſor, niſi poſt nutum ejus. Iſte eſt

Deus

Deus, Dominus veſter: itaque ſervite ei. An ergo non commonefietis? 5. Ad eum erit reditus veſtrum omnium, Promiſſio Dei *circa hoc* vera eſt. Quippe ipſe producit creaturam: deindè redire faciet eam *ad ſe in reſurrectione*; ut retribuat iis qui crediderunt, & fecerunt recta, cum æquitate. Qui verò fuerunt infideles; ipſis *propinabitur* potio ex aqua ferventi, & *inferetur* ſupplicium dolorificum, eo quòd fuerint increduli. 6. Ipſe eſt, qui poſuit ſolem in ſplendorem, & lunam in lumen: & diſpoſuit eam in ſtationes, ut ſciretis numerum annorum, & computum. Non creavit Deus hoc, niſi cum veritate. Diſtinguit ſigna hominibus, qui ſciunt. 7. Porrò in variatione noctis, & diei, & illius, quod creavit Deus in Cœlo, & terra, ſunt ſanè ſigna hominibus, qui timent *Deum*. 8. Certè, qui non ſperant occurſum noſtrum (*ideſt diem reſurrectionis*) & complacent ſibi in vita mundana, & ſecurè quieſcunt in ea, & qui ſunt de ſignis noſtris negligentes. 9. Hi receptaculum eorum erit ignis; pro eo, quod lucrati fuerunt. 10. Qui verò crediderint, & fecerint recta, diriget eos Dominus eorum in fide ipſorum. Current ſub illis flumina in hortis voluptatis. 11. Precatio eorum in illis erit; Laus tua ò Deus. Et conſalutatio eorum in ipſis erit: Pax. Et finis precationis eorum erit; Laus Deo, Domino *a* ſæculorum. 12. Quòd ſi acceleraret Deus hominibus malum juxta deſiderium ipſorum, ut acceleretur *ſibi* bonum: Certè deciſa fuiſſet eis meta eorum (*ideſt jam malè periiſſent*). Quamobrem ſinimus eos, qui non ſperant occurſum noſtrum, ut in errore ſuo ſtupida mente verſentur. 13. Et, cùm tetigerit homines nocumentum; precabitur nos in latus ſuum (*ideſt jacens*) ſive ſedens, ſive ſtans. Cùm autem elevaverimus ab illo nocumentum ejus, tranſibit (*ideſt perget in peccatis ſuis*) ac ſi non invocaſſent nos ad *pellendum* nocumentum, quod tetigerat eum. Ita adornatum fuit ſceleſtis id, quod operati ſunt. 14. Et jam quidem perdidimus generationes ante vos, ò *Meccani*, poſtquam iniquè egiſſent, & veniſſent ad eos legati, ut crederent. Ita remuneramus homines ſceleſta patrantes. 15. Deindè poſuimus vos ſucceſſores in terra poſt eos; ut inſpiceremus, quomodò operaremini. 16. Et, cùm recitantur illis ſigna noſtra manifeſta; dicunt, qui non ſperant occurſum noſtrum: Affer Alcoranum alium præter hunc; aut immuta. Reſponde: Non eſt meum, ut immutem illum *b* ad libitum meum: non ſequor, niſi, quod revelatur mihi. Equidem timeo, ſi inobediens fuero Domino meo, pœnam diei magnæ. 17. Dic: Si voluiſſet Deus, non legiſſem illum vobis, nec edocuiſſem vos in eo. Jam porrò moratus ſum inter vos ætatem *quadraginta annorum* ante illum. An ergo non intelligitis? 18. Quis verò eſt iniquior, quàm, qui comminiſcitur contra Deum mendacium, vel falſitatem fingit in ſignis ejus? Certè non proſperabuntur ſceleſte agentes. 19. Et colunt præter Deum, quod non noceat ipſis, neque proſit ipſis, & dicunt, Hi ſunt interceſſores noſtri apud Deum. Reſponde: An docebitis Deum id, quod non ſciat in Cœlis, neque in terra? Laus ejus: & *c* procul abſit ab eo, quod aſſociant *illi*. 20. Et non erant homines, niſi gens una (*ideſt unius religionis*). Atqui diſcordes fuerunt inter ſe, &, ſi non verbum (*ideſt decretum*) præceſſiſſet à Domino tuo, certè deciſum fuiſſet inter eos circa id, in quo diſcordes erant. 21. Et dicunt *ironicè*: *d* Nonne demiſſum fuit ſuper eum ſignum à Domino ſuo? Reſponde porrò: Certè Arcanum *pertinet* ad Deum. Expectate ergo. Certè ego vobiſcum ero ex expectantibus. 22. Et, cùm guſtare feciſſemus homines *Meccanos* miſericordiam poſt damnum, quod attigerat eos: ecce ipſis dolus in ſigna noſtra (*ideſt dolosè, & irriſoriè egerunt contra illa*). Dic *illis*: Deus velocior eſt ad dolum, *quàm vos*. Profectò legati noſtri (*ideſt Angeli Cuſtodes*) ſcribunt id, quod dolosè agitis. 23. Ipſe eſt, qui præbet vobis iter per Continens, & Mare, donec fueritis in navibus, currunt cum eis (*ideſt naves cum hominibus*) cum vento bono; & lætantur in eo. Venit ad eas ventus turbinoſus; & venit ad eos fluctus ex omni loco, & exiſtimant, ſe circumcluſos eſſe: invocant Deum puram exhibentes illi religionem, *ac dicentes*: Certè, ſi liberaveris nos ab hoc *periculo*, ſanè erimus ex gratias agentibus *tibi*. 24. Sed poſtquam liberaverit eos, ecce ipſi violenter ſe gerunt in terra ſine veritate. O homines, certè *e* iniqua acquiſitio veſtra eſt contra animas veſtras, ad fruitionem vitæ mundanæ; deindè ad nos erit reditus veſter; tùm enarrabimus

a Mundorũ.

b Ex ōccurſu animæ meæ: ſi.

c exaltetur.

d Si nōn.

e violentia.

rabimus vobis id, quod fueritis operati. 25. Certè ſimilitudo vitæ mundanæ eſt, ſicut aqua, quam demiſimus è Cœlo, & commiſcuit ſe cum ea germen terræ, ex quo veſcuntur homines, & pecora, donec acceperit terra elegantiam ſuam, & ornata fuerit *herbis, & floribus*: exiſtimarunt habitatores ejus, ſe fore potentes ſuper eam (*ideſt ſe potituros ejus fructibus*). Venit ad eam imperium noſtrum noctù, vel diù, & reddidimus eam demeſſam, quaſi non fuerit dives *iiſdem rebus*, heſterna die. Ita diſtinctè proponimus ſigna hominibus, qui *ea* mente revolvunt. 26. Et Deus invitat ad domum Pacis (*ideſt Paradiſum*) & dirigit, quem vult in viam rectam. 27. Illis, qui benefecerint, *retribuetur* optimum (*ideſt Paradiſus*) & additamentum (*ideſt viſio Dei*) & non operiet facies eorum nigredo, neque vilitas. Hi erunt habitatores Paradiſi; ipſi in eo perennaturi. Qui verò perpetraverint mala, *erit* illis retributio mali, ſicut illa, *quæ operati ſunt*; & operiet eos vilitas. Non erit illis à Deo ullus defenſor: non ſecùs, ac ſi coopertæ fuiſſent facies eorum parte noctis tenebricoſa. Hi erunt habitatores ignis: ipſi in eo perpetuò moraturi.

NOTÆ.

INſcribitur hæc Sura يونس *Jonas*, quia in ea de Propheta hoc ſit mentio. Quid autem de eo Arabes fabulentur ſuo loco videbimus. Suram Jonę legentibus, Auctore Bedavio, أعطى من الاجر عشر حسنات بعدد من صدق بيونس كذب به وبعدد من غرق مع فرعون *dabitur merces decem bonorum* (ſeu præmiorum) *juxta numerum eorum, qui Jonam, ut veracem ſecuti ſunt; & eorum, qui ut mendacem, rejecerunt; & juxta numerum eorum, qui cum Pharaone ſubmerſi ſunt.* Sura communiter inſcribitur Meccana. Excipiunt nonnulli duos, vel tres verſus, quorum primus incipit: *Quod ſi ſueris in dubitatione*, & eſt 95. Aliqui etiam excipiunt verſum 41. qui incipit: *Et ex ipſis aliquis credet in eum*. Numerus verſiculorum centum, ac novem aſſignatur: quidam tamen unum ſuperaddunt, ut ſint centum, ac decem.

II. *Magus*] Arabicè quidam legunt لساحر *Magus*; & refertur ad Mahumetum: quidam verò لسحر *Magia*, & refertur ad Alcoranum.

V. *Et diſpoſuit eam in ſtationes*] Explicat Gelal. وقدره من حيث سيره منازل ثمانية وعشرين ليلة من كل شهر ويستتر ليلتين ان كان الشهر ثلاثين يوما وليلة ان كان تسعة وعشرين يوما *Et menſuravit eam, quoad curſum in ſtationes viginti, & octo noctium quolibet menſe: & abſconditur duabus noctibus, ſi fuerint menſes triginta dierum: unica verò nocte, ſi fuerint dierum viginti, ac novem.*

XIX. *Et non erant homines, niſi gens una*]. Nimirùm, ut exponit Gelal: على دين واحد وهو الاسلام من لدن ادم الى نوح وقيل من عهد ابراهيم الى عمرو بن يحيى: *unius religionis, nempe Eslamiticæ à tempore Adam, uſque ad Noe. Vel, ut aliis placet, à tempore Abrahæ, uſque ad Amrum filium Fabiæ.* Paulò aliter Zamchaſcerius ما كان الناس الا امة واحدة حنفاء متفقين على ملة واحدة غير ان يختلفوا بينهم و ذلك فى عهد ادم الى ان قتل قابيل هبيل و قيل بعد الطوفان *Non erant homines, niſi gens una orthodoxi, concordes in una religione, abſque ſchiſmatibus inter ſe: & hoc tempore Adæ, donec Cain interfecit Abel. Alii dicunt: poſt tranſactum diluvium,* Audiendus eſt etiam Jahias وما كان الناس الا امة واحدة يعنى على الاسلام فمن بين ادم الى نوح فى تفسير قتادة فاختلفوا حين اتتهم الانبياء فامن بعضهم حين اتتهم الانبياء وكفر بعضهم *Et non fuerunt homines, niſi gens una, ideſt unius religionis Eslamiticæ, ut exponit Cottada: & hoc ab Adam, uſque ad Noe. Diſſenſerunt autem inter ſe, quandò venerunt ad eos Prophetæ. Quidam enim, cùm ii adveniſſent, crediderunt: quidam verò credere noluerunt.*

XXII. *Præbet vobis iter*]. Duplex eſt hìc lectio. Quidam enim legunt يسيركم *præbet vobis iter*: ſeu, ambulare facit vos. Quidam verò ينشركم *diſpergit*, ſeu, *diſſeminat vos*: Notanda eſt autem in hoc verſiculo mutatio perſonæ ſecundæ in tertiam. Hujuſmodi mutationes perſonæ, numeri, & temporis, frequentiſſimæ ſunt in Alcorano: & puto, Mahumetum in hoc, non tàm propheticum ſtylum affectaſſe, quàm amentiam, & oſcitantiam ſuam patefeciſſe.

XXIV. *Certè ſimilitudo vitæ mundanæ*] Prolixiori, & obſcuriori verborum circuitu comparat hìc humanæ vitæ felicitatem terræ herbis, ac floribus ornatæ, ex qua dominus illius etiam uberes fructus expectet. Et interim tempeſtate ad Dei imperium exorta, herbarum, florumque ornamentis penitùs ſpolietur.

REFU-

REFUTATIONES.

I. NOn ſolùm hìc v. 3. ſed alibi etiam dicitur in Alcorano, Deum poſt ſex dies creationis استوى على العرش *adæquaſse ſeſe*, ſeu conſediſſe *ſuper thronum*. Neque verò hoc myſticè, ſeu figuratè accipiunt Moslemi: Sed literaliter omninò, & prout verba ſonant, intelligunt: Quaſi in Deo detur mutatio aliqua ſitus, vel loci: vel thronum aliquem, quem ſedendo undequaque repleat, & coæquet, poſſideat. Mira verò, ac portentoſa ſunt, quæ de hoc throno fabulantur; ſed non eſt hìc oclum referre.

II. Dùm Meccani affirmant ſe colere Divos ſuos, tanquam interceſſores apud Deum: ineptè redarguit illos Mahumetus, qui non ſolùm Sanctorum interceſſionem cum Moslemis ſuis agnoſcit, & fatetur: ſed etiam futurum ſe pro omnibus creaturis in die Judicii interceſſorem deblaterat. Rectiùs ſanè feciſſet, ſi eos culpaſſet, quòd illi, quos colebant, homines ſceleſti fuiſſent; & cultu prorsùs indigni: vel, quòd cultu uni Deo debito, non eſſent colendi.

III. Non videtur dubitandum, quin per longum tempus mortales univerſi eandem religionem ſervaverint: & quidem ab Adam uſque ad diluvium incluſivè unam in Orbe religionem fuiſſe, in qua Deus unus agnoſcebatur, & colebatur; nec, niſi poſt diluvium idololatriam in Mundum invectam fuiſſe, communior eſt tàm Chriſtianorum, quàm Hebræorum, & ipſorum Mahumetanorum opinio. Et nihilominùs Mahumetus non ſemel in Alcorano, præſertim ſura 71. نوح *Noe*, manifeſtè indicat etiam ante diluvium idola culta fuiſſe, & ipſum Noe contra illa prædicaſſe: quod, ut ſuperiùs oſtendimus, mendacii facillimè convincitur. Illud verò, quod Gelal, & alii ex Moslemis autumant, religionem illam unam, univerſi profitebantur, fuiſſe الاسلام *Eslam*; illam ſcilicet, quam Mahumetus docuit, & Mahumetani tenent: riſu explodendum eſt, & Alcorani ipſius verbis repugnat. Porrò ſi pro religione الاسلام, intelligamus illam, quæ Deum unum, ac verum colit, certiſque ſacris, ac ritibus (non tamen Mahumeticis ſuperſtitionibus) veneratur, & legem naturæ, rectè tamen, & non depravatæ, obſervat; & Dei præcepta, quę innotuerint, cuſtodit: non negabimus hujuſmodi religionem ab Adam uſque ad diluvium inter mortales communem fuiſſe. At verò nullo modo conſiſtere poteſt id, quod ex Cottada pronunciat Jahias, & in Alcorano quoque non ſemel innuitur; nempe, tunc homines religionem mutaſſe, ſive in ea inter ſe diſcordes fuiſſe, cùm Prophetæ ad eos miſſi ſunt. Si enim hoc verum eſſet, infauſtis prorſùs avibus Prophetas Deus ad homines miſiſſet, nempe ad æternam ipſorum ruinam. Ex Alcorano patet oppoſitum, quamvis Alcoranus in hoc, quemadmodùm & in aliis plurimis non ſibi conſtet. In eo enim inducuntur Prophetæ omnes, ſeu legati, ut Noe, Hud, Salech, Scioaib, Moyſes, Jonas, &c. mitti ad ſuas gentes, poſtquam illæ à vera religione ad idololatriam deſciviſſent. Quòd, ſi antea omnes rectè credidiſſent, non erat, cur mitterentur Prophetæ, præſertim, cùm adventus eorum, nonniſi diſſenſiones, & ſchiſmata in religione eſſet paiturus. Impiè verò Mahumetus tribuit divino decreto, & veluti prædeterminationi hoc tàm magnum hominum ſcelus, & impietatem, ſicut & cætera peccata: nec erubeſcit eorum Authorem facere Deum. Hunc Prophetæ ſui errorem Mahumetani ferè omnes, ac præſertim Turcæ docent, ac mordicùs tuentur, exiſtimantes ſe, dùm peccant, ex impulſu Dei neceſſitantis peccare.

IV. Conſtat apertè hìc ex v. 20. Mahumetum, nec feciſſe miracula, nec facere potuiſſe: dùm de his à Meccanis requiſitus, reſpondet: Ad Deum, non ad ſe miracula pertinere: ſuum munus eſſe, non mira patrare, ſed Alcoranum prædicare. Certè, ſi anteà miracula illa feciſſet, quæ iidem Moslemi affingunt, hìc ea expoſuiſſet, nec ullo modo reticuiſſet, præſertim, cùm toties jactet prodigium illud ſtramineum victoriæ Bedrenſis, & alias hujuſmodi miraculorum quiſquilias: quibus tamen malè poterat hìc ſe tueri: miracula enim volebant Meccani; non nugas, & ineptias. Sed de hoc vide Prodromi partem ſecundam per totam.

V. Notanda ſunt verba verſiculi 26. Illis, qui benè fecerint, retribuetur الحسنى *Optimum* Græcæ. Τὸ κάλλιστον Diceremus Italicè. *L' Ottimo*. Hoc autem optimum affirmat Gelal, eſſe الجنة *Paradiſum*. Quod autem ſubditur, وزيادة *& additamentum* ſeu appendix: explicat idem Gelal النظر اليه *aſpectus in eum*; ideſt, in Deum, ſeu viſio Dei. Quaſi verò in æterna felicitate, viſio Dei eſſet aliud ſuperadditum, non autem ſumma, & maxima Beatitudo, præ qua omnis alia Paradiſi felicitas eſt verè quædam appendix, & additamentum. Ita ſentiunt de Paradiſi delitiis brutalia Mahumetanorum ingenia.

Textus Alcorani.

28 ويوم نحشرهم جميعا ثم نقول للذين اشركوا مكانكم انتم وشركاؤكم فزيلنا بينهم وقال
شركاؤهم ما كنتم ايانا تعبدون ۞ 29 فكفى بالله شهيدا بيننا وبينكم ان كنا عن
عبادتكم لغافلين ۞ 30 هنالك تبلوا كل نفس ما اسلفت وردوا الى الله مولاهم الحق وضل
عنهم ما كانوا يفترون ۞ 31 قل من يرزقكم من السماء والارض امن يملك السمع والابصار
ومن يخرج الحي من الميت ويخرج الميت من الحي ومن يدبر الامر فسيقولون الله فقل افلا
تتقون ۞ 32 فذلكم الله ربكم الحق فماذا بعد الحق الا الضلال فانى تصرفون ۞ 33 كذلك
حقت كلمة ربك على الذين فسقوا انهم لا يومنون ۞ 34 قل هل من شركائكم
من يبدوا الخلق ثم يعيده قل الله يبدوا الخلق ثم يعيده فانى توفكون ۞ 35 قل هل
من شركائكم من يهدي الى الحق قل الله يهدي للحق فمن يهدي الى الحق احق ان يتبع
امن لا يهدي الا ان يهدى فما لكم كيف تحكمون ۞ 36 وما يتبع اكثرهم الا ظنا
ان الظن لا يغني من الحق شيا ان الله عليم بما يفعلون ۞ 37 وما كان هذا القران ان
يفترى من دون الله ولكن تصديق الذي بين يديه وتفصيل الكتاب لا ريب فيه من رب
العالمين ۞ 38 ام يقولون افتريه قل فاتوا بسورة مثله وادعوا من استطعتم من دون الله ان
كنتم صادقين ۞ 39 بل كذبوا بما لم يحيطوا بعلمه ولما ياتهم تاويله كذلك كذب
الذين من قبلهم فانظر كيف كان عاقبة الظالمين ۞ 40 ومنهم من يومن به ومنهم من
لا يومن به وربك اعلم بالمفسدين ۞ 41 وان كذبوك فقل لي عملي ولكم عملكم
انتم بريون مما اعمل وانا بري مما تعملون ۞ 42 ومنهم من يستمعون اليك افانت تسمع الصم
ولو كانوا لا يعقلون ۞ 43 ومنهم من ينظر اليك افانت تهدي العمي ولو كانوا لا يبصرون ۞
44 ان الله لا يظلم الناس شيا ولكن الناس انفسهم يظلمون ۞ 45 ويوم يحشرهم كان لم
يلبثوا الا ساعة من النهار يتعارفون بينهم قد خسر الذين كذبوا بلقاء الله وما كانوا مهتدين
46 واما نرينك بعض الذي نعدهم او نتوفينك فالينا مرجعهم ثم الله شهيد على ما يفعلون ۞
47 ولكل امة رسول فاذا جاء رسولهم قضي بينهم بالقسط وهم لا يظلمون ۞ 48 ويقولون متى
هذا الوعد ان كنتم صادقين ۞ 49 قل لا املك لنفسي ضرا ولا نفعا الا ما شاء الله
لكل امة اجل اذا جاء اجلهم فلا يستاخرون ساعة ولا يستقدمون ۞ 50 قل ارايتم ان
اتيكم عذابه بياتا او نهارا ماذا يستعجل منه المجرمون ۞ 51 اثم اذا ما وقع امنتم
به الان وقد كنتم به تستعجلون ۞ 52 ثم قيل للذين ظلموا ذوقوا عذاب الخلد هل
تجزون الا بما كنتم تكسبون ۞ 53 ويستنبونك احق هو قل اي وربي انه لحق وما انتم
بمعجزين ۞

بمعجزين ۞ 54 ولو أن لكل نفس ظلمت ما في الأرض لافتدت به وأسروا الندامة
لما رأوا العذاب وقضي بينهم بالقسط وهم لا يظلمون ۞ 55 ألا إن لله ما في السموات والأرض
ألا إن وعد الله حق ولكن أكثرهم لا يعلمون ۞ 56 هو يحيى ويميت واليه ترجعون ۞
57 يا أيها الناس قد جاءتكم موعظة من ربكم وشفاء لما في الصدور وهدى ورحمة
للمؤمنين ۞ 58 قل بفضل الله وبرحمته فبذلك فليفرحوا هو خير مما يجمعون ۞
59 قل أرأيتم ما أنزل الله لكم من رزق فجعلتم منه حراما وحلالا قل آلله أذن لكم
أم على الله تفترون ۞ 60 وما ظن الذين يفترون على الله الكذب يوم القيمة ان الله
لذو فضل على الناس ولكن أكثرهم لا يشكرون ۞ 61 وما تكون في شأن وما تتلوا
منه من قرآن ولا تعملون من عمل إلا كنا عليكم شهودا إذ تفيضون فيه وما يعزب عن ربك
من مثقال ذرة في الأرض ولا في السماء ولا أصغر من ذلك ولا أكبر إلا في كتاب
مبين ۞ 62 ألا إن أولياء الله لا خوف عليهم ولا هم يحزنون ۞ 63 الذين آمنوا وكانوا
يتقون لهم البشرى في الحيوة الدنيا وفي الآخرة لا تبديل لكلمات الله ذلك هو الفوز
العظيم ۞ 64 ولا يحزنك قولهم ان العزة لله جميعا هو السميع العليم ۞ 65 ألا إن
لله من في السموات ومن في الأرض وما يتبع الذين يدعون من دون الله شركاء إن يتبعون
إلا الظن وان هم إلا يخرصون ۞ 66 هو الذي جعل لكم الليل لتسكنوا فيه والنهار
مبصرا إن في ذلك لآيات لقوم يسمعون ۞ 67 قالوا اتخذ الله ولدا سبحانه هو الغني له
ما في السموات وما في الأرض إن عندكم من سلطان بهذا أتقولون على الله ما لا تعلمون ۞
68 قل إن الذين يفترون على الله الكذب لا يفلحون ۞ 69 متاع في الدنيا ثم
إلينا مرجعهم ثم نذيقهم العذاب الشديد بما كانوا يكفرون ۞ 70 واتل عليهم نبأ نوح إذ
قال لقومه يا قوم إن كان كبر عليكم مقامي وتذكيري بآيات الله فعلى الله توكلت فاجمعوا
أمركم وشركاءكم ثم لا يكن أمركم عليكم غمة ثم اقضوا إلي ولا تنظرون ۞
71 فإن توليتم فما سألتكم من أجر إن أجري إلا على الله وأمرت أن أكون من
المسلمين ۞ 72 فكذبوه فنجيناه ومن معه في الفلك وجعلناهم خلايف وأغرقنا الذين
كذبوا بآياتنا فانظر كيف كان عاقبة المنذرين ۞ 73 ثم بعثنا من بعده رسلا إلى قومهم
فجاؤهم بالبينات فما كانوا ليؤمنوا بما كذبوا به من قبل كذلك نطبع على قلوب
المعتدين ۞ 74 ثم بعثنا من بعدهم موسى وهرون إلى فرعون وملائه بآياتنا فاستكبروا
وكانوا قوما مجرمين ۞ 75 فلما جاءهم الحق من عندنا قالوا إن هذا لسحر مبين ۞ 76 قال
موسى أتقولون للحق لما جاءكم أسحر هذا ولا يفلح الساحرون ۞ 77 قالوا أجئتنا لتلفتنا
عما

عَمَّا وَجَدْنَا عَلَيْهِ آبَاءَنَا وَتَكُونَ لَكُمَا الْكِبْرِيَاءُ فِي الْأَرْضِ وَمَا نَحْنُ لَكُمَا بِمُؤْمِنِينَ ۝
78 وَقَالَ فِرْعَوْنُ ائْتُونِي بِكُلِّ سَاحِرٍ عَلِيمٍ ۝ 79 فَلَمَّا جَاءَ السَّحَرَةُ قَالَ لَهُمْ مُوسَى أَلْقُوا مَا أَنْتُمْ
مُلْقُونَ ۝ 80 فَلَمَّا أَلْقَوْا قَالَ مُوسَى مَا جِئْتُمْ بِهِ السِّحْرُ إِنَّ اللَّهَ سَيُبْطِلُهُ إِنَّ اللَّهَ لَا يُصْلِحُ عَمَلَ
الْمُفْسِدِينَ ۝ 81 وَيُحِقُّ اللَّهُ الْحَقَّ بِكَلِمَاتِهِ وَلَوْ كَرِهَ الْمُجْرِمُونَ ۝ 82 فَمَا آمَنَ لِمُوسَى إِلَّا ذُرِّيَّةٌ
مِنْ قَوْمِهِ عَلَى خَوْفٍ مِنْ فِرْعَوْنَ وَمَلَائِهِمْ أَنْ يَفْتِنَهُمْ وَإِنَّ فِرْعَوْنَ لَعَالٍ فِي الْأَرْضِ وَإِنَّهُ لَمِنَ الْمُسْرِفِينَ ۝
83 وَقَالَ مُوسَى يَا قَوْمِ إِنْ كُنْتُمْ آمَنْتُمْ بِاللَّهِ فَعَلَيْهِ تَوَكَّلُوا إِنْ كُنْتُمْ مُسْلِمِينَ ۝ 84 فَقَالُوا عَلَى اللَّهِ
تَوَكَّلْنَا رَبَّنَا لَا تَجْعَلْنَا فِتْنَةً لِلْقَوْمِ الظَّالِمِينَ ۝ 85 وَنَجِّنَا بِرَحْمَتِكَ مِنَ الْقَوْمِ الْكَافِرِينَ ۝ 86 وَأَوْحَيْنَا
إِلَى مُوسَى وَأَخِيهِ أَنْ تَبَوَّآ لِقَوْمِكُمَا بِمِصْرَ بُيُوتًا وَاجْعَلُوا بُيُوتَكُمْ قِبْلَةً وَأَقِيمُوا الصَّلَاةَ وَبَشِّرِ الْمُؤْمِنِينَ ۝
87 وَقَالَ مُوسَى رَبَّنَا إِنَّكَ آتَيْتَ فِرْعَوْنَ وَمَلَأَهُ زِينَةً وَأَمْوَالًا فِي الْحَيَوةِ الدُّنْيَا رَبَّنَا لِيُضِلُّوا عَنْ سَبِيلِكَ
رَبَّنَا اطْمِسْ عَلَى أَمْوَالِهِمْ وَاشْدُدْ عَلَى قُلُوبِهِمْ فَلَا يُؤْمِنُوا حَتَّى يَرَوُا الْعَذَابَ الْأَلِيمَ ۝ 88 قَالَ قَدْ
أُجِيبَتْ دَعْوَتُكُمَا فَاسْتَقِيمَا وَلَا تَتَّبِعَانِّ سَبِيلَ الَّذِينَ لَا يَعْلَمُونَ ۝ 89 وَجَاوَزْنَا بِبَنِي إِسْرَائِيلَ الْبَحْرَ
فَأَتْبَعَهُمْ فِرْعَوْنُ وَجُنُودُهُ بَغْيًا وَعَدْوًا حَتَّى إِذَا أَدْرَكَهُ الْغَرَقُ قَالَ آمَنْتُ أَنَّهُ لَا إِلَهَ إِلَّا الَّذِي آمَنَتْ بِهِ
بَنُوا إِسْرَائِيلَ وَأَنَا مِنَ الْمُسْلِمِينَ ۝ 90 آلْآنَ وَقَدْ عَصَيْتَ قَبْلُ وَكُنْتَ مِنَ الْمُفْسِدِينَ ۝ 91 فَالْيَوْمَ
نُنَجِّيكَ بِبَدَنِكَ لِتَكُونَ لِمَنْ خَلْفَكَ آيَةً وَإِنَّ كَثِيرًا مِنَ النَّاسِ عَنْ آيَاتِنَا لَغَافِلُونَ ۝
92 وَلَقَدْ بَوَّأْنَا بَنِي إِسْرَائِيلَ مُبَوَّأَ صِدْقٍ وَرَزَقْنَاهُمْ مِنَ الطَّيِّبَاتِ فَمَا اخْتَلَفُوا حَتَّى جَاءَهُمُ الْعِلْمُ
إِنَّ رَبَّكَ يَقْضِي بَيْنَهُمْ يَوْمَ الْقِيَامَةِ فِيمَا كَانُوا فِيهِ يَخْتَلِفُونَ ۝ 93 فَإِنْ كُنْتَ فِي شَكٍّ مِمَّا
أَنْزَلْنَا إِلَيْكَ فَسْئَلِ الَّذِينَ يَقْرَءُونَ الْكِتَابَ مِنْ قَبْلِكَ لَقَدْ جَاءَكَ الْحَقُّ مِنْ رَبِّكَ فَلَا تَكُونَنَّ
مِنَ الْمُمْتَرِينَ ۝ 94 وَلَا تَكُونَنَّ مِنَ الَّذِينَ كَذَّبُوا بِآيَاتِ اللَّهِ فَتَكُونَ مِنَ الْخَاسِرِينَ ۝ 95 إِنَّ
الَّذِينَ حَقَّتْ عَلَيْهِمْ كَلِمَةُ رَبِّكَ لَا يُؤْمِنُونَ ۝ 96 وَلَوْ جَاءَتْهُمْ كُلُّ آيَةٍ حَتَّى يَرَوُا الْعَذَابَ
الْأَلِيمَ ۝ 97 فَلَوْ لَا كَانَتْ قَرْيَةٌ آمَنَتْ فَنَفَعَهَا إِيمَانُهَا إِلَّا قَوْمَ يُونُسَ لَمَّا آمَنُوا كَشَفْنَا عَنْهُمْ
عَذَابَ الْخِزْيِ فِي الْحَيَوةِ الدُّنْيَا وَمَتَّعْنَاهُمْ إِلَى حِينٍ ۝ 98 وَلَوْ شَاءَ رَبُّكَ لَآمَنَ مَنْ فِي
الْأَرْضِ كُلُّهُمْ جَمِيعًا أَفَأَنْتَ تُكْرِهُ النَّاسَ حَتَّى يَكُونُوا مُؤْمِنِينَ ۝ 99 وَمَا كَانَ لِنَفْسٍ أَنْ
تُؤْمِنَ إِلَّا بِإِذْنِ اللَّهِ وَيَجْعَلُ الرِّجْسَ عَلَى الَّذِينَ لَا يَعْقِلُونَ ۝ 100 قُلِ انْظُرُوا مَاذَا فِي
السَّمَوَاتِ وَالْأَرْضِ وَمَا تُغْنِي الْآيَاتُ وَالنُّذُرُ عَنْ قَوْمٍ لَا يُؤْمِنُونَ ۝ 101 فَهَلْ يَنْتَظِرُونَ إِلَّا مِثْلَ
أَيَّامِ الَّذِينَ خَلَوْا مِنْ قَبْلِهِمْ قُلْ فَانْتَظِرُوا إِنِّي مَعَكُمْ مِنَ الْمُنْتَظِرِينَ ۝ 102 ثُمَّ نُنَجِّي
رُسُلَنَا وَالَّذِينَ آمَنُوا كَذَلِكَ حَقًّا عَلَيْنَا نُنْجِ الْمُؤْمِنِينَ ۝ 103 قُلْ يَا أَيُّهَا النَّاسُ إِنْ كُنْتُمْ
فِي شَكٍّ مِنْ دِينِي فَلَا أَعْبُدُ الَّذِينَ تَعْبُدُونَ مِنْ دُونِ اللَّهِ وَلَكِنْ أَعْبُدُ اللَّهَ الَّذِي
يَتَوَفَّاكُمْ وَأُمِرْتُ أَنْ أَكُونَ مِنَ الْمُؤْمِنِينَ ۝ 104 وَأَنْ أَقِمْ وَجْهَكَ لِلدِّينِ حَنِيفًا وَلَا تَكُونَنَّ
مِنَ

مِنَ ٱلْمُشْرِكِينَ ۝ 105 وَلَا تَدْعُ مِنْ دُونِ ٱللَّهِ مَا لَا يَنفَعُكَ وَلَا يَضُرُّكَ فَإِنْ فَعَلْتَ فَإِنَّكَ إِذًا مِّنَ
ٱلظَّالِمِينَ ۝ 106 وَإِنْ يَمْسَسْكَ ٱللَّهُ بِضُرٍّ فَلَا كَاشِفَ لَهُ إِلَّا هُوَ وَإِنْ يُرِدْكَ بِخَيْرٍ فَلَا رَادَّ لِفَضْلِهِ
يُصِيبُ بِهِ مَنْ يَشَاءُ مِنْ عِبَادِهِ وَهُوَ ٱلْغَفُورُ ٱلرَّحِيمُ ۝ 107 قُلْ يَا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ قَدْ جَاءَكُمُ
ٱلْحَقُّ مِنْ رَبِّكُمْ فَمَنِ ٱهْتَدَىٰ فَإِنَّمَا يَهْتَدِي لِنَفْسِهِ وَمَنْ ضَلَّ فَإِنَّمَا يَضِلُّ عَلَيْهَا وَمَا أَنَا عَلَيْكُم
بِوَكِيلٍ ۝ 108 وَٱتَّبِعْ مَا يُوحَىٰ إِلَيْكَ وَٱصْبِرْ حَتَّىٰ يَحْكُمَ ٱللَّهُ وَهُوَ خَيْرُ ٱلْحَاكِمِينَ ۞

Verſio Latina.

28. ET die *quadam* congregabimus eos omnes: tùm dicemus iis, qui aſſociaverunt: Ad locum veſtrum *ſecedite* vos, & ſocii veſtri (*ideſt dii eorum*). Et ponemus diſtinctionem inter eos; & dicent ſocii eorum: Non nos colebatis. 29. Et ſufficit Deus ad teſtem inter nos, & inter vos, quòd fuerimus de cultu veſtro ſanè parùm curantes. 30. Ibi experietur omnis anima id, quod præmiſerit (*ideſt recipiet mercedem operum ſuorum præteritorum*) & reducentur ad Deum Dominum ſuum verum, & abſcondet ſe ab eis id, quod commenti fuerant (*ideſt dii eorum*). 31. Dic: Quis enutrit vos è Cœlo, & terra? Aut quis habet Dominum auditus, & viſus? Et quis educit vivum ex mortuo, & educit mortuum ex vivo? Et quis gubernat res? Reſpondebunt ſanè: Deus. Dic ergo: An igitur non timebitis *eum*? 32. Hic itaque eſt Deus Dominus veſter verus, & quidnam *reliquum eſt* poſt veritatem, niſi error? Quomodò ergo avertimini *à fide*? 33. Ita verificatur verbum Domini tui ſuper eos, qui improbè agunt, quòd ipſi non credant. 34. Dic: An eſt ex ſociis veſtris, qui producat creaturam: deindè redire faciet eam *ad ſe*? Dic: Deus condit creaturam; deindè redire faciet eam *ad ſe*: Quomodò ergo avertimini *à cultu illius*? 35. Dic: An eſt ex ſociis veſtris, qui dirigat ad veritatem? Dic: Deus dirigit ad veritatem. An ergo, qui dirigit ad veritatem, juſtiùs eſt, ut habeat ſectatores; an, qui non dirigit, niſi dirigatur? Quid ergo eſt vobis quamobrem *ita* judicetis? 36. At non ſequuntur plerique eorum, niſi opinionem. Porrò opinio non acquirit de veritate quidquam. Certè Deus eſt ſciens de eo, quod faciunt. 37. Et non eſt hic Alcoranus *talis*, ut confictus ſit *ab aliquo* præter Deum, ſed eſt verificatio illius, quod *revelatum fuit* ante eum; & declaratio Libri (*ideſt Pentateuchi, & Euangelii*). Non eſt dubium de eo; *traditus eſt* à Domino
a Mundorũ *a* ſęculorum. 38. An dicent: Confinxit eum *Mahumetus*? Reſponde; Atqui afferte Suram unam, ſicut *Suras* illius, & advocate, quem potueritis, *ut adjuvet vos ad hoc*, præter Deum, ſi eſtis veraces. 39. Verùm mendacii inſimulaverunt id, cujus non comprehenderunt ſcientiam (*ideſt Alcoranum*) & nondùm venit ad eos interpretatio ejus (*ideſt verificatio eorum, quæ prædicit circa ſupplicium ipſorum*). Eodem modo mendacii inſimulaverunt, qui fuerunt ante eos. *Prophetas ſuos*. Verùm aſpice, quomodò fuerit finis Iniquorum. 40. Et ex illis aliquis credet in eum, & ex illis aliquis non credet in eum (*ideſt in Alcoranum*). Et Dominus tuus eſt ſcientiſſimus, *quinam ſint* corruptores. 41. Quòd, ſi mendacii te coarguerint; Dic: Mihi ſit opus meum, & vobis opus veſtrum: vos eritis immunes ab eo, quod faciam, & ego ero immunis ab eo, quòd facietis. 42. Et ex illis aliqui aures præbebunt tibi *recitanti Alcoranum*. An ergo tu audire facies ſurdos, etiamſi non intelligant? 43. Et ex illis quiſpiam aſpiciet ad te: an ergo tu diriges cæcos, etiamſi non videant? 44. Certè Deus non aget iniquè in homines ulla in re: verùm homines animas ſuas iniquè tractant. 45. Et die quadam congregabit eos: & *erit*, quaſi non morati fuiſſent *in mundo*, niſi una hora ex die. Cognoſcent ſeſe mutuò inter ſe. Jam perierunt, qui, ut falſum negabant occurſum Dei; & non fuerunt directi. 46. Et ſive faciamus te videre partem illius, quod comminamur illis: ſive defungi faciamus te; ad nos tamen erit reditus eorum: tùm Deus erit teſtis ſuper id, quod faciunt.

faciunt. 47. Et unicuique genti *missus fuit* legatus: cùmque veniſſet legatus eorum, deciſum fuit inter eos cum æquitate, & ipſi non ſunt tractati iniquè. 48. Et dicunt *infideles fidelibus*: Quandò *eveniet* hæc comminatio *ſupplicii à Deo*, ſi eſtis veraces? 49. Reſponde: Non poſſideo animæ meæ nocumentum, neque juvamen (*ideſt non eſt in poteſtate mea accerſere à Deo, quod noceat, vel proſit*) niſi quantum voluerit Deus. Unicuique genti meta *ſtatuta eſt*: cùm venerit meta eorum, non procraſtinabunt unicam horam, neque prævenient *pœnam ſibi ſtatutam*. 50. Dic. *a* An exiſtimatis, ſi venerit ad vos punitio ejus noctù, vel diù, quid accelerabunt de ea ſceleſta patrantes? 51. An tunc, cùm inciderit *vobis pœna*, credetis in eam? *Sed tunc dicetur vobis*: Nunc *creditis*, & cupitis *eam differre*; Atqui jam illam accelerabatis. 52. Tunc dicetur illis, qui impii fuerunt: Guſtate pœnam æternitatis: an recipitis mercedem, niſi illius, quod fuiſtis operati? 53. Et cupient ſcire à te, an verum ſit hoc. Dic: Certè per Dominum meum hoc eſt ſanè verum; neque vos infirmaturi eſtis *Deum, ne vos puniat*. 54. Quòd, ſi profectò unicuique animæ, quæ iniquè ſe geſſit, eſſet, quidquid eſt in terra, certè redimeret ſeſe eo *libenter in die Judicii*. Et celabunt pœnitudinem *ſuam magiſtri infidelitatis, ne exprobretur illis ab aſſeclis ſuis deceptio eorum*, poſtquam viderint pœnam, & decidetur inter eos cum æquitate, & ipſi non tractabuntur iniquè. 55. Nunquid non eſt Dei id, quod eſt in Cœlis, & terra? Nunquid non promiſſio Dei vera eſt? Sed plerique eorum neſciunt *hoc*. 56. Ipſe vivificat, & mortificat, & ad eum reducemini *in die Judicii*. 57. O homines: Jam venit ad vos exhortatio à Domino veſtro *per Alcoranum*; & medicamen ad id *morbi*, quod eſt in pectoribus *veſtris*, & directio, & miſericordia fidelibus. 58. Dic: Per gratiam Dei, & per miſericordiam ejus fuit *hoc*: in hoc ergo lætentur: hoc melius erit, quàm, quod congregant de *rebus mundanis*. 59. Dic: Quid vobis videtur? Id, quod demiſit Deus vobis de alimento, & feciſtis ex eo illicitum, & licitum: dic, *inquam*. An Deus conceſſit vobis *hoc*: an de Deo mendacia confingitis. 60. Quæ verò eſt opinio eorum, qui comminiſcuntur de Deo mendacium in die reſurrectionis? Certè Deus eſt prædítus liberalitate erga homines, ſed plerique eorum non agunt gratias *illi*. 61. Et non erit in ullo ſtatu: neque leges de eo ex Alcorano: neque facietis aliquid operis, niſi ſimus ſuper vos teſtes, cùm verſamini in illo. Neque latet Dominum tuum pondus unius formiculæ in terra, neque in Cœlo, neque *aliud*, *quod ſit* minus illo, neque majus: niſi *ſcriptum ſit* in libro manifeſto (*ideſt in tabula cuſtodita*). 62. Nonne ſanè amici Dei *erunt in ſtatu*, *in quo* non erit timor ſuper eos, neque ipſi contriſtabuntur? 63. Qui crediderint, & timuerint *Deum*, ipſis erit fauſtum nuncium in vita mundana, & in altero ſæculo. Non eſt immutatio verbis Dei. Hæc erit felicitas magna. 64. Et ne conſtriſtet te dictum eorum: nam potentia eſt Dei univerſa: ipſe eſt Auditor, Cognitor. 65. Nonne Dei eſt, quiſquis in Cœlis, & quiſquis in terra *reperitur*. Et quid ſectantur ii, qui invocant præter Deum *alios Deos*, *illius* ſocios? Si ſectantur *aliud*, niſi opinionem, &, ſi ipſi nonniſi mendaciis innituntur. 66. Ipſe eſt, qui conſtituit vobis noctem, ut quieſcatis in ea, & diem conſpicuum. Certè in hoc ſunt ſigna hominibus, qui audiunt. 67. Dicunt *Judæi, & chriſtiani*: Suſcepit Deus prolem. Laus ejus ipſe eſt Dives: illius eſt, quod in Cœlis, & quod in terra *reperitur*. *b* Non eſt apud vos ulla poteſtas (*ideſt ullum argumentum ad probandum*) in hoc. An loquimini de Deo id, quod neſcitis? 68. Dic: Certè, qui comminiſcuntur adverſus Deum mendacium, non proſperabuntur. 69. Fruitio *modica erit illis* in mundo: deindè ad nos erit reditus eorum: tùm faciemus eos guſtare pœnam vehementem eo, quòd fuerunt increduli. 70. Et recita illis hiſtoriam Noè, cùm dixit genti ſuæ: O populo meus; ſi moleſta eſt vobis conſiſtentia mea *inter vos*, & commonitio mea de ſignis Dei: ego ſuper Deum innitor: *vos* congregate *c* vim veſtram, & ſocios (*ideſt Deos*) veſtros: at non ſit negotium veſtrum ſuper vos obſcuritas (*ideſt apertè agite, quod agitis*) tùm decernite adverſum me, & ne expectetis me, *ideſt citò facite, quod facturi eſtis*. 71. Quòd, ſi tergiverſati fueritis à *prædicatione mea*; non petam à vobis *pro illa d* mercedem, ſi eſt merces mea, niſi apud Deum, & juſſus ſum, ut ſim ex Moslemis. 72. At verò mendacii redarguerunt eum, & liberavimus eum, & qui

a id eſt *dicite mihi*.

b si;

c facultatem veſtram.

d aliquid mercedis.

erant cum eo in Arca, & posuimus eos successores (*idest sibi invicem succedentes in terra*) & demersimus eos, qui falsitatem confinxerant in signis nostris. Aspice, itaque qualiter fuerit finis commonitorum *à Noe*. 73. Deindè misimus post eum legatos ad gentes ipsorum: veneruntque ad eas cum claris argumentis *miraculorum*. Non tamen fuerunt *dispositi*, ut crederent in id, quod, ut falsum rejecerant anteà. Ita sigillum imprimimus super corda prævaricantium.
a proceres. 74. Deindè misimus post eos Moysen, & Aaron ad Pharaonem, & *a* populum ejus cum signis nostris: sed superbè sese gesserunt, & fuerunt homines scelerosi. 75. Cùmque veniisset ad eos veritas à nobis, dixerunt: Certè hoc est præstigium manifestum. 76. Dixit Moyses: An dicitis hoc de veritate postquam venit ad vos? An præstigium est hoc? Atqui non prosperabuntur præstigiatores. 77. Dixerunt: An venisti ad nos, ut averteres nos ab eo, *idest ab ea religione*, in quo invenimus patres nostros, &, ut sit vobis duobus imperium in terra? At non sumus nos vobis credentes. 78. Et Dixit Pharao: Adducite ad me omnem magum peritum. 79. Cùmque veniissent magi, dixit illis Moyses: Projicite, quod vos estis projecturi (*idest virgas, seu funes*). 80. Et, cùm projeciissent, dixit Moyses; id, quod attuliistis præstigium, certè Deus mox evanescere faciet illud; nam Deus non dat prosperum successum operi depravantium. 81. Et confirmabit Deus veritatem in verbis suis, etiamsi renuant scelesta patrantes. 82. Et non crediderunt Moysi, nisi generatio ex gente ejus, propter timorem ex Pharaone, & procerum eorum (*idest ejus*) ne affligeret ipsos, & quidem Pharao erat sanè superbus in terra, & certè ipse erat ex exorbitantibus. 83. Et dixit Moyses: O populo meus, si credidistis in Deum, & etiam super ipsum innitimini, si estis Moslemi. 84. Responderunt ergo: super Deum innixi sumus. Domine noster, ne ponas nos in tentationem gentibus iniquis (*idest, ne sinas nos vexari ab illis*). 85. Et libera nos per misericordiam tuam ab hominibus infidelibus. 86. Et inspiravimus ad Moysen, & fratrem ejus, *dicentes*: Construite genti vestræ in Ægypto domos, &
b cõversionis. facite domos vestras locum, ad *b* quem convertamini *in orando*, & stare facite orationem, & euangeliza fidelibus. 87. Et dixit Moyses: Domine noster, tu
c proceribus. certè dedisti Pharaoni, & *c* populo ejus ornamentum, & facultates in vita mundana. Domine noster, ut errare fiant à via tua. Domine noster abole facultates eorum, & obdura corda eorum, ita ut non credant, donec videant pœnam discruciantem. 88. Dixit: Jam exaudita est oratio vestra; recti ergo estote; &, ne sectemini semitam illorum, qui ignorant. 89. Et traduximus filios Israel per mare, & insectati sunt eos Pharao, & exercitus ejus violenter, & hostiliter, donec apprehendit eum submersio. Dixit, *cùm submergeretur*: Credo, quòd non est Deus, nisi ille, in quem credunt filii Israel, & ego sum ex Moslemis. 90. *Dixit ei Gabriel*: Nunc *credis*, & jam rebellis fuisti anteà, & fuisti ex depravantibus. 91. Hodiè porrò educemus te *è mari* cum corpore tuo, ut sis his, qui erunt post te, in signum, & certè multi ex hominibus de signis nostris sunt sanè negligentes. 92. Et Jam quidem dedimus ad habitandum filiis Israel habitationem securitatis, & præbuimus eis ad sustentatio-
d ex rebus bonis. nem *d* res bonas: neque dissenserunt inter se, *circa religionem*, donec venit ad eos scientia. Porrò Dominus tuus decidet inter eos die resurrectionis circa id, in quo discordes fuerunt. 93. Quod, si fueris in dubitatione de eo, quod demisimus ad te *circa aliquas historias*; interroga eos, qui legerunt librum *Pentateuchi* ante te. Jam quidem venit ad te veritas à Domino tuo; ne ergo sis ex dubitantibus. 94. Et nullo modo sis ex iis, qui mendacia confingunt in signis Dei, ne sis ex pereuntibus. 95. Certè illi, super quos decretum est verbum Domini tui (*idest, qui prædestinati sunt ad gehennam*) non credent. 96. Etiamsi veniat ad eos omne signum (*idest miraculum*) donec videant pœnam discruciantem. 97. Quòd, si *ita* non *esset*: fuisset aliqua Civitas, quæ credidisset, *antequam puniretur à Deo*, & profuisset ei fides sua. Sed populus Jonæ, postquam crediderunt, relevavimus ab eis pœnam ignominiæ in vita mundana; & fivimus eos frui usque ad tempus. 98. Quòd, si voluisset Dominus tuus, certè credidissent, qui sunt in terra omnes simul. An ergo tu coges per vim homines, ut sint

credentes? *Sed Deus hoc non vult*. 99. Et non est animæ, ut credat, nisi per voluntatem Dei. Et ponet *Deus* abominationem super eos, qui non intelligunt. 100. Dic: Respicite id, quod est in Cœlis, & terra, & non proderunt signa, & comminatores hominibus, qui non credunt *(ideſt , quos prædeſtinavit Deus, ne crederent)*. 101. An ergo expectant, *qui tibi non credunt*, nisi *dies*, sicut dies eorum, qui præcesserunt ante eos? *(Ideſt pœnam incredulitatis eorum)*. Dic: Expectate: certè ego vobiscum ero ex expectantibus. 102. Deindè liberavimus legatos nostros, & eos, qui crediderant: ita debitum est super nos, *ut* liberemus fideles. 103. Dic: O homines, si estis in dubio de religione mea, certè non colam, quos colitis præter Deum, sed colam Deum, qui mori faciet vos. Et jussus sum, ut sim ex fidelibus. 104. Et *præceptum fuit mihi*: Statue faciem tuam ad religionem Orthodoxus: & ne sis ex associantibus. 105. Et, ne invoces præter Deum id, quod non prosit tibi, neque noceat tibi. Quòd, si *hoc* feceris, certè tu procul dubio eris ex iniquis. 106. Quòd, si tetigerit te Deus nocumento, non erit relevans illud, nisi ipse. Et, si voluerit te cum bono *(ideſt habere aliquod bonum)* non erit retrahens liberalitatem ejus. Conferet illud, cui voluerit de servis suis, & ipse est indultor, misericors. 107. Dic: O homines, jam venit ad vos veritas à Domino vestro. Qui ergo directus fuerit, utique directus erit, si animæ suæ. Qui autem erraverit, utique errabit contra eam *(ideſt animam)*. Et non sum ego super vos procurator. 108. Et sequere, quod inspiratur tibi, & patienter sustine, donec judicet Deus; nam ipse est Optimus judicantium.

NOTÆ.

XXX. *Experietur anima*] quidam legunt تبلوا *experietur*: quidam verò تتلوا *leget* vel *sequetur*.

L. *An existimatis*] Arabicè ارايتم exponunt communiter اخبرونى *annunciate*, vel dicite *mihi*. Propriè vertas, *an vidistis*? Fortè non malè: *Quid vobis videtur*? Illa autem verba: *quid accelerabunt de ea scelesta patrantes*; sunt juxta Gelal للتهويل *ad incutiendum terrorem*: itaut significet ما اعظم ما استعجلوه: *quàm magnum est, quod accelerant*!

LXX. *Decernite adversum me*]. Est hìc duplex lectio: اقضوا *decernite*, vel *judicate*: & افضوا *venite* vel, *assurgite*.

LXXX. *Quod attulistis præstigium*]. Hìc etiam duplex est lectio: ما جيئتم به السحر: *quod attulistis præstigium*, vel *est præstigium*. & ما جيئتم به أسحر: *quod attulistis, an est præstigium*?

LXXXVI. *Locum, ad quem convertamini in orando*] Unico verbo dicitur Arabicè قبلة *Keblat*: locus scilicet, seu plaga Mundi, ad quam quis convertitur, dum orat. Quamobrem Meccanum delubrum dicitur قبلة; quia ad illud faciem vertunt, quicumque sint, Mahumetani in precibus suis. Hoc tamen loco explicat Gelal: مصلّى تصلّون فيه *Oratorium, in quo oretis*; ita, ut Israelitæ orarent intra domos suas secretò: nam, كان فرعون منعهم *Pharao prohibuerat eis orationem*. At verò Zamchascerius existimat, per hoc Israelitis præceptum fuisse, ut in domibus suis oratoria constituerent, quæ Meccanum delubrum respicerent ita, ut ad illud conversi preces suas funderent.

LXXXVIII. *Exaudita est oratio vestra*]. Nam, ut ait Gelal فمسخت اموالهم حجارةً ولم يؤمن فرعون حتى ادركه الغرق: *omnes facultates eorum conversæ sunt in lapides: nec tamen credidit Pharao, donec submergi cœpit*. Mirum verò, quòd post quadraginta annos submersum fuisse affirmet.

LXXXIX. *Et ego sum ex Moslemis*] Gelal كرر ليقبل منه فلم يقبل ودسّ جبرائيل فى فيه من حماة البحر مخافة ان تناله الرحمة: *Iterabat has voces crebriùs, ut exaudiretur: sed non fuit exauditus, quia Gabriel opplevit os ejus cæno maris, timens, ne misericordiam consequeretur à Deo*.

XCI. *Hodie porrò educemus te*] Gelal وعن ابن عباس ان بعض بنى اسرايل شكّوا فى موته فاخرج لهم ليروه: *Habetur ex Ebn-abbas, quosdam filiorum Israel dubitasse de morte Pharaonis. Quamobrem Gabriel eduxit cadaver ejus ad litus, ut viderent illud*.

XCII. *Habitationem securitatis*] Arabicè مبوأ صدق Exponit Gelal منزل كرامة وهو الشام ومصر: *Habitationem honorificam, nempe Syriam, & Ægyptum*. Eodem modo Zamchascerius.

XCIII. *Quòd, si fueris in dubitatione*]. Gelal فانه ثابت

ثابت عندهم يخبروك بصدقه: قال صلى الله عليه و سلام لا اشك ولا اسئال: *Quia hic* (ideſt liber Pentateuchi) *eſt ſtabilis, & conſtans apud eos: & docebunt te de veracitate ejus. Reſpondit Mahumetus: Non dubito; & non interrogabo.*

XCVII. *Sed populus Jonæ*]. Mirum, quòd mentio Jonæ per tranſennam, fecerit titulum Suræ, cùm de Noe, Moyſe, & aliis tàm multa loquatur. Imò, & aliis in Suris plura, quàm hìc de eo commemorantur. Senſus autem hujus verſiculi eſt: Gentes reprobæ, ac præſcitæ, etiamſi videant omnia miracula, nunquam tamen ad amplectendam fidem adducuntur, donec præſens ſit pœna eorum extrema: quemadmodùm videre eſt in Pharaone, & Ægyptiis, & aliis. Sed ab hac regula excepti ſunt Ninivitæ gens Jonæ: qui crediderunt, ut ait Gelal:

عند رويه امارة العذاب و لم يوخروا الى حلوله

ubi viderunt ſibi pœnam comminari, nec diſtulerunt credere uſque ad adventum pœnæ ipſius. Libet hìc referre, quæ de Jona Arabes fabulantur, ex Iſmaele Ebn-Aly parte 1. cap. de Jona fideliter translata. *Ipſe eſt in* (inquit) ذوالنون *Dhul nun* (ideſt habitator piſcis) *& mater ejus vocabatur* متى *Matai: neque ullus Propheta celebratus eſt ex nomine matris, niſi Jonas, & Chriſtus. Fertur autem illum fuiſſe Iſraelitam de Tribu Beniamin, & miſſum à Deo poſt Joathan filium Oziæ, qui ambo fuerunt reges Iſrael. Miſit autem eum Deus ad Ninivitas, qui idola colebant: & profectus eſt ad eos cum uxore, & filiis ſuis. Cùmque eſſet jam in ripa fluvii Tigris, cogitavit tranſuadere prior fluvium, & traducere poſt ſe familiam ſuam. Sed in tranſitu ſubmerſus eſt filius major: & adveniens lupus arripuit filium minorem: cùmque reſpiceret, non vidit amplius uxorem ſuam. Cùm igitur in fletus erupiſſet, intellexit per revelationem, reſtituendam ſibi eſſe familiam amiſſam: pergeret modò in urbem Ninivem, & prædicaret ibi juxta præceptum Dei. Eò, cùm Jonas perveniſſet, cœpiſſetque cives illius ad veram religionem hortari: exceperunt eum cum injuriis, & lapidibus, & fuſtibus. Quamobrem in angustiis poſitus, divinam opem imploravit: & à Deo ita inſpiratus, urbe egreſſus eſt, comminans civibus divinam vindictam ad tempus præfixum, niſi converterentur. Miſit autem Deus ſuper eos nubem, in qua erant colores ſignificantes pœnam illis infligendam. Et diffuſa eſt ſupra omnem illam regionem: & propriora facta terræ, cœpit ſpargere ſcintillas ignis, quibus universa comburebantur. Quæſierunt autem Jonam, ut ipſis opem ferret; ſed non invenerunt. Tunc recurrentes ad auxilium illius Dei, quem Jonas colebat, congregati ſunt ſimul viri, pueri, & mulieres: & egreſſi in apertum regionis, precibus, ſupplicationibus, ac genitibus divinam miſericordiam imploraverunt. Exaudivit autem eos Deus, & à flagello illo Liberavit. Interim adveniens Jonas, nec videns præſentem pœnam, quam comminatus illis fuerat, & converſionis, ac pœnitentiæ eorum ignarus; regreſſus eſt indignabundus: juravitque, ſe nunquam in poſterum eò eſſe rediturum. Scribit autem Ebno-Said Mogrebinus, illum navi ingreſſum fuiſſe in Tigrim, navem verò immotam ſtetiſſe. Quamobrem Nauclerus perſuadens, ſibi id eveniſſe ob peccatum alicujus, qui eſſet in navi, cupiensque reſciſcere, quiſnam hic eſſet, jecit ſortes, cecidit que ſors ſuper Jonam, quem propterea in mare projecerunt, ubi deglutivit eum cetus, & portavit eum uſque ad urbem Ailam. Fuit autem Jonas in ventre ceti quadraginta dies: deindè evomuit eum in loco aperto: eratque velut pullus avis, implumis. Oriri autem fecit Deus ſuper eum plantam cucurbitæ: &, cùm Gabriel manu ſua tetigiſſet eum, reſtituit ei capillos, quos amiſerat. Deus verò amicè reprehendit eum de imprecatione ab eo facta contra populum ſuum propoſita ipſi ad hanc rem quadam parabola. Juſſitque eum redire in Niniven, & reſtituit ei uxorem cum filiis. Cùm verò Niniven peteret, obvium habuit paſtorem, qui ſeſe agnoſcendum illi exhibuit, juſſitque eum pergere, & cives urbis recognoſcere. Egreſſus eſt autem obviam illi Rex, & populus, & magna cum lætitia introduxerunt in urbem, ubi ad mortem uſque commoratus fuit.* Hæc ſummatim ex Ismaele; in quibus plura ſunt figmenta, ac mendacia, quàm periodi. Ita ſapientiores Moslemi, Pseudo-Prophetæ ſui exemplo, in ſacris hiſtoriis mugantur.

REFUTATIONES.

I. Nihil magis à veritate alienum dici potuit, quàm quòd Alcoranus confirmet, vel conformes habeat ſacros libros à Deo ante traditos. Nulla hìc opus eſt probatione: ſatis eſt, ſi hìc cum illis conferatur. Quòd verò Mahumetus ad oſtentandum Alcorani ſui Miraculum, & ad Meccanorum cauſam infirmandam, eoſdem provocet ad conſcribendum alium Alcoranum parem, vel ſimilem ſuo; vel ſaltem Suram aliquam, quæ cum Suris illius poſſit comparari: id quod tamen Meccani nunquam facere potuerunt: nemo non videt, quàm frivolum, ac ridiculum ſit. Quid quæſo in Alcorano eſt, ſive verba, ſive ſententiam reſpicias, quòd miraculum oleat, & quivis, qui pecuini prorsùs cerebri non ſit, non poſſit pari, vel etiam meliori ſtylo conſcribere? Ne Moslemi quidem ſapientiores hoc audent negare. Sed vide, quæ de hoc utroque argumento ſuprà diſſeruimus: atque etiam in Prodromo p. 2.

II. Notandum eſt, præſertim hoc loco varium Mahumeti ingenium, dùm prædicit, Meccanos à Deo eſſe puniendos, cupiens per hoc ſe Prophetam vendicare. Nam ipſemet de Meccanis bello invadendis cogitabat: & arma contra concives ſuos parabat, quibus eos imparatos, prædonum in morem aggrederetur. Facilè quivis prædicit, ac divinat ea, quæ facere jam conſtituit, factuque facilia ſibi fore perſuadet.

III. Redarguit Mahumetus Meccanos, quòd ex pecoribus, aliiſve rebus à Deo creatis, quædam licita, quædam verò illicita conſtituantur. Et fortaſſe meritò redarguit. Sed cur ipſe hoc idem ſtatuit in Alcorano? An, quia Deus hoc ipſi, non autem illis præcepit? Non erit igitur per ſe reprehendenda hæc licitarum, illicitarumque rerum diſtinctio; cùm Deus ipſe illam præcipiat: cur ergo turbas tantas homo fanaticus excitat propter illam contra ſuos concives, qui pari jure reſpondere poterant, licèt gratis, ſicut gratis affirmabat Mahumetus, eam ſibi à Deo præceptam fuiſſe. Mirùm verò, quòd cùm pleroſque ſuperſtitionis ſuæ ritus à Meccanis idololatris acceperit (ut Mahumetani ipſi fatentur) hunc adeò acriter inſectetur, ac recipiat.

IV. Iterùm in Judæos, & Chriſtianos invehitur, quòd Deo filium attribuant. Sed immeritò, ut ſuperiùs oſtendimus. Et duplici illius argumento: primo, quòd Deus ſit Dominus omnium rerum, nec alicujus filii ope indigeat: ſecun-

ſecundo, quòd de hoc nulla ſit in Sacris Literis probatio; alibi ſatis, ſuperque ſatis fecimus. Et hoc, quod pertinet ad Chriſtianos: nam de Judæis patet, merum eſſe mendacium.

V. Crambem recoquit infeliciſſimus caupo; & fabulas de Noe, Moyſe, & Pharaone in Menſam retrudit, non ſine novorum figmentorum parergis. Et nihilominùs tantæ eſt impudentiæ, ut hæc omnia in Pentateucho reperiri conſtanter aſſeveret. Illud verò riſum meretur, quòd, cùm fingatur primò Deum præcipere Mahumeto, ut, ſi de his dubitaret, conſuleret ipſos Judæos, à quibus veritatem poſſet addiſcere; mox ſubjiciat: ea omnia veriſſima eſſe, ac propterea nullo modo de his illi eſſe dubitandum. Quid ergo ad Judæos de veritate conſulendos illum ablegaret, ſi de iis dubitatio aliqua ſibi ſuboriretur, ſi neque ipſe Mahumetus dubitabat (ut habetur ex traditione) neque per divinum præceptum licebat ei dubitare? Reſpondet Zamchaſcerius يريد الله أن علمهم يصدق حقيقة القران وحقيقة نبوة النبي ص *Volebat Deus, ut ſcientia eorum* (ſcilicet Judæorum, & Chriſtianorum) *confirmaret veritatem Alcorani, & veritatem Prophetiæ Mahumeti*. Sed volebat id, quòd nullo modo eſſe poterat: Quomodò enim Pentateuchus, & Euangelium confirmarent id, quod utrumque penitùs deſtruebat? Poſito verò, quòd Mahumetus conſulens Dei juſſu Judeos, intellexiſſet ab eis nihil hujuſmodi eſſe in Pentateucho, quale in Alcorano referebatur; quid tunc illi faciendum erat? Cogebatur procul dubio fateri ſeſe ab illo ſuo fictitio Deo, vel Gabriele deceptum fuiſſe, qui tàm fallacem veritatis Alcorani ſui regulam ſibi præſcripſiſſet, & Alcoranum ipſum abjicere, vel flammis devovere.

VI. Nuſquam alibi Mahumetus manifeſtiùs aperit ſententiam ſuam circa divinam prædeterminationem neceſſitantem, quàm hìc à verſiculo 95. uſque ad centeſimum: ubi diſertis verbis pronunciat, nulla ex parte ab humano arbitrio pendere receptionem fidei; ſed à divina tantùm voluntate, ac decreto neceſſitante. Quamobrem nihil prodeſſe prædicationem, aut miracula ad fidem iis, quos Deus non vult, ut credant. Hos autem tunc tantùm oſtendere ſe paratos eſſe ad credendum, cùm jam ultimam perfidiæ ſuæ pœnam præſentem habuerint: quandò ſcilicet nihil eis prodeſſe poteſt fides eorum. Ab hac tamen regula excipit populum Jonæ, ſcilicet Ninivitas, qui crediderunt, antequam extremas infidelitatis ſuæ pœnas ſubirent: vel potiùs poſt eaſdem pœnas incœptas crediderunt; & eorum fides meruit, ut ab illis liberarentur, & ſinerentur adhuc vivere, & frui hoc mundo uſque ad tempus mortis. Ex quibus habes: Primò hominem non credere, quia Deus non vult, ut credat. Secundò, hominem neceſſariò eſſe infidelem, quia non habet libertatem ad fidem. Tertiò Deum eſſe authorẽ infidelitatis hominum. Quartò Deum eſſe injuſtum, qui hominibus pœnam irroget ob id, in quo nullum habent peccatum, cùm ex mera neceſſitate, & abſoluta Dei voluntate ſint infideles. In eo autem, quod de Jona, & Ninivitis adjungit: dupliciter hallucinatur. Primò enim ſupponit, Jonam Ninivitam fuiſſe, cùm revera fuerit Hebræus, ut ipſemet nautis affirmavit. Secundò Ninivitas pœnam aliquam à Deo accepiſſe (hanc autem deſcribit Iſmael, ut vidimus) antequam crederent, ſeu converterentur ad prædicationem Jonæ: quod prorsùs falſum eſt. Omitto diſcutere ineptias, & figmenta, quibus hiſtoriam Jonę confarciminant Alcoraniſtæ. Unum diſſimulandum non eſt: nullo modo dici poſſe aliam fuiſſe Patriam Jonæ, quàm Niniven, ſi Alcorano ſtandum ſit. Nam quoties in eo dicitur de aliquo Propheta miſſum fuiſſe, vel prædicaſſe الى قومه ad gentem ſuam, certum eſt, Prophetam, vel legatum illum ex eadem gente fuiſſe prognatum. Et ideò quamvis Moyſes ad Ægyptios miſſus fuerit, non tamen dicitur miſſus fuiſſe الى قومه *ad gentem ſuam, ſed* الى فرعون والى قومه *ad Pharaonem, & gentem ejus*: licèt Moyſes in Ægypto natus fuiſſet, non tamen ad Ægyptios, ſed ad Iſraelitas pertinebat. Et nihilominùs, ſi quandò (quod non memini) diceretur in Alcorano miſſus fuiſſe Moyſes ad gentem ſuam, poſſent Ægyptii gens ejus appellari, quia non ſolùm ibi natus fuerat, & morabantur Iſraelitæ, ad quos pertinebat: ſed etiam, quia à filia Regis Ægypti in filium adoptatus Ægyptius etiam poterat cenſeri.

VII. Prorsùs inconſequenter loquitur Mahumetus, dùm aſſerit, filios Iſrael nullum de religione diſſidium inter ſe habuiſſe, niſi poſtquam venit ad eos ſcientia. Hoc porrò diſſidium, juxta Gelalis expoſitionem fuit بيان من بعض وكفر بعض, *quòd aliqui eorum crediderunt: aliqui verò credere noluerunt*. Sed quandò nam venit ad eos ſcientia, &, qualis nam ſcientia fuit hæc? Zamchaſcerius docet hoc hujuſmodi verbis: واختلفوا فى دينهم وما تشعبوا فيه شعبا الا بعد ما قاروا التوراة وكسبوا العلم بدين الخف ولزمهم البينات عليه: وقيل هو العلم بمحمد ص واختلاف بنى اسرايل وهم اهل الكتاب واختلافهم فى صفته ونعته وهو انه هو لم ليس به بعدما جاءهم العلم والبيان انه هو لم يرتابوا فيه كما قال تعالي الذين اتيناهم الكتاب يعرفونه

Et diſſenſerunt in religione ſua, neque diviſi ſunt in ea in partes, niſi poſtquam legerunt Pentateuchum, & acquiſiverunt ſcientiam de vera religione, & habuerunt demonſtrationes claras de illa: Alii dicunt, hanc ſcientiam fuiſſe de Mahumeto; & in hoc diſſenſiſſe filios Iſrael, ſeu ſcripturales, & diſſenſionem eorum fuiſſe circa epitheta, & prædicata ejus in Pentateucho: utrum ſcilicet convenirent illi, nec ne. Sed, poſtquam habuerunt certam ſcientiam, ad eum illa pertinere; non dubitaverunt de eo, ſicut dicitur in Alcorano: Illi, quibus dedimus Pentateuchum, cognoſcunt Mahumetum, ſicut filios ſuos. Et nihilominùs, licèt non dubitarent, in Mahumetum credere noluerunt. Verùm hæc omnia gratis prorsùs dicuntur. Eſto enim aliquot Judæi ob timorem, vel proprium commodum Mahumetanæ ſuperſtitioni adhæſerint, quemadmodùm nunc etiam adhærent: non tamen propterea dici poteſt, Judæos univerſim ſciſſos fuiſſe in partes circa religionem ſuam: neque, ſi hoc verum eſſet, dici poſſet, id proveniſſe ex ſcientia, quę venit ad eos de vaticiniis Pentateuchi ſpectantibus ad Mahumetum, vel de veritate illius religionis, cùm nullibi in Pentateucho hujuſmodi vaticinia reperiantur: ſed potiùs ex inſcitia, vel ex impietate, improbitate, ac libidine id contigiſſe,



سورة هود مكّيّة ماية وثلث وعشرون آية

SURA XI.

HUD.

MECCANA:

COMMATUM CENTUM VIGINTI, AC TRIUM.

بسم الله الرّحمن الرّحيم *

1 الر ۞ 2 كتاب أحكمت آياته ثمّ فصلت من لدن حكيم خبير ۞ 3 ألّا تعبدوا
إلّا الله إنني لكم منه نذير وبشير ۞ 4 وأن استغفروا ربكم ثمّ توبوا إليه يمتعكم متاعا
حسنا إلى أجل مسمّى ويؤت كلّ ذي فضل فضله وإن تولّوا فإني أخاف عليكم عذاب يوم
كبير ۞ 5 إلى الله مرجعكم وهو على كلّ شيء قدير ۞ 6 ألا إنّهم يثنون صدورهم
ليستخفوا منه ألا حين يستغشون ثيابهم يعلم ما يسرّون وما يعلنون إنّه عليم بذات الصدور ۞
7 وما من دابّة في الأرض إلّا على الله رزقها ويعلم مستقرّها ومستودعها كلّ في كتاب
مبين ۞ 8 وهو الذي خلق السموات والأرض في ستّة أيّام وكان عرشه على الماء ليبلوكم
أيّكم أحسن عملا ولئن قلت إنّكم مبعوثون من بعد الموت ليقولنّ الذين كفروا إن هذا إلّا
سحر مبين ۞ 9 ولئن أخّرنا عنهم العذاب إلى أمّة معدودة ليقولنّ ما يحبسه ألا يوم يأتيهم
ليس مصروفا عنهم وحاق بهم ما كانوا به يستهزؤن ۞ 10 ولئن أذقنا الانسان منّا رحمة
ثمّ نزعناها منه إنّه ليؤس كفور ۞ 11 ولئن أذقناه نعماء بعد ضرّاء مسّته ليقولنّ ذهب
السيّئات عنّي إنّه لفرح فخور ۞ 12 إلّا الذين صبروا وعملوا الصالحات أولئك لهم مغفرة
وأجر كبير ۞ 13 فلعلّك تارك بعض ما يوحى إليك وضائق به صدرك أن يقولوا لو لا أنزل
عليه كنز أو جاء معه ملك إنّما أنت نذير والله على كلّ شيء وكيل ۞ 14 أم يقولون
افتريه قل فأتوا بعشر سور مثله مفتريات وادعوا من استطعتم من دون الله إن كنتم صادقين ۞
15 فإن لم يستجيبوا لكم فاعلموا إنّما أنزل بعلم الله وأن لا إله إلّا هو فهل أنتم مسلمون ۞

16 من كان يريد الحيوة الدنيا وزينتها نوف اليهم اعمالهم فيها وهم فيها لا يبخسون ۞ 17 اولئك
الذين ليس لهم في الاخرة الا النار وحبط ما صنعوا فيها وباطل ما كانوا يعملون ۞
18 افمن كان على بينة من ربه ويتلوه شاهد منه ومن قبله كتاب موسى اماما ورحمة
اولئك يومنون به ومن يكفر به من الاحزاب فالنار موعده فلا تك في مرية منه انه
الحق من ربك ولكن اكثر الناس لا يومنون ۞ 19 ومن اظلم ممن افترى على الله
كذبا اولئك يعرضون على ربهم ويقول الاشهاد هولاء الذين كذبوا على ربهم الا لعنة الله
على الظالمين ۞ 20 الذين يصدون عن سبيل الله ويبغونها عوجا وهم بالاخرة هم كافرون ۞
21 اولئك لم يكونوا معجزين في الارض وما كان لهم من دون الله من اولياء يضاعف
لهم العذاب ما كانوا يستطيعون السمع وما كانوا يبصرون ۞ 22 اولئك الذين خسروا
انفسهم وضل عنهم ما كانوا يفترون ۞ 23 لا جرم انهم في الاخرة هم الاخسرون ۞ 24 ان
الذين امنوا وعملوا الصالحات واخبتوا الى ربهم اولئك اصحب الجنة هم فيها خالدون ۞
25 مثل الفريقين كالاعمى والاصم والبصير والسميع هل يستويان مثلا افلا تذكرون ۞
26 ولقد ارسلنا نوحا الى قومه اني لكم نذير مبين ۞ 27 ان لا تعبدوا الا الله اني اخاف
عليكم عذاب يوم اليم ۞ 28 فقال الملا الذين كفروا من قومه ما نريك الا بشرا
مثلنا وما نريك اتبعك الا الذين هم اراذلنا بادي الراي وما نرى لكم علينا من فضل بل
نظنكم كاذبين ۞ 29 قال يا قوم ارايتم ان كنت على بينة من ربي واتيني رحمة
من عنده فعميت عليكم انلزمكموها وانتم لها كارهون ۞ 30 ويا قوم لا اسلكم عليه
مالا ان اجري الا على الله وما انا بطارد الذين امنوا انهم ملاقوا ربهم ولكني اريكم
قوما تجهلون ۞ 31 ويا قوم من ينصرني من الله ان طردتهم افلا تذكرون ۞ 32 ولا اقول
لكم عندي خزاين الله ولا اعلم الغيب ولا اقول اني ملك ولا اقول للذين تزدري
اعينكم لن يوتيهم الله خيرا الله اعلم بما في انفسهم اني اذا لمن الظالمين ۞ 33 قالوا يا نوح
قد جادلتنا فاكثرت جدالنا فاتنا بما تعدنا ان كنت من الصادقين ۞ 34 قال انما
ياتيكم به الله ان شاء وما انتم بمعجزين ۞ 35 ولا ينفعكم نصحي ان اردت ان انصح
لكم ان كان الله يريد ان يغويكم هو ربكم واليه ترجعون ۞ 36 ام يقولون افتراه
قل ان افتريته فعلي اجرامي وانا بري مما تجرمون ۞ 37 واوحي الى نوح انه لن يومن من
قومك الا من قد امن فلا تبتيس بما كانوا يفعلون ۞ 38 واصنع الفلك باعيننا ووحينا
ولا تخاطبني في الذين ظلموا انهم مغرقون ۞ 39 ويصنع الفلك وكلما مر عليه ملا من
مه سخروا منه قال ان تسخروا منا فانا نسخر منكم كما تسخرون ۞ 40 فسوف تعلمون
من ياتيه

مِنْ يَأْتِيهِ عَذَابٌ يُخْزِيهِ وَيَحِلُّ عَلَيْهِ عَذَابٌ مُقِيمٌ ۝ حَتَّىٰ إِذَا جَاءَ أَمْرُنَا وَفَارَ التَّنُّورُ قُلْنَا احْمِلْ
فِيهَا مِن كُلٍّ زَوْجَيْنِ اثْنَيْنِ وَأَهْلَكَ إِلَّا مَن سَبَقَ عَلَيْهِ الْقَوْلُ وَمَنْ آمَنَ وَمَا آمَنَ مَعَهُ إِلَّا
قَلِيلٌ ۝ 41 وَقَالَ ارْكَبُوا فِيهَا بِسْمِ اللَّهِ مَجْرَاهَا وَمُرْسَاهَا إِنَّ رَبِّي لَغَفُورٌ رَحِيمٌ ۝ 42 وَهِيَ
تَجْرِي بِهِمْ فِي مَوْجٍ كَالْجِبَالِ وَنَادَىٰ نُوحٌ ابْنَهُ وَكَانَ فِي مَعْزِلٍ يَا بُنَيَّ ارْكَب مَّعَنَا وَلَا
تَكُن مَّعَ الْكَافِرِينَ ۝ 43 قَالَ سَآوِي إِلَىٰ جَبَلٍ يَعْصِمُنِي مِنَ الْمَاءِ قَالَ لَا عَاصِمَ الْيَوْمَ مِنْ
أَمْرِ اللَّهِ إِلَّا مَن رَّحِمَ وَحَالَ بَيْنَهُمَا الْمَوْجُ فَكَانَ مِنَ الْمُغْرَقِينَ ۝ 44 وَقِيلَ يَا أَرْضُ ابْلَعِي
مَاءَكِ وَيَا سَمَاءُ أَقْلِعِي وَغِيضَ الْمَاءُ وَقُضِيَ الْأَمْرُ وَاسْتَوَتْ عَلَى الْجُودِيِّ وَقِيلَ بُعْدًا لِّلْقَوْمِ
الظَّالِمِينَ ۝ 45 وَنَادَىٰ نُوحٌ رَّبَّهُ فَقَالَ رَبِّ إِنَّ ابْنِي مِنْ أَهْلِي وَإِنَّ وَعْدَكَ الْحَقُّ وَأَنتَ أَحْكَمُ
الْحَاكِمِينَ ۝ قَالَ يَا نُوحُ إِنَّهُ لَيْسَ مِنْ أَهْلِكَ إِنَّهُ عَمَلٌ غَيْرُ صَالِحٍ فَلَا تَسْأَلْنِ مَا لَيْسَ لَكَ بِهِ
عِلْمٌ إِنِّي أَعِظُكَ أَن تَكُونَ مِنَ الْجَاهِلِينَ ۝ 77 قَالَ رَبِّ إِنِّي أَعُوذُ بِكَ أَنْ أَسْأَلَكَ مَا لَيْسَ
لِي بِهِ عِلْمٌ وَإِلَّا تَغْفِرْ لِي وَتَرْحَمْنِي أَكُن مِّنَ الْخَاسِرِينَ ۝ 48 قِيلَ يَا نُوحُ اهْبِطْ بِسَلَامٍ مِّنَّا
وَبَرَكَاتٍ عَلَيْكَ وَعَلَىٰ أُمَمٍ مِّمَّن مَّعَكَ وَأُمَمٌ سَنُمَتِّعُهُمْ ثُمَّ يَمَسُّهُم مِّنَّا عَذَابٌ أَلِيمٌ ۝ 49 تِلْكَ
مِنْ أَنبَاءِ الْغَيْبِ نُوحِيهَا إِلَيْكَ مَا كُنتَ تَعْلَمُهَا أَنتَ وَلَا قَوْمُكَ مِن قَبْلِ هَٰذَا فَاصْبِرْ إِنَّ
الْعَاقِبَةَ لِلْمُتَّقِينَ ۝

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. A L. R. 2. Liber *eſt hic*, cujus ſapienter diſpoſitæ ſunt periodi: deindè diſtinctæ ſunt *in judicia*, *hiſtorias*, & *paræneſes* à ſapiente, perito (*ideſt à Deo*). 3. Ut non ſerviatis, niſi Deo: certè ego *miſſus ſum* ad vos ab eo comminator *pœnæ*, & annunciator *præmii*. 4. Et, ut veniam poſtuletis à Domino veſtro; deindè convertamini ad eum: fruendum dabit vobis proventum bonum, uſque ad terminum præfixum (*ideſt mortem*) & dabit omni habenti abundantiam *in opere*, abundantiam ſuam *in mercede*. Quòd, ſi tergiverſati fueritis, certè ego timeo ſuper vos pœnam diei magnæ. 5. Ad Deum erit reditus veſter, & ipſe ad omnem rem eſt potens. 6. Nonne ipſi ſanè conduplicant pectora ſua, ut abſcondant ſe ab eo (*ideſt à Deo*)? Nonne, cùm cooperiunt ſe veſtibus ſuis, ſcit *Deus*, quid abſcondant, & quid manifeſtent? Quippè ipſe eſt ſciens ſubſtantiam pectorum. 7. Et non eſt ullum reptile in terra, niſi *incumbat* ſuper Deum alimentum ejus, & *ipſe* novit locum ad quieſcendum illius, & depoſitorium illius *poſt mortem*, & *in utero*. Totum *ſcriptum eſt* in libro manifeſto. 8. Et ipſe eſt, qui creavit Cœlos, & terram in ſex diebus, & erat thronus ejus, *antequam hæc crearet*, ſuper aquam: ut probaret vos, quis veſtrum eſſet melior opere. Quòd, ſi dixeris: Certè vos ſuſcitandi eſtis poſt mortem; profectò dicent, qui ſunt infideles: Si eſt hoc, niſi præſtigium manifeſtum. 9. Et profectò, ſi diſtulerimus ab eis pœnam uſque ad gentem numeratam (*ideſt uſque ad tempus definitum*) certè dicent *irriſoriè*: Quid retinet illam? An non die veniet ad illos, *in qua* non erit avertens *eam* ab illis, & eveniet eis id, quod irridebant? 10. Et certè, ſi guſtare fecerimus hominem ex nobis miſericordiam; deindè abſtulerimus illam ab eo: certè ipſe *fiet* deſperans, ingratus. 11. Et quidem, ſi guſtare fecerimus ei beneficium poſt noxam, quæ tetigerit eum; profectò dicet: Abierunt mala à me; profectò ipſe fiet lætabundus, gloriabundus. 12. Verùm, qui patienter ſuſtinuerint, & fecerint recta: his erit indulgentia, & merces grandis. 13. Et

الجزوء الثانى عشر
Pars duodecima.

fortaſſe tu prætermiſſurus *es* partem ejus, quod revelatur tibi; & anguſtiandum *eſt*
a co, quòd in hoc pectus tuum, *a* ne dicant. *Non credemus ei*, ſi non demiſſus fuerit ſuper eum theſaurus, aut venerit cum eo Angelus. Certè tu es prædicator, *non miraculorum patrator*, & Deus eſt ſuper omnem rem procurator. 14. An dicent: Confinxit illum (*ideſt Alcoranum*)? Reſponde: Afferte ergo decem ſuras, *ſicut ſuras* illius *à vobis* confictas, & invocate *ad hoc* quemcumque potueritis præter Deum, ſi eſtis veraces. 15. Quòd, ſi non exaudierint vos *ii*, *quos invocaveritis*; ſcitote ſanè, quòd *hic Alcoranus* demiſſus fuit cum ſcientia Dei, & quòd non eſt Deus, niſi ipſe. An ergo vos *eritis* Moslemi? 16. Qui voluerit vitam mundanam, & ornamentum ejus, perſolvemus mercedem illis operum ſuorum in ea, & ipſi in ea non defraudabuntur *ulla in re*. 17. Hi ſunt, quibus non erit in altera vita, niſi ignis, & inutile erit, quod fecerunt in ea; & vanum, quod fuerint operati. 18. An ergo, qui eſt ſuper declarationem à Domino ſuo (*ideſt Mahumetus*, *cui Deus declararavit veritatem*) & ſequitur eum teſtis ab illo (*ideſt Gabriel miſſus à Deo*) & ante eum *traditus fuerat* liber Moyſi ad directionem, & miſericordiam, *erit*, *ſicut ille*, *qui non eſt huiuſmodi*? Hi credunt in eum (*ideſt in Alcoranum*). Qui verò non crediderit in eum ex ſectis *infidelium*; ignis eſt promiſſio ejus. Ne ergo ſis in dubitatione de eo, quia ipſe eſt veritas à Domino tuo: verumtamen plerique hominum non credunt. 19. Et, quis eſt iniquior, quàm, qui confingit de Deo mendacium? Hi præſentabuntur coram Domino ſuo, *in die judicii*, & dicent teſtes (*ideſt Angeli*): Hi ſunt, qui mentiti ſunt adverſus Dominum ſuum. An non maledictio Dei erit ſuper iniquos? 20. Qui avertunt *alios* à via Dei, & quærunt eam diſtorquere, & ipſi in alteram vitam ſunt increduli. 21. Hi non fuerunt infirmantes *Deum* in terra, ne *ipſos puniret*, & non fuerunt ipſis præter Deum ulli patroni: duplicabitur illis tormentum. Non potuerunt audire, neque viderunt. 22. Hi ſunt, qui jacturam fecerunt animarum ſuarum, & effugit ab eis id, quod confinxerunt (*ideſt dii eorum dereliquerunt eos*). 23. Non eſt dubium, quin ipſi in ſæculo futuri ſint perditiſſimi. 24. Certè, qui crediderint, & fecerint recta, & converterint ſe cum fiducia ad Dominum ſuum, hi erunt poſſeſſores Paradiſi, ipſi in eo perenniter manſuri. 25. Similitudo *harum* duarum partium (*ideſt fidelium*, & *infidelium*) eſt ſicut cæcus, & ſurdus, & videns, & audiens. An erunt æquales *hi duo* in comparatione? An ergo *per hoc* non commonefietis? 26. Et jam quidem miſimus Noe ad gentem ſuam, *qui dixit eis*: Equidem ſum vobis prædicator manifeſtus. 27. Ut non colatis, niſi Deum. Sanè ego timeo ſuper vos pœnam diei dolorificæ. 28. Reſponderunt autem Primates, qui infideles erant, de gente ejus: Non videmus te, niſi hominem, ſicut nos, & non videmus te, quòd ſequuti ſint te, niſi, qui ſunt abjectiſſimi noſtrum principio ſententiæ (*ideſt prout primò illis benè viſum eſt*) neque videmus eſſe vobis ſupra nos aliquid excellentiæ: quin imò exiſtimamus vos eſſe mendaces. 29. Dixit (*ille*) O populе meus, an putatis, quòd, ſi fuero ſuper declarationem (*ideſt inſtructus*, & *directus*) à Domino meo; & contulerit mihi miſericordiam de apud ſe: ſed cæca ſit ſuper vos (*ideſt negata ſit vobis*) an (*inquam*, *putatis*, *quòd*) compulſuri ſimus vos ad eam, & vos eam ſitis abhorrentes? 30. Et, ò po-
b Si pule meus, non peto à vobis pro hoc, *quod vobis prædico*, pecuniam. *Non b* eſt merces mea, niſi apud Deum, & non ego expulſurus ſum eos, qui crediderunt. Certè ipſi occurſuri ſunt à Domino ſuo *in die judicii*. Verumtamen ego video vos eſſe homines, qui ignoratis. 31. Et, ò populе meus, quis adjuvabit me, *ne puniar* à Deo, ſi expulero eos? An ergo non commonefietis? 32. Et non dico vobis: Apud me ſunt theſauri Dei: neque: Scio arcanum: neque dico: Ego ſanè ſum Angelus: neque dico de iis, quos deſpiciunt oculi veſtri; numquam dabit eis Deus bonum. Deus eſt ſcientiſſimus de eo, quod eſt in animabus eorum. Nam ego ſanè, *ſi dicerem hoc*, *eſſem* utique ex iniquis. 33. Reſponderunt *illi*: O Noe: Jam diſputaſti nobiſcum, & multiplicaſti diſputationem nobiſcum: atqui effice nobis id, quod promittis nobis, ſi es ex veracibus. 34. Dixit *Noe*; Profectò efficiet vobis illud Deus, ſi voluerit: neque vos infirmaturi eſtis *illum*, *ne hoc faciat*. 35. Neque proderit vobis rectum conſilium meum, ſi voluero rectè conſulere

vobis,

vobis, ſi Deus voluerit in errorem inducere vos. Ipſe eſt Dominus veſter, & ad eum reducemini. 36. An dicent *Meccani*: Confinxit eum? (*ideſt Alcoranum*). Reſponde: ſi confinxi eum, ſuper me porrò erit reatus meus; & ego ero immunis ab eo, quod vos delinquetis. 37. Et revelatum fuit ad Noe: Certè non credet è gente tua, niſi, qui jam credidit: Ne ergo contriſteris ob id, quod fecerint. 38. Et fac Arcam in oculis noſtris, & revelatione noſtra, & ne alloquaris me pro illis, qui ſunt iniqui: nam hi ſubmergendi ſunt. 39. Et fabricabat Arcam: &, quotieſcumque tranſibat juxta illum *a* cætus è gente ejus, jocum captabant ex eo. *At ille* dicebat: Si irridetis nos, nos porro irridebimus vos, ſicut irridetis *nos*. 40. Mox verò ſcietis, ad quem ventura ſit pœna, quæ confundat eum, & deſcenſura ſit ſuper eum pœna ſtabilis. Donec venit præceptum noſtrum, & extuavit clibanus. Diximus *Noe*: Infer in illam ex ſingulis *animantibus* conjuges duos; & familiam tuam, præter eum, ſuper quem præceſſit dictum (*ideſt prædeſtinatio ad interitum*) &, qui crediderit. Et non crediderunt cum eo, niſi pauci. 41. Et dixit *Noe*: Aſcendite in eam nomine Dei: curſus ejus, & conſiſtentia ejus (*ideſt curret, & ſubſiſtet, quandò opus fuerit*) quippe Dominus meus eſt ſanè indulgens, miſericors. 42. Et illa currebat cum eis inter fluctus, ſicut montes. Et advocavit Noe filium ſuum *Canaan*, qui erat in loco ſeparato, *dicens*: O filiole mi, aſcende nobiſcum, & ne ſis cum infidelibus. 43. Reſpondit *ille* Recipiam me ad montem, qui defendet me ab aqua. Dixit *illi Noe*: Non erit defendens hodie à præcepto Dei, niſi eum, cujus miſertus fuerit *ipſe Deus*. Pertranſiit inter eos unda, & fuit ex ſubmerſis. 44. Et dictum fuit *à Deo*: O terra abſorbe aquam tuam, & ò Cœlum contine te *à pluvia*. Et imminuta eſt aqua, & abſolutum eſt præceptum *de perditione hominum*, & conſedit *Arca* ſupra *montem* Giudi, & dictum fuit: Procul gentibus iniquis (*ideſt procul eſte gentes iniquæ*). 45. Et invocavit *Noe* Dominum ſuum, & ait: Domine mi, certè filius meus *Canaan* eſt è familia mea, & quidem promiſſio tua eſt veritas, & tu es juſtiſſimus judicantium. 46. Reſpondit *ei Deus*: O Noe: Sanè ille non eſt è familia tua. Hoc certè, *quod petis pro eo* eſt opus non rectum. Ne ergo petas à me id, in quo non eſt tibi ſcientia, *nempe liberatione, filii tui à ſubmerſione*). Equidem admoneo te, ne ſis ex ignorantibus *in eo, quod petis à me*. 47. Dixit *Noe*: Domine mi, equidem confugio ad te, *ne ſinas*, ut petam à te id, in quo non eſt mihi ſcientia. Et, niſi peperceris mihi, & miſertus fueris mei, ero ex pereuntibus. 48. Dictum fuit *illi*: O Noe, deſcende *ex Arca* cum ſalute ex nobis, & benedictionibus ſuper te, & ſuper gentes (*ideſt ſuper aliquos*) ex iis, qui ſunt tecum. Gentes autem (*ideſt aliquos ex iis*) faciemus frui *in hoc mundo*: deindè tanget eos à nobis pœna dolorifica *in ſeculo futuro*. 49. Hæc ſunt ex hiſtoriis arcani (*ideſt occultis*): revelamus ea tibi: non noveras ea tu, neque populus tuus ante hoc. Patienter igitur ſuſtine: nam finis *felix* erit timentibus *Deum*.

a primores.

NOTÆ.

INſcribitur hæc Sūra سورة *Hud*, quia recoquit crambem, retrudendo importunè fabulam commentitii ejus prophetæ, de quo ſatis multa ſuperiùs dicta ſunt. Tradita fuit Meccæ tota: quidam tamen tres verſiculos excipiunt Medinæ traditos: nempe decimum tertium: *Et fortaſſe tu prætermiſſurus es.* Et verba illa decimi octavi: *Hi credunt in eum*. Et 112. *& perſolve orationem*. Verſus communiter numerantur centum viginti, ac tres. Quidam unum demunt. Præmium hanc Suram legentis erit, quòd is

اُعطِی من الاجر عشر حسنات بعدد من صدق بنوح
ومن كذب به وهود وصالح و شعيب ولوط وابراهيم
و موسى وعيسى وكان يوم القيمة من السعداء ان شاء

اللّٰه تعالى: *recipiet pro mercede decem bona juxta numerum tàm eorum, qui crediderunt, quàm eorum, qui credere noluerunt in Noe, Hud, Saleh, & Scioaib, Lot, Abraham, Moyſen, & Jeſum: & in die Reſurrectionis erit ex numero Beatorum, ſi Deus excelſus voluerit.*

VI. *Conduplicant pectora ſua*:] Jahias. هم يطوون ما فيها و يستترونه: *ipſi plicant, & abſcondunt id, quod eſt in iis* pectoribus.

XVIII. *An ergo, qui eſt ſuper declarationem*]. Periodum malè conſutam, & elumbatam, ita concinnant Interpretes: An Mahumetus, & ejus aſſeclæ à Deo directi per Alcoranum traditum per Gabrielem, & confirmatum per Pentateuchum, antea velatum Moyſi; erunt ſicut Infideles, & ethnici exiſtimandi? Abſit: non erit ita. Talis ſcilicet eſt Alcoranus, ut ſi illi fruſtum aliquod perpetuò non

assuatur, nullus prorsus ex eo sensus possit haberi.

XXVIII. *Principio sententiæ*]. Arabicè: بادِی الرای

Zamchascerius ita exponit hunc locum: اتبعوك اول الرای او ظاهر الرای و انتصابه علی الظرف اصله وقت حدوث اول رایهم او وقت حدوث ظاهر رایهم

Sequuti sunt te prima sententia; seu apparentia sententiæ (ideſt, primò sequuti sunt te, vel ex animo, vel apparenter) *& nasbatio ejus notat adverbium temporis. Tempore, quo evenit principium sententiæ eorum: vel tempore, quo exteriùs apparuit sententia eorum.* Gelal: ای ابتداء من غیر تفکر فیك و نصبه علی الظرف ای وقت اول رایهم *ideſt principio* (vel primò quodam impetu) *sine cogitatione de te* (dùm scilicet te non benè norant) *& nasbatio* (seu casus accusativus) *illius notat adverbium temporis: ideſt: tempore, quo evenit principium sententiæ* (seu prima sententia) *eorum*. Jahias: ای فیما یظهر لنا *ideſt in quantum* (seu quatenùs) *apparet nobis*.

XL. *Et exæstuavit Clybanus*] Gelal فار التنور للخباز بالماء وکان ذلك علامة لنوح *Ebullivit aqua clybanus pistorius: quod erat signum constitutum ipsi Noe*. Jahias والتنور فی تفسیر الحسن البصاب الذی یجتمع فیه ماء السفینة ففار منه الماء والسقینة علی الارض وکان ذلك علامة لاهلاك القوم

Et clybanus, juxta expositionem Alhasan, erat porta, in qua colligebatur aqua Navis [ideſt Arcæ]: *Et ebullivit ex ea aqua, & Navis adhuc erat in terra. Et erat hoc signum perditionis hominum.*

* *Infer in illam ex omnibus animantibus conjuges duos*. [Gelal: و فی القصة ان الله حشر لنوح السباع والطیر و غیرهما فجعل یضرب بیدیه فی کل نوع فتقع یده الیمنی علی الذکر والیسری علی الانثی فیحملها فی السفینة *Habetur in historia, Deum congregasse ad Noe, feras, aves, & cetera animantia, qui cœpit percutere manibus suis animalia ex omni specie, & incidit manus ejus dextera super masculos, sinistra autem super feminas, atque ita intulit ea in Arcam.*

* *Præter eum, super quem præcessit dictum*] Quis verò hic fuerit, ita indicat Gelal: وهو زوجته و ولده کنعان *Fuit autem hic uxor ejus, & filius ejus Canaan*. Jahias, filium tantùm fuisse affirmat. Zamchascerius ex authoritate Aldahac, ponit utrumque.

* *Et non crediderunt cum eo, nisi pauci*] Varii sunt inter se expositores Moslemi circa eos, qui ingressi sunt in Arcam. Cottada apud Jahiam: لم ینج فی السفینة الا نوح و ثلثة بنین سام حام و یافث ونساوهم فجمیعهم ثمانیة *Non sunt salvati in Arca, nisi Noe, & tres filii ejus, Sem, Cham, &*

Japheth; & uxores eorum: in totum octo. Gelal: قیل کانوا ستة رجال و نساوهم وقیل جمیع من کان فی السفینة ثمانون نصفهم رجال و نصفهم نساء *Fertur in Arca fuisse sex mares, & totidem fœminas. Alii volunt fuisse octoginta; quorum media pars erant mares, media fœminæ*. Zamchascerius: روی عن النبی ﷺ انه قال کانوا ثمانیة نوح واهله وبنوه الثلاثة ونساوهم: ومحمد بن اسحق کانوا عشرة خمسة رجال وخمس نساء: وقیل کانوا اثنین وسبعین رجلاً وامراةً: واولاد نوح سام وحام ویافث ونساوهم فالجمیع ثمانیة وسبعون نصفهم رجال ونصفهم نساء. *Habetur ex traditione, Prophetam Mahumetum dixisse: Fuerunt octo, nimirùm Noe, & uxor ejus, & tres filii ejus, & uxores eorum. Mohammed autem filius Isaac dixit: Fuerunt decem, quinque viri, & quinque mulieres. Alii dicunt, fuisse duos, ac septuaginta, viros, ac mulieres: & tres filios Noe cum uxoribus suis: in totum octo, & septuaginta: quorum media pars erant viri, media autem fœminæ.* Mira est insania Mahumetanorum, qui, ne Prophetæ, quidem sui traditioni, quæ sanè sacris scripturis est consona, fidem habeant. Sexcentas porrò nugas hic ingerunt. Ab hac, quam ex Jahia tibi profero, disce alias: وشکوا الی نوح فی السفینة الریل فاوحی الله الی نوح ان یمسح یده علی ذنب الفیل ففعل فخرج منه خنزیران وکانا یاکلان الزبل. وشکوا الیه الفار فاوحی الله الی الاسد العتی فی قلبه فعطس الاسد فخرج من منخره سنوران فکانا یاکلان الفار وشکوا الی نوح عرامة الاسد فدعا علیه نوح فسلط الله علیه الحمی. قال الحسن وکان طول السفینة فیما بلغنا الف ذراع ومائتا ذراع وعرضها ستمایة ذراع: وبلغنا انه کان فی السفینة ثلاثة ابواب وفصل بین الرجال والنساء فجعد ادم

حملة نوح معه: *Et conquesti sunt apud Noe in Arca propter stercora: & inspiravit Deus Noe, ut attrectaret manu caudam elephantis. Quod, cùm feciſſet, egressi sunt ab ea duo porci, qui stercora comedebant. Iterùm conquesti sunt de muribus: & Deus excitavit superbiam in corde leonis, qui sternutavit, & egressi sunt per nares ejus duo feles, qui comedebant mures. Iterùm conquesti sunt apud Noe, de petulantia Leonis, maledixitque ei Noe, & fecit Deus, ut febris ardens invaderet eum. Dixit autem Alhasan: Altitudo Arcæ prout accepimus erat mille ducentorum cubitorum: Latitudo verò sexcentorum cubitorum. Accepimus etiam fuisse in Arca tres portas: & inter viros, & fœmi-*

fœminas positum erat distinctionis gratia corpus Adam, quod Noe tulerat secum. O quàm eruditi sunt Mahumetani! A quibus tamen libenter rescisscerem, quomodò duo porci tot animalium stercora possent vorare: & quid de ipsorum porcorum stercoribus tandem fieret. Quomodò etiam consistere cum orthodoxa dimensione possit altitudo illa Arcæ mille ducentorum cubitorum, cum tanto excessu supra latitudinem, quæ nonnisi sexcentos cubitos occupabat. Hoc sanè est contra omnem regulam navium, seu triremium, vel hujusmodi ligneorum ædificiorum, quibus ad aquas permeandas homines utuntur: horum enim longitudo semper altitudinem longè excedit. Quamobrem jussit Deus Noe Arcam construere, cujus longitudo esset trecentorum cubitorum, latitudo quinquaginta, altitudo verò triginta. Vide, quàm bellè Moslemorum figmenta cum Pentateuchi veritate conveniant,

XLVI. *Hoc certè, quod petis pro eo, est opus non rectum*] Est hìc duplex lectio. Prior, & communior: انّه عملٌ غيرُ صالحٍ *Certè hoc opus non rectum*: Posterior انّه عَمِلَ غيرَ صالحٍ *Certè hic* (nempe Canaan) *fecit non rectum*: ideſt pravè operatus est.

REFUTATIONES.

I. NOtandum, tàm in hac Sura, quàm in cęteris, Mahumetum plerumque exordiri stylo quodam gravi, ac pietatem, & religionem præferenti: mox ineptias, atque impietates suas paulatim ingerere, quò simpliciores faciliùs in nassam trahat. Semper mihi persuasi, Impostorem hunc ex pio aliquo Christianorum orientalium, vel veterum Hebræorum libro sententias saniores furatum fuisse, quibus nugas, ac blasphemias suas intermisceret. Nulla enim in sententiis, & ne in verbis quidem est connexio: & plerumque, dùm in Alcorano amphora cœpit institui, currente rota urceus exit: & turpiter atrum desinit in piscem mulier formosa supernè.

II. Hìc etiam apertè ostenditur Moslemorum mendacium, qui Pseudoprophetæ suo tot miracula effingunt: cùm ipse ingenuè fatèatur, se tantummodò prædicatorem esse, non Thaumaturgum. Et nihilominùs non cessat Alcorani ipsius miraculum obtrudere; quod, quàm vanum, & ridiculum sit, aliàs ostendimus.

III. Non satis mirari possum oscitantiam Mahumeti, qui, cùm à versu 26. usque ad 49. agat de Noe: versu 36. ingerat tàm importunè, & pœnitùs extra rem, Alcoranum, & Meccanos, quamvis, neque hos, neque illum apertè nominet; itaut opus fuerit expositoribus Oedipum agere. Hiccine est liber ille tàm mirabilis in ordine, & connexione rerum?

IV. Constat ex sacris literis, Noe non habuisse (saltem usque ad diluvium) nisi tres filios, qui cum eo Arcam ingressi sunt; nullus ex eis, quemadmodùm, nec uxor Noe, aquis submersus interiit. Quartus igitur filius, qui in diluvio periit, Mahumetici cerebri figmentum est. Communis Expositorum sententia est nomen ejus fuisse Chanaan. Sed hic filius ℣ Cham fuit, non ℣ Noe, & post diluvium natus est. Conatur Zamchascerius Prophetam suum à mendacio vendicare: sed frustrà. Audi illum: قيل كان اسم ابنه كنعان وقيل * نام: وقرأ علي رضي الله عنه ابنها والضمير لامرأته ونعم ينصر مذهب الحسن: قال قتادة سألته: فقال والله ما كان ابنه وقلت ان الله حكي عنه انّ ابني من اهلي وانت تقول لم يكن ابنه واهلي

الكتاب لا يختلفون في انه كان ابنه: فقال و من ياخذ دينه من اهل الكتاب واستدلّ بقوله من اهلي ولم يقل مني ولنسبه الي انه وجهان احدهما ان يكون ربيبًا له او ان يكون لغير رشدة: *Dicitur nomen filii ejus fuisse Chanaan: alii verò dicunt fuisse Sem. Alicui sit pax* (pro ابنه filium ejus, scilicet patris, nempè Noe) *legit* ابنها *filium ejus* (Cum affixo fœmineo) *itaut referatur ad uxorem ejus*: quasi uxor Noe conceperit illum ex alio viro) *in quo patrocinatur sententiæ Alhasan, quem, cùm Cottada de hac re interrogasset; respondit: Per Deum non fuit filius ejus* (scilicet Noe.) *Cui Cottoda*: In Alcorano *dixit de eo Deus* per Noe: *Filius meus ex familia* (seu uxore) *mea. Et tu dicis*: *Non fuit filius ejus. Scripturales sanè non dissentiunt, quòd ipse fuerit filius ejus. Respondit* Alhasan: *& quis accipiat religionem suam à scripturalibus? Et probavit* sententiam suam *ex dicto ipsius* Noe *Ex familia mea*: *Et non dixit, ex me. Et quidem duplicem in hoc posuit sententiam: primam, quòd fuerit filius privignus*, seu uxoris tantummodò ex alio viro: *secundam, quòd fuerit filius alius, nescio cujus*: *sed ipse domi educaverit, & instruxerit eum*. Verùm nemo non videt, quàm debiles, ac frigidæ sint istæ defensiones; si admittantur, nihil jam certum erit neque in sacris, neque in Profanis historiis. Quantò verò mendacio asseverat Cottada, scripturales (Judæos scilicet, & Christianos), in quarto filio Noe assignando convenire? Nihil tale somniarunt scripturales, cùm omnes conveniant cum Pentateucho, Noe tres tantummodò filios habuisse, & hos in Arcam admissos è diluvii aquis evasisse. In eo porrò hallucinantur Moslemi, quòd Chanaan filius fuerit Noe; cùm ex Cham filio Noe post diluvium ortus fuerit. Quòd verò asserat Alcoranus, Arcam super Montem Giudi, qui est in Mesopotamia, resedisse, falsum prorsùs esse videtur, cùm ex Pentateucho constet, illam super montes Armeniæ quievisse. Poterunt nihilominùs Moslemi respondere, cùm Mesopotamia Armeniæ contermina sit, posse eosdem montes ad utramque regionem pertinere.

* fortè سام

V. Quòd dicatur hìc, hiſtoriam Noe eſſe نبا الغيب hiſtoriam arcanam, & ignotam, patet, quanta in Mahumeto eſſet inſcitia. Nihil mundo penè univerſo, etiam tempore Mahumeti notius, quàm diluvium, Noe, Arca, & ea, quæ ad hæc ſpectant. Sed Impoſtor non de his fortaſſe loquebatur: ſed de nugis illis, ac mendaciis, quæ de ſuo veræ, notæque hiſtoriæ intermiſcuit.

Textus Alcorani.

50 وإلى عاد أخاهم هودا قال يا قوم اعبدوا الله ما لكم من إله غيره إن أنتم إلا مفترون ۞
51 يا قوم لا أسلكم عليه أجرا إن أجري إلا على الذي فطرني أفلا تعقلون ۞ 52 ويا قوم استغفروا
ربكم ثم توبوا إليه يرسل السماء عليكم مدرارا ويزدكم قوة إلى قوتكم ولا تتولوا
مجرمين ۞ 53 قالوا يا هود ما جئتنا ببينة وما نحن بتاركي آلهتنا عن قولك وما نحن
لك بمؤمنين ۞ 54 إن نقول إلا اعتراك بعض آلهتنا بسوء قال إني أشهد الله واشهدوا أني
بري مما تشركون ۞ 55 من دونه فكيدوني جميعا ثم لا تنظرون ۞ 56 إني توكلت
على الله ربي وربكم ما من دابة إلا هو آخذ بناصيتها إن ربي على صراط مستقيم ۞
57 فإن تولوا فقد أبلغتكم ما أرسلت به إليكم ويستخلف ربي قوما غيركم ولا تضرونه
شيئا إن ربي على كل شيء حفيظ ۞ 58 ولما جاء أمرنا نجينا هودا والذين آمنوا معه برحمة
منا ونجيناهم من عذاب غليظ ۞ 59 وتلك عاد جحدوا بآيات ربهم وعصوا رسله واتبعوا أمر
كل جبار عنيد ۞ 60 وأتبعوا في هذه الدنيا لعنة ويوم القيامة ألا إن عادا كفروا ربهم
ألا بعدا لعاد قوم هود ۞ 61 وإلى ثمود أخاهم صالحا قال يا قوم اعبدوا الله ما لكم من إله
غيره هو أنشأكم من الأرض واستعمركم فيها فاستغفروه ثم توبوا إليه إن ربي قريب
مجيب ۞ 62 قالوا يا صالح قد كنت فينا مرجوا قبل هذا أتنهانا أن نعبد ما يعبد آباؤنا وإننا
لفي شك مما تدعونا إليه مريب ۞ 63 قال يا قوم أرأيتم إن كنت على بينة من ربي
وآتاني منه رحمة فمن ينصرني من الله إن عصيته فما تزيدونني غير تخسير ۞ 64 ويا قوم
هذه ناقة الله لكم آية فذروها تأكل في أرض الله ولا تمسوها بسوء فيأخذكم عذاب
قريب ۞ 65 فعقروها فقال تمتعوا في داركم ثلاثة أيام ذلك وعد غير مكذوب ۞
66 فلما جاء أمرنا نجينا صالحا والذين آمنوا معه برحمة منا ومن خزي يومئذ إن ربك هو
القوي العزيز ۞ 67 وأخذ الذين ظلموا الصيحة فأصبحوا في ديارهم جاثمين ۞ 68 كأن
لم يغنوا فيها ألا إن ثمود كفروا ربهم ألا بعدا لثمود ۞ 69 ولقد جاءت رسلنا إبراهيم
بالبشرى قالوا سلاما قال سلام فما لبث أن جاء بعجل حنيذ ۞ 70 فلما رأى أيديهم لا تصل إليه
نكرهم وأوجس منهم خيفة قالوا لا تخف إنا أرسلنا إلى قوم لوط ۞ 71 وامرأته قائمة فضحكت
فبشرناها بإسحق ومن وراء إسحق يعقوب ۞ 72 قالت يا ويلتى أألد وأنا عجوز وهذا بعلي شيخا

إن

إِنَّ هٰذَا لَشَيْءٌ عَجِيبٌ ۝ 73 قَالُوا أَتَعْجَبِينَ مِنْ أَمْرِ اللَّهِ رَحْمَتُ اللَّهِ وَبَرَكَاتُهُ عَلَيْكُمْ أَهْلَ الْبَيْتِ
إِنَّهُ حَمِيدٌ مَجِيدٌ ۝ 74 فَلَمَّا ذَهَبَ عَنْ إِبْرٰهِيمَ الرَّوْعُ وَجَاءَتْهُ الْبُشْرَىٰ يُجَادِلُنَا فِي قَوْمِ لُوطٍ إِنَّ
إِبْرٰهِيمَ لَحَلِيمٌ أَوَّاهٌ مُنِيبٌ ۝ 75 يَا إِبْرٰهِيمُ أَعْرِضْ عَنْ هٰذَا إِنَّهُ قَدْ جَاءَ أَمْرُ رَبِّكَ وَإِنَّهُمْ
آتِيهِمْ عَذَابٌ غَيْرُ مَرْدُودٍ ۝ 76 وَلَمَّا جَاءَتْ رُسُلُنَا لُوطًا سِيءَ بِهِمْ وَضَاقَ بِهِمْ ذَرْعًا وَقَالَ هٰذَا
يَوْمٌ عَصِيبٌ ۝ 77 وَجَاءَهُ قَوْمُهُ يُهْرَعُونَ إِلَيْهِ وَمِنْ قَبْلُ كَانُوا يَعْمَلُونَ السَّيِّئَاتِ قَالَ يَا قَوْمِ هٰؤُلَاءِ
بَنَاتِي هُنَّ أَطْهَرُ لَكُمْ فَاتَّقُوا اللَّهَ وَلَا تُخْزُونِ فِي ضَيْفِي أَلَيْسَ مِنْكُمْ رَجُلٌ رَشِيدٌ ۝
78 قَالُوا لَقَدْ عَلِمْتَ مَا لَنَا فِي بَنَاتِكَ مِنْ حَقٍّ وَإِنَّكَ لَتَعْلَمُ مَا نُرِيدُ ۝ 79 قَالَ لَوْ أَنَّ لِي
بِكُمْ قُوَّةً أَوْ آوِي إِلَىٰ رُكْنٍ شَدِيدٍ ۝ 80 قَالُوا يَا لُوطُ إِنَّا رُسُلُ رَبِّكَ لَنْ يَصِلُوا إِلَيْكَ فَأَسْرِ بِأَهْلِكَ
بِقِطْعٍ مِنَ اللَّيْلِ وَلَا يَلْتَفِتْ مِنْكُمْ أَحَدٌ إِلَّا امْرَأَتَكَ إِنَّهُ مُصِيبُهَا مَا أَصَابَهُمْ إِنَّ مَوْعِدَهُمُ الصُّبْحُ أَلَيْسَ
الصُّبْحُ بِقَرِيبٍ ۝ 81 فَلَمَّا جَاءَ أَمْرُنَا جَعَلْنَا عَالِيَهَا سَافِلَهَا وَأَمْطَرْنَا عَلَيْهَا حِجَارَةً مِنْ سِجِّيلٍ مَنْضُودٍ ۝
82 مُسَوَّمَةً عِنْدَ رَبِّكَ وَمَا هِيَ مِنَ الظَّالِمِينَ بِبَعِيدٍ ۝ 83 وَإِلَىٰ مَدْيَنَ أَخَاهُمْ شُعَيْبًا قَالَ يَا قَوْمِ
اعْبُدُوا اللَّهَ مَا لَكُمْ مِنْ إِلٰهٍ غَيْرُهُ وَلَا تَنْقُصُوا الْمِكْيَالَ وَالْمِيزَانَ إِنِّي أَرَاكُمْ بِخَيْرٍ وَإِنِّي أَخَافُ
عَلَيْكُمْ عَذَابَ يَوْمٍ مُحِيطٍ ۝ 84 وَيَا قَوْمِ أَوْفُوا الْمِكْيَالَ وَالْمِيزَانَ بِالْقِسْطِ وَلَا تَبْخَسُوا النَّاسَ أَشْيَاءَهُمْ
وَلَا تَعْثَوْا فِي الْأَرْضِ مُفْسِدِينَ ۝ 85 بَقِيَّتُ اللَّهِ خَيْرٌ لَكُمْ إِنْ كُنْتُمْ مُؤْمِنِينَ ۝
86 وَمَا أَنَا عَلَيْكُمْ بِحَفِيظٍ ۝ 87 قَالُوا يَا شُعَيْبُ أَصَلَوٰتُكَ تَأْمُرُكَ أَنْ نَتْرُكَ مَا يَعْبُدُ آبَاؤُنَا أَوْ أَنْ
نَفْعَلَ فِي أَمْوَالِنَا مَا نَشَاءُ إِنَّكَ لَأَنْتَ الْحَلِيمُ الرَّشِيدُ ۝ 88 قَالَ يَا قَوْمِ أَرَأَيْتُمْ إِنْ كُنْتُ
عَلَىٰ بَيِّنَةٍ مِنْ رَبِّي وَرَزَقَنِي مِنْهُ رِزْقًا حَسَنًا وَمَا أُرِيدُ أَنْ أُخَالِفَكُمْ إِلَىٰ مَا أَنْهَاكُمْ عَنْهُ إِنْ
أُرِيدُ إِلَّا الْإِصْلَاحَ مَا اسْتَطَعْتُ وَمَا تَوْفِيقِي إِلَّا بِاللَّهِ عَلَيْهِ تَوَكَّلْتُ وَإِلَيْهِ أُنِيبُ ۝ 89 وَيَا قَوْمِ لَا
يَجْرِمَنَّكُمْ شِقَاقِي أَنْ يُصِيبَكُمْ مِثْلُ مَا أَصَابَ قَوْمَ نُوحٍ أَوْ قَوْمَ هُودٍ أَوْ قَوْمَ صَالِحٍ وَمَا قَوْمُ
لُوطٍ مِنْكُمْ بِبَعِيدٍ ۝ 90 وَاسْتَغْفِرُوا رَبَّكُمْ ثُمَّ تُوبُوا إِلَيْهِ إِنَّ رَبِّي رَحِيمٌ وَدُودٌ ۝ 91 قَالُوا
يَا شُعَيْبُ مَا نَفْقَهُ كَثِيرًا مِمَّا تَقُولُ وَإِنَّا لَنَرَاكَ فِينَا ضَعِيفًا وَلَوْلَا رَهْطُكَ لَرَجَمْنَاكَ وَمَا أَنْتَ عَلَيْنَا
بِعَزِيزٍ ۝ 92 قَالَ يَا قَوْمِ أَرَهْطِي أَعَزُّ عَلَيْكُمْ مِنَ اللَّهِ وَاتَّخَذْتُمُوهُ وَرَاءَكُمْ ظِهْرِيًّا إِنَّ رَبِّي بِمَا
تَعْمَلُونَ مُحِيطٌ ۝ 93 وَيَا قَوْمِ اعْمَلُوا عَلَىٰ مَكَانَتِكُمْ إِنِّي عَامِلٌ سَوْفَ تَعْلَمُونَ ۝ 94 مَنْ يَأْتِيهِ
عَذَابٌ يُخْزِيهِ وَمَنْ هُوَ كَاذِبٌ وَارْتَقِبُوا إِنِّي مَعَكُمْ رَقِيبٌ ۝ 95 وَلَمَّا جَاءَ أَمْرُنَا نَجَّيْنَا شُعَيْبًا
وَالَّذِينَ آمَنُوا مَعَهُ بِرَحْمَةٍ مِنَّا وَأَخَذَتِ الَّذِينَ ظَلَمُوا الصَّيْحَةُ فَأَصْبَحُوا فِي دِيَارِهِمْ جَاثِمِينَ ۝
96 كَأَنْ لَمْ يَغْنَوْا فِيهَا أَلَا بُعْدًا لِمَدْيَنَ كَمَا بَعِدَتْ ثَمُودُ ۝ 97 وَلَقَدْ أَرْسَلْنَا مُوسَىٰ بِآيَاتِنَا
وَسُلْطَانٍ مُبِينٍ ۝ 98 إِلَىٰ فِرْعَوْنَ وَمَلَائِهِ فَاتَّبَعُوا أَمْرَ فِرْعَوْنَ وَمَا أَمْرُ فِرْعَوْنَ بِرَشِيدٍ ۝
99 يَقْدُمُ قَوْمَهُ يَوْمَ الْقِيَامَةِ فَأَوْرَدَهُمُ النَّارَ وَبِئْسَ الْوِرْدُ الْمَوْرُودُ ۝ 100 وَأُتْبِعُوا فِي هٰذِهِ لَعْنَةً

ويوم القيمة بيس الرفد المرفود ۞ 101 ذلك من انباء القري نقصه عليك قايم وحصيد ۞
102 وما ظلمناهم ولكن ظلموا انفسهم فما اغنت عنهم الهتهم التي يدعون من دون الله من شيء
لما جاء امر ربك وما زادوهم غير تتبيب ۞ 103 وكذلك اخذ ربك اذا اخذ القري وهي
ظالمة ان اخذه اليم شديد ۞ 104 ان في ذلك لاية لمن خاف عذاب الاخرة ذلك يوم
مجموع له الناس وذلك يوم مشهود ۞ 105 وما نوخره الا لاجل معدود ۞ 106 يوم يات لا
تكلم نفس الا باذنه فمنهم شقي وسعيد ۞ 107 فاما الذين شقوا ففي النار لهم فيها زفير
وشهيق ۞ 108 خالدين فيها ما دامت السموات والارض الا ما شاء ربك ان ربك فعال لما يريد ۞
109 واما الذين سعدوا ففي الجنة خالدين فيها ما دامت السموات والارض الا ما شاء ربك
عطاء غير مجذوذ ۞ 110 فلا تك في مرية مما يعبد هولاء ما يعبدون الا كما يعبد اباؤهم
من قبل وانا لموفوهم نصيبهم غير منقوص ۞ 111 ولقد اتينا موسى الكتاب فاختلف فيه ولو
لا كلمة سبقت من ربك لقضي بينهم وانهم لفي شك منه مريب ۞ 112 وان كلا لما
ليوفينهم ربك اعمالهم انه بما يعملون خبير ۞ 113 فاستقم كما امرت ومن تاب معك ولا
تطغوا انه بما تعملون بصير ۞ 114 ولا تركنوا الى الذين ظلموا فتمسكم النار وما لكم
من دون الله من اولياء ثم لا تنصرون ۞ 115 واقم الصلوة طرفي النهار وزلفا من الليل ان
الحسنات يذهبن السيات ذلك ذكري للذاكرين ۞ 116 واصبر فان الله لا يضيع اجر
المحسنين ۞ 117 فلولا كان من القرون من قبلكم اولوا بقية ينهون عن الفساد في
الارض الا قليلا ممن انجينا منهم واتبع الذين ظلموا ما اترفوا فيه وكانوا مجرمين ۞ 118 وما
كان ربك ليهلك القري بظلم واهلها مصلحون ۞ 119 ولو شاء ربك لجعل الناس امة
واحدة ولا يزالون مختلفين الا من رحم ربك ولذلك خلقهم وتمت كلمة ربك لاملان جهنم
من الجنة والناس اجمعين ۞ 120 وكلا نقص عليك من انباء الرسل ما نثبت به فوادك
وجاءك في هذه الحق وموعظة وذكري للمومنين ۞ 121 وقل للذين لا يومنون اعملوا علي
مكانتكم انا عاملون ۞ 122 وانتظروا انا منتظرون ۞ 123 ولله غيب السموات والارض
واليه يرجع الامر كله فاعبده وتوكل عليه وما ربك بغافل عما تعملون ۞

Verſio Latina.

50. ET ad *populum* Aad *miſimus* fratrem eorum Hud. Dixit: O populе meus, ſervite Deo: non eſt vobis ullus Deus præter eum. Non *a* eſtis vos, niſi falſa confingentes. 51. O populе meus, non peto à vobis pro hoc, *quod vobis prædico*, mercedem: non *b* eſt merces mea, niſi apud eum, qui condidit me. An ergo non intelligitis? 52. Et ò populе meus veniam poſtulate à Domino veſtro: tùm convertimini ad eum. Mittet Cœlum ſuper vos pluviam copiosè effundens *(nimirùm ſiccitate laborabat)* & augebit vobis robur ad robur veſtrum: at, ne tergiverſemini ſceleſta patrantes. 53. Reſponderunt: O Hud, non attuliſti

a Si.

b Si.

nobis

nobis probationem ullam *eorum*, *quæ blateras*: neque nos derelicturi ſumus Deos noſtros propter dictum tuum; neque nos tibi erimus credentes. 54. Non *a* dicimus, niſi, quod corripuit te aliquis Deorum noſtrorum malo. Reſpondit *ille*: Equidem teſtor Deum, & *vos quoque* teſtes eſtote, quòd ego immunis ſum ab eo, quod aſſociatis *in Deo* 55. præter eum. Circumvenite ergo me dolo univerſi: tùm ne expectate me, *ut mihi caveam*. 56. Nam ego innixus ſum ſuper Deum Dominum meum, & Dominum veſtrum. Non eſt ulla beſtia, quin ipſe apprehenderit anxias ejus: quippe Dominus meus eſt ſuper viam rectam. 57. Quòd, ſi tergiverſati fueritis, jam porrò annunciavi vobis id, pro quo miſſus ſum ad vos, & ſubſtituet Dominus meus gentem aliam à vobis, & non nocebitis ei quidquam: nam Dominus meus eſt ſuper omnem rem cuſtos. 58. Et, cùm veniſſet præceptum noſtrum (*ideſt pœna à nobis inflicta*) liberavimus Hud, & eos, qui crediderant cum eo per miſericordiam ex nobis, & liberavimus eos à pœna atroci. 59. Et iſta gens Aad ſcienter negaverunt ſigna Domini ſui, & contumaces fuerunt legatis ejus, & ſecuti ſunt imperium omnis præpotentis, refractarii. 60. Et ſequuta eſt eos in hoc mundo maledictio, & die reſurrectionis. Nonne ſanè *gentes* Aad abnegaverunt Dominum ſuum? Nonne elongatio *à miſericordia Dei fuit ipſi* Aad, populo Hud? 61. Et ad *gentem* Themud *miſimus* fratrem eorum Saleh. Dixit *eis*: O populo meus, ſervite Deo; non eſt vobis ullus Deus præter eum: ipſe produxit vos è terra; & dedit vobis habitationem in ea. Petite igitur veniam ab eo; tùm convertimini ad eum: quippe Dominus meus eſt propinquus, exaudiens. 62. Reſponderunt: O Saleh, jam fuiſti inter nos ſperatus, *ut eſſes princeps noſter*, anteà. An prohibes nos, ne colamus, quod colebant patres noſtri? At nos certè ſumus in dubitatione de eo, ad quod vocas nos, *utpotè* ſuſpicioſum. 63. Dixit *Saleh*: O populo meus, quid vobis videtur? Si fuero ſuper declarationem à Domino meo (*ideſt, ſi Dominus meus declaraverit mihi veritatem*) & tribuerit mihi ex ſe miſericordiam, quis adjuvabit me, *ne puniar* à Deo, ſi inobediens fuero illi? Vos porrò non addetis mihi, niſi perditionem. 64. Et, ò populo meus, hæc camela Dei ſit vobis in ſignum. Dimittite ergo eam, ut comedat in terra Dei, & ne tangatis eam læſione, ne invadat vos pœna propinqua. 65. At *illi* peremerunt eam, *ſuccidentes crura illius*, dixitque *Saleh*: Fruimini in habitatione veſtra tres dies. Hæc eſt promiſſo infallibilis (*quòd ſcilicet poſt tres dies peribitis*). 66. Cùmque veniſſet præceptum noſtrum *de perditione eorum*, liberavimus Saleh, & eos, qui crediderant cum eo per miſericordiam ex nobis, & *liberavimus eos* ab ignominia illius diei: quippe Dominus tuus eſt fortis, Præpotens. 67. Et ſuſtulit eos, qui iniquè ſe geſſerant ſupplicium, & manè inventi ſunt in domibus ſuis *mortui* in genua proſtrati. 68. Tanquam, ſi nunquam recti ſtetiſſent in illis. Nonne ſanè Themudęi increduli fuerunt in dominum ſuum? Nonne elongatio *à divina miſericordia fuit* Themudęis? 69. Et jam quidem venerunt legati noſtri ad Abraham cum fauſto nuncio *de ortu Iſaac*, *& Jacob*. Dixerunt: pacem. Reſpondit: pax. Neque moratus eſt, quin afferret vitulum aſſum. 70. Cùm autem vidiſſet, quòd manus eorum non pertingerent ad eum (*ideſt non tangerent illum*) habuit eos pro alienis, & concepit animo ex eis timorem. *Illi verò* dixerunt: Ne timeas: quippe nos miſſi ſumus ad gentem Lot. 71. Et uxor ejus *Sara* ſtans riſit, & annunciavimus ei Iſaac, & poſt Iſaac Jacob. 72. Dixit *illa*: Hei mihi! An pariam, & ego ſum vetula; & hic maritus meus eſt ſenex? Certè hæc eſt ſanè res admirabilis. 73. Reſponderunt *Angeli*: An admiraris de præcepto Dei? Miſericordia Dei, & benedictiones ſuper vos, famliam Domus *Abrahæ*; quippe ipſe eſt laudabilis, glorioſus. 74. Cùm verò abiiſſet ab Abraham timor, & veniſſet ad eum lætum nuncium *de ortu Iſaac*; diſceptabat nobiſcum pro gente Lot: quippe Abraham erat ſanè mitis, pius, devotus. 75. *Dixerunt ei Angeli*: O Abraham, recede ab hoc *ſermone*: jam enim venit præceptum Domini tui, & quidem advenit eis pœna inavertibilis. 76. Cùm autem veniſſent legati noſtri ad Lot, triſtatus eſt de eis, & arctatus eſt pro eis brachio (*ideſt contriſtatus animo*) & dixit: Hæc eſt dies dura. 77. Et venit ad eum gens ejus; impetuosè *b* cucurrerunt ad eum, & anteà operabantur mala. Dixit *ad eos Lot*: O populo meus,

a Si.

b currentes.

meus, hæ ſunt filiæ meæ: ſunt puriores pro vobis (*ideſt magis licitæ, quam maſculi*) timete itaque Deum, & ne ignominia afficiatis me in hoſpite meo. An non eſt inter vos vir rectè inſtitutus? 78. Reſponderunt: jam quidem noſti, quòd non eſt nobis in filiabus tuis ullum jus, & tu ſanè noſti, quid velimus. 79. Dixit ille: Si porrò eſſent mihi contra vos vires, aut poſſem confugere ad præſidium validum; *profectò reprimerem vos*. 80. Dixerunt *Angeli*: O Lot, nos quidem legati ſumus Domini tui: nunquam *hi* pertingent ad te. Perge ergo cum familia tua in parte aliqua noctis, & ne retrò ſe vertat ex vobis ullus, præter uxorem tuam: porrò eventurum eſt illi, quod evenerit illis. Certè promiſſio eorum (*ideſt pœna eorum*) erit manè. An non eſt mane propinquum? 81. Cùmque veniſſet præceptum noſtrum, poſuimus ſublime earum *urbium*, imum earum (*ideſt invertimus eas*) & pluimus ſuper eas lapides ex luto cocto uno alium ſuperveniente. 82. ſignatos *nomine eorum, ſuper quos caſuri erant*, apud Dominum tuum, & non eſt hæc (*ideſt Mecca*) ab iniquè agentibus (*ideſt ſodomitis*) longè remota. 83. Et ad *gentem* Madian *miſimus* fratrem eorum Scioaib. Dixit: O populo meus, ſervite Deo: non eſt vobis ullus Deus præter eum, & ne imminuatis modium, & ſtateram. Equidem video vos in ſtatu felici, ſed certè ego timeo ſuper vos pœnam diei circumdantis *vos, ne effugere poſſitis ab ea*. 84. Et, ò populo meus complete modium, & ſtateram cum juſtitia, & ne defraudetis homines in rebus ipſorum, & ne pravè agatis, terram devaſtantes. 85. Reſiduum Dei (*ideſt id, quod remanet vobis à Deo, poſtquam ſatisfeceritis juſtę menſuræ hominum*) melius erit vobis, *quàm id, quod fraude retinetis*, ſi eſtis fideles. 86. Et non ſum ego ſuper vos cuſtos: *ſed tantùm prædicator*. 87. Reſponderunt *Madianitæ*: O Scioaib: an orationes tuæ præcipiunt tibi, *ut aſſumas tibi ſolicitudinem ſuadendi nobis*, ut relinquamus id, quod coluerunt patres noſtri: vel, ne faciamus de facultatibus noſtris id, quod voluimus? Scilicet tu *ſolus* es verè ſapiens, director. 88. Dixit *ille*: O populo meus; quid putatis, ſi ego fuero ſuper declarationem (*ideſt, ſi declarata mihi fuerit veritas*) à Domino meo, & aluerit me ex ſe alimento bono (*ideſt licito, & non per fraudes acquiſito*) & non voluero adhærere vobis circa illud, quod prohibeo vobis? An *a* volo, niſi corrigere, *quod pravè agitis*, quantùm poſſum? Et non auxilium meum, niſi in Deo: ſuper eum innixus ſum, & ad eum me converto. 89. Et, ò populo meus, *cavete*, ne lucretur vobis ſciſsura *veſtra* à me, ut incidat vobis, ſicut id, quod incidit populo Noe, vel populo Hud, aut populo Saleh. Neque populus Lot eſt à vobis remotus (*nimirùm loco, vel tempore, vel moribus*). 90. Et veniam precamini à Domino veſtro: tùm convertimini ad eum: quippe Dominus meus eſt miſericors, amator. 91. Reſponderunt illi: O Scioaib, non intelligimus multùm de eo, quod dicis, & nos quidem videmus te inter nos tenuem, quòd, ſi non *eſſet nobis curæ* familia tua, certè lapidaviſſemus te, neque tu fuiſſes *b* ſuper nos præpotens. 92. Dixit ille: O populo meus, an familia mea excellentior eſt apud vos, quàm Deus, & poſuiſtis illum poſt à tergo. Certè Dominus meus id, quod facitis eſt circumdans (*ideſt comprehendens*). 93. Et, ò populo meus; operamini juxta ſtatum veſtrum: certè ego operaturus ſum *juxta ſtatum meum*. 94. Mox ſcietis, cui ventura ſit pœna, quæ ignominia afficiat eum, & quis ſit mendax. Et expectate *finem negotii veſtri*: nam ego vobiſcum ero obſervator. 95. Cùm autem veniſſet præceptum noſtrum (*ideſt pœna à nobis illata*) liberavimus Scioaib, & eos, qui crediderant cum eo, per miſericordiam ex nobis, & invaſit eos, qui iniqui erant, ſupplicium *per clamorem Gabrielis*, & apparuerunt manè in domibus ſuis, *mortui* in genua proſtrati. 96. Quaſi nunquam recti ſtetiſſent in illis. An non remotio *à miſericordia ſuit* ipſi Madian, ſicut remotus fuit *ab ea* Themud. 97. Et jam quidem miſimus Moyſem cum ſignis noſtris, & poteſtate manifeſta. 98. Ad Pharaonem, & Primates ejus, & ſecuti ſunt imperium Pharaonis, & non fuit imperium Pharaonis rectum. 99. Antecedet *Pharao* populum ſuum die reſurrectionis, & deſcendere faciet eos in ignem, & infelix erit deſcenſus, quo deſcendetur. 100. Et aſſeclas habuerunt in hoc *mundo* cum maledictione, & die reſurrectionis *habebunt eoſdem cum maledictione*. Miſerum fuit auxilium, quo auxiliatum fuit *eis*. 101. Hoc eſt ex hiſtoriis

Urbium.

a Si.

b es apud nôs excellens.

Urbium: enarramus illud tibi. Ex his *Urbibus* eſt ſtans; & demeſſum (*ideſt nonnullæ ſuperſunt, nonnullæ perierunt*). 102. Et non fuimus iniqui in eos: ſed *ipſi* iniqui fuerunt in animas ſuas: neque profuerunt ipſis Dii eorum, quos invocabant præter Deum, ulla in re, poſtquam venit imperium (*ideſt punitio*) Domini tui, neque addiderunt illis *aliquid*, præter perditionem. 103. Et hujusmodi fuit punitio Domini tui, quandò punivit Civitates, quòd *a* ipſæ eſſent iniquæ: quippe punitio ejus eſt dolorifica, vehemens. 104. Certè in hoc ſanè eſt ſignum (*ideſt exemplum*) ei, qui timuerit pœnam futuri ſæculi. Ille *erit* dies, ad quem congregandi ſunt homines, & ille *erit* dies teſtificatus (*ideſt cujus erunt teſtes, ſeu præſentes omnes creaturæ*). 105. Et non differimus illum, niſi ad terminum *b* computatum (*ideſt præfixum*). 106. Quandò venerit *dies illa*, non fiet alloquutio *ulli* animæ, niſi ex permiſſione ejus (*ideſt Dei*). Ex ipſis porrò erit *alius* infelix, *alius* felix. 107. Porrò, qui infelices fuerint, in igne *collocabuntur*: ipſis in eo erit vox vehemens, & vox imbecilla (*ideſt modò vehementiori, modò imbecilliori voce conquerentur*). 108. Perpetuò moraturi ſunt in eo, quandiù permanſerint Cœli, & terra præter id, quod voluerit Dominus tuus *addere præter ignem*: quippe Dominus tuus effector eſt illius, quod vult. 109. Qui verò felicitate donati fuerint, in Paradiſo *collocabuntur*, ſemper moraturi in eo, quamdiù perſeveraverint Cœli, & terra, præter id, quod voluerit *addere huic felicitati* Dominus tuus: donum nunquam auferendum. 110. Ne ergo ſis in dubio de eo, quod colunt illi. Non colunt, niſi quemadmodùm colebant patres eorum anteà, & nos certè reddituri ſumus eis partem eorum non diminutam (*ideſt, plenè puniemus eos*). 111. Et jam quidem dedimus Moyſi Librum *Pentateuchi*: atqui diſſenſum fuit in eo *per varias opiniones*, &, niſi verbum (*ideſt decretum*) præceſſiſſet à Domino tuo, jam deciſum fuiſſet inter eos. Et quidem ipſi ſunt ſanè in dubitatione de eo ſuſpicioſa. 112. Et quidem omnibus certiſſimè rependet Dominus tuus opera ipſorum: ipſe enim de eo, quod operantur, eſt peritus. 113. Stabilis igitur eſto, ſicut præceptum eſt tibi, & *ſtabilis ſit*, qui converſus fuerit tecum, & ne prævaricemini: quippe ipſe in id, quod facitis, eſt inſpiciens. 114. Et, ne inclinetis ad eos, qui iniquè agunt, ne tangat vos Ignis; nam non ſunt vobis, præter Deum, ulli patroni: ideò non adjuvabimini, *ne pereatis*. 115. Et perſolve orationem in duabus extremitatibus diei (*ideſt, mane, & veſpere*) & in parte noctis (*ideſt poſt occaſum ſolis*) quippe bona *opera* abire facient mala. Hæc eſt commonitio reminiſcentibus. 116. Et patienter ſuſtine, quia Deus non ſinet perire mercedem benefacientium. 117. Et nonne fuerunt ex generationibus *ante vos* prædictis reliquis (*ideſt religione, & virtute*) qui prohibebant à corruptione terræ? Sed *non fuerunt hi*, niſi *pauci* ex iis, quos liberavimus, & ſecuti ſunt ii, qui iniqui erant id, in quo deliciis afflui facti fuerant, & fuerunt ſceleroſi. 118. Et non fuit Dominus tuus *talis*, ut perderet urbes cum iniquitate (*ideſt injuſtè*) &, *cùm* cives earum *eſſent* rectè agentes. 119. Et, ſi voluiſſet Dominus tuus, utique poſuiſſet homines gentem unam, *ideſt unius religionis*. Et non ceſſabunt eſſe inter diſcordes *in religione*, niſi illi, quorum miſertus fuerit Dominus tuus, & ad hoc creavit eos, & completum fuit verbum Domini tui: *nimirùm*: Certè implebo Gehennam ex Geniis, & hominibus univerſis. 120. Et *hoc* totum narramus tibi de hiſtoriis legatorum, quo confirmemus cor tuum, & venit ad te de his veritas, & commonitio, & commemoratio fidelibus. 121. Et, dic illis, qui non credunt: Operamini juxta ſtatum veſtrum; nos certè operaturi *ſumus juxta ſtatum noſtrum*. 122. Et expectate *finem operis veſtri*; nos certè erimus expectantes. 123. Et Deo *notum eſt* arcanum Cœlorum, & terræ, & ad eum reducetur negotium totum. Cole ergo illum, & innitere ſuper illum, & non eſt Dominus tuus negligens circa id, quod operamini.

a Et ipſæ erāt.

b numeratū.

NOTÆ.

LVI. *Nulla eſt beſtia, quin ipſe apprehenderit antias ejus.*] Ita exponit Gelal: اى مالكها وقاهر فلا نفع ولا ضرر الّا باذنه وخصّ الناصيـــة بالذكـــر لأن مـــن اخذ بناصيتـــه يكون فى غاية الـــذلّ *Ideſt, dominio, & potentia ſua cohibeat eam, itaut neque proſit, neque noceat, niſi ad nutum ejus. Speciatim autem poſuit antias* (ſeu crines anteriores) *quæ in maribus reperiuntur; quia, qui tenetur per illas, ad extremum ſubjectionis redactus intelligitur.*

LXIX. *Et uxor ejus Sara ſtans riſit*]. Cauſam riſus Saræ affert Gelal استبشارًا بهلاكهم *lætitiam conceptam ex perditione eorum*; Sciliçet Sodomitarum. Eandem cauſam ponit Zamchaſcerius: qui addit, à nonnullis verbum ضحكـــت *riſit*; exponi حاضـــت *menſtrua paſſa eſt*. Jahias allegat Kelebium in hæc verba لما راءت سارة فرق ابراهيم عجبت من فرقه فضحكت وهى لا تدرى مَن القوم: *Cùm vidiſſet Sara Abraham ſeparari ab illis viris, quos ipſa minimè norat, riſit ob talem ſeparationem.*

LXXII. *Diſceptabat nobiſcum pro gente Lot.*] Hanc diſceptationem putat Gelal fuiſſe illam, quæ habetur Geneſis cap. 18. ubi Abraham petit à Deo, utrum propter quinquaginta juſtos indulturus eſſet toti civitati impiæ; tùm utrùm propter quadraginta quinque: tùm utrùm propter quadraginta: tùm utrùm propter triginta: tùm utrùm propter viginti: demùm utrùm propter decem. Sed Gelal ponit primò trecentos juſtos: ſecundò ducentos: tertiò quadraginta: quartò quatuordecim: poſtremò unum. Ita cæcutiunt ſapientes Moslemi in ſacris hiſtoriis alioqui notiſſimis.

LXXIV. *Triſtatus eſt de eis*]. Cauſam triſtitiæ affert Gelal: لانهم حسان الوجوه فى صورة اضياف: *quia erant pulcri facie, in figura hoſpitum*. Hos ſcilicet Sodomitæ venabantur ad nefariam libidinem.

LXXV. *Operabantur malæ.*] Gelal: هى اتيـــان الرجال فى الادبـــار *Præpoſteram libidinem cum viris exercebant.*

LXXVI. *Non eſt nobis in filiabus tuis ullum jus.*] Dictionem Arabicam حق *jus*, vel *debitum*: exponit Gelal حاجة *opus*, vel, *indigentia*.

LXXVIII. *Et ne retrò ſe vertat ex vobis.*] Fortè rectiùs vertas verba Arabica وَلَا يَلْتَفِتْ مِنْكُمْ اَحَدٌ اِلَّا امْرَاَتَكَ اِنَّهُ مُصِيبُهَا مَا اَصَابَهُمْ: *Et ne retrò vertat ſe ex vobis ullus: ſed uxori tuæ certè eventurum eſt id, quod evenerit illis.* Prima interpretatio vera eſt, ſi legas امرأتك cum الرفع: ſecunda, ſi legas امرأتك cum النصب. Quidam ex Moslemis ita nectunt ſententiam: *Perge ergo cum familia tua in parte aliqua noctis, & ne retrò vertatur ex vobis ullus; præter uxorem tuam* (*ideſt, cum uxore tua ne pergas*) *nam eventurum eſt illi, quod evenerit illis*; nempè Sodomitis. De uxore autem Lot, ita Gelal: فقيـــل لم يخرج بها وقيل خرجت والتفتت فقالت واقومـــاه فجاها حجر فقتلها *Dicunt nonnulli, eam non fuiſſe egreſſam cum Lot: nonnulli verò, egreſſam fuiſſe, & retrò converſam dixiſſe: Heu gentem meam! & interim lapide percuſſam interiiſſe.*

LXXIX. *Poſuimus ſublime earum urbium immum earum*] Gelal: بان رفعها جبرئيل الى الســـماء واسقطهـــا مقلوبة الى الارض: *Quia Gabriel elevavit eas urbes ad cælum, & deindè inverſas dejecit ad terram.*

LXXXVI. *Et non voluero adhærere vobis*]. Arabicè: وما اريد اَن اخالفكم الى ما انهيكم عنه الى شهوانكـــم التـــى نهيتكم عنها: Explicat Zamchaſcerius: ان اسبقكم *præcedere vos ad deſideria veſtra, quæ vobis prohibui.*

REFUTATIONES.

I. CUm dicitur, Angelos illos, qui hoſpitum forma aſſumpta ad Abraham diverterant, manus ſuas ad cibos appoſitos non extendiſſe, falſum prorsùs eſt. Imò oppoſitum habetur ex cap. 18. Geneſ. ubi, & oblatum ab Abraham prandium eos acceptaſſe, & appoſitas eſcas comediſſe, apertiſſimè legimus.

II. Falſum item eſt, quod ab Expoſitoribus Moslemis aſſeritur, Saram ex lætitia perditionis Sodomitarum, vel diſceſſionis hoſpitum ab Abraham, riſiſſe, vel menſtrua paſſam fuiſſe. Riſit enim ex eo, quod audivit, promitti ſibi filium: ut patet ex illis verbis Geneſ. cap. 18. quæ dixit Angelus Abrahæ. *Revertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara uxor tua. Quo audito Sara riſit poſt oſtium Tabernaculi.* Et paulò poſt: *Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare riſit Sara, dicens: Num verè paritura ſum anus?* Quòd ſi dicas, Alcoranum etiam hanc cauſam intendiſſe, vel ſaltem non negaſſe: reſpondeo, id dici non poſſe: nam ponit riſum Saræ ante mentionem promiſſionis filii.

III. Præterea, mendacium eſt apertiſſimum, Angelos præcepiſſe Lot, ne educeret ſecum uxorem ſuam: vel, ne ullus retrò ſeſe verteret in itinere præter eam. Oppoſitum prorsùs habemus cap. 19. Geneſ. ubi Angeli dixerunt Lot: *Surge, tolle uxorem tuam, & duas filias*

lias, quas habes. Imò Angeli ipsi *apprehenderunt manum ejus, & manum uxoris, &c. eduxeruntq; eum, & posuerunt extra Civitatem*. Et deindè præceperunt ei nomine omnium suorum, tamquam patri familias: *Noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione*: sine ulla uxoris exceptione. Imò ob hoc ipsum, quòd uxor contra divinum præceptum post terga respexit, *versa est in statuam salis*: non autem lapide percussa occubuit, sicut expositores Moslemi fabulantur, & Alcoranus innuit, dum eodem modo, quo Sodomitæ illam periisse affirmat, nempè lapidum pluvia contritam.

IV. Falsum est, Sodomam, & reliquas Urbes, pluvia lapidum ex luto cocto confectorum, dirutas fuisse: pluvia enim sulphuris, & ignis cœlitùs immissa obrutæ, consumptæque sunt: ut habetur Genes. cap. 19. Quod autem scribitur in Alcorano, Deum ita Urbes illas invertisse, ut domorum fundamenta in sublime elevaret: tecta verò in fundamentorum ima deprimeret: vel, ut exponit Gelal cum aliis Moslemis, Gabrielem Urbes illas in aera elevasse, & ad terram inversas dejecisse, pro figmentis habenda sunt. Licèt enim Hæbraicè sit הפך quod est *subvertere*, seu, quod erat sursum, deorsum collocare: idem tamen verbum significat aliquid in aliam formam mutare: sicut revera hæ Urbes per pluviam ignis, & sulphuris mutatæ sunt: alioquin frustratoria videretur hæc pluvia ignis, vel etiam lapidum, si hujusmodi Urbes ita inversæ fuissent. Omitto hìc aliis ineptiis respondere: satis enim est ad Alcorani falsitatem coarguendam, quòd ita turpiter hallucinetur in iis sacrorum librorum successibus referendis, de quorum veritate nullus unquam dubitavit, utpotè rerum omnibus notissimarum. Neque dici potest, Judæos ea loca corrupisse, cùm nullam hoc faciendi causam habere potuerint: quippe hæc neque ad Mahumetum, neque ad rem in religione controversam spectabant.

سورة يوسف مكيّة مائة واحدى عشر آية

SURA XII.

JOSEPH.

MECCANA:

COMMATUM CENTUM, ET UNDECIM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 الر تلك آيات الكتاب المبين 2 انا انزلناه قرانا عربيا لعلكم تعقلون
4 نحن نقص عليك احسن القصص بما اوحينا اليك هذا القران وان كنت من قبله لمن
الغافلين 5 اذ قال يوسف لابيه يا ابت اني رايت احد عشر كوكبا والشمس والقمر رايتهم
لي ساجدين 6 قال يا بني لا تقصص روياك على اخوتك فيكيدوا لك كيدا ان الشيطان
للانسان عدو مبين 7 وكذلك يجتبيك ربك ويعلمك من تاويل الاحاديث ويتم نعمته عليك
وعلى آل يعقوب كما اتمها على ابويك من قبل ابرهيم واسحق ان ربك عليم حكيم
8 لقد كان في يوسف واخوته ايات للسائلين 9 اذ قالوا ليوسف واخوه احب الى ابينا منا
ونحن عصبة ان ابانا لفي ضلال مبين 10 اقتلوا يوسف او اطرحوه ارضا يخل لكم وجه
ابيكم وتكونوا من بعده قوما صالحين 11 قال قائل منهم لا تقتلوا يوسف والقوه في
غيابة الجب يلتقطه بعض السيارة ان كنتم فاعلين 12 قالوا يا ابانا ما لك لا تامنا على
يوسف وانا له لناصحون 13 ارسله معنا غدا يرتع ويلعب وانا له لحافظون 14 قال اني
ليحزنني ان تذهبوا به واخاف ان ياكله الذيب وانتم عنه غافلون 15 قالوا لئن اكله
الذيب ونحن عصبة انا اذا لخاسرون 16 فلما ذهبوا به واجمعوا ان يجعلوه في غيابة
الجب واوحينا اليه لتنبينهم بامرهم هذا وهم لا يشعرون 17 وجاوا اباهم عشاء يبكون
18 قالوا يا ابانا انا ذهبنا نستبق وتركنا يوسف عند متاعنا فاكله الذيب وما انت بمومن لنا
ولو كنا صادقين 19 وجاوا على قميصه بدم كذب قال بل سولت لكم انفسكم

امرا

أمرا فصبر جميل والله المستعان على ما تصفون ۞ 20 وجاءت سيارة فارسلوا واردهم فادلى
دلوه قال يا بشرى هذا غلام واسروه بضاعة والله عليم بما يعملون ۞ 21 وشروه بثمن بخس
دراهم معدودة وكانوا فيه من الزاهدين ۞ 22 وقال الذي اشتريه من مصر لامرأته اكرمي
مثواه عسى ان ينفعنا او نتخذه ولدا وكذلك مكنا ليوسف في الارض ولنعلمه من تاويل
الاحاديث والله غالب على امره ولكن اكثر الناس لا يعلمون ۞ 23 ولما بلغ اشده اتيناه
حكما وعلما وكذلك نجزي المحسنين ۞ 24 وراودته التي هو في بيتها عن نفسه وغلقت
الابواب وقالت هيت لك قال معاذ الله انه ربي احسن مثواي انه لا يفلح الظالمون ۞
25 ولقد همت به وهم بها لولا ان راى برهان ربه كذلك لنصرف عنه السوء والفحشاء
انه من عبادنا المخلصين ۞ 26 واستبقا الباب وقدت قميصه من دبر والفيا سيدها لدى الباب
قالت ما جزاء من اراد باهلك سوء الا ان يسجن او عذاب اليم ۞ 27 قال هي راودتني
عن نفسي وشهد شاهد من اهلها ان كان قميصه قد من قبل فصدقت وهو من الكاذبين ۞
28 وان كان قميصه قد من دبر فكذبت وهو من الصادقين ۞ 29 فلما راى قميصه قد من
دبر قال انه من كيدكن ان كيدكن عظيم ۞ 30 يوسف اعرض عن هذا
واستغفري لذنبك انك كنت من الخاطئين ۞ 31 وقال نسوة في المدينة امراة العزيز
تراود فتيها عن نفسه قد شغفها حبا انا لنريها في ضلال مبين ۞ 32 فلما سمعت بمكرهن
ارسلت اليهن واعتدت لهن متكا واتت كل واحدة منهن سكينا وقالت اخرج عليهن فلما
راينه اكبرنه وقطعن ايديهن وقلن حاش لله ما هذا بشرا ان هذا الا ملك كريم ۞
33 قالت فذلكن الذي لمتنني فيه ولقد راودته عن نفسه فاستعصم ولئن لم يفعل ما امره
ليسجنن وليكونا من الصاغرين ۞ 34 قال رب السجن احب الي مما يدعونني اليه والا تصرف
عني كيدهن اصب اليهن واكن من الجاهلين ۞ 35 فاستجاب له ربه فصرف عنه
كيدهن انه هو السميع العليم ۞ 36 ثم بدا لهم من بعد ما راوا الايات ليسجننه حتى
حين ۞ 37 ودخل معه السجن فتيان قال احدهما اني اراني اعصر خمرا وقال الاخر اني
اراني احمل فوق راسي خبزا تاكل الطير منه نبئنا بتاويله انا نريك من المحسنين ۞ 38 قال
لا ياتيكما طعام ترزقانه الا نبتاويله قبل ان ياتيكما ذلكما مما علمني ربي اني تركت ملة
قوم لا يومنون بالله وهم بالاخرة هم كافرون ۞ 39 واتبعت ملة اباءي ابرهيم واسحق ويعقوب ما
كان لنا ان نشرك بالله من شيء ذلك من فضل الله علينا وعلى الناس ولكن اكثر
الناس لا يشكرون ۞ 40 يا صاحبي السجن ارباب متفرقون خير ام الله الواحد القهار ۞
41 ما تعبدون من دونه الا اسماء سميتموها انتم واباؤكم ما انزل الله بها من سلطان ان الحكم
الا

الا لله امر الا تعبدوا الا اياه ذلك الدين القيم ولكن اكثر الناس لا يعلمون ۝
41 يا صاحبي السجن اما احدكما فيسقي ربه خمرا واما الاخر فيصلب فتاكل الطير من راسه
قضي الامر الذي فيه تستفتيان ۝ 42 وقال للذي ظن انه ناج منهما اذكرني عند ربك
فانساه الشيطان ذكر ربه فلبث في السجن بضع سنين ۝ 43 وقال الملك اني ارى سبع
بقرات سمان ياكلهن سبع عجاف وسبع سنبلات خضر واخر يابسات يا ايها الملا افتوني
في رويای ان كنتم للرويا تعبرون ۝ 44 قالوا اضغاث احلام وما نحن بتاويل الاحلام
بعالمين ۝ 45 وقال الذي نجا منهما واذكر بعد امة انا انبيكم بتاويله فارسلون ۝
46 يوسف ايها الصديق افتنا في سبع بقرات سمان ياكلهن سبع عجاف وسبع سنبلات خضر
واخر يابسات لعلي ارجع الى الناس لعلهم يعلمون ۝ 47 قال تزرعون سبع سنين دابا فما
حصدتم فذروه في سنبله الا قليلا مما تاكلون ۝ 48 ثم ياتي من بعد ذلك سبع شداد
ياكلن ما قدمتم لهن الا قليلا مما تحصنون ۝ 49 ثم ياتي من بعد ذلك عام فيه يغاث
الناس وفيه يعصرون ۝ 50 وقال الملك ايتوني به فلما جاءه الرسول قال ارجع الى ربك فسله
ما بال النسوة اللتي قطعن ايديهن ان ربي بكيدهن عليم ۝ 51 قال ما خطبكن اذ
راودتن يوسف عن نفسه قلن حاش لله ما علمنا عليه من سوء قالت امراة العزيز الان
حصحص الحق انا راودته عن نفسه وانه لمن الصادقين ۝ 52 ذلك ليعلم اني لم اخنه بالغيب
وان الله لا يهدي كيد الخائنين ۝ 53 وما ابري نفسي ان النفس لامارة بالسوء الا ما رحم
ربي ان ربي غفور رحيم ۝ 54 وقال الملك ايتوني به استخلصه لنفسي فلما كلمه قال
انك اليوم لدينا مكين امين ۝ 55 قال اجعلني على خزاين الارض اني حفيظ عليم ۝
56 وكذلك مكنا ليوسف في الارض يتبوا منها حيث يشاء نصيب برحمتنا من نشاء ولا نضيع
اجر المحسنين ۝ 57 ولاجر الاخرة خير للذين امنوا وكانوا يتقون ۝ 58 وجاء اخوة
يوسف فدخلوا عليه فعرفهم وهم له منكرون ۝ 59 ولما جهزهم بجهازهم قال ايتوني باخ
لكم من ابيكم الا ترون اني اوفي الكيل وانا خير المنزلين ۝ 60 فان لم تاتوني
به فلا كيل لكم عندي ولا تقربون ۝ 61 قالوا سنراود عنه اباه وانا لفاعلون ۝
62 وقال لفتيانه اجعلوا بضاعتهم في رحالهم لعلهم يعرفونها اذا انقلبوا الى اهلهم لعلهم
يرجعون ۝ 63 فلما رجعوا الى ابيهم قالوا يا ابانا منع منا الكيل فارسل معنا اخانا نكتل
وانا له لحافظون ۝ 64 قال هل امنكم عليه الا كما امنتكم على اخيه من قبل
فالله خير حافظا وهو ارحم الراحمين ۝ 65 ولما فتحوا متاعهم وجدوا بضاعتهم ردت اليهم
قالوا يا ابانا ما نبغي هذه بضاعتنا ردت الينا ونمير اهلنا ونحفظ اخانا ونزداد كيل بعير ذلك
كيل

كَيْلٌ يَسِيرٌ ۝ 66 قَالَ لَنْ أُرْسِلَهُ مَعَكُمْ حَتَّىٰ تُؤْتُونِ مَوْثِقًا مِنَ اللَّهِ لَتَأْتُنَّنِي بِهِ إِلَّا أَنْ
يُحَاطَ بِكُمْ فَلَمَّا آتَوْهُ مَوْثِقَهُمْ قَالَ اللَّهُ عَلَىٰ مَا نَقُولُ وَكِيلٌ ۝ 67 وَقَالَ يَا بَنِيَّ لَا تَدْخُلُوا
مِنْ بَابٍ وَاحِدٍ وَادْخُلُوا مِنْ أَبْوَابٍ مُتَفَرِّقَةٍ وَمَا أُغْنِي عَنْكُمْ مِنَ اللَّهِ مِنْ شَيْءٍ إِنِ الْحُكْمُ إِلَّا لِلَّهِ
عَلَيْهِ تَوَكَّلْتُ وَعَلَيْهِ فَلْيَتَوَكَّلِ الْمُتَوَكِّلُونَ ۝ 68 وَلَمَّا دَخَلُوا مِنْ حَيْثُ أَمَرَهُمْ مَا كَانَ
يُغْنِي عَنْهُمْ مِنَ اللَّهِ مِنْ شَيْءٍ إِلَّا حَاجَةً فِي نَفْسِ يَعْقُوبَ قَضَاهَا وَإِنَّهُ لَذُو عِلْمٍ لِمَا عَلَّمْنَاهُ وَلَٰكِنَّ
أَكْثَرَ النَّاسِ لَا يَعْلَمُونَ ۝ 69 وَلَمَّا دَخَلُوا عَلَىٰ يُوسُفَ آوَىٰ إِلَيْهِ أَخَاهُ قَالَ إِنِّي أَنَا أَخُوكَ
فَلَا تَبْتَئِسْ بِمَا كَانُوا يَعْمَلُونَ ۝ 70 فَلَمَّا جَهَّزَهُمْ بِجَهَازِهِمْ جَعَلَ السِّقَايَةَ فِي رَحْلِ أَخِيهِ
ثُمَّ أَذَّنَ مُؤَذِّنٌ أَيَّتُهَا الْعِيرُ إِنَّكُمْ لَسَارِقُونَ ۝ 71 قَالُوا وَأَقْبَلُوا عَلَيْهِمْ مَاذَا تَفْقِدُونَ ۝ 72 قَالُوا
نَفْقِدُ صُوَاعَ الْمَلِكِ وَلِمَنْ جَاءَ بِهِ حِمْلُ بَعِيرٍ وَأَنَا بِهِ زَعِيمٌ ۝ 73 قَالُوا تَاللَّهِ لَقَدْ عَلِمْتُمْ مَا جِئْنَا
لِنُفْسِدَ فِي الْأَرْضِ وَمَا كُنَّا سَارِقِينَ ۝ 74 فَمَا جَزَاؤُهُ إِنْ كُنْتُمْ كَاذِبِينَ ۝ 75 قَالُوا
جَزَاؤُهُ مَنْ وُجِدَ فِي رَحْلِهِ فَهُوَ جَزَاؤُهُ كَذَٰلِكَ نَجْزِي الظَّالِمِينَ ۝ 76 فَبَدَأَ بِأَوْعِيَتِهِمْ
قَبْلَ وِعَاءِ أَخِيهِ ثُمَّ اسْتَخْرَجَهَا مِنْ وِعَاءِ أَخِيهِ كَذَٰلِكَ كِدْنَا لِيُوسُفَ مَا كَانَ لِيَأْخُذَ أَخَاهُ
فِي دِينِ الْمَلِكِ إِلَّا أَنْ يَشَاءَ اللَّهُ نَرْفَعُ دَرَجَاتٍ مَنْ نَشَاءُ وَفَوْقَ كُلِّ ذِي عِلْمٍ عَلِيمٌ ۝
77 قَالُوا إِنْ يَسْرِقْ فَقَدْ سَرَقَ أَخٌ لَهُ مِنْ قَبْلُ فَأَسَرَّهَا يُوسُفُ فِي نَفْسِهِ وَلَمْ يُبْدِهَا لَهُمْ قَالَ أَنْتُمْ
شَرٌّ مَكَانًا وَاللَّهُ أَعْلَمُ بِمَا تَصِفُونَ ۝ 78 قَالُوا يَا أَيُّهَا الْعَزِيزُ إِنَّ لَهُ أَبًا شَيْخًا كَبِيرًا فَخُذْ
أَحَدَنَا مَكَانَهُ إِنَّا نَرَاكَ مِنَ الْمُحْسِنِينَ ۝ 79 قَالَ مَعَاذَ اللَّهِ أَنْ نَأْخُذَ إِلَّا مَنْ وَجَدْنَا مَتَاعَنَا
عِنْدَهُ إِنَّا إِذًا لَظَالِمُونَ ۝ 80 فَلَمَّا اسْتَيْأَسُوا مِنْهُ خَلَصُوا نَجِيًّا قَالَ كَبِيرُهُمْ أَلَمْ تَعْلَمُوا أَنَّ أَبَاكُمْ
قَدْ أَخَذَ عَلَيْكُمْ مَوْثِقًا مِنَ اللَّهِ وَمِنْ قَبْلُ مَا فَرَّطْتُمْ فِي يُوسُفَ فَلَنْ أَبْرَحَ الْأَرْضَ حَتَّىٰ
يَأْذَنَ لِي أَبِي أَوْ يَحْكُمَ اللَّهُ لِي وَهُوَ خَيْرُ الْحَاكِمِينَ ۝ 81 ارْجِعُوا إِلَىٰ أَبِيكُمْ فَقُولُوا يَا أَبَانَا إِنَّ
ابْنَكَ سَرَقَ وَمَا شَهِدْنَا إِلَّا بِمَا عَلِمْنَا وَمَا كُنَّا لِلْغَيْبِ حَافِظِينَ ۝ 82 وَاسْأَلِ الْقَرْيَةَ الَّتِي كُنَّا فِيهَا
وَالْعِيرَ الَّتِي أَقْبَلْنَا فِيهَا وَإِنَّا لَصَادِقُونَ ۝ 83 قَالَ بَلْ سَوَّلَتْ لَكُمْ أَنْفُسُكُمْ أَمْرًا فَصَبْرٌ جَمِيلٌ
عَسَى اللَّهُ أَنْ يَأْتِيَنِي بِهِمْ جَمِيعًا إِنَّهُ هُوَ الْعَلِيمُ الْحَكِيمُ ۝ 84 وَتَوَلَّىٰ عَنْهُمْ وَقَالَ يَا أَسَفَىٰ
عَلَىٰ يُوسُفَ وَابْيَضَّتْ عَيْنَاهُ مِنَ الْحُزْنِ فَهُوَ كَظِيمٌ ۝ 85 قَالُوا تَاللَّهِ تَفْتَأُ تَذْكُرُ يُوسُفَ
حَتَّىٰ تَكُونَ حَرَضًا أَوْ تَكُونَ مِنَ الْهَالِكِينَ ۝ 86 قَالَ إِنَّمَا أَشْكُو بَثِّي وَحُزْنِي إِلَى اللَّهِ وَأَعْلَمُ مِنَ
اللَّهِ مَا لَا تَعْلَمُونَ ۝ 87 يَا بَنِيَّ اذْهَبُوا فَتَحَسَّسُوا مِنْ يُوسُفَ وَأَخِيهِ وَلَا تَيْأَسُوا مِنْ رَوْحِ اللَّهِ إِنَّهُ لَا يَيْأَسُ
مِنْ رَوْحِ اللَّهِ إِلَّا الْقَوْمُ الْكَافِرُونَ ۝ 88 فَلَمَّا دَخَلُوا عَلَيْهِ قَالُوا يَا أَيُّهَا الْعَزِيزُ مَسَّنَا وَأَهْلَنَا الضُّرُّ
وَجِئْنَا بِبِضَاعَةٍ مُزْجَاةٍ فَأَوْفِ لَنَا الْكَيْلَ وَتَصَدَّقْ عَلَيْنَا إِنَّ اللَّهَ يَجْزِي الْمُتَصَدِّقِينَ ۝ 89 قَالَ
هَلْ عَلِمْتُمْ مَا فَعَلْتُمْ بِيُوسُفَ وَأَخِيهِ إِذْ أَنْتُمْ جَاهِلُونَ ۝ 90 قَالُوا أَإِنَّكَ لَأَنْتَ يُوسُفُ قَالَ

أَنَا

أنا يوسف وهذا أخي قد من الله علينا انه من يتق ويصبر فان الله لا يضيع اجر المحسنين ۝
91 قالوا تالله لقد اثرك الله علينا وان كنا لخاطئين ۝ 92 قال لا تثريب عليكم اليوم يغفر
الله لكم وهو ارحم الراحمين ۝ 93 اذهبوا بقميصي هذا فالقوه على وجه ابي يات بصيرا
واتوني باهلكم اجمعين ۝ 94 ولما فصلت العير قال ابوهم اني لاجد ريح يوسف لو لا ان
تفندون ۝ 95 قالوا تالله انك لفي ضلالك القديم ۝ 96 فلما ان جاء البشير القيه على
وجهه فارتد بصيرا قال الم اقل لكم اني اعلم من الله ما لا تعلمون ۝ 97 قالوا يا ابانا
استغفر لنا ذنوبنا انا كنا خاطئين ۝ 98 قال سوف استغفر لكم ربي انه هو الغفور
الرحيم ۝ 99 فلما دخلوا على يوسف اوى اليه ابويه وقال ادخلوا مصر ان شاء الله امنين ۝
100 ورفع ابويه على العرش وخروا له سجدا وقال يا ابت هذا تاويل رويای من قبل
قد جعلها ربي حقا وقد احسن بي اذ اخرجني من السجن وجاء بكم من البدو من بعد
ان نزغ الشيطان بيني وبين اخوتي ان ربي لطيف لما يشاء انه هو العليم الحكيم ۝ 101 رب
قد اتيتني من الملك وعلمتني من تاويل الاحاديث فاطر السموات والارض انت ولي في الدنيا
والاخرة توفني مسلما والحقني بالصالحين ۝ 102 ذلك من انباء الغيب نوحيه اليك وما كنت لديهم
اذ اجمعوا امرهم وهم يمكرون ۝ 103 وما اكثر الناس ولو حرصت بمومنين ۝ 104 وما
تسلهم عليه من اجر ان هو الا ذكر للعالمين ۝ 105 وكاين من اية في السموات والارض
يمرون عليها وهم عنها معرضون ۝ 106 وما يومن اكثرهم بالله الا وهم مشركون ۝
107 افامنوا ان تاتيهم غاشية من عذاب الله او تاتيهم الساعة بغتة وهم لا يشعرون ۝ 108 قل
هذه سبيلي ادعوا الى الله على بصيرة انا ومن اتبعني وسبحان الله وما انا من المشركين ۝
109 وما ارسلنا من قبلك الا رجالا نوحي اليهم من اهل القرى افلم يسيروا في الارض فينظروا
كيف كان عاقبة الذين من قبلهم ولدار الاخرة خير للذين اتقوا افلا تعقلون ۝ 110 حتى
اذا استيئس الرسل وظنوا انهم قد كذبوا جاءهم نصرنا فنجي من نشاء ولا يرد باسنا عن القوم
المجرمين ۝ 111 لقد كان في قصصهم عبرة لاولي الالباب ما كان حديثا يفترى ولكن
تصديق الذي بين يديه وتفصيل كل شيء وهدى ورحمة لقوم يومنون ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. A L. R. 2. Hæc ſunt ſigna libri manifeſti. 3. Nos quidem demiſimus illum lectione Arabica, ut vos intelligeretis *illum*. 4. Nos narrabimus tibi pulcherrimam hiſtoriarum in eo, quod revelavimus tibi hunc Alcoranum. Quòd, ſi fuiſſes ante eum, certè *fuiſſes* ex non curantibus *illam*. 5. Cùm dixiſſet Joſeph Patri ſuo: O Pater mi; certè ego vidi undecim ſtellas, & ſolem, & lunam: vidi eas me adorantes. 6. Reſpondit *Pater*: O filiole mi ne narres viſionem tuam fratribus tuis, ne machinentur tibi inſidias: quipp

Sara-

Satanas eſt homini inimicus manifeſtus. 7. Et ſecundum hoc, *quod vidiſti*, eliget te Dominus tuus, & docebit te de interpretatione novorum ſucceſſuum, & perficiet gratiam ſuam ſuper te, & ſuper familiam Jacob, quemadmodùm perfecit eam ſuper patres tuos anteà, Abraham, & Iſaac. Nam Dominus tuus eſt ſciens, ſapiens. 8. Jam quidem fuerunt in Joſeph, & fratribus ejus ſigna (*ideſt exempla*) perquirentibus (*ideſt diſcere cupientibus ea*). 9. Cùm dixerunt *fratres ejus ad invicem*) certè Joſeph, & frater ejus *Beniamin* dilectiores ſunt apud Patrem noſtrum, quàm nos, & nos ſumus turba (*ideſt multi, ſeu major, & potior pars.*) Certè Pater noſter eſt ſanè in errore manifeſto. 10. Occidite Joſeph, aut amandate eum in terram *aliquam longinquam*, ut vacet vobis facies Patris veſtri (*ideſt, ut diligat vos, neque impediatur ab alieno amore.*) Et eritis poſteà homines recti (*ideſt pœnitentiam hujus peccati agetis*). 11. Dixit dicens (*ideſt quidam*) ex illis: Ne occidatis Joſeph, ſed projicite eum in profunda ciſternæ: colligent eum aliqui viatorum, ſi fueritis *hoc* facientes. 12. Dixerunt; O Pater noſter, quid tibi eſt, *quod* non concredis nobis Joſeph? Et nos ſanè *erimus* illi benè conſulentes. 13. Mitte illum nobiſcum cras, ut liberiùs ſpatietur, & ludat, & nos ſanè *erimus* illum cuſtodientes. 14. Reſpondit *Pater*: Equidem ſanè triſtitia me afficit, quòd abeatis cum eo: nam timeo, ne comedat eum lupus, dùm vos eſtis illum negligentes. 15. Dixerunt: Si comederit eum lupus, & nos erimus agmen *ad eum defendendum*, profectò igitur nos erimus *priores* pereuntes. 16. Cùm autem abiiſſent cum eo, etiam convenerunt, ut ponerent eum in profundis ciſternæ, & revelavimus ei, *dùm eſſet in ciſterna dicentes*: Certè narrabis eis factum eorum hoc; & ipſi non intelligent. 17. Et venerunt ad patrem ſuum veſperè, & flebant. 18. Dixerunt: O Pater noſter: nos certè abieramus præcurrentes nos mutuò, & reliqueramus Joſeph apud utenſilia noſtra, & comedit eum lupus. Sed non eris tu nobis credens, etiamſi ſimus veraces. 19. Et venerunt *oſtendentes* ſuper tunicam ejus ſanguinem falſum. Dixit *Jacob*, atqui aptè compoſuerunt vobis animæ veſtræ negotium. Sed patientia ſpecioſa *neceſſaria eſt mihi*. Et Deus implorandus eſt in auxilium ſuper id, quod refertis. 20. Et venerunt viatores (*ideſt mercatores Madianitæ*) & miſerunt aquatorem ſuum, qui demiſit ſitulam ſuam *in ciſterna, ubi erat Joſeph, & videns ipſum hærentem funi ſitulæ, dùm eam retraheret è ciſterna*, dixit: O lætum nuncium! Hìc eſt puer. Et *fratres ejus* occultabant eum *affirmantes*, *eſſe ſervum ſuum*, *non autem fratrem*, ad lucrandam pecuniam. Deus verò erat ſciens de eo, quod faciebant. 21. Et emerunt eum *Madianitæ* prætio vili, drachmis numeratis (*ideſt viginti argenteis*) & fuerunt in eo ex repudiantibus (*ideſt, quaſi rem projectitiam vix dignati ſunt eum recipere*). 22. Et dixit, qui emerat eum ex Ægypto (*ideſt Putiphar Ægyptius*) uxori ſuæ *Zalichæ*. Honora habitationem ejus (*ideſt honorificè tracta eum*) fortè eveniet, ut ſit utilis nobis, aut adoptemus eum in filium. Atque ita ſtabilivimus locum τῷ Joſeph in terra *Ægypti*: &, ut doceremus eum de interpretatione novorum eventuum: nam Deus eſt prevalens ſuper negotium ſuum (*ideſt potenter facit, quod facere decrevit*): ſed plerique hominum neſciunt *hoc*. 23. Poſtquàm autem pervenit ad robuſtam ætatem ſuam, dedimus ei ſapientiam, & ſcientiam, & ita remuneramus benefacientes. 24. Et expetivit eum illa, cujus ipſe erat in domo, in perſona ipſius (*ideſt libidinosè*) & clauſit Portas, & dixit: Ades huc. Reſpondit Joſeph: Confugium Dei (*ideſt, liberet me Deus ab hoc flagitio*) certè Dominus meus bonam fecit habitationem meam: profectò non proſperabuntur iniquè agentes. 25. Et jam quidem illa ſolicita erat de eo (*ideſt deſtinaverat animo peccare cum eo*) & *ille etiam* ſolicitus erat de ea (*ideſt deſtinaverat animo peccare cum ea, & feciſſet*) niſi vidiſſet manifeſtum ſignum Domini ſui. Ita *egimus cum eo*, ut averteremus ab eo malum, & flagitium: quippe ipſe *erat* ex ſervis noſtris ſinceris. 26. Conatique ſunt ſe invicem præcurrere ad januam: *hic*, *ut fugeret*; *illa*, *ut fugientem apprehenderet*. Et *illa* ſcidit interulam ejus à tergo, & *a* obvium habuerunt Dominum ejus (*ideſt maritum ejus*) juxta portam. Dixit *illa viro ſuo*, quæ merces *debetur* illi, qui expetivit contra uxorem tuam malum, niſi, ut carceri mancipetur, *infligatur ei* pœna dolorifica? 27. Dixit *Joſeph*: Ipſa appetivit me in perſona mea. Teſtificatus eſt autem teſtificans (*ideſt, quidam* de

[a] invenerũt.

fami-

familia ejus *(ideſt uxoris dicens)*: Si interula ejus ſciſſa eſt à parte anteriori; *hæc* vera dicit, & hic eſt ex mendacibus. 28. Si autem interula ejus ſciſſa eſt à parte poſteriori: *hæc* mentita eſt, & hic eſt ex veridicis. 29. Cùm autem vidiſſet *maritus*, *quòd* interula ejus ſciſſa eſſet à parte poſteriori, dixit: Certè hæc eſt ex technis veſtris, *ò fœminæ*: certè technæ veſtræ magnæ ſunt: *Deindè dixit τῷ Joſeph*. 30. Joſeph elonga te ab hac re *(ideſt ſilentio preme illam)* & *tu*, *ò Zalicha* veniam precare pro peccato tuo: nam tu ſanè fuiſti ex peccantibus. 31. Et dixerunt mulieres per civitates: Uxor Excellentiſſimi appetivit puerum ſuum pro perſona ejus *fruenda*; jam incendit præcordia ejus amore: certè nos videmus eam in errore manifeſto. 32. Cùm autem audiſſet *Zalicha* machinationem earum miſit ad eas, & præparavit illis convivium, & dedit unicuique earum cultrum, *& citrum*, *ſeu malum medicum*, *quòd cultro ſcinderent*: & dixit *τῷ Joſeph Egredere*, *& oſtende te* coram eis. Cùm autem vidiſſent eum, magnificaverunt eum, & *adeò in aſpectum illius raptæ ſunt*, *ut pro citro* ſcinderent *cultro* manus proprias, *abſque*
a si: *eo*; *quod animadverterent*. Et dixerunt, Proh Deum: non eſt hic homo: non *a* eſt hic, niſi Angelus venerandus. 33. Dixit *Zalicha*: Hic porrò eſt ille, propter quem culpaſtis me. Et jam porrò concupivi eum pro *fruenda* perſona ejus, & *ille* conſtanter reſtitit. At profectò, ſi non fecerit, quod præcipio ei, ſanè detrudetur in carcerem, & certè erit ex parvis *(ideſt vilibus, & abjectis.)* 34. Dixit *Joſeph*. Domine mi, carcer optabilior eſt mihi, quàm id, ad quod hortantur me *mulieres iſtæ*: ſed, ſi non averteris à me fraudem earum, inclinabo juveniliter ad eas, & ero ex ſtultè agentibus. 35. Exaudivit itaque eum Dominus ſuus, & avertit ab eo fraudem earum: quippe ipſe eſt Auditor, Cognitor. 36. Tùm viſum eſt eis *(ideſt Putiphari, & Conſiliariis ejus)* poſtquàm viderant ſigna *innocentiæ ejus*, ut manciparent eum carceri uſque ad tempus. 37. Et ingreſſi ſunt cum eo carcerem duo juvenes. Dixit unus eorum: Equidem videbar mihi exprimere vinum *ex uvis*. Alter verò dixit: Equidem videbar mihi portare ſupra caput meum panem, ex quo comedebant aves. Expone nobis interpretationem ejus, *quod vidimus*: nos ſanè videmus te eſſe ex benefacientibus. 38. Dixit *eis Joſeph*: Non veniet vobis cibus, quo nutriamini, niſi enarravero vobis interpretationem ejus, antequam veniat ad vos. Hoc *eveniet* ex eo, quod docuit me Dominus meus; nam ego deſerui ſectam gentium, quæ non credunt in Deum, & ipſi futurum ſæculum ſunt abnegantes. 39. Et ſecutus ſum religionem patrum meorum, Abraham, & Iſaac, & Jacob. Non eſt *licitum* nobis, ut aſſociemus in Deo aliquid. Hoc *datum eſt nobis* ex liberalitate Dei ſuper nos, & ſuper homines: ſed plerique hominum non agunt gratias *pro hoc beneficio*. 40. O ſocii mei carceris: an Domini diviſi meliùs ſunt, an Deus unus, prævalens *univerſis*. 41. Non colitis præter eum, niſi nomina, quæ nominaſtis vos, & patres veſtri. Non demiſit Deus circa ea ullam poteſtatem *(ideſt argumentum, aut probationem.)*
b si: *Non b* eſt judicium, niſi Dei: præcepit ne colatis, niſi ipſum. Hæc eſt religio recta; ſed plerique hominum ignorant *eam*. 42. O ſocii mei, carceris: certè unus veſtrum potandum præbebit Domino ſuo vinum: porrò alter crucifigetur, & comedent aves de capite ejus. Deciſa eſt res, de qua doceri poſtulaſtis. Et dixit ei, quem exiſtimavit, quòd eſſet evaſurus ex duobus: Memento mei apud Dominum tuum. At obliviſci fecit eum Satanas recordationem *Joſephi apud* Dominum ſuum. Manſit itaque in carcere aliquot annos. 43. Et dixit Rex *Ægypti*: Equidem videbam ſeptem vaccas pingues; devorabant eas ſeptem macilentæ, & ſeptem ſpicas virides, & alias *ſeptem* arefactas. O Proceres, explicate mihi viſionem meam, ſi eſtis *idonei*, *qui* viſionem interpretemini. 44. reſponderunt: Confuſiones ſomniorum *ſunt*; *hæ* neque nos in interpretationem ſomniorum ſumus edocti. 45. Dixit autem is, qui liberatus fuerat ex duobus: nam recordatus eſt *τῷ Joſeph* poſt aliquot ſpatium temporis: Ego exponam vobis interpretationem ejus: ſed dimitte me. *Dimiſſus autem venit ad Joſeph*, *& dixit ei*. 46. Joſeph, ò verax: doce nos de ſeptem vaccis pinguibus, quas devorabant ſeptem macilentæ, & ſeptem ſpicis viridibus, & aliis *ſeptem* arefactis, ut ego redeam ad homines, quò ipſi ſciant, *quid hæc ſignificent*. 47. Dixit *Joſeph*; Seminabitis ſeptem annos continuos ſequentes. Quod verò meſſueritis, relin-

relinquite illud in ſpica ſua, *quò meliùs conſervetur*; excepto pauco, ex quo comedatis. 48. Deindè venient poſt hoc ſeptem *anni* valdè ſteriles, *qui* conſument, quod præmiſeritis illis (*ideſt, quidquid collegeritis annis præcedentibus*) præter paucum, quod cuſtodieritis. 49. Deindè veniet poſt hoc annus, in quo congluentur homines, & in eo expriment *vina ex uvis*. 50. Et dixit Rex: Adducite eum (*ideſt Joſeph*) ad me. Cùmque veniſſet ad eum (*ſcilicet ad Joſeph*) nuncius, dixit: Revertere ad Dominum tuum, & pete ab eo, quæ fuerit mens mulierum, quæ conciderunt manus ſuas: quippe Dominus meus de techna earum eſt inſtructus. 51. Dixit *Rex mulieribus ante ſe congregatis*: Quodnam fuit negotium veſtrum, cùm concupiviſtis Joſeph pro *fruenda* perſona ejus: Reſponderunt: Procul faceſſat Deus: non novimus de eo, quidquam mali. Dixit uxor Excellentiſſimi (*i. Putipharis*) Nunc patefacta eſt veritas. Ego concupivi eum pro *fruenda* perſona ejus: porrò ille ſanè eſt ex veracibus. 52. *Audiens hoc Joſeph ex relatione aliorum, dixit*: Hoc *mihi pergratum eſt*, ut ſciat *Dominus meus*, quòd ego non deceperim eum in abſentia *ejus*; &, quòd Deus non dirigit techam decipientium. 53. Neque facio innocentem animam meam *à culpa*: nam anima eſt ſanè proclivis *a* ad malum, excepta ea, cujus miſertus fuerit Dominus meus: quippè Dominus meus eſt indultor, miſericors. 54. Et dixit Rex: Adducite ad me illum, faciam eum peculiarem mihi. Cùm ergo alloquutus fuiſſet eum *Rex*, dixit *ei*: Tu ſanè hodie eris apud nos ſtabilis, fidus (*ideſt cui confidam res meas*): 55. Dixit *Joſeph Regi*: Conſtitue me ſuper horrea terræ: ego enim ero cuſtos, ſciens *ea benè ſervare*. 56. Atque ita firmavimus locum τῷ Joſeph in terra *Ægypti*, *ut* aſſumeret ſibi habitationem ex ea, ubi vellet. Impartimur miſericordiam noſtram, cui volumus, & non ſinimus perire mercedem benefacientium. 57. Et quidem merces futuri ſæculi eſt melior, *quàm merces hujus mundi*, iis, qui crediderint, & timuerint *Deum*. 58. Venerunt autem fratres Joſeph, & ingreſſi ſunt ad eum, & *ipſe* cognovit eos: ſed illi eum non *b* cognoverunt. 59. Cùm autem inſtruxiſſet eos commeatu ſuo (*ideſt frumento, & aliis rebus ad iter neceſſariis*) dixit. Adducite mihi fratrem veſtrum *c* ex patre veſtro: nonne videtis, quòd ego compleo menſuram *in frumento vendendo*, & ego ſum optimus hoſpitio excipientium (*vel alimenta præbentium*). 60. Quòd, ſi non adduxeritis mihi eum, non erit menſura *frumenti* vobis apud me, neque appropinquabitis mihi. 61. Reſponderunt: Inſtanter poſtulabimus eum à patre ejus; & nos certè facturi *ſumus hoc*. 62. Dixit autem *Joſeph* pueris ſuis: Ponite pretium eorum, *quod dederunt pro frumento*, in ſarcinis eorum, ut ipſi agnoſcant illud, cùm reverſi fuerint ad familiam ſuam; ut ipſi *ad nos* regrediantur. 63. Cùm autem rediiſſent ad patrem ſuum, dixerunt: O Pater noſter; interdicta eſt nobis menſura (*ideſt emptio frumenti*) *niſi adducamus Beniamin nobiſcum*. Mitte ergo nobiſcum fratrem noſtrum, menſuretur nobis *triticum*, & certè nos erimus illum cuſtodientes. 64. Reſpondit *Pater*: An concredam vobis illum, niſi quomodò concredidi vobis fratrem ejus anteà? *ideſt idem eveniet iſti, ac illi*. Sed Deus erit optimus cuſtos *illius*, & ipſe eſt miſericordiſſimus miſericordium. 65. Cùm autem aperuiſſent ſarcinas ſuas, invenerunt pecuniam ſuam, quæ reddita fuerat illis. Dixerunt: O pater noſter, quid deſideremus *amplius beneficentiæ*? Hæc eſt pecunia noſtra, quæ reddita eſt nobis: *redibimus*, & ememus triticum familiæ noſtræ, & cuſtodiemus fratrem noſtrum; & augebimur menſura *oneris* unius cameli *pro eo*. Hæc menſura facilis *erit ad Regis munificentiam*. 66. Dixit *pater*: Nullo modo dimittam eum vobiſcum, niſi faciatis *d* me ſecurum *cum obligatione* ex parte Dei (*ſcilicet jurando per ipſum*) quòd omninò reducetis ad me illum, niſi *fortè eveniat*, ut obſtaculum *e* fiat vobis *à morte, vel alio caſu*. Cùm igitur exhibuiſſent ei obligationem ſuam, dixit: Deus ſuper id, quod dicimus, eſt procurator *ideſt teſtis*. 67. Et dixit: O filii mei, ne ingrediamini per portam unam *in Urbem*: ſed ingredimini per portas diverſas. Atqui non proderit vobis apud Deum, quidquam *hoc, quod moneo, niſi ipſe vos adjuverit* quippe *f* non eſt judicium, niſi Dei: ſuper eum innixus ſum, & ſuper eum innitantur Innitentes. 68. Cùm autem intraſſent *Urbem regiam*, undè præceperat eis pater ipſorum, non profuit *hoc* illis apud

Deum

الجزء الثالث عشر Pars Decimatertia.

a ſtudioſa in

b cognoſcentes.

c qui eſt vobis;

d detis mihi ſecuritatem à Deo.

e circumveniamini.

f Si.

Deum quidquam: ſed ſolùm indigentiæ (*ideſt deſiderio, quod erat*) in animo Jacobi (*ut ſcilicet ingrederentur per diverſas portas, ne quis eos obſervaret*) ſatisfecit, & quidem ipſe erat ſanè præditus ſcientia eo, quòd docuiſſemus eum, ſed plerique hominum neſciunt. 69. Poſtquam verò ingreſſi ſunt coram Joſeph, excepit ad ſeſe fratrem ſuum *Beniamin*, & dixit: Ego ſanè ſum frater tuus: ne ergo affligaris de eo, quod fecerunt *contra me fratres noſtri*. 70. Cùm autem inſtruxiſſet eos commeatu ſuo (*ideſt ipſis neceſſario ad iter*) poſuit ſcyphum in ſarcina fratris ſui. Deindè, *ubi illi diſceſſiſſent*, inclamavit præco *poſt terga eorum*: O ſocietas viatorum, certè vos ſanè eſtis fures. 71. Dixerunt *illi*, & converſi ſunt retrorſum erga eos, quid quæritis? 72. Reſponderunt *Ægyptii*: Quærimus ſcyphum Regis. Et ei, qui protulerit eum, *dabitur* onus *frumenti* unius cameli, & ego ero de hoc fidejuſſor. 73. Dixerunt *fratres τῦ Joſeph*. Per Deum jam ſanè noſtis, *quòd* non venimus, ut corrumpamus terram, neque fuimus *unquam* fures. 74. Reſponderunt *Ægyptii*: Quænam porrò erit merces illius, *qui ſcyphum furatus eſt, ſi* fueritis mendaces? 75. Reſponderunt *fratres τῦ Joſeph*: retributio ejus, cujus inventus fuerit in ſarcina *ſcyphus, erit, quòd* ipſe ſit recompenſatio ejus (*ideſt, ut tradatur ipſe pro ſcypho*). Ita remuneramus *apud nos* iniqua agentes. 76. Cœpitque *Joſeph ſcrutari* ſaccos eorum, *antequam ſcrutaretur* ſaccum fratris ſui: deindè extraxit eum (*ideſt ſcyphum*) ex ſacco fatris ſui. Ita ſuggeſſimus aſtum *τῶ* Joſeph. Non fuiſſet *ei datum*, ut acciperet fratrem ſuum *in ſervum pro furto* in judicio Regis, niſi voluiſſet Deus, *ut ageret cum eo ſecundum legem judiciariam patris ſui Jacob*. Exaltabimus gradibus, quem voluerimus, & ſuper omnem præditum ſcientia eſt ſciens. 77. Dixerunt *fratres*: Si furatus eſt *Beniamin*, jam furatus eſt frater ejus *Joſeph* anteà. Et celavit hæc Joſeph in animo ſuo, neque manifeſtavit ea illis. Dixit *intra ſe*: Vos eſtis pejores conditione *in furando, quàm ego, & Beniamin*, & Deus eſt ſcientiſſimus de eo, quod *nunc* commemoratis. 78. Dixerunt *fratres ad Joſeph*: O excellentiſſime, certè huic eſt pater ſenex grandævus: accipe ergo unum noſtri loco illius: nos certè videmus, te eſſe ex beneficis. 79. Reſpondit *Joſeph*: Confugium Dei (*ideſt non permittat Deus*) ut accipiamus, niſi, apud quem invenimus utenſile noſtrum: nam nos certè, *ſi id faceremus*, eſſemus ſanè iniqui. 80. Cùm verò deſperaſſent de illo *recuperando*: ſeorſim receſſerunt ad mutuam colloquutionem. Dixit major eorum: An neſcitis, quòd pater veſter jam accepit à vobis obligationem ex *conteſtatione* Dei; & anteà, quid perpetraveritis contra Joſeph? Nullo ergo modo recedam ab *hac* terra, donec permittat mihi pater meus, aut *a* judicium ſuum oſtendat Deus mihi *circa hoc*, & ipſe eſt optimus Judicantium. 81. Revertimini ad patrem veſtrum, & dicite: O Pater noſter, certè filius tuus furtum perpetravit: neque teſtimonium ferimus, niſi de eo, quod novimus, & non fuimus id, *b* quod latebat cuſtodientes (*ideſt non potuimus tibi promiſſa ſervare de eo reducendo, quia quandò promiſimus neſciebamus, illum eſſe furaturum*). 82. Et interroga urbem, in qua fuimus, & ſocietatem mercatorum, cum qua profecti ſumus, & *invenies, quòd* nos certè ſumus veraces. 83. Dixit *eis Pater*: Quin potiùs concinnaverunt vobis animæ veſtræ rem *hanc (ideſt hoc vos confinxiſtis)* ſed patientia pulchra *convenit mihi*: Fortè eveniet, ut Deus reſtituat mihi eos omnes; nam ipſe eſt ſciens, ſapiens. 84. Et avertit ſe ab eis, & dixit: Oh dolorem meum ſuper Joſeph! Et valdè albi facti ſunt oculi ejus præ mærore: ipſe enim erat dolore intimo oppreſſus erat. 85. Dixerunt *filii*: Per Deum, *c* deſines mentionem facere de Joſeph, quandò eris proximus exitio, vel eris ex pereuntibus (*ideſt moribundus, vel mortuus*). 86. Reſpondit *ille*: Equidem conqueror de impotentia doloris mei, & mœrore meo apud Deum, & ſcio *per revelationem* à Deo, quòd *vos* neſcitis. 87. O filii mei, ite, & nuncium explorate de Joſeph, & fratre ejus, &, ne deſperetis de ſpiritu (*ideſt miſericordia*) Dei; Quippe non deſperant de ſpiritu Dei, niſi gentes infideles. 88. Cùm autem ingreſſi fuiſſent coram illo (*ideſt coram Joſeph*) dixerunt; O excellentiſſimè, tetigit nos, & familiam noſtram nocumentum (*ideſt fames*) & venimus cum pecunia exigua, & vili: compl tamen nobis modium, & in eleemoſynam largire nobis *triticum*: nam Deu repen-

a judicet Deus mihi.

b occultum.

c non defines mentionem facere de Joſeph, donec fueris.

rependit mercedem largientibus eleemosynam. 89. Dixit *illis Joseph*: Num nostis, quid feceritis in Joseph, & fratrem ejus, cùm vos essetis ignorantes *illius, quod eventurum erat illi*? 90. Responderunt *illi*: Anne tu es verè Joseph? Dixit *ille*: Ego sum Joseph; & hic (*ideſt Beniamin*) est frater meus. Jam beneficus fuit Deus erga nos. Etenim, qui timuerit *Deum*, & patienter sustinuerit, utique Deus non sinet perire mercedem benefacientium. 91. Dixerunt *fratres*. Per Deum, jam quidem exaltavit te Deus super nos, & *nos* quidem fuimus sanè peccantes. 92. Respondit *Joseph*: Ne sit exprobratio contra vos hodie. Ignoscit Deus vobis: nam ipse est misericordissimus miserantium. 93. Pergite cum interula mea hac, & conjicite eam super faciem patris mei: evadet videns (*ideſt recuperabit visum*) & venite ad me cum familia vestra universa. 94. Cùm verò discessisset societas viatorum *ex Ægypto versus Chanaan*: dixit pater eorum: Equidem sentio odorem Joseph. Nisi putatis me delirare. 95. Responderunt: Per Deum, certè tu es in errore tuo antiquo (*scilicet nimii amoris erga Joseph*). 96. Postquam autem advenit faustus nuncius, *nempe Judas cum interula*, conjecit eam super vultum ejus, & redditus est videns. Dixit: Nonne dixi vobis, quòd ego sciebam ex *revelatione* Dei, quod *vos* nesciebatis? 97. Responderunt *illi*: O Pater noster, precare veniam pro nobis peccatorum nostrorum, nam nos certè fuimus peccantes. 98. Dixit *Jacob*. Mox veniam precabor vobis à Domino meo: ipse enim est Indultor, Misericors. 99. Postquam autem *reversi in Ægyptum*, ingressi sunt coram Joseph, excepit *Joseph* ad sese patres suos (*ideſt patrem, & matrem, seu materteram*) & dixit: Ingredimini Aegyptum, si voluerit Deus, securi. 100. Et exaltavit Patres suos super thronum, & prociderunt illum adorantes *Pater, & mater, & frater ejus*. Et dixit: O pater mi, hæc est interpretatio visionis meæ, *quam vidi* anteà: jam effecit eam Dominus meus veram; & jam beneficus fuit in me, cùm eduxit me de carcere, & adduxit vos *hùc* de loco deserto, *ubi habitabatis sub tentoriis*; postquam excitavit Satanas simultatem inter me, & inter fratres meos: nam Dominus meus *a* est facilis ad id, quod vult: quippe ipse est sciens, sapiens. 101. Domine mi, jam dedisti mihi de Regno, & docuisti me de interpretatione novorum successuum, *quantum tibi placuit*. Conditor Cœlorum, & terræ, tu es patronus meus in hoc mundo, & novissimo sæculo: fac me mori Moslemum, & conjunge me cum Probis. 102. Hoc est ex narrationibus Arcani: revelamus illud tibi, *ò Mahumete*, & non eras apud eos (*ideſt fratres Joseph*) cùm simul convenissent ad negotium suum, & ipsi fraudem struerent *contra Joseph*. 103. Neque plerique hominum, etiamsi avidè cupias, sunt credituri. 104. Neque petes ab eis pro hoc *Alcorano* aliquid mercedis: non est hic, nisi commonitio omnibus *b* creaturis. 105. Et quotquot fuerint signa (*ideſt argumenta unitatis Dei*) in Cœlis, & terra; transibunt juxta ea (*ideſt aspicient illa*) & ipsi erunt ab iis longè recedentes. 106. Et non credunt plerique eorum in Deum, nisi etiam sint associantes *illi alios Deos*. 107. An ergo crediderunt, quòd ventura sit ad ipsos cooperiens (*ideſt afflictio*) ex punitione Dei: aut ventura sit ad eos Hora (*ideſt dies judicii*) repentè; & ipsi *hoc* non considerant? 108. Dic *illis*: Hæc est via mea: Voco ad Deum per evidentem demonstrationem, ego, &, qui sequutus est me, & laus Deo, & non sum ego ex Associantibus. 109. Et non misimus ante te, nisi homines, revelabamus eis, *& misimus eos* ex familia Urbium, *non ex incolis Deserti*. An non peragraverunt *Meccani* terram, & viderunt, quomodò fuerit finis eorum, qui fuerunt ante ipsos? Et quidem domus futuri sæculi melior erit illis, qui pii fuerint, *quàm domus hujus vitæ*: An ergo non intelligitis? 110. Quandò jam desperabant legati, & existimabant, quòd ipsi jam habendi essent mendaces, venit ad eos auxilium nostrum, & salvatus est, quem volebamus: neque aversum est supplicium nostrum ab hominibus sceleſtis. 111. Jam quidem fuit in historiis eorum (*ideſt legatorum*) exemplum ad discendum præditis *c* prudentia. Non est *hic Alcoranus* nova narratio, quæ conficta fuerit mendaciter, sed confirmatio illius, quod *revelatum fuit à Deo* ante eum, distincta explicatio omnis rei *spectantis ad religionem*, & directio, & misericordia hominibus, qui credunt.

a est benignus erga quem vult.

b Mundis.

c habentibus corda.

NOTÆ

NOTÆ.

TItulō Suræ respōndet argumentum ; quod vix alia ulla in Sura reperias. Refertur enim hìc historia Joseph filii Jacob, sed adeò deformata, & tot nugis, ac fabulis admixta, ut vix eam recognoscas. Causam Suræ hanc habe ex Bedavio, & Zamchascerio روى ان علماء اليهود قالوا لكبراء المشركين سألوا محمدًا لما انتقل آل يعقوب من الشام الى مصر وعن قصة يوسف فنزلت : *Fertur, doctores Judæorum dixisse Primatibus Meccanorum: Interrogate Mahumetum, quare translata fuerit familia Jacob ex Syria in Ægyptum: & quænam sit historia Joseph. Tunc verò Deum revelasse hanc Suram Mahumeto*: quam sanè Moslemi magni faciunt ob magnifica promissa ipsius Mahumeti legentibus illam. Is enim, Teste Bedavio dixit: ايما مسلم تلاها وعلمها اهله وما ملكت يمينه هوّن الله عليه سكرات الموت واعطاه القوة ان لا يحسد مسلمًا : *Quotiescunque Moslemus recitaverit eam, aut docuerit eam familiares suos, & servos suos, faciles reddet ei Deus angustias mortis, & dabit ei virtutem, ut non inviteat ulli Moslemo*. Tribuunt etiam ejus lectori præmium generale eorum, qui docent, vel unum Alcorani versiculum, de quo sic idem Bedavius من علّم ولده اية من القران خير له من عبادة سنة صيام نهارها وقيام ليالها وخير له من الف دينار صدقة للفقراء والمساكين : *Qui docuerit filium suum versiculum unum Alcorani, melius erit illi, quàm, si per unum annum quotidie jejunet, & singulis noctibus stationes faciat* (vigilando, & orando) *& melius erit illi, quàm mille denarii eleemosynæ in egenos, & pauperes erogatæ*. Sunt tamen inter ipsos Mahumetanos, qui Suræ hujus fabulas, ac mendacia animadvertentes eam, ut apocrypham, ex Alcorano explodendam esse pronuncient. Inter hos fuere العجاردة *Agiaredítæ*: & الميمونية *Maimunitæ*; duæ sectæ spectantes ad quartam capitalem sectam Mahumetanorum, quæ est الخوارج *Chavaregitarum*.

De locō traditionis Suræ non est controversia. Versiculi, si tres primos characteres adnumeres, centum, ac duodecim inveniuntur. Quidam centum, ac decem tantùm enumerant.

IV. *Nos narrabimus tibi pulcherrimam historiarum*] In quo hæc tanta pulchritudo sita sit, ita exponit Zamchascerius. المراد باحسن الاقتصاص انه اقتص على ابدع طريقة واعجب اسلوب ألا ترى ان هذا الحديث مقتص فى كتب الاولين وفى كتب التواريخ ولا ترى اقتصاصه فى كتاب منها مقاربًا لاقتصاصه فى القران *Dicitur pulcherrima historiarum, quia refertur hæc historia ratione novâ, nec amplius audita, & stylo prorsùs admirabili. Nonne vides hanc historiam referri in libris Primorum, & in libris Annalium? Nec tamen in ullo horum librorum vides referri stylo, qui sit similis stylo, quo in Alcorano narratur.*

* *Fuisses ex non curantibus*] Verbum Arabicum الغافلين *non curantibus*, seu negligentibus, exponit Zamchascerius, & alii الجاهلين *ignorantibus*: ac si dicatur: ان كنت من قبل ايحائنا اليك ما كان لك فيه علم قط : *Si fuisses ante revelationem* factam tibi à nobis, nunquam novisses *hanc historiam*. Sed quomodò scire non poterat, si jam in libris Primorum, & in Annalibus reperiebatur?

V. *Undecim Stellas*] Scribit Giaber relatus à Zamchascerio: يا محمد ان يهوديًا جاء الى النبى ﷺ فقال اخبرنى عن النجوم التى راهن يوسف فسكت ﷺ فنزل جبرايل فاخبره بذلك فقال النبى ﷺ لليهودى ان اخبرتك هل تسلم قال نعم قال جريان والطارق والذيال وقابس وعمودان والفليق والمصبّح والضروح والفرع ووثاب وذو الكنفين : والشمس والقمر نزلت من السماء وسجدن له : فقال اليهودى اى والله انهما لاسمآؤها : *Venisse Judæum quendam ad Mahumetum, & ab eo postulasse, ut undecim stellarum, quas viderat Joseph, nomina, sibi exponeret. Tacuit Mahumetus, eo quòd ea ignoraret: Sed descendens è Cœlo Gabriel, illum de iis admonuit: Mahumetus autem Judæo promittenti, se Moslemum futurum, eadem enarravit. Sunt autem nomina hujusmodi Geriam* (ideſt currens) *Altarec* (ideſt Lucifer) *Aldhial* (ideſt caudata) *Cabes* (ideſt accendens) *Amudan* (ideſt duæ baſes) *Alphalic* (ideſt diviſa) *Almoſabbeh* (ideſt matutina) *Aldharuh* (ideſt ſagittaria) *Alphara* (ideſt crinita) *Vatab* (ideſt ſubſiliens) *& Dhulkanphain* (ideſt duabus alis prædita). *Sol autem, & Luna deſcenderunt è Cœlo, & adoraverunt eum. His auditis, dixit Judæus: Per Deum hæc ſunt earum nomina.*

XIV. *Ne comedat eum lupus*]. Ideò lupum timebat, quia, ut ait Zamchascerius, Jacob رأى فى النوم ان الذيب قد شدّ على يوسف فكان يحذره : *Viderat antè in ſomnis, lupum lacerare Joſeph, & ideò ei cavebat ab illo*. Gelal verò causam affert, وكانت ارضهم كثيرة الذياب : *quia in terra eorum magna erat copia luporum*: sed utrumque sine fundamento.

XV. *Profectò igitur nos erimus priores pereuntes*]. Arabicum verbum خاسرون *pereuntes*, exponit Gelal: عجزون *imbecilles*: ut sensus sit; Nimis imbecilles, & ignavos nos censes, si, cùm tot simus ad eum defendendum, comederit eum lupus; & per consequens comedet etiam nos priùs illo.

XVI.

XVI. *Convenerunt, ut ponerent eum in profundis ciſternæ*]. Ita factum deſcribit Gelal : فعلوا ذلك بان نزعوا قميصه بعد ضربه واهانته وارادة قتله وادلوه فلما وصل الى نصف البئر القوه ليموت فسقط فى الماء ثم اوى الى صخرة فنادوه فاجابهم لظنّ رحمتهم فاراده رضخه بصخرة فمنعهم يهوذا

Fecerunt hoc, expoliantes eum tunica, poſtquam verberibus, & conviciis cumulaſſent, atque etiam interficere tensaſſent. Et demiſerunt eum fune in puteum: cùmque ad medium deveniſſet, laxato fune, ſiverunt eum præcipitem ruere, ut moreretur. Cùm autem in aquam cecidiſſet, arripuit manibus ſaxum, quo ſe ſuper aquas ſuſtineret. Vocaverunt autem eum fratres; ipſe verò reſpondit eis, ſperans ab eis pietatem. At illi voluerunt eum lapidibus deſuper conjectis contundere: ſed prohibuit eos Judas. Addit Zamchaſcerius fabellam : روى ان ابراهيم صّ حين أُلقِىَ فى النار جُرد عن ثيابه واتاه جبرائيل بقميص من حرير الجنة والبسه اياه فدفعه ابراهيم الى اسحق والبسه اسحق الى يعقوب فجعله يعقوب فى تميمة علقها فى عنق يوسف فجاء جبرائيل فاخرجه و البسه ايّاه

Fertur, cùm Abraham projectus fuit in ignem, ſpoliatum fuiſſe veſtibus ſuis: Gabrielem verò attuliſſe ei tunicam factam ex ſerico Paradiſi, eaque illum induiſſe. Porrò Abraham reliquit eandem tunicam Iſaaco, Iſaac verò Jacobo; qui poſuit eam in quodam amuleto, quod alligaverat collo Joſeph filii ſui: ex quo amuleto extraxit eam tunc Gabriel, & eadem veſtivit illum.

XVIII. *Abieramus præcurrentes nos mutuò.*] Zamchaſcerius, & cæteri Expoſitores contendunt, agi hìc de ludo jaculatorio, in quo aliqui jacientes ſagittas, vel jacula, ſeſe invicem præcurrebant. Hæc ſunt Zamchaſcerii verba : كان لعبهم الاستباق والانتضال لينضروا انفسهم بما يحتج اليه لقتال العدو : *Erat ludus eorum præcurrere ſeſe jaculando, ut exercerentur per ludum in eo, quod ſibi auxilio foret, quandò cum hoſte vera ineunda eſſent certamina.* Fingitur itaque fratres occaſione hujus ludi reliquiſſe Joſephum ad cuſtodiam utenſilium, ſeu, ut exponit Gelal, veſtimentorum ſuorum : proindè à lupo devoratum fuiſſe.

XXV. *Niſi vidiſſet manifeſtum ſignum*]. Fuit hoc ſignum, teſte Gelale, qúia مثل له يعقوب فضربته فى صدره فخرجت شهوته من انامله : *apparuit ei quidam in forma Jacob, qui percuſſit eum in pectore, & egreſſa eſt concupiſcentia ejus per extrema digitorum ejus.* Idem ferè habet Jahias, qui explicans utriusq; aſſenſum in flagitium, ait : ولقد همّت به يعنى ما اردته حين اضطجعت له وهم بها يعنى حلّ سراويله. *Et ipſa ſolicita fuit erga eum, innuens, quid voluiſſet, quandò concubuiſſet cum eo. Ille verò anxius fuit de ea ineunda, innuens hoc per ſolutionem femoralium ſuorum.* Eadem habet Zamchaſcerius cum aliquot parergis. Audi ejus verba. وقد فسّرهم يوسف بانه حلّ الهميان وجلس منها مجلس المجامع وبانّه حلّ تكّة سراويله وقعد بين شعبها الاربع وهى مستلقية على قفاه وفسّر البرهان بانه سمع صوتاً اياك واياها فلم يكترث له فسمعه ثانيًا فلم يعمل به فسمع ثالثاً اعرض عنها فلم ينجع فيه حتى مثل له يعقوب عاضًا على انملته وقيل ضرب فى صدره بيده فخرجت شهوته من انامله : وقيل كل ولد يعقوب له اثنا عشر ولدًا الاّ يوسف فانه ولد له احد عشر ولدًا من اجل ما نقص من شهوته حين همّ وقيل صيح به يا يوسف

Exponitur propoſitum Joſeph per hoc, quòd ipſe ſolverit Zonam ſuam, & fecerit ex ea pulvillum, quod inſerviret ad commodius coeundum; & quòd ſolverit adſtrigmentum femoralium ſuorum, & ſederit inter quatuor digitos ejus (ideſt fœminæ) *& ipſa innitebatur ſuper collum ejus* (videtur alludere ad quædam verba Geneſis c. 49. in quibus Thalmudiſtæ fundant ſua dèliria.) *Expoſitio verò ſigni manifeſti* (quod vidit Joſeph) *eſt, quia ipſe audivit vocem dicentem ſibi: Cave tibi, cave tibi ab ea. Sed non curavit eam: audivitque illam ſecundò, nec fecit, quod jubebatur. Tertiò audivit dicentem ſibi: Recede ab ea. Sed nihil profecit in illo, donec apparuit ipſi forma Jacobi mordentis dentibus extremitatem digiti ſui. Alii dicunt, eum percuſſiſſe manu pectus illius, & concupiſcentiam ejus exiſſe per extremitates digitorum ejus. Quamobrem fertur ſingulos filios Jacob habuiſſe duodecim filios, excepto Joſeph, qui habuit tantùm undecim, propter imminutionem concupiſcentiæ ejus, cùm propoſuit flagitium perpetrare. Alii dicunt, vocem factam fuiſſe ad eum. O Joſeph, &c.*

XXVI. *Quæ merces debetur illi?*] Arabicè ما جزاء لمن Poteſt etiam verti ſine interrogatione, affirmativè: Non alia merces debetur illi, &c.

XXVII. *Teſtificatus eſt autem teſtificans*]. Affirmat Gelal, hunc ابن عمها وروى انه كان فى المهد, *filium fuiſſe patrui ejuſdem Zalichæ; & quidam volunt, illum eo tempore fuiſſe infantem in cunabulis.* Eodem modo Zamchaſcerius.

XLII. *Manſit itaque in carcere aliquot annos.*] Arabicè بضع سنين *ſupra tres annos*. Nam بضع ſignificat numerum à tribus uſque ad novem, vel decem. Quamôbrem Gelal: قيل سبعًا وقيل اثنا عشر *ſeptem, vel duodecim annis.*

XLIII. *Et dixit Rex*] Fuit hic Rex, juxta Gelalem: الريان ابن الوليد : *Alrian filius Alvalid.*

LXXVI. *Non fuiſſet ei datum, ut acciperet*]. Erat quippe apud Iſraelìtas lex, ut fingit Gelal, ut eſſet

السارق جزا المسروق لاغير *fur ipſe compenſatio rei furto ablatæ, & non aliud.* Apud Ægyptios verò, eodem authore, pœna furis erat: الضرب وتغريم مثلى المسروق لا الاسترقاق: *flagellatio, & reſtitutio in duplum rei furto ablatæ: non autem mancipatio ipſius furis.*

LXXVII. *Jam furatus eſt frater ejus*] nempe Joſeph, qui, ut ait Gelal من سرق لابى امه صنمًا: ذهبى فكسره: *furatus eſt patri matris ſuæ* (Labano) *idolum aureum, & confregit illud.*

XCIII. *Pergite cum interula mea hac*]. De hac jam ſuperiùs. Addit Gelal: فيه ريح الجنة ولا يلقى على مبتلى الا عوفى *Erat in ea odor Paradiſi, nec ponebatur ſuper ullum morbo affectum, quin ſanaretur.*

XCIV. *Sentio odorem Joſeph*] Gelal: اوصلته اليه الصبا باذنه تعالى من مسيرة ثلاثة ايام او ثمانية او اكثر: *Detulerat hujuſmodi odorem ad illum Eurus ita volente Deo, per diſtantiam itineris trium, vel octo, vel plurium dierum.*

C. *Facilis ad id, quod vult*] Dictio Arabica لطيف propriè eſt, *facilis, benignus, mollis, beneficus.* Quare videtur hìc لما *ad quod*: ſumi pro لمن *erga quem.* Neque hoc inſuetum eſt in lingua Arabica.

CVII. *Cooperiens*] Arabicè غشية: quidam intelligunt divinam ultionem; quidam diem Judicii: quaſi tenebris afflictionis, & mœroris hominum corda ſit cooperitura.

REFUTATIONES.

PLacuit totam hanc fabulam unica ſcena exhibere; quam non immeritò ſapientiores Moslemi, tanquam figmentum ex Alcorano explodendam audacter pronunciant. Si hiſtoriæ de Joſepho, prout à Moyſe refertur, Alcoranicam narrationem comparaveris, hominem monſtruoſum, lacerum, ac mutilum, cum perfectè formato, ac partibus omnibus abſoluto contuleris. Et nihilominùs Zamchaſcerium non pudet aſſerere, Alcoranicæ narrationis excellentiam in hoc præcipuè ſitam eſſe, quod venuſtate, ordine, ſtylo, & aliis hiſtoricis ornamentis reliquas omnes antecellat. Nec videt inſanus, quot aſſumentis, ac fruſtis Expoſitores (inter quos ipſe primarius) Alcorani ſententias, ac verba ſimul connectant, ut poſſint intelligi. Aliter enim Oedipus ipſe in iis intelligendis fruſtra deſudaret. Illud verò impudentiſſimum eſt mendacium, hanc hiſtoriam eſſe من نبا الغيب *ex narrationibus, ſeu geſtis occultis, & ignotis*: itaut Mahumetus ante Alcoranicam revelationem, nullo modo ea reſciſcere potuiſſet. Zamchaſcerius ipſe non volens, Prophetæ ſui mendacium patefacit, dùm Joſephi geſta in Primorum hiſtoriis, & libris Annalium ante Alcoranum extitiſſe fatetur. Quid, quæſo, notius, quid vulgatius, quid magis decantatum in toto terrarum orbe, etiam ante Alcoranicas quiſquilias, quàm Joſephi hiſtoria? At enim habet Alcoranus, neſcio quid amplius, quàm Moyſes: præſertim in eo, quod ſpectat ad Zalicham, & fœminas Ægyptias. Sed ſcias, lector, illa in Thalmude pœnè omnia referri, & ex Hebræorum ore eadem Mahumetum didiciſſe: quæ tamen, quàm falſa, ſpurca, & impia ſint, nemo non videt. Quamvis autem ſuperfluum videatur, aliquid in hac Sura confutare, cùm una ſacræ Geneſeos cum Alcorano collatio, pro omni confutatione ſatis eſſe poſſit, quia tamen non omnibus illa in promptu eſt, placuit hìc utriuſque narrationis inter ſeſe diſcrepantiam, & antilogiam, lectorum oculis breviter exhibere.

I. Referens Alcoranus Joſephi ſomnia, omittit illud, quo ſibi videbatur una cum fratribus in agro manipulos alligare, cum prælatione manipuli ſui ſupra manipulos fratrum. Hic autem non eſt mediocris defectus in eo libro, quem jactant Moslemi librorum omnium perfectiſſimum; & præſertim in hac Sura.

II. Supponit Alcoranus, Joſeph narraſſe ſecundum ſomnium Patri ſuo tantùm, qui prohibuerit eum, ne fratribus ſuis illud narraret. Verùm ex Geneſi patet, fratribus etiam ſuis, & quidem priuſquam Patri, illud narraſſe.

III. In Geneſi non habetur, filios Jacob conqueſtos fuiſſe, niſi de peculiari amore Patris erga Joſeph. At Alcoranus etiam Beniamin admiſcet. Et quamvis illum etiam Pater, utpote natu minimum, peculiari amore fortaſſe diligeret: de hoc tamen fratres querelam habuiſſe non legimus.

IV. Alcoranus ſupponit, Jacobum retinuiſſe Joſephum, ne cum fratribus ad paſcendas oves proficiſceretur; & non niſi multis eorum inſtantiis, eorum conſortio illum permiſiſſe. At verò ex Geneſi habetur oppoſitum, ubi Jacob ultrò filium ſuum miſit ad fratres viſendos, cum quibus etiam habetur, illum quotidianam conſuetudinem in paſcendis pecoribus habuiſſe, in illis verbis cap. 37. *Joſeph paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer, & erat cum filiis Balæ, & Zelphæ uxorum Patris ſui.*

V. Ex Geneſi conſtat, fratres Joſeph, cùm vidiſſent Madianitas tranſire, extraxiſſe illum è ciſterna, in qua nulla erat aqua; & iiſdem mercatoribus vendidiſſe. Alcoranus fingit, mercatores ipſos miſiſſe aquatorem ſuum, ut è ciſterna hauriret aquam: hunc verò in aqua extrahenda, Joſephum etiam per funem attraxiſſe. Quomodò autem fratres Joſeph potuerint eum, ut rem ſuam vendere mercatoribus, quem mercatores ipſi in ciſterna invenerant, tu lector divina. Conantur expoſitores Alcoranum tueri, aſſerentes, fratres Joſeph, cùm vidiſſent eum è ciſterna extractum, accurriſſe, atque illum mancipium ſuum venale eſſe aſſeruiſſe. Miſerum effugium! Reſpondere ſanè poterant Madianitæ: Cur illum in ciſternam projeci-

jeciſtis ? Sanè ut malum, vel inut ilem à vob abjeceratis: jam vobis perierat: nos eum invenimus: res noſtra eſt: cur pretium ex eo, quod noſtrum eſt, exigitis?

VI. Vult Alcoranus, fratres Joſeph attuliſſe ad Patrem tunicam illius, ſanguine fictitio conſperſam. At ex Geneſi manifeſtè habetur, non ipſos per ſe tunicam ad Patrem tuliſſe, ſed alios miſiſſe, qui eam deferrent, ac dicerent, à ſe inventam fuiſſe. Quamobrem patet, ficta etiam eſſe illa, de quibus Jacob cum iiſdem filiis conqueſtus eſt.

VII. Ex fæce Thalmudica (nempe ex Thalmud Babilonico Ord. 3. נשים pag. 36.* ad ea verba Genes. cap. 39. *Accidit quadam die*: hauſit Alcoranus, Joſephum jam animo ſuo deſtinaſſe cum Hera adulterium perpetrare. Apage Rabbinicas ſpurcitias. Apage totam Zalichæ, atque Ægyptiarum fœminarum fabulam. Conſtat ex libro Geneſeos apertiſſimè, caſtiſſimum juvenem ſemper à flagitio tàm execrando abhorruiſſe; ſemper petulantiſſimæ Dominæ poſtulatis conſtanter reſtitiſſe.

VIII. Figmentum, & quidem ridiculum eſt, ſciſſio illa interulæ à parte poſteriori. Veſtis enim, quam apprehendit mulier, non fuit interula, ſeu interius induſium; ſed veſtis exterior, ſeu pallium, quod fugiente Joſeph, integrum in manu feminę remanſit.

IX. Falſum eſt, Zalicham, dùm Joſeph prę-currentem inſequeretur, ad januam obvium habuiſſe maritum; tunc enim, ut conſtat ex Geneſi, maritus domo aberat. Quamobrem Zalicha cum domeſticis primùm de Joſeph conqueſta eſt, deindè marito domum regreſſo, rem, ut confinxerat, narravit, & pallium, quod retinuerat, oſtendit.

X. Aſſerit Alcoranus, Putipharem uxoris dolum, & Joſephi innocentiam ſtatim agnoviſſe, nec aliquid pœnæ in eum ſtatuiſſe. Aſſerit Moyſes oppoſitum: nempe Putipharem uxoris verbis fidem ſtatim adhibuiſſe, & Joſephum in carcerem detruſiſſe. Id verò fingit Alcoranus à Zalicha, & fœminis convivalibus poſteà factum fuiſſe, at non ſine Putipharis, & Conſiliariorum ejus voto, ſi Gelali credimus, quaſi verò Putiphares uxori ſuæ lenonem ageret: & Joſephum, quia illius ſtuprum recuſabat, carcere puniret.

XI. Poſt expoſitum duobus Eunuchis ſomnium (qui non ſimul cum Joſeph, ut fingit Alcoranus, ſed multò poſt in carcerem conjecti ſunt) tranſiere duo anni, poſt quos Joſeph è carcere aductus eſt, ut conſtat ex Geneſi. At Alcoranus ponit بضع سنين: Explicat Gelal سبعاً وقيل اثنا عشر *Septem, vel duodecim.* Jahias ex Cottada سبعا *ſeptem*. Zamchaſcerius vim vocis definit: والبضع ما بين الثلث الي التسع واكثر الاقاويل على انه لبث فيه بضع سنين. *Hæc vox ſignificat numerum inter tres, & novem. Plerique autem affirmant, Joſeph manſiſſe ibi ſeptem annos.* Itaque ſeptem ſaltem annos juxta Alcoranum, ejuſque expoſitores manſit Joſeph in carcere: cùm, juxta Moyſen, duos tantùm annos, vel paulo plus, ibidem exegerit.

XII. Ridiculè prorsùs inducitur Joſeph explicare ſomnia Pharaonis famulo, qui miſſus fuerat ad eum è carcere educendum, cùm è ſacra Hiſtoria habeatur, & ratio ipſa exigat, nonniſi Regi ipſi immediatè explicationem hanc à Joſeph factam fuiſſe. Magis verò ridiculè inducit famulum ipſum ſuadentem Joſepho, ut redeat ad Dominum ſuum, ut exploret ab eo, quæ fuerit mens mulierum in convivio Zalichæ, dùm cultris conciderunt manus ſuas. Putat Zamchaſcerius, *Dominum ſuum*, intelligendum eſſe Deum. Sed ineptè, & contra cæterorum Interpretum explicationem. Suadetur itaque Joſeph à famulo redire ad Dominum ſuum, nempè ad Regem, ad quem nunquam venerat. Famulus verò, ſeu nuncius, qui venerat ad Joſeph, ut ad ſomnia Regis explicanda illum accerſeret: ſuadet ei, ut agat cum Rege de negotio fœminarum. Putat Jahias, hoc factum fuiſſe, ut innocentia, & integritas Joſephi apud Regem conſtaret, quò illi in ſomniorum explicatione majorem fidem adhiberet. Sed nimis violentæ interpretationes hæ ſunt.

XIII. Ex Geneſi habemus, Joſephum conſuluiſſe Pharaoni, ut provideret virum ſapientem, & induſtrium, & præficeret eum terræ Aegypti pro re frumentaria. Alcoranus, Joſephum ipſum ſeſe ultrò Regi obtuliſſe ad hanc curam, pronunciat. Nimis ſui fidentem, imò impudentem, modeſtiſſimum juvenem facit.

XIV. Joſeph remittens prima vice fratres, in Chanaan retinuit pro obſide Beniamini in carcere Simeonem. Ita ex Geneſi. Alcoranus ſupponit, omnes rediiſſe ad Patrem, ea tantùm lege, ut ſi Beniamin non adduxiſſent, negarentur ipſis frumenta.

XV. Ex Geneſi conſtat, nulli fratrum ſeſe Joſeph exhibuiſſe cognoſcendum, niſi poſt ſecundum eorum regreſſum in Regiam, quandò omnibus ſimul ſe manifeſtavit. Alcoranus verò, poſt primum regreſſum, quo Beniamin aductus eſt, ipſi ſe ſtatim Beniamino occultè, & clam ab aliis, propalaſſe pronunciat.

XVI. Ex Geneſi habetur, non Joſephum, ſed miniſtros ejus ſcrutatos eſſe ſaccos fratrum, & inveniſſe ſcyphum aureum in ſacco Beniamin: pro quo furto fratres non ſervitutem, ſed mortem furis, & ſervitutem ſui ipſorum omnium exhibuerunt. In Alcorano ipſemet Joſeph ſaccos ſcrutatur, & ſcyphum invenit: fratres verò ſervitutem tantùm furis pro illius pœna proponunt.

XVII. Contra omnem hiſtoriæ ſacræ veritatem fingit Alcoranus, fratres Joſephi ſecunda vice rediiſſe ad patrem in Chanaan, relicto in Aegypto Beniamin apud Joſeph: & deindè urgente frumenti neceſſitate (quæ revera regreſſus primi cauſa fuit) tertia vice in Ægyptum ad comparandum triticum veniſſe. Confundit ſcilicet Simeonem cum Beniamin; & primum regreſſum verum cum ſecundo fictitio.

XVIII. Introducit Alcoranus Joſeph manifeſtãtem ſe fratribus, cum exprobratione illius, quod fecerant contra ſe, & cõtra Beniamin (quãvis contra

* Vide Bartolac. in Bib. magn. Rabb. p. 3. pag. 509.

Beniamin nihil unquam feciſſent) cum ex oppoſito in Geneſi legamus hanc manifeſtationem factam fuiſſe à Joſeph humaniſſimis verbis, flectu, lachrymiſque permixtis, & cum commemoratione illius, quod contra ſe fecerant, non ad ſcelus exprobandum, ſed ad timorem elevandum. Ita enim loquitur: *Neque durum vobis eſſe videatur, quod vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate hùc miſſus ſum, &c.*

XIX. Falſum prorsùs eſt, quòd Joſepho *exaltaverit parentes ſuos ſuper Thronum*: nam reliquit eos, ut erant antea paſtores ovium, collocans in terra Geſſen: nec ullum munus honorificum in Regno, vel apud Regem eos habere voluit.

Ex dictis, & ex iis, quæ ulteriùs dici poſſent, conſtat quanto mendacio concludatur hęc Sura § 112. *Non eſt hic Alcoranus nova narratio, quę conficta fuerit mendaciter*: ſed *confirmatio illius, quod revelatum fuit à Deo ante eum*. Videt nimirùm unuſquiſque quàm diſſormia, ac diſſona, imò quàm contraria, & adverſa ſint ea, quæ in hac præſertim Sura habet Alcoranus, & ea, quæ in ſacris ſcripturis ante eum traditis reperiuntur. Vide ea, quæ in prod. p. 4 cap. ult. pag. 125. circa hanc Suram dicta ſunt,



سورة

سورة الرعد مكيّة خمس واربعون آية

SURA XIII.

TONITRU.

MECCANA:

COMMATUM QUADRGINTAQUINQUE.

بسم الله الرحمن الرحيم ❋

1 الٓمٓرٰ ۚ تلك ايٰت الكتٰب ۗ والذي انزل اليك من ربك الحق ولٰكن اكثر
الناس لا يومنون ۝ 3 الله الذي رفع السموٰت بغير عمد ترونها ثم استوى على العرش
وسخر الشمس والقمر ۖ كل يجري لاجل مسمى ۚ يدبر الامر يفصل الايٰت لعلكم بلقاء ربكم
توقنون ۝ 4 وهو الذي مد الارض وجعل فيها رواسي وانهرا ۖ ومن كل الثمرٰت جعل فيها
زوجين اثنين ۖ يغشي الليل النهار ۚ ان في ذلك لايٰت لقوم يتفكرون ۝ 5 وفي الارض
قطع متجٰورٰت وجنٰت من اعنٰب وزرع ونخيل صنوان وغير صنوان ۖ يسقى بماء واحد ۚ ونفضل
بعضها على بعض في الاكل ۚ ان في ذلك لايٰت لقوم يعقلون ۝ 6 وان تعجب فعجب قولهم ءاذا
كنا ترٰبا ءانا لفي خلق جديد ۝ 7 اولٰيك الذين كفروا بربهم ۖ واولٰيك الاغلٰل في اعنٰقهم ۖ
واولٰيك اصحٰب النار ۖ هم فيها خٰلدون ۝ 8 ويستعجلونك بالسيية قبل الحسنة وقد خلت من قبلهم المثلٰت ۗ
وان ربك لذو مغفرة للناس على ظلمهم ۖ وان ربك لشديد العقاب ۝ 9 ويقول الذين كفروا
لا انزل عليه ايۃ من ربه ۗ انما انت منذر ولكل قوم هاد ۝ 10 الله يعلم ما تحمل كل انثى
وما تغيض الارحام وما تزداد ۖ وكل شيء عنده بمقدار ۝ 11 عٰلم الغيب والشهادة الكبير
المتعال ۝ 12 سواء منكم من اسر القول ومن جهر به ومن هو مستخف بالليل وسارب
بالنهار ۝ 13 له معقبٰت من بين يديه ومن خلفه يحفظونه من امر الله ۗ ان الله لا يغير ما بقوم
حتى يغيروا ما بانفسهم ۗ واذا اراد الله بقوم سوء فلا مرد له ۚ وما لهم من دونه من وال ۝
14 هو الذي يريكم البرق خوفا وطمعا وينشيء السحاب الثقال ۝ 15 ويسبح الرعد

بحمده والملايكة من خيفته ويرسل الصواعق فيصيب بها من يشاء وهم يجادلون في الله وهو
شديد المحال ۞ 16 له دعوة الحق والذين يدعون من دونه لا يستجيبون لهم بشيء الا
كباسط كفيه الى الماء ليبلغ فاه وما هو ببالغه وما دعاء الكافرين الا في ضلال ۞
17 ولله يسجد من في السموات والارض طوعا وكرها وظلالهم بالغدو والاصال ۞ 18 قل من
رب السموات والارض قل الله قل افاتخذتم من دونه اولياء لا يملكون لانفسهم نفعا ولا ضرا
قل هل يستوي الاعمى والبصير ام هل تستوي الظلمات والنور ام جعلوا لله شركاء خلقوا
كخلقه فتشابه الخلق عليهم قل الله خالق كل شيء وهو الواحد القهار ۞ 19 انزل من
السماء ماء فسالت اودية بقدرها فاحتمل السيل زبدا رابيا ومما توقدون عليه في النار ابتغاء
حلية او متاع زبد مثله كذلك يضرب الله الحق والباطل فاما الزبد فيذهب جفاء واما ما
ينفع الناس فيمكث في الارض كذلك يضرب الله الامثال ۞ 20 للذين استجابوا لربهم
الحسنى والذين لم يستجيبوا له لو ان لهم ما في الارض جميعا ومثله معه لافتدوا به
اولايك لهم سوء الحساب ومأويهم جهنم وبيس المهاد ۞ 21 افمن يعلم انما انزل اليك من
ربك الحق كمن هو اعمى انما يتذكر اولوا الالباب ۞ 22 الذين يوفون بعهد الله ولا ينقضون
الميثاق ۞ 23 والذين يصلون ما امر الله به ان يوصل ويخشون ربهم ويخافون سوء الحساب ۞
24 والذين صبروا ابتغاء وجه ربهم واقاموا الصلوة وانفقوا مما رزقناهم سرا وعلانية ويدرون بالحسنة
السيية اولايك لهم عقبى الدار ۞ 25 جنات عدن يدخلونها ومن صلح من ابايهم وازواجهم
وذرياتهم والملايكة يدخلون عليهم من كل باب ۞ 26 سلام عليكم بما صبرتم فنعم عقبى
الدار ۞ 27 والذين ينقضون عهد الله من بعد ميثاقه ويقطعون ما امر الله به ان يوصل
ويفسدون في الارض اولايك لهم اللعنة ولهم سوء الدار ۞ 28 الله يبسط الرزق لمن
يشاء ويقدر وفرحوا بالحيوة الدنيا وما الحيوة الدنيا في الاخرة الا متاع ۞ 29 ويقول الذين
كفروا لولا انزل عليه اية من ربه قل ان الله يضل من يشاء ويهدي اليه من اناب ۞
30 الذين امنوا وتطمين قلوبهم بذكر الله الا بذكر الله تطمين القلوب ۞ 31 الذين امنوا
وعملوا الصالحات طوبى لهم وحسن مأب ۞ 32 كذلك ارسلناك في امة قد خلت من
قبلها امم لتتلوا عليهم الذي اوحينا اليك وهم يكفرون بالرحمن ۞ 33 قل هو ربي لا
اله الا هو عليه توكلت واليه متاب ۞ 34 ولو ان قرانا سيرت به الجبال او قطعت به
الارض او كلم به الموتى بل لله الامر جميعا افلم ييئس الذين امنوا ان لو يشاء الله لهدى
الناس جميعا ولا يزال الذين كفروا تصيبهم بما صنعوا قارعة او تحل قريبا من دارهم حتى ياتي
وعد الله ان الله لا يخلف الميعاد ۞ 35 ولقد استهزي برسل من قبلك فامليت للذين

كفروا

كفروا ثم أخذتهم فكيف كان عقاب ۝ 36 أفمن هو قائم على كل نفس بما
كسبت وجعلوا لله شركاء قل سموهم أم تنبئونه بما لا يعلم في الأرض أم بظاهر من القول
بل زين للذين كفروا مكرهم وصدوا عن السبيل ومن يضلل الله فما له من هاد ۝
37 لهم عذاب في الحيوة الدنيا ولعذاب الآخرة أشق وما لهم من الله من واق ۝ 38 مثل
الجنة التي وعد المتقون تجري من تحتها الانهار أكلها دائم وظلها تلك عقبى الذين اتقوا
وعقبى الكافرين النار ۝ 39 والذين آتيناهم الكتاب يفرحون بما أنزل إليك ومن الأحزاب
من ينكر بعضه قل إنما أمرت أن أعبد الله ولا أشرك به إليه أدعو وإليه مآب ۝ 40 وكذلك
أنزلناه حكما عربيا ولئن اتبعت أهواءهم بعد ما جاءك من العلم ما لك من الله من ولي
ولا واق ۝ 41 ولقد أرسلنا رسلا من قبلك وجعلنا لهم أزواجا وذرية وما كان لرسول أن يأتي
بآية إلا بإذن الله لكل أجل كتاب يمحو الله ما يشاء ويثبت وعنده أم الكتاب ۝ 42 وإما
نرينك بعض الذي نعدهم أو نتوفينك فإنما عليك البلاغ وعلينا الحساب ۝ 43 أولم يروا
أنا نأتي الأرض ننقصها من أطرافها والله يحكم لا معقب لحكمه وهو سريع الحساب ۝
44 وقد مكر الذين من قبلهم فلله المكر جميعا يعلم ما تكسب كل نفس وسيعلم الكفار
لمن عقبى الدار ۝ 45 ويقول الذين كفروا لست مرسلا قل كفى بالله شهيدا بيني
وبينكم ومن عنده علم الكتاب ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. A L. M. R. 2. Hæc ſunt ſigna Libri (*ideſt commata Alcorani*) &, quod demiſſum fuit ad te à Domino tuo, eſt Veritas: ſed plerique hominum non credunt. 3. Deus eſt, qui exaltavit Cœlos ſine columnis *ſuſtinentibus eos*, quas videatis. Deindè adæquavit ſe ſuper Thronum; & adegit ad gratis ſerviendum Solem, & Lunam: Omne currit ad metam *a* conſtitutam. Moderatur rem *omnem*: diſtinctè proponit ſigna *potentiæ ſuæ*; ut vos in occurſum Domini veſtri (*ideſt in diem Reſurrectionis*) certè credatis. 4. Et ipſe eſt, qui extendit Terram; & poſuit in ea montes ſtabiles, & flumina, & ex omnibus fructibus poſuit in ea conjuges duos. Facit, ut cooperiat nox diem. Certè in hoc ſunt ſanè ſigna *unitatis Dei* hominibus, qui recogitant. 5. Et in Terra ſunt partes diſtinctæ, ſibi contiguæ, & horti ex uvis, & ſemen, & palmæ complexæ (*ideſt in plures truncos ex una radice conſurgentes*) & non complexæ (*ideſt ſingulares.*) Irrigantur *hæc omnia* aqua una, & præſtantiora facimus quædam eorum, quàm alia ad veſcendum. Porrò in hoc ſunt ſanè ſigna hominibus, qui intelligunt. 6. Quòd, ſi admiraris, *quòd infideles tibi non credant*; *magis* certè mirum eſt dictum eorum: An poſtquàm fuerimus pulvis, certè nos utique *reſtituendi ſumus* in creaturam novam? 7. Hi ſunt, qui non credunt in Dominum ſuum & hi, catenæ *conjicientur* in colla eorum, & hi erunt habitatores Ignis; ipſi in eo ſemper commoraturi. 8. Et poſtulabunt à te accelerationem mali (*ideſt pœnæ*) ante bonum (*ideſt potiùs, quàm miſericordiæ.*) Et jam præceſſerunt ante eos ſimilia exempla *divinæ vindictæ*. Et quidem Dominus tuus ſanè prædítus eſt indulgentia, erga homines ſuper iniquitatem eorum, & quidem Dominus tuus ſanè eſt vehemens in puniendo. 9. Et dicunt, qui ſunt increduli, *irriſoriè*:

a nōminatā.

Nonne

Nonne demiſſum fuit ſuper eum (*ideſt Mahumetum*) ſignum à Domino ſuo? Tu certè es prædicator (*ideſt miſſus ad prædicandum, non ad miracula faciendа*) & unicuique genti *datus fuit* director. 10. Deus ſcit, quid *utero* geſtet omnis fœmina: *maſculum*, *an fœmelam*: *ſingulare*, *an geminos*, &, quantum minuantur vulvæ *ex conceptu*; & quantum augeantur *ex illo*, & omnis res apud eum eſt cum menſura. 11. Sciens arcani, & manifeſti: Magnus, Excelſus. 12. Aequalis eſt ex vobis *in ſcientia ejus*, qui celat dictum, &, qui manifeſtat illud, &, qui eſt abſcondens ſeſe in nocte, & ambulans manifeſtè in die. 13. Ipſi (*ideſt homini*) ſunt *Angeli* ſibi mutuo ſuccedentes ante eum, & poſt eum: cuſtodiunt eum ex præcepto Dei. Certè Deus non immutabit, quod eſt in hominibus *gratiæ ſuæ*; donec ipſi immutent id, quod eſt in animabus ſuis *per peccatum*. Cùm autem voluerit Deus in hominibus malum (*ideſt punire illos*) non erit avertens *a* eum; neque erit ipſis præter eum ullus patronus. 14. Ipſe eſt, qui videre facit vos fulgur ad timorem *fulminum*, & ad ſpem *pluviæ*, & producit nubem gravidam *imbre*. 15. Et celebrat TONITRU laudem ejus, & Angeli *laudant eum* ex timore ejus (*ideſt Dei*) & mittit fulmina, & percutit illis, quem vult, & ipſi diſceptant *inter ſe* de Deo, & ipſe eſt robuſtus potentia. 16. Ipſi *convenit* invocatio veritatis (*ideſt non eſt Deus, niſi Deus*) &, qui invocant *Deos* præter eum, non exaudient eos ulla in re, niſi quemadmodùm *exauditur* expandens volas ſuas ad aquam, *quæ eſt in puteo*, *rogans eam*, ut perveniat ad os ſuum, neque ipſa erit perveniens ad illud, & non eſt invocatio infidelium, niſi in errore. 17. Et Deum adorant, quæ ſunt in Cœlis, & terra ſponte, & invitè (*ideſt velint, nolint*) & umbræ eorum, manè, & veſperè. 18. Dic: Quis eſt Dominus Cœlorum, & terræ? Reſponde: Deus. Dic: An ergo accepiſtis præter eum patronos, qui non poſſident ſibi ipſis juvamen, neque nocumentum (*i. qui, nec auxiliari ſibi poſſunt, nec nocere*)? Dic: An æquabuntur cæcus, & videns. Vel an æquabuntur tenebræ, & lux? An poſuerunt Deo ſocios, qui creaverint juxta creationem ejus (*ideſt, ſicut creavit ipſe*) itaut ſimilis ſit creatio apud eos? Dic: eſt creator omnis rei, & ipſe eſt Unus, Prævalens. 19. Demittit è Cœlo aquam, & fluunt torrentes in menſura ſua, & affert fluxus ſpumam ſupernatantem. Et ex eo, quod incendunt in igne *conflantes illud* quærendo *efficere ex eo* monilia, aut ſupellectilem, *oritur* ſpuma ſimilis illi. Ita *parabolicè* proponit Deus veritatem, & vanitatem. Porrò ſpuma abit per rejectionem. Quod autem utile eſt hominibus (*ideſt aqua, vel metalla*) permanet in terra. Ita proponit Deus parobolas. 20. Illis, qui obedierint Domino ſuo, *erit* Optimum (*ideſt Paradiſus*) qui verò non obedierint ei; ſiquidem eſſet ipſis, quod eſt in terra univerſum; &, ſicut illud cum eo (*ideſt aliud tantumdem*) utique redimerent ſeſe (*ideſt redimere eligerent*) cum eo. His erit malum computi (*ideſt non computabuntur eis, niſi mala*) & receptaculum eorum erit Gehenna, & infelix erit lectulus. 21. An ergo, qui ſcit, quòd certè demiſſa fuit ad te à Domino tuo veritas *erit*, ſicut ille, qui eſt cæcus. Certè commonefient prædíti cordibus. 22. Qui adimplent pactum Dei, & non infringunt fœdus. 23. Et, qui conjungunt id, quod præcepit Deus, ut conjungatur, & timent Dominum ſuum, & metuunt malum computi (*ideſt, ne computentur mala opera eorum in die Judicii*). 24. Et, qui patienter ſuſtinuerint ob deſiderium faciei Domini ſui; & ſtare fecerint orationem; & erogaverint ex eo, quod fruendum dedimus illis, occultè, & manifeſtè, & depulerint bonis *operibus* mala: his erit finis Domus (*ideſt præmium Paradiſi*). 25. Horti Eden; introibunt in eos *ipſi*, &, qui probus fuerit ex patribus eorum, & conjugibus eorum, & filiis eorum, & Angeli ingredientur ad eos ex omni porta, *dicentes*. 26. Pax ſuper vos ob id, quod patienter ſuſtinuiſtis, & euge finem domus! (*ideſt felix præmium Paradiſi*). Qui verò infringent fœdus Dei poſt pactum ejus, & abſcindent, quod præcepit Deus, ut conjungatur; & corrumpent terram: his erit maledictio; & his erit malum domus (*ideſt finis infelix in Gehenna*). 28. Deus amplè tribuet proventum, cui voluerit; & anguſtum dabit *illum*, *cui voluerit*. Et lætati ſunt in vita mundana, & non eſt vita mundana præ vita futura, niſi utenſile *exiguum*. 29. Et dicunt,

& illud.

qui

qui ſunt infideles irriſoriè: Nonne demiſſum fuit ſuper eum ſignum à Domino ſuo? Reſponde: Certè Deus errare faciet, quem vult; *nec proderunt ei, quidquam miracula*, & diriget ad ſe eum, qui reſipuerit: *nempe eos*. 30. Qui crediderint, & ſecurè quieverint corda eorum in memoria Dei. Nonne in memoria Dei ſecurè quieſcent corda? 31. Qui crediderint, & fecerint recta beatitudo erit illis, & pulchritudo reditus *in Paradiſum*. 32. Ita miſimus te, *ſicut alios Prophetas*, in gentem, jam præceſſerunt ante eam gentes *aliæ*, ut recitares ſuper eos id, quod revelavimus tibi, & ipſi non credunt in Miſeratorem. 33. Dic: Ipſe eſt Dominus meus: non eſt Deus, niſi ipſe: ſuper eum innixus ſum, & ad eum eſt converſio mea. 34. Et, quamvis aliquis Alcoranus, transferrentur per eum montes, aut ſcinderetur per eum terra; aut loqui fierent per eum mortui, *non tamen Meccani crederent*. Verùm ad Deum *ſpectat hoc* negotium totum. An ergo neſciunt, qui crediderunt, quòd, ſi voluerit Deus, profectò diriget homines univerſos? Et non ceſſabit eos, qui ſunt increduli ferire ob id, quod patraverunt adverſitas: aut *non ceſſabis, tu ò Mahumete, cum exercitu tuo* conſiſtere juxta habitationem eorum (*ideſt Meccam*) donec veniat promiſſio Dei: quippe Deus non adverſatur promiſſioni *ſuæ*. 35. Et jam quidem irriſi ſunt legati ante te; & vitam felicem protraxi illis, qui noluerunt credere. Deindè punivi eos, & quomodò fuit punitio mea? 36. Quis ergo eſt, qui ſit ſtans ſuper omnem animam *obſervans eam* in eo, quod patraverit? Et poſuerunt Deo ſocios. Dic: Nominate eos. An ennarrabitis illi aliquid, quod neſciat in terra? An in apparentia ſermonis *tantùm nominabitis eos*? Atqui adornatus fuit *à Satana* iis, qui ſunt infideles dolus eorum; & averſi ſunt à via *veritatis*. Et quem errare fecerit Deus, non erit illi ullus director. 37. His erit pœna in vita mundana, & quidem pœna alterius vitæ erit miſerabilior, & non erit illis à Deo ullus defenſor. 38. Similitudo Paradiſi, qui promiſſus eſt piis: currunt de ſub illo flumina: cibus ejus eſt perpetuus, & umbra ejus. Hoc erit præmium eorum, qui pii fuerint. Et præmium infidelium erit ignis. 39. Et illi, quibus tradidimus Librum (*ideſt Pentateuchum, & Euangelium*) lætantur de eo, quòd demiſſum eſt ad te (*ideſt Alcorano*). Et ex Convocatis (*ideſt Judeis, & Meccanis*) quidam negant partem ejus. Dic: Utique juſſus ſum, ut ſerviam Deo, & non aſſociem in eo. Ad eum voco, & ad eum erit reditus meus. 40. Et ita demiſimus eum ſententia Arabica (*ideſt Alcoranum idiomate Arabico*). Et profectò, ſi ſectatus fueris deſideria eorum, poſtquam venit ad te *id, quod venit* de ſcientia: non erit tibi à Deo ullus patronus, neque defenſor. 41. Et jam quidem miſimus legatos ante te, & dedimus illis conjuges, & prolem, & non fuit *datum* ulli legato, ut veniret cum ſigno (*ideſt faceret aliquod miraculum*) niſi per conceſſionem Dei. Omni termino liber (*ideſt poſt unamquamque ætatem datus fuit à Deo liber cum legibus*) Delebit Deus *ex eo*, quod voluerit, & firmabit, *quod voluerit*: Et apud eum eſt mater Libri. 42. Porrò, ſi fecerimus, ut tu videas partem illius, quod comminamur illis: ſive fecerimus, ut moriaris *antequam videas illum*: profectò ad te *pertinet tantùm* prædicatio: ad nos verò diſquiſitio. 43. An non viderunt, quòd nos venimus in terram *eorum*, & imminuimus eam ab extremitatibus ejus? Et Deus judicat: non eſt retrovertens judicium ejus, & ipſe eſt velox in computando. 44. Et jam dolosè egerunt, qui fuerunt ante eos: at Deo eſt dolus univerſus. Novit id, quod lucretur omnis anima, & mox ſcient infideles cuinam *futurus ſit* finis Domus (*ideſt præmium Paradiſi*). 45. Et dicent, qui ſunt infideles: Non es miſſus *à Deo*. Reſponde: Sufficit *a* Deus teſtis inter me, & inter vos; & is, apud quem eſt ſcientia Libri (*ideſt ſacrarum ſcripturarum, eſt ſufficiens teſtis.*)

a in Deo.

NOTÆ.

SUræ titulus desumitur ex versiculo 15. ubi tonitru tantummodò nominatur. Circa locum traditionis Suræ non conveniunt Expositores. Jahias autumat, totam Meccæ traditam fuisse, exceptis aliquot verbis versiculi 34. Zamchascerius facit totam Meccanam, Gelal relinquit dubiam. In quibusdam Alcorani exemplaribus inscribitur Medinensis. Nec levius est dissidium in computo versiculorum. Ego quinque super quadraginta enumeravi. Qui hanc Suram legerit, juxta Bedavium, أُعطِى من الاجر عشر حسنات بوزن كل سحاب مضى وكل سحاب يكون الى يوم القيامة ويُعث يوم القيامة من الموفين بعهد الله

Dabitur ei merces decem bonorum operum in pondere omnium nubium, quæ transierunt, & omnium, quæ erunt usque ad diem resurrectionis, & suscitabitur die resurrectionis inter eos, qui fedus Dei adimpleverunt.

I. A. L. M. R. Expedit facilè sesè Gelal ab interpretatione horum caracterum singularium cosuetis verbis الله اعلم بمراده بذلك: *Deus optimè novit, quid sibi voluerit in hoc.* Cæteri pertranseunt.

IV. *Et ex omnibus fructibus posuit in ea conjuges duos*]. Explicat Jahias اى صنفين قال محمد قيل انه نوعين حلوًا وحامضًا *Ideſt, duo genera. Dixit Mohammed: dicitur duas species esse dulce, & acre.*

XIII. *Angeli sibi mutuò succedentes*]. Jahias: قال الحسن هم اربعة املاك ملكان بالليل وملكان بالنهار قال محمد ومعنى معقبت اى ياتى بعضهم بعقب بعض لتكثير الفعل: *Dixit Alhasan: Hi sunt quatuor Angeli: duo in nocte, & duo in die. Dixit Mohammed: dicuntur sibi mutuò succedere: quia alii veniunt post alios ad multiplicationem actionis.*

XV. *Tonitru*]. Gelal: هو ملك موكل بالسحاب يسوقه ملتبسًا يسبح بحمده اى يقول سبحان الله

Hic est Angelus, qui præest Nubibus, & qui agit eas simul confusas: & celebrat laudem ejus: ideſt dicit: Laus Deo.

* *Et ipsi disputant, &c.*] Occasionem horum verborum hanc refert Gelal نزل فى رجل بعث اليه محمد صلعم من يدعوه فقال من رسول وما الله: أمن ذهب ام فضة ام نحاس فنزلت به صاعقة فذهبت بقحف راسه. *Hæc dicta sunt in virum, ad quem miserat Mahumetus quendam, qui vocaret eum ad sectam suam: cui ille respondit: Quis est legatus, & quid est Deus? Est ne ex auro, an ex argento, an ex ære? Et dilapsum è Cælo fulmen feriit eum, & abstulit cranium capitis ejus.*

XXIII. *Et qui conjungunt id, quod præcepit Deus, &c.*] Gelal: من الايمان والرحم وغير ذلك; *quod spectat ad fidem, consanguinitatem, & alia hujusmodi*: ita, ut in his Moslemi sint uniformes, nec sint inter eos Schismata. Jahias تفسير ابن عباس الذى امر الله بان يوصل الايمان بالنبيين كلهم لا يفرق بين احد منهم. *Expositio Ebn-Abbas; Id, quod præcepit Deus, ut conjungatur, est, ut credatur in omnes Prophetas, itaut nullum discrimen fiat inter eos.*

XXXI. *Beatitudo erit ipsis.*] Vox Arabica طوبى potest juxta Gelal esse مصدر من الطيب او شجرة فى الجنة يسير الراكب فى ظلها مائة عام ما يقطعها *derivata à Bono, seu felicitate; vel significare Arborem Paradisi, sub cujus umbra curreret eques centum annos, nec tamen totam percurreret.* Jahias: قال عبد الله بن عبيدة بن عمير طوبى شجرة فى الجنة اصلها فى دار محمد وليست فى الجنة دار ولا غرفة الا غصن منها فى تلك الدار: *Dixit Abdallah filius Obeidæ, filii Omeir: Tuba est arbor in Paradiso, ejus radix, seu truncus est in palatio Mahumeti. Neque est in Paradiso palatium ullum, aut cenaculum, quin pertingat ad illud ramus hujus arboris.*

XXXII. *Et ipsi abnegant Miseratorem*]. Arabica vox الرحمان *Alrahman, Miserator*, est unum ex Nominibus Dei: sed aliqui etiam inter Arabes hoc nomine vocabantur. Audientes igitur Meccani, Mahumetum prædicare Alrahman (inquit Gelal): قالوا وما الرحمان *dicebant: quis est Alrahman.*

XXXIV. *Et quamvis aliquis Alcoranus*]. Gelal: نزل لما قالوا له ان كنت نبيًا فسير جبال مكة واجعل لنا فيها انهارًا وعيونًا لنغرس ونزرع وابعث لنا ابآنا الموتى يكلمونا انك نبى: *Hæc revelata sunt, cùm dixerunt ei. Si tu es Propheta, transfer è sede sua montes Meccæ, & fac, ut ibi scaturiant nobis fontes, & flumina, ut plantare, & serere possimus: & resuscita nobis patres nostros mortuos, ut loquantur nobiscum, & dicant, te esse Prophetam.*

XXXVIII. *Similitudo Paradisi*]. Vox مثل *similitudo* explicatur à Gelal صفة *prædicatum*, seu, *attributum*. Est enim hæresis apud Moslemos, orthodoxos credere ea, quæ in Alcorano de Paradiso dicuntur, esse similitudines, seu metaphoras, sed volunt omnia esse literaliter intelligenda. Jahias etiam exponit: مثل الجنة اى صفتها. *Similitudo Paradisi, ideſt, prædicatum ejus.* Eodem modo Zamchascerius: مثل الجنة اى صفتها التى فى غرابة المثل *Similitudo Paradisi, ideſt prædicatum ejus, quod situm est in excellentia similitudinis.* Nimirùm ita est, vel dicitur similitudo, ut tamen verè, & propriè de Paradiso dicatur. Author الرجاح allegatus ab eodem مثل الجنة جنة تجرى من تحتها الانهار على خلف الوصوف تمثيلاً لما غاب عنها بما يشاهد وقرئ على

غير النسا و التماس الولد: *Dicebant Judæi: Si esset Mahumetus Propheta, certè de aliis esset solicitior, quàm de fœminis, & procreatione liberorum.*

* *Et apud eum est mater Libri*]. Zamchascerius: اصل كل كتاب وهو اللوح المحفوظ لان كل كاين مكتوب فيه: *Radix omnium librorum, nempè Tabula custodita: in ea enim omne ens conscriptum est.* Gelal: اصله الذى لا يغيّر منه شئ وهو ما كتبه فى الازل: *Radix ejus* [Libri] *in qua nihil mutatur; & hoc est illud, quod ipse scripsit in æternitate.*

على ع م امثال الجنة على الجمع اى صفاتها: *Similitudo Paradisi est hortus, sub quo currunt flumina, per reticentiam illius, supra quod cadit prædicatum, & comparatione facta ad illud, quod remotum est à nobis ad id, quod præsens est. Et legit Aly felicis memoriæ: Similitudines Paradisi, in numero plurali; idest, prædicata ejus.*

XLI. *Et dedimus eis conjuges*]. Gelal: نزل لما عيّروه بكثرة النسا: *Revelata sunt hæc, postquam exprobravernnt ei multitudinem uxorum.* Nam, ut ait Jahias: قال اليهود لو كان محمد رسولًا لكان اشغل

REFUTATIONES.

I. NOn video, quomodò probare possit Mahumetus, Deum ex omni genere, seu specie fructuum, duos conjuges, seu duas quasi subspecies produxisse. Vix enim est ulla fructuum species, quæ non contineat sub se plures species subalternas: ut videmus in pyris, malis, ficubus, uvis, &c. Ipsæ autem species subalternæ infimæ nullam habent divisionem. Nam divisio illa Jahiæ in dulce, & acre, seu amarum, videtur satis inepta: nisi fortè pro dulci intelligat id, quod vulgò domesticum: & pro amaro silvestre appellamus. Quamvis non omni fructuum speciei hujusmodi divisio convenire videatur.

II. Iterùm protestatur Mahumetus hìc versic. 9. (& Gelal ingenuè fatetur) non fuisse officii sui facere miracula: &, cùm Meccani ab ipso illa exigerent, nullo modo facere potuisse. Cur ergo Moslemi tot illi prodigia affingunt?

III. Neque solùm negat Mahumetus, se miracula feciisse: sed etiam probare conatur, hujusmodi miracula esse supervacanea. *Deus enim* (inquit) *errare facit, quem vult: & huic* (subdit Gelal) *nihil proderunt miracula ad credendum*. Itaque ociosa prorsùs fuerunt miracula omnia Moysi, Prophetarum, Christi, Apostolorum; & multò magis illa, quæ de Propheta suo Moslemi mentiuntur. Deus enim, vult efficaciter errorem hominum, neque per miracula potest auferri: imò neque poterit per prædicationem. Cur ergo Mahumetus sese نذيرًا *prædicatorem* jactat? Confirmat Alcoranus errorem suum circa hanc peccandi in hominibus inevitabilem necessitatem, & miraculorum inutilitatem versic. 34.

IV. Nisi sapientes Moslemi explicarent Alcoranum versic. 38. meritò redargui posset Mahumetus apud Sonnitas suos, tanquam hæreticus. Hi enim, tanquam rem ex fide divina certissimam, tenent ea, quæ in Alcorano de Paradiso dicuntur: ut flumina, arbores, puellas, palatia, mensas, & alia hujusmodi, literaliter, & prout sonant, esse intelligenda. Quamobrem, dùm hoc loco Mahumetus utitur nomine مثل, *idest similitudinis*; exponunt Glossatores, ut vidimus, صفة *idest prædicatum*, vel attributum. Cæterùm, non est dubium, similitudinem dari, etiam inter ea, quæ sunt ejusdem speciei, ut inter hominem, & hominem, & inter equum, & equum: nec semper referri ad metaphoram, vel allegoriam, quemadmodùm refertur vox Arabica مجاز

V. Cùm Expositores agnoscant apertam in Alcorano contradictionem (alibi enim sæpè affirmat, Judæos, & Christianos invidere Mahumeto munus propheticum, & ægrè ferre, quòd Deus arcana sua illi revelaret; hìc autem versic. 39. asserit, eoldem de hujusmodi Mahumeti prærogativa lætitiam præferre) limitant dictum ad paucos tantùm Judæos, & Christianos, qui avita areligione abjurata, ad Mahumeti partes transierant. Inter hos enumerant Abdalah filium Salam, Caab, & alios Judæos perpaucos: & octaginta circiter ex Christianis, partim ex Nageran, partim ex Aethiopia; At Alcoranus universaliter loquitur.

VI. Cùm Judæi exprobarent Mahumeto turbam uxorum, & miraculorum sterilitatem; quæ duo valdè prophetico muneri repugnabant; ille aliorum Prophetarum exemplo sese tuetur, qui & uxores habuerunt, & miracula nulla, nisi concedente Deo, facere potuerunt. Infirma prorsùs defensio. Nam etiamsi aliqui Prophetæ uxorem habuerint gregem; tamen fœminarum non habuerunt, unica plerumque uxore contenti. Quosdam etiam cælibes semper fuisse, ut Eliam, Elisæum, Danielem, ex sacris litteris apertè colligitur. De Joanne Baptista, & Jesu, quos Moslemi summo in honore, tanquam magnos Prophetas habent, certissimum est, etiam, apud ipsos, perpetuò virgines fuisse. At enim David, & Salomon prophetiæ dono claruere: & nihilominùs plures, imò plurimas uxores habuisse perspectum est. Ad hoc argumentum satis supra respondimus; & in Prodromo p. 4. c. 21. latissimè satisfecimus, Verùm etiamsi concederemus, hosce duos Reges aliquot uxores supra cæteros homines vulgares licitè habuisse; & nihilominùs prophetico spiritu claruisse, debuit ne Mahumetus hos solùm imitari, & cæterorum Prophetarum exempla relinquere? Hebræi ipsi sapientiores delectationes Venereas cum Prophetico spiritu non

non convenire fatentur. Et pro comperto habetur, fœminas quasdam Gentiles, quas Sybillas appellant, propter Virginatem prophetiæ dono à Deo illustratas fuisse. Adde, Mahumetum non facere sese Prophetam communem, ac vulgarem: sed unum ex iis, qui novas leges, novam religionem, Deo jubente tradiderunt, quorum primus fuit Moyses, qui unam tantùm habuit uxorem, cum qua tamen, postquam ad propheticum munus assumptus est, commercium nullum habuisse, Hebræi ipsi fatentur. Secundus fuit Jesus, quem virginem semper fuisse nullus, ne inter Moslemos quidem unquam dubitavit. Producunt Arabes Mahumetum, viginti circiter mulierculârum libidinibus explendis libidine sua assiduè occupatum. Vah Prophetam. Saltem verò miracula aliqua, quemadmodùm Prophetæ alii, patrasset. At enim nullus Propheta miracula patravit, nisi ex Dei concessione. Verùm hoc ipsum inquirimus, cur cæteris Prophetis, non autem Mahumeto facultatem istam Deus concesserit.

VII. Mahumetus ad sectam suam stabiliendam, & ad omnia Alcorani absurda salvanda duo supponit hìc vers. 41. Primum, *Deum omni termino Librum dedisse*: idest dedisse primò Judæis Pentateuchum: deindè Christianis Euangelium: postremò Arabibus Alcoranum. Secundum, *Deum deleviſſe, vel mutaſſe in his libris multa: multa immutata, ac firma reliquisse*. Juxta hanc regulam, ubi Alcoranus aliquid habet, vel Pentateucho, vel Euangelio, vel etiam sibi ipsi contrarium; contendet, hoc esse ex iis, per quæ Deus in his libris opposita delevit, vel mutavit: ita ut per Euangelium, Pentateuchũ; per Alcoranum, Euangelium correxerit, relictis tamen in utroque nonnullis intactis, quæ in Alcorano retenta sunt, ipse etiam Alcoranus pluribus in locis à Deo mutatus sit, deterioribus in meliora recusis. Verùm respondemus; cùm ea, in quibus Alcoranus Pentateucho, & Euangelio adversatur, pertineant, ut plurimùm, ad æternas veritates, vel ad aliquam rem gestam; nullo modo dici posse, à Deo mutata fuisse; non enim potest Deus res hujusmodi mutare. Erunt igitur mendacia, & figmenta Alcorani; in quo etiam plura asseruntur mutata fuisse, de quibus jam suprà dictum est.

سورة ابرهيم مكيّة اثنين وخمسون آية

SURA XIV.

ABRAHAM.

MECCANA:

COMMATUM DUORUM, & QUINQUAGINTA.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 الر كتاب انزلناه اليك لتخرج الناس من الظلمات الى النور باذن ربهم الى
صراط العزيز الحميد 2 الله الذي له ما في السموات وما في الارض وويل للكافرين من
عذاب شديد 3 الذين يستحبون الحيوة الدنيا على الاخرة ويصدون عن سبيل الله ويبغونها
عوجا اولايك في ضلال بعيد 4 وما ارسلنا من رسول الا بلسان قومه ليبين لهم فيضل
الله من يشاء ويهدي من يشاء وهو العزيز الحكيم 5 ولقد ارسلنا موسى بايتنا ان اخرج
قومك من الظلمات الى النور وذكرهم بايام الله ان في ذلك لايات لكل صبار شكور
7 واذ قال موسى لقومه اذكروا نعمة الله عليكم اذ انجيكم من ال فرعون يسومونكم سوء
العذاب ويذبحون ابناءكم ويستحيون نساءكم وفي ذلكم بلا من ربكم عظيم 8 واذ
تاذن ربكم لئن شكرتم لازيدنكم ولئن كفرتم ان عذابي لشديد 9 وقال موسى
ان تكفروا انتم ومن في الارض جميعا فان الله لغني حميد 10 الم ياتكم نبوا
الذين من قبلكم قوم نوح وعاد وثمود والذين من بعدهم لا يعلمهم الا الله جاءتهم رسلهم
بالبينات فردوا ايديهم في افواههم وقالوا انا كفرنا بما ارسلتم به وانا لفي شك مما تدعوننا
اليه مريب 11 قالت رسلهم افي الله شك فاطر السموات والارض يدعوكم ليغفر لكم
من ذنوبكم ويوخركم الى اجل مسمى قالوا ان انتم الا بشر مثلنا تريدون ان تصدونا عما كان
يعبد اباؤنا فاتونا بسلطان مبين 12 قالت لهم رسلهم ان نحن الا بشر مثلكم ولكن الله
يمن على من يشاء من عباده وما كان لنا ان ناتيكم بسلطان الا باذن الله وعلى الله
فليتوكل

فليتوكل المؤمنون ۞ 13 وما لنا ألا نتوكل على الله وقد هدانا سبلنا ولنصبرن على
الله فليتوكل المتوكلون ۞ 14 وقال الذين كفروا لرسلهم لنخرجنكم من أرضنا أو لتعودن
في ملتنا فأوحى إليهم ربهم لنهلكن الظالمين ۞ 15 ولنسكننكم الأرض من بعدهم
ذلك لمن خاف مقامي وخاف وعيد ۞ 16 واستفتحوا وخاب كل جبار عنيد ۞ 17 من
ورائه جهنم ويسقى من ماء صديد ۞ 18 يتجرعه ولا يكاد يسيغه ويأتيه الموت من كل مكان
وما هو بميت ومن ورائه عذاب غليظ ۞ 19 مثل الذين كفروا بربهم أعمالهم كرماد
اشتدت به الريح في يوم عاصف لا يقدرون مما كسبوا على شيء ذلك هو الضلال
البعيد ۞ 20 ألم تر أن الله خلق السموات والأرض بالحق إن يشأ يذهبكم ويأت بخلق
جديد وما ذلك على الله بعزيز ۞ 21 وبرزوا لله جميعا فقال الضعفاء للذين استكبروا إنا كنا
لكم تبعا فهل أنتم مغنون عنا من عذاب الله من شيء قالوا لو هدانا الله لهديناكم سواء
علينا أجزعنا أم صبرنا ما لنا من محيص ۞ 22 وقال الشيطان لما قضي الأمر إن الله وعدكم
وعد الحق ووعدتكم فأخلفتكم وما كان لي عليكم من سلطان إلا أن دعوتكم فاستجبتم لي
فلا تلوموني ولوموا أنفسكم ما أنا بمصرخكم وما أنتم بمصرخي إني كفرت بما أشركتمون من
قبل إن الظالمين لهم عذاب أليم ۞ 23 وأدخل الذين آمنوا وعملوا الصالحات جنات
تجري من تحتها الأنهار خالدين فيها بإذن ربهم تحيتهم فيها سلام ۞ 24 ألم تر كيف
ضرب الله مثلا كلمة طيبة كشجرة طيبة أصلها ثابت وفرعها في السماء 25 توتي أكلها
كل حين بإذن ربها ويضرب الله الأمثال للناس لعلهم يتذكرون ۞ 25 ومثل كلمة خبيثة
كشجرة خبيثة اجتثت من فوق الأرض ما لها من قرار ۞ 26 يثبت الله الذين آمنوا
بالقول الثابت في الحيوة الدنيا وفي الآخرة ويضل الله الظالمين ويفعل الله ما يشاء ۞
27 ألم تر إلى الذين بدلوا نعمة الله كفرا وأحلوا قومهم دار البوار ۞ 28 جهنم يصلونها
وبئس القرار ۞ 29 وجعلوا لله أندادا ليضلوا عن سبيله قل تمتعوا فإن مصيركم إلى
النار ۞ 30 قل لعبادي الذين آمنوا يقيموا الصلوة وينفقوا مما رزقناهم سرا وعلانية من قبل
أن يأتي يوم لا بيع فيه ولا خلال ۞ 31 الله الذي خلق السموات والأرض وأنزل من السماء ماء
فأخرج به من الثمرات رزقا لكم وسخر لكم الفلك لتجري في البحر بأمره وسخر لكم
الأنهار ۞ 32 وسخر لكم الشمس والقمر دائبين وسخر لكم الليل والنهار ۞ 33 وآتيكم
من كل ما سألتموه وإن تعدوا نعمة الله لا تحصوها إن الإنسان لظلوم كفار ۞ 34 وإذ قال
إبرهيم رب اجعل هذا البلد آمنا واجنبني وبني أن نعبد الأصنام ۞ 35 رب إنهن أضللن
كثيرا من الناس ۞ 36 فمن تبعني فإنه مني ومن عصاني فإنك غفور رحيم ۞ 37 ربنا إني
أسكنت

أسكنت من ذريتي بواد غير ذي زرع عند بيتك المحرم ربنا ليقيموا الصلوة فاجعل افيدة من
الناس تهوي اليهم وارزقهم من الثمرات لعلهم يشكرون ۝ 38 ربنا انك تعلم ما نخفي وما
نعلن وما يخفي على الله من شيء في الارض ولا في السماء الحمد لله الذي وهب لي على
الكبر اسمعيل واسحق ان ربي لسميع الدعاء ۝ 39 رب اجعلني مقيم الصلوة ومن ذريتي
ربنا وتقبل دعاء ۝ 40 ربنا اغفر لي ولوالدي وللمومنين يوم يقوم الحساب ۝ 41 ولا تحسبن
الله غافلا عما يعمل الظالمون انما يوخرهم ليوم تشخص فيه الابصار ۝ 42 مهطعين مقنعي
روسهم لا يرتد اليهم طرفهم وافيدتهم هواء ۝ 43 وانذر الناس يوم ياتيهم العذاب فيقول الذين
ظلموا ربنا اخرنا الى اجل قريب ۝ 44 نجب دعوتك ونتبع الرسل اولم تكونوا اقسمتم من
قبل ما لكم من زوال ۝ 45 وسكنتم في مساكن الذين ظلموا انفسهم وتبين لكم
كيف فعلنا بهم وضربنا لكم الامثال ۝ 46 وقد مكروا مكرهم وعند الله مكرهم وان
كان مكرهم لتزول منه الجبال ۝ 47 فلا تحسبن الله مخلف وعده رسله ان الله عزيز
ذو انتقام ۝ 48 يوم تبدل الارض غير الارض والسموات وبرزوا لله الواحد القهار ۝ 49 وترى
المجرمين يومئذ مقرنين في الاصفاد ۝ 50 سرابيلهم من قطران وتغشى وجوههم النار ۝
51 ليجزي الله كل نفس ما كسبت ان الله سريع الحساب ۝ 52 هذا بلاغ للناس ولينذروا
به وليعلموا انما هو اله واحد وليذكر اولوا الالباب ۝

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. A L. R. 2. Liber *eſt hic*, quem demiſimus ad te: ut educeres homines è Tenebris in lucem per voluntatem Domini ipſorum; in viam excellentem, laudatam. 3. Deus eſt, cujus eſt id, quod in Cœlis, &, quod in terra exiſtit, & vęh infidelibus à pœna vehementi. 4. Qui diligunt vitam mundanam ſuper ſęculum noviſſimum, & avertunt à via Dei, & exquirunt eam *a* diſtortè: hi ſunt in errore longinquo. 5. Et non miſimus ullum legatum, niſi cum lingua gentis ſuæ, ut declararet eis *veritatem*. Porrò errare faciet Deus, quem vult, & diriget, quem vult, & ipſe eſt Præpotens, Sapiens. 6. Et jam quidem miſimus Moyſen cum ſignis noſtris, & *diximus ei*: Educ populum tuum de tenebris in lucem, & reduc in mentem illis dies Dei (*ideſt opera Dei, erga varias gentes*). Certè in hoc erunt procul dubio ſigna (*ideſt documenta*) omni patienter ſuſtinenti, gratias agenti. 7. Et, cùm dixit Moyſes populo ſuo: Mementote beneficentiæ Dei erga vos, cùm liberavit vos à familia Pharaonis. Inſignibant vos malo pœnæ, & mactabant filios veſtros, & vivere ſinebant mulieres veſtras: & in hoc fuit probatio à Domino veſtro magna. 8. Et, cùm commonuit *vos* Dominus veſter, *dicens*: Certè, ſi grati fueritis, ſanè augebo vos, at certè, ſi ingrati fueritis, utique pœna mea erit ſanè vehemens. 9. Et dixit Moyſes: ſi infideles fueritis vos, &, qui ſunt in terra univerſi: profectò Deus eſt ſanè dives, laudatus. 10. Nonne pervenit ad vos narratio eorum, qui fuerunt ante vos; gentis, *ſcilicet* Noè, & Aad, & Themud, & eorum, qui fuerunt poſt illos; non novit eos, niſi Deus? Venerunt ad eos legati eorum cum evidentibus argumentis: at *illi* convertebant manus ſuas ad ora *b* ſua, *ut obturarent ea ob indignationem*, & dicebant: Nos ſanè abnegamus id,

a diſtorquere.

b ipſorum.

ad quod *prædicandum* missi estis, & nos certè sumus in dubio de eo, ad quod vocatis nos, suspicioſum. 11. Responderunt legati eorum: An de Deo *potest esse* dubitatio, conditore cœlorum, & terræ, *qui* vocat vos, ut parcat vobis peccata vestra, & differat vos *(ideſt expectet misericorditer)* usque ad terminum præfinitum *mortis*. Dixerunt *illi*; Si vos estis, nisi homines, sicut nos: cupitis avertere nos ab eo, quod colebant patres nostri. Atqui afferte nobis potestatem manifestam *(ideſt probationem per miracula de eo, quod dicitis)*. 12. Responderunt illis legati eorum: *a* nos non sumus, nisi homines, sicut vos: Sed Deus munificus est erga quem voluerit de servis suis, & non est nostrum, ut veniamus ad vos cum potestate (*ideſt cum miraculis*) nisi per concessionem Dei: super Deum igitur innitantur fideles. 13. Et non est nostrum, ut non innitamur super Deum, & jam direxit nobis semitas nostras, & profectò patienter sustinebimus super id, in quo vexaveritis nos: super Deum igitur innitantur Innitentes. 14. Et dixerunt, qui noluerunt credere legatis suis: Certissimè ejiciemus vos è terra nostra: vel certè convertimini ad sectam nostram. Et dixit per revelationem illis Dominus eorum: Certè perdemus iniqua patrantes. 15. Et certè habitare faciemus vos terram post eos. Hoc *concedetur* illi, qui timuerit statum meum, & timuerit comminationem meam. *16.* Et auxilium imploraverunt *legati*, & periit omnis superbus, refractarius. 17. Post eum *aperietur* Gehenna, & potabitur ex aqua purulenta. 18. Sorbebit eam paulatim, & non erit facilè, ut transmittat eam in guttur *ob nauseam*, & veniet ad eum mors ab omni loco, & non erit ipse moriens, & post eum *sequetur* supplicium durissimum. 19. Similitudo eorum, qui non credunt in Dominum suum: opera eorum erunt, sicut cinis: validè *b* insufflavit in eum ventus in die turbinosa: non poterunt ob id, quod operati fuerint, super aliquid *(ideſt aliquid proficere.)* Hic erit error longinquus *(ideſt perditio extrema)*. 20. An non vidisti, quòd Deus creavit cœlos, & terram in veritate? Si voluerit, perire faciet vos, & adducet creaturam novam: neque erit hoc apud Deum arduum. 21. Et comparuerunt coram Deo universi: dixeruntque Imbecilles iis, qui cum fastu se gesserant (*ideſt simpliciores in errorem seducti magistris, & principibus suis.)* Certè nos fuimus vobis assectæ: nunquid ergo vos aversuri estis à nobis de pœna Dei aliquid? Responderunt *Principes*: Si direxisset nos Deus; certè direximus vos. Aequale est nobis, sive impatienter feramus, sive patienter sustineamus: non est nobis aliquid effugii. 22. Et dixit Satanas, postquàm decisum fuit negotium *(ideſt post absolutum judicium, & damnationem)* certè Deus promiserat vobis promissionem veritatis, & *ego etiam* promiseram vobis *mendaciter*: sed fefelli vos: neque fuit mihi super vos aliquid potestatis; *ut cogerem vos*: sed tantummodò invitavi vos, & respondistis mihi *(ideſt obedistis.)* Ne ergo incusetis me: sed incusate vos ipsos. Non *possum* ego adjuvare vos: neque vos adjuvare me. Certè ego non credidi in id, quod associastis me anteà *(ideſt me esse socium Dei, ut putabatis.)* Certè impiis erit pœna discrucians. 23. Et introducti sunt, qui crediderunt, & fecerunt recta, in hortos: currunt de sub ipsis flumina, perpetuò commoraturi in eis per voluntatem Domini sui, salutatio eorum in ipsis *erit*, PAX. 24. An non nosti quomodò proposuerit Deus per parabolam verbum bonum (*ideſt professionem fidei*) sicut arborem bonam: radix ejus stabilis *est in terra*, & rami ejus *extenduntur* in Cœlum. Affert cibum suum omni tempore per voluntatem Domini sui. Proponit autem Deus parabolas hominibus, ut ipsi erudiantur. 25. Similitudo autem verbi mali *(ideſt infidelitatis)* est, sicut arbor mala: evellitur è superficie terræ, *quia non habet firmas radices*; non est illi aliquid stabilitatis. 26. Firmabit Deus eos, qui crediderint per verbum stabile *fidei*: in vita mundana, & in novissimo sæculo; & errare faciet Deus Iniquos, & facit Deus, quod vult. 27. An non animadvertisti eos, qui commutaverunt gratiam Dei in infidelitatem; & descendere fecerunt gentem suam in domum perditionis *(ideſt)* 28. in gehennam? Usturandi ingredientur eam, & infelix erit mansio. 29. Et posuerunt Deo *alios Deos* similes, ut errare facerent *homines* à semita illius. Dic: Fruimini: nam abitio

vestra

a Si non.

b vehemens fertur.

vestra erit ad Ignem. 30. Dic servis meis, qui crediderunt, ut stare faciant orationem, & erogent *in eleemosynam* ex eo, quod in alimentum præbuimus illis, occultè, & manifestè, antequam veniat dies, non erit emptio, & venditio in ea, neque amicitia. 31. Deus est, qui creavit cœlos, & terram; & descendere fecit è cœlo aquam, & eduxit per eam ex fructibus alimentum vobis; & gratis servire coegit vobis naves, ut currant in Mari ad imperium ejus, & subegit gratuitæ servituti vestræ flumina. 32. Et coegit gratis servire vobis solem, & lunam currentes solerter, & gratis coegit servire vobis noctem, & diem. 33. Et dedit vobis de omni re, quam petistis, &, si numeraveritis beneficentiam Dei, non assequemini computum ejus. Certè homo est sanè iniquus, ingratus. 34. Et, cùm dixit Abraham: Domine mi fac hanc regionem *(ideſt Meccam)* securam, & procul amove me, & filios meos, ne colamus idola. 35. Domine mi, certè hæc errare fecerunt multos ex hominibus. 36. Qui ergò sectatus fuerit me: utique *ipse erit* ex me. Sed, qui noluerit obedire mihi: tu certè es indultor, misericors. 37. Domine noster: ego sanè habitare feci ex generatione mea *(ideſt Ismael, & matrem ejus)* in valle non habente semen *(ideſt in Mecca sterili)* propè domum tuam sacratam: Domine noster, ut stare faciant orationem. Fac ergo, ut corda *aliquorum* ex hominibus inclinentur affectu erga illos, & ale eos ex fructibus, ut ipsi gratias agant. 38. Domine noster, tu sanè scis, quod abscondimus, & quod manifestamus, & non latet apud Deum aliquid rei in terra, neque in cœlo. Laus Deo, qui donavit mihi in ætate grandæva Ismael, & Isaac: certè Dominus meus est sanè auditor precationis. 39. Domine mi, fac me observatorem orationis, & *reliquos* ex progenie mea · Domine noster, & suscipe deprecationem meam. Domine noster parce mihi, & genitoribus meis, & Fidelibus die, *in qua* stabit computus *(ideſt in die judicii)*. 40. Ne verò existimes, Deum non curaturum de eo, quod operantur Iniqui. 41. Certè differet eos *impunitos* usque ad diem, *in qua* sursum aspicient oculi. 42. Properantes *erunt homines ad vocem vocantis ad judicium)* elevantes capita sua non retorquebitur ad eos obtutus eorum *(ideſt nullus alium respiciet)* & corda eorum erunt vacua *sensu ob terrorem*. 43. Et comminare hominibus diem, *qua* veniet ad eos pœna. Et dicent, qui iniquè egerint: Domine noster expecta nos usque ad metam vicinam *(ideſt per paucos dies)*. 44. Respondebimus vocationi tuæ *ad fidem*, & sequemur legatos. *Sed dicetur illis*: An, & non jurabatis antea, non fore vobis desitionem? 45. Et habitastis in habitaculis eorum, qui iniquè tractaverunt animas suas: & innotuit vobis, quomodò fecerimus cum eis; & proposuimus vobis parabolas. 46. Et jam machinati sunt dolum suum *(contra Mahumetum)* & apud Deum *(ideſt in scientia Dei)* erat dolus eorum, ut destrueret eum: Etiamsi fuisset dolus eorum, *tàm potens*, ut emoverentur *è suis sedibus* per eum Montes. 47. Nullo ergo modo existimes, Deum adversaturum promissioni suæ *factæ* legatis suis: nam Deus est præpotens; habens *vim* ad ultionem. 48. Die *quadam* commutabitur terra *a* in non terram, & cœli *b* *in non cœlos*, & properabunt *homines è sepulchris* ad Deum, Unum, Victorem. 49. Et videbis sceleſtos die illa constrictos in manicis, & compedibus. 50. Interulæ eorum erunt ex pice, & cooperiet vultus eorum ignis. 51. Ut rependat Deus omni animæ *mercedem illius*, quod operata est: quippè Deus velox est in computo *ineundo*. 52. Hæc est annunciatio hominibus; &, ut commoneantur per eam; &, ut sciant, quòd ipse est sanè Deus unus; &, ut commonefiant præditi cordibus.

a in aliam terram.
b in alios Cœlos.

NOTÆ.

QUia in hac Sura nonnulla de Abraham fabulosa, tanquam per transitum referuntur, ideò ab illius nomine Titulum accepit. Meccana communiter censetur. Excipiunt quidam versiculos vigesimum septimum, & vigesimum octavum. Versus duos, & quinquaginta plerique enumerant; aliqui ad quatuor, vel quinque supra quinquaginta extendunt. Qui Suram legerit أُعطِىَ من الاجر عشر حسنات بعدد من عبد الاصنام وعدد من لم يعبد *habebit pro mercede decem bona, juxta numerum eorum, qui coluerunt idola, & eorum, qui non coluerunt.*

VII. *Insignibant vos malo pœnæ*] ideſt inſigni pœna vos afflictabant. Hoc autem faciebant, inquit Gelal:

لقول بعض الكهنة ان مولودًا من بنى اسرايـيـل يكون سبب ذهاب مُلك فرعون *ob dictum cujuſdam Arioli, quod puer, qui naſceretur ex filiis Iſrael, futurus eſſet cauſa exterminii Regno Pharaonis.*

XVII. *Poſt eum*] Arabicè من ورايه exponit Gelal: امامه *ante eum*, ſeu *coram eo*. Poteſt etiam ſignificare من خلفه *poſt eum*, ſeu à tergo ejus. Et quidam referunt ad ipſum hominem: quidam verò ad id, quod præceſſit: ut ſenſus ſit, بعد ذلـك *poſt hoc*.

* *Aqua ſanioſa*] Gelal: هو ماء يسيـل من جوف اهل النار مختلطًـا بالقيح و الدم: *hæc eſt aqua, quæ fluit ex ventre damnatorum, commixta humore purulento, & ſanguine.*

XXI. *Et comparuerunt coram Deo*]. Agitur hìc de ſupremi Judicii die. Mahumetus verò, ut Prophetam ſe venditet, Prophetas ſæpè imitatur in temporum permutatione, ut patet hoc loco, ubi futurum pro præterito eſt intelligendum.

XXVI. *Firmabit Deus eos, qui crediderunt*]. Juxta Gelal, hæc firmatio in præſenti vita eſt كلمـة التوحيد *Verbum Unificationis*: nimirùm formula illa ſolennis لا اله الا الله *Non eſt Deus, niſi Deus*. Per الاخرة, ideſt *alteram vitam*, ſeu ſæculum noviſſimum intelligit القبـر, ideſt *ſepulcrum*, quandò ſcilicet ſepultis jam hominum corporibus يسالهم الملكان عن ربهم ودينهم و نبيهم فيجيبون بالصواب كما فى حديث الشيخين و يضل الله الظالمين الكفـار فلا يهتدون للجواب بالصواب بل يقولون لا ندرى كما فى الحديث: *interrogabunt eos duo Angeli* [Nokir, & Monkir] *de Domino, religione, & Propheta ipſorum: & ipſi reſpondebunt rectè, & convenienter: ut habetur in narratione duorum ſeniorum. Et errare faciet Deus impios, infideles, & non dirigentur ad reſponſionem convenientem: Sed dicent: Neſcimus. Ita in narratione.* Addit Jahias circa examen hominis fidelis: ثم يُفتح لـه باب الى النار فيقال له انظر هذه النار التى لو انك كنت كذبت صرت اليهـا قد اعاذك الله منهـا: ثم يُفتح لـه باب الى الجنة ثم يقال له هذه الجنة و يعرض عليه منزله فيهـا ثم يوسع له قبره فلا يزال ياتيه من ريح الجنة ويردهـا حتى تاتيه الساعة: *Deindè aperietur ei porta verſus Tartarum, & dicetur ei: Aſpice ignem illum, in quem certè tu abiiſſes ſi fuiſſes infidelis: jam verò Deus te ab eo liberavit. Deindè aperietur illi porta verſus Paradiſum, & dicetur ei: Hic eſt Paradiſus: & oſtendetur ei manſio in eo ſibi præparata. Deindè dilatabitur ei ſepulchrum: neque ceſſabit venire ad eum aura odorifera Paradiſi, quam etiam reſpirabit uſque ad diem reſurrectionis.* Quòd ſi quæras à Moslemis, quomodò hæc de cadavere jam extincto poſſint verificari: reſpondet Zamchaſcerius ex dicto Albrà filii Azeb: ان رسول الله صلعم ذكـر قبض روح المومن ثم يعود روحه الى جسده فياتيـه ملكان فيجلسانه فى قبره *Legatus Dei Mahumetus narravit educi à corpore animam hominis fidelis in morte: deindè redire animam ad corpus ejus in ſepulchro, in quo veniunt ad eum duo Angeli, qui faciunt eum ſedere in eodem ſepulchro, &c.*

XXXVI. *Tu certè es indultor, miſericors*:] ideſt. Tu ignoſces illi, & miſereberis illius. Sed, ut notat Gelal, hoc dixit Abraham, قبل علمه انه تعالى لا يغفر الشرك *antequam ſciret, Deum nullo modo ignoſcere peccatum idololatriæ.*

XXXVII. *Fac ergo, ut corda aliquorum ex hominibus*]. Gelal: قال ابن عباس لو قال أفيدة الناس لحنت اليه فارس و الروم والناس كلهم *Dixit Ebn-abbas: Si dixiſſet, corda hominum abſolutè: certè inclinaſſent ad eum Perſæ, & Romani, & homines univerſi.*

XXXIX. *Parce mihi, & genitoribus meis.*] Gelal: انا قبل ان يتبين له عدواتهما الله: وقيل اسلمت امه وقرئ والدى مفرد او و الدى *Hæc dixit Abraham antequam declaratum fuiſſet illi, genitores ſuos fuiſſe inimicos Dei. Quidam dicunt, matrem ejus Moslemam fuiſſe. Quidam legunt genitori meo*, in ſingulari: *quidam genitoribus meis*, in duali.

XLIV. *An & non jurabatis*]. Verba Alcorani obſcuriſſima ſunt, nempè: الم تكونوا اقسمتم من قبل ما لكم من زوال *An non jurabatis antea: non eſſe de diſceſſu*, vel, *deſitione*? Explicant Gelal, Jahias, & Zamchaſcerius: اقسمتم انكم باقون فى الدنيـا لا تزالون بالموت و الفناء وقيل لا تنتقلون الى دار الاخرة يعنى كفرهم بالبعث *Jurabatis, vos perſeveraturos eſſe in hoc mundo, neque deſituros per mortem, & conſumptionem, Vel juxta aliorum explicationem: non eſſe transferendos ad ignem futuri ſeculi. Et ſignificatur per hoc, eos abnegaſſe reſurrectionem.* Ego verò mihi perſuadeo, hunc eſſe ſenſum legitimum verborum Alcorani: *An & non jurabatis antea* hoc idem, quod nunc promittitis? Sed *non* erit *vobis deſitio*, ſeu ceſſatio, vel abitio ab hoc igne. Ea verò, quæ ſequuntur, ſunt dicta non à Deo, vel ab Angelis pro damnatis: ſed à Mahumeto ad Meccanos.

XLVI. *Etiamſi fuiſſet dolus eorum*]. Gelal accipit particulam إن pro ما in ſenſu negandi: ut idem ſit ac, & non fuit dolus eorum talis, ut per eum moverentur è ſuis ſedibus montes.

XLVIII. *Commutabitur terra in non terram*]. Poteſt etiam verti: *in aliam terram*: quemadmodùm *in non Cœlos*, verti poteſt *in alios cœlos*. Utranque verſio-

versionem probat Gelal his verbis فيحشر الناس على ارض بيضا نقية كما فى حديث الصحيحين وروى مسلم حديث سئل ﷺ اين الناس يومئذ قال على الصراط *Congregabuntur homines super terram candidam, æquam, ac puram, quemadmodum habetur ex narratione duorum seniorum: & refert Moslem, interrogatum Prophetam Mahumetum, ubi constituri essent homines illa die respondisse, constituros esse super Sorati*: de quo superiùs dictum est.

LI. *Velox est in computo ineundo.*] Idest, velocissimè universos discutiet, & judicabit; nam, ut ait Gelal: يحاسب جميع الخلق قدر نصف نهار من ايام الدنيا *rationem exiget ab omnibus creaturis spatio dimidiæ diei ex diebus hujus mundi*. Atque adeo tam brevi temporis intervallo absolvetur supremum judicium.

REFUTATIONES.

I. Nihil magis distat à veritate, quàm quòd per Alcoranum educti sint homines è tenebris in lucem. Hoc sanè effecit Christus per Euangelium, per quod universum mundum in tenebris positum illuminavit. Quam verò lucem, obsecro, Alcoranus invexit in mundum, quam antea Christus uberiorem, & clariorem non attulerit? At enim Mahumetus multos mortales ab idolorum cultu ad unius Dei cognitionem pertraxit. Sed tamen plures Christifideles à vera religione in superstitionem suam perduxit. Cæterùm illos ipsos, quicunque illi fuerint, quos ab idolorum cultu divertit; à tenebris in tenebras protrusit: nec meliores effecit, sed partim minùs malos, partim pejores. Nam, cùm possent illi facillimè ad veram religionem trahi, specie quadam vana illius decepti; in eam sectam conjecti sunt, è qua, etiamsi vellent, partim pœnarum metu deterriti, partim libertinæ vitæ illecebris allecti, vix possent exire. Postremò, si quid boni Mahumetus per Alcoranum invexit: furtivum dici potest; cùm illud ipse è Christianorum consuetudine familiari hauserit. Itaque bonum illud Christo, non Mahumeto tribuendum est.

II. Quæ referuntur hìc de Abraham, fabulosa esse, ac ficta, apertè colligitur ex eo, quod nusquam legatur Abraham in religione Meccana commoratum fuisse, & ne eam quidem vidisse. Ubi enim ille habitaverit, & quibus in locis Sanctuaria, seu Altaria construxerit, ex libro Geneseos manifestè tenetur. Vixit enim primò in Chaldæa; ubi ortum habuit. Deindè jubente Deo, venit in Terram Chanaan, unde peregrè profectus est in Ægyptum: rursumque venit in Chanaan, ubi semper vixit, ac mortuus est, ubique variis in locis Sacraria construxit, & victimas immolavit. Meccam verò, vel Arabiam, ne somniavit quidem, multoque minùs in ea Templum una cum Ismaele construxit: id enim nunquam Sacræ scripturæ tacuissent, cum altaria omnia, quæ erexit, accuratissimè commemorent. Huc accedit, quòd Templum illud creditur à Mahumetanis ante diluvium fuisse ædificatum: & hìc versiculo 37. affirmat ipse Abraham, se transtùlisse Hagar, & Ismaelem ejus filium in vallem Meccæ apud domum Sacram Dei. Supponit igitur, hujusmodi domum extitisse ibi ante adventum Ismaelis: ex quo etiam patet contradictio Alcorani, in quo asseritur, Abraham una cum Ismaele domum hanc, seu templum à fundamentis construxisse. Sed, ut à contradictione Prophetam suum vendicent expositores, respondet, Abraham adduxisse Hagarem, & Ismaelem in Meccam ad domum sacram, idest ad locum illum, in quo antea fuerat Domus sacra, sed tunc non extitisse, quia tempore diluvii sublata fuerat in septimum cœlum, ubi nunc reperitur, & ab angelis invisitur. Quam verò postea ædificavit idem Abraham cum Ismaele; aliam fuisse similem illi. At hoc est mendacium apertum anili fabula convestire, & simiæ nates joculatoria clamydæ cooperire. Habitavit sanè Ismael cum Hagar Matre sua in deserto Pharan. Sed nihil habet commune Pharan cum Mecca: ut alibi probavimus, & dùm Moslemi hæc duo confundunt, toto utique Cœlo aberrant.

سورة الحجر مكّية تسع وتسعون آية

SURA XV.

HEGRUM.

MECCANA.

COMMATUM NONAGINTA, AC NOVEM.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 الر تلك آيات الكتاب وقرآن مبين 2 ربما يود الذين كفروا لو كانوا
مسلمين 3 ذرهم ياكلوا ويتمتعوا ويلههم الامل فسوف يعلمون 4 وما اهلكنا من قرية
الا ولها كتاب معلوم 5 ما تسبق من امة اجلها وما يستاخرون 6 وقالوا يا ايها
الذي نزل عليه الذكر انك لمجنون 7 لو ما تاتينا بالملايكة ان كنت من الصادقين
8 وما ننزل الملايكة الا بالحق وما كانوا اذا منظرين 9 انا نحن نزلنا الذكر وانا له
لحافظون 10 ولقد ارسلنا من قبلك في شيع الاولين 11 وما ياتيهم من رسول الا كانوا
به يستهزون 12 كذلك نسلكه في قلوب المجرمين 13 لا يومنون به
وقد خلت سنة الاولين 14 ولو فتحنا عليهم بابا من السماء فظلوا فيه يعرجون 15 لقالوا انما
سكرت ابصارنا بل نحن قوم مسحورون 16 ولقد جعلنا في السماء بروجا وزيناها
للناظرين 17 وحفظناها من كل شيطان رجيم 18 الا من استرق السمع فاتبعه شهاب
مبين 19 والارض مددناها والقينا فيها رواسي وانبتنا فيها من كل شيء موزون
20 وجعلنا لكم فيها معايش ومن لستم له برازقين 21 وان من شيء الا عندنا خزائنه
وما ننزله الا بقدر معلوم 22 وارسلنا الرياح لواقح فانزلنا من السماء ماء فاسقيناكموه وما
انتم له بخازنين 23 وانا لنحن نحي ونميت ونحن الوارثون 24 ولقد علمنا المستقدمين
منكم ولقد علمنا المستاخرين 25 وان ربك هو يحشرهم انه حكيم عليم 26 ولقد
خلقنا الانسان من صلصال من حمإ مسنون 27 والجان خلقناه من قبل من نار السموم
28 واذ

28 وَإِذْ قَالَ رَبُّكَ لِلْمَلَائِكَةِ إِنِّي خَالِقٌ بَشَرًا مِنْ صَلْصَالٍ مِنْ حَمَإٍ مَسْنُونٍ ۞ 29 فَإِذَا سَوَّيْتُهُ وَنَفَخْتُ
فِيهِ مِنْ رُوحِي فَقَعُوا لَهُ سَاجِدِينَ ۞ 30 فَسَجَدَ الْمَلَائِكَةُ كُلُّهُمْ أَجْمَعُونَ ۞ 31 إِلَّا إِبْلِيسَ
أَبَى أَنْ يَكُونَ مَعَ السَّاجِدِينَ ۞ 32 قَالَ يَا إِبْلِيسُ مَا لَكَ أَلَّا تَكُونَ مَعَ السَّاجِدِينَ ۞
33 قَالَ لَمْ أَكُنْ لِأَسْجُدَ لِبَشَرٍ خَلَقْتَهُ مِنْ صَلْصَالٍ مِنْ حَمَإٍ مَسْنُونٍ ۞ 34 قَالَ فَاخْرُجْ مِنْهَا
فَإِنَّكَ رَجِيمٌ ۞ 35 وَإِنَّ عَلَيْكَ اللَّعْنَةَ إِلَى يَوْمِ الدِّينِ ۞ 36 قَالَ رَبِّ فَأَنْظِرْنِي إِلَى يَوْمِ
يُبْعَثُونَ ۞ 37 قَالَ فَإِنَّكَ مِنَ الْمُنْظَرِينَ إِلَى يَوْمِ الْوَقْتِ الْمَعْلُومِ ۞ 38 قَالَ رَبِّ بِمَا أَغْوَيْتَنِي
لَأُزَيِّنَنَّ لَهُمْ فِي الْأَرْضِ وَلَأُغْوِيَنَّهُمْ أَجْمَعِينَ ۞ 39 إِلَّا عِبَادَكَ مِنْهُمُ الْمُخْلَصِينَ ۞ 40 قَالَ هَذَا
صِرَاطٌ عَلَيَّ مُسْتَقِيمٌ ۞ 41 إِنَّ عِبَادِي لَيْسَ لَكَ عَلَيْهِمْ سُلْطَانٌ إِلَّا مَنِ اتَّبَعَكَ مِنَ الْغَاوِينَ ۞
42 وَإِنَّ جَهَنَّمَ لَمَوْعِدُهُمْ أَجْمَعِينَ ۞ 43 لَهَا سَبْعَةُ أَبْوَابٍ لِكُلِّ بَابٍ مِنْهُمْ جُزْءٌ مَقْسُومٌ ۞
44 إِنَّ الْمُتَّقِينَ فِي جَنَّاتٍ وَعُيُونٍ ۞ 45 ادْخُلُوهَا بِسَلَامٍ آمِنِينَ ۞ 46 وَنَزَعْنَا مَا فِي
صُدُورِهِمْ مِنْ غِلٍّ إِخْوَانًا عَلَى سُرُرٍ مُتَقَابِلِينَ ۞ 47 لَا يَمَسُّهُمْ فِيهَا نَصَبٌ وَمَا هُمْ مِنْهَا
بِمُخْرَجِينَ ۞ 48 نَبِّئْ عِبَادِي أَنِّي أَنَا الْغَفُورُ الرَّحِيمُ ۞ 49 وَأَنَّ عَذَابِي هُوَ الْعَذَابُ الْأَلِيمُ ۞
50 وَنَبِّئْهُمْ عَنْ ضَيْفِ إِبْرَاهِيمَ ۞ 51 إِذْ دَخَلُوا عَلَيْهِ فَقَالُوا سَلَامًا قَالَ إِنَّا مِنْكُمْ وَجِلُونَ ۞
52 قَالُوا لَا تَوْجَلْ إِنَّا نُبَشِّرُكَ بِغُلَامٍ عَلِيمٍ ۞ 53 قَالَ أَبَشَّرْتُمُونِي عَلَى أَنْ مَسَّنِيَ الْكِبَرُ فَبِمَ
تُبَشِّرُونَ ۞ 54 قَالُوا بَشَّرْنَاكَ بِالْحَقِّ فَلَا تَكُنْ مِنَ الْقَانِطِينَ ۞ 55 قَالَ وَمَنْ يَقْنَطُ مِنْ رَحْمَةِ
رَبِّهِ إِلَّا الضَّالُّونَ ۞ 56 قَالَ فَمَا خَطْبُكُمْ أَيُّهَا الْمُرْسَلُونَ ۞ 57 قَالُوا إِنَّا أُرْسِلْنَا إِلَى قَوْمٍ
مُجْرِمِينَ ۞ 58 إِلَّا آلَ لُوطٍ إِنَّا لَمُنَجُّوهُمْ أَجْمَعِينَ ۞ 59 إِلَّا امْرَأَتَهُ قَدَّرْنَا إِنَّهَا لَمِنَ الْغَابِرِينَ ۞
60 فَلَمَّا جَاءَ آلَ لُوطٍ الْمُرْسَلُونَ ۞ 61 قَالَ إِنَّكُمْ قَوْمٌ مُنْكَرُونَ ۞ 62 قَالُوا بَلْ جِئْنَاكَ بِمَا
كَانُوا فِيهِ يَمْتَرُونَ ۞ 63 وَأَتَيْنَاكَ بِالْحَقِّ وَإِنَّا لَصَادِقُونَ ۞ 64 فَأَسْرِ بِأَهْلِكَ بِقِطْعٍ مِنَ اللَّيْلِ
وَاتَّبِعْ أَدْبَارَهُمْ وَلَا يَلْتَفِتْ مِنْكُمْ أَحَدٌ وَامْضُوا حَيْثُ تُؤْمَرُونَ ۞ 65 وَقَضَيْنَا إِلَيْهِ ذَلِكَ الْأَمْرَ أَنَّ
دَابِرَ هَؤُلَاءِ مَقْطُوعٌ مُصْبِحِينَ ۞ 66 وَجَاءَ أَهْلُ الْمَدِينَةِ يَسْتَبْشِرُونَ ۞ 67 قَالَ إِنَّ هَؤُلَاءِ ضَيْفِي
فَلَا تَفْضَحُونِ ۞ 68 وَاتَّقُوا اللَّهَ وَلَا تُخْزُونِ ۞ 69 قَالُوا أَوَلَمْ نَنْهَكَ عَنِ الْعَالَمِينَ ۞ 70 قَالَ
هَؤُلَاءِ بَنَاتِي إِنْ كُنْتُمْ فَاعِلِينَ ۞ 71 لَعَمْرُكَ إِنَّهُمْ لَفِي سَكْرَتِهِمْ يَعْمَهُونَ ۞ 72 فَأَخَذَتْهُمُ
الصَّيْحَةُ مُشْرِقِينَ ۞ 73 فَجَعَلْنَا عَالِيَهَا سَافِلَهَا وَأَمْطَرْنَا عَلَيْهِمْ حِجَارَةً مِنْ سِجِّيلٍ ۞ 74 إِنَّ فِي
ذَلِكَ لَآيَاتٍ لِلْمُتَوَسِّمِينَ ۞ 75 وَإِنَّهَا لَبِسَبِيلٍ مُقِيمٍ ۞ 76 إِنَّ ذَلِكَ لَآيَةً لِلْمُؤْمِنِينَ ۞
77 وَإِنْ كَانَ أَصْحَابُ الْأَيْكَةِ لَظَالِمِينَ ۞ 78 فَانْتَقَمْنَا مِنْهُمْ وَإِنَّهُمَا لَبِإِمَامٍ مُبِينٍ ۞ 79 وَلَقَدْ
كَذَّبَ أَصْحَابُ الْحِجْرِ الْمُرْسَلِينَ ۞ 80 وَآتَيْنَاهُمْ آيَاتِنَا فَكَانُوا عَنْهَا مُعْرِضِينَ ۞ 81 وَكَانُوا
يَنْحِتُونَ مِنَ الْجِبَالِ بُيُوتًا آمِنِينَ ۞ 82 فَأَخَذَتْهُمُ الصَّيْحَةُ مُصْبِحِينَ ۞ 83 فَمَا أَغْنَى عَنْهُمْ مَا
كَانُوا

كانوا يكسبون ﴿ 85 وما خلقنا السموات والارض وما بينهما الا بالحق وان الساعة لآتية فاصفح
الصفح الجميل ﴿ 86 ان ربك هو الخلاق العليم ﴿ 87 ولقد آتيناك سبعا من المثاني والقرآن
العظيم ﴿ 88 لا تمدن عينيك الى ما متعنا به ازواجا منهم ولا تحزن عليهم واخفض
جناحك للمومنين ﴿ 89 وقل اني انا النذير المبين ﴿ 90 كما انزلنا على المقتسمين ﴿
91 الذين جعلوا القرآن عضين ﴿ 92 فوربك لنسئلنهم اجمعين ﴿ 93 عما كانوا يعملون ﴿
94 فاصدع بما تومر واعرض عن المشركين ﴿ 95 انا كفيناك المستهزئين ﴿ 96 الذين
يجعلون مع الله الها آخر فسوف يعلمون ﴿ 97 ولقد نعلم انك يضيق صدرك بما يقولون ﴿
98 فسبح بحمد ربك وكن من الساجدين ﴿ 99 واعبد ربك حتى ياتيك اليقين ﴿

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. A L.R. 2. Hæc ſunt ſigna Libri, & Corani Manifeſti. 3. Aliquandò de. ſiderabunt, qui infideles fuerunt, ut fuiſſent Moslemi. 4. Sine illos, ut comedant, & fruantur, & dulciter teneat eos ſpes *diuturnæ vitæ*: mox ſcient, *quid mali ipſis eveniet*. 5. Et non perdidimus ullam urbem, niſi, & ipſi *ſcriptus fuerit* liber notus (*ideſt præſcriptus terminus ad perditionem*). 6. Non præveniet ulla gens terminum ſuum: neque differentur *poſt eum*. 7. Et dixerunt *Meccani Mahumeto*: Heus tu, ſuper quem demiſſum eſt Monitorium (*ideſt Alcoranus*) profectò tu es prorsùs dæmoniacus. 8. *a* Nonne venires ad nos cum Angelis, ſi eſſes ex veridicis? 9. Non *b* demittentur Angeli, niſi cum juſta ratione (*ideſt ad puniendos malos*) neque erunt ulteriùs expectandi *ad pœnitentiam*, *ubi Angeli ad eos puniendos miſſi fuerint*. 10. Nos certè demiſimus Commonitionem (*ideſt Alcoranum*) & profectò nos erimus illam prorſùs cuſtodientes. 11. Et jam quidem miſimus de ante te *legatos* in *c* nationibus prioribus. 12. Et non veniebat ad eos ullus legatus, niſi ipſum deriderent. 13. Ita immittemus hoc (*ideſt hanc perfidiam*) in corda ſceleſtorum *Meccanorum*. 14. Non credent in eum (*ideſt in Mahumetum*) & jam præceſſit ſtatutum (*ideſt pœna exemplaris*) Priorum. Et, ſi aperiremus ſuper eos portam de Cœlo, & inciperent ad eam aſcendere. 15. Certè dicerent: Profectò ebrietate hebetati ſunt oculi noſtri. Quin nos ſumus homines præſtigiis illuſi. 16. Et jam quidem poſuimus in Cœlo turres (*ideſt ſigna zodiaci*) & adornavimus ea aſpicientibus (*ideſt ad oblectationem aſpicientium*). 17. Et cuſtodivimus eas ab omni Satana lapidato. 18. Sed, qui furtivè exceperit auditum, aſſequetur eum flamma manifeſta. 19. Et terram extendimus, & jecimus in ea montes ſtabiles; & germinare fecimus in ea de omni re in pondere menſurata. 20. Et poſuimus vobis in ea victualia; & id, cui vos non eſtis victum præbentes (*ideſt animalia: quæ ab hominibus non aluntur*). 21. Et *d* nulla eſt res, quin apud nos ſint promptuaria ejus, & non demittimus eam, niſi in menſura juſta. 22. Et miſimus ventos fœcundantes *nubes aqua*; & demiſimus è Cœlo aquam, & potavimus vos illa: neque vos eam eſtis habentes in promptuariis. 23. Et *e* nos certè vivificamus, & mortificamus; & nos *ſumus univerſa* hæreditantes (*ideſt poſſidentes*). 24. Et jam quidem novimus eos, qui præceſſerunt ex vobis; & jam quidem novimus eos, qui *f* ſubſecuturi ſunt. 25. Et quidem Dominus tuus ipſe congregabit eos; quippe ipſe eſt ſapiens, ſciens. 26. Et jam quidem creavimus hominem ex argilla ſicca, ex luto nigro conformato. 27. Et Dæmonem creavimus anteà ex igne Samum (*ideſt carente fumo, ac penetrante*). 28. Et *memento*, cùm dixit Dominus tuus Angelis: Equidem creaturus ſum hominem ex argilla ſicca, ex luto nigro conformato. 29. Cùm ergo perfecero illum, & inſufflavero in eum

de

a Si non.
b Nō demittemus Angelos.
c Sæcis Primorum.
d Si eſt res ulla, niſi.
e Nos certè, nos ſanè.
f Subſequuti.

de ſpiritu meo: procidite illum adorantes. 30. Adoraverunt ergo *eum* Angeli omnes ipſi univerſi. 31. At Diabolus renuit, ut eſſet cum adorantibus. 32. Dixit *illi Deus*: O Diabole, quid tibi eſt, quòd non ſis cum adorantibus? 33. Reſpondit *Diabolus*: Non fui, *ita imprudens*, ut adorarem hominem, quem creaſti ex argilla ſicca, ex luto nigro conformato. 34. Dixit *illi Deus*: Egredere ergo ex eo (*ideſt ex Paradiſo, vel Cœlo*) tu quippe eris lapidatus (*ideſt ejectus*). 35. Et quidem ſuper te erit maledictio uſque ad diem Judicii. 37. Reſpondit *Diabolus*: Domine mi, expecta porrò me uſque ad diem, *qua mortui* ſuſcitabuntur. 36. Dixit *illi Deus*: Certè tu eris ex expectatis. 37. Uſque ad diem temporis *a* determinati. 38. Reſpondit *Diabolus*: Domine mi, eò quòd decepiſti me, certè adornabo illis *peccata* in terra (*ideſt faciam, ut pulchra appareant illis*) & certè decipiam eos omnes. 39. Præter ſervos tuos ex eis ſinceros. 40. Dixit *Deus*: Hæc eſt via *b* ſuper me recta. 41. Certè ſervi mei, non erit tibi ſuper eos poteſtas, præter eum, qui ſequutus fuerit te ex ſeductis. 42. Et quidem gehenna ſanè eſt promiſſio eorum omnium. 43. Illi ſunt ſeptem portæ: unicuique portæ *aſſignabitur* ex illis pars ſeparata. 44. Porrò timentes *Deum* erunt in hortis, & fontibus. 45. Ingredimini in eum (*ideſt Paradiſum*) cum pace, ſecuri. 46. Et auferemus, quod erat in pectoribus eorum de malevolentia. Erunt *tanquam* fratres, ſuper lectulos ſibi invicem occurſantes. 47. Non tanget eos in illo defatigatio; neque ipſi ex eo ejiciendi *ſunt unquam*. 48. Annuntia ſervis meis, quòd ego ſum indultor, miſericors. 49. Et quòd pœna mea eſt pœna dolorifica. 50. Et enarra illis *hiſtoriam* de hoſpitibus Abrahæ. 51. Cùm ingreſſi ſunt ad eum; & dixerunt: Pax. Reſpondit: Nos certè ex vobis ſumus timentes. 52. Dixerunt: Ne timeas: Nos quippe annunciamus tibi adoleſcentem ſcientem. 53. Reſpondit: An annunciatis mihi *filium c* non obſtante, quòd attigerit me grandęvitas? In quo ergo (*ideſt quo fundamento*) annunciatis? 54. Dixerunt: Annunciavimus tibi veritatem: ne ergo ſis ex deſperantibus. 55. Reſpondit: Et quis deſperet de miſericordia Domini ſui, niſi errantes? 56. Dixit: Quodnam ergo eſt negotium veſtrum, ò Legati? 57. Reſponderunt: Nos certè miſſi ſumus ad homines ſceleratos: 58. Sed familiam Lot nos ſanè liberaturi ſumus eos univerſos. 59. At uxorem ejus, decrevimus, quòd ipſa ſanè ſit ex remanentibus *in ruina cæterorum*. 60. Cùm ergo veniſſent ad familiam Lot Legati: 61. Dixit *illis*: Vos ſanè eſtis homines ignoti. 62. Reſponderunt: Atqui venimus ad te ob id, de quo *concives tui* dubitabant. 63. Et venimus ad te cum veritate, & nos ſumus prorſùs veraces. 64. Proficiſcere igitur noctu cum familia tua in *d* medio noctis, & ſequere poſteriora eorum, & ne retrò ſe vertat ex vobis ullus, & pergite, quò jubemini (*ideſt in Syriam*). 65. Et decidimus illi hanc rem, quòd *nimirùm* reliquiæ horum abſcindendæ eſſent pervenientibus *illis* ad mane. 66. Et venerunt habitatores civitatis *Sodomæ ad domum Lot*, lætitia *e* geſtientes. 67. Dixit *illis Lot*: Certè hi ſunt hoſpites mei: ne ergo dedecoretis me. 68. Et timete Deum, & ne pudore afficiatis me. 69. Reſponderunt: An non prohibuimus te ab *hoſpitio excipiendis f* omnibus hominibus? 70. Dixit Lot; Hæ ſunt filiæ meæ: ſi eſtis facturi *hoc flagitium*, *utimini potiùs illis*. 71. Per vitam tuam, *O Mahumete*, ipſi profectò in amentia ſua perſeverabant. 72. Suſtulit ergo eos clamor *Gabrielis*, ad ortum ſolis pervenientes. 73. Et poſuimus altum ejus (*ideſt Sodomæ*) imum illius (*ideſt ſubvertimus eam ita, ut tecta inverterentur, ubi erant fundamenta*) & pluimus ſuper eos lapides ex luto cocto. 74. Certè in hoc ſunt ſanè ſigna *divinæ unitatis* rectè inſpicientibus. 75. Et certè illæ urbes (*ideſt Sodomæ*) erant ſanè in via recta, *per quam itur in Syriam*. 76. Profectò in hoc eſt ſanè ſignum (*ideſt monimentum*) fidelibus. 77. Et quidem fuerunt habitatores Aleicæ ſanè iniqui. 78. Quamobrem vindictam ſumpſimus de illis, & certè utręque *urbes Sodomæ, & Leicæ erant* certè in via manifeſta (*ideſt publica*). 79. Et jam quidem mendacii inſimulaverunt habitatores Hegri miſſos *à Deo*. 80. Et attulimus eis ſigna noſtra (*ideſt camelam prodigioſam cum pullo*) ſed fuerunt ab illis longè recedentes. 81. Et excidebant ex montibus domos,

a Noti.

b Apud me.

c Supra.

d Parte ex nocte.

e Geſtiebāt.

f Mundis (*ideſt hominibus omnium Mundorum, ſeu cujuſque regionis.*)

domos, *in quibus eſſent* ſecuri. 82. Sed ſuſtulit eos clamor *Gabrielis* manicantes (*ideſt cùm ad manè perveniſſent*). 83. Neque profuit eis id, quod operati fuerant (*ideſt domus munitæ*). 84. Et non creavimus Cœlos, & terram, & quod eſt inter hæc duo, niſi cum veritate, & quidem Hora (*ideſt ſupremum Judicium*) prorsùs ventura eſt. Recede igitur, *O Mahumete, à gente tua* receſſione pulchra (*ideſt honeſtè, neque ut fugitivus*). 85. Certè Dominus tuus eſt Creator, Cognitor. 86. Et jam quidem attulimus tibi ſeptem *verſus* ex iis, qui repetuntur (*ideſt primam Suram Alcorani*) & Alcoranum magnum. 87. Nullo modo extendas oculos tuos ad id, quod fruendum dedimus conjugibus (*ideſt quibuſdam*) ex illis (*ideſt Meccanis*) neque contriſteris ſuper eos, *quia nolint credere*, & inclina alam tuam fidelibus (*ideſt protege eos, ſeu mitis eſto illis*. 88. Et dic: Ego ſanè ſum Prædicator manifeſtus. 89. Sicut demiſimus *pœnam* ſuper dividentes. 90. Qui poſuerunt Alcoranum partes. 91. Porrò per Dominum tuum, ſanè exigemus rationem ab iis omnibus. 92. De eo, quod fuerunt operati. 93. Manifeſta igitur id, quod juberis: & longè recede ab aſſociantibus. 94. Nos certè ſatis erimus pro te contra illuſores. 95. Qui ponunt cum Deo deum alium, mox ſcient, *quid mali ſibi eventurum ſit*. 96. Et jam quidem novimus, quod tibi anguſtiatur pectus tuum ob id, quod dicunt. 97. Sed *tu* celebra laudem Domini tui, & eſto cum Adorantibus. 98. Et ſervi Domino tuo, donec veniat ad te Certum (*ideſt mors*).

NOTÆ.

INſcriptio Suræ Arabicè eſt الحجـــر *Hegrum*, eſt autem Hegrum juxta Gelalem: واد بين المدينة و الشام وهو ثمود

Vallis inter Medinam, & Syriam, ubi habitabant Themudæi, de quibus hìc agitur ſatis concisè. De loco, in quo tradita fuit Sura, non invenio inter Moslemos controverſiam. In numero etiam verſuum omnes conveniunt, eſſe novem ſupra nonaginta. Sed, ſi computes tres primos characteres ſingulares, centum reperies.

Præmium legentium hanc Suram, ſic habe: من قرء سورة الحجر كان له من الاجر عشر حسنـــات بعدد المهاجرين والانصار و المستهزين بمحمد:

Qui legerit ſuram Hegri, habebit pro mercede decem bona juxta numerum eorum, qui Mecca Medinam emigraverunt: & eorum, qui primi Mahumetum adjuverunt; & eorum, qui eundem irriſerunt. Nimirùm, ut pro ſingulis eorum, decem bona, ſeu præmia ſortiatur.

II. *Libri, & Corani*] Idem videtur eſſe, ac *Libri Alcorani*. Dicitur autem قران *Coranus*, ſine articulo; & القران *Alcoranus* (Italicè, *il Corano*) cum articulo.

III. *Aliquandò deſiderabunt*]. Particula ربما ſignificat tàm التكثيـــر *multiplicitatem*; quàm التقليل *paucitatem*. Poteſt itaq; verti *multoties*, vel *aliquandò*, vel *fortaſsè*. Hoc autem deſiderium erit, juxta Gelalem, يوم القيمة اذا عاينوا حالهم و حال المسلمين, *die Reſurrectionis, quandò infideles videbunt ſtatum ſuum, & ſtatum fidelium*.

X. *Et profectò nos erimus illam prorsùs cuſtodientes.*] Hanc Alcorani cuſtodiam aſſerit Gelal, divinitùs factam من التبديل والتحريف والزيادة و النقص *à commutatione, & perverſione, & additione, & diminutione*: ut in Alcorano nihil ſit immutatum, nihil depravatum, nihil additum, nihil ablatum.

XVII. *Poſuimus in cælo Turres*]. Has turres vult Gelal eſſe اثنى عشر *duodecim*; ſigna ſcilicet Zodiaci, quæ ita enumerat: الحمل والثور والجوزا والسرطـــان والاسد والسنبلـــة والميزان والعقرب والقوس والجـــدى والدلو والحوت وهى منازل الكواكب السبعـــة السيرة: الربخ وله الحمل و العقرب: والزهرة ولهـــا الثور و الميزان: و عطارد وله الجوزا والسنبلة: والقمر ولـــه السرطان: والشمس ولهـــا الاسد: والمشترى وله القوس والحوت: وزحل وله الجدى والدلـــو. *Agnus, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Spica, Statera, Scorpius, Arcus, Hædus, Aquarius, Piſcis. Hæ autem ſunt ſtationes ſeptem Stellarum errantium. Agnus, & Scorpius habent Martem: Taurus, & Statera Venerem: Gemini, & Spica Mercurium: Cancer Lunam. Leo Solem: Arcus, & Piſcis Jovem: Hædus, & Aquarius Saturnum*.

XVIII. *Et cuſtodivimus eas ab omni* Satana *Lapidato*]. Fingunt Mahumetani, conſueviſſe Dæmones ante ortum Mahumeti, in has Turres cœleſtes, ſeu ſigna Zodiaci aſcendere, atque inde arrectis auribus arcana Angelorum colloquia furtim excipere, quæ deindè ariolis, & magis revelabant. Ubi verò Mahumetus ortus eſt, Deus flammis ardentibus conjectis Dæmonas illos exturbavit, ne poſſent ampliùs Cœlituum arcana furtivis auribus excipere. Et nihilominùs identidem redire tentantes, iisdem flammis territat, ac in fugam convertit. Hujus rei indicium eſſe volunt exhalationes illas ignitas, quas ſtellas volan-

volantes appellamus, Idem autem eſt hìc رجوم *lapidatus*, ac flammis illis cœleſtibus percuſſus.

XLVIII. *Super lectulos ſibi invicem occurſantes*] Gelal لا ينظر بعضهم الى قفا بعض لدوران الاسرة بهم *Non reſpicient alii aliorum occipitia*, ſeu poſticas partes cervicis: *dùm in lectulis ſeſe huc illuc revolvent, & congyrabunt.*

L. *De hoſpitibus Abrahæ*] Gelal: وهم الملايكة اثنى عشر او عشرة او ثلاثة منهم جبرايل *fuerunt hi Angeli duodecim: vel decem, vel tres: inter quos erat Gabriel.* Ita hallucinantur Moslemi in Sacris Scripturis.

LXXVII. *Habitatores Aleicæ*] Arabicè اصحاب الايكة *ſociis Aleicæ*. Eſt locus ſylveſtris propè Madian, & ejus habitatores ſunt populus Scioaib, ſeu Jethro, de quibus ſupra.

LXXVIII. *Habitatores Hegri*] Hi ſunt Thæmudæi, quibus prædicavit Salch, & oſtendit miraculum Camelæ. V. S.

LXXXV. *Septem verſus, qui repetuntur.*] Gelal: لانها تثنى فى كل ركعة *quia hi* ſeptem verſus, quibus prima Alcorani Sura continetur *repetuntur ad ſingulas incurvationes.*

LXXXVI. *Nullo modo extendas oculos tuos*]. Puto ego hìc notari licentiam, ſeu veriùs laſciviam Mahumeti in alienis uxoribus aſpiciendis; quam conſcientia victus ipſemet confiteatur. Eſt enim ازواجًا plurale من زوج quod tàm maritum, quàm uxorem ſignificat, quemadmodùm apud latinos, *conjux*. Quamvis hoc loco etiam pro marito accipi æquè benè poſſit: eſt enim Arabicè ولا تمدن عينيك الى ما متعنّا به ازواجًا منهم] *Et nullo modo extendas oculos tuos ad id, quod fruendum dedimus conjugibus* (vel *conjuges*) *ex illis*. Sed Gelal contra omnem linguæ Arabicæ proprietatem explicat اصنافًا *generibus*, ſeu *ſpeciebus*; nimirùm *multis* Meccanorum, ſeu Infidelium: pro quibus Jahias intelligit: اغنياء *divites*. Zamchaſcerius item exponit اصناف الكفار *generibus Infidelium*.

XCI. *Super dividentes.*] Arabicè المقتسمين *partientes*, ſeu *dividentes in partes*. Gelal ita exponit: اليهود والنصارى الذين جعلوا القران اى كتبهم المنزلة اجزاء حيث امنوا ببعض وكفروا ببعض وقيل المراد بهم الذين اقتسموا طرق مكة يصدّون الناس عن الاسلام وقال بعضهم فى القران شعرٌ وبعضهم كهانة وبعضهم شعر: *Hi ſunt Judæi, & Chriſtiani, qui diviſerunt in partes Alcoranum: ideſt ſacros libros ſuos, credentes in aliquos eorum, aliquos verò rejicientes. Alii volunt intelligi de illis, qui diviſerunt, ſeu impedierunt vias ad Meccam, avertentes homines à religione Eslamitica. Et dixerunt quidam ex his de Alcorano eſſe Magiam: quidam ariolationem: quidam verò figmentum Poeticum.*

REFUTATIONES.

I. QUod hìc habetur, *Deum demiſiſſe Commonitionem: & eundem illam cuſtodire*: nomine *Commonitionis* Arabicè الذكر, intelligit Ricardus, ſeu Ricoldus ex Ordine Prædicatorum in confutatione Alcorani Cap. 3. Pentateuchum, & Euangelium: & hoc aſſerit eſſe juxta expoſitionem ipſorum Mahumetanorum. Ego quoque fateor hanc dictionem accipi non rarò in hujuſmodi ſignificatione: ſed hoc loco reperio Expoſitores omnes pro *Commonitione* Alcoranum intelligere, Jahias:

انا نحن نزلنا الذكر يعني القران وانا له لحافظون: حفظه الله من ابليس ان يزيد فيه شيياء وينقص منه. *Nos certè miſimus Commonitionem, ideſt Alcoranum: & nos ſanè eam cuſtodiemus: Cuſtodivit enim illum Deus à Diabolo, ne in eo aliquid adderet, vel minueret*: Gelal. انا نحن نزلنا عليك يا محمد الذكر اي القران وانّا لحافظون من التبديل والتحريف والزيادة والنقص. *Nos quidem demiſimus ſuper te, ò Mahumete, commonitionem, ideſt Alcoranum: & certè nos cuſtodiemus eum ab immutatione, depravatione, additione, ac diminutione*; Zamchaſcerius: واكدّ عليهم انه المنزل وانه هو الذي بعث به جبرايل الي محمد وبين يديه ومن خلفه رصد حتي نزل وبلغ محفوظًا من الشياطين وهو حافظه فى كل وقت من كل زيادة ونقصان وتحريف وتبديل بخلاف الكتب المقدمة فانه لم ينزل حفظها فانما استحفظها الربانيون والاحبار واختلفوا فيها بينهم بغيًا فكان التحريف ولم يكل القران الي غير حفظه: *Et confirmavit illis Deus, ſe eſſe, qui miſit Alcoranum, & qui miſit*

miſit cum eo Gabrielem ad Mahumetum: & antè, & retrò cuſtodivit eum, donec delaberetur è Cælo, & perveniret cuſtoditus à Dæmonum injuria: & ipſe cuſtodit illum omni tempore ab omni additamento, & imminutione, & perverſione, & mutatione, ex oppoſito librorum ſacrorum præteritorum, quos ipſe non demiſit è Cælo cum cuſtodia: ſed cuſtodiendos reliquit illos Doctoribus legis, & Pontificibus. Sed hi diſcordes fuerunt circa eos inter ſe ob invidiam. Hinc orta eſt in illis depravatio. Alcoranū autem nulli alii præter ſe tradidit cuſtodiendum. Verùm cum hac tota chimerica cuſtodia, Alcoranum in multis corruptum, ac mutatum fuiſſe patet ex iis, quæ in prodromo P. 1. de Alcorano dicta ſunt. Interim obiter noto, cùm Mahumetus ſæpiùs præcipiat ſuis, ut omnes ſacros libros, Pentateuchum ſcilicet, Euangelium, & Alcoranum, pari in honore habeant, nullumque inter eos diſcrimen faciant; cur non omnes à Deo æquè cuſtoditos, atque à corruptione ſervatos fuiſſe fateatur? Porrò, ſi eo ſolum temporis ſpatio, quo Alcoranus è Cœlo ad Mahumetum, vel ad Cœlum lunæ miſſus eſt, cuſtoditus fuit à Deo, ne Dæmones eum depravarent: cur non idem de Pentateucho, & Euangelio aſſeramus? Neque enim credi poteſt, Pentateuchum ad Moyſem, vel Euangelium ad Jeſum è Cœlo corruptum perveniſſe. Si verò de tempore ſubſequenti, & quod uſque modo decurrit, agatur; Sole ipſo clarius eſt, Alcoranum non ita à Deo cuſtoditum fuiſſe, ut in illum immutatio aliqua, vel additio, vel diminutio, vel depravatio irrepſerit: cùm Perſę (ut Turcæ, & Arabes aſſerunt) & Turcæ, & Arabes (ut affirmant Perſæ) multa in eo etiam ſubſtantialia corruperint, vel mutaverint, & tamen utraque gens credat, ſe Alcoranum verum habere. Hùc accedit, quòd, cùm Alcoranus lectionibus variis plenus ſit, nec vera lectio certò poſſit definiri: ſequitur neceſſariò plures in illum mutationes irrepſiſſe. Prætereà ſcire vellem à Moslemis, quiſnam, & ubinam ſit Alcoranus ille ita à Deo cuſtoditus, ut nulla in eo mutatio reperiatur. Nos ſanè videmus in omnibus Alcorani exemplaribus plura menda, etiam ſubſtantialia, ſaltem Amanuenſium negligentia illapſa fuiſſe: & in ſex, aut ſeptem, quæ ego præ manibus habui, à Mahumetanis ſcriptis, multa, eaq; eſſentialia errata notavi. Nec mirum: ſumma enim eſſet amentia ſibi perſuadere, Deum aſſiſtere omnibus Alcoranum exſcribentibus, ut nullum in ſcribendo erratum committerent. Erit igitur Alcoranus aliquis in univerſali, cujuſmodi ſunt genera, & ſpecies apud Philoſophos, qui in Utopiæ tantùm Regno reperietur. At idem nobis de Pentateucho, & Euangelio majori cum ratione dicere licebit: Vel erit ille idem, quem ſemel in anno oſtendebat Gabriel Mahumeto, qui nullibi reperitur. Nec tamen Alcoranus, quem Mahumetus ipſe apud ſe ſcriptum habebat; poterat eſſe illi uniformis alioqui fruſtra Gabriel ſuum illi Alcoranum oſtendiſſet. Probat etiam in Alcorano mutationem factam fuiſſe, titulorum illa ridiculorum inſcriptio: quæ in nullo penè Alcorani exemplari uniformis reperitur. Demùm puncta diſtinctiva, ſeu commata, motiones, ſeu vocales, & cætera ſigna grammaticalia, in Alcorano longè poſt Mahumeti tempora addita fuiſſe, docti omnes, & norunt, & fatentur.

De Turribus illis cœleſtibus, ac Dæmonibus inde expulſis, longa eſt fabula. Breviter hìc repetam, quæ in ſecunda Prodromi mei parte cap. 4. p. 82. fuſiùs expoſui. Ante adventum Mahumeti aſſidebant Dæmones in his Turribus, & inde per foramina quædam arrectis auriculis arcana Angelorum inter ſe, & cum Deo colloquia excipiebant: &, ſi qua futura ex iis cognoviſſent, in terram deſcendentes, Magis, Arioliſque revelabant, ut ita homines faciliùs deciperent. Affirmant ergo uniformiter ſcriptores Moslemi, paulò antequam Mahumetus oriretur, Deum flammas quaſdam in Dæmones repentè immiſiſſe, dùm nihil tale cogitantes, in turribus illis Angelorum colloquia furtim excepturi accumberent: & univerſos tumultuatim aufugiſſe, nec unquam eò reverſos fuiſſe. Fabulam clarioribus verbis ex Arabico idiomate brevitatis cauſa fideliter translatis, ita refert Albacarius: *Et commoti, conterritique ſunt Dæmones, & expulſi ſunt à locis, in quibus jacebant, ut furtim exciperent ex illis ea, quę ab Angelis, ac Deo in Cœlo dicebantur, & flammeis jaculis percuſſi ſunt: Habetur ex Homar Sceibanenſi, & communi Hiſtoricorum relatu, Magos, & Ariolos, & Satanas rebelles, & Dęmonas, ante Mahumeti adventum conſueviſſe res admirandas oſtendere, ac peregrina, novaque prodigia patrare; & hominibus arcanas, atque occultas res per diabolorum, ac dæmonum linguas revelare, qui furtim eas ab Angelis arrectis auribus excipiebant. Neque verò fuerunt hi penitùs è Cœlis depulſi, unde hæc aſſidentes audiebant; uſque ad adventum Mahumeti.* Has flammas aſſerit Gelal, nihil aliud eſſe, quàm كوكب مضـــيء يحرقه او يثقبه او يخبله: *ſtellam lucidam, quæ comburit, aut penetrat, aut in ſtuporem amentiamque convertit eum* (ideſt dæmonem. Ahmed filius Adol-Halim in ſua Apologia pag. mihi 353. ex authoritate ſapientum Moslemorum, & ipſius Mahumeti, vult has flammas eſſe ſtellas illas volantes, de quibus Virgilius l. 1. Georg.

Sæpè etiam ſtellas, vento impendente videbis
Præcipites cœlo labi, noctiſque per umbras
Flammarum longos à tergo albeſcere tractus.

Referam hìc aliquot ejuſdem verba. ومعلـوم ان هذا امرٌ يراه الناس باضعارهـــم فان امتلاء الهما بالشهب امرٌ يراه الناس كلهم: فلو لـم يكن كذل لكان الناس يكذبون بـــهـــذا

Et notum eſt, hanc eſſe rem, quam vident omnes homines oculis ſuis: nam repleri cœlum flamma (ideſt ſtellis volantibus) *res eſt, quam vident homines univerſi. Quòd ſi non fuiſſet ita* (quandò ſcilicet Mahumetus hæc legebat

gebat populis ex Alcorano) *profectò negaſſent, tanquam mendacium, id, quod referebat.*

Mox ſubdit : لـــــم ينكـــــــــر

ذلك احد بل تظاهرت الاخبر بمثـــل اخبربه

القران من الرمي العظيم بالشهب الذي لـــم

يعهد مثلـــه حتى صاروا يشكّون هل ذلك من

الكواكب التي في الفلك او غيرهـــا: وقالوا ان

كان في كواكب الافلاك فهو خراب العالم فلمـــا

راوه في ما دونـــهـــا علموا انه لامرٌ جديدٌ

Verùm nullus hoc negavit: imò convenere Hiſtoriæ in referendo id, quod narrat Alcoranus circa magnam ejaculationem hujus flammæ, cui nunquam antèà ſimilis viſa fuerat: donec dubitare cæperunt, utrum hæc à Firmamenti Stellis procederet, an verò aliundè oriretur. Et convenerunt, quòd ſi ex Stellis cæleſtium Orbium emanaſſet, univerſo Orbi ruinam attuliſſet. Cùm verò obſervaſſent, id ſub iiſdem Orbibus evenire, cognoverunt eſſe rem novam. Nihilominùs ſubdit Auctor: وقد ظن

بعض الناس ان الشهب لم يكن يرمي قبـــل

ذلك الحال والصواب انه كان الرمي بهـــا كما هو

الان احيانًا كمـــا ثبتة صحيح مسلـــم

Et jam opinati ſunt quidam hominum, quòd flamma illa, ſeu Stella volans nunquam antè hoc tempus vibrata fuiſſet. Sed certum eſt, eam corruſcaſſe aliquandò antèà, ſicut nunc, & affirmat hoc Sahibus Moslemi. Non eſt hìc omittendum id, quod refert Albacharius parte ſexta Traditionum Alcoranicarum: nimirùm, Dæmonem quendam dixiſſe Zarkę Reginæ Arabiæ felicis, quæ erat famoſiſſima præſtigiatrix, dùm ob Mahumeti adventum conquereretur: لقد نزل بنا الامر اكثر نزل بك: كنّا

نصعد الي السموات نسترق السمع الي ان بعث

المسيح ابن مريم فطُردنا من اربع سموات فلمـــا

كان في هذه الايام طُردنا من السموات كلهـــا

اسمعنـــــا منادِيًا ينادي في السموات العلي

الله عزّ وجلّ يريد ان يظهر رسوله وحبيبنـــــه

&c. ليكسّر الاصنام *Aliquid gravius nobis ac-*

cidit, quàm tibi. Nos per ſeptem Cœlos aſcendebamus, & furtim excipiebamus auribus arcana cæleſtia: donec miſsus eſt Chriſtus filius Mariæ, & tunc ejecti ſumus è quatuor Cœlis. His verò diebus ex omnibus Cœlis ejecti ſumus: vocemque præconis audivimus, qui ex altiſſimo Cœlo clamabat: Deus potens, & glorioſus manifeſtare vult Legatum ſuum, & dilectum ſuum, ut confringat idola, &c.

Nihil magis inſulſum, ac ridiculum poterat excogitari. Hoc unum abundè oſtendit, Alcoranum non poſſe eſſe à Deo, cùm adeò abſurda, atque inſana contineat. Quid enim? Habent ne Dæmones auriculas, vel Angelorum voces materiales ſunt, ac ſonoræ: itaut illi ad has furtim excipiendas excubare debeant ad foramina, vel fiſſuras Cœlorum? Verùm Moslemorum craſſitiei poteſt hoc aliqualiter condonari. Sed quid dicemus de ejectione Dæmonum è turribus Cœli per jactum illarum flammarum, quas Meteorologi ſydera diſcurrentia, ſeu volantia, vel ſtellas cadentes appellant? Quis unquam ſomniavit hujuſmodi flammas, nonniſi ad Mahumeti adventum cæpiſſe videri: anteà verò, vel viſas non fuiſſe, vel rariùs apparuiſſe, cùm hujuſcemodi Meteorologicæ impreſſiones ſemper eodem modo, tàm ante, quàm poſt adventum Mahumeti ubique, & ab omnibus viſæ fuerint, ut patet ex ſuprà allegatis Virgilii verſibus: & ex Ariſtotele lib. 1. Meteor. cap. 4. & 5. Quid verò efficere poſſunt in Dæmonibus hæ flammæ, cùm hi ſpiritus ſint incorporei, neque à materialibus flammis lædi poſſint, ſaltem eo modo, quem fingunt Mahumetani? Prætereà certiſſimum eſt, Meteora prædicta in Orbibus Cœleſtibus non gigni, quemadmodum Adverſarius ipſe fatetur: ſed ſub Cœlo Lunæ in ſecunda aeris regione, remotiſſimè ab infimo Cœlo, ad quod certum eſt, ea non pertingere. Imò plerunque non ſurſum, ſed obliquè, & in tranſverſum moventur, & aliquandò etiam deorſum feruntur, ut aſſerit Ariſtoteles loco cit. his verbis: *Aut in ſublime fertur, vel ad latus: ſed ferè ad latus: quod duobus motibus, vi deorſum, natura ad ſupera feratur: omnia enim talia per diametrum feri ſolent. Itaque ſtellarum, quæ trajiciuntur, motus inflexus, & obliquus ferè exiſtit.* Quomodò ergo dici poteſt ſine manifeſta inſania, Meteora hæc invehi ſurſum ad feriendos, ac depellendos Dæmones, qui per ſeptem Cœlorum orbes aſſident ad Angelorum colloquia furtim excipienda, cùm ne tertiam quidem aeris regionem tranſcendant? Satis verò importunè, & prorsùs ineptè admonuit Magus ille Doctor Ebn-Abbas à Jahia relatus, diſcipulos ſuos de hujuſcemodi flamma: إذا رايتم

الكوكب قد رمي به فتوري فـــانه يحرق ما

اصاب وما يقتل *Cùm videritis ſtellam in Cœlo evibrari, ſtatimque evaneſcere, ſcitote, eam tantùm adurere, quem ferit, non occidere.* Dubitare ſcilicet aliquis poterat, utrum vapor ignitus in ſecunda aeris regione conceptus, & nullius propè activitatis, poſſet Dæmonas in

cœleſtibus orbibus commorantes non ſolùm adurere, ſed etiam occidere. Verùm excuſandi ſunt Arabes, qui Dæmonas, ſeu Genios, & corporeitatem habere, & generationi, & corruptioni obnoxios eſſe exiſtimant.

III. Hallucinatur Alcoranus, dùm fingit tres Angelos annunciare Abrahæ, tanquam rem novam, conceptum, & nativitatem Iſaac: & Abraham de hoc dubitare, & ab Angelis argumenta hujus rei exquirere. Jam antea certior factus fuerat à Deo, ſe filium Iſaac è Sara ſuſcepturum neque poterat de hoc, niſi ſtultè, vel impiè dubitare. Dubitavit quidem Sara, cui Deus nihil revelaverat, & de revelatione facta Abrahæ nihil fortaſſe ſciebat. At Mahumetus Abraham hìc cum Sara oſcitanter confundit.

Reliquas hujus Suræ fabulas, & ineptias, ut de creatione Adæ, de adoratione Angelorum, de Paradiſo, & Gehenna, de Lot, ac Sodomitis, & alias: jam ſupra ſatis refutavi.

سورة النحل مكيّة مائة وثمان وعشرون آية

SURA XVI.

APES.

MECCANA:

COMMATUM CENTUM, & VIGINTI OCTO.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 أتى أمر الله فلا تستعجلوه سبحانه وتعالى عما يشركون ۞ 2 ينزل الملائكة بالروح
من أمره على من يشاء من عباده أن أنذروا أنه لا إله إلا أنا فاتقون ۞ 3 خلق السموات
والأرض بالحق تعالى عما يشركون ۞ 4 خلق الإنسان من نطفة فاذا هو خصيم مبين ۞
5 والانعام خلقها لكم فيها دف ومنافع ومنها تأكلون ۞ 6 ولكم فيها جمال حين
تريحون وحين تسرحون ۞ 7 وتحمل أثقالكم إلى بلد لم تكونوا بالغيه إلا بشق الانفس
إن ربكم لروف رحيم ۞ 8 والخيل والبغال والحمير لتركبوها وزينة ويخلق ما لا تعلمون ۞
9 وعلى الله قصد السبيل ومنها جائر ولو شاء لهديكم أجمعين ۞ 10 هو الذي أنزل
من السماء ماء لكم منه شراب ومنه شجر فيه تسيمون ۞ 11 ينبت لكم به الزرع والزيتون
والنخيل والاعناب ومن كل الثمرات إن في ذلك لاية لقوم يتفكرون ۞ 12 وسخر لكم الليل
والنهار والشمس والقمر والنجوم مسخرات بأمره إن في ذلك لايات لقوم يعقلون ۞ 13 وما
ذرأ لكم في الارض مختلفا الوانه إن في ذلك لاية لقوم يذكرون ۞ 14 وهو الذي سخر
البحر لتأكلوا منه لحما طريا وتستخرجوا منه حلية تلبسونها وترى الفلك مواخر فيه ولتبتغوا
من فضله ولعلكم تشكرون ۞ 15 والقى في الارض رواسي أن تميد بكم وانهارا وسبلا
لعلكم تهتدون ۞ 16 وعلامات وبالنجم هم يهتدون ۞ 17 أفمن يخلق كمن لا يخلق أفلا
تذكرون ۞ 18 وإن تعدوا نعمة الله لا تحصوها إن الله لغفور رحيم ۞ 19 والله يعلم
ما تسرون وما تعلنون ۞ 20 والذين تدعون من دون الله لا يخلقون شيئا وهم يخلقون ۞
21 أموات

21 أموات غير أحياء وما يشعرون أيان يبعثون ۞ 22 إلهكم إله واحد فالذين لا يؤمنون
بالآخرة قلوبهم منكرة وهم مستكبرون ۞ 23 لا جرم أن الله يعلم ما يسرون وما يعلنون إنه
لا يحب المستكبرين ۞ 24 وإذا قيل لهم ماذا أنزل ربكم قالوا أساطير الأولين ۞
25 ليحملوا أوزارهم كاملة يوم القيمة ومن أوزار الذين يضلونهم بغير علم ألا ساء ما يزرون ۞
26 قد مكر الذين من قبلهم فأتى الله بنيانهم من القواعد فخر عليهم السقف من فوقهم
وأتيهم العذاب من حيث لا يشعرون ۞ 27 ثم يوم القيمة يخزيهم ويقول أين شركائي
الذين كنتم تشاقون فيهم قال الذين أوتوا العلم إن الخزي اليوم والسوء على الكافرين ۞
28 الذين تتوفيهم الملايكة ظالمي أنفسهم فألقوا السلم ما كنا نعمل من سوء بلى إن الله
عليم بما كنتم تعملون ۞ 29 فادخلوا أبواب جهنم خالدين فيها فلبيس مثوى
المتكبرين ۞ 30 وقيل للذين اتقوا ماذا أنزل ربكم قالوا خيرا للذين أحسنوا في
هذه الدنيا حسنة ولدار الآخرة خير ولنعم دار المتقين ۞ 31 جنات عدن يدخلونها
تجري من تحتها الأنهار لهم فيها ما يشاؤن كذلك يجزي الله المتقين ۞ 32 الذين
تتوفيهم الملايكة طيبين يقولون سلام عليكم ادخلوا الجنة بما كنتم تعملون ۞
33 هل ينظرون إلا أن تأتيهم الملايكة أو يأتي أمر ربك كذلك فعل الذين من
قبلهم وما ظلمهم الله ولكن كانوا أنفسهم يظلمون ۞ 34 فأصابهم سيات ما عملوا
وحاق بهم ما كانوا به يستهزؤن ۞ 35 وقال الذين أشركوا لو شاء الله ما عبدنا من
دونه من شيء نحن ولا آباؤنا ولا حرمنا من دونه من شيء كذلك فعل الذين من
قبلهم فهل على الرسل إلا البلاغ المبين ۞ 36 ولقد بعثنا في كل أمة رسولا أن
اعبدوا الله واجتنبوا الطاغوت فمنهم من هدى الله ومنهم من حقت عليه الضلالة فسيروا في
الأرض فانظروا كيف كان عاقبة المكذبين ۞ 37 إن تحرص على هداهم فإن الله لا
يهدي من يضل وما لهم من ناصرين ۞ 38 وأقسموا بالله جهد أيمانهم لا يبعث الله من
يموت بلى وعدا عليه حقا ولكن أكثر الناس لا يعلمون ۞ 39 ليبين لهم الذي
يختلفون فيه وليعلم الذين كفروا أنهم كانوا كاذبين ۞ 40 إنما قولنا لشيء إذا أردناه
أن نقول له كن فيكون ۞ 41 والذين هاجروا في الله من بعد ما ظلموا لنبوئنهم
في الدنيا حسنة ولأجر الآخرة أكبر لو كانوا يعلمون ۞ 42 الذين صبروا وعلى ربهم
يتوكلون ۞ 43 وما أرسلنا من قبلك إلا رجالا نوحي إليهم فسلوا أهل الذكر إن كنتم
لا تعلمون ۞ 44 بالبينات والزبر وأنزلنا إليك الذكر لتبين للناس ما نزل إليهم ولعلهم
يتفكرون ۞ 45 أفأمن الذين مكروا السيات أن يخسف الله بهم الأرض أو يأتيهم العذاب
من

مِن حَيثُ لا يشعرون ۞ 46 أو يأخذهم في تقلبهم فما هم بمعجزين ۞ 47 أو يأخذهم على
تخوف فإن ربكم لرؤف رحيم ۞ 48 أولم يروا إلى ما خلق الله من شيء يتفيوا
ظلاله عن اليمين والشمايل سجدا لله وهم داخرون ۞ 49 ولله يسجد ما في السموات وما
في الأرض من دابة والملايكة وهم لا يستكبرون ۞ 50 يخافون ربهم من فوقهم ويفعلون ما
يومرون ۞ 51 وقال الله لا تتخذوا إلهين اثنين إنما هو إله واحد فإياي فارهبون ۞ 52 وله
ما في السموات والأرض وله الدين واصبا أفغير الله تتقون ۞ 53 وما بكم من نعمة فمن
الله ثم إذا مسكم الضر فإليه تجرون ۞ 54 ثم إذا كشف الضر عنكم إذا فريق
منكم بربهم يشركون ۞ 55 ليكفروا بما آتيناهم فتمتعوا فسوف تعلمون ۞
56 ويجعلون لما لا يعلمون نصيبا مما رزقناهم تالله لتسلن عما كنتم تفترون ۞ 57 ويجعلون
لله البنات سبحانه ولهم ما يشتهون ۞ 58 وإذا بشر أحدهم بالأنثى ظل وجهه مسودا وهو
كظيم ۞ 59 يتوارى من القوم من سوء ما بشر به أيمسكه على هون أم يدسه في
التراب ألا ساء ما يحكمون ۞ 60 للذين لا يؤمنون بالآخرة مثل السوء ولله المثل
الأعلى وهو العزيز الحكيم ۞ 61 ولو يؤاخذ الله الناس بظلمهم ما ترك عليها من دابة
ولكن يؤخرهم إلى أجل مسمى فإذا جاء أجلهم لا يستأخرون ساعة ولا يستقدمون ۞
62 ويجعلون لله ما يكرهون وتصف ألسنتهم الكذب أن لهم الحسنى لا جرم أن لهم
النار وأنهم مفرطون ۞ 63 تالله لقد أرسلنا إلى أمم من قبلك فزين لهم الشيطان أعمالهم
فهو وليهم اليوم ولهم عذاب أليم ۞ 64 وما أنزلنا عليك الكتاب إلا لتبين لهم الذي
اختلفوا فيه وهدى ورحمة لقوم يؤمنون ۞ 65 والله أنزل من السماء ماء فأحيا به الأرض
بعد موتها إن في ذلك لآية لقوم يسمعون ۞ 66 وإن لكم في الأنعام لعبرة نسقيكم
مما في بطونه من بين فرث ودم لبنا خالصا سائغا للشاربين ۞ 67 ومن ثمرات النخيل
والأعناب تتخذون منه سكرا ورزقا حسنا إن في ذلك لآية لقوم يعقلون ۞ 68 وأوحى ربك
إلى النحل أن اتخذي من الجبال بيوتا ومن الشجر ومما يعرشون ۞ 69 ثم كلي من كل
الثمرات فاسلكي سبل ربك ذللا يخرج من بطونها شراب مختلف ألوانه فيه شفاء للناس إن في
ذلك لآية لقوم يتفكرون ۞ 70 والله خلقكم ثم يتوفيكم ومنكم من يرد إلى
أرذل العمر لكي لا يعلم بعد علم شيئا إن الله عليم قدير ۞ 71 والله فضل بعضكم
على بعض في الرزق فما الذين فضلوا برادي رزقهم على ما ملكت أيمانهم فهم فيه سواء
أفبنعمة الله يجحدون ۞ 72 والله جعل لكم من أنفسكم أزواجا وجعل لكم من
أزواجكم بنين وحفدة ورزقكم من الطيبات أفبالباطل يؤمنون وبنعمة الله هم يكفرون ۞

73 ويعبدون

73 ويعبدون من دون الله ما لا يملك لهم رزقا من السموات والارض شيئا ولا يستطيعون ۞
74 فلا تضربوا لله الامثال ان الله يعلم وانتم لا تعلمون ۞ 75 ضرب الله مثلا عبدا مملوكا لا
يقدر على شيء ومن رزقناه منا رزقا حسنا فهو ينفق منه سرا وجهرا هل يستوون الحمد لله بل
اكثرهم لا يعلمون ۞ 76 وضرب الله مثلا رجلين احدهما ابكم لا يقدر على شيء وهو
كل على مولىه اينما يوجهه لا يات بخير هل يستوي هو ومن يامر بالعدل وهو على
صراط مستقيم ۞ 77 ولله غيب السموات والارض وما امر الساعة الا كلمح البصر او هو
اقرب ان الله على كل شيء قدير ۞ 78 والله اخرجكم من بطون امهاتكم لا تعلمون
شيا وجعل لكم السمع والابصار والافيدة لعلكم تشكرون ۞ 79 الم يروا الى الطير
مسخرات في جو السماء ما يمسكهن الا الله ان في ذلك لايات لقوم يومنون ۞ 80 والله
جعل لكم من بيوتكم سكنا وجعل لكم من جلود الانعام بيوتا تستخفونها يوم ظعنكم
ويوم اقامتكم ومن اصوافها واوبارها واشعارها اثاثا ومتاعا الى حين ۞ 81 والله جعل لكم
مما خلق ظلالا وجعل لكم من الجبال اكنانا وجعل لكم سرابيل تقيكم الحر وسرابيل
تقيكم باسكم كذلك يتم نعمته عليكم لعلكم تسلمون ۞ 82 فان تولوا فانما عليك
البلاغ المبين ۞ 83 يعرفون نعمة الله ثم ينكرونها واكثرهم الكافرون ۞ 84 ويوم
نبعث من كل امة شهيدا ثم لا يوذن للذين كفروا ولا هم يستعتبون ۞ 85 واذا راى الذين
ظلموا العذاب فلا يخفف عنهم ولا هم ينظرون ۞ 86 واذا راى الذين اشركوا شركاءهم قالوا
ربنا هولاء شركاونا الذين كنا ندعوا من دونك فالقوا اليهم القول انكم لكاذبون ۞
87 والقوا الى الله يومىذ السلم وضل عنهم ما كانوا يفترون ۞ 88 الذين كفروا وصدوا
عن سبيل الله زدناهم عذابا فوق العذاب بما كانوا يفسدون ۞ 89 ويوم نبعث في كل امة
شهيدا عليهم من انفسهم وجينا بك شهيدا على هولاء ونزلنا عليك الكتاب تبيانا لكل شيء
وهدى ورحمة وبشرى للمسلمين ۞ 90 ان الله يامر بالعدل والاحسان وايتاي ذي القربى
وينهى عن الفحشاء والمنكر والبغي يعظكم لعلكم تذكرون ۞ 91 واوفوا بعهد الله
اذا عاهدتم ولا تنقضوا الايمان بعد توكيدها وقد جعلتم الله عليكم كفيلا ان الله يعلم
ما تفعلون ۞ 92 ولا تكونوا كالتي نقضت غزلها من بعد قوة انكاثا تتخذون ايمانكم
دخلا بينكم ان تكون امة هي اربى من امة انما يبلوكم الله به وليبين لكم يوم القيمة
ما كنتم فيه تختلفون ۞ 93 ولو شاء الله لجعلكم امة واحدة ولكن يضل من يشاء
ويهدي من يشاء ولتسلن عما كنتم تعملون ۞ 94 ولا تتخذوا ايمانكم دخلا بينكم فتزل
قدم بعد ثبوتها وتذوقوا السوء بما صددتم عن سبيل الله ولكم عذاب عظيم ۞ 95 ولا تشتروا
بعهد

بعهد الله ثمنا قليلا انما عند الله هو خير لكم ان كنتم تعلمون ۝ 96 ما عندكم ينفد
وما عند الله باق ولنجزين الذين صبروا اجرهم باحسن ما كانوا يعملون ۝ 97 من عمل صالحا
من ذكر او انثى وهو مومن فلنحيينه حيوة طيبة ولنجزينهم اجرهم باحسن ما كانوا
يعملون ۝ 98 فاذا قرات القران فاستعذ بالله من الشيطان الرجيم ۝ 99 انه ليس له
سلطان على الذين امنوا وعلى ربهم يتوكلون ۝ 100 انما سلطانه على الذين يتولونه
والذين هم به مشركون ۝ 101 واذا بدلنا اية مكان اية والله اعلم بما ينزل قالوا انما
انت مفتر بل اكثرهم لا يعلمون ۝ 102 قل نزله روح القدس من ربك بالحق ليثبت
الذين امنوا وهدى وبشرى للمسلمين ۝ 103 ولقد نعلم انهم يقولون انما يعلمه بشر لسان
الذي يلحدون اليه اعجمي وهذا لسان عربي مبين ۝ 104 ان الذين لا يومنون بايات
الله لا يهديهم الله ولهم عذاب اليم ۝ 105 انما يفتري الكذب الذين لا يومنون بايات
الله واولايك هم الكاذبون ۝ 106 من كفر بالله من بعد ايمانه الا من اكره وقلبه مطمين
بالايمان ولكن من شرح بالكفر صدرا فعليهم غضب من الله ولهم عذاب عظيم ۝
107 ذلك بانهم استحبوا الحيوة الدنيا على الاخرة وان الله لا يهدي القوم الكافرين ۝
اولايك الذين طبع الله على قلوبهم وسمعهم وابصارهم واولايك هم الغافلون ۝ 109 لا جرم انهم
في الاخرة هم الخاسرون ۝ 110 ثم ان ربك للذين هاجروا من بعد ما فتنوا ثم
جاهدوا وصبروا ان ربك من بعدها لغفور رحيم ۝ 111 يوم تاتي كل نفس تجادل عن
نفسها وتوفى كل نفس ما عملت وهم لا يظلمون ۝ 112 وضرب الله مثلا قرية كانت
امنة مطمينة ياتيها رزقها رغدا من كل مكان فكفرت بانعم الله فاذاقها الله لباس الجوع
والخوف بما كانوا يصنعون ۝ 113 ولقد جاءهم رسول منهم فكذبوه فاخذهم العذاب وهم
ظالمون ۝ 114 فكلوا مما رزقكم الله حلالا طيبا واشكروا نعمة الله ان كنتم اياه
تعبدون ۝ 115 انما حرم عليكم الميتة والدم ولحم الخنزير وما اهل لغير الله به فمن
اضطر غير باغ ولا عاد فان الله غفور رحيم ۝ 116 ولا تقولوا لما تصف السنتكم الكذب
هذا حلال وهذا حرام لتفتروا على الله الكذب ان الذين يفترون على الله الكذب لا
يفلحون ۝ 117 متاع قليل ولهم عذاب اليم ۝ 118 وعلى الذين هادوا حرمنا ما
قصصنا عليك من قبل وما ظلمناهم ولكن كانوا انفسهم يظلمون ۝ 119 ثم ان ربك
للذين عملوا السوء بجهالة ثم تابوا من بعد ذلك واصلحوا ان ربك من بعدها لغفور رحيم ۝
120 ان ابراهيم كان امة قانتا لله حنيفا ولم يك من المشركين ۝ شاكرا لانعمه اجتبيه
وهداه الى صراط مستقيم ۝ 122 واتيناه في الدنيا حسنة وانه في الاخرة لمن الصالحين ۝
123 ثم

123 ثُمَّ أَوْحَيْنَا إِلَيْكَ أَنِ اتَّبِعْ مِلَّةَ إِبْرَاهِيمَ حَنِيفًا وَمَا كَانَ مِنَ الْمُشْرِكِينَ ۞ 124 إِنَّمَا
جُعِلَ السَّبْتُ عَلَى الَّذِينَ اخْتَلَفُوا فِيهِ وَإِنَّ رَبَّكَ لَيَحْكُمُ بَيْنَهُمْ يَوْمَ الْقِيَامَةِ فِيمَا كَانُوا فِيهِ
يَخْتَلِفُونَ ۞ 125 ادْعُ إِلَى سَبِيلِ رَبِّكَ بِالْحِكْمَةِ وَالْمَوْعِظَةِ الْحَسَنَةِ وَجَادِلْهُمْ بِالَّتِي هِيَ أَحْسَنُ إِنَّ
رَبَّكَ هُوَ أَعْلَمُ بِمَنْ ضَلَّ عَنْ سَبِيلِهِ وَهُوَ أَعْلَمُ بِالْمُهْتَدِينَ ۞ 126 وَإِنْ عَاقَبْتُمْ فَعَاقِبُوا بِمِثْلِ
مَا عُوقِبْتُمْ بِهِ وَلَئِنْ صَبَرْتُمْ لَهُوَ خَيْرٌ لِلصَّابِرِينَ ۞ 127 وَاصْبِرْ وَمَا صَبْرُكَ إِلَّا بِاللَّهِ وَلَا تَحْزَنْ
عَلَيْهِمْ وَلَا تَكُ فِي ضَيْقٍ مِمَّا يَمْكُرُونَ ۞ 128 إِنَّ اللَّهَ مَعَ الَّذِينَ اتَّقَوْا وَالَّذِينَ هُمْ مُحْسِنُونَ ۞

In nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. VEnit Imperium Dei *(ideſt propè eſt Dei vindicta, vel judicium)* ne ergo acceleretis illud. Laus ejus, & exaltetur ab eo, quod aſſociant *(ideſt procul abſit, ut habeat deos ſocios)*. 2. Deſcendere faciet Angelos cum ſpiritu per imperium ſuum, ſuper quem voluerit de ſervis ſuis, *&* *dicet illis*: Prædicate, quòd non eſt Deus, niſi ego: itaque timete me. 3. Creavit Cœlos, & terram cum veritate: exaltetur ab eo, quod aſſociant. 4. Creavit hominem ex ſpermate, & ecce ipſe eſt diſceptator manifeſtus *circa mortuorum reſurrectionem*. 5. Et pecudes creavit: vobis in illis eſt materia ad calefaciendum *(ideſt lana, & pili)* & utilitates *aliæ*, & ex ipſis veſcimini. 6. Et vobis in illis eſt decor, cùm *veſpere* ad ſtabula reducitis *eas*, & cùm *manè* in paſcua educitis. 7. Et portant onera veſtra ad regionem, ad quam non eratis perventuri, niſi cum difficultate perſonarum *veſtrarum*: quippe Dominus veſter verè eſt benignus, miſericors. 8. Et *creavit* equos, & mulos, & aſinos, ut conſcendatis eos, & ad ornamentum, & *creabit alia*, quæ non noſtis. 9. Et ad Deum *ſpectat* demonſtrare viam *rectam*, & ab ea *invenitur aliquis* declinans. Et ſi voluiſſet, certè direxiſſet vos univerſos. 10. Ipſe eſt, qui demiſit è Cœlo aquam: vobis eſt ex ea potus, & ex ea *oritur* arbor: in ea paſcitis *pecora veſtra*. 11. Germinare facit vobis per eam ſemen, & oleam, & palmam, & uvas, & ex omnibus fructibus. Certè in hoc eſt ſanè ſignum *unitatis Dei* hominibus, *qui id* mente recogitant. 12. Et coegit gratis ſervire vobis noctem, & diem; & ſolem, & lunam, & ſtellas ſubjectas gratuitæ ſervituti per imperium ſuum. Certè in hoc ſunt ſanè ſigna hominibus, qui intelligunt. 13. Et *ſubjecit vobis*, quod creavit vobis in terra diverſum coloribus ſuis. Certè in hoc verè eſt ſignum hominibus, qui memoria recolunt *illud*. 14. Et ipſe eſt, qui ſubegit *vobis* mare, ut comedatis ex eo carnem recentem *(ideſt piſces)* & extrahatis ex eo ornamentum *(ideſt uniones, & purpuram)* quo induamini. Et vides naves ſulcantes illud, & ut exquiratis, *mercaturam exercendo per navigationem* de abundantia ejus *(ideſt Dei)* & ut vos gratias agatis *illi propter hoc*. 15. Et conjecit in terra montes ſtabiles, ne moveretur vobiſcum, & flumina, & ſemitas, ut vos dirigeremini. 16. Et *poſuit* ſigna *(ideſt indicia viarum)* & per ſtellas ipſi diriguntur. 17. An ergo, qui creat, *erit* ſicut, qui non creat? An ergo non recogitatis? 18. Quòd, ſi numeraveritis beneficia Dei: non aſſequemini computum eorum: quippe Deus verè eſt indultor, miſericors. 19. Et Deus ſcit, quod occultatis, & quod propalatis. 20. Et, quos invocant præter Deum, non creant, quidquam, & ipſi creantur. 21. Mortui *ſunt*, non vivi, & non intelligunt, quandò ſuſcitabuntur *(ideſt formabuntur ab artificibus)*. 22. Deus veſter, Deus unus eſt. Qui verò non credunt in futurum ſæculum: corda eorum ſunt abnegantia *unitatem Dei*, & ipſi ſunt ſuperbè repellentes *veritatem*. 23. Non eſt dubium, quin Deus ſciat, quod occultant & quod manifeſtant: certè ipſe non amat ſuperbientes. 24. Et, cùm dicitur illis:

illis: Quid demiſit Dominus veſter *ad Mahumetum?* Reſponderunt: Figmenta Priorum. 25. Ut portent pondera ſua integra (*ideſt peccata ſua nullatenùs expiata*) in die reſurrectionis, & *partem* ex ponderibus eorum, qui errare faciunt eos ſine ſcientia. Nonne malum erit *onus*, quod portabunt? 26. Jam dolosè egerunt, qui fuerunt ante eos: venitque Deus ad ædificium eorum, *ut deſtrueret illud* à fundamentis: idcircò cecidit ſuper eos tectum à parte ſuperiori eorum, & advenit illis pœna de unde non animadvertebant. 27. Deindè in die reſurrectionis pudefaciet eos, & dicet: Ubi ſunt ſocii mei (*ideſt dii veſtri, quos aſſociabatis mihi*) de quibus diſceptabatis *contra fideles*? Reſpondebunt illi, qui donati fuerunt ſcientia (*ideſt fideles*) profectò confuſio erit hodie, & malum ſuper infideles. 28. Illi, quos morti tradent Angeli, iniquos contra animas ſuas: offerent concordiam *in articulo mortis*, *dicentes*: Non fecimus quidquam mali. *Sed reſpondebunt Angeli*: *Feciſtis* utique. Certè Deus eſt ſciens in eo, quod operabamini. 29. Ingredimini ergo portas Gehennæ jugiter manſuri in ea, & ſanè miſerum erit receptaculum Protervorum. 30. Et dicetur illis, qui pii fuerint: Quidnam demiſit Dominus veſter? Reſpondebunt: Optimum illis, qui benefecerunt: in hoc mundo bonum *erit illis*, & certè Palatium alterius vitæ erit melius, & profectò euge Palatium Piorum. 31. Horti Eden, in quos ingredientur; currunt ſubter eos flumina: ipſis *erit* in illis, quod voluerint. Ita remunerabit Deus Pios. 32. Illis, quos morti tradent Angeli, bonis, dicent, Pax ſuper vos: ingredimini Paradiſum ob id, quod fuiſtis operati. 33. An expectant *infideles*, niſi, ut veniant ad eos Angeli *ad eos occidendos*, aut veniat imperium Domini tui (*ideſt pœna, vel ultio illius*)? Ita fecerunt, qui fuerunt ante eos, & non injuſtus fuit in eos Deus: ſed ipſi animas ſuas injuſtè tractaverunt. 34. Et inciderunt illis mala *in pœnam* illius, quod fecerunt, & deſcendit ſuper eos *ſupplicium*, quod irridebant. 35. Et dixerunt, qui aſſociabant (*ideſt idololatræ*) ſi voluiſſet Deus, non coluiſſemus præter eum quidquam nos, neque patres noſtri: neque prohibuiſſemus ſine illo (*ideſt ſine illius imperio*) rem ullam. Ita faciebant (*ideſt dicebant*) qui fuerunt ante eos. An verò ad Legatos ſpectat, niſi prædicatio manifeſta? 36. Et jam quidem ſuſcitavimus in omni gente Legatum, *qui diceret eis*: Colite Deum, & averſamini idola. Ex his verò aliquos direxit Deus, & ex his alicui debitum fuit *ob Dei prædeſtinationem* errare. Perambulate igitur terram, & inſpicite, quomodò fuit finis mendacia imponentium *legatis ſuis*. 37. Si ſolicitus es, *ò Mahumete*, ſuper directionem eorum. Certè Deus non diriget, quem errare fecerit: neque erunt illis ulli adjutores. 38. Et juraverunt per Deum *toto* conatu juramentorum ſuorum, *dicentes*: Non ſuſcitabit Deus eum, qui mortuus fuerit. Imò *ſuſcitabit eum*; promiſſio *a* de hoc vera eſt, ſed plerique hominum ignorant. 39. Ut clarum faciat eis id; in quo ſunt diſcordes, & ut ſciant, qui ſunt infideles, ſe eſſe mendaces. 40. Profectò dictum noſtrum ad rem rei, cùm voluerimus eam, erit, quòd dicamus ei: Eſto, & erit. 41. Et, qui *patria* emigraverint pro Deo, poſtquam iniquè vexati ſunt: certè faciemus habitare eos in hoc mundo pulchrè, & quidem merces alterius vitæ erit major. Si ſciviſſent *hoc infideles*, *certè fidem amplexi fuiſſent*. 42. Qui patienter ſuſtinuerint, & ſuper Dominum ſuum innixi fuerint *providebit illis Deus unde non opinantur*. 43. Et non miſimus ante te, niſi viros, *non autem Angelos*: loquebamur per revelationem ad eos. Interrogate porrò familiam commonitionis (*ideſt peritos Pentateuchi, & Euangelii: ſeu Judæos, & Chriſtianos*) ſi *vos* neſcitis *hoc*; *ipſi enim ſciunt*. 44. *Miſimus autem illos* cum evidentibus argumentis, & libris, & demiſimus ad te commonitionem (*ideſt Alcoranum*) ut declares hominibus id, quod demiſſum eſt ad eos, & ut ipſi mente revolvant. 45. An ergo ſecuri fuerunt, qui machinati ſunt mala contra *Mahumetum*, ne dehiſcere faceret Deus ſub illis terram, vel *ne* veniret ad eos pœna, unde non putabant? 46. Vel *ne* puniret eos in circuitione ipſorum (*ideſt, dùm mercaturæ gratia itinerabantur*) neque ipſi imbecillem erant reddituri *Deum, ne ipſos puniret*. 47. Vel *ne* puniret eos, *b* paulatim imminuendo *res eorum*? Certè Dominus veſter verè eſt pius, miſericors. 48. Nonne

a Super eũ debita [*i. ex debito ab eo obſervanda eſt*.]

b per injectionem terroris.

a Reſpexerũt ad id.

ne viderunt *a* id, quod creavit Deus rerum, *quomodò* inflectantur umbræ ejus à dextris, & ſiniſtris, adorantes Deum, & ipſę ſunt parveſcentes (*ideſt ſeſe imminuunt*). 49. Et Deum adorat, quod eſt in Cœlis, & quod in terra ex beſtiis, & Angeli, & ipſi non efferuntur in ſuperbiam, *dedignantes eum adorare*. 50. Timent Dominum ſuum ſupra ſe *exaltatum*, & faciunt id, quod jubentur. 51. Et dixit Deus: Ne accipiatis deos duos; quippe ipſe eſt Deus unus, & me, timete me. 52. Et ipſius eſt, quod *exiſtit* in Cœlis, & terra, & ipſi eſt religio perpetua. An ergo præter Deum timebitis *alium*? 53. Et quod eſt in vobis de gratia (*ideſt bonorum*) certè eſt à Deo. Tùm ubi tetigerit vos nocumentum (*ideſt aliquid adverſi vobis acciderit*) profectò ad eum deprecantes clamabitis. 54. Deindè ubi relevaverit nocumentum à vobis: ecce pars ex vobis in Domino ſuo ſocium ponunt. 55. Ut infideliter ſe gerant pro eo, quod dedimus illis. Fruimini ſanè *in cultu deorum veſtrorum*: atqui mox ſcietis, *quid vobis eveniet*. 56. Et conſtituunt ei, quod neſciunt (*ideſt idolis*) partem ex eo, quod in alimentum dedimus illis. Per Deum ſanè rationem reddetis de eo, quod comminiſcimini. 57. Et tribuunt Deo filias. Laus ejus. Et ſibi *eligunt* id, quod deſiderant (*ideſt filios*). 58. Et ubi affertur nuncium alicui eorum de fœmina, evadit facies ejus nigra, & ipſe triſtitia plenus. 59. Occultat ſeſe à populo ob malum illius, quod ipſi nunciatum eſt, *hæret dubius*, an retineat illud cum vilipendio, *neque occidat*: an verò ſepeliat illud in pulvere. Nonne malum eſt id, quod judicant? 60. Illis, qui non credunt in alteram vitam, *competit* ſimilitudo mali, & Deo ſimilitudo altiſſima, & ipſe eſt Præpotens, ſapiens. 61. Quod ſi puniret Deus homines propter iniquitatem eorum: non relinqueret ſuper eam (*ideſt terram*) ullam beſtiam. Uerùm differt eos uſque ad terminum nominatum (*ideſt præfixum.*) Cùm autem venerit terminus eorum, non procraſtinabunt unam horam, neque anticipabunt. 62. Et tribuunt Deo id, quod *ipſi* refugiunt (*ideſt filias*) & proferunt linguæ eorum mendacium, quod *ſcilicet* ipſis *erit* Optimum (*ideſt Paradiſus.*) Non eſt dubium, quin ipſis *dandus ſit* Ignis, & quin ipſi derelinquendi ſint *in eo*. 63. Per Deum, jam quidem miſimus *legatos* ad gentes ante te, & adornavit illis Satanas opera eorum (*ideſt fecit, ut apparerent bona, cùm eſſent mala*) & ipſe erat patronus eorum hodie (*ideſt in hoc mundo*) & ipſis *erit in futuro ſæculo* pœna diſcrucians. 64. Et non demiſimus ſuper te Librum, niſi ut declarares illis id, in quo ſunt diſcordes *circa religionem*, & ad directionem, & miſericordiam hominibus, qui credunt. 65. Et Deus demiſit è Cœlo aquam, & vivificavit per eam terram poſt mortem ejus. Certè in hoc eſt ſanè ſignum *reſurrectionis* hominibus, qui audiunt. 66. Et quidem eſt vobis in pecoribus profectò exemplum ad eruditionem. Potamus vos de eo, quod eſt in uteris ejus (*ideſt eorum*) inter ſedimentum excrementorum, & ſanguinem: *videlicet*, lac defecatum, facile ad deglutiendum bibentibus. 67. Et ex fructibus palmarum, & uvarum percipitis ex eo (*ideſt ex illis*) ebrietatem (*ideſt vinum, quo inebriamini*) & alimentum bonum. Certè in hoc eſt ſignum *potentiæ divinæ* hominibus, qui intelligunt. 68. Et dixit per inſpirationem Dominus tuus ad APEM; Fac *tibi* ex montibus domos, & ex arboribus, & ex eo, quo *homines tibi* conſtruent domos. 69. Deindè comede ex omnibus fructibus, & ambula per ſemitas Domini tui faciles *tibi*, egreditur ex ventribus earum potus diverſus coloribus: in eo eſt ſanitas hominibus. Certè in hoc eſt ſanè ſignum hominibus, qui recogitant. 70. Et Deus creavit vos: deindè defungi faciet vos, & ex vobis aliquis reducetur ad deterius ætatis; itaut neſciat poſt ſcientiam quidquam (*ideſt oblivi ſcatur omninò illius, quod ſciebat*) quippe Deus eſt ſciens, potens. 71. Et Deus excellentes fecit alios veſtrum ſuper alios in opibus:

b tradentes.

neque, qui excellentiores facti ſunt, ſunt *b* impartientes opes ſuas iis, quos poſſederunt dexteræ eorum (*ideſt captivis ſuis*) itaut hi ſint in illis *opibus* æquales. An ergo beneficentiam Dei inficiantur? 72. Et Deus poſuit vobis

c vobis ipſis

ex *c* animabus veſtris conjuges (*nam mulieres naſcuntur ex viris, & Heva formata eſt ex Adam*) & poſuit vobis ex conjugibus veſtris filios, & nepotes; & ali-

alimoniam dedit vobis ex rebus bonis. An ergo in vanitatem (*ideſt idola*) credunt, & in beneficia Dei ipſi ſunt ingrati? 73. Et colunt præter Deum, quod non poſſidet, *ut det* illis alimoniam, è Cœlis, & terra, rem ullam, & non poſſunt *aliquid efficere*. 74. Ne ergo *a* ponatis Deo ſimilitudines: quippe Deus ſcit, & vos neſcitis. 75. Propoſuit Deus in parabolam ſervum poſſeſſum, qui non poſſit ullam rem, & *hominem liberum*, cui præbuimus in ſuſtentationem ex nobis proventum bonum; ipſe verò dilargitur ex eo clam, & palam. An *duo iſti* æquales erunt? Laus Deo. Sed plerique eorum neſciunt. 76. Et propoſuit Deus in parabolam duos viros: unum eorum mutum à nativitate; non *b* poteſt *præſtare* rem ullam, & ipſe gravis eſt ſuper herum ſuum: quocunque miſerit illum, non veniet cum bono (*ideſt nihil efficiet*). An adæquabitur hic, & ille, qui præcipit juſtum, & ipſe eſt in via recta? 77. Et Deo eſt arcanum Cœlorum, & terræ, & non erit negocium Horæ (*ideſt dies judicii*) niſi ſicut ictus oculi, vel ipſum erit celerius: quippe Deus ad omnem rem eſt potens. 78. Et Deus eduxit vos de uteris matrum veſtrarum: neſciebatis quidquam, & dedit vobis auditum, & viſum, & corda, ut vos gratias ageretis. 79. Nonne reſpiciunt in aves agitatas *volando* in intercapedine Cœli? Non retinebit eas, *ne volent*, niſi Deus. Certè in hoc ſunt ſanè ſigna hominibus, qui credunt. 80. Et Deus effecit vobis ex domibus veſtris habitationem, & fecit vobis ex pellibus pecudum domos (*ideſt tentoria*) levigatis eas die itineris veſtri, & die ſtationis veſtræ (*ideſt ad ſtandum, & ambulandum*) Et ex velleribus earum, & pilis earum, & crinibus earum ad utenſilia, & ſupellectilem uſque ad tempus. 81. Et Deus poſuit vobis ex eo, quod creavit, umbracula, & poſuit vobis ex montibus latibula, & dedit vobis tunicas, quæ tuentur vos à calore (*ideſt à frigore*) & tunicas, quæ tuentur vos in præliis veſtris. Ita complet beneficentiam ſuam erga vos, *c* ut vos dedatis *vos ipſos illi*. 82. Quòd, ſi tergiverſati fuerint; profectò ad *d* te *ſpectat tantummodò* annunciatio manifeſta. 83. Agnoſcunt beneficentiam Dei, deindè abnegant illam, & plerique eorum ſunt infideles. 84 Et die *quadam* ſuſcitabimus ex omni gente teſtem (*ideſt die judicii, qua contra quamlibet gentem conſurget propheta, qui prædicaverat ei*) Tùm non annuetur iis, qui fuerint infideles; *e* neque ipſi in gratiam recipientur. 85. Et ubi viderint iis, qui iniquè egerint, tormentum *ignis*: neque alleviabitur ab ipſis, neque ipſi expectabuntur (*ideſt ſtatim conjicientur in illud*). 86. Et cùm viderint ii, qui aſſociaverunt, aſſociatos ſuos (*ideſt idololatræ deos ſuos, ſeu dæmonas*), dicent: Domine noſter, iſti ſunt aſſociati noſtri, quos invocabamus præter te. At *illi* jacient ad eos dictum (*ideſt reſpondebunt eis*) Certè vos eſtis prorſus mendaces. 87. Et conjicient ad Deum die illa concordiam (*ideſt poſtulabunt ab eo pacem*) & errabit ab eis id, quod commenti fuerant (*ideſt abſcondent ſe ab eis dii eorum*). 88. Qui infideles fuerint, & excluſerint *alios* à ſemita, Dei augebimus illis pœnam ſupra pœnam, eo quòd corruperint *alios*. 89. Et die *quadam* ſuſcitabimus in omni gente teſtem contra eos ex animabus eorum (*ideſt Prophetam, ſeu legatum è genere ipſorum*) & adducemus te teſtem contra hos (*ideſt Arabes*). Et demiſimus ſuper te librum ad declarationem omnis rei, & directionem, & miſericordiam, & fauſtum nuncium Moslemis. 90. Certè Deus præcipit juſtitiam, & beneficentiam, & donationem *partis facultatum* habentibus propinquitatem, & prohibet à flagitio, & injuſtitia, & ſycophantia: hortatur vos, ut vos commonefiatis. 91. Et complete pactum Dei cùm pactum iniiſtis, & ne infringatis juramenta poſt ratificationem eorum. Et jam conſtituiſtis Deum ſuper vos fidejuſſorem. Certè Deus ſcit id, quod facitis. 92. Et ne ſitis ſicut illa, quæ diſſoluit netum ſuum poſt firmitatem *f* multoties diſſolvendo, *dùm* aſſumitis juramenta veſtra fraudolenter inter vos, eo, quòd ſit gens ipſa numeroſior, quàm gens (*ideſt una pars numeroſior ſit, vel potentior altera*). Certè tentabit vos Deus in hoc, & profectò evidens faciet vobis die reſurrectionis id, in quo diſcordes eratis. 93. Quòd, ſi voluiſſet Deus, certè feciſſet vos gentem unam (*ideſt unius religionis*) Sed errare facit, quem vult, & dirigit,

a prōpōnatis de Deo.

b eſt pōtens ad.

c ut vōs Moslemi fiatis.

d Super te *incumbit*.

e neque ipſis complacebitur.

f cūm multiplici retorſione [*ideſt poſt quā multoties retorſit filum, firmiterque redegit in glomꝰ*]

quem vult. Et profectò rationem reddetis de eo, quod fueritis operati. 94. Et ne assumatis juramenta vestra fraudolenter inter vos, ne labatur pes post stabilitatem suam, & gustetis malum eo, quòd averteritis *alios* à semita Dei, & *eveniat* vobis pœna magna. 95. Et ne *a* negociemini cum pacto Dei prætium parvum (*ideſt, ne violetis illud ob exiguum lucrum*). Utique apud Deum erit melius vobis, si scieretis. 96. Quod est apud vos, deficiet, & quod est apud Deum, erit permanens. Et quidem rependemus iis, qui constantes fuerint, mercedem suam, pro optimo illius, quod fuerint operati. 97. Qui fecerit rectum, sit masculus, sive fœmina, & ipse fuerit credens, omninò vivicabimus eum vita bona, & certè rependemus eis mercedem eorum, pro optimo illius, quod fuerint operati. 98. Cùm verò leges Alcoranum, recurre ad auxilium Dei, ut custodiate à Satana lapidato. 99. Porrò non est illi potestas super eos, qui credunt, & super Dominum suum innituntur. 100. Utique *b* potestas ejus est super eos, qui accipiunt ipsum in Præsidem, & qui sunt in eo (*ideſt Deo*) associantes. 101. Cùm autem commutaverimus signum loco signi (*ideſt versum Alcorani in alium versum*) (Deus autem est scientissimus de eo, quod demittit) (*i. quid revelet in Alcorano*) dicent *tibi infideles*: Profectò tu es confictor *hujumsodi versuum*. Atqui plerique eorum nescium. 102. Dic: Demisit illum (*i. Alcoranum*) spiritus sanctitatis (*i. Gabriel*) à Domino tuo cum veritate, ut confirmet eos, qui crediderunt, & *ad* directionem, & fastum nuncium Moslemis. 103. Et, quidem jam novimus, quod ipsi dicunt: Profectò docet eum (*ideſt Mahumetum*) homo. Lingua, ad quam inclinant (*ideſt, qua loquuntur homines illi, à quibus dicunt Mahumetum doceri*) est barbara: hæc autem, *qua scriptus est Alcoranus*, est lingua Arabica, clara (*ideſt elegans*). 104. Porrò, qui non credunt in signa Dei, non diriget eos Deus, & ipsis erit pœna dolorifica. 105. Profectò confingunt mendacium, qui non credunt in signa Dei, & hi sunt mentientes. 106. Qui abnegaverit Deum post fidem suam (*ideſt, postquam credidit in eum*) præter eum, qui invitus coactus fuerit *ad abnegandum eum verbis*; sed cor ejus fuerit firmiter permanens in fide (*gravis huic fiat comminatio*). Verumtamen, qui manifestaverit in infidelitate pectus (*ideſt, qui ostenderit, se fidem libenti animo abnegare*) super hos erit ira à Deo, & his erit pœna magna. 107. Hoc, quia ipsi dilexerunt vitam mundanam plusquam alteram vitam, & quia Deus non diriget homines infideles. 108. Hi sunt, quibus sigillum impressit Deus super corda eorum, & auditum eorum, & aspectus eorum, & hi sunt negligentes. 109. Non est dubium, quin ipsi in altera vita sint perituri. 110. Tùm certè Dominus tuus illis, qui transmigraverunt *è Mecca in Medinam*, posteaquam divexati fuerunt (*ideſt conflicti suppliciis ad abnegandam fidem ore tenus*) deindè decertaverunt, & constantes fuerunt (*in fide*) profectò Dominus tuus post eam *abnegationem erit illis* sanè indultor, misericors. 111. Die quadam veniet omnis anima, *c* causam actura pro se ipsa, & satisfiet omni animæ *pro eo*, quod fuerit operata, & ipsi non tractabuntur injustè. 112. Et proposuit Deus in parabolam urbem, quæ erat secura, tutò quiescens, veniebat ad eam annona ejus abundanter ex omni loco: sed ingrata fuit beneficiis Dei: propterea gustare fecit eam Deus indumentum famis (*ideſt extremam famem septem annorum; hoc enim evenit Meccæ*) & timoris *armorum Mahumeti*, propter id, quod fecerant. 113. Et quidem jam venit ad eos legatus ex ipsis (*i. Mahumetus ad Maccanos*) & mendacii insimulaverunt eum: propterea invasit eos pœna; & ipsi erant injustè agentes. 114. Comedite igitur ex eo, quod providit vobis Deus, licitum, bonum, & grati estote beneficentiæ Dei, si illum colitis. 115. Porrò prohibuit vobis morticinum, & sanguinem, & carnem porci, & illud, quod immolatum est alii, quàm Deo. Qui verò necessitate coactus fuerit *ad hæc comedenda*; non appetens, neque transgrediens (*ideſt non ex libidine comedendi, neque animo legem transgrediendi*) profectò Deus *erit illi* indultor, misericors. 116. Neque dicatis id in quo proferrent linguæ vestræ mendacium: Hoc est licitum, & hoc est illicitum; ut confingatis de Deo mendacium, *dum Deus nihil hujusmodi dixit*. Nam, qui comminiscuntur de Deo mendacium, non prosperabuntur. 117. Fruitio parva

a vendatis parum Dei prætio parvo.

b patronum.

c disceptatura.

Importuna prorsùs trãslatio.

parva *erit illis in hac vita*, & ipſis *in futuro ſeculo erit* pœna diſcrucians. 118. Et ſuper eos, qui ſunt Judæi, prohibuimus id, quod narravimus tibi anteà: neque injuriam fecimus illis *in hoc*: ſed in animas ſuas *ipſi* iniqui fuerunt. 119. Deindè certè Dominus tuus illis, qui operati fuerint malum *idololatriæ* per ignorantiam: tùm reſipuerint poſt hoc, & ſe correxerint certè Dominus tuus poſteà *erit illis* omninò indultor, miſericors. 120. Porrò Abraham fuit Antiſtes, obediens Deo, Orthodoxus, & non fuit ex Aſſociantibus. 121. Gratus beneficiis ejus. Elegit eum: & direxit eum in viam rectam. 122. Et dedimus ei in hoc mundo bonum, & quidem ipſe in altera vita ſanè erit ex Probis. 123. Deindè per inſpirationem diximus tibi: ſequere religionem Abrahæ Orthodoxi, & non fuit ex aſſociantibus. 124. Utique conſtitutum fuit Sabbathum ſuper eos, qui diſcordes fuerant in eo, & certè Dominus tuus ſanè judicabit inter eos die reſurrectionis circa id, in quo fuerunt diſcordes. 125. Voca ad viam Domini tui per ſapientiam, & parenefim pulchram, & diſcepta cum eis cum *verbis*, quæ ſint *a* pulcherrima; nam Dominus tuus eſt ſcientiſſimus de eo, qui erraverit à via ejus, & ipſe eſt ſcientiſſimus de directis. 126. Quòd ſi pœnas ſumpturi ſitis *de aliquibus*, ſumite pœnas, ſecundum quòd ſumptæ ſunt pœnæ de vobis (*ideſt reddite par pari*). Quòd ſi patienter ſuſtinueritis, *omiſſa vindicta*: certè hoc erit melius patienter ſuſtinentibus. 127. Et patienter ſuſtinete, & non erit patientia veſtra, niſi cum Deo (*ideſt cum auxilio ejus*.) Et ne contriſteris propter eos (*ideſt infideles*), & ne ſis in anguſtia propter id, quod doloſè moliuntur. 128. Quippe Deus erit cum illis, qui *ipſum* timuerint, & qui fuerint benefacientes.

a optima [*i. modeſtiſſima*].

NOTÆ.

INſcriptionem fecit huic Suræ, *Apes*, eò, quod de illa duo verſiculi, nimirùm 68. & 69. conſcribantur. Promittitur autem præmium lectori, quòd: من يحاسبة الله بما انعم علية فى دار الدنيا وان مات فى يوم تلاها او ليلة كان له من الاجر كالذى مات واحسن الوصية *Non computabit Deus id, quod beneficè contulit ei in præſenti ſæculo* (vel non exiget ab eo rationem de illo.) *Si verò mortuus fuerit eadem die, vel nocte, qua legerit hanc Suram: habebit eamdem mercedem, quam habet is, qui moriens, optimum condit teſtamentum*: vel qui facit legata ad beneficium multorum. Meccanam faciunt omnes: ſed Gelal excipit tres ultimos verſus. De numero verſiculorum non invenio eſſe apud Authores diſcrepantiam.

I. *Laus ejus, & exaltetur.*] Aliàs dixi, has formulas سبحانه وتعالى *Laus ejus, & exaltetur*, ſeu, *& exaltatus eſt*, habere vim التنزيه *deteſtationis*: ac ſi dicas: Abſit, abſit à Deo, ut habeat deos ſocios. Porrò تعالى ſicut etiam *benedictus fuit* تبارك, cùm ſint præterita, habent vim imperandi. Ita dicitur ابليس لعنه الله *Diabolus, maledixit eum Deus*, ideſt maledicat eum Deus. Eumdem modum loquendi obſervant Hebræi: & hoc faciunt ob reverentiam Dei, ne videantur quodammodò Deo aliquid imperare.

II. *Deſcendere faciet Angelos cum ſpiritu.*] Explicat Gelal: ينزل جبرايل بالوحى *deſcendere faciet Gabrielem cum revelatione*. Eodem modo Jahias, & Zamchaſcerius; qui addunt revelationem vocari Spiritum, quia eſt veluti ſpiritus, & vita animarum. Alii tamen per ſpiritum, intelligunt ipſum Gabrielem.

VI. *Et vobis in illis eſt decor*] Decoris nomine intelligit Gelal: زينة *ornamentum*. Videtur enim eſſe in hoc quoddam veluti ornamentum, ac decus dominorum.

XXI. *Non intelligunt, quandò ſuſcitabuntur.*] Verbum Arabicum بعث ſignificat *ſuſcitare, mittere, creare*, vel *producere*. Quamobrem quidam explicant: quandò ab artificibus formantur: Gelal exponit: Non intelligunt, ſcilicet Dæmones, quandò ſuſcitandi ſint homines in die Judicii. Jahias autem & Cottada: Neſciunt ipſi Dæmones, qui coluntur in ſimulacris, quandò congregandi ſint unà cum hominibus in die Judicii.

XXVI. *Jam doloſè egerunt, &c.*] Putat Gelal, hìc ſermonem eſſe de Nemrod, qui Babelicam Turrim ædificavit: ita enim habet: وهو نمرود بنا صرحا طولاً ليصعد منه الى السماء ليقاتل اهلها فاتى الله قصد بنيانهم من القواعد فارسل عليه الريح والزلزلة فهدمتها *Et hic fuit Nemrod, qui ædificavit altiſſimam turrim, ut aſcenderet per eam in Cœlum, & bellum gereret cum habitatoribus ejus. Deus autem veniens diruit ædificium eorum à fundamentis, immiſitque contra illum ventum, & terræmotum excitavit, turremque deſtruxit.*

XXVIII. *Conjicient concordiam.*] Verba Arabica القوا السلم variè exponuntur à Moslemis, qui tamen omnes conveniunt, innui per ea humiliationem; ſupplicemque ſubjectionem hominum ſceleſtorum in mor-

morte, cùm viderint Angelos venientes ad extrahendas animas ipsorum.

XLVII. *Vel ne puniret eos paulatim imminuendo.*] Ita communiter explicant interpretes verba Arabica على التخوّف quæ tamen propriè significant, *cum terrore*, vel *eos timore concutiendo*: quam expositionem etiam Zamchascerius admittit.

LVII. *Et tribuunt Deo filias*]. Putabant enim Arabes Ethnici, ut asserit Gelal, Angelos esse filias Dei.

LXX. *Itaut nesciat post scientiam quidquam.*] Idest nihil recordetur eorum, quæ ante sciebat, quod pluriès senibus solet evenire. Mirabile est, seu veriùs ridiculum, quod, teste Gelal, قال عكرمة من قرء القران لم يصر بهذه الحالة *dixit Acrama: Qui legerit Alcoranum, non deveniet ad hunc statum.* At experientia docet oppositum.

LXXV. *Proposuit Deus in parabolam, &c.*] Exponit Gelal, parabolam horum duorum hominum, servi scilicet, & liberi his verbis الاولى مثل الاصنام والثانى مثل تعالى *Prior significat idola: posterior autem Deum verum.*

LXXVI. *In parabolam duos viros*]. Hunc mutum à nativitate, accipiunt expositores pro homine infideli: quemadmodùm eum, qui loquitur justa, & est in via rectâ, pro fideli. Sed ineptissima est hæc parabola, in qua prima pars caret explicatione, secunda verò nihil habet parabolicum.

LXXXI. *Quæ tuentur vos à calore*]. Explicat Gelal: اى من البرد *idest à frigore.* Nimis stolidum fuit Prophetam suum, qui caloris nomine frigus intelligat.

XCII. *Sicut illa, quæ dissolvit netum suum*]. Alludit ad fœminam quamdam Meccanam fatuam, quæ per totam diem nebat: deindè id, quod neverat dissolvebat. Ostenditque per hoc non esse violanda juramenta. Omnia ineptè.

XCVIII. *Cùm verò leges Alcoranum, &c.*] Ita admonen se fingit Mahumetus, quia accidit quadam die, ut dum legeret, vel recitaret Alcoranum, insignem protulerit blasphemiam magno cum scandalo eorum, qui audiebant id, quod actu Diaboli linguam ejus moventis, evenisse confingunt. Verùm de hoc inferiùs dicemus suo loco.

CIII. *Profectò docet eum homo*] De hoc homine, qui Mahumetum docebat, diversimodè sentiunt Moslemi. Gelal: وهو قين نصرانى كان النبى يدخل عليه. *Erat hic Cain Christianus, cujus domum Mahumetus frequentabat.* Suspicor pro قين *Cain* scribendum قيش *Cais*: de quo apud Moslemos, tanquam de insigni Monacho Christiano, & Mahumeto familiari, fit mentio. Jahias يعنون عبداً لابن الحضرمى وكان روميًا صاحب كتب: وتفسير قتادة اسمه حبر

وقال بعضهم هو عداس غلام عتبة بن ربيعة *Per hunc hominem innuebant servum Ebno-Ichadermii, qui erat Romanus, artifex librorum. In expositione Cottadæ appellatur Haber. Quidam verò dicunt, hunc fuisse Addas puerum Ottabæ filii Rabiæ.* Zamchascerius ارادوا بالبشر غلاماً كان لحويطب بن عبد العزّى قد اسلم وحسن اسلامه اسمه عايش او يعيش وكان صاحب كتب وقيل هو حبر غلام رومى كان لعامر بن الحضرمى وقيل عبدان حبر ويسار كانا يصنعان السيوف بمكة ويقرأن التورة والانجيل فكان رسول الله اذا مرّ وقف عليهما فسمع ما يقرأن فقالوا يعلمانه فقيل لاحدهما فقال بل هو يعلمنى وقيل هو سلمان الفارسى. *Significabant per illum hominem, adolescentem quemdam, quem habebat apud se Haviteb filius Abdalozæ, qui Mahumetismum amplexus fuerat, seque optimè in eo gerebat, & vocabatur Aisc, vel Jaisc: eratque Bibliopola. Alii dicunt, eum fuisse Haber juvenem Romanum, quem habebat apud se Amer filius Alchadermii. Alii dicunt, fuisse duos servos, quorum nomina erant Haber, & Jasser, qui fabricabant enses in Mecca, & legebant Pentateuchum, & Evangelium. Mahumetus autem, dùm transiret, consistebat apud utrumque, & audiebat id, quod legebant. Ideò homines vulgò dicebant, hos duos docere Mahumetum. Quod cùm uni eorum relatum fuisset, respondit: Quin, potiùs ipse docet me. Alii dicunt, hunc fuisse Salman Persam.*

CXXIV. *Utique constitutum fuit Sabbatum, &c.*] Gelal ita factum exponit اختلفوا فيه على نبيهم وهم اليهود أمروا ان يتفرغوا للعبادة يوم الجمعة فقالو لا نريد واختاروا السبت فشدد عليهم فيه *Discordes fuerunt circa illud contra Prophetam suum, nimirùm Judæi: quibus, cùm præceptum fuisset, ut vacarent cultui divino die Veneris; dixerunt: Nolumus illum. Et elegerunt Sabbatum. Quamobrem obstricti sunt ad illud observandum.*

CXXVI. *Quòd si pœnas, &c.*] Gelal نزل لما قتل حمزة ومثل به فقال ﷺ وقد راءه لامثلن منهم بسبعين مكانه. *hoc revelatum fuit, quandò occisus est Amza: statutumque fuit de eo supplicium publicum contra illius interfectores. Dixitque Mahumetus, qui jam viderat eum occisum: Certè ego stautam de his, qui occiderunt te, supplicium publicum septuagies atrocius, quàm fuerit supplicium tuum.*

REFU-

REFUTATIONES.

I. DUm versu 43. fingitur Deus affirmare, se ante Mahumetum non misisse, nisi homines, non autem Angelos, ut explicat Gelal, ut pro se legatione fungerentur, & allegantur hujus rei testes Pentateuchi, & Euangelii professores, convincitur Deus per Alcoranum manifesti mendacii. Neque enim semel legimus tàm in Pentateucho, quàm in Euangelio, Angelos à Deo ad homines legatos fuisse: ut patet in libro Exodi Cap. 23. ubi Deus ipse loquitur Israelitis: *Ecce ego mittam Angelum meum, observa eum, & audi vocem ejus*. Et in lib. Judicum Cap. 2. Angelus fungitur loco legati ad eosdem Israelitas, redarguens eos de peccatis eorum.

II. Dùm versu 52. pronunciat Mahumetus, religionem Dei esse perpetuam: necessario etiam fatetur, Christianam religionem, saltem in iis, quæ pertinent ad æternas veritates, & ad substantiam, esse, & fuisse veram, & bonam: quemadmodùm bona, & vera fuit quoad hæc religio Judaica: hæc enim sunt immutabilia in se, neque Deus ipse potest ea variare. Secùs dicendum de illis, quæ ad cęremonias, sacrificia, & leges positivas referuntur. E conversio Mahumetanica secta non potest esse neque bona, neque vera religio, quia in veritatibus æternis, & in iis, quæ de facto evenerunt, discedit ab ea religione, quæ ab orbe condito usque ad Mahumetum semper eadem fuit, & nunc etiam apud Christianos perseverat.

III. Approbat hìc Mahumetus versu 67. vinum, & ebrietatem, tanquam beneficia Dei. Dùm igitur alibi vinum damnat, tanquam Diaboli inventum, sibiipsi turpissimè contradicit. Non enim, nisi stultè, & impiè, inventum Diaboli, & res per se mala, ac nefaria, vocari potest beneficium Dei. Sed de hoc jam supra fusiùs disseruimus.

IV. De eo, quod pertinet ad abrogationem, & subrogationem versuum Alcorani, jam supra satis multa dicta sunt. Hìc tantummodò addo, valdè ridiculum esse, abrogari, & subrogari posse aliquid in eo libro, qui fingitur increatus servari in essentia Dei, vel etiam in throno ipsius. Et quamvis novum non sit in legibus humanis aliquid pro conditione temporum, vel hominum auferri, vel apponi: hoc tamen in lege illa, quæ legum omnium perfectissima à Deo data supponitur, absurdum omnino censendum est; præsertim ubi ea abrogantur, vel subrogantur, quæ semper suapte natura vel bona, vel mala sunt, cujusmodi est in præsenti usus vini, quod, si inventum Diaboli est, & aliquid per se nefarium, & illicitum, nunquam debuit in Alcorano, tanquam Dei donum, ac beneficium commendari, & consequenter, ut bonum concedi.

V. Illud, quod habetur obscurius versu. 103. & alibi in Alcorano, innuit veritatem ejus, quod communi nostrorum Authorum calculo probatur, nimirùm à Judæis, & Christianis, Mahumetum ea confusim didicisse, ex quibus Alcoranum suum confarcinavit. Certum est plura ejus figmenta ex Thalmude desumpta esse, ut adorationem Adæ exhibitam ab Angelis: examen, seu tormentum sepulchri; consensum internum Josephi in stuprum cum domina, & alia hujusmodi suprà relata, & infrà referenda. Verùm quid de Alcorani Authore sentiendum sit, vide, quæ in Tractatu de Alcorano suo loco dicta sunt.

VI. Absolvit Alcoranus à peccato gravi eum, qui invitus coactus fuerit ad abnegandum Deum, dummodò id faciat verbis tantùm, corde firmiter in fide permanente, & eum tantùm peccati gravis, & gehennæ reum facit, qui, & verbis, & animo volente fidem abnegaverit. Ita n. habet. §. 106. *Qui abnegaverit Deum post fidem suam, præter eum, qui invitus coactus fuerit, & cor ejus firmum permanserit in fide*. Hìc est apodosiopæsis, & Gelal vult intelligi pro الجواب seu parte correlativa sententiæ وعيد شديد لهم *his competit comminatio gravissima*. Jahias in hoc silet, sed solùm scribit hęc verba dicta fuisse, في عمار بن يسار واصحابه اخذهم المشركون ووقفوهم على الكفر بالله ورسوله فخافوا منهم فعاهدوهم ذلك بافواههم *propter Omar filium Jassar, & socios ejus; comprehenderunt Idololatræ, & adegerunt eos ad abnegandum Deum, & legatum ejus: ipsi verò ob timorem consenserunt illis in hoc verbis tantùm*. Zamchascerius putat præintelligenda verba præcedentis versiculi انما يفتري الكذب *Profectò confingit medacium*, seu blasphemè mentitur, *qui abnegaverit Deum post fidem suam*: & subdit: واستثني منهم المكره فلم يدخل تحت حكم الافتراء ثم قال ولكن من شرح الكفر صدرا اي طاب به نفسا واعتقده فعليهم غضب من الله . . . وروي ان ناسا من اهل مكة فتنوا فارتدوا عن الاسلام بعد دخولهم فيه وكان فيهم من اكره فاجري كلمة الكفر على لسانه وهو معقد للايمان منهم عمار واواه ياسر وسمية وصهيب وبلال وخباب وسالم عذبوا . . . فقيل يا رسول الله ان عمارا كفر فقال كلا ان عمارا ملئ ايمانا من قرنه الي قدمه فاختلط الايمان بلحمه ودمه فاتي عمار

عمـــار رسول اللـــه ﷺ وهو يبكي فجعـــل
رسول اللـــه يمسح عليـــه وقـــال ما لك ان
عادوا لك فعدلـــهم بمـــا قلتُ

Excipit autem ab illis, ideſt conſingentibus mendacium, ſuper quos erit ira Dei, illum, qui invitus coactus fuerit; ita ut non ſubeat ſententiam, ſeu judicium debitum conſingentibus mendacium. Deindè ſubdit: Sed, qui aperuerit infidelitatem pectore: ideſt, cui interiùs placuerit infidelitas, & profeſſus fuerit illam, ſuper hujusmodi erit ira Dei. Fertur autem, quoſdam homines Meccanos tentatos fuiſſe ab infidelibus, & reſiliiſſe à fide jam ſuſcepta. Erant autem inter eos quidam, qui inviti coacti fuerant ad hoc, & corde fidem firmiter retinentes, eam tantummodò verbis abnegaverant. Inter hos fuerunt Omar, & parentes ejus Jaſer, & Sammia, & Saheb, & Malal, & Chobab, & Sàlem, qui propter religionem diſcruciati fuerant. Dictum autem fuit Mahumeto. O legate Dei: Omar abnegavit fidem. Ille verò reſpondit: Nihil tale, nam Omar eſt plenus fide à vertice capitis uſque ad plantam pedis; itaut caro ejus, & ſanguis ejus cum fide commixta ſint. Venit autem Omar flens ad Mahumetum: at ille manu cœpit leniter attrectare eum, dicens. Quid ad te, ſi hoſtiliter egerunt tecum? vel ſi tranſgredi fecerunt te? Et juſtificavit eos in eo, quod dixi; ideſt immunes declaravit eos à peccato in eo, quod fidem exteriùs tantummodò abnegaverant. Ex his manifeſtè habetur, licere per Alcoranum, & Mahumetanos, ſine culpa ſaltem gravi, & quæ iram Dei mereatur, Deum ipſum, ejuſque fidem, verbis abnegare, dummodò id non fiat ex corde, ſi quis ad hoc minis, vel ſuppliciis intentatis adigatur. Hoc autem, quàm impium, ac deteſtabile ſit, nemo non videt. Vide Prodr. p. 4. c. 26. pag. 71.

VII. Quod attinet ad diſſenſionem Judæorum circa receptionem Sabbathi, vel diei Veneris, eſt mera fabula, vel potiùs mendacium. Patet enim ex ſacris literis, diem Sabbathi fuiſſe communem ad feriandum Deo omnibus hominibus ab ipſis mundi incunabulis. Quamobrem Deus in lege non præcepit Sabbathum, tanquam aliquid novum, ſed ſolum illud in memoriam Iſraelitis reduxit, ut in ejus cultu perſeverarent, dicens Exodi Cap. 20. *Recordare diei Sabbathi, ad ſanctificandum eum.*

VIII. Si Mahumetus in lege, quam ſancit verſu 103. de ultione ſumenda cum pœna talionis, reſpicit publicam authoritatem, cum bono Reipublicæ coniunctam, nullam meretur cenſuram. Si verò privatam vindictam concedit, itaut unuſquiſque propria authoritate poſſit ſe de eo, à quo læſus fuerit, ulciſci, rejiciendus omninò eſt, ac damnandus, cùm & Euangelicæ legi, & optimis quarumcunque gentium inſtitutis adverſetur. Si autem verum ſit id, quod habent hìc Expoſitores, & qui Mahumeti vitam ſcripſere, de ultione, quam ſumere volebat de cæde Hamzę; nemo non fatebitur, nimis crudelem, & injuſtum fuiſſe Mahumetum. Quod, cùm ipſemet cognoviſſet, lege ſua ſeipſum correxit, vel corrigere ſimulavit. Porrò concedi in Alcorano privatam vindictam, patet ex aliis ejus locis, & nos in Prodrom. p. 4. c. 24. pag. 65. latiſſimè demonſtravimus.

سورة

سورة الاسري مكيّة مائة وعشر آية

SURA XVII.
ITER NOCTURNUM.
MECCANA:
COMMATUM CENTUM, AC DECEM.

بسم الله الرحمن الرحيم ❋

1 سبحان الذي اسرى بعبده ليلا من المسجد الحرام الى المسجد الاقصا الذي باركنا حوله لنريه من
اياتنا انه هو السميع البصير ۞ 2 واتينا موسي الكتاب وجعلناه هدي لبني اسرايل الا
تتخذوا من دوني وكيلا ۞ 3 ذرية من حملنا مع نوح انه كان عبدا شكورا ۞ 4 وقضينا الى
بني اسرايل في الكتاب لتفسدون في الارض مرتين ولتعلن علوا كبيرا ۞ 5 فاذا جاء
وعد اوليهما بعثنا عليكم عبادا لنا اولي باس شديد فجاسوا خلال الديار وكان وعدا مفعولا ۞
6 ثم رددنا لكم الكرة عليهم وامددناكم باموال وبنين وجعلناكم اكثر نفيرا ۞
7 ان احسنتم لانفسكم وان اساتم فلها فاذا جاء وعد الاخرة ليسوا وجوهكم وليدخلوا المسجد
كما دخلوه اول مرة وليتبروا ما علوا تتبيرا ۞ 8 عسي ربكم ان يرحمكم وان عدتم
عدنا وجعلنا جهنم للكافرين حصيرا ۞ 9 ان هذا القران يهدي للتي هي اقوم ويبشر المومنين
الذين يعملون الصالحات ان لهم اجرا كبيرا ۞ 10 وان الذين لا يومنون بالاخرة اعتدنا
لهم عذابا اليما ۞ 11 ويدع الانسان بالشر دعاءه بالخير وكان الانسان عجولا ۞
12 وجعلنا الليل والنهار ايتين فمحونا اية الليل وجعلنا اية النهار مبصرة لتبتغوا فضلا من ربكم
ولتعلموا عدد السنين والحساب وكل شيء فصلناه تفصيلا ۞ 13 وكل انسان الزمناه
طايره في عنقه ونخرج له يوم القيمة كتابا يلقاه منشورا ۞ 14 اقرا كتابك كفي
بنفسك اليوم عليك حسيبا ۞ 15 من اهتدي فانما يهتدي لنفسه ومن ضل فانما يضل
عليها ولا تزر وازرة وزر اخري وما كنا معذبين حتي نبعث رسولا ۞ 16 واذا اردنا ان نهلك

قرية

قَرْيَةً أَمَرْنَا مُتْرَفِيهَا فَفَسَقُوا فِيهَا فَحَقَّ عَلَيْهَا الْقَوْلُ فَدَمَّرْنَاهَا تَدْمِيرًا ۝ 17 وَكَمْ أَهْلَكْنَا مِنَ
الْقُرُونِ مِنْ بَعْدِ نُوحٍ وَكَفَى بِرَبِّكَ بِذُنُوبِ عِبَادِهِ خَبِيرًا بَصِيرًا ۝ 18 مَنْ كَانَ يُرِيدُ الْعَاجِلَةَ
عَجَّلْنَا لَهُ فِيهَا مَا نَشَاءُ لِمَنْ نُرِيدُ ثُمَّ جَعَلْنَا لَهُ جَهَنَّمَ يَصْلَيْهَا مَذْمُومًا مَدْحُورًا ۝ 19 وَمَنْ
أَرَادَ الْآخِرَةَ وَسَعَى لَهَا سَعْيَهَا وَهُوَ مُؤْمِنٌ فَأُولَئِكَ كَانَ سَعْيُهُمْ مَشْكُورًا ۝ 20 كُلًّا نُمِدُّ هَؤُلَاءِ
وَهَؤُلَاءِ مِنْ عَطَاءِ رَبِّكَ وَمَا كَانَ عَطَاءُ رَبِّكَ مَحْظُورًا ۝ 21 انْظُرْ كَيْفَ فَضَّلْنَا بَعْضَهُمْ عَلَى
بَعْضٍ وَلَلْآخِرَةُ أَكْبَرُ دَرَجَاتٍ وَأَكْبَرُ تَفْضِيلًا ۝ 22 لَا تَجْعَلْ مَعَ اللَّهِ إِلَهًا آخَرَ فَتَقْعُدَ
مَذْمُومًا مَخْذُولًا ۝ 23 وَقَضَى رَبُّكَ أَلَّا تَعْبُدُوا إِلَّا إِيَّاهُ وَبِالْوَالِدَيْنِ إِحْسَانًا إِمَّا يَبْلُغَنَّ عِنْدَكَ
الْكِبَرَ أَحَدُهُمَا أَوْ كِلَاهُمَا فَلَا تَقُلْ لَهُمَا أُفٍّ وَلَا تَنْهَرْهُمَا وَقُلْ لَهُمَا قَوْلًا كَرِيمًا ۝ 24 وَاخْفِضْ
لَهُمَا جَنَاحَ الذُّلِّ مِنَ الرَّحْمَةِ وَقُلْ رَبِّ ارْحَمْهُمَا كَمَا رَبَّيَانِي صَغِيرًا ۝ 25 رَبُّكُمْ أَعْلَمُ بِمَا
فِي نُفُوسِكُمْ إِنْ تَكُونُوا صَالِحِينَ فَإِنَّهُ كَانَ لِلْأَوَّابِينَ غَفُورًا ۝ 26 وَآتِ ذَا الْقُرْبَى حَقَّهُ
وَالْمِسْكِينَ وَابْنَ السَّبِيلِ وَلَا تُبَذِّرْ تَبْذِيرًا ۝ 27 إِنَّ الْمُبَذِّرِينَ كَانُوا إِخْوَانَ الشَّيَاطِينِ وَكَانَ
الشَّيْطَانُ لِرَبِّهِ كَفُورًا ۝ 28 وَإِمَّا تُعْرِضَنَّ عَنْهُمُ ابْتِغَاءَ رَحْمَةٍ مِنْ رَبِّكَ تَرْجُوهَا فَقُلْ لَهُمْ قَوْلًا
مَيْسُورًا ۝ 29 وَلَا تَجْعَلْ يَدَكَ مَغْلُولَةً إِلَى عُنُقِكَ وَلَا تَبْسُطْهَا كُلَّ الْبَسْطِ فَتَقْعُدَ مَلُومًا
مَحْسُورًا ۝ 30 إِنَّ رَبَّكَ يَبْسُطُ الرِّزْقَ لِمَنْ يَشَاءُ وَيَقْدِرُ إِنَّهُ كَانَ بِعِبَادِهِ خَبِيرًا بَصِيرًا ۝
31 وَلَا تَقْتُلُوا أَوْلَادَكُمْ خَشْيَةَ إِمْلَاقٍ نَحْنُ نَرْزُقُهُمْ وَإِيَّاكُمْ إِنَّ قَتْلَهُمْ كَانَ خِطْأً كَبِيرًا ۝
32 وَلَا تَقْرَبُوا الزِّنَا إِنَّهُ كَانَ فَاحِشَةً وَسَاءَ سَبِيلًا ۝ 33 وَلَا تَقْتُلُوا النَّفْسَ الَّتِي حَرَّمَ اللَّهُ إِلَّا
بِالْحَقِّ وَمَنْ قُتِلَ مَظْلُومًا فَقَدْ جَعَلْنَا لِوَلِيِّهِ سُلْطَانًا فَلَا يُسْرِفْ فِي الْقَتْلِ إِنَّهُ كَانَ مَنْصُورًا ۝
34 وَلَا تَقْرَبُوا مَالَ الْيَتِيمِ إِلَّا بِالَّتِي هِيَ أَحْسَنُ حَتَّى يَبْلُغَ أَشُدَّهُ وَأَوْفُوا بِالْعَهْدِ إِنَّ الْعَهْدَ كَانَ
مَسْئُولًا ۝ 35 وَأَوْفُوا الْكَيْلَ إِذَا كِلْتُمْ وَزِنُوا بِالْقِسْطَاسِ الْمُسْتَقِيمِ ذَلِكَ خَيْرٌ وَأَحْسَنُ تَأْوِيلًا ۝
36 وَلَا تَقْفُ مَا لَيْسَ لَكَ بِهِ عِلْمٌ إِنَّ السَّمْعَ وَالْبَصَرَ وَالْفُؤَادَ كُلُّ أُولَئِكَ كَانَ عَنْهُ مَسْئُولًا ۝
37 وَلَا تَمْشِ فِي الْأَرْضِ مَرَحًا إِنَّكَ لَنْ تَخْرِقَ الْأَرْضَ وَلَنْ تَبْلُغَ الْجِبَالَ طُولًا ۝ 38 كُلُّ
ذَلِكَ كَانَ سَيِّئُهُ عِنْدَ رَبِّكَ مَكْرُوهًا ۝ 39 ذَلِكَ مِمَّا أَوْحَى إِلَيْكَ رَبُّكَ مِنَ الْحِكْمَةِ وَلَا
تَجْعَلْ مَعَ اللَّهِ إِلَهًا آخَرَ فَتُلْقَى فِي جَهَنَّمَ مَلُومًا مَدْحُورًا ۝ 40 أَفَأَصْفَاكُمْ رَبُّكُمْ بِالْبَنِينَ
وَاتَّخَذَ مِنَ الْمَلَائِكَةِ إِنَاثًا إِنَّكُمْ لَتَقُولُونَ قَوْلًا عَظِيمًا ۝ 41 وَلَقَدْ صَرَّفْنَا فِي هَذَا الْقُرْآنِ
لِيَذَّكَّرُوا وَمَا يَزِيدُهُمْ إِلَّا نُفُورًا ۝ 42 قُلْ لَوْ كَانَ مَعَهُ آلِهَةٌ كَمَا تَقُولُونَ إِذًا لَابْتَغَوْا إِلَى
ذِي الْعَرْشِ سَبِيلًا ۝ 43 سُبْحَانَهُ وَتَعَالَى عَمَّا يَقُولُونَ عُلُوًّا كَبِيرًا ۝ 44 تُسَبِّحُ لَهُ السَّمَوَاتُ
السَّبْعُ وَالْأَرْضُ وَمَنْ فِيهِنَّ وَإِنْ مِنْ شَيْءٍ إِلَّا يُسَبِّحُ بِحَمْدِهِ وَلَكِنْ لَا تَفْقَهُونَ تَسْبِيحَهُمْ إِنَّهُ كَانَ
حَلِيمًا غَفُورًا ۝ 45 وَإِذَا قَرَأْتَ الْقُرْآنَ جَعَلْنَا بَيْنَكَ وَبَيْنَ الَّذِينَ لَا يُؤْمِنُونَ بِالْآخِرَةِ حِجَابًا
مَسْتُورًا ۝

مَسْحُورًا ۝ 46 وَجَعَلْنَا عَلَىٰ قُلُوبِهِمْ أَكِنَّةً أَنْ يَفْقَهُوهُ وَفِي آذَانِهِمْ وَقْرًا ۝ 47 وَإِذَا ذَكَرْتَ
رَبَّكَ فِي الْقُرْآنِ وَحْدَهُ وَلَّوْا عَلَىٰ أَدْبَارِهِمْ نُفُورًا ۝ 48 نَحْنُ أَعْلَمُ بِمَا يَسْتَمِعُونَ بِهِ إِذْ
يَسْتَمِعُونَ إِلَيْكَ وَإِذْ هُمْ نَجْوَىٰ إِذْ يَقُولُ الظَّالِمُونَ إِنْ تَتَّبِعُونَ إِلَّا رَجُلًا مَسْحُورًا ۝ 49 انْظُرْ كَيْفَ
ضَرَبُوا لَكَ الْأَمْثَالَ فَضَلُّوا فَلَا يَسْتَطِيعُونَ سَبِيلًا ۝ 50 وَقَالُوا أَإِذَا كُنَّا عِظَامًا وَرُفَاتًا أَإِنَّا لَمَبْعُوثُونَ
خَلْقًا جَدِيدًا ۝ 51 قُلْ كُونُوا حِجَارَةً أَوْ حَدِيدًا أَوْ خَلْقًا مِمَّا يَكْبُرُ فِي صُدُورِكُمْ
فَسَيَقُولُونَ مَنْ يُعِيدُنَا قُلِ الَّذِي فَطَرَكُمْ أَوَّلَ مَرَّةٍ فَسَيُنْغِضُونَ إِلَيْكَ رُءُوسَهُمْ وَيَقُولُونَ مَتَىٰ هُوَ قُلْ
عَسَىٰ أَنْ يَكُونَ قَرِيبًا ۝ 52 يَوْمَ يَدْعُوكُمْ فَتَسْتَجِيبُونَ بِحَمْدِهِ وَتَظُنُّونَ إِنْ لَبِثْتُمْ إِلَّا قَلِيلًا ۝
53 وَقُلْ لِعِبَادِي يَقُولُوا الَّتِي هِيَ أَحْسَنُ إِنَّ الشَّيْطَانَ يَنْزَغُ بَيْنَهُمْ إِنَّ الشَّيْطَانَ كَانَ لِلْإِنْسَانِ
عَدُوًّا مُبِينًا ۝ 54 رَبُّكُمْ أَعْلَمُ بِكُمْ إِنْ يَشَأْ يَرْحَمْكُمْ أَوْ إِنْ يَشَأْ يُعَذِّبْكُمْ وَمَا أَرْسَلْنَاكَ عَلَيْهِمْ
وَكِيلًا ۝ 55 وَرَبُّكَ أَعْلَمُ بِمَا فِي السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضِ وَلَقَدْ فَضَّلْنَا بَعْضَ النَّبِيِّينَ عَلَىٰ بَعْضٍ
وَآتَيْنَا دَاوُودَ زَبُورًا ۝ 56 قُلِ ادْعُوا الَّذِينَ زَعَمْتُمْ مِنْ دُونِهِ فَلَا يَمْلِكُونَ كَشْفَ الضُّرِّ
عَنْكُمْ وَلَا تَحْوِيلًا ۝ 57 أُولَٰئِكَ الَّذِينَ يَدْعُونَ يَبْتَغُونَ إِلَىٰ رَبِّهِمُ الْوَسِيلَةَ أَيُّهُمْ أَقْرَبُ وَيَرْجُونَ
رَحْمَتَهُ وَيَخَافُونَ عَذَابَهُ إِنَّ عَذَابَ رَبِّكَ كَانَ مَحْذُورًا ۝ 58 وَإِنْ مِنْ قَرْيَةٍ إِلَّا نَحْنُ مُهْلِكُوهَا
قَبْلَ يَوْمِ الْقِيَامَةِ أَوْ مُعَذِّبُوهَا عَذَابًا شَدِيدًا ۝ 59 كَانَ ذَٰلِكَ فِي الْكِتَابِ مَسْطُورًا ۝
60 وَمَا مَنَعَنَا أَنْ نُرْسِلَ بِالْآيَاتِ إِلَّا أَنْ كَذَّبَ بِهَا الْأَوَّلُونَ وَآتَيْنَا ثَمُودَ النَّاقَةَ مُبْصِرَةً فَظَلَمُوا بِهَا
وَمَا نُرْسِلُ بِالْآيَاتِ إِلَّا تَخْوِيفًا ۝ 61 وَإِذْ قُلْنَا لَكَ إِنَّ رَبَّكَ أَحَاطَ بِالنَّاسِ وَمَا جَعَلْنَا الرُّؤْيَا الَّتِي
أَرَيْنَاكَ إِلَّا فِتْنَةً لِلنَّاسِ وَالشَّجَرَةَ الْمَلْعُونَةَ فِي الْقُرْآنِ وَنُخَوِّفُهُمْ فَمَا يَزِيدُهُمْ إِلَّا طُغْيَانًا كَبِيرًا ۝
62 وَإِذْ قُلْنَا لِلْمَلَائِكَةِ اسْجُدُوا لِآدَمَ فَسَجَدُوا إِلَّا إِبْلِيسَ قَالَ أَأَسْجُدُ لِمَنْ خَلَقْتَ طِينًا ۝
63 قَالَ أَرَأَيْتَكَ هَٰذَا الَّذِي كَرَّمْتَ عَلَيَّ لَئِنْ أَخَّرْتَنِ إِلَىٰ يَوْمِ الْقِيَامَةِ لَأَحْتَنِكَنَّ ذُرِّيَّتَهُ إِلَّا
قَلِيلًا ۝ 64 قَالَ اذْهَبْ فَمَنْ تَبِعَكَ مِنْهُمْ فَإِنَّ جَهَنَّمَ جَزَاؤُكُمْ جَزَاءً مَوْفُورًا ۝ 65 وَاسْتَفْزِزْ
مَنِ اسْتَطَعْتَ مِنْهُمْ بِصَوْتِكَ وَأَجْلِبْ عَلَيْهِمْ بِخَيْلِكَ وَرَجِلِكَ وَشَارِكْهُمْ فِي الْأَمْوَالِ وَالْأَوْلَادِ وَعِدْهُمْ
وَمَا يَعِدُهُمُ الشَّيْطَانُ إِلَّا غُرُورًا ۝ 66 إِنَّ عِبَادِي لَيْسَ لَكَ عَلَيْهِمْ سُلْطَانٌ وَكَفَىٰ بِرَبِّكَ
وَكِيلًا ۝ 67 رَبُّكُمُ الَّذِي يُزْجِي لَكُمُ الْفُلْكَ فِي الْبَحْرِ لِتَبْتَغُوا مِنْ فَضْلِهِ إِنَّهُ كَانَ
بِكُمْ رَحِيمًا ۝ 68 وَإِذَا مَسَّكُمُ الضُّرُّ فِي الْبَحْرِ ضَلَّ مَنْ تَدْعُونَ إِلَّا إِيَّاهُ فَلَمَّا نَجَّاكُمْ
إِلَى الْبَرِّ أَعْرَضْتُمْ وَكَانَ الْإِنْسَانُ كَفُورًا ۝ 69 أَفَأَمِنْتُمْ أَنْ يَخْسِفَ بِكُمْ جَانِبَ الْبَرِّ أَوْ يُرْسِلَ
عَلَيْكُمْ حَاصِبًا ثُمَّ لَا تَجِدُوا لَكُمْ وَكِيلًا ۝ 70 أَمْ أَمِنْتُمْ أَنْ يُعِيدَكُمْ فِيهِ تَارَةً
أُخْرَىٰ فَيُرْسِلَ عَلَيْكُمْ قَاصِفًا مِنَ الرِّيحِ فَيُغْرِقَكُمْ بِمَا كَفَرْتُمْ ثُمَّ لَا تَجِدُوا لَكُمْ عَلَيْنَا بِهِ
تَبِيعًا ۝ 71 وَلَقَدْ كَرَّمْنَا بَنِي آدَمَ وَحَمَلْنَاهُمْ فِي الْبَرِّ وَالْبَحْرِ وَرَزَقْنَاهُمْ مِنَ الطَّيِّبَاتِ وَفَضَّلْنَاهُمْ

عَلَىٰ

عـــلي كثير ممن خلقنا تفضيلا ۝ 72 يوم ندعوا كل اناس بامامهم فمن اوتي كتابه
بيمينه فاولئك يقرون كتابهم ولا يظلمون فتيلا ۝ 73 ومن كان في هذه اعمي فهو في
الاخرة اعمي واضل سبيلا ۝ 74 وان كادوا ليفتنونك عن الذي اوحينا اليك لتفتري علينا
غيره واذا لاتخذوك خليلا ۝ 75 ولولا ان ثبتناك لقد كدت تركن اليهم شيا قليلا ۝
76 اذا لاذقناك ضعف الحيوة وضعف الممات ثم لا تجد لك علينا نصيرا ۝ 77 وان كادوا
ليستفزونك من الارض ليخرجوك منها واذا لا يلبثون خلفك الا قليلا ۝ 78 سنة من قد ارسلنا
قبلك من رسلنا ولا تجد لسنتنا تحويلا ۝ 79 اقم الصلوة لدلوك الشمس الى غسق الليل
وقران الفجر ان قران الفجر كان مشهودا ۝ 80 ومن الليل فتهجد به نافلة لك عسي
ان يبعثك ربك مقاما محمودا ۝ 81 وقل رب ادخلني مدخل صدق واخرجني مخرج
صدق واجعل لي من لدنك سلطانا نصيرا ۝ 82 وقل جاء الحق وزهق الباطل ان الباطل
كان زهوقا ۝ 83 وننزل من القران ما هو شفاء ورحمة للمومنين ولا يزيد الظالمين الا خسارا ۝
84 واذا انعمنا علي الانسان اعرض ونا بجانبه واذا مسه الشر كان يوسا ۝ 85 قل كل
يعمل علي شاكلته فربكم اعلم بمن هو اهدي سبيلا ۝ 86 ويسلونك عن الروح قل
الروح من امر ربي وما اوتيتم من العلم الا قليلا ۝ 87 ولين شينا لنذهبن بالذي اوحينا
اليك ثم لا تجد لك به علينا وكيلا ۝ 88 الا رحمة من ربك ان فضله كان عليك
كبيرا ۝ 89 قل لين اجتمعت الانس والجن علي ان ياتوا بمثل هذا القران لا
ياتون بمثله ولو كان بعضهم لبعض ظهيرا ۝ 90 ولقد صرفنا للناس في هذا القران من كل
مثل فابي اكثر الناس الا كفورا ۝ 91 وقالوا لن نومن لك حتي تفجر لنا من الارض
ينبوعا او تكون لك جنة من نخيل وعنب فتفجر الانهار خلالها تفجيرا ۝ 92 او تسقط
السماء كما زعمت علينا كسفا او تاتي بالله والملايكة قبيلا ۝ 93 او يكون لك بيت من
زخرف او ترقي في السماء ولن نومن لرقيك حتي تنزل علينا كتابا نقروه قل سبحان ربي
هل كنت الا بشرا رسولا ۝ 94 وما منع الناس ان يومنوا اذ جاءهم الهدي الا ان
قالوا ابعث الله بشرا رسولا ۝ 95 قل لو كان في الارض ملايكة يمشون مطمينين
لنزلنا عليهم من السماء ملكا رسولا ۝ 96 قل كفي بالله شهيدا بيني وبينكم انه كان
بعباده خبيرا بصيرا ۝ 97 ومن يهد الله فهو المهتد ومن يضلل فلن تجد لهم اولياء من
دونه ونحشرهم يوم القيمة علي وجوههم عميا وبكما وصما ماويهم جهنم كلما خبت زدناهم
سعيرا ۝ 98 ذلك جزاوهم بانهم كفروا بايتنا وقالوا ءاذا كنا عظاما ورفاتا ءانا لمبعوثون
خلقا جديدا ۝ 99 اولم يروا ان الله الذي خلق السموات والارض قادر علي ان يخلق
مثلهم

مثلهم وجعل لهم أجلا لا ريب فيه فأبى الظالمون الا كفورا ۝ 100 قل لو أنتم تملكون
خزائن رحمة ربي إذا لأمسكتم خشية الانفاق وكان الانسان قتورا ۝ 101 ولقد آتينا موسى
تسع آيات بينات فسئل بني اسرائيل إذ جاءهم فقال له فرعون اني لأظنك يا موسى مسحورا ۝
102 قال لقد علمت ما أنزل هؤلاء الا رب السموات والأرض بصائر واني لأظنك يا فرعون
مثبورا ۝ 103 فأراد أن يستفزهم من الأرض فأغرقناه ومن معه جميعا ۝ 104 وقلنا من بعده
لبني اسرائيل اسكنوا الأرض فإذا جاء وعد الآخرة جئنا بكم لفيفا ۝ 105 وبالحق أنزلناه
وبالحق نزل وما أرسلناك الا مبشرا ونذيرا ۝ 106 وقرآنا فرقناه لتقرأه على الناس على مكث
ونزلناه تنزيلا ۝ 107 قل آمنوا به أو لا تؤمنوا إن الذين أوتوا العلم من قبله إذا يتلى
عليهم يخرون للأذقان سجدا ويقولون سبحان ربنا إن كان وعد ربنا لمفعولا ۝ 108 ويخرون
للأذقان يبكون ويزيدهم خشوعا ۝ 109 قل ادعوا الله أو ادعوا الرحمن أيا ما تدعوا فله
الأسماء الحسنى ولا تجهر بصلاتك ولا تخافت بها وابتغ بين ذلك سبيلا ۝ 110 وقل الحمد لله
الذي لم يتخذ ولدا ولم يكن له شريك في الملك ولم يكن له ولي من الذل
وكبره تكبيرا ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

الجزء الخامس عشر — Pars decima Quinta.

1. LAUS illi, qui tranſtulit ſervum ſuum *Mahumetum* noctu ab Oratorio Haram (*ideſt à templo Meccano*) ad Oratorium remotiſſimum *ab eo* (*ideſt ad templum Jeroſolymitanum*) cui benediximus in circuitu ejus; ut oſtenderemus illi de ſignis noſtris: quippe ipſe eſt Auditor, Inſpector. 2. Et dedimus Moyſi Librum, & poſuimus eum directionem filiis Iſrael *dicentes illi*: *Cavete*, ut non accipiatis præter me procuratorem. 3. Generationem eorum, quos portavimus cum Noe: certè ipſe ſervus gratus. 4. Et præcisè diximus filiis Iſrael in libro. Certè pravè agetis in terra duabus vicibus, & certè exorbitabitis exceſſu magno. 5. Cùm autem adveniſſet promiſſio primæ *vicis* earum, ſuſcitavimus contra vos ſervos, *qui erant* nobis, præditos robore militari ingenti, & exploraverunt intra domos, & fuit promiſſio factu completa. 6. Deindè convertimus vobis periodum *victoriæ* ſupra illos, & amplificavimus vos opibus, & filiis, & poſuimus vos plures numero, & *diximus*. 7. Si benè feceritis, benefacietis animabus veſtris, &, ſi malè feceritis, *malè facietis* iiſdem. Cùm autem adveniſſet promiſſio *vicis* alterius, ut affligerent facies veſtras, &, ut ingrederentur *a* templum, *ut illud deſtruerent*, quemadmodùm ingreſſi fuerant illud prima vice, &, ut demolirentur id, quod conſcendiſſent (*ideſt turres, ac domos*) demoliendo. 8. Fortè eveniet, ut Dominus veſter miſereatur veſtri. Quòd ſi reverſi fueritis *ad peccandum*, reverſi *etiam nos ad vos puniendos*. Et conſtituemus gehennam infidelibus carcerem. 9. Certè hic Alcoranus dirigit ad *eam viam*, quæ eſt directior, & annunciat fidelibus, qui operantur recta, quòd ipſis erit merces grandis. 10. Et quòd, qui non credunt in alteram vitam, præparavimus illis pœnam diſcruciantem. 11. Et precatur homo pro malo precatione ſua pro bono (*ideſt precatur ſibi malum pro bono*) & eſt homo feſtinus (*ideſt vellet ſtatim exaudiri*). 12. Et poſuimus noctem, ac diem duo ſigna *potentiæ noſtræ*. Tùm delevimus ſignum noctis (*ideſt obſcuravimus eam tenebris*) & poſuimus ſignum diei conſpicuum, ut exquireretis abundantiam à Domino veſtro *per laborem operum*, &, ut ſciretis numerum annorum, & computum *temporum*, &

a Oratorii,

omnem

omnem rem distinximus distinguendo. 13. Et omni homini appendimus ei avem ejus in collo ejus, & proferemus illi die resurrectionis librum: inveniet illùm apertum, *& dicetur ei*. 14. Lege librum tuum: Sufficiet in anima tua hodie contra te computator *(ideſt ſatis eris tu ipſe ad opera tua computanda)*. 15. Qui directus fuerit, certè directus erit ſibiipſi, &, qui erraverit, certè errabit contra ſe ipſum; neque portabit *anima* portans pondus alterius. Neque fuimus punientes *ullum populum*, donec mitteremus legatum, *qui præmoneret eum*. 16. Cùmque voluimus perdere urbem *aliquam*, præcepimus optimatibus ejus *id*, *quod facere deberent*; Sed prævaricati ſunt in ea, & juſtè convenit contra eam dictum *noſtrum*. Propterea exterminavimus eam funditùs ea terminando. 17. Et, quot perdidimus ex generationibus poſt Noe? Et ſatis fuit Dominus tuus in peccata ſervorum ſuorum cognitor, inſpector. 18. Qui voluerit *hanc vitam* velociter currentem, accelerabimus ei in ea, quod voluerimus, cui voluerimus; deindè dabimus ei gehennam, deſcendet uſtulandus in eam, ignominioſus, abjectus. 19. Qui verò voluerit alteram vitam, & cucurrerit ad eam curſu ejus *(ideſt bonis operibus)* & ipſe fuerit fidelis: horum erit curſus gratus *Deo*. 20. Omnes amplificabimus hos, & illos *(ideſt amatores vitæ mundanæ, & vitæ futuræ)* ex dono Domini tui, & non erit donum Domini tui negatum *ulli*. 21. Aſpice, quomodò excellentes fecimus alios eorum ſupra alios. Et profectò altera vita erit major gradibus, & major excellentia. 22. Ne ponas cum Deo deum alium, ne ſedeas ignominioſus, ope deſtitutus. 23. Et decrevit Dominus tuus, ne coleretis, niſi ipſum, & *præcepit* erga parentes beneficentiam, ſive pervenerit apud te ad grandævitatem alter eorum, ſive uterque eorum. Ne ergo dicas eis, vah: neque increpes eos, & dic illis dictum honorificum. 24. Et demitte illis alam ſubjectionis ex miſericordia, & dic: Domine mi miſerere utriuſque, ſicut uterque nutrivit me parvulum. 25. Dominus veſter ſcientiſſimus eſt de eo, quod eſt in animabus veſtris, ſi fueritis rectè agentes, ipſe porrò erit redeuntibus *ad obedientiam ejus* indultor. 26. Et da habenti propinquitatem debitum ſuum, & pauperi, & filio ſemitæ *(ideſt viatori, vel peregrinanti)* & ne diſſipes *facultates tuas* diſſipando. 27. Nam diſſipatores ſunt fratres Dæmonum; fuit autem Dæmon Domino ſuo infidelis. 28. Quòd, ſi longè receſſeris ab eis ob exquiſitionem miſericordiæ à Domino tuo, quam ſperes *(ideſt, ſi nihil dederis eis, eo, quòd ipſe egeas, & cupias tibi proſpicere)* dic *ſaltem* eis dictum *a* benignum *(ideſt utere cum eis verbis benignis)*. 29. Et ne ponas manum tuam alligatam ad collum tuum: neque extendas eam tota extenſione *(ideſt, ne ſis nimis tenax, neque nimis liberalis)* ne ſedeas *(ideſt ne ſis)* vituperatus, mendicus. 30. Certè Dominus tuus amplum faciet proventum, cui voluerit, & arctabit, *cui voluerit*: quippe ipſe eſt circa ſervos ſuos cognitor, inſpector. 31. Et ne interficiatis proles veſtras ob timorem paupertatis: nos providebimus eis, & vobis: quippe occiſio earum eſt peccatum grande. 32. Et ne appropinquetis *b* mechiæ: quippe hæc eſt nefaria, & mala eſt ſemita. 33. Neque occidatis animam, quam prohibuit Deus, niſi cum juſtitia, qui autem occiſus fuerit injuſtè, jam conſtituimus curatori ejus *(ideſt hæredi)* poteſtatem *adverſus occiſorem illius*. Sed ne limites excedat in occiſione *(ideſt ne occidat alium præter occiſorem, aut alio modo, quàm quo is occiderit)* quippe ipſe *c* eſt adjutus. 34. Et ne appropinquetis facultatibus pupilli *(ideſt ne attingatis eas)* niſi per id, quod ſit meliùs *(ideſt, niſi forte, ut eas meliores reddatis)* donec perveniat ad *d* firmam ætatem ſuam, & obſervate pactum; quippe de pacto erit ratio reddenda. 35. Et complete menſuram, quandò menſuraveritis, & ponderate cum ſtatera juſta. Hoc erit melius, & pulchrius ad *e* reducendum ad primum ſtatum. 36. Et ne ſequaris id, de quo non eſt tibi ſcientia: nam auditus, & viſus, & cor, hæc omnia, eſt de *iis* exigenda ratio. 37. Et ne ambules in terra faſtoſus: quippe tu nequaquam ſcindes terram, & nullo modo pervenies ad montes altitudine. 38. Hoc totum eſt malitia, apud Dominum tuum deteſtabile. 39. Hoc eſt de eo, quod revelavit tibi Dominus tuus de ſapientia, & non ponas cum Deo deum alium, ne projiciaris in gehen-

a Facilè.

b Fornicationi.

c Erit.

d Firmitatè

e Interpretationem.

nam

nam vituperatus, rejectus. 40. An elegit vos Dominus veſter cum filiis *maſculis*, & accepit *ſibi* ex Angelis fœminas? Vos porrò ſanè dicitis *in hoc* dictum magnum. 41. Et jam quidem poſuimus varietatem in hoc Alcorano, ut commonefierent, & non auxit illis, niſi fugam *à veritate*. 42. Dic, ſi eſſent cum eo dii *alii*, ſicut dicunt; utique affectarent *a* ad Dominum throni viam, *ut pugnarent contra illum*. 43. Laus ejus, & exaltetur ab eo, quod dicunt altitudine magna (*ideſt longiſſimè abſit hoc ab eo*). 44. Laudant illum Cœli ſeptem, & terra, & quod *b* eſt in eis, & *c* nulla eſt res, quæ non celebret laudem ejus. Verùm non percipitis intellectu laudationem eorum: quippe ipſe eſt mitis, indultor. 45. Cùm autem leges Alcoranum, ponemus inter te, & inter eos, qui non credunt in alteram vitam, velamen occluſum. 46. Et ponemus ſuper corda eorum operimentum, ne intelligant illud, & in auribus eorum pondus. 47. Et cùm commemorabis Dominum tuum in Alcorano, unum ipſum, retroverterentur ſuper terga ſua fugiendo. 48. Nos ſcientiſſimi ſumus de eo, quod audiunt, cùm audiunt te, & cùm ipſi ſunt confabulantes: cùm dicunt iniqui: Non ſequimini, niſi hominem amentem. 49. Aſpice, quomodò propoſuerint de te parabolas *ad contumeliam*. Sed erraverunt, neque poterunt viam *reperire ad veritatem*. 50. Et dixerunt: An poſtquam fuerimus oſſa, & pulvis tenuis, an nos certè ſuſcitandi ſumus creatione nova? 51. Reſponde: Eſtote lapides, aut ferrum, aut creatura *alia* ex eo, quod ſit grandiùs in pectoribus veſtris (*ideſt difficiliùs ad recipiendam vitam ſuſcitabimini nihilominùs*. Sed dicetis: Quis redire faciet nos *in vitam*? Reſponde: Qui creavit vos prima vice. Atqui movebunt *admirabundi* erga te capita ſua, & dicent: Quandò hoc erit? reſponde: Fortè eveniet, ut ſit vicinum. 52. Die quadam vocabit vos *Deus è Sepulchris*, & reſpondebitis cum laude ejus, & putabitis, quòd non morati fueritis *in mundo*, niſi parùm. 53. Et dic ſervis meis, ut dicant id, quod eſt pulchrius (*ideſt humanioribus verbis alloquantur infideles*) nam Satanas diſſidia ſerit inter eos: quippe Satanas eſt homini hoſtis manifeſtus. 54. Dominus veſter eſt ſcientiſſimus *eorum, quæ ſunt* in vobis, ſi voluerit, miſerebitur veſtri: vel, ſi voluerit, puniet vos. Et non miſimus te ſuper eos procuratorem. 55. Et Dominus tuus eſt ſcientiſſimus de eo, quod eſt in Cœlo, & terra. Et jam quidem excellentes fecimus alios Prophetarum ſuper alios, & dedimus Davidi librum Pſalmorum. 56. Dic: Invocate eos, quos exiſtimatis *eſſe deos* præter eum, non tamen poterunt relevare malum à vobis, neque commutare *illud*. 57. Illi, quos invocant, peroptant ad Dominum ſuum appropinquationem, *ſatagentes*, quis eorum *poſſit illi eſſe* propinquior, & ſperant miſericordiam ejus: nam pœna Domini tui eſt formidabilis. 58. Et *d* nulla eſt urbs, quin nos deſtructuri ſimus eam ante diem reſurrectionis; aut punituri eos pœna vehementi. 59. Eſt hoc in Libro ſcriptum. 60. Et non retinuit nos, ne mitteremus *te* cum miraculis, niſi, quia mendacii inſimulaverunt ea Primi, *& idem facerent Meccani*, & dedimus Themudæis camelam conſpicuam, & iniquè tractaverunt eam, & non mittimus *Prophetas* cum miraculis, niſi ad terrorem incutiendum. 61. Et cùm diximus tibi: Certè Dominus tuus circumdat homines *ſcientia, & potentia ſua*; & non poſuimus viſionem, quam oſtendimus tibi *in itinere tuo nocturno in Cœlum*, niſi ad tentationem hominibus (*ideſt, ut circa illam omnes inter ſe verbis digladiarentur*) & Arborem maledictam in Alcorano. Et terrebimus eos *per eam*, ſed non augebit illis, niſi errorem magnum. 62. Et cùm diximus Angelis: Adorate Adam: adoraverunt *eum omnes*, præter Diabolum, *qui* dixit: An adorabo eum, quem creaſti ex luto. Dixit *rurſus*: Quid tibi videtur? Hic, quem honoraſti ſupra me, certè, ſi dederis ſpatium mihi uſque ad diem reſurrectionis, profectò extirpabo progeniem ejus, præter paucos. 64. Dixit *illi Deus*: Vade *concedetur tibi ſpatium*. Sed, qui ſequutus fuerit te ex illis, profectò gehenna erit retributio veſtra, retributio copioſa. 65. Et levem effice (*ideſt facilem ad malum*) quem potueris ex eis voce tua, & invehere ſuper illos equitibus tuis, & peditibus tuis, & impertire eis opes, & filios, & promitte eis: Sed non promittet

a ad poſſeſſorem.

b Qui
c Si.

d si.

mittet eis Satanas, nisi fallaciam. 66. Porrò, *qui fuerint* servi mei, non erit tibi super eos potestas, & sufficiens erit in Domino tuo procurator (*idest Dominus tuus erit sufficiens procurator eorum*). 67. Dominus vester est, qui currere facit vobis naves in mari, ut exquiratis de abundantia ejus *per mercaturam*: quippe ipse est erga vos misericors. 68. Cùm autem attigerit vos infortunium in mari, abscondent se *à vobis* illi, quos invocatis, *neque ullus vos adjuvabit* præter eum (*idest Deum*). Cùm autem liberaverit vos *reducens* in continentem, longè recedetis *ab eo*: nam est homo ingratus. 69. An ergo securi eritis ne dehiscere faciat sub vobis latus terræ, aut mittat contra vos turbinem spargentem glareas: tùm non inveniatis vobis procuratorem? 70. An securi eritis ne reducat vos in illud (*idest mare*) vice altera & mittat contra vos vehementem ventum, & submergat vos, eo quòd fueritis ingrati: tùm non inveniatis vobis contra nos in eo defensorem. 71. Et jam quidem honoravimus filios Adam, & portavimus eos in terra *super jumenta*, & in mari *super naves*, & providimus eis ex rebus bonis, & excellentes fecimus eos supra multa ex iis, quæ creavimus, excellentes faciendo. 72. Die *quadam* vocabimus omnes homines cum *a* Antistite suo, cui porrò datus fuerit liber suus in dextera sua, illi legent librum suum, & non tractabuntur injustè hilum. 73. Et, qui fuerit in hac *vita* cæcus, ipse etiam in altera erit cæcus, & *b* errantissimus à via. 74. Et quidem parùm abfuerunt infideles, quin seducerent te ab eo, quod revelavimus tibi, ut confingeres super nos diversum ab eo, & profectò, *si feciſſes hoc*, sanè accepissent te in amicum fidum. 75. Et, nisi confirmavissemus te: certè jam propè eras, ut inclinares ad eos aliquantulum. 76. Profectò, *si hoc feciſſes*, sanè gustare feciſſemus te infirmitatem vitæ, & infirmitatem mortis: tùm non inveniſſes tibi contra nos adjutorem. 77. Et, quidem propè fuerunt *Judæi*, ut egredi facerent te è terra *Medinæ*, ut ejicerent te ab ea: sed profectò, *si ejeciſſent*, non commorati fuissent *in ea* post te, nisi parùm. 78. *Juxta* legem eorum, quos jam misimus ante te de legatis nostris, & non invenies legi nostræ mutationem. 79. Insiste orationi à declinatione solis, usque ad tenebricositatem noctis, & *lectioni* Alcorani in aurora: quippe *lectio* Alcorani in aurora est testificata (*idest habet Angelos testes*) 80. Et ex *parte* noctis evigila in eo (*idest in Alcorano legendo*) supererogatorium tibi fortè eveniet, ut suscitet te Dominus tuus *in die resurrectionis*, *& constituat te* in loco laudato. 81. Et dic: Domine mi, introduc me ingressu veritatis, & educ me exitu veritatis, & pone mihi à conspectu tuo potestatem adjutricem. 82. Et dic: Venit veritas, & abiit vanitas, certè vanitas erat futilis. 83. Et demittemus de Alcorano id, quod sit ad medelam, & misericordiam fidelibus, & non addet iniquis, nisi perditionem. 84. Cùm verò benefici fuerimus erga hominem, procul recedet, & elongabit se latere suo (*idest ingratus erit*). Cùm autem tetigerit eum malum: erit desperans. 85. Dic: Unusquisque operatur juxta viam suam. Sed Dominus vester scientissimus est, quis sit directior semita. 86. Et interrogabunt te *Judæi* de spiritu (*idest de anima*). Responde: Spiritus est ex negotio Domini mei (*idest ex iis rebus, quarum scientia spectat ad Deum*) neque datum est vobis de scientia, nisi parùm. 87. Et certè, si vellemus, profectò aboleremus illud, quod revelavimus tibi (*idest Alcoranum*) tùm non invenires tibi in eo apud nos procuratorem. 88. Nisi per misericordiam à Domino tuo quippe liberalitas ejus fuit erga te magna. 89. Dic: Certè, si congregarentur homines, & Dæmones ad hoc, ut facerent *librum*, sicut hunc Alcoranum non efficerent, sicut illum, etiamsi essent alii eorum, aliis adjutores. 90. Et jam quidem varietatem posuimus hominibus in hoc Alcorano ex omni similitudine: sed renuerunt plerique hominum *recipere illum*, nonnisi propter perfidiam. 91. Et dixerunt: Nunquam credemus tibi, donec erumpere facias nobis è terra fontem. 92. Vel sit tibi hortus ex palmis, & vitibus, & erumpere facias flumina è medio ejus erumpendo. 93. Aut cadere facias Cœlum, quemadmodùm spopondisti, super nos in frusta, aut adducas Deum, & Angelos patenter. 94. Vel sit tibi domus ex auro: aut per scalam ascendas in

a Libro.

b errantior cæco à via.

Cæ-

Cœlum: neque tamen credemus aſcenſui tuo, donec deſcendere facias ſuper nos librum, quem legamus. Reſponde: Laus Domino meo: nunquid ſum *ego*, niſi homo legatus? 95. Et non retinuit homines, ne crederent, cùm veniſſet ad eos directio, niſi, quod dixerunt: An miſit Deus hominem, *& non Angelum* legatum? 96. Reſponde: ſi in terra Angeli ambularent confidenter verſantes, certè miſiſſemus ad eos è Cœlo Angelum legatum. 97. Dic: ſufficiens eſt Deus teſtis inter me, & inter vos: quippe ipſe eſt circa ſervos ſuos cognitor, inſpector. 98. Et quem direxerit Deus, ipſe erit directus, quos verò errare fecerit, nunquam invenies illis adjutores præter eum. Et congregabimus eos die reſurrectionis, *incedentes* ſuper facies ſuas, cæcos, & mutos, & ſurdos receptaculum eorum erit gehenna: quotieſcumque extincta fuerit *flamma ejus*, augebimus eis incendium. 99. Hæc erit retributio eorum, eo quòd ipſi increduli fuerunt in ſigna noſtra, & dixerint: An poſtquam fuerimus oſſa, & pulvis tenuiſſimus, an nos certè ſuſcitandi ſumus creatione nova? 100. An noverunt, quòd Deus, qui creavit Cœlos, & terram, eſt potens ad hoc, ut creet *alios homines*, ſicut illos, & conſtituit illis metam (*ideſt mortem, vel diem Judicii.*) Non eſt dubium de ea: Sed renuerunt iniqui *hoc credere* tantùm propter perfidiam. 101. Dic. Si vos poſſideretis theſauros miſericordiæ Domini mei: certè abſtineretis *ab illis tangendis* ob timorem expendendi: nam eſt homo avarus. 102. Et jam quidem dedimus Moyſi *poteſtatem patrandi* novem miracula evidentia. Interroga ſanè filios Iſrael; Cùm veniſſet ad eos, dixit illi Pharao: Certè ego exiſtimo te, ò Moyſes, præſtigiis illuſum. 103. Reſpondit *Moyſes*: Jam quidem noſti, quòd non fecerit hæc *miracula*, niſi Dominus Cœlorum, & terræ, evidentes demonſtrationes, & certè ego exiſtimo te, ò Pharao, perditum. 104. Voluit ergo *Pharao* ejicere eos è terra: Sed ſubmerſimus eum, &, qui erant cum eo, univerſos. 105. Et diximus poſt eum *mortuum*, filiis Iſrael: Incolite terram. Cùm autem venerit promiſſio alterius ſæculi, adducemus vos convolutim *ad judicium noſtrum*. 106. Et cum veritate demiſimus eum (*ideſt Alcoranum*), & cum veritate deſcendit, & non miſimus te, niſi *felicitatis* annunciatorem & comminatorem *pœnarum*. 107. Et Alcoranum diſtinximus (*ideſt per partes revelavimus*) ut legeres eum hominibus cum pauſa, & demiſimus eum demittendo (*ideſt per partes*). 108. Dic: Credite in eum, vel non credatis: Certè illi, quibus data fuit ſcientia ante eum (*ideſt ante Alcoranum, nempe Judæi, & Chriſtiani*) cùm recitatur illis, procidunt cum mentis (*ideſt faciebus pronis*) adorantes, & dicunt: Laus Domino noſtro, quia promiſſio Domini noſtri profectò eſt adimpleta. 109. Et procidunt in menta, & flent, & auget illis *lectio Alcorani* humilem ſubjectionem *Deo*. 109. Dic: Invocate Deum, vel invocate Miſeratorem: quodcunque *horum duorum nominum* invocaveritis, profectò illi ſunt nomina pulcherrima. Et ne manifeſtes orationem tuam (*ideſt, ne legas Alcoranum voce nimis elata, ne audientes infideles irrideant te*) neque voce nimis demiſſa proferas eam, *itaut ſodales tui non poſſint* eam percipere: ſed ſequere inter hoc ſemitam: (*ideſt viam mediam tene inter hæc duo*). 110. Et dic; Laus Deo, qui non ſuſcepit prolem: neque fuit illi particeps in regno: neque fuit illi adjutor ob imbecillitatem, & magnifica eum magnificando.

Interpretat.

Interpretat

NOTÆ.

INſcribunt quidam hanc Suram بنـــی اسرایل *Filiorum Iſrael*, quòd in ea de illis mentio fiat per tranſennam. Communis tamen inſcriptio eſt الاســـــــــری, quàm vocem exponit Gelal: سير الليل *Iter noctis*, ſeu nocturnum. Hoc loco verbum اسری ſignificat, *noctu tranſtulit*, ſcilicet Deus, ſeu Gabriel Mahumetum à Delubro Meccano ad Templum Jeroſolymitanum, & inde in Cœlum. Jahias à prima Suræ voce, inſcribit eam سُبحان .i. *laus*, & addit هی مکیة کلها *eſt tota Meccana*. Alii etiam Meccanam faciunt, licet quidam octo verſus excipiant, quorum primus eſt ſeptuageſimus quartus, qui incipit: *Et quidem parùm abfuerunt*: Et ſeptem alii, qui immediatè ſequuntur. De numero verſuum, non video eſſe controverſiam, niſi quòd nonnuli unum addunt, ita ut undecim ſupra centum addant. Jam præmium legentis Suram audiamus: من قراء سورة بنی اسرایل فرق قلبهٔ عند الذکر الوالدین کان لـــــهٔ قنطار

قنطار فى الجنة والقنطار فى الجنة والقنطار الف اوقية

ومايتنا اوقية: *Qui legerit Suram filiorum Iſrael, & emollitum fuerit cor ejus ad commemorationem parentum ſuorum habebit in Paradiſo unum Cantarum. Eſt autem Cantarus pondus auri mille, & ducentarum unciarum.* Ita literaliter, ac materialiter hæc accipiunt Mahumetani.

I. *Laus illi, qui tranſtulit ſervum ſuum.*] De hac Chimerica Mahumeti translatione ſatis fusè aliàs diſſerui. Vide Prodromi partem ſecundam cap. 4. pag. 5. & vitam Mahumeti cap. 12. pag. 75. Hic ſolùm repetam, quæ habet hoc loco Gelaleddinus fideliter ex Arabicis translata, & cæteris Expoſitoribus communia, reciſis identidem ſuperfluis verborum laciniis, ſine læſione ſententiæ. *Hac igitur translatione* (inquit Gelaleddinus) *ſeu tranſitu nocturno à Templo Meccano ad Jeroſolymitanum, honoravit Deus Mahumetum, conjungens illum cum Prophetis, & transferens in Cœlum, oſtendens illi per viſionem mirabilia Regni cœleſtis; & dignans eum colloquio ſuo: de qua re ita dixit ipſe Mahumetus: Veni equitans ſuper Alborac, quod erat jumentum album, album majus aſino, & minus mulo: & findebat ungulas in extremitate ipſarum. Portavit autem me, donec perveni ad Templum Jeroſolymitanum, ubi alligavi illum ad anulum, ad quem alligabant illum Prophetæ. Deindè ingreſſus in Templum, oravi in eo cum gemina incurvatione. Ubi verò egreſſus ſum, venit ad me Gabriel cum vaſe vini, & cum vaſe lactis. Ego verò elegi vas lactis. Dixitque mihi Gabriel: Recte elegiſti. Et, cùm hoc dixiſſet, aſcendimus ad Cœlum Lunæ. Et pulſavit Gabriel januam, ut aperiretur. Dictumque fuit illi: Quis es tu? Reſpondit: Ego ſum Gabriel. Dictum fuit illi rurſum: & quis eſt tecum? Reſpondit: Mahumetus. Iterùm dictum fuit: Jam ne demandata fuit illi à Deo legatio? Reſpondit: Jam demandata eſt. Aperta eſt itaque nobis janua: & ecce obvius venit mihi Adam, & ſalutavit me, fauſta apprecando. Deindè aſcendimus ſimul ad ſecundum Cœlum, & pulſavit januam Gabriel, ut aperirent ei,* [& factis interrogationibus, & reſponſionibus, ut ſupra,] *aperta eſt nobis janua: & obvii venerunt mihi duo filii Materteræ: nempè Joannes, & Jeſus, qui ſalutaverunt me, fauſta apprecantes. Deindè aſcendimus ad tertium Cœlum: & pulſata à Gabriele janua,* [poſt interrogationes, & reſponſiones, ut ſupra:] *aperta eſt, & vidi Joſeph, cui collata fuit eximia pulchritudo, & ſalutavit me fauſta apprecando. Tùm aſcendimus ad quartum Cœlum, cujus januam cùm pulſaſſet Gabriel,* [poſt conſueta interrogata, & reſponſa,] *aperta eſt nobis, & vidi Edris (i. Henoch) qui ſalutavit me cum fauſta apprecatione. Poſtea aſcendimus ad quintum Cœlum, cujus janua,* [præmiſſis dialogiſmis conſuetis,] *aperta eſt nobis: & vidi Aaron, qui ſalutavit me cum felicitatis apprecatione. Tùm aſcendimus ad ſextum Cœlum, &* [præmiſſis conſuetis interrogationibus, & reſponſionibus] *aperta eſt nobis janua illius: & vidi Moyſen, qui ſalutavit me fauſta apprecando. Deindè aſcendimus ad ſeptimum Cœlum, &* [poſt ſuperiora præmiſſa,] *aperta illius janua, vidi Abraham, qui innixus erat Domui viſitatæ, in quam ingrediuntur quotidiè ſeptuaginta millia Angelorum; & nunquam redeunt ad illam. Deindè adduxit me ad arborem, quæ dicitur Sedret Almontahi, cujus folia ſunt ſicut aures Elephantis, & fructus, ſicut hydriæ. Cùmque acceſſiſſet ad illam, ex præcepto Dei ea pars, ad quam acceſſit, immutata eſt: neque ulla creatura poteſt explicare pulchritudinem ejus. Poſt hæc revelata ſunt mihi nonnulla, inter quæ illud fuit, quòd deberem ſingulis diebus quinquaginta orationes perſolvere. Deſcendi ergo, & perveni ad Moyſen, qui ait mihi: Quid ſtatuit Dominus tuus populo tuo? reſpondi: Quinquaginta orationes ſingulis diebus, ac noctibus. Et dixit Moyſes: Revertere ad Dominum tuum, & precare eum, ut imminuat hunc numerum, non enim poterit populus unus illum complere: nam ego talem experientiam feci in filiis Iſrael. Tunc ergo redii ad Dominum meum, & dixi: Domine mi, imminue hunc numerum populo meo. Ille verò detraxit quinque orationes. Cùmque ad Moyſen rediſſem, dixit mihi. Quid feciſti? Reſpondi: Obtinui, ut quinque orationes imminueret. Dixitque Moyſes: Adhuc non poterit populus tuus hunc numerum explere, redi igitur ad Dominum tuum, & precare, ut aliquot alias detrahat. Ego verò non ceſſavi ire, & redire à Domino meo ad Moyſen, detrahente ſemper mihi Domino per ſingulas vices quinas orationes, donec dixit mihi Dominus: O Mahumete, jam ſunt quinque tantùm orationes ſingulis diebus, ac noctibus, itaut in ſingulis orationibus decem comprehendantur, & ita ſunt quinquaginta orationes: & qui ſtudiosè ſategerit unum bonum operari, etiamſi non fecerit illud, attamen adſcribam ei bonum unum. Si verò fecerit, adſcribam ei decem bona. Qui verò ſtudiosè ſategerit operari unum malum, nec fecerit; non adſcribam ei illud. Si autem fecerit, adſcribam ei malum unum. Deſcendi igitur, & veni ad Moyſen, & retuli omnia prædicta. Ille verò dixit mihi: Revertere ad Dominum tuum, & precare eum, ut hunc etiam numerum genti tuæ imminuat, non enim poterit illum perſolvere. Ego verò reſpondi: Jam toties redii ad Dominum meum, ut me pudeat iterùm redire. Dixit autem legatus Dei Mahumetus:: Vidi Dominum meum excellentem, & glorioſum.* Hactenùs Auctor. Vix credes, Lector, Mahumetanos his nugis fidem aliquam adhibere, & tamen adhibent, & quidem maximam. Sed Gelaleddinus multa ex iis, quæ ab aliis Expoſitoribus referuntur, omiſit; puto, quia ipſi nimis monſtruoſa, & riſu digna videbantur.

III. *Generationem eorum*]. Non ſatis conſtat, cum quo connectatur. Gelal putat, caſum accuſandi ſtare pro vocativo, ac ſi eſset يا ذرية *ò Generatio*. Nec diſſentit Zamchaſcerius. Sed quis exquirat connexionem in Alcorano, in quo diſſuta ſunt omnia, ac diſſipata?

V. *Cùm autem adveniſſet promiſſio primæ vicis.*] Hunc locum ita exponit Gelal: وقد افسدوا فى الاولى بقتل زكريا فبعث عليهم جالوت وجنوده فقتلوهم وسبوا اولادهم وخربوا بيت المقدس: *Et jam peccaverunt prima vice, occidendo Zachariam: propterea miſit Deus contra eos Goliam, & exercitus ejus, & occiderunt eos, captivos duxerunt filios eorum, & deſtruxerunt Domum ſanctam.* Conſentit ex parte Jahias فبعث عليهم فى الاولى جالوت قسبًا وقتل: *& miſit contra eos prima vice Goliam; & captivitate, & cede vaſtavit eos.*

VI. *Deindè convertimus vobis periodum victoriæ ſupra illos.*] Ideſt conceſſimus vobis victoriam de illis. Hoc fuit juxta Gelal: بعد مائة سنة بقتل جالوت: *poſt centum annos per occiſionem Goliæ.*

VII. *Cùm autem adveniſſet promiſſio vicis alterius.*] Gelal: وقد افسدوا ثانيًا بقتل يحيى فبعث عليهم بخت نصر وقتل منهم الوفًا وسبى ذريتهم: *Et peccaverunt ſecunda vice occidendo Jahiam* [i. S. Joannem Baptiſtam]: *& miſit contra eos Nabuchodonoſor, qui occidit ex eis multa millia, & captivos duxit filios eorum.* Conſentit Jahias فبعث الله بخت نصر عقوبة عليهم فخرب بيت المقدس وسبا وقتل منهم سبعين الفًا: *Secundum peccatum eorum fuit*

mit occiſio Joannis filii Zachariæ, propter quam miſit Deus Nabuchodonoſor ad eos puniendos; qui deſtruxit templum, & captivos duxit, atque occidit ſeptuaginta millia. Conſonat utrique Zamchaſcerius: افسدوا مرتين اولاهما قتل زكريا ع م وحبس ارميا حين انذرهم سخط الله والاخرة قتل يحيى بن زكريا وقصد قتل عيسى بن مريم بعثنا عليهم عبادًا لنا منحاربه وجنوده وقيل بخت نصر وعن ابن عباس جالوت فقتلوا علماءهم واحرقوا التوراة وخربوا المسجد وسبوا منهم سبعين الفًا.

Duabus vicibus peccaverunt. Primò occiderunt Zachariam Sanc. mem. & carcere incluſerunt Jeremiam comminantem ipſis iram Dei. Secundò occiderunt Joannem filium Zachariæ; & voluerunt occidere Jeſum filium Mariæ. Miſimus contra eos ſervos noſtros: nempè Sennacherib, & exercitus ejus. Alii dicunt intelligi Nabuchodonoſor. Sed Ebn-Abbas mavult fuiſſe Goliam. Hi occiderunt Doctores eorum, & combuſſerunt Pentateuchum, & demoliti ſunt templum, & captivos duxerunt ex eis ſeptuaginta millia. Sed in Alcorano deeſt ſecunda pars periodi, quæ his nugis ſuppletur ab expoſitoribus.

XIII. *Et omni homini appendimus avem ejus in collo ejus*]. Nomine *avis* intelligunt Gelal, & Jahias opera uniuſcujuſque hominis. Verùm meliùs alii exponunt augurium, vel factum, in qua ſignificatione etiam latini ſcriptores *bonam avem*, vel *malam avem* dixerunt. Hinc Mogialed pronunciavit ما من مولود يولد الّا وفي عنقه ورقة مكتوب فيها شقي او سعيد *Nullus eſt, qui naſcatur, quin in collo ejus appendatur chartula, in qua ſcriptum eſt, utrum ille felix futurus ſit, an infelix.* Hujuſmodi ſuperſtitionem Græci, ac Latini fortaſſe didicerunt, per aves auguria capientes.

XXXII. *Et non appropinquetis fornicationi*]. Arabicè الزنا videtur ſignificare ſimplicem fornicationem, ſeu meretricationem; & convenit cum Hæbraica voce זְנָה. Amplectitur tamen quodcumque genus illiciti concubitus, & præſertim adulterini.

XXXIII. *Quippe ipſe eſt adjutus*]. Explicat Jahias اى ينصره السلطان حتى يقيده منه *Adjuvat illum publica poteſtas, ut vindicet eum de illo.*

XXXV. *Ad reducendum ad primum ſtatum.*] Hoc propriè videtur ſignificare تاويلًا, Explicat Gelal مآلًا, *opes*: ideſt ad opes acquirendas, vel conſervandas. Zamchaſcerius exponit عاقبة *ad felicem exitum*. Sed rectè verti poteſt; *ad interpretationem*: ideſt, ad cognoſcendum juſtum pretium, vel juſtum pondus, juſtamque menſuram: ſunt enim modius, & Statera interpretes quidam valoris, ſeu pretii rerum.

LXI. *Et Arborem maledictam in Alcorano*]. De hac arbore ita Gelal: وهى الزقوم تنبت فى اصل الجحيم فجعلناها فتنة لهم اذ قالوا النار تحرق الشجر فكيف تنبته *Hæc Arbor vocatur Zacum, & oritur ex imo fundo Tartari. Cùm verò dicitur: Poſuimus eam ad diſceptationem illis: innuitur id, de quo ipſi inter ſe diſceptabant dicentes: Ignis comburit arbores, & quomodò naſci poteſt in eo arbor Zacum?* De hac arbore alibi mentio fit in Alcorano, ubi dicitur producere quoſdam fructus, ſicut رووس الشياطين *capita diabolorum.*

LXIII. *Quid tibi videtur?*] Arabicè ارايتك propriæ ſignificat *an vidiſti?* Sed expoſitores communiter explicant اخبرنى *Enarra mihi*, vel, *Dic mihi*. Cenſeo rectè verti poſſe, *videtur ne tibi?* ſeu, *an exiſtimas rectè factum?* nimirùm id, quod mox ſubjicitur: itaut in eo abſolvatur tota ſententia: ſed meliùs (ut ego verti) *quid vobis*, vel *tibi videtur?*

LXXII. *Cum Antiſtite ſuo*]. Arabica vox امام propriè ſignificat *Antiſtitem*. Nonnulli tamen explicant كتاب *Librum.*

LXXIV. *Et quidem parùm abfuerunt*]. Ideſt, parùm abfuit, quin infideles deciperent te. Gelal: كاد تزل في ثقيف وقد سالوه ان يحرم وادیهم والحوا عليه *Hæc revelata ſunt pro hominibus Thekiphenſibus, qui poſtulaverunt à Mahumeto, ut conſecraret Vallem ipſorum* (ideſt, erigeret in ea Templum præter Meccanum): *Et maximè in hoc urſerunt illum.* In hoc autem Mahumetus finxiſſet, vel feciſſet aliquid diverſum ab eo, quod ipſi Deus revelaverat. Divinant hæc ex proprio cerebro quidam Interpretes.

LXXVII. *Et quidem propè fuerunt Judæi*]. Hæc ita explicat Gelal: نزل لما قال له اليهود ان كنت نبيًا فالحق بالشام فانها ارض الانبياء *Hæc revelata ſunt, quandò Judæi* (ut calidè Mahumetum Medina ejicerent) *dixerunt ei: ſi tu es propheta, vade in Syriam: illa enim eſt terra Prophetarum.*

LXXXI. *Et dic: Domine mi introduc me*]. Hæc verba jubetur Mahumetus dicere in ingreſſu Meccæ, juxta Gelal, qui ſubdit: وقد دخلها ﷺ وحول البيت ثلثمائة وستون صنمًا فجعل يطعنها بعود في يده ويقول جاء الحق حتى سقطت *Ingreſſus eſt autem Mahumetus Meccam: & circa Templum ejus erant trecenta ſexaginta idola: cœpitque ea fodicare baculo, quem manu tenebat, ac dicere; Venit veritas, & abiit vanitas: donec omnia ceciderunt.* Sed ex vita Mahumeti conſtat, hoc eſſe mendacium.

CI. *Poteſtatem patrandi novem miracula*]. Hæc miracula ita enumerat Gelal: وهى اليد والعصا والطوفان والجراد والقمل والضفادع والدم الطمس والسنين ونقص من الثمرات *Hæc fuerunt, manus, & virga, & Diluvium, & locuſtæ, & pediculi, & ranæ, & ſanguis, & tenebræ, & ſegetum lues, & fructuum ſterilitas.* At plura fuerunt, ut patet ex lib. Exodi.

CIX. *Invocate Deum, vel invocate miſeratorem*]. Ideò hæc dicta ſunt juxta Gelal, quia كان ﷺ يقول

يقول يا الله ويا رحمٰن فقالوا أينهانا ان نعبد الهين وهو يدعو الهًا اخر معه: *dicebat Mahumetus: O Deus, ò Miserator. Socii verò audientes dixerunt: An prohibet nobis cultum duorum deorum; & ipse invocat cum Deo alium deum?* Credebant scilicet رحمن *Rahman*, seu Miseratorem, esse deum aliquem diversum à Deo: cùm tamen esset tantùm unum ex Nominibus Dei, quæ Nomina Arabes asserunt communiter esse nonaginta, ac novem, & sunt hujusmodi: الله الذى لا اله الا هو *Deus, præter quem nullus est Deus.* الرحمن *Miserator.* الرحيم *Misericors.* الملك *Rex.* القدوس *Sanctus.* السلام *Pax.* المؤمن *Fidelis.* المهيمن *Tutor.* العزيز *Excellens.* الجبار *Gigas.* المتكبر *Grandis.* الخالق *Creator.* البارى *Conditor.* المصور *Formator.* الغفار *Indultor.* القهار *Triumphator.* الوهاب *Donator.* الرزاق *Provisor.* الفتاح *Victor.* العليم *Sciens.* القابض *Comprehensor.* الباسط *Dilatans.* الخافض *Deprimens.* الرافع *Exaltans.* المعز *Glorificans.* المذل *Humilians.* السميع *Audiens.* البصير *Videns.* الحكم *Judex.* العدل *Justus.* اللطيف *Benignus.* الخبير *Peritus.* الحليم *Mitis.* العظيم *Magnus.* الغفور *Propitius.* الشكور *Gratus.* العلى *Excelsus.* الكبير *Ingens.* الحفيظ *Custos.* المقيت *Nutritor.* الحسيب *Computator.* الجليل *Glorioſus.* الكريم *Honorabilis.* الرقيب *Observator.* المجيب *Exauditor.* الواسع *Dilatator.* الحكيم *Sapiens.* الودود *Amator.* المجيد *Glorificatus.* الباعث *Suscitator.* الشهيد *Testis.* الحق *Veritas.* الوكيل *Præfectus.* القوى *Fortis.* المتين *Validus.* الولى *Præsens.* الحميد *Laudatus.* المحصى *Numerator.* المبدئ *Principiator.* المعيد *Reductor.* المحيى *Vivificator.* المميت *Mortificator.* الحى *Vivens.* القيوم *Subsistens.* الواجد *Inventor.* الماجد *Glorificator.* الواحد *Unus.* الصمد *Æternus.* القادر *Potens.* المقتدر *Præpotens.* المقدم *Præcessor.* المؤخر *Subsecutor.* الاول *Primus* الاخر *Novissimus.* الظاهر *Apparēs.* الباطن *Latēs.* الوالى *Præsidens.* المتعالى *Altissimus.* البر *Purus.* التواب *munerator.* المنتقم *Ultor.* العفو *Indulgens.* الرؤف *Pius.* مالك الملك *Possessor Regni.* ذوا الجلال والاكرام *Præditus gloria, & magnificentia.* المقسط *Justè mensurans.* الجامع *Congregans.* الغنى *Dives.* المغنى *Ditans.* المانع *Prohibens.* الضار *Nocens.* النافع *Juvans.* النور *Lux.* الهادى *Dirigens.* البديع *Producens de novo.* الباقى *Permanens.* الوارث *Hæreditans.* الرشيد *Director.* الصبور *Patiens.* His nominibus, seu Epithetis Dei addunt centesimum, quod vocant الاسم الاعظم *Nomen maximum*; quod tamen non reperio expressum: & puto eos per illud intelligere Nomen tetragrammaton יהוה. Verùm multa alia nomina Dei pòterant afferre, etiam quæ magis, quàm prædicta illi convenirent. Omiserunt autem præcipuum Dei Nomen الرب *Dominus*, quod non solùm Hebræi, sed etiam interpretes Græci, Syri, Latini, Arabes, & reliqui, loco nominis ineffabilis יהוה pronuntiant, ac si esset אֲדֹנָי *Dominus*.

Cur hoc? Quia nunquam in Alcorano hoc nomen الرب *Dominus* reperitur, nisi in regimine, vel cum affixis; ut ربى *Dominus meus*; رب العالمين *Dominus Mundorum*, in quo casu non est nomen Dei proprium, & præcipuum, quod respondeat nomini tetragrammato יהוה. Vides igitur in Alcorano deesse proprium, ac præcipuum Dei nomen, ac propterea inter Dei nomina illud à Moslemis non recenseri.

REFUTATIONES.

I. QUicunque patienter legerit deliria, & ineptias, quæ in decantata Mahumeti in Cœlum translatione continentur: manifestè cognoscet, quanta fides Mahumeto, ac sapientibus Mahumetanis habenda sit. Innuit eam hoc loco tantummodò Alcoranus: sed fusissimè legitur in libro Sonnæ, & apud Alcorani Expositores, qui omnes eam ex ipso Mahumeti ore in medium proferunt. Non est hìc otium tot nugas recensere, aut confutare. Vide, quę in Prodromo prolixiùs de hac translatione disseruimus loco citato,

II. Asserit Alcoranus, Deum prædixisse in Pentateucho filiis Israel, ipsos in terra Syriæ duabus vicibus graviſſimè peccaturos: & totidem vicibus pro peccato suo severissimè puniendos. Post pœnam tamen primæ vicis, eosdem

in

in ampliſſimum ſtatum reſtituendos; ita ut hoſtes ſuos antea victores ipſi vincerent, ac profligarent. Nihil hujuſmodi legimus in Pentateucho. Et quidem filii Iſrael in terra Syriæ non bis tantùm, ſed pluſquam decies graviſſimè peccaverunt; & graviſſimè etiam à Deo cæde, & captivitate puniti ſunt. Porrò, ſi in expoſitione Alcorani ſtemus hìc concordibus ſapientiorum Moslemorum dictis, riſum cohibere nullo modo poterimus. Quis enim in profuſos cachinnos non erumpat, dùm audit Zamchaſcerium Goliæ, & Joannem Baptiſtam Zachariæ filium Nabuchodonoſori, vel Sennacherib coævos fuiſſe? Nulla in re magis hallucinantur Moslemi, quàm in antiqua hiſtoria, & Chronologia.

III. Quòd ſingulis hominibus avem ſuam collo appenſam à Deo fuiſſe pronunciet; ſapit Ethnicam ſuperſtitionem, & contra humanam libertatem fatum, ac neceſſitatem inducit.

IV. Dùm affirmat, deos, quos Meccani colebant, ſtudere Deo appropinquare, & de hoc inter ſe decertare; ac præterea miſericordiam ejus ſperare, pœnamque timere: ſibi ipſi manifeſtè adverſatur. Sæpè enim in Alcorano aſſeritur hujuſcemodi deos, ſive homines fuerint, ſive dæmones, Deo adverſos, & rebelles, & gehennæ addictos fuiſſe.

V. Patet hìc § 60. Mahumetum nulla in teſtimonium Legis ſuæ miracula feciſſe: ubi etiam frivola hujus rei ratio obſervanda eſt: quia nimirùm, cùm Deus antea Prophetas cum miraculis ad priores gentes miſiſſet, illæ tanquam præſtigia, ac mendacia eadem rejeciſſent: idem verò Meccanos facturos fuiſſe, ſi Mahumetus miracula patraſſet. Itaque ne Mahumetum quidem mittere debuiſſet Deus, quia Meccani, quemadmodùm priores gentes Prophetas ſuos, illum tamquam Impoſtorem, ac nebulonem rejecturi erant. At enim Mahumetus Meccanos plures prædicatione ſua convertit. Multò ergo magis miraculis convertiſſet: imò, & non paucos convertiſſe narratur; quemadmodùm priorum Prophetarum miracula, ex teſtimonio ipſius Alcorani, multos converterunt. Quamobrem nimis futilem excuſationem fraudibus ſuis, ac mendaciis obtendit Mahumetus. Demùm nunquam Deus deeſt partibus ſuis, nec omittit facere, quod in ſe eſt, etiamſi certiſſimè ſciat, hominem minimè correſponſurum. Sed dicat nobis Mahumetus, cur Deus miſerit Chriſtum cum miraculis, quamvis priores gentes prophetis ſuis miracula patrantibus non crediderint? Et, cùm Chriſti, & Apoſtolorum miracula tot hominibus ad fidem ſuſcipiendam profuerint; cur Deus in mittendo Mahumeto reſpexit potiùs ad Prophetas antiquos in negando illi miracula, quàm ad Chriſtum, & Apoſtolos in eadem concedendo? Sed circa miracula vide ſecundam partem Prodromi, & ea, quę ſupra dicta ſunt.

VI. Nimis thraſonicè jactat Mahumetus Alcoranum ſuum, dùm nihil illi æquale ab hominibus, & Dæmonibus ſimul conſpirantibus, ſeque invicem adjuvantibus fieri poſſe pronunciat. Si loqueretur de re aliqua extra anni, ſoliſque vias poſita, facilè nobis mendacia ſua tanquam oracula è tripode poſſet obtrudere. Alcoranum verò præ manibus habemus, videmus, legimus, à capite ad calcem revolvimus Nihil in eo, niſi fabulas, mendacia, quiſquilias, nugas, ineptias reperimus. Hæc de ſuo habet. Cætera, quæ boni aliquid, vel ſani continent, aliundè furatus eſt Mahumetus. Sed circa hoc miraculum Alcorani vide Prodr. p. 2. cap. 11. pag. 443. & ea, quę alibi dicta ſunt.

VII. Iterùm excuſat ſe § 91. & ſequentibus à miraculis faciendis. Neque tamen puto Meccanos adeo inſulsos fuiſſe, ut miracula illa, quæ hìc recenſentur, ab eo exigerent: niſi fortè ad ipſum illudendum, ſibique jocum de eo captandum.

VIII. Falſum eſt, Moyſen coram Pharaone Ægyptiis, & filiis Iſrael novem tantùm ſigna feciſſe: ſaltem enim duodecim fuere, quæ in libro Exodi poteſt unuſquiſque recognoſcere. Quòd ſi dicas, Mahumetum non negare hæc ſigna plura, quàm novem fuiſſe: reſpondeo, nullam afferri poſſe rationem, cur cætera omitteret, ſi verè ea facta eſſe credidiſſet. Huc accedit, quòd Alcorani Expoſitores Moyſi miracula enumerantes nunquam plura, quàm novem recenſent.

IX. Quòd aſſerat, Chriſtianos, & Judæos, audientes Alcoranum procubuiſſe in facies ſuas cum fletu, tanquam illum venerantes: vel mendacium eſt: vel fuerunt illi ruſtici aliqui, & idiotæ, quibus quidvis veri, vel falſi facillimè perſuaderetur. Cæterùm norunt omnes, quàm facilè Impoſtorum, ac Seductorum errores non ſolùm à vulgaribus hominibus, ſed etiam à præcipuis viris hauriantur; præſertim, cùm ea continent, quę depravatæ mortalium naturæ favent: cùm è converſo veræ, ſinceræque religionis dogmata nonniſi ſumma cum difficultate ab hominibus recipiantur, & jam recepta facillimè relinquantur. Id manifeſtè apparet in Euangelica lege, quæ nonniſi cum ſanguine eam docentium potuit in Orbem invehi, & quamvis ab omnibus ferè ſuſcepta brevi tamen à multis liberiores ſectas amantibus deſtituta fuit.

سورة

سورة الكهف مكيّة مائة وعشر آية

SURA XVIII.

SPELUNCA.

MECCANA:

COMMATUM CENTUM, AC DECEM.

بسم الله الرحمن الرحيم ❋

1 الحمد لله الذي انزل على عبده الكتاب ولم يجعل له عوجا ❁ 2 قيما لينذر باسا شديدا من
لدنه ويبشر المومنين الذين يعملون الصالحين ان لهم اجرا حسنا ❁ 3 ماكثين فيه ابدا ❁
4 وينذر الذين قالوا اتخذ الله ولدا ما لهم به من علم ولا لابايهم كبرت كلمة تخرج من
افواههم ان يقولون الا كذبا ❁ 5 فلعلك باخع نفسك على اثارهم ان لم يومنوا بهذا
الحديث اسفا ❁ 6 انا جعلنا ما على الارض زينة لها لنبلوهم ايهم احسن عملا ❁ 7 وانا
لجاعلون ما عليها صعيدا جرزا ❁ 8 ام حسبت ان اصحاب الكهف والرقيم كانوا من اياتنا
عجبا ❁ 9 اذ اوى الفتية الى الكهف فقالوا ربنا اتنا من لدنك رحمة وهيي لنا من امرنا
رشدا ❁ 10 فضربنا على اذانهم في الكهف سنين عددا ❁ 11 ثم بعثناهم لنعلم
اي الحزبين احصى لما لبثوا امدا ❁ 12 نحن نقص عليك نبامم بالحق انهم فتية امنوا بربهم
وزدناهم هدى ❁ 13 وربطنا على قلوبهم اذ قاموا فقالوا ربنا رب السموات والارض لن ندعوا
من دونه الها لقد قلنا اذا شططا ❁ 14 هولاء قومنا اتخذوا من دونه الهة لولا ياتون
عليهم بسلطان بين فمن اظلم ممن افترى على الله كذبا ❁ 15 واذ اعتزلتموهم وما
يعبدون الا الله فاوا الى الكهف ينشر لكم ربكم من رحمته ويهيي لكم من امركم
مرفقا ❁ 16 وترى الشمس اذا طلعت تزاور عن كهفهم ذات اليمين واذا غربت تقرضهم ذات
الشمال وهم في فجوة منه ذلك من ايات الله من يهد الله فهو المهتد ومن يضلل فلن تجد له
وليا مرشدا ❁ 17 وتحسبهم ايقاظا وهم رقود ونقلبهم ذات اليمين وذات الشمال وكلبهم باسط
ذراعيه

ذراعيه بالوصيد ۞ 18 لو اطلعت عليهم لوليت منهم فرارا ولملئت منهم رعبا ۞ 19 وكذلك
بعثناهم ليتسألوا بينهم قال قائل منهم كم لبثتم قالوا لبثنا يوما او بعض يوم قالوا ربكم اعلم
بما لبثتم فابعثوا احدكم بورقكم هذه الى المدينة فلينظر ايها ازكى طعاما فليأتكم برزق منه
وليتلطف ولا يشعرن بكم احدا ۞ 20 انهم ان يظهروا عليكم يرجموكم او يعيدوكم في ملتهم ولن
تفلحوا اذا ابدا ۞ 21 وكذلك اعثرنا عليهم ليعلموا ان وعد الله حق وان الساعة لا ريب فيها اذ
يتنازعون بينهم امرهم فقالوا ابنوا عليهم بنيانا ۞ 22 ربهم اعلم بهم قال الذين غلبوا على
امرهم لنتخذن عليهم مسجدا ۞ 23 سيقولون ثلاثة رابعهم كلبهم ويقولون خمسة سادسهم
كلبهم رجما بالغيب ويقولون سبعة وثامنهم كلبهم قل ربي اعلم بعدتهم ما يعلمهم الا
قليل ۞ 24 فلا تمار فيهم الا مراء ظاهرا ولا تستفت فيهم منهم احدا ۞ 25 ولا تقولن
لشيء اني فاعل ذلك غدا الا ان يشاء الله واذكر ربك اذا نسيت وقل عسى ان يهدين ربي
لاقرب من هذا رشدا ۞ 26 ولبثوا في كهفهم ثلاث مائة سنين وازدادوا تسعا ۞ 27 قل الله
اعلم بما لبثوا له غيب السموات والارض ابصر به واسمع ما لهم من دونه من ولي ولا يشرك في
حكمه احدا ۞ 28 واتل ما اوحي اليك من كتاب ربك لا مبدل لكلماته ولن تجد من
دونه ملتحدا ۞ 29 واصبر نفسك مع الذين يدعون ربهم بالغداوة والعشي يريدون وجهه ولا تعد
عيناك عنهم تريد زينة الحيوة الدنيا ولا تطع من اغفلنا قلبه عن ذكرنا واتبع هويه وكان امره
فرطا ۞ 30 وقل الحق من ربكم فمن شاء فليؤمن ومن شاء فليكفر انا اعتدنا للظالمين
نارا احاط بهم سرادقها وان يستغيثوا يغاثوا بماء كالمهل يشوي الوجوه بيس الشراب وساءت
مرتفقا ۞ 31 ان الذين امنوا وعملوا الصالحات انا لا نضيع اجر من احسن عملا ۞ 32 اولئك
لهم جنات عدن تجري من تحتهم الانهار يحلون فيها من اساور من ذهب ويلبسون ثيابا
خضرا من سندس واستبرق متكئين فيها على الارائك نعم الثواب وحسنت مرتفقا ۞
33 واضرب لهم مثلا رجلين جعلنا لاحدهما جنتين من اعناب وحففناهما بنخل وجعلنا بينهما
زرعا ۞ 34 كلتا الجنتين اتت اكلها ولم تظلم منه شيا وفجرنا خلالهما نهرا ۞ 35 وكان
له ثمر فقال لصاحبه وهو يحاوره انا اكثر منك مالا واعز نفرا ۞ 36 ودخل جنته
وهو ظالم لنفسه قال ما اظن ان تبيد هذه ابدا ۞ 37 وما اظن الساعة قايمة ولين رددت الى
ربي لاجدن خيرا منها منقلبا ۞ 38 قال له صاحبه وهو يحاوره اكفرت بالذي خلقك من
تراب ثم من نطفة ثم سويك رجلا ۞ 39 لكنا هو الله ربي ولا اشرك بربي احدا ۞
40 ولولا اذ دخلت جنتك قلت ما شاء الله لا قوة الا بالله ان ترن انا اقل منك مالا
وولدا ۞ 41 فعسى ربي ان يوتين خيرا من جنتك ويرسل عليها حسبانا من السماء فتصبح
صعيدا

مُعيدًا زلقًا ۞ 42 أو يصبح ماؤها غورًا فلن تستطيع له طلبًا ۞ 43 وأُحيط بثمره فأصبح يقلب
كفّيه على ما أنفق فيها وهي خاوية على عروشها ويقول يا ليتني لم أشرك بربي أحدًا ۞
44 ولم تكن له فئة ينصرونه من دون الله وما كان منتصرًا ۞ 45 هنالك الولاية لله
الحق هو خير ثوابًا وخير عقبًا ۞ 46 واضرب لهم مثل الحيوة الدنيا كماء أنزلناه من السماء
فاختلط به نبات الأرض فأصبح هشيمًا تذروه الرياح وكان الله على كل شيء مقتدرًا ۞
47 المال والبنون زينة الحيوة الدنيا والباقيات الصالحات خير عند ربك ثوابًا وخير أملًا ۞
48 ويوم نسير الجبال وترى الأرض بارزة وحشرناهم فلم نغادر منهم أحدًا ۞ 49 وعرضوا على
ربك صفًا لقد جئتمونا كما خلقناكم أول مرة بل زعمتم ألن نجعل لكم موعدًا ۞
50 ووضع الكتاب فترى المجرمين مشفقين مما فيه ويقولون يا ويلتنا ما لهذا الكتاب لا يغادر
صغيرة ولا كبيرة إلا أحصاها ووجدوا ما عملوا حاضرًا ولا يظلم ربك أحدًا ۞ 51 وإذ قلنا
للملائكة اسجدوا لآدم فسجدوا إلا إبليس كان من الجن ففسق عن أمر ربه أفتتخذونه
وذريته أولياء من دوني وهم لكم عدو بئس للظالمين بدلًا ۞ 52 ما أشهدتهم خلق
السموات والأرض ولا خلق أنفسهم وما كنت متخذ المضلين عضدًا ۞ 53 ويوم يقول نادوا
شركائي الذين زعمتم فدعوهم فلم يستجيبوا لهم وجعلنا بينهم موبقًا ۞ 54 ورأى المجرمون
النار فظنوا أنهم مواقعوها ولم يجدوا عنها مصرفًا ۞ 55 ولقد صرفنا في هذا القرآن للناس
من كل مثل وكان الإنسان أكثر شيء جدلًا ۞ 56 وما منع الناس أن يؤمنوا إذ جاءهم
الهدى ويستغفروا ربهم إلا أن تأتيهم سنة الأولين أو يأتيهم العذاب قبلًا ۞ 57 وما نرسل
المرسلين إلا مبشرين ومنذرين ويجادل الذين كفروا بالباطل ليدحضوا به الحق واتخذوا آياتي
وما أنذروا هزوًا ۞ 58 ومن أظلم ممن ذكر بآيات ربه فأعرض عنها ونسي ما قدمت يداه إنا
جعلنا على قلوبهم أكنة أن يفقهوه وفي آذانهم وقرًا ۞ 59 وإن تدعهم إلى الهدى فلن
يهتدوا إذًا أبدًا ۞ 60 وربك الغفور ذو الرحمة لو يؤاخذهم بما كسبوا لعجل لهم العذاب
بل لهم موعد لن يجدوا من دونه موئلًا ۞ 61 وتلك القرى أهلكناهم لما ظلموا وجعلنا
لمهلكهم موعدًا ۞ 62 وإذ قال موسى لفتيه لا أبرح حتى أبلغ مجمع البحرين أو أمضي
حقبًا ۞ 63 فلما بلغا مجمع بينهما نسيا حوتهما فاتخذ سبيله في البحر سربًا ۞ 64 فلما
جاوزا قال لفتيه آتنا غداءنا لقد لقينا من سفرنا هذا نصبًا ۞ 65 قال أرأيت إذ أوينا إلى
الصخرة فإني نسيت الحوت وما أنسانيه إلا الشيطان أن أذكره واتخذ سبيله في البحر عجبًا ۞
66 قال ذلك ما كنا نبغ فارتدا على آثارهما قصصًا ۞ 67 فوجدا عبدًا من عبادنا آتيناه
رحمة من عندنا وعلمناه من لدنا علمًا ۞ 68 قال له موسى هل أتبعك على أن تعلمن مما
علمت

عُلِّمْتَ رُشْدًا ۞ 69 قَالَ إِنَّكَ لَنْ تَسْتَطِيعَ مَعِيَ صَبْرًا ۞ 70 وَكَيْفَ تَصْبِرُ عَلَىٰ مَا لَمْ
تُحِطْ بِهِ خُبْرًا ۞ 71 قَالَ سَتَجِدُنِي إِنْ شَاءَ ٱللَّهُ صَابِرًا وَلَا أَعْصِي لَكَ أَمْرًا ۞ 72 قَالَ فَإِنِ
ٱتَّبَعْتَنِي فَلَا تَسْـَٔلْنِي عَنْ شَيْءٍ حَتَّىٰ أُحْدِثَ لَكَ مِنْهُ ذِكْرًا ۞ 73 فَٱنطَلَقَا حَتَّىٰ إِذَا رَكِبَا
فِي ٱلسَّفِينَةِ خَرَقَهَا قَالَ أَخَرَقْتَهَا لِتُغْرِقَ أَهْلَهَا لَقَدْ جِئْتَ شَيْـًٔا إِمْرًا ۞ 74 قَالَ أَلَمْ أَقُلْ إِنَّكَ
لَن تَسْتَطِيعَ مَعِيَ صَبْرًا ۞ 75 قَالَ لَا تُؤَاخِذْنِي بِمَا نَسِيتُ وَلَا تُرْهِقْنِي مِنْ أَمْرِي عُسْرًا ۞
76 فَٱنطَلَقَا حَتَّىٰ إِذَا لَقِيَا غُلَامًا فَقَتَلَهُ قَالَ أَقَتَلْتَ نَفْسًا زَكِيَّةً بِغَيْرِ نَفْسٍ لَّقَدْ جِئْتَ شَيْـًٔا نُّكْرًا ۞
77 قَالَ أَلَمْ أَقُل لَّكَ إِنَّكَ لَن تَسْتَطِيعَ مَعِيَ صَبْرًا ۞ 78 قَالَ إِن سَأَلْتُكَ عَن شَيْءٍ بَعْدَهَا
فَلَا تُصَاحِبْنِي قَدْ بَلَغْتَ مِن لَّدُنِّي عُذْرًا ۞ 79 فَٱنطَلَقَا حَتَّىٰ إِذَا أَتَيَا أَهْلَ قَرْيَةٍ ٱسْتَطْعَمَا أَهْلَهَا
فَأَبَوْا أَن يُضَيِّفُوهُمَا فَوَجَدَا فِيهَا جِدَارًا يُرِيدُ أَن يَنقَضَّ فَأَقَامَهُ قَالَ لَوْ شِئْتَ لَتَّخَذْتَ عَلَيْهِ أَجْرًا ۞
80 قَالَ هَٰذَا فِرَاقُ بَيْنِي وَبَيْنِكَ سَأُنَبِّئُكَ بِتَأْوِيلِ مَا لَمْ تَسْتَطِع عَّلَيْهِ صَبْرًا ۞ 81 أَمَّا ٱلسَّفِينَةُ
فَكَانَتْ لِمَسَٰكِينَ يَعْمَلُونَ فِي ٱلْبَحْرِ فَأَرَدتُّ أَنْ أَعِيبَهَا وَكَانَ وَرَآءَهُم مَّلِكٌ يَأْخُذُ كُلَّ سَفِينَةٍ
غَصْبًا ۞ 82 وَأَمَّا ٱلْغُلَامُ فَكَانَ أَبَوَاهُ مُؤْمِنَيْنِ فَخَشِينَا أَن يُرْهِقَهُمَا طُغْيَٰنًا وَكُفْرًا ۞ 83 فَأَرَدْنَا
أَن يُبْدِلَهُمَا رَبُّهُمَا خَيْرًا مِّنْهُ زَكَوٰةً وَأَقْرَبَ رُحْمًا ۞ 84 وَأَمَّا ٱلْجِدَارُ فَكَانَ لِغُلَٰمَيْنِ يَتِيمَيْنِ فِي
ٱلْمَدِينَةِ وَكَانَ تَحْتَهُ كَنزٌ لَّهُمَا وَكَانَ أَبُوهُمَا صَٰلِحًا فَأَرَادَ رَبُّكَ أَن يَبْلُغَا أَشُدَّهُمَا وَيَسْتَخْرِجَا
كَنزَهُمَا رَحْمَةً مِّن رَّبِّكَ وَمَا فَعَلْتُهُ عَنْ أَمْرِي ذَٰلِكَ تَأْوِيلُ مَا لَمْ تَسْطِع عَّلَيْهِ صَبْرًا ۞ 85 وَيَسْـَٔلُونَكَ
عَن ذِي ٱلْقَرْنَيْنِ قُلْ سَأَتْلُوا عَلَيْكُم مِّنْهُ ذِكْرًا ۞ 86 إِنَّا مَكَّنَّا لَهُ فِي ٱلْأَرْضِ وَآتَيْنَٰهُ مِن
كُلِّ شَيْءٍ سَبَبًا ۞ 87 فَأَتْبَعَ سَبَبًا حَتَّىٰ إِذَا بَلَغَ مَغْرِبَ ٱلشَّمْسِ وَجَدَهَا تَغْرُبُ فِي عَيْنٍ حَمِئَةٍ
وَوَجَدَ عِندَهَا قَوْمًا ۞ 88 قُلْنَا يَا ذَا ٱلْقَرْنَيْنِ إِمَّا أَن تُعَذِّبَ وَإِمَّا أَن تَتَّخِذَ فِيهِمْ حُسْنًا ۞ 89 قَالَ
أَمَّا مَن ظَلَمَ فَسَوْفَ نُعَذِّبُهُ ثُمَّ يُرَدُّ إِلَىٰ رَبِّهِ فَيُعَذِّبُهُ عَذَابًا نُّكْرًا ۞ 90 وَأَمَّا مَنْ ءَامَنَ وَعَمِلَ
صَٰلِحًا فَلَهُ جَزَآءً ٱلْحُسْنَىٰ وَسَنَقُولُ لَهُ مِنْ أَمْرِنَا يُسْرًا ۞ 91 ثُمَّ أَتْبَعَ سَبَبًا حَتَّىٰ إِذَا بَلَغَ
مَطْلِعَ ٱلشَّمْسِ وَجَدَهَا تَطْلُعُ عَلَىٰ قَوْمٍ لَّمْ نَجْعَل لَّهُم مِّن دُونِهَا سِتْرًا ۞ 92 كَذَٰلِكَ وَقَدْ
أَحَطْنَا بِمَا لَدَيْهِ خُبْرًا ۞ 93 ثُمَّ أَتْبَعَ سَبَبًا حَتَّىٰ إِذَا بَلَغَ بَيْنَ ٱلسَّدَّيْنِ وَجَدَ مِن دُونِهِمَا
قَوْمًا لَّا يَكَادُونَ يَفْقَهُونَ قَوْلًا ۞ 94 قَالُوا يَا ذَا ٱلْقَرْنَيْنِ إِنَّ يَأْجُوجَ وَمَأْجُوجَ مُفْسِدُونَ فِي ٱلْأَرْضِ
فَهَلْ نَجْعَلُ لَكَ خَرْجًا عَلَىٰ أَن تَجْعَلَ بَيْنَنَا وَبَيْنَهُمْ سَدًّا ۞ 95 قَالَ مَا مَكَّنِّي فِيهِ رَبِّي خَيْرٌ فَأَعِينُونِي بِقُوَّةٍ أَجْعَلْ
بَيْنَكُمْ وَبَيْنَهُمْ رَدْمًا ۞ 96 ءَاتُونِي زُبَرَ ٱلْحَدِيدِ حَتَّىٰ إِذَا سَاوَىٰ بَيْنَ ٱلصَّدَفَيْنِ قَالَ ٱنفُخُوا حَتَّىٰ
إِذَا جَعَلَهُ نَارًا قَالَ ءَاتُونِي أُفْرِغْ عَلَيْهِ قِطْرًا ۞ 97 فَمَا ٱسْطَٰعُوا أَن يَظْهَرُوهُ وَمَا ٱسْتَطَٰعُوا
لَهُ نَقْبًا ۞ 98 قَالَ هَٰذَا رَحْمَةٌ مِّن رَّبِّي فَإِذَا جَآءَ وَعْدُ رَبِّي جَعَلَهُ دَكَّآءَ وَكَانَ وَعْدُ رَبِّي
حَقًّا ۞ 99 وَتَرَكْنَا بَعْضَهُمْ يَوْمَئِذٍ يَمُوجُ فِي بَعْضٍ وَنُفِخَ فِي ٱلصُّورِ فَجَمَعْنَٰهُمْ جَمْعًا ۞

١٠١ وعرضنا جهنم يومئذ للكافرين عرضا ۞ ١٠٢ الذين كانت أعينهم في غطاء عن
ذكري وكانوا لا يستطيعون سمعا ۞ ١٠٣ أفحسب الذين كفروا أن يتخذوا عبادي من دوني
أولياء إنا أعتدنا جهنم للكافرين نزلا ۞ ١٠٤ قل هل ننبئكم بالأخسرين أعمالا الذين
ضل سعيهم في الحيوة الدنيا وهم يحسبون أنهم يحسنون صنعا ۞ ١٠٥ أولئك الذين
كفروا بآيات ربهم ولقائه فحبطت أعمالهم فلا نقيم لهم يوم القيمة وزنا ۞ ١٠٦ ذلك جزاؤهم
جهنم بما كفروا واتخذوا آياتي ورسلي هزوا ۞ ١٠٧ إن الذين آمنوا وعملوا الصالحات كانت
لهم جنات الفردوس نزلا ۞ ١٠٨ خالدين فيها لا يبغون عنها حولا ۞ ١٠٩ قل لو كان
البحر مدادا لكلمات ربي لنفد البحر قبل أن تنفد كلمات ربي ولو جئنا بمثله
مددا ۞ ١١٠ قل إنما أنا بشر مثلكم يوحى إلي أنما إلهكم إله واحد فمن كان يرجوا
لقاء ربه فليعمل عملا صالحا ولا يشرك بعبادة ربه أحدا ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. LAUS DEO, qui demiſit ſuper ſervum ſuum *Mahumetum* Librum *Alcorani*, & non poſuit illi diſtorſionem (*ideſt, aliquid in eo pravum, aut diſtortum*) *ſed fecit totum* rectum. 2. Ut comminaretur calamitatem vehementem *infidelibus venturam* à conſpectu ejus, & euangelizaret fidelibus, qui operantur recta, quòd ipſis erit merces bona: 3. Permanſuris in ea ſemper. 4. Et commonerent eos, qui dicunt: Suſcepit Deus prolem, *oſtendens*, non eſſe illis in hoc ullam ſcientiam, neque *fuiſſe*, patribus eorum. Grave eſt dictum, quod egreditur de oribus eorum, *a* non dicunt, niſi mendacium. Et fortaſſe tu *b* enecans eris te ipſum ſuper veſtigia eorum, *currens poſt eos, ut reducas ad te*, ſi non credant in novam narrationem (*ideſt in Alcoranum*) ob triſtitiam *animi tui*. 6. Nos certè poſuimus id, quod eſt ſuper terram ad ornatum ejus, ut experimentum faceremus eorum, quis ipſorum eſſet melior operando. 7. Et nos ſanè poſituri ſumus id, quod eſt ſuper eam, pulverem ſiccum (*ideſt reducemus eam in ſterilitatem*). 8. An exiſtimaſti, quòd habitatores ſpeluncæ, & RaKim, fuerint inter ſigna noſtra mirabile (*ideſt unum ex præcipuis ſignis noſtris*). 9. Cùm confugerunt Pueri ad ſpeluncam *ob timorem infidelium*, dixerunt; Domine noſter, affer nobis à conſpectu tuo miſericordiam, & diſpone nobis negotium noſtrum rectè. 10. Percuſſimus igitur ſuper aures eorum (*ideſt in ſoporem merſimus eos*) in ſpelunca per annorum numerum. 11. Deindè excitavimus eos, ut ſciremus, quænam duarum partium, *diſceptantium inter ſe de duratione commorationis eorum in ſpelunca* eſſet meliùs computans illud *tempus*, quo commorati fuiſſent uſque ad finem. 12. Nos narrabimus tibi hiſtoriam eorum cum veritate. Certè ipſi erant pueri, qui crediderant in Dominum ſuum, & auxeramus illis directionem. 13. Et alligavimus (*ideſt conſtantiam poſuimus*) ſuper corda eorum, cùm ſteterunt *ante tyrannum*, & dixerunt: Dominus noſter eſt Dominus Cœlorum, & terræ: nunquam invocabimus præter eum deum ullum: *nam, ſi hoc faceremus*, jam quidem diceremus proculdubio exceſſum *impietatis*. 14. Hæ gentes noſtræ acceperunt præter eum deos: *ſed nos nunquam adhærebimus illis*, niſi afferant pro eis poteſtatem manifeſtam (*ideſt argumenta certa divinitatis eorum*). Quis porrò iniquior eſt, quàm, qui confingit de Deo mendacium? 15. Et *dixit quidam ex illis ad alios*: Cùm ſeparaveritis vos ab eis, & non colent (*ideſt donec non colant*) niſi Deum; confugite in ſpeluncam: effundet vobis Dominus veſter de miſericordia ſua, & diſponet vobis de re veſtra convenienter.

a Si.
b enecaturus es.

ter. 16. Et vidiſſes ſolem, poſtquàm ortus fuerat, declinare à ſpelunca eorum tenentem dexteram (*ideſt verſus meridiem*) cùm verò vergeret ad occaſum, & relinqueret eos, tenentem ſiniſtram (*ideſt declinare ad ſeptemtrionem ita, ut nunquam tangeret eos*). Et ipſi erant in parte ſpatioſa illius (*ideſt ſpeluncæ*). Hoc *fuit unum* ex miraculis Dei. Quem direxerit Deus, ipſe porrò erit directus: quem verò errare fecerit, nunquam invenies ei patronum, directorem. 17. Et exiſtimaſſes eos vigilantes: *tenebant enim oculos apertos*: at ipſi erant dormientes. Et verſabamus eos ad dexteram, & ad ſiniſtram. Et canis eorum erat extendens brachia ſua in ore ſpeluncæ. 18. Si apparuiſſes eis *ex improviſo*: certè terga vertiſſes ab eis fugiendo, & certè repletus fuiſſes ab eis terrore. 19. Et ita ſuſcitavimus eos è ſomno, ut interrogarent mutuò inter ſe. Dixit dicens (*ideſt, quidam*) ex eis. Quamdiù morati eſtis *hìc*? Reſponderunt: Morati ſumus diem, vel partem diei: Dixerunt *alii*: Dominus veſter ſcientiſſimus eſt, quantum morati fueritis. Porrò mittite unum veſtrum cum pecunia veſtra hac in Civitatem, & videat, quid in illa ſit mundius ad cibum, & afferat vobis alimentum ex eo, & blandè agat *cum civibus*, & non notificet ex vobis ullum. 20. Certè ipſi, ſi apparuerint ſuper vos (*ideſt, ſi aſcenderint huc ad vos*) lapidabunt vos, aut reducent vos in ſectam ſuam: atque ita non eritis felices unquam. 21. Et ſic venire fecimus ad eos *gentem eorum jam fidelem*; ut ſcirent, quòd promiſſio Dei eſt veritas, & quod Hora (*ideſt dies reſurrectionis*) non eſt dubium de ea, cùm diſceptarent inter ſe *homines* de negotio eorum (*ideſt ſeptem dormientium*) & dicerent *infideles*: Aedificate ſuper eos ædificium. 22. Dominus eorum ſcientiſſimus erat de eis. Reſponderunt *fideles*, qui prævaluerant in negotio eorum: Omninò ædificabimus ſuper eos oratorium. 23. Dicent *quidam*: *Hi juvenes fuerunt* tres: quartus eorum *fuit* canis eorum: Et dicent *alii*. *Fuerunt* quinque: ſextus eorum *fuit* canis eorum: opinando de re arcana. Et dicent *alii*: *fuerunt* ſeptem, & octavus *fuit* canis eorum: Dic *tu, ò Mahumete*: Dominus meus ſcientiſſimus eſt de numero eorum: Non ſcient eos, niſi pauci. 24. Ne igitur diſceptaveris de eis, niſi diſceptatione clara, juxta id, *quod tibi revelatum eſt*. Et ne perconteris circa eos ex illis (*ideſt judæis, & Chriſtianis*) ullum. 25. Et nunquam dicas de aliqua re: Certè ego facturus ſum hoc cras, niſi *addas*: ſi voluerit Deus · Et memento Domini tui, cùm oblitus fueris *alicujus rei*, & dic: Facile erit, ut dirigat me Dominus meus, ut approximem ad hoc (*ideſt, ut ſciam veritatem hujus hiſtoriæ*) *a* rectè. 26. Et morati ſunt in ſpelunca ſua trecentos annos, & additi ſunt novem: 27. Dic: Deus ſcientiſſimus eſt, quantùm commorati ſint. Ipſius eſt arcanum Cœlorum, & terræ. Fac videre in eo, & fac audire. Non eſt illis præter eum ullus patronus: neque aſſociabit in judicio ſuo ullum. 28. Et lege, quod revelatum fuit tibi de libro Domini tui: non eſt *ullus* immutans verba ejus, & nuſquam invenies præter eum effugium. 29. Et conſtanter gere te ipſum (*ideſt perſevera*) cum iis, qui invocant Dominum ſuum manè, & veſperè, & requirunt faciem ejus, & ne avertantur oculi tui ab eis, ut requiras ornatum vitæ mundanæ, & ne obedias ei, cujus conjecimus incuriam cordi circa memoriam noſtri, & ſectatus eſt concupiſcentiam ſuam, & eſt negotium ejus exceſſus *in peccatis*. 30. Et dic: Veritas eſt à Domino veſtro *id, quod vobis prædico*: itaque, qui voluerit, credat, & qui voluerit, non credat. Certè nos pręparavimus iniquè agentibus ignem; circumdabit eos fumus flamma mixtus illius. Quòd ſi auxilium imploraverint, adjuvabuntur aqua, *quæ* ſicut æs liquidum aſſabit facies. Miſera erit potio, & malum erit reclinatorium. 31. Porrò, qui crediderint, & fecerint recta: certè nos non ſinemus perire mercedem ejus, qui benè fecerit operando. 32. His ipſis erunt horti Eden: current ſubter ipſos flumina: ornabuntur in eis armillis ex auro, & induentur veſtibus viridibus ex ſerico pretioſo, auro intertexto, & amictu ſplendenti: accumbentes in illis ſuper lectos ſponſales. O felix præmium, & erit pulchrum reclinatorium. 33. Et propone illis in parabolam duos viros: dedimus uni eorum duos hortos ex vitibus, & circumcinximus utrumque palmis, & poſuimus inter utrumque ſementem. 34. Uterque hortorum attulit fructum ſuum, & non defraudavit ex eo, quidquam, & *b* erumpere fecimus inter utrumque fluvium. 35. Et fuit illi *homi-*

a per directionē eius.

b currens

ni ex iiſdem hortis fructus, & dixit ſocio ſuo, & ipſe gloriabatur adverſus eum; ego copioſior ſum, quàm tu opibus, & potentior familia. 36. Et ingreſſus eſt hortum ſuum, & ipſe iniquus in animam ſuam, dixit: Non exiſtimo, quòd periturus ſit hic *hortus* unquam: 37. Neque puto, Horam ſtaturam (*ideſt futurum diem judicii.*) Et quamvis reducar ad Dominum meum (*ideſt quamvis reſuſciter*) profectò inveniam melius hoc *horto* immutatus. 38. Dixit illi ſocius ejus (& ipſe gloriabatur contra eum): An non credis in eum, qui creavit te ex pulvere deindè ex ſpermate: deindè conformavit te in virum? 39. Sed ego *dico*: Ipſe Deus eſt Dominus meus, & non aſſociabo in Domino meo ullum. 40. Et nonne, cùm ingreſſus fueris hortum tuum, dices, quòd voluerit Deus? Non eſt virtus, niſi in Deo. etiamſi videas, me eſſe minorem te opibus, & filiis. 41. Et fortaſſe eveniet, ut Dominus meus det mihi melius, quàm hortum tuum, & mittat ſuper eum fulmina è Cœlo, itaut evadat terra pulverulenta, inſtabilis. 42. Vel evadat aqua illius profundè depreſſa, itaut nullatenùs poſſis eam haurire. 43. Et circumdatus eſt fructus ejus (*ideſt periit.*) Cœpit igitur invertere volas ſuas ſuper id, quod expenderat in illum, *nempe hortum*, nam ille erat vacuus ſuper fulcimenta ſua (*ideſt ſuper paxillos, quibus vites ſuſtentabantur*) & dicebat: O utinam ego non aſſociaſſem cum Domino meo ullum. 44. Et non fuit illi turba *hominum*, *qui* adjuvarent eum, præter Deum: neque fuit *a* adjuvans ſe ipſum. 45. Ibi (*ideſt in die judicii*) *b* auxilium Dei erit verum, ipſe melior erit quoad præmium, & melior quoad *felicem* ſucceſſum. 46. Et propone illis parabolam vitæ mundanæ. *Hæc eſt* ſicut aqua, quam demiſimus è Cœlo, & commiſcetur per eam germen terræ, & *poſtquàm viride, & pulchrum fuerit*, evadit ſtipula arida, diſpergunt eam venti, & eſt Deus ſuper omnem rem prępotens. 47. Opes, & filii ſunt ornamentum vitæ mundanæ: Sed permanentia *opera* bona meliora erunt apud Dominum tuum quoad præmium, & meliora quoad ſpem. 48. Et die *quadam* ambulare faciemus montes, & videbis terram manifeſtè apparentem (*ideſt totam complanatam*) & congregabimus eos, & non prætermittemus ex eis ullum. 49. Et *c* exponentur ante Dominum tuum ordinatim, & *dicetur eis*: Jam quidem veniſtis ad nos *rebus omnibus expoliati*, quemadmodùm creavimus vos prima vice. Atqui exiſtimabatis, quòd non ſervaturi eſſemus vobis promiſſionem. 50. Et ponetur liber *operum uniuſcujuſque in manu ejus*. Et videbis ſceleratos formidantes ob id, quod *ſcriptum erit* in eo, & dicent: Oh veh nobis! Quid mihi hic liber? Non prætermittit parvum *quid*, neque magnum, quin recenſeat illud. Et invenient id, quod operati fuerint, præſens: neque injuſtè tractabit Dominus tuus vllum. 51. Et, cùm diximus Angelis: Adorate Adam, & adoraverunt *eum omnes*: Sed Eblis (*ideſt Diabolus*) fuit ex Geniis, & prævaricatus eſt à præcepto Domini ſui. An ergo accipietis eum, & generationem ejus (*ideſt Genios ex eo natos*) in patronos præter me, cùm ipſi ſint vobis hoſtes? Miſera eſt iniquorum permutatio, *dùm colunt diabolum pro* Deo. 52. Non adhibui eos teſtes (*ideſt non habui eos ſocios*) creationis Cœlorum, & terræ, neque creationis eorumdemmetipſorum: neque fui accipiens ſeductores (*ideſt Dæmones*) in adjutorium. 53. Et die *quadam* dicet *Deus infidelibus*: Advocate aſſociatos meos, quos putabatis *eſſe deos*. Invocabunt itaque eos: Sed non reſpondebunt illis, & ponemus inter eos torrentem exitii, *in quo omnes pereunt in Gehenna*. 54. Et videbunt ſceleſti Ignem, & exiſtimabunt ſe projiciendos eſſe in eum, & non invenietur ab illo effugium. 55. Et jam quidem varietatem poſuimus in hoc Alcorano hominibus ex omni ſimilitudine: Sed eſt homo pleraſque res, *quæ ſunt in illo*, diſputans. 56. Et non retinuit homines, ne crederent, cùm veniſſet ad eos Directio (*ideſt Alcoranus*), & veniam peterent à Domino ſuo, niſi ut veniret ad eos ſtatutum priorum (*ideſt pœna ſtatuta à Deo infidelibus præcedentibus*) aut veniret ad eos ſupplicium patenter. 57. Et non mittimus. Legatos niſi Euangelizantes, & comminantes. Et diſceptant ii, qui non credunt, cum vanitate, ut eliminent per eam veritatem. Et acceperunt ſigna mea *in Alcorano*: & id, quod comminatum fuit eis, in jocum. 58. Et quis eſt iniquior, quàm

a vindicans.

b auxilium erit Dei veri.

c præſentabuntur.

Inepta trāſitione recoquit crābē.

is,

is, qui commonitus fuit de ſignis Domini ſui; & longè recedit ab eis, & obliviſcitur id, quod præmiſerunt manus ejus (*ideſt peccata ſua præcedentia?*) Nos ſanè poſuimus ſuper corda eorum operimenta, ne intelligant illum (*ideſt Alcoranum*) & in auribus eorum gravitatem. 59. Quòd, ſi invitaveris eos ad Directionem; non propterea dirigentur unquam. 60. Et Dominus tuus indultor, præditus miſericordia, ſi puniret (*ideſt punire voluiſſet*) eos *in mundo* ob id, quod perpetraverunt, procul dubio acceleraſſet illis pœnam. Sed *manet* illis promiſſio, *ut differatur ad diem judicii, in quo* non invenient præter eum effugium. 61. Illas autem urbes perdidimus, poſtquam iniquè egerant, & poſueramus perditioni earum promiſſionem (*ideſt præmonueramus eas de hoc*). 62. Et cùm dixit Moyſes puero ſuo, *Joſue filio Nun*: Non ceſſabo *ab itinere*, donec perveniam ad conjunctionem duorum marium (*ideſt Jonii, & Perſici*) aut incedam per longum tempus (*ideſt per ſpatium octoginta annorum.*) 63. Cùm autem ambo perveniſſent ad conjunctionem inter hæc duo *maria*, obliti ſunt *accipere* piſcem ſuum, *quem ſecum ferebant*. Porrò accepit *piſcis ille* viam ſuam in mare per ſubterraneam viam. 64. Cùm verò *indè* pertranſiſſent, dixit *Moyſes* puero ſuo: Affer nobis prandium noſtrum; jam enim invenimus ex itinere noſtro hoc fatigationem. 65. Reſpondit *puer*: Credes ne, quòd, cùm confugiſſemus ad petram, ego ſanè oblitus ſum piſcis? Neque obliviſci fecit me illius, niſi Satan, ne recordarer illius, & arripuit *piſcis* viam ſuam in mare cum ſtupore *utriuſque*. 66. Dixit Moyſes: Hoc eſt, quod deſiderabamus. Et reverſi ſunt ambo ſuper veſtigia ſua repetendo *viam priorem*. 67. Et invenerunt ſervum è ſervis noſtris, cui tribueramus miſericordiam de apud nos, & docueramus eum à conſpectu noſtro ſcientiam. 68. Dixit illi Moyſes: An *vis* ſequar te cum pacto, ut doceas me in eo, de quo doctus fuiſti, ad directionem *meam*? 69. Reſpondit *ille*: Certè tu non poteris mecum perdurare. 70. Quomodò enim ſuſtinere poteris, ne interroges me de eo, quod non comprehenderis notitia? 71. Dixit Moyſes: Invenies me, ſi voluerit Deus, conſtantem, neque inobediens ero tibi ulla in re. 72. Dixit *ille*: Si ergo ſequutus fueris me, ne interroges me de ulla re, donec retulero tibi de ea mentionem. 73. Profecti ſunt igitur ambo, donec aſcenderunt in navim, & *ille* confregit eam. Dixit *illi Moyſes*: An confregiſti eam, ut ſubmergeres homines illius? Jam porrò feciſti rem miram. 74. Reſpondit *ille*: Nonne dixi tibi, quòd tu non poteris mecum perdurare? 75. Dixit *Moyſes*: Ne ſuccenſeas mihi ob id, quod oblitus ſum, & ne imponas mihi in præcipiendo mihi, difficilia. 76. Proceſſerunt igitur, donec invenerunt juvenem, & *ille* occidit eum. Dixit *Moyſes*: An occidiſti animam innocentem ſine anima (*ideſt abſque eo, quòd alium occiderit?*) Jam certè perpetraſti rem nefariam. 77. Reſpondit *ille*: Nonne dixi tibi, quòd tu non potuiſſes mecum perſevare? 78. Dixit *Moyſes*: ſi interrogavero te de re ulla poſthac: ne retineas me ſocium tuum. Jam *a* pervenit ad te mea excuſatio. 79. Perrexerunt igitur, donec pervenerunt ad habitatores urbis *cujusdam* (*ideſt Antiochiæ*). Petierunt cibum à civibus illius: Sed illi renuerunt hoſpitio recipere eos. Invenerunt autem in ea parietem *altitudinis centum cubitorum*, qui volebat ruere; at ille erexit eum *manu ſua*. Dixit *illi Moyſes*: Si voluiſſes, profectò accepiſſes pro hoc mercedem (*ſi nimirùm jam dirutum reædificaſſes*). 80. Reſpondit ille: Hæc erit ſeparatio inter me, & inter te. *Sed priùs* enarrabo tibi ſignificationem illius, de quo non potuiſti ſuſtinere, *ne interrogares me*. 81. Porrò navis, *quam confregi*, erat *quorumdam* pauperum, qui operabantur in mari: volui autem labefactare eam, nam erat à tergo eorum Rex *Pirata*, qui capiebat omnem navim violenter. 82. At verò juvenis, *quem occidi*, erant parentes ejus fideles; timuimus autem, *quia ipſe erat infidelis*, ne inficeret eos errore, & infidelitate. 83. Voluimus ergo, ut commutaret illis Dominus eorum meliorem, illo (*ideſt daret illis filium meliorem*) pietate, & proximiorem miſericordia (*ideſt magis miſericordem erga parentes*). 84. Paries autem erat duorum juvenum orphanorum in civitate, & erat ſub eo theſaurus, *qui ſpectabat* ad

Inepta trāſitio.

الجزء السادس عشر Pars Decimaſexta.

a aſſequutus es à me excuſationem.

utrumque: fuerat autem pater eorum probus; & voluit Dominus tuus, ut pervenirent ad firmam ætatem ſuam, & extraherent theſaurum ſuum per miſericordiam à Domino tuo. Et non feci hoc, *quod vidiſti* ex voluntate mea: hæc eſt interpretatio ejus, ſuper quo non potuiſti ſuſtinere, *ut taceres*. 85. Et interrogabunt te *Judæi*, *ò Mahumete*, de Bicorni. Reſponde: Recitabo vobis de eo commemorationem. 86. Nos quidem firmavimus ei locum in terra, & dedimus ei ad omnem rem viam. 87. Sequutus eſt ergo viam, donec pervenit ad locum Occaſus ſolis; invenitque eum occidere in fonte lutinigri, & invenit prope eumdem *fontem* populum *quemdam infidelem*. 88. Diximus: O Bicornis, aut affligas *hunc populum bello*, aut aſſumas erga eum benignitatem, *captivum ducendo*. 89. Reſpondit *Bicornis*: Si quis fuerit infidelis, mox puniamus eum: deindè reducetur ad Dominum ſuum in die judicii, & puniet eum pœna vehementiſſima. 90. Si quis verò crediderit, & fecerit rectum, ipſi erit retributio, optimum (*ideſt Paradiſus*), & loquemur ei ex imperio
a facilitatē. noſtro *a* facilia (*ideſt levia reddemus ei præcepta noſtra*). 91. Deindè proſequutus eſt viam, donec pervenit ad locum ortus ſolis: invenit eum orientem ſupra *quoſdam* populos, quibus non dedimus ab eo tegumentum (*ideſt, quo tueri ſe poſſent ab ejus calore*). 92. Ita *ſe res habuit*, & jam comprehenderamus id, quod erat apud eum, notitia *noſtra* (*ideſt exercitus, & cætera, quæ habebat Bicornis*). 93. Deindè proſequutus eſt iter, donec pervenit inter duos mon-
b non erant propè, ut intelligerent dictum. tes, infra quos invenit populos *quoſdam*, qui *b* vix poterant intelligere ſermonem. 94. Dixerunt: O Bicornis, certè Jagug, & Magug ſunt devaſtantes terram *noſtram*: An ergo *vis* perſolvamus tibi tributum cum pacto, ut conſtruas inter nos, & inter illos obicem (*ideſt, parietem ne tranſire poſſint ad nos*?)
c potentem fecit. 95. Reſpondit: Id, quo *c* ſtabilivit me Dominus meus, melius *eſt tributo veſtro*. Atqui adjuvate me viribus, *ut* ponam inter vos, & inter illos munimentum validum. 96. Afferte mihi fruſta ferri, ut æquem duo latera *horum montium*. Dixit *prætereà*: Inſufflate, donec efficiam illud ignem (*ideſt ferrum ignitum*). 97. Dixit *rursùm*: Aſſerte mihi, *ut* effundam ſuper illud æs liquefactum. 98. Itaque non potuerunt *Jagug*, & *Magug* aſcendere ſuper illum *murum*, neque potuerunt illum perfodere. 99. Dixit *Bicornis*: Hoc, *quod feci*, fuit miſericordia à Domino meo (*ideſt per gratiam ejus*). Cùm autem advenerit promiſſio Domini mei, & *egredientur Jagug*, & *Magug propè diem judicii*, reducet illum (*ideſt murum*) in pulverem comminutum. Eſt autem promiſſio Domini mei vera. 100. Et ſinemus alios eorum die illa fluctuare in alios, & inſufflabitur in tubam, & congregabimus eos congregando. 101. Et exponemus gehennam in die illa infidelibus exponendo. 102. Quorum fuerunt oculi in coopertura à memoria mea, & non potuerunt audire *veritatem Alcorani*. 103. An exiſtimarunt, qui ſunt infideles, quòd acciperent ſervos meos præter me in Dominos, *me non eſſe puniturum ipſos*? Certè nos preparavimus
d jacturam paſſos. gehennam infidelibus, in hoſpitium. 104. Dic: An referremus vobis *d* eos, qui jacturam faciunt operum *ſuorum*, quorum erravit ſtudium in vita mundana, & ipſi exiſtimant, ſe benè operari *e* id, quod faciunt. 105. Hi ſunt,
e opus *ſuũ*. qui non credunt in ſigna Domini ſui, & occurſum ejus (*ideſt adventum ad judicium*) quamobrem inutilia evaſerunt opera eorum. Propterea non ſtatuemus illis in die reſurrectionis pondus (*quia ſcilicet inania erunt opera eorum*). 106. Hæc *erit* merces eorum; gehenna; eo, quòd infideles fuerint, & acceperint ſigna mea, & legatos meos in deriſu. 107. Porrò, qui crediderint, & fecerint recta; erunt illis horti Paradiſi in hoſpitium. 108. Perpetuò moraturis in eis: non deſiderabunt ab illis mutationem. 109. Dic: ſi eſſet mare atramentum ad *ſcribenda* verba Domini mei: profectò deficeret mare, antequam deficerent verba Domini mei, etiamſi afferremus *aliud atramentum*,
f ad extẽſionem. ſicut illud, *f* extendendo (*ideſt ad ſcribendum*). 110. Dic. Utique ego ſum homo, ſicut vos: revelatur mihi, quòd certè Deus veſter Deus unus eſt. Qui ergo ſperat occurſum Domini ſui (*ideſt adventum ejus ad judicium*) operetur opus rectum: neque aſſociet in cultu Domini ſui ullum.

NOTÆ.

NOTÆ.

INſcribitur Sura الكهف, ideſt *ſpelunca*, eo quòd in ea de ſpelunca illa agatur, in quam ſeptem Dormientes Epheſi, ad fidem ſuam ſervandam confugerunt: de quibus in noſtris etiam Authoribus, tàm Græcis, quàm Latinis celebris mentio habetur. Et, licèt in hanc hiſtoriam falſi aliquid, vel dubii fortaſſe irrepſerit; non tamen fabula dicenda eſt, ut impietatis illud monſtrum Hoctingerus audaciſſimè appellat. De loco Suræ non video inter Expoſitores controverſiam. In numero verſuum non omnes conveniunt. Centum, ac decem communiter enumerant. Quidam uſque ad centum, & quindecim extendunt. Quidam etiam verſiculum vigeſimum nonum: *Et conſtanter gere te ipſum, &c.* inter Medinenſes reponunt. Quod attinet ad præmium lectoris, ita ſcribit Beidavius: من قراء سورة الكهف من اخرها كانت له نورًا من قرنه الى قدمه ومن قرء كلها كانت له نوراً من الارض الى السماء.

Si quis legerit Suram Speluncæ ab extremo ejus: nimirùm (niſi fallor) à medio ad finem: *Erit ei lux à capite uſque ad calcem. Si quis verò legerit illam totam, erit ei lux à terra uſq; ad Cœlum.*

VIII. *Habitatores ſpeluncæ, & Alrakim.* Quid hoc loco ſignificet vox Arabica الرقيم Alrakim, non omnes conveniunt. Gelal exponit اللوح المكتوب فيه اسماؤهم وانسابهم: *Tabula, in qua ſcripta erant nomina eorum, & proſapia eorum.* Jahias ex Cottada: الرقيم الوادى الذى فيه الكهف *Alrakim eſt vallis: in qua erat ſpelunca.* Zamchaſcerius: والكهف الغار الواسع فى الجبل والرقيم اسم كلبهم: وقيل هو لوح من رصاص رقمت فيه اسماوهم جُعل على باب الكهف وقيل الجبل وقيل الوادى الذى فيه الكهف وقيل قرّتهم وقيل مكانهم: *Spelunca erat antrum vaſtum, & amplum in monte. Alrakim verò eſt nomen canis eorum. Alii dicunt fuiſſe tabulam, ſeu laminam plumbeam poſitam ſupra os ſpeluncæ, in qua inciſa erant nomina eorum. Alii dicunt, fuiſſe nomen ipſius montis: alii vallem, in qua ſita erat ſpelunca; Alii locum, ubi dormierunt; alii locum, ubi ſteterunt.* Notat hìc Gelal: وقد سُئل مَن عن قصّتهم *Jam interrogatus fuerat Mahumetus de hiſtoria eorum* à Judæis. Scilicet hæc curabant Judæi.

IX. *Cùm confugerunt Pueri.*] Vox Arabica الفتية *pueri* ſumitur hìc juxta Gelal pro الشاب الكامل *juvene perfecto.*

XVII. *Et verſabamus eos ad dexteram, & ad ſiniſtram.*] Hoc fiebat, ut ait Gelal, ليلاّ تاكل الارض لحومهم *ne fortè abſumeret terra carnes eorum.* Addit Gelal: وكانوا اذا انقلبوا انقلبت كلبهم وهو مثلهم: *Eveniebat autem, ut, cùm ipſi ita verſarentur, verſaretur quoque canis eorum, qui ſicut illi in dormiendo, & vigilando ſe gerebat.*

XIX. *In civitatem*]. Putant nonnulli Interpretes, hanc civitatem fuiſſe Tarſum.

XXI. *Cùm diſceptarent inter ſe homines*]. Hujuſmodi diſceptatio erat inter fideles, & infideles de conſtruendo circa ſpeluncam, in qua dormierant ſeptem adoleſcentes, ædificio. Volebant enim infideles conſtrui ſimplex ædificium: fideles autem oratorium, ſeu Eccleſiam, in qua cultus illis adhiberetur.

XXIII. *Et dicunt alii fuiſſe ſeptem, &c.*]. Hanc veram eſſe ſententiam, aſſerit Gelal ex authoritate Ebn-Abbas.

XXV. *Et nunquam dicas de aliqua re, &c.*] Ne penitùs importunè hunc verſiculum hìc intrudi quis exiſtimaret, affert Gelal hanc cauſam illius: وسببه اهل الكتاب عن خبر اهل الكهف فقال اخبركم غدا ولم يقل ان شاء الله فنزل ولن تقولنّ لشى انى فاعل. *Interrogaverant Scripturales Mahumetum de hiſtoria habitatorum ſpeluncæ. Ille verò reſpondit eis: Cras eam vobis enarrabo: neque addiderat: Si Deus voluerit. Propterea admonetur hìc: Et nunquam dicas de aliqua re, &c.* omnia figmenta.

XXVI. *Morati ſunt in ſpelunca, &c.*] Gelal exiſtimat, hos annos trecentos fuiſſe ſolares: additos autem eſſe annos novem ex computo annorum lunarium.

XXVII. *Fac videre in eo, & fac audire.*] Ideſt, effice, ut ille videat, & audiat. Arabicè أبصِر به وأسمِع: Explicat Gelal: هى صيغة تعجب بمعنى ما ابصره وما اسمعه وهما على جهة المجاز والمراد انه تعالى لا يغيب عن بصره وسمعه شىء. *Hæc eſt formula admirationis ſignificans: O quantum videt: O quantum audit; Et utraque loquutio eſt metaphorica, ſeu ironica: & ſignificat, nihil abſcondi ab oculis, & auribus Dei.* Eo ſcilicet modo, quo quis diceret alicui: Doce tu Deum: vel adjuva Deum: ut oſtenderet, Deum non egere, ut ab aliquo doceatur.

XLV. *Auxilium Dei erit verum.* Eſt duplex lectio: وَلَايَةُ لِلّٰهِ الْحَقِّ: *auxilium Dei verum*, & وَلَايَةُ لِلّٰهِ الْحَقِّ *Auxilium Dei veri.* Quidam etiam pro وَلَايَةٌ *Auxilium* legunt وِلَايَةٌ *Regnum.*

L. *Et ponetur liber.*] Gelal: كل امرى فى يمينه من المومنين وفى شماله من الكافرين: *Cuilibet ex fidelibus ponetur liber in dextera ejus: ex infidelibus autem in ſiniſtra.*

LI. *Sed Eblis fuit ex Geniis*]. Gelal قيل هم نوع من الملايكة فالاستثناء منصل وقيل هو منقطع او ابليس ابو الجن فلم ذرية ذكرت معه والملايكة لا ذرية لهم. *Quidam dicunt, Genios eſſe ſpeciem Angelorum, & particulam exceptivam, ſed, eſſe conjun-*

etam [. Ideſt, idem ſignificare, ac præter; ut ſenſus ſit, omnes adoraverunt eum præter diabolum, qui fuit ex Geniis]; *alii verò eſſe præciſam* [ideſt præſcindere partem ſententiæ præcedentis à ſubſequenti]. *Eſt autem Eblis pater Geniorum, & habet generationem maſculinam ſimilem ſibi: ſed Angeli carent generatione.*

LXVI. *Hoc eſt, quod deſiderabamus.*] Quia ſcilicet hujuſmodi fuga piſcis in mare, erat ſignum, eos mox inventuros, quem quærebant. Ita Gelal.

LXVII. *Et invenerunt ſervum*]. Hic ſervus Dei, quem invenerunt, fuit juxta Gelal, & alios Expoſitores الخضر *Alchedrus*, quem fabulantur Mosjemi, eundem fuiſſe, ac Phinees filium Eleazari, filii Aaron; cujus anima per metempſychoſin emigravit primò in Eliam, deindè ex Elia in S. Gregorium, quem propterea Mahumetani omnes ſummo honore proſequuntur. Ita verò totam hanc fabulam dilucidat Albocharius, cujus verba ex Arabicis fideliter translata hìc pono. *Cùm Moyſes ſtans concionem haberet ad filios Iſrael, interrogatus fuit à quodam, quiſnam ex hominibus majorem haberet ſcientiam. Ille autem reſpondit: Ego. Deus verò iratus, objurgavit illum, eo quod non attribuiſſet ipſius dono ſcientiam ſuam, dixitque ei per revelationem: eſt mihi ſervus in loco, ubi duo maria conjunguntur, qui majorem habet ſcientiam, quam habeas tu. Dixit Moyſes. Quomodò potero illum invenire? Reſpondit ei Deus. Tolle tecum piſcem magnum, & pone eum in ſportæ: & ubi amiſeris piſcem, ibi eſt locus, quem dixi tibi. Acceptum igitur Moyſes piſcem poſuit in ſporta, & abiit: profectuſque eſt cum illo puer ejus Joſue, filius Nun, & perrexerunt, donec venerunt ad petram, ubi caput demittentes, ambo dormierunt. Piſcis verò ſeſe commovens è ſporta deſiliit in mare, & cepit in eo natare findens longam rimam per aquas. Sed Deus cohibuit aquam à piſce, itaut aqua ſtaret ſupra illum in modum fornicis, & undequaque ambiret, nec tamen contingeret eum. Cùm autem evigilaſſent, oblitus eſt alter commonere alterum de piſce: & proſequuti ſunt iter toto die illo, ac nocte ſequenti, donec novus illuceret dies. Tunc autem dixit Moyſes puero ſuo. Affer nobis prandium noſtrum;* & cætera, ut in Alcorano. Similia Albochario habet Zamchaſcerius, cum aliarum fabularum additamentis.

LXXXV. *Et interrogabunt te Judæi de Bicorni*]. Arabicè ذو القرنين *Dhul-karnain*; ideſt Bicornis, accipitur communiter pro الاسكندر *Alexandro*, nempe Macedone. Ita Gelal, Jahias, Zamchaſcerius, & alii: Notat autem Gelal, illum non fuiſſe Prophetam. Zamchaſcerius verò hæc de illo nugatur. Do tantùm verba latina, ne prolixior evadam. *Bicornis eſt Alexander, qui regnavit ſuper mundum univerſum. Fertur autem, regnum mundi habuiſſe duos fideles, nempè Bicornem, & Salomonem: & duos infideles, ſcilicet Nemrod, & Nabuchodonoſor. Fuit autem poſt Nemrod. Diſſentiunt verò circa illum Authores. Quidam dicunt, fuiſſe hominem ſanctum, cui Deus dedit regnum terræ, & ſcientiam, & ſapientiam, & venerationem: & ſubjecit ei lucem, & tenebras; ita ut, cùm incederet noctu, præcederet ante eum lux dirigens eum, & à tergo tenebræ circundarent eum. Alii dicunt, illum fuiſſe Prophetam: alii unum ex Angelis. Et ex Homar ſel. mem, habetur, ipſum audiviſſe hominem quemdam dicentem: O Bicornis. Ipſe verò ait: O Deus ignoſce: An non contenti fuiſtis nominari nominibus Prophetarum, niſi etiam nominaremini nominibus Angelorum? Et ex Aly ſel. mem. habetur, ſubjectas illi fuiſſe nubes, & apertas cauſas rerum, & expanſam lucem. Interrogatus autem de eo, reſpondit: Dilexit Deum, & Deus dilexit illum. Et interrogavit eum Ebnolkauva: Quiſnam fuit Bicornis? Angelus ne, an Propheta? Et reſpondit: Non fuit Angelus, neque Propheta, ſed fuit vir ſanctus, & percuſſum fuit illi cornu dextrum propter Deum, quamobrem mortuus eſt: Sed Deus reſuſcitavit illum. Et percuſſum fuit illi cornu ſiniſtrum, & mortuus eſt: ſed reſuſcitavit eum Deus: quare dictus fuit Bicornis. Ex oraculo autem Prophetæ Mahumeti habetur, dictum fuiſſe Bicornem, quia circumivit duo cornua mundi, nempe latus ejus occidentale, & orientale. Alii dicunt illum habuiſſe duo cornua, ideſt duos cirros. Alii, inciſa fuiſſe in cervice ejus duo cornua in ſignum fortitudinis. At verò Vaheb voluit ita appellatum fuiſſe, quia habuit duo regna, Græcorum, & Perſarum: vel, ut alii malunt, Græcorum, & Thracum, ſeu Turcarum. Vel quia, ut habetur ex eodem Authore, duo tempora capitis ejus erant ex ære. Alii volunt geſtaſſe duo cornua ſuper coronam, vel ſuper caput. Licet etiam exiſtimare ita cognominatum fuiſſe à robore, vel fortitudine.* Hactenùs Zamchaſcerius. Quamvis autem ex dictis apertiſſimè appareat, eundem ſſe apud Arabes Bicornem, & Alexandrum Magnum; nihilominùs Iſmael filius Aly in capite ذكر فى الاسكندر بن فليبوس *De Alexandro filio Philippi*, negat, quod alii communiter affirmant; aſſerens Bicornem, de quo loquitur Alcoranus, eſſe alium quemdam Regem antiquum, qui vixit tempore Abrahæ, & ab aliquibus exiſtimari, fuiſſe: افريدون بن اشغيان *Afridum filium, Aſfian* ſextum regem Perſarum: ab aliis verò الصعب بن الرايس ملك اليمن *Aſſaab filium Arrais regem Jeman*, ſeu Arabiæ felicis. Sed neutri conveniunt, quæ habentur in Alcorano: & velit nolit Iſmael, non poſſunt hæc convenire, niſi Alexandro Macedoni, juxta expoſitionem univerſaliter receptam à Mahumetanis. Quamvis revera totum hoc, quod de Bicorne refertur, ſit merum figmentum.

LXXXVII. *Invenitque eum occidere in fonte luti nigri.*] Agnovit hìc Gelal craſſitiem Prophetæ ſui; quamobrem ita Alcorani verba benigniùs expoſuit, وغرو بها فى العين فى راى العين والّا فهى اعظم من الدنيا *Occidere verò Solem in fonte, fuit ad ſpeciem oculi: nam alioquin ſol major eſt toto mundo.*

XCI. *Orientem ſupra quoſdam populos.*] Quinam fuerint hi populi, docet Gelal his verbis هم الزنج لم نجعل لهم من دونها اى الشمس سترا من لباس ولا سقف لان ارضهم لا تحمل بناء ولهم غروب يغيبون فيها عند طلوع الشمس ويظهرون عند ارتفاعها: *Hi ſunt populi Zingitani in Aethiopia, quibus non eſt à ſole tegumentum veſtium, neque domorum, quia terra eorum non ſert ædificia. Habent autem foveas ſubterraneas, in quibus abſcondunturin ortu ſolis, & ex ipſis prodeunt in declinatione illius.*

XCIII. *Inter duos montes*] Arabicè بين السدّين inter duo clauſtra, ſeu obices. Gelal وبعدهما جبلان مقطع بلاد الترك سدّ الاسكندر ما بينهما *Et poſt illa ſunt duo montes ad ſeparandam regionem Thracum: horum fauces, ſeu intermedium occluſit Alexander.* Alludit fortaſſe ad Abylam, & Calpen, quos montes columnas Herculis appellant.

XCIV. *Jagug, & Magug*]. Juxta Gelal ſunt nomina barbara duarum familiarum, ſeu tribuum, quas Zamchaſcerius oriundas facit ex Joſeph tertio ex filiis Noe: & ait à nonnullis exiſtimari Anthropophagos, ideſt manducatores hominum. Et ex authori-

thoritate Prophetæ sui Mahumeti, subdit: احد لا يموت منهم حتى ينظر الى الف ذكر من صلبه كلهم قد حمل السلاح وقيل هم على صفتين طوال مفرطوا الطول وقصار مفرطوا القصر: *Nullus ex eis moritur, donec videat mille masculos egressos è lumbis suis, & omnes arma ferentes. Dicuntur autem esse in duplici genere staturæ: vel enim excedunt longitudinem ii, qui sunt longi: vel, si sint parvi, habent extremam parvitatem.* Videntur autem idem esse Jagug, & Magug in Alcorano, ac Gog, & Magog in sacris litteris apud Ezechielem, & in Apocalipsi S. Joannis.

REFUTATIONES.

I. VEl Mahumetus erat insanus, vel alios omnes insanire existimabat. Qua enim fiducia, vel qua fronte nihil in Alcorano suo pravum, aut distortum, sed omnia recta esse, potest ffirmaare? Jam supra vidimus, & infra, Deo volente, videbimus, quot in illo absurda, quot fabulosa, quot falsa, & à veritate prorsùs aliena reperiantur.

II. Quòd, asserentes Deum habere filium, mendaces esse, & absque ullo scientiæ fundamento hoc affirmare pronunciet: mendacem se, ac penitus ignarum, qualis revera erat, ostendit. Videantur, quæ superiùs circa hoc latè disseruimus.

III. Historiam septem Dormientium, in qua vulgi rumor aliquid fortasse fabulosi antea admiscuerat: Alcoranus aliis fabulis deformat. In ea verò sese Prophetam nimis ridiculum ostendit, dùm inter tot sententias, quas refert circa eorum numerum, decidere ipse litem nescit. Erat verò operæ pretium, sanctissimorum juvenum numero etiam canem admiscere. Sed Mahumetanis solemne est bestiis non solùm sanctitatem, verùm etiam Paradisum tribuere: veluti arieti Abrahæ, Alboraco Mahumeti, & cani huic dormientium. Vide Prodrom. p. 4. cap. ultim.

IV. Ea, quæ de Moyse, Josue, & Alchedro, seu Phinees, hìc referuntur, esse prorsus fabulosa, & per mendacium conficta, ex eo convincitur, quòd, cùm Moyses in deserto per quadraginta annos semper populo adstiterit, utpotè summus rerum omnium moderator: nullo modo fieri potuit, ut iter tam longum cum solo Josue arripuerit, non modo, ut pertingeret ad conjunctionem duorum illorum remotissimorum marium, ad quam pervenit: Sed etiam, ut ulteriùs progrederetur per spatium octoginta, vel plurium annorum: hoc enim significat §. 62. vox Arabica حقبا: juxta Mahumetanorum ipsorum interpretationem. Et sanè, si spectemus tempus illud totum, quod Moyses cum Josue, & Alchedro vagando absumpsit, non potuit non aliquot menses, & fortasse annos complecti. Quis autem sanæ mentis sibi persuadeat tandiù Moysen à suis Israelitis abfuisse? Pretereà, si ponamus Alchedrum fuisse Phinees filium Eleazari filii Aaron, quemadmodùm Mahumetani affirmant, qui Alchedrum hunc nobis ignotum in scenam protulerunt: certo certios est, Phinees eo tempore fuisse puerum: & fortasse nondum natus erat; nam introducitur vivus cap. 20. Judic. num. 28. quomodò ergo potuit eum Moyses in conjunctione duorum marium jam grandem natu reperire, atque illi sese discipulum offerre? En tibi quam recta contineat Alcoranus, & quam ab omni distorsione remota.

V. Supereſt, ut de Bicorni pauca attingamus. Si ponamus hunc fuisse Alexandrum Macedonem, quemadmodùm Mahumeti universaliter affirmant: omnes sciunt, hunc idololatram, ac plurimis vitiis imbutum fuisse, neque Deum verum unquam coluisse, imò neque omninò illum cognovisse. Si verò alius quispiam fuit præter Macedonem, necesse est ostendere quisnam, & quandò fuerit Rex hic adeò fidelis, ac sanctus, qui universum terrarum orbem ab ortu solis usque ad occasum imperio suo occupaverit. Impossibile enim est de hujusmodi rege nullam ab antiquis Chronologis factam fuisse mentionem. Imò neque fieri ullo modo potuit, ut hic vel ante Abraham, vel ante Moysen, vel etiam ante David, vel Salomonem extiterit. Si verò post Salomonem fuisset, nullo modo illius memoria in solo Alcorano reperiretur. Præterea mortales omnes norunt, quinam post Salomonem, terrarum orbis monarchiam obtinuerint, inter hos verò nullus fuit, cui ea, quæ in Alcorano finguntur, convenirent. Verùm totum id, quod de hoc Bicorni refertur, fabulam esse, ex eo patet, quòd hic ad locum ubi sol occumbit, pervenerit, eumque in fonte, seu palude cœni nigri occumbere perspexerit: itemque, quòd ad locum, unde idem sol oritur, devenerit: cùm omnes, vel pueri sciant, solem terrarum orbem in immensa propè distantia circumgirando, nullum proprium ortus, vel occasus sui locum habere, sed ubique oriri, & ubique occidere. Benè est Gelaleddinum tàm crassum Prophetæ sui errorem agnovisse: sed nimis infeliciter illum ab eo defendere conatus est, dùm oculi errorem, id quod revera Alcoranus factum narrat, esse pronunciavit. Nihil dico de pariete illo ex ære, ferroque constructo, quo Bicornis aditum gentibus Jagug, & Magug præclusit, ne ad finitimos populos devastandos transilirent, neque è finibus suis usque ad supremum Judicii diem possent exire. Risum merentur hæc, non confutationem.

سورة مريم مكّية تمان وتسعون آية

SURA XIX.

MARIA.

MECCANA:

COMMATUM NONAGINTA, & OCTO.

بسم الله الرحمن الرحيم ❋

1 كهيعص ۞ 2 ذكر رحمة ربك عبده زكريا ۞ 3 إذ نادى ربه نداء خفيا ۞
4 قال رب إني وهن العظم مني واشتعل الرأس شيبا ولم أكن بدعائك رب شقيا ۞ 5 وإني
خفت الموالي من ورائي وكانت امرأتي عاقرا فهب لي من لدنك وليا ۞ 6 يرثني ويرث من
آل يعقوب واجعله رب رضيا ۞ 7 يا زكريا إنا نبشرك بغلام اسمه يحيى لم نجعل له من
قبل سميا ۞ 8 قال رب أنى يكون لي غلام وكانت امرأتي عاقرا وقد بلغت من
الكبر عتيا ۞ 9 قال كذلك قال ربك هو علي هين وقد خلقتك من قبل ولم تك
شيئا ۞ 10 قال رب اجعل لي آية قال آيتك ألا تكلم الناس ثلاث ليال سويا ۞ 11 فخرج
على قومه من المحراب فأوحى إليهم أن سبحوا بكرة وعشيا ۞ 12 يا يحيى خذ الكتاب
بقوة وآتيناه الحكم صبيا ۞ 13 وحنانا من لدنا وزكوة وكان تقيا ۞ 14 وبرا بوالديه ولم
يكن جبارا عصيا ۞ 15 وسلام عليه يوم ولد ويوم يموت ويوم يبعث حيا ۞ 16 واذكر في
الكتاب مريم إذ انتبذت من أهلها مكانا شرقيا ۞ 17 فاتخذت من دونهم حجابا فأرسلنا
إليها روحنا فتمثل لها بشرا سويا ۞ 18 قالت إني أعوذ بالرحمن منك إن كنت تقيا ۞
19 قال إنما أنا رسول ربك لأهب لك غلاما زكيا ۞ 20 قالت أنى يكون لي غلام ولم
يمسسني بشر ولم أك بغيا ۞ 21 قال كذلك قال ربك هو علي هين ولنجعله آية للناس
ورحمة منا وكان أمرا مقضيا ۞ 22 فحملته فانتبذت به مكانا قصيا ۞ 23 فأجاءها
المخاض إلى جذع النخلة قالت يا ليتني مت قبل هذا وكنت نسيا منسيا ۞ 24 فناداها
من

مِن تَحتِها أَلّا تَحزَني قَد جَعَلَ رَبُّكِ تَحتَكِ سَرِيًّا ۝ 24 وَهُزّي إِلَيكِ بِجِذعِ النَّخلَةِ تُساقِط
عَلَيكِ رُطَبًا جَنِيًّا ۝ 25 وَكُلي وَاشرَبي وَقَرّي عَينًا فَإِمّا تَرَينَّ مِنَ البَشَرِ أَحَدًا فَقولي إِنّي
نَذَرتُ لِلرَّحمٰنِ صَومًا فَلَن أُكَلِّمَ اليَومَ إِنسِيًّا ۝ 26 فَأَتَت بِهِ قَومَها تَحمِلُهُ قالوا يا مَريَمُ لَقَد
جِئتِ شَيـًٔا فَرِيًّا ۝ 27 يا أُختَ هٰرونَ ما كانَ أَبوكِ امرَأَ سَوءٍ وَما كانَت أُمُّكِ بَغِيًّا ۝
28 فَأَشارَت إِلَيهِ قالوا كَيفَ نُكَلِّمُ مَن كانَ فِي المَهدِ صَبِيًّا ۝ 29 قالَ إِنّي عَبدُ اللَّهِ آتانِيَ
الكِتابَ وَجَعَلَني نَبِيًّا ۝ 30 وَجَعَلَني مُبارَكًا أَينَ ما كُنتُ وَأَوصانِي بِالصَّلوٰةِ وَالزَّكوٰةِ ما
دُمتُ حَيًّا ۝ 31 وَبَرًّا بِوالِدَتي وَلَم يَجعَلني جَبّارًا شَقِيًّا ۝ 32 وَالسَّلامُ عَلَيَّ يَومَ وُلِدتُ وَيَومَ
أَموتُ وَيَومَ أُبعَثُ حَيًّا ۝ 33 ذٰلِكَ عيسَى ابنُ مَريَمَ قَولَ الحَقِّ الَّذي فيهِ يَمتَرونَ ۝ 34 ما كانَ
لِلَّهِ أَن يَتَّخِذَ مِن وَلَدٍ سُبحانَهُ إِذا قَضىٰ أَمرًا فَإِنَّما يَقولُ لَهُ كُن فَيَكونُ ۝ 35 وَإِنَّ اللَّهَ رَبّي
وَرَبُّكُم فَاعبُدوهُ هٰذا صِراطٌ مُستَقيمٌ ۝ 36 فَاختَلَفَ الأَحزابُ مِن بَينِهِم فَوَيلٌ لِلَّذينَ كَفَروا
مِن مَشهَدِ يَومٍ عَظيمٍ ۝ 37 أَسمِع بِهِم وَأَبصِر يَومَ يَأتوننا لٰكِنِ الظّالِمونَ اليَومَ في ضَلٰلٍ
مُبينٍ وَأَنذِرهُم يَومَ الحَسرَةِ إِذ قُضِيَ الأَمرُ وَهُم في غَفلَةٍ وَهُم لا يُؤمِنونَ ۝ 38 إِنّا نَحنُ نَرِثُ
الأَرضَ وَمَن عَلَيها وَإِلَينا يُرجَعونَ ۝ 39 وَاذكُر في الكِتابِ إِبرٰهيمَ إِنَّهُ كانَ صِدّيقًا نَبِيًّا ۝
40 إِذ قالَ لِأَبيهِ يا أَبَتِ لِمَ تَعبُدُ ما لا يَسمَعُ وَلا يُبصِرُ وَلا يُغني عَنكَ شَيـًٔا ۝ 41 يا أَبَتِ إِنّي
قَد جاءَني مِنَ العِلمِ ما لَم يَأتِكَ فَاتَّبِعني أَهدِكَ صِراطًا سَوِيًّا ۝ 42 يا أَبَتِ لا تَعبُدِ الشَّيطٰنَ
إِنَّ الشَّيطٰنَ كانَ لِلرَّحمٰنِ عَصِيًّا ۝ 43 يا أَبَتِ إِنّي أَخافُ أَن يَمَسَّكَ عَذابٌ مِنَ الرَّحمٰنِ
فَتَكونَ لِلشَّيطٰنِ وَلِيًّا ۝ 44 قالَ أَراغِبٌ أَنتَ عَن آلِهَتي يا إِبرٰهيمُ لَئِن لَم تَنتَهِ لَأَرجُمَنَّكَ
وَاهجُرني مَلِيًّا ۝ 45 قالَ سَلٰمٌ عَلَيكَ سَأَستَغفِرُ لَكَ رَبّي إِنَّهُ كانَ بي حَفِيًّا ۝ 46 وَأَعتَزِلُكُم
وَما تَدعونَ مِن دونِ اللَّهِ وَأَدعو رَبّي عَسىٰ أَلّا أَكونَ بِدُعاءِ رَبّي شَقِيًّا ۝ 47 فَلَمّا اعتَزَلَهُم
وَما يَعبُدونَ مِن دونِ اللَّهِ وَهَبنا لَهُ إِسحٰقَ وَيَعقوبَ وَكُلًّا جَعَلنا نَبِيًّا ۝ 48 وَوَهَبنا لَهُم مِن
رَحمَتِنا وَجَعَلنا لَهُم لِسانَ صِدقٍ عَلِيًّا ۝ 49 وَاذكُر في الكِتابِ موسىٰ إِنَّهُ كانَ مُخلَصًا وَكانَ
رَسولًا نَبِيًّا ۝ 50 وَنادَينٰهُ مِن جانِبِ الطّورِ الأَيمَنِ وَقَرَّبنٰهُ نَجِيًّا ۝ 51 وَوَهَبنا لَهُ مِن
رَحمَتِنا أَخاهُ هٰرونَ نَبِيًّا ۝ 52 وَاذكُر في الكِتابِ إِسمٰعيلَ إِنَّهُ كانَ صادِقَ الوَعدِ وَكانَ
رَسولًا نَبِيًّا ۝ 53 وَكانَ يَأمُرُ أَهلَهُ بِالصَّلوٰةِ وَكانَ عِندَ رَبِّهِ مَرضِيًّا ۝ 54 وَاذكُر في
الكِتابِ إِدريسَ إِنَّهُ كانَ صِدّيقًا نَبِيًّا ۝ 55 وَرَفَعنٰهُ مَكانًا عَلِيًّا ۝ 56 أُولٰئِكَ الَّذينَ أَنعَمَ
اللَّهُ عَلَيهِم مِنَ النَّبِيّـۧنَ مِن ذُرِّيَّةِ آدَمَ وَمِمَّن حَمَلنا مَعَ نوحٍ وَمِن ذُرِّيَّةِ إِبرٰهيمَ وَإِسرٰءيلَ وَمِمَّن
هَدَينا وَاجتَبَينا إِذا تُتلىٰ عَلَيهِم ءايٰتُ الرَّحمٰنِ خَرّوا سُجَّدًا وَبُكِيًّا ۝ 57 فَخَلَفَ مِن بَعدِهِم
خَلفٌ أَضاعُوا الصَّلوٰةَ وَاتَّبَعُوا الشَّهَوٰتِ فَسَوفَ يَلقَونَ غَيًّا ۝ 58 إِلّا مَن تابَ وَءامَنَ وَعَمِلَ صالِحًا
فَأُولٰئِكَ

فأولئك يدخلون الجنة ولا يظلمون شيئا ۝ 58 جنات عدن التي وعد الرحمن عباده بالغيب
انه كان وعده مأتيا ۝ 59 لا يسمعون فيها لغوا إلا سلاما ولهم رزقهم فيها بكرة وعشيا ۝
60 تلك الجنة التي نورث من عبادنا من كان تقيا ۝ 61 وما نتنزل إلا بأمر ربك له ما
بين أيدينا وما خلفنا وما بين ذلك وما كان ربك نسيا ۝ 62 رب السموات والأرض وما بينهما
فاعبده واصطبر لعبادته هل تعلم له سميا ۝ 63 ويقول الإنسان أإذا ما مت لسوف أخرج حيا ۝
64 أولا يذكر الإنسان أنا خلقناه من قبل ولم يك شيئا ۝ 65 فوربك لنحشرنهم والشياطين
ثم لنحضرنهم حول جهنم جثيا ۝ 66 ثم لننزعن من كل شيعة أيهم أشد على الرحمن
عتيا ۝ 67 ثم لنحن أعلم بالذين هم أولى بها صليا ۝ 68 وإن منكم إلا واردها
كان على ربك حتما مقضيا ۝ 69 ثم ننجي الذين اتقوا ونذر الظالمين فيها جثيا ۝
70 وإذا تتلى عليهم آياتنا بينات قال الذين كفروا للذين آمنوا أي الفريقين خير مقاما وأحسن
نديا ۝ 71 وكم أهلكنا قبلهم من قرن هم أحسن أثاثا ورئيا ۝ 72 قل من كان
في الضلالة فليمدد له الرحمن مدا ۝ 73 حتى إذا رأوا ما يوعدون إما العذاب وإما الساعة
فسيعلمون من هو شر مكانا وأضعف جندا ۝ 74 ويزيد الله الذين اهتدوا هدى ۝
75 والباقيات الصالحات خير عند ربك ثوابا وخير مردا ۝ 76 أفرأيت الذي كفر بآياتنا وقال
لأوتين مالا وولدا ۝ 77 أطلع الغيب أم اتخذ عند الرحمن عهدا ۝ 78 كلا سنكتب
ما يقول ونمد له من العذاب مدا ۝ 79 ونرثه ما يقول ويأتينا فردا ۝ 80 واتخذوا من دون
الله آلهة ليكونوا لهم عزا ۝ 81 كلا سيكفرون بعبادتهم ويكونون عليهم ضدا ۝
82 ألم تر أنا أرسلنا الشياطين على الكافرين تؤزهم أزا ۝ 83 فلا تعجل عليهم إنما
نعد لهم عدا ۝ 84 يوم نحشر المتقين إلى الرحمن وفدا ۝ 85 ونسوق المجرمين إلى جهنم
وردا ۝ 86 لا يملكون الشفاعة إلا من اتخذ عند الرحمن عهدا ۝ 87 وقالوا اتخذ الرحمن
ولدا ۝ 88 لقد جئتم شيئا إدا ۝ 89 تكاد السموات ينفطرن منه وتنشق الأرض وتخر الجبال
هدا ۝ 90 أن دعوا للرحمن ولدا ۝ 91 وما ينبغي للرحمن أن يتخذ ولدا ۝ 92 إن كل
من في السموات والأرض إلا آتي الرحمن عبدا ۝ 93 لقد أحصيهم وعدهم عدا ۝ 94 وكلهم
آتيه يوم القيامة فردا ۝ 95 إن الذين آمنوا وعملوا الصالحات سيجعل لهم الرحمن ودا ۝
96 فإنما يسرناه بلسانك لتبشر به المتقين وتنذر به قوما لدا ۝ 97 وكم أهلكنا قبلهم
من قرن هل تحس منهم من أحد ۝ 98 أو تسمع لهم ركزا ۝

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. KH. I. A. S. 2. Commemoratio miſericordiæ Domini tui *erga* ſervum ſuum Zachariam. 3. Cùm invocavit Dominum ſuum invocatione occulta. 4. Dixit, Domine mi, certè ego *a* infirmus ſum oſſibus ex me (*ideſt meis*) & reſperſum eſt caput canitie, & nunquam fui in precatione ad te, Domine mi, infortunatus. 5. Atqui ego ſanè timui ſucceſſores in hereditate poſt me: nam eſt uxor mea ſterilis. Dona ergo mihi à conſpectu tuo filium herilem. 6. Qui ſit hæres meus, & ſit hæres ex familia Jacob, & fac eum, Domine mi, placentem *tibi*. 7. O Zacharia: nos ſanè annunciamus tibi puerum: nomen ejus erit Jahia (*ideſt Joannes*) non poſuimus ei antea *b* nominationem (*ideſt nulli antea illud impoſuimus*). 8. Reſpondit, Domine mi, quomodò erit mihi puer, cùm ſit uxor mea ſterilis, & jam *ego* perveni ad grandævam ætatem decrepitus. 9. Dixit *illi Angelus*: Ita *erit*: Dicit Dominus tuus: Hoc apud me erit facile, & jam creavi te antea, & non fueras quidquam 10. Reſpondit: Domine mi, conſtitue mihi ſignum *hujus rei*. Dixit *Angelus*: ſignum tuum *erit*, quòd non alloqueris homines per tres noctes ſoſpes (*ideſt quamtumvis morbo nullo labores.*) 11. Egreſſus eſt ergo ad populum ſuum ex Adyto *Templi*, & innuit illis, Laudate *Deum* manè, & veſperè. 12. O Jahia, accipe Librum (*ideſt Pentateuchum*) cum virtute (*ideſt illum ſtudiosè legendo.*) Et dedimus illi judicium (*ideſt Prophetiam*) *cùm eſſet* puer *triennis*. 13. Et miſericordiam à nobis, & *largitionem* eleemoſynæ (*ideſt, ut eſſet miſericors, & eleemoſynarius*) & fuit pius *erga Deum*. 14. Et juſtus erga parentes ſuos, & non fuit ſuperbus, contumax. 15. Et pax ſuper eum die, *qua* natus eſt, & die, *qua* morietur, & die, *qua* reſuſcitabitur vivus. 16. Et commemora in libro *Alcorani* Mariam, quandò ſeceſſit à familia ſua ad locum orientalem. 17. Et accepit clam ipſis velamen, *quo ſe tegeret*, & miſimus ad eam ſpiritum noſtrum (*ideſt Gabrielem*) & aſſimilatus eſt ei homo perfectus. 18. Dixit *Maria*: Equidem confugio ad Miſericordem, *ut tueatur me* à te: ſi es timoratus, *abſtinebis te à me dùm, confugio ad Deum*. 19. Reſpondit *Gabriel*: Certè ego ſum legatus Domini, ut donem tibi puerum ſanctum. 20. Dixit *illa*: unde erit mihi puer, cùm non tetigerit me homo (*ideſt maritus*) neque fuerim meretrix? 21. Reſpondit *Gabriel*: Ita *erit*. Dicit Dominus tuus: Hoc apud me eſt facile, &, ut ponamus eum (*ideſt puerum*) in miraculum hominibus, & in miſericordiam ex nobis. Et *hoc* eſt negocium definitum *à nobis*. 22. Concepit igitur illum, & diſceſſit cum eo *in utero* ad locum longinquum. 23. Supervenit igitur ei dolor partus juxta truncum palmæ. Dixit: O Utinam ego mortua eſſem ante hoc, & fuiſſem, *quid* derelictum, oblivioni traditum. Et inclamavit ad eam *Gabriel*, *qui erat* ſub eam (*ideſt è loco inferiori.*) Ne contriſteris: Jam poſuit Dominus tuus ſub te rivum. 24. Et excute ad te truncum palmæ: cadere faciet ſuper te dactylos maturos colligibiles. 25. Et comede, & bibe, & tranquilla oculum: Porrò ſi videris ex hominibus aliquem, *qui interroget te de puero*; dic: Ego ſanè vovi Miſeratori jejunium, ideò nullo modo alloquar hodie hominem. 26. Venit ergo cum eo (*ideſt puero*) ad gentem ſuam, & portabat eum. Dixerunt *ei*: O Maria, jam ſanè effeciſti rem miram. 27. O ſoror Aaron; non fuit pater tuus vir malus, & non fuit mater tua ſcortatrix. 28. At *illa* innuit ad eum (*ideſt puerum, dicens, loquimini cum eo.*) Reſponderunt; Quomodò alloquemur eum, qui eſt in cunabulis infans? 29. Dixit *puer* Certè ego ſum ſervus Dei: Tradidit mihi Librum (*ideſt Euangelium*) & conſtituit me Prophetam. 30. Et fecit me benedictum, ubicunque fuero, & præcepit mihi orationem, & eleemoſynam, quandiù permanſero vivus. Et pium *fecit me* erga genitricem meam, & non fecit me ſuperbum infelicem. 31. Et pax ſuper me die, *qua* natus ſum, & die, *qua* moriar, & die *qua* reſuſcitabor vivus. 32. Iſte *eſt* Jeſus filius Mariæ: dictum veritatis, de quo dubitant (*nimirùm utrum ſit filius Dei, nec ne.*). 33. Non fuit *conveniens* Deo, ut haberet

a infirmata ſunt oſſa ex me.

b cognominem.

ullum

ullum filium. Laus illius. Cùm decreverit *aliquam* rem, profectò dicet ei: Esto, & erit. 34. Et quidem Deus *est* Dominus meus, & Dominus vester: servite ergo illi: hæc est via recta. 35. Sed discordes fuerunt sectarii inter ipsos *circa Jesum*: atqui væh illis, qui infideles sunt à conspectu diei magnæ. 36. Fac audire in ipsis, & fac videre (*ideſt, ò quantum audient, & quantum videbunt*) die, *qua* venient ad nos. Sed iniqui hodie sunt in errore manifesto. Et comminare illis (*ideſt Meccanis*) diem suspirii dolorosi, cùm decisum fuerit negotium (*ideſt completum decretum de perditione eorum*) & ipsi *nunc* sunt in incuria, & ipsi non credunt. 37. Nos sanè nos hæreditabimus terram, & id, quod est super eam, & ad nos *omnes* reducentur. 38. Et commemora in Libro *Alcorani* Abraham: quippe ipse fuit justus, propheta. 39. Cùm dixit patri suo: O Pater mi, quare colis, quod non audit, neque videt, neque prodest tibi quidquam? 40. O Pater mi, equidem jam venit ad me id scientiæ, quod non venit ad te, sequere ergo me: dirigam te in viam æquam. 41. O pater mi, ne servias Satanæ: quippe satanas fuit Miseratori rebellis. 42. O pater mi: equidem timeo, ne tangat te pœna à Miseratore, & propterea sis Satanæ socius. 43. Respondit *ei pater*: An es rejiciens tu deos meos, ò Abraham? Certè, si non abstineas *ab hac re*, profectò lapidabo te. Atqui procul abesto à me diuturnans (*ideſt per longum tempus*). 44. Dixit *illi Abraham*: Pax super te: rogabo veniam tibi à Domino meo: quippe ipse est de me solicitus. 45. Et separabo me à vobis, & ab iis, quos invocatis præter Deum, & invocabo Dominum meum: facile erit, ut non sim in invocatione Domini mei infelix. 46. Cùm autem separasset se ab eis, & ab iis, quos colebant præter Deum, donavimus ei Isaac, & Jacob, & omnem (*ideſt utrumque*) fecimus prophetam. 47. Et donavimus illis ex misericordia nostra *opes, & filios*, & dedimus illis linguam veritatis excelsam (*ideſt laudem, & gloriam in omni religione*). 48. Et commemora in libro Moysen: quippe ipse fuit sincerus *religione*, & fuit legatus, propheta. 49. Et vocavimus eum è latere montis *Synai* dextero, & appropinquare fecimus eum colloquutorem *nostrum*. 50. Et concessimus ei per misericordiam nostram fratrem ipsius Aaron prophetam. 51. Et commemora in libro Ismaelem: quippe ipse fuit verax in promissione, & fuit legatus, propheta. 52. Et præcipiebat familiæ suæ orationem, & eleemosynam, & fuit apud Dominum suum gratus. 53. Et commemora in libro Edris (*ideſt Enoch*) quippe ipse fuit justus, propheta. 54. Et elevavimus illum in locum sublimem. 55. Hi sunt erga quos beneficus fuit Deus ex Prophetis de generatione Adam, & ex iis, quos portavimus cum Noe *in Arca*, & ex progenie Abrahæ, & Israel, & ex iis, quos direximus, & elegimus. Cùm legerentur illis signa Miseratoris, procidebant adorantes, & flentes. 56. Successit autem post eos successio (*ideſt generatio Judæorum, & Christianorum*) qui dereliquerunt orationem, & sequuti sunt concupiscentias: sed mox incident in torrentem Tartari. 57. Verùm, qui resipuerit, & crediderit, & fecerit rectum, hi ingredientur Paradisum, neque injustè tractabuntur ulla in re. 58. Hortos Eden, quos promisit Miserator servis suis in absentia (*ideſt dùm abessent ab illis in hoc mundo*) nam erit promissio ejus veniens. 59. Non audient in illis futilia, sed pacem, & erit ipsis alimentum suum in illis manè, & vesperè. 60. Iste est Paradisus, quem dabimus in hæreditatem ex servis nostris *illi, qui fuerit* timoratus. 61. Et non descendimus *è Cœlo*, nisi per imperium Domini tui. Ipsius est, quod est ante nos, & quod post nos, & quod inter hoc (*ideſt inter medium*). Neque est Dominus tuus oblivioſus. 62. Dominus Cœlorum, & terræ, & illius, quod est inter hæc duo. Cole ergo illum, & constans esto in cultu illius. An nosti illi cognominem. 63. Et dicit homo: An postquam mortuus fuero, revera educar *è tumulo* vivus? 64. An verò non recordatur homo, quòd nos creavimus eum antea, cùm non esset quidquam? 65. Atqui *juro* per Dominum tuum, sanè congregabimus eos, & dæmonas: tùm circumducemus eos circa gehennam genuflexos. 66. Deindè sanè separabimus ab unaquaque caterva, quicunque eorum fuerit obsti-

tinatior adverſus Miſeratorem protervia. 67. Deindè ſanè nos ſcientiſſimi erimus *a* eorum, *qui* fuerint digniores in illa *(ideſt gehenna)* ad combuſtionem. 68. Et *b* non eſt ex vobis, qui non deſcenſurus ſit ad illam: eſt *hoc* apud Dominum tuum decretum deciſum. 69. Deindè liberabimus eos, qui fuerint timorati, & relinquemus iniquos in ea genuflexos. 70. Et cùm leguntur illis ſigna noſtra manifeſta, dicunt, qui ſunt infideles illis, qui crediderunt: Quænam duarum partium *(nempe veſtræ, & noſtræ)* eſt melior ſtatu, & pulchrior conventu? 71. Et quot perdidimus ante eos ex generationibus, quæ erant meliores facultatibus, & aſpectu? 72. Dic: Qui fuerit in errore, extendat illi Miſerator extenſionem (*ideſt longam, & felicem vitam*). 73. Donec videant id, quod ipſis promittitur, ſive pœnam *in hoc mundo*, ſive Horam *(ideſt ſupplicium gehennæ)* cognoſcent enim, quis fuerit pejor loco, & infirmior præſidio. 74. Et augebit Deus eos, qui fuerant directi directione. 75. Et permanentia bona (*ideſt bona opera*) meliora erunt apud Dominum tuum, quoad præmium, & meliora quoad retributionem. 76. Num vidiſti illum, qui non credit in ſigna noſtra, & dicit: Profectò donabor opibus, & prole? 77. An novit arcanum? Num accepit apud Miſeratorem pactum *de hoc*? 78. Nequaquam. Mox ſcribemus id, quod dicit, & extendemus illi in pœna extenſionem *(ideſt augebimus ei pœnam)*. 79. Et hæreditare faciemus eum id, quod dicit, *in hoc mundo*: Sed veniet ad nos *in die Judicii*, ſingularis (i. ſolus, & nudus). 80. Et acceperunt præter Deum *alios* deos, ut eſſent ſibi in auxilium. 81. Nullo modo *erit hoc*: mox rejicient cultum ipſorum, & erunt erga ipſos contrarietas (*ideſt erunt illis adverſarii*). 82. Nonne vidiſti, quòd nos miſerimus dæmonas contra infideles, *qui* incitarent eos inſtigando *ad peccatum*? 83. Ne ergo feſtines contra eos: quippe numeramus eis numerum *dierum*, *quibus eis prorogatur pœna*. 84. Die *quadam* congregabimus timoratos ad Miſeratorem accedentes. 85. Et deducemus ſceleratos ad gehennam deſcendentes. 86. Non obtinebunt interceſſionem, niſi, qui acceperit apud Miſeratorem pactum. 87. Et dicunt *Judæi, & Chriſtiani*: Suſcepit Miſerator prolem. 88. Jam quidem prætuliſtis rem infandam. 89. Parum abeſt, quin cœli diffindantur ob illam, & diſcindatur terra, & corruant Montes conquaſſati. 90. Eo, quòd attribuerint Miſeratori prolem. 91. Et non convenit Miſeratori, ut ſuſcipiat prolem. 92. *c* Nullus eſt in cœlis, & terra, quin venturus ſit ad Miſeratorem ſervus. 93. Jam quidem recenſuit eos, & numeravit eos numerando. 94. Et omnes ipſi venient ad eum die reſurrectionis ſingulares (*ideſt omnibus rebus deſtituti*). 95. Porrò, qui crediderint, & operati fuerint recta: dabit illis Miſerator amorem *inter ſe, & cum Deo*. 96. Profectò facilitavimus eum (*ideſt Alcoranum*) per linguam tuam *Arabicam*; ut fauſta annuncies per illum Timoratis, & commineris per eum hominibus litigioſis. 97. Et quot perdidimus ante eos de generationibus? An invenies ex eis vel unum? 98. Aut audies de eis muſſitationem?

a quinã eorum.

b Si.

c Si ullus.

NOTÆ

Titulus Suræ eſt مريم *Maria*, quia in illa fit peculiaris mentio Sanctiſſimæ Virginis Deiparæ Mariæ. Eſt tota Meccana, excepto verſiculo 56. : فخلف بعدهم خلف *Et ſucceſſit poſt eos ſucceſſio*, quem vocant verſum السجدة *Adorationis*. In numero verſuum nullum eſt diſſidium, niſi, quòd aliqui addunt unum; ut ſint 99. Præmium Lectoris eſt : من قراء سورة مريم

أعطى عشر حسنات بعدد من كذب زكريا وصدق به ويحيى ومريم وعيسى وسايير الانبيآ المذكورين فيها وبعدد من دعا الله فى الدنيـــا ومن لم يدع الله :

Qui legerit Suram Mariæ, donabitur decem bonis, juxta numerum eorum, qui mendacii arguerunt Zachariam, & veracem prædicaverunt eum, & Joannem, & Mariam, & Jeſum, & cæteros Prophetas in illa commemoratos: & juxta numerum eorum, qui Deum in hoc Mundo invocaverunt, &, qui non invocaverunt.

I. *K. H. I. A. S.*] Arabicè كهيعص. Quid ſignificent hi ſingulares characteres, & alii hujuſcemodi, Doctores certant, & adhuc ſub judice lis eſt. Gelal fatetur ſemper, الله اعلم بمراده بذلك : *Deus optimè, ac planiſſimè novit, quid ſibi voluerit in illis.*

V. *Succeſſores in hæreditate.*] Arabicè الموالى exponit Gelal: الذين يلونى فى النسب كبنى العم *qui pertinent ad me*, ſeu reſpiciunt me, *in ſtirpe*, ſeu ſtemmate paterno, *ut ſunt filii patrui*, ſeu patrueles.

VIII. *Et jam ego perveni ad grandævam ætatem.*] Ætas ejus, juxta Gelal, erat, مائة وعشرين سنة وبلغت امراته ثمان وتسعين سنة: *centum viginti annorum; & uxor ejus pervenerat ad annum nonagesimum octavum.*

IX. *Ita erit: dicit Dominus tuus.*] Arabica verba كذلك يقول ربك conjungenda putat Jahias: *Ita dicit Dominus tuus.* Sed Gelal distinguit: *Ita* nempè erit, ut dixi. *Dicit Dominus tuus: Hoc, &c.*

XIII. *Et fuit pius erga Deum.*] Gelal: روى انه لم يعمل خطية ولم يهم بها: *Habetur ex traditione, illum nullum feciſſe peccatum, & ne quidem de illo faciendo deliberaſſe.*

XVI. *Seceſſit à familia ſua ad locum orientalem.*] Gelal exponit: نحو الشرق من الدار *in partem orientalem domus*, in quam ſcilicet ſeceſſit ſeorſum à cæteris domeſticis. Jahias: كان زكريا كفل مريم وكانت اختها تحته وكانت تكون فى المحراب فلما ادركت كانت اذا حاضت اخرجها الى منزله الى اختها فاذا طهرت رجعت الى المحراب فطهرت مرة فلما فرغت من غسلها قعدت فى مشرقة فى ناحية الدار وعلقت عليها ستره فجاء جبرايل اليها فى ذلك الموضع فى صورة ادمى: *Suſceperat Zacharias educandam Mariam, cujus Soror etiam erat ſub Zachariæ poteſtate. Ipſa verò morabatur in Adyto Templi. Cùm verò adoleviſſet, & menſtrua illi advenirent, educebat eam Zacharias ex Adyto in domum ſuam ad ſororem ipſius: & cùm purgata fuiſſet à menſtruis, in templum revertebatur. Quadam autem vice, cùm purgata fuiſſet, ſeque aqua abluiſſet, ſedit in parte ſeparata domus verſus Orientem velo cooperta. Venitque ad eam eodem in loco Gabriel in forma humana.* Honeſtatis ergo cauſa, quia veſtes exuerat, fingitur ſeſe velamine cooperuiſſe. Zamchaſcerius cæteris in hoc prudentior: تخلت للعبادة فى مكان ما يلى شرقى بيت المقدس او من دارها معتزلة من الناس *Seceſſerat ad orandum in locum, qui reſpiciebat partem orientalem verſus Templum, vel etiam in domo ſua ſeparata ab hominibus.*

XXII. *Concepit igitur.*]Gelal: فنفخ جبريل فى جيب درعها فاحصنت بالحمل فى بطنها مصورا: *Inſufflavit Gabriel in aperturam tunicæ ejus ad collum; & illæ ſenſit in utero ſuo fœtum formari.* Jahias: فاخذ جبريل جيبها باصبعه فنفخ فيه فصار الى بطنها فحملت: قال الحسن حملته تسعة اشهر فى بطنها: *AccepitGabriel digitis ſuis ſinum apertum induſii ejus ad collum, & inſufflavit in eum, & pervenit flatus ad uterum, & concepit. Dixit Alhaſan: Concepit illum in utero*, ſicut infantem *novem menſium.*

XXIII. *Et inclamavit ad eam.*] Exiſtimat Gelal, hunc, qui inclamavit ad virginem, fuiſſe Gabrielem. Alii tamen putant, fuiſſe puerum ipſum, qui erat ſub matre. Quod verò additur de rivo, cenſet Gelal, miraculoſè rivum illum tunc effluxiſſe, cùm antea fluere deſiiſſet.

XXIV. *Cadere faciet ſuper te dactylos maturos.*] Hanc palmam antea fuiſſe aridam affirmant Jahias, & Zamchaſcerius his verbis: وكان جذع نخلة يابسة فى صحرا ليس لها راس ولا ثمرة ولا خضرة وكان الوقت شتا: *Et erat truncus palmæ aridæ in rupe, & carebat vertice, & dactylis, & virore: & erat tempus hyemis.*

XXV. *Vovi miſeratori jejunium.*] Jejunii nomine intelligit Gelal: امساكا عن الكلام *continentiam à loquendo*, ſeu ſilentium. Alii tamen intelligunt etiam abſtinentiam à cibo, & potu.

XXVII. *O ſoror Aaron.*]Gelal: ى هرجل صالح يا شبيهته فى العفة: *Hic fuit Vir ſanctus: & ſenſus eſt: O ſimilis illi in caſtitate.* Coctada relatus à Jahia. ليس هرون اخى موسى ولكنه هرون اخر كان يسمى هرون صالح المحبب فى عشيرته بهرون هذا: *Non erat hic Aaron frater Moyſi, ſed alius, qui nominabatur Aaron ſanctus, dilectus in tribu ſua.* Zamchaſcerius: هرون كان اخاها من ابيها من امثل بنى اسرايل قيل اخو موسى صلوات الله عليهما وعن النبى ﷺ انها غيرا هرون النبى وكان من اعقابه فى طبقة الاخوة وبينها وبينه الف سنة واكثر وعن السدى كانت من اولاده وهو انما قيل اخت هرون كما يقال يا اخا همدان اى يا واحدا منهم وقيل رجل صالح اوطالح فى زمانها شبهوها به اى كنت عندنا مثله فى الصلاح او شتموها به ولم ترد اخوة النسب وكان هرون الصالح تبع جنازته اربعون الفا كلهم يسمى هرون تبركا به وباسمه فقالوا كنا نشبهك بهرون هذا: *Fuit Aaron frater ejus, ſcilicet Mariæ ex parte Patris, ex præſtantiſſimis filiorum Iſrael. Alii dicunt fuiſſe fratrem Moyſi. At ex propheta Mahumeto habetur fuiſſe alium ab Aaron Propheta, licèt ex ſucceſſoribus ejus in ſerie fratrum. Inter eam autem, & illum (nempe inter Mariam Matrem Chriſti, & Aaron fratrem Moyſi) fuerunt mille anni, & plures. Ex Alſaddio autem habetur, Mariam fuiſſe ex filiis ejuſdem Aaron. Porrò ipſa dicitur ſoror Aaron, ſicut dici conſuevit: ò frater Hamdan, ideſt; ò unus ex his. Alii dicunt fuiſſe virum quemdam probum, ſivè improbum, qui vixit ejuſdem Mariæ ætate, cum quo aſſimilaverunt eam, quaſi dicerent: Fuiſti, ſicut ille apud nos in probitate. Vel conviciati ſunt ei (nimirùm comparando illam cum eo in improbitate) & non eſt hic ſenſus de fratribus ſtirpis. Dicitur autem fama*

Aaro-

Aaronis probi deductum fuisse à quadraginta millibus viris, qui omnes vocabantur Aaron, benedictionem expetentes per eum, & per nomen ejus, & dicebant: Fuimus similes tibi in hoc nomine Aaron. Addit nebulo. وقيل احتمل بوسف النجار مريم وابنهـــا الى غار فلبثوا فيه اربعون يومًا ثم جاءت بحمله فكلّمها عيسى فى الطريق يا امّـــى ابشرى فانّى عبد اللـــه: *Et dicunt quidam, Joseph fabrum lignarium tulisse Mariam, ejusque filium intra cavernam, ubi mansérunt quadraginta dies. Deindè venit Maria portans eum: alloquutusque est illam puer in via; Gaude mater mea, nam ego sum servus Dei.* Ahmed Ebn-Edris sequitur prædictos Authores circa duplicem illum Aaron coævum Deiparæ, alterum optimum, alterum pessimum, & vult eam dici alterutrius sororem per similitudinem: addit tamen: وقيل انهـــا من ذرية موسى ع م وهو اخو هرون وقيل لهـــا اخت هرون: *Dicunt quidam, illam fuisse ex generatione Mosis, cui sit pax, cujus frater erat Aaron: & propterea vocari sororem Aaron.*

XXXII. *Dictum Veritatis.*] Arabicè قول الحقّ: potest referri ad Jesum, quasi ipse sit *Dictum*, seu *verbum Veritatis*. Vel potest exponi: *Hoc, quod dictum est de Jesu, est dictum cum veritate.*

LIII. *Edris.*] Hoc nomine appellatur Henoch in Alcorano, de quo Gelal; هو حيّى فى السمـــاء الرابعة او السادسة او السابعة او فى الجنة ادخلهـــا بعد ان اذيق الموت واحيى ولم يخرج منهـــا *Ipse est vivus in quarto, vel sexto, vel septimo cœlo, vel in Paradiso, in quem introductus fuit, postquàm gustavit Mortem, & ad vitam revocatus fuit; & nunquam egressus est ab eo.* De hoc multa fabulantur Arabes. Inter alia hæc habet Ismael Ebn-Aly ex Arabico fideliter translata: *Cùm esset Enoch trecentorum quinquaginta annorum, sublatus est à Deo in Cœlum. Contulit autem illi Deus spiritum propheticum, & revelavit illi arcana cœlestia, demisitque super eum è Cœlo triginta volumina. Ipse primus usus est calamo, & scriptura, & armis, quibus pro religione pugnavit. Invenit etiam scientiam astrologicam, & modium, & stateram. Refert autem de eo Ebn-Abbas, quòd, cùm die quadam ambularet sub ardente sole, ejusque calorem molestè ferret, dixit intra se: cùm ego calorem tàm magnum experiar, licèt inter me, & inter solem sit spatium itineris quatuor millium annorum, quomodò se habebit Angelus ille, qui præest soli? O Deus, allevæ ab eo de pondere ejus, & tolle ab eo de calore ejus. Et eadem die sensit Angelus pondus solis levius, & calorem ejus mitiorem. Quamobrem interrogavit Dominum suum de hoc, qui dixit ei: Enoch oravit pro te, & exaudivi eum. Respondit Angelus: Domine mi permitte mihi, ut visitem eum; concessitque illi hoc Deus: & visitavit Enoch, qui rogavit eum, ut portaret se ad locum, ubi nascitur sol: sed cùm eò portasset illum, ibi mortuus est. Confestim autem Deus suscitavit illum, & transtulit in Paradisum.*

Verùm eruditissimus Bartoloccius in Bibliotheca Magna Rabbinica, parte 2. pag. 845. ex testimonio Hebræorum antiquiorum probat, Enoch, qui cognominatus fuit אדרים Arab. ادريس *Edris*, fuisse valdè diversum ab Enoch, de quo agitur in libro Geneseos, multisque sæculis illo posteriorem. Unde colligitur, sicut Impostor confudit duas Marias, ita duos Enochos simul permiscuisse, & confudisse.

LXXV. *Num vidisti illum?*] Loquitur hìc juxta explicationem Gelalis, de العاصى بن وبل Alasso filio Vaili, qui hæc loquebatur cum جناب بن الارث Genabo filio Alarethi.

REFUTATIONES.

I. AVeritate prorsùs alienum est, nomen Joannis, quem Mahumetani ab Alcorano edocti corruptè يحيـــى *Jahiam* appellant, nulli ante Baptistam fuisse impositum. Deceptus in hoc fuit Mahumetus ex eo, quòd in Euangelio Lucæ habeatur, nullum fuisse in cognatione Zachariæ, qui vocaretur hoc nomine. Multis tamen antea in sacris litteris *Joannis* nomen inditum fuisse patet. Cùm enim Hebraicè scribatur יוחנן *Joannam*, inveniatur hoc nomen lib. 3. reg. cap. 25. 1. Paralip. cap. 3. 2. Paral. cap. 17. 1. Esdræ cap. 8. 2. Ezræ cap. 6. Jeremiæ cap. 40. & alibi.

II. Falsum etiam est, signum datum ab Angelo Zachariæ, fuisse taciturnitatem ipsius, seu impedimentum loquelæ per tres noctes. Damnatus enim fuit ad silentium, seu mutitatem non per triduum, sed per novem circiter menses. Neque fuit hoc ad signum, sed ad pœnam incredulitatis ejus, ut patet ex Euangelio Lucæ cap. 1.

III. Ea, quæ de Mariæ conceptu, partuque referuntur, esse in plerisque fabulosa, & ex apocrypho aliquo Orientalium Schismaticorum libro desumpta; manifestè convincitur ex iis, quæ ea de re in Euangeliis habentur.

IV. Quemadmodùm supra Mahumetus vocavit Mariam Deiparam, filiam Amram: ita vocat eam hìc sororem Aaron. Confundit scilicet hanc cum Maria illa, quæ verè fuit filia Amran, & soror Aaron. Hunc tamen errorem tàm crassum Mahumetani agnoscentes, excusare conantur, ut vidimus in notis: sed frustra, & rationibus prorsùs frivolis, ac ridiculis. Neque enim Maria fuit ex stirpe Aaron, sed Judæ, neque potuit habere fratrem illum tàm sanctum, nomine Aaron; cùm orta sit primogenita, & unigenita ex parentibus sterilibus. Quòd si etiam poneremus, post illam natum fuisse hunc Aaron fictitium; fuisset certè, eo tempore valdè puer: erat enim tunc Maria, juxta Mahumetanos, tredecim annos nata. Ineptè verò vocassent eam sororem Aaron propter similitudinem cum Aaron fratre Moysi in pudicitia; cùm nullam in hoc prærogativam Aaron habuerit. Rationabiliùs vocassent eam sororem alicujus fœminæ castitate insignis, veluti Juditæ, vel ipsius Mariæ sororis Aaron: vel saltem alicujus viri ejusdem virtutis laude conspicui, veluti Joseph filii Jacob, vel Eliæ. Omitto alias circa hoc ineptias. Unum addo: si ita licet nomina, ac personas fin-

gere, vel pervertere ; nihil tam abſurdum erit, quod defendere non poſſimus. Vide ſupra in Sura 3. & in Prodr. p. 4. cap. ult. pag. 76.

V. Fingitur Ismael fuiſſe legatus, & Propheta ; omninò gratis. Oppoſitum colligitur ex ſacris litteris, quæ illum hominem ferum, prædonem, ac vicinis omnibus infeſtum repræſentant. De ipſius legatione, & prophetia nihil, ne in ipſo quidem Alcorano, habetur : cùm tamen in eo tot exoticorum Prophetarum, & legatorum portenta commemorentur. Sed de Iſmaele vide Prodromi p. primam cap. 5. pag. 13. ubi de eo fusè diſſeritur.

VI. Non eſt, quod Mahumetus, ſeu potiùs Gelal ſubgillet Chriſtianos, quòd dereliquerint orationem, & ſecuti ſint concupiſcentias ſuas. Capiti canat talia demens Mahumetico, Moslemiſque ſuis, qui nihil curant, niſi mulierculariùm illecebras, & præpoſteras libidines ; ſeque ſanctos putant, ſi quarumdam exteriorum precum apparentia, & ridiculis corporis geſticulationibus homines fallant.

Benè eſt, quòd Mahumetus fateatur concedi à Deo magnas, ac diuturnas felicitates malis in hoc mundo ; ne ipſius aſſeclæ ob florentiſſimi imperii diuturnitatem, meliores ſe cæteris eſſe ſibi persuadeant.

سورة

سورة طه مكّية ماية وخمس وثلاثون آية

SURA XX.

T. H.

MECCANA:

COMMATUM CENTUM TRIGINTA QUINQUE.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 طه ۞ 2 ما أنزلنا عليك القران لتشقى ۞ 3 الا تذكرة لمن يخشى ۞ 4 تنزيلا
ممن خلق الارض والسموات العلى ۞ 5 الرحمن على العرش استوى ۞ 6 له ما في
السموات وما في الارض وما بينهما وما تحت الثرى ۞ 7 وان تجهر بالقول فانه يعلم السر
واخفى ۞ 8 الله لا اله الا هو له الاسماء الحسنى ۞ 9 وهل اتيك حديث موسى ۞
10 اذ راى نارا فقال لاهله امكثوا اني انست نارا لعلي اتيكم منها بقبس او اجد على النار
هدى ۞ 11 فلما اتيها نودي يا موسى ۞ 12 اني انا ربك فاخلع نعليك انك بالواد المقدس
طوى ۞ 13 وانا اخترتك فاستمع لما يوحى ۞ 14 انني انا الله لا اله الا انا فاعبدني واقم
الصلوة لذكري ۞ 15 ان الساعة اتية اكاد اخفيها لتجزى كل نفس بما تسعى ۞
16 فلا يصدنك عنها من لا يومن بها واتبع هويه فتردى ۞ 17 وما تلك بيمينك يا موسى ۞
18 قال هي عصاي اتوكوا عليها واهش بها على غنمي ولي فيها مارب اخرى ۞ 19 قال القها
يا موسى ۞ 20 فالقيها فاذا هي حية تسعى ۞ 21 قال خذها ولا تخف سنعيدها سيرتها
الاولى ۞ 22 واضمم يدك الى جناحك تخرج بيضاء من غير سوء اية اخرى ۞ 23 لنريك من
ايتنا الكبرى ۞ 24 اذهب الى فرعون انه طغى ۞ 25 قال رب اشرح لي صدري ويسر لي
امري ۞ 26 واحلل عقدة من لساني يفقهوا قولي ۞ 27 واجعل لي وزيرا من اهلي هرون
اخي ۞ 28 اشدد به ازري واشركه في امري ۞ 29 كي نسبحك كثيرا ونذكرك
كثيرا ۞ 30 انك كنت بنا بصيرا ۞ 31 قال قد اوتيت سولك يا موسى ۞ 32 ولقد
منا

مننا عليك مرة أخرى ۞ 38 إذ أوحينا إلى أمك ما يوحى ۞ 39 أن اقذفيه في التابوت
فاقذفيه في اليم فليلقه اليم بالساحل يأخذه عدو لي وعدو له والقيت عليك محبة مني
ولتصنع على عيني ۞ 40 إذ تمشي أختك فتقول هل أدلكم على من يكفله فرجعناك
إلى أمك كي تقر عينها ولا تحزن ۞ 41 وقتلت نفسا فنجيناك من الغم وفتناك فتونا فلبثت
سنين في أهل مدين ثم جئت على قدر يا موسى ۞ 42 واصطنعتك لنفسي ۞ 43 اذهب
أنت وأخوك بآياتي ولا تنيا في ذكري ۞ 44 إذ هبا إلى فرعون إنه طغى ۞ 45 فقولا له
قولا لينا لعله يتذكر أو يخشى ۞ 46 قال ربنا إننا نخاف أن يفرط علينا أو أن يطغى ۞
47 قال لا تخافا إنني معكما أسمع وأرى ۞ 48 فأتياه فقولا إنا رسولا ربك فأرسل معنا بني
إسرائيل ولا تعذبهم قد جئناك بآية من ربك والسلام على من اتبع الهدى ۞ 49 إنا قد
أوحي إلينا أن العذاب على من كذب وتولى ۞ 50 قال فمن ربكما يا موسى ۞ 51 قال
ربنا الذي أعطى كل شيء خلقه ثم هدى ۞ 52 قال فما بال القرون الأولى ۞ 53 قال
علمها عند ربي في كتاب لا يضل ربي ولا ينسى ۞ 54 الذي جعل لكم الأرض مهدا
وسلك لكم فيها سبلا وأنزل من السماء ماء فأخرجنا به أزواجا من نبات شتى ۞ 55 كلوا
وارعوا أنعامكم إن في ذلك لآيات لأولي النهى ۞ 56 منها خلقناكم وفيها نعيدكم ومنها
نخرجكم تارة أخرى ۞ 57 ولقد أريناه آياتنا كلها فكذب وأبى ۞ 58 قال أجئتنا
لتخرجنا من أرضنا بسحرك يا موسى ۞ 59 فلنأتينك بسحر مثله فاجعل بيننا وبينك موعدا
لا نخلفه نحن ولا أنت مكانا سوى ۞ 60 قال موعدكم يوم الزينة وأن يحشر الناس
ضحى ۞ 61 فتولى فرعون فجمع كيده ثم أتى ۞ 62 قال لهم موسى ويلكم لا
تفتروا على الله كذبا فيسحتكم بعذاب وقد خاب من افترى ۞ 63 فتنازعوا أمرهم بينهم
وأسروا النجوى ۞ 64 قالوا إن هذان لساحران يريدان أن يخرجاكم من أرضكم بسحرهما
ويذهبا بطريقتكم المثلى ۞ 65 فاجمعوا كيدكم ثم ائتوا صفا وقد أفلح اليوم من استعلى ۞
66 قالوا يا موسى إما أن تلقي وإما أن نكون أول من ألقى ۞ 67 قال بل ألقوا فإذا حبالهم
وعصيهم يخيل إليه من سحرهم أنها تسعى ۞ 68 فأوجس في نفسه خيفة موسى ۞ 69 قلنا
لا تخف إنك أنت الأعلى ۞ 70 وألق ما في يمينك تلقف ما صنعوا إنما صنعوا كيد ساحر ولا
يفلح الساحر حيث أتى ۞ 71 فألقي السحرة سجدا قالوا آمنا برب هرون وموسى ۞ 72 قال
آمنتم له قبل أن آذن لكم إنه لكبيركم الذي علمكم السحر ۞ 73 فلأقطعن
أيديكم وأرجلكم من خلاف ولأصلبنكم في جذوع النخل ولتعلمن أينا أشد عذابا
وأبقى ۞ 74 قالوا لن نؤثرك على ما جاءنا من البينات والذي فطرنا فاقض ما أنت قاض
إنما

إِنَّمَا تَقْضِي هَٰذِهِ ٱلْحَيٰوةَ ٱلدُّنْيَا ۝ إِنَّآ ءَامَنَّا بِرَبِّنَا لِيَغْفِرَ لَنَا خَطَٰيَٰنَا وَمَآ أَكْرَهْتَنَا عَلَيْهِ مِنَ ٱلسِّحْرِ ۗ وَٱللَّهُ
خَيْرٌ وَأَبْقَىٰٓ ۝ 70 إِنَّهُۥ مَن يَأْتِ رَبَّهُۥ مُجْرِمًا فَإِنَّ لَهُۥ جَهَنَّمَ لَا يَمُوتُ فِيهَا وَلَا يَحْيَىٰ ۝
71 وَمَن يَأْتِهِۦ مُؤْمِنًا قَدْ عَمِلَ ٱلصَّٰلِحَٰتِ فَأُو۟لَٰٓئِكَ لَهُمُ ٱلدَّرَجَٰتُ ٱلْعُلَىٰ ۝ 72 جَنَّٰتُ عَدْنٍ
تَجْرِى مِن تَحْتِهَا ٱلْأَنْهَٰرُ خَٰلِدِينَ فِيهَا ۚ وَذَٰلِكَ جَزَٰٓؤُا۟ مَن تَزَكَّىٰ ۝ 73 وَلَقَدْ أَوْحَيْنَآ إِلَىٰ مُوسَىٰٓ
أَنْ أَسْرِ بِعِبَادِى فَٱضْرِبْ لَهُمْ طَرِيقًا فِى ٱلْبَحْرِ يَبَسًا لَّا تَخَٰفُ دَرَكًا وَلَا تَخْشَىٰ ۝ 74 فَأَتْبَعَهُمْ
فِرْعَوْنُ بِجُنُودِهِۦ فَغَشِيَهُم مِّنَ ٱلْيَمِّ مَا غَشِيَهُمْ ۝ وَأَضَلَّ فِرْعَوْنُ قَوْمَهُۥ وَمَا هَدَىٰ ۝ 75 يَٰبَنِىٓ إِسْرَٰٓءِيلَ
قَدْ أَنجَيْنَٰكُم مِّنْ عَدُوِّكُمْ وَوَٰعَدْنَٰكُمْ جَانِبَ ٱلطُّورِ ٱلْأَيْمَنَ وَنَزَّلْنَا عَلَيْكُمُ ٱلْمَنَّ وَٱلسَّلْوَىٰ ۝
76 كُلُوا۟ مِن طَيِّبَٰتِ مَا رَزَقْنَٰكُمْ وَلَا تَطْغَوْا۟ فِيهِ فَيَحِلَّ عَلَيْكُمْ غَضَبِى ۝ 77 وَمَن يَحْلِلْ عَلَيْهِ
غَضَبِى فَقَدْ هَوَىٰ ۝ 78 وَإِنِّى لَغَفَّارٌ لِّمَن تَابَ وَءَامَنَ وَعَمِلَ صَٰلِحًا ثُمَّ ٱهْتَدَىٰ ۝ 79 وَمَآ أَعْجَلَكَ
عَن قَوْمِكَ يَٰمُوسَىٰ ۝ 80 قَالَ هُمْ أُو۟لَآءِ عَلَىٰٓ أَثَرِى وَعَجِلْتُ إِلَيْكَ رَبِّ لِتَرْضَىٰ ۝ 81 قَالَ
فَإِنَّا قَدْ فَتَنَّا قَوْمَكَ مِنۢ بَعْدِكَ وَأَضَلَّهُمُ ٱلسَّامِرِىُّ ۝ 82 فَرَجَعَ مُوسَىٰٓ إِلَىٰ قَوْمِهِۦ غَضْبَٰنَ أَسِفًا ۝
83 قَالَ يَٰقَوْمِ أَلَمْ يَعِدْكُمْ رَبُّكُمْ وَعْدًا حَسَنًا ۚ أَفَطَالَ عَلَيْكُمُ ٱلْعَهْدُ أَمْ أَرَدتُّمْ أَن يَحِلَّ عَلَيْكُمْ
غَضَبٌ مِّن رَّبِّكُمْ فَأَخْلَفْتُم مَّوْعِدِى ۝ 84 قَالُوا۟ مَآ أَخْلَفْنَا مَوْعِدَكَ بِمَلْكِنَا وَلَٰكِنَّا حُمِّلْنَآ أَوْزَارًا
مِّن زِينَةِ ٱلْقَوْمِ فَقَذَفْنَٰهَا فَكَذَٰلِكَ أَلْقَى ٱلسَّامِرِىُّ ۝ 85 فَأَخْرَجَ لَهُمْ عِجْلًا جَسَدًا لَّهُۥ خُوَارٌ ۝
86 فَقَالُوا۟ هَٰذَآ إِلَٰهُكُمْ وَإِلَٰهُ مُوسَىٰ فَنَسِىَ ۝ 87 أَفَلَا يَرَوْنَ أَلَّا يَرْجِعُ إِلَيْهِمْ قَوْلًا وَلَا يَمْلِكُ لَهُمْ ضَرًّا وَلَا
نَفْعًا ۝ 88 وَلَقَدْ قَالَ لَهُمْ هَٰرُونُ مِن قَبْلُ يَٰقَوْمِ إِنَّمَا فُتِنتُم بِهِۦ ۖ وَإِنَّ رَبَّكُمُ ٱلرَّحْمَٰنُ فَٱتَّبِعُونِى
وَأَطِيعُوٓا۟ أَمْرِى ۝ 89 قَالُوا۟ لَن نَّبْرَحَ عَلَيْهِ عَٰكِفِينَ حَتَّىٰ يَرْجِعَ إِلَيْنَا مُوسَىٰ ۝ 90 قَالَ يَٰهَٰرُونُ
مَا مَنَعَكَ إِذْ رَأَيْتَهُمْ ضَلُّوٓا۟ أَلَّا تَتَّبِعَنِ ۖ أَفَعَصَيْتَ أَمْرِى ۝ 91 قَالَ يَبْنَؤُمَّ لَا تَأْخُذْ بِلِحْيَتِى وَلَا
بِرَأْسِىٓ ۖ إِنِّى خَشِيتُ أَن تَقُولَ فَرَّقْتَ بَيْنَ بَنِىٓ إِسْرَٰٓءِيلَ وَلَمْ تَرْقُبْ قَوْلِى ۝ 92 قَالَ فَمَا
خَطْبُكَ يَٰسَٰمِرِىُّ ۝ 93 قَالَ بَصُرْتُ بِمَا لَمْ يَبْصُرُوا۟ بِهِۦ فَقَبَضْتُ قَبْضَةً مِّنْ أَثَرِ ٱلرَّسُولِ فَنَبَذْتُهَا
وَكَذَٰلِكَ سَوَّلَتْ لِى نَفْسِى ۝ 94 قَالَ فَٱذْهَبْ فَإِنَّ لَكَ فِى ٱلْحَيَوٰةِ أَن تَقُولَ لَا مِسَاسَ ۖ وَإِنَّ لَكَ
مَوْعِدًا لَّن تُخْلَفَهُۥ ۖ وَٱنظُرْ إِلَىٰٓ إِلَٰهِكَ ٱلَّذِى ظَلْتَ عَلَيْهِ عَاكِفًا ۖ لَّنُحَرِّقَنَّهُۥ ثُمَّ لَنَنسِفَنَّهُۥ فِى ٱلْيَمِّ
نَسْفًا ۝ 95 إِنَّمَآ إِلَٰهُكُمُ ٱللَّهُ ٱلَّذِى لَآ إِلَٰهَ إِلَّا هُوَ ۚ وَسِعَ كُلَّ شَىْءٍ عِلْمًا ۝ 96 كَذَٰلِكَ نَقُصُّ
عَلَيْكَ مِنْ أَنۢبَآءِ مَا قَدْ سَبَقَ ۚ وَقَدْ ءَاتَيْنَٰكَ مِن لَّدُنَّا ذِكْرًا ۝ 97 مَّنْ أَعْرَضَ عَنْهُ فَإِنَّهُۥ يَحْمِلُ يَوْمَ
ٱلْقِيَٰمَةِ وِزْرًا ۝ 98 خَٰلِدِينَ فِيهِ ۖ وَسَآءَ لَهُمْ يَوْمَ ٱلْقِيَٰمَةِ حِمْلًا ۝ 99 يَوْمَ يُنفَخُ فِى ٱلصُّورِ
وَنَحْشُرُ ٱلْمُجْرِمِينَ يَوْمَئِذٍ زُرْقًا ۝ 100 يَتَخَٰفَتُونَ بَيْنَهُمْ إِن لَّبِثْتُمْ إِلَّا عَشْرًا ۝ 101 نَّحْنُ أَعْلَمُ بِمَا
يَقُولُونَ إِذْ يَقُولُ أَمْثَلُهُمْ طَرِيقَةً إِن لَّبِثْتُمْ إِلَّا يَوْمًا ۝ 102 وَيَسْـَٔلُونَكَ عَنِ ٱلْجِبَالِ فَقُلْ يَنسِفُهَا رَبِّى
نَسْفًا ۝ 103 فَيَذَرُهَا قَاعًا صَفْصَفًا ۝ 104 لَّا تَرَىٰ فِيهَا عِوَجًا وَلَآ أَمْتًا ۝ 105 يَوْمَئِذٍ يَتَّبِعُونَ

الداعي لا عوج له وخشعت الاصوات للرحمن فلا تسمع الا همسا ۞ 107 يومئذ لا تنفع الشفاعة
الا من اذن له الرحمن ورضي له قولا ۞ 108 يعلم ما بين ايديهم وما خلفهم ولا يحيطون به
علما ۞ 109 وعنت الوجوه للحي القيوم وقد خاب من حمل ظلما ۞ 110 ومن يعمل من
الصالحات وهو مومن فلا يخاف ظلما ولا هضما ۞ 111 وكذلك انزلناه قرانا عربيا وصرفنا فيه
من الوعيد لعلهم يتقون او يحدث لهم ذكرا ۞ 112 فتعالى الله الملك الحق ولا تعجل بالقران
من قبل ان يقضى اليك وحيه وقل رب زدني علما ۞ 113 ولقد عهدنا الى ادم من قبل فنسي
ولم نجد له عزما ۞ 114 واذ قلنا للملايكة اسجدوا لادم فسجدوا الا ابليس ابى ۞
115 فقلنا يا ادم ان هذا عدو لك ولزوجك فلا يخرجنكما من الجنة فتشقى ۞ 116 ان لك
الا تجوع فيها ولا تعرى ۞ 117 وانك لا تظمؤا فيها ولا تضحى ۞ 118 فوسوس اليه
الشيطان قال يا ادم هل ادلك على شجرة الخلد وملك لا يبلى ۞ 119 فاكلا منها فبدت
لهما سواتهما وطفقا يخصفان عليهما من ورق الجنة وعصى ادم ربه فغوى ۞ 120 ثم اجتباه
ربه فتاب عليه وهدى ۞ 121 قال اهبطا منها جميعا بعضكم لبعض عدو فاما ياتينكم منى
هدى ۞ 122 فمن اتبع هداى فلا يضل ولا يشقى ۞ 123 ومن اعرض عن ذكري فان له
معيشة ضنكا ونحشره يوم القيمة اعمى ۞ 124 قال رب لم حشرتني اعمى وقد كنت
بصيرا ۞ 125 قال وكذلك اتتك اياتنا فنسيتها وكذلك اليوم تنسى ۞ 126 وكذلك نجزي
من اسرف ولم يومن بايات ربه ولعذاب الاخرة اشد وابقى ۞ 127 افلم يهد لهم كم اهلكنا
قبلهم من القرون يمشون في مسكنهم ان في ذلك لايات لاولى النهى ۞ 128 ولولا كلمة
سبقت من ربك لكان لزاما واجل مسمى ۞ 129 فاصبر على ما يقولون وسبح بحمد ربك
قبل طلوع الشمس وقبل غروبها ومن اناء الليل فسبح واطراف النهار لعلك ترضى ۞ 130 ولا
تمدن عينيك الى ما متعنا به ازواجا منهم زهرة الحيوة الدنيا لنفتنهم فيه ورزق ربك خير
وابقى ۞ 131 وامر اهلك بالصلوة واصطبر عليها لا نسلك رزقا نحن نرزقك والعاقبة للتقوى ۞
132 وقالوا لولا ياتينا باية من ربه ۞ 133 اولم تاتهم بينة ما في الصحف الاولى ۞
134 ولو انا اهلكناهم بعذاب من قبله لقالوا ربنا لولا ارسلت الينا رسولا فنتبع اياتك من قبل
ان نذل ونخزى ۞ 135 قل كل متربص فتربصوا فستعلمون من اصحاب الصراط السوي
ومن اهتدى ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. TH. 2. Non demiſimus ſuper te Alcoranum, ut eſſes infelix (*ideſt, ut gravareris nimiis precibus, ac jejuniis, quibus hactenus te gravaſti*). 3. Sed ad commonitionem illius, qui timet *Deum*. 4 Demiſſio *ejus fuit* ab eo, qui creavit Terram, & Cœlos ſublimes. 5. Miſerator ſuper Thronum conſedit. 6.

Ipſius

Ipſius eſt id, quod in cœlis eſt, & quod in terra, & quod inter hæc duo, & quod eſt ſub terra. 7. Quòd ſi propalaveris *aliquid* ſermone: profectò ipſe ſcit ſecretum, & occultius *omni ſecreto*. 8. Deus: non eſt Deus, niſi ipſe: illi ſunt nomina pulcherrima. 9. An verò pervenit ad te hiſtoria Moyſis? 10. Cùm vidit ignem, & dixit familiæ ſuæ; Expectate *hìc*; nam ego conſpexi ignem; ut ego *pergens illuc*, afferam vobis ex eo torrem: aut inveniam per ignem directionem (*ideſt viam, à qua propter nocturnas tenebras aberravi*). 11. Cùm verò perveniſſet ad eum (*ideſt ignem*) inclamatum eſt illi: O Moyſes. 12. Ego ſanè ſum Dominus tuus: exue ergo calceamenta tua; quippe tu es in valle ſancta Tuua. 13. Ego verò elegi te: itaque attentè audi id, quod revelatur *tibi*. 14. Certè ego ſum Deus: non eſt Deus, niſi ego: cole ergo me, & perfice orationem ad memoriam mei. 15. Profectò Hora (*ideſt dies judicii*) ventura eſt: prope ſum, ut revelem eam, ut retribuatur unicuique animæ *merces* ob id, quod ſtudioſè egerit. 16. Ne ergo avertat te ab ea *credenda*, qui non credit in eam, & ſequitur concupiſcentiam ſuam: ne pereas. 17. Et quid eſt illud, *quod habes* in dextra tua, ò Moyſes? 18. Reſpondit: Eſt virga mea, innitor ſuper eam, & excutio folia cum illa ſuper gregem meum, & ſunt mihi in ea uſus alii. 19. Dixit *illi Deus*: Projice eam, ò Moyſes. 20. Projecitque eam, & ecce ipſa *facta eſt* ſerpens, *qui hinc inde* diſcurrebat. 21. Dixit *illi Deus*: Apprehende eam, & ne timeas; mox reducemus eam ad ſtatum ſuum priorem. 22. Et contrahe manum tuam *dexteram* ad axillam tuam *ſiniſtram*: egredietur alba, ſine læſione. *Hoc erit* ſignum aliud. 23. Ut oſtendamus tibi de ſignis noſtris maximis. 24. Vade ad Pharaonem; quippe ipſe exceſſit terminos *in impietate*. 25. Reſpondit Moyſes: Domine mi dilata mihi pectus meum, & facilita mihi negocium meum. 26. Et diſſolve nodum ex lingua mea, *ut* intelligant ſermonem meum. 27. Et pone mihi conſiliarium de familia mea, Aaron fratrem meum. 28 Accinge per eum renes meos, & aſſocia eum in negocio meo. 29. Ut laudemus te multùm, & recordemur tui multùm. 30. Quippe tu es in nos inſpiciens. 31. Reſpondit *Deus*: Jam donatus es petitione tua, ò Moyſes. 32. Et jam quidem benefici fuimus erga te vice alia. 33. Cùm revelavimus matri tuæ id, quod revelabatur *ei*, *& diximus*. 34. Conjice eum in ciſtulam, & projice eam in mare (*ideſt in Nilum*) & ejiciat eam mare ad litus, *ut* accipiat eum hoſtis meus, & hoſtis illius, & poſui ſuper te amorem ex me, & ut efficereris ſuper oculum meum (*ideſt, ut nutrireris ſub cuſtodia mea*). 35. Cùm perambularet ſoror tua *Maria*, & diceret: An oſtendam vobis, qui ſuſcipiat educandum illum? Reduximus te ad Matrem tuam, ut tranquillaretur oculus ejus, & non contriſtaretur. 36. Et occidiſti animam (*ideſt hominem Ægyptium*) & liberavimus te ab angore, & probavimus te probatione, & moratus es annos *decem* cum gente Madian. Deindè veniſti juxta decretum *noſtrum ad Pharaonem*, ò Moyſes. 37. Et elegi te animæ meæ, *& dixi*. 38. Vade tu, & frater tuus cum ſignis meis *novem*, & ne ſegnes ſitis in memoria mei. 39. Ite ad Pharaonem: quippe ipſe terminos exceſſit *in impietate*. 40. Et dicite ei dictum lene; forte ipſe commoneſiet, aut timebit. 41. Reſponderunt: Domine noſter, nos ſanè timemus, ne præceps feratur contra nos, aut ne modum excedat. 42. Dixit *Deus*: Ne timeatis; nam ego vobiſcun, audiam, & videbo. 43. Ite igitur ad eum, & dicite: Nos certè ſumus legati Domini tui: mitte igitur nobiſcum filios Iſrael, & ne diſcrucies eos. Jam venimus ad te cum ſigno à Domino tuo, & pax ſuper eum, qui ſequutus fuerit directionem. 44. Nos ſanè jam revelatum fuit nobis, quòd pœna *ventura ſit* ſuper eum, qui mendacii inſimulaverit *nos*, & tergiverſatus fuerit. 45. Dixit *Pharao*: Quiſnam eſt Dominus veſter, ò Moyſes? 46. Reſpondit *Moyſes*: Dominus noſter eſt ille, qui dedit omnem rem: creavit eam, deindè direxit. 47. Dixit *Pharao*: Quæ ergo fuit mens generationum priorum *in colendis idolis?* 48. Reſpondit *Moyses*: Scientia earum apud Dominum meum in libro (*ideſt cognitio hujus rei eſt penes Deum in Tabula cuſtodita*) non errabit Dominus meus, & non oblivi-ſcetur. 49. Qui poſuit vobis terram in ſtratum, & fecit vobis in ea ſemitas, &

demi-

demiſit è Cœlo aquam, & produximus per eam ſpecies ex germinibus multiplices. 50. Comedite, & paſcite pecora veſtra. Certè in hoc ſunt ſanè ſigna præditis intellectu. 51. Ex ea (*ideſt terra*) creavimus vos, & in eam reducemus vos, & ex ea educemus vos vice alia. 52. Et jam quidem oſtendimus illi (*ideſt Pharaoni*) ſigna noſtra omnia: Sed mendacii inſimulavit *ea*, & renuit *credere*. 53. Dixit *Pharao ad Moyſen*: An veniſti ad nos, ut ejiceres nos è terra noſtra magia tua, ò Moyſes? 54. Profectò veniemus ad te cum magia ſimili illi. Conſtitue ergo inter nos, & inter te conventionem *loci*, *ac temporis*, quam non tranſgrediamur nos, neque tu, in loco æquali. 55. Reſpondit *Moyſes*: Conventio veſtra ſit, dies feſtivitatis, & ut congregentur homines clara die. 56. Avertit ergo ſe Pharao; & congregavit aſtum ſuum (*ideſt magos ſuos peritiores*, deindè venit *ad locum, & tempus condictum*. 57. Dixit illis Moyſes: Væh vobis: Ne confingatis adverſus Deum mendacium, ne perimat vos ſupplicio. Jam porrò periit, qui mendacia confinxit. 58. Diſceptaverunt igitur negocium ſuum inter ſe *magi Pharaonis*, & occultaverunt collocutionem *factam inter ſe*. 59. Dixerunt: Certè hi duo ſunt ſanè magi; volunt ejicere vos è terra veſtra magia ſua, & abducere *ſecum* proceres veſtros præſtantiſſimos. 60. Colligite igitur *in unum* artificium veſtrum: deindè venite ordinatim: jam enim felix erit hodie, qui ſuperior fuerit *in certamine*. 61. Dixerunt: O Moyſes, *elige*, utrum tu projicias *virgam tuam prior*: vel utrum *nos* ſimus primi, qui projiciant. 62. Reſpondit *Moyſes*: Quinimò *vos primi* projicite. Ecce autem funes eorum, & virgæ eorum phantaſticæ apparuerunt ei per magiam eorum, quòd ipſæ diſcurrerent *huc*, *atque illuc* 63. Senſit itaque in anima ſua timorem Moyſes. 64. Diximus: Ne timeas: nam tu eris ſuperior. 65. Projice autem id, quod eſt in dextera tua: devorabit id, quod fecerunt: quippe id, quod fecerunt, eſt artificium præſtigiatoris: & non proſperabitur præſtigiator, ubi venerit. 66. Prociderunt itaque Magi adorantes: dixerunt: Credimus in Dominum Aaronis, & Moyſi. 67. Dixit *illis Pharao*: An credidiſtis illi, antequam *ego* permitterem vobis? Certè hic eſt Princeps veſter, qui docuit vos magiam. 68. Atqui certè truncabo manus veſtras, & pedes veſtros alternè (*ideſt manum dexteram, & pedem ſiniſtrum*) & certè configam vos in truncis palmarum, & profectò ſcietis, quis ex nobis (*nimirum ego ne, an Deus Moyſi*) ſit vehementior in puniendo, & perſeverantior? 69. Reſponderunt: Nullo modo pluris faciemus te, quàm id, quod venit ad nos de evidentibus argumentis, & *quàm illum*, qui creavit nos: Decerne igitur id, quod tu es decreturus *contra nos*: profectò decernes *id tantùm*, *quod reſpicit* hanc vitam mundanam. Nos ſanè credidimus in Dominum noſtrum, ut dimittat nobis peccata noſtra, & id, ad quod coegiſti nos circa magiam, & Deus eſt melior, & permanentior, *quàm ſis tu*. 70. Profectò, qui venerit ad Dominum ſuum ſceleribus infectus *in die Judicii*, certè erit illi gehenna: non morietur in ea, neque vivet. 71. Qui autem venerit ad eum fidelis, & jam operatus fuerit recta, huic erunt gradus altiſſimi. 72. Horti Eden: currunt ſub ipſis flumina: perennaturi *ſunt* in illis, & hæc erit merces illius, qui mundatus fuerit. 73. Et jam quidem diximus per revelationem Moyſi: Perge noctu cum ſervis meis *ex Ægypto*, & percute *virga tua mare*, & *fac* illis viam in mari ſiccam: ne timeas apprehenſionem (*ideſt ne Pharao apprehendat te*) & ne formides. 74. Inſecutus eſt ergo eos Pharao cum exercitibus ſuis, & operuit eos *pars illa* ex mari, quæ operuit eos. Et errare fecit Pharao gentem ſuam, neque direxit *eam*. 75. O filii Iſrael, jam liberavimus vos ab hoſte veſtro, & condiximus vobis *ad dandam vobis legem* latus Synai dexterum, & demiſimus ſuper vos manna, & coturnices. 76. Comedite ex bonis id, quod præbuimus vobis in alimentum, & ne excedatis in eo *per ingratitudinem*, ne deſcendat ſuper vos ira mea. 77. Nam, qui deſcenderit ſuper eum ira mea, jam corruet *præceps in gehennam*. 78. Et quidem ego ſanè indultor *ero* ei, qui converſus fuerit, & crediderit, & fecerit rectum: Deindè dirigetur. 79. Quid verò accelerare fecit te à populo tuo, *ut venires ad accipiendam legem*, ò Moyſes? 80. Reſpondit: Sunt hi ſuper veſtigium meum (*ideſt propè ſequuntur me*) Ego verò feſtinavi ad te, Domine mi, ut complaceres *magis de me*. 81. Dixit *illi Deus*: Nos ſanè jam experientiam fecimus populi tui poſt te (*ideſt poſt diſceſſum tuum ab eo*)

&

& errare fecit eos Samarita *per adorationem vituli*. 82. Reverſus eſt ergo Moyſes ad populum ſuum iracundia concitus, vehementer triſtis. 83. Dixit: O populе meus, nonne promiſerat vobis Dominus veſter promiſſionem pulchram *dandi vobis legem?* An ergo longum fuit ſuper vos pactum (*ideſt nimis prolixum viſum eſt vobis ſpatium ſeparationis meæ à vobis?*) An voluiſtis, ut deſcenderet ſuper vos ira à Domino veſtro, & propterea fefelliſtis conditum meum, *omittentes venire poſt me?* 84. Reſponderunt: Non negleximus conditum tuum authoritate noſtra; verùm nos juſſi ſumus conferre pondera ex ornatu populi (*ideſt magnam copiam ornamentorum aureorum*) conjecimuſque ea *in ignem*; nam ita conjecit Samarita. 85. Et eduxit eis vitulum *habentem* corpus: ipſi erat mugitus. 86. Dixerunt autem *Samarita, & ſocii ejus*: Hic eſt Deus veſter, & Deus Moyſi: Sed oblitus eſt *Moyſes hujus Dei ſui, & perrexit, ut quæreret alium*. 87. An ergo non videbant, quòd non redderet eis *vitulus ille* reſponſum: neque conferret illis nocumentum, neque juvamen? 88. Et jam quidem dixerat illis Aaron antea: O populе meus, profectò tentati fuiſtis per hunc *vitulum*, & certè Dominus veſter eſt Miſerator: ſequimini ergo me, & obedite imperio meo. 89. Reſponderunt: Nequaquam ceſſabimus ſuper eum (*ideſt ſuper ejus cultum*) eſſe conſtantes, donec revertatur ad nos Moyſes. 90. Dixit *Moyſes, cùm jam rediiſſet*: O Aaron, quid detinuit te, cùm vidiſti eos *a* errare, ne ſequereris me? An ergo inobediens fuiſti imperio meo? 91. Reſpondit: O fili matris meæ, ne arripias *me per* barbam meam, neque per caput meum. 92. Certè ego timui, ne diceres *mihi, ſi ſequutus fuiſſem te*: poſuiſti ſciſſuram inter filios Iſrael, & non cuſtodiſti dictum meum. 93. Dixit *Moyſes Samaritæ*: Quodnam fuit negocium tuum (*ideſt quid feciſti*) ò Samarita? 94. Reſpondit: Sciebam id, quod neſciebant *illi*. Accepi igitur pugillum ex *pulvere* veſtigii *ungulæ equi* Legati (*ideſt Gabrielis*) & conjeci illud *in formam fuſoriam vituli*: ita enim perſuaſit mihi anima mea. 95. Dixit *illi Moyſes*: Abi porrò: quippe tibi *erit pœna hæc* in vita, ut dicas *occurrentibus tibi*: Ne tactus (*ideſt ne tangas me*) & quidem tibi *eſt à me hæc* comminatio *pœnæ*: nullo modo effugies eam. Inſpice autem in Deum tuum, ſuper quem perſeveraſti conſtans *colens eum*. Certè comburemus eum: deindè ſanè diſpergemus eum comminutum in mare projiciendo. 96. Profectò Deus veſter eſt Deus, qui non eſt Deus, niſi ipſe: amplectitur omnem rem ſcientia. 97. Ita enarramus tibi ex hiſtoriis illius, quod jam præceſſit, & jam dedimus tibi à conſpectu noſtro commonitionem (*ideſt Alcoranum*). 98. Qui procul receſſerit ab ea, certè ipſe portabit die reſurrectionis pondus *impietatis ſuæ*. 99. Perennaturi *ſunt* in eo (*ideſt pondere*) & malum erit ipſis die reſurrectionis portare *hoc pondus*. 100. Dic *quadam* inſufflabitur in tubam, & congregabimus ſceleratos: die illa erit hebetudo oculorum. 101. Dicent ſubmiſſa voce inter ſe *b*: Non morati fuiſtis *in mundo*, niſi decem dies. 102. Nos *erimus* ſcientiſſimi de eo, quod dicent: cùm dicent præſtantiſſimi eorum dignitate: *Non* morati eſtis, niſi diem *unum*. 103. Et interrogabunt te de montibus (*quid ſcilicet futurum ſit de illis in die Judicii.*) Reſponde: Sparget eos Dominus meus ſpargendo *in pulverem redactos*: 104. Et relinquet eos planitiem æqualiter extenſam. 105. Non videbis in illis declivitatem, neque prominentiam. 106. Die illa ſequentur *homines Angelum Aſraphel* vocantem *eos ad Judicium*: non erit declinatio ab eo (*ideſt non poterunt non ſequi eum*) & humiles erunt voces coram Miſeratore: neque audies, niſi ſonitum pedum. 107 Die illa non proderit interceſſio, niſi ei, cui annuerit Miſerator, & placuerit ei in dicto (*ideſt in profeſſione, ſeu formula illa: Non eſt Deus, niſi Deus.*) 108. Sciet *Deus* id, quod *fuit* ante eos, & id, quod *erit* poſt eos (*ideſt res præteriti, & futuri ſæculi*), & *ipſi* non comprehendent hoc ſcientia *ſua*. 109. Et humiliabuntur facies coram Uivente, ſubſiſtente; & jam peribit, qui portaverit iniquitatem. 110. Qui autem fecerit *aliqua* ex rectis *operibus*, & ipſe fuerit credens, non timebit injuſtitiam, neque iniquitatem *à Deo*. 111. Et ita demiſimus eum (*ideſt Alcoranum*) lectione Arabica, & varietatem poſuimus in eo ex comminatione, ut ipſi timerent *Deum*: vel produceret illis *Alcoranus* commonitionem. 112. Exaltetur igitur Deus, Rex, Ueritas, & ne feſtines in Alcorano *legendo*, antequàm abſolvatur tibi revelatio ejus, & dic: Domine mi, auge mihi ſcientiam. 113. Et jam quidem pactum ſta-

a quòd errarent.

b ſi.

tuimus

tuimus cum Adam antea, *ne comederet pomum vetitum*: Sed oblitus est, & *comedit*, & non invenimus in eo firmum propositum. 114. Et *memento*, cùm diximus Angelis: Adorate Adam, & adoraverunt. Sed Eblisus renuit hoc facere. 115. Et diximus: O Adam, certè hic est inimicus tibi, & uxori tuæ: itaque *cavete*, ne ejiciat vos è paradiso; nam eris infelix. 116. Porrò *conceditur* tibi, ne esurias in eo, neque sis nudus. 117. Et quidem *dabitur* tibi, ne sitias in eo, neque æstues *calore solis*. 118. Sed insusurravit illi Satanas. Dixit: O Adam; *an vis, ut* ostendam tibi arborem æternitatis, & regnum, quod non deficit? 119. Comederunt igitur ex ea, & apparuerunt illis pudenda eorum, & cœperunt consuere supra se ex foliis Paradisi, & inobediens fuit Adam Domino suo, & prævaricatus est. 120. Deindè recepit eum Dominus suus, & conversus est super eum, & direxit *eum*. 121. Dixit *Deus*: Descendite ex eo (*idest paradiso*) omnes: alter vestrum erit alteri hostis. Porrò veniet ad vos à me directio. 122. Qui autem sequutus fuerit directionem meam, non errabit, & non erit infelix. 123. Qui autem elongaverit se à commonitione mea: certè erit illi vita infelix, & congregavimus eum die rusurrectionis cæcum. 124. Dicet: Domine mi, quare congregasti me cæcum, & antea eram videns? 125. Respondebit *illi Deus*: Ita *eveniet tibi, quia* venerunt ad te signa nostra, & oblitus es ea, & juxta hoc hodie oblivioni traderis. 126. Et ita remunerabimus eum, qui excesserit, *plures deos colendo*, & non crediderit in signa Domini sui, & quidem pœna alterius vitæ erit vehementior, & permanentior *pœna hujus vitæ*. 127. An ergo non innotuit illis (*idest Meccanis*) quot perdiderimus ante eos de generationibus, ambulant in habitationibus earum? Certè in hoc sunt sanè signa præditis intelligentia. 128. Et nisi verbum (*idest decretum*) præcessisset à Domino tuo *de dilatione supplicii eorum*: certè fuisset *perditio eorum* necessariò consequuta: Sed terminus est nominatus (*idest præfinitus à Deo perditioni eorum*). 129. Patienter igitur sustine super id, quod dicunt, & celebra laudem Domini tui ante ortum solis, & ante occasum ejus, & *in aliquibus* ex horis noctis lauda *eum*, & in extremitatibus diei, ut tu complaceas tibi *propter præmium, quod ob id recipies à Deo*. 130. Et ne extendas oculos tuos ad id, quod fruendum dedimus quibusdam ex illis, florem vitæ mundanæ, ut probaremus eos in illo: Sed proventus Domini tui *in Paradiso* erit melior, & permanentior. 131. Et præcipe familiæ tuæ orationem, & constanter persevera in ea. Non requiremus à te proventum (*idest, ut labores in comparandis tibi, & tuis, quæ necessaria sunt ad vitam*) nos providebimus tibi alimenta, & retributio erit pietati. 132. Et dixerunt *infideles*: Nisi venerit ad nos cum miraculo à Domino suo, *non credemus Mahumeto*. 133. Nonne venit ad eos declaratio illius, quod scriptum fuit in voluminibus prioribus (*idest in historiis gentium præteritarum*)? 134. Quod si porrò nos perdidissemus eos supplicio ante eum (*idest ante adventum Mahumeti*) certè dixissent *in die Judicii*: Domine noster, *quomodo credere potuimus*, si non misisti ad nos legatum, ut sequeremur signa tua, antequàm humiliaremur, & confunderemur? 135. Dic: Unusquisque *ex nobis, & ex vobis est* expectans *finem suum*. Expectate ergo: mox scietis, quinam fuerint sectatores viæ æquæ, & quis directus fuerit.

NOTÆ.

I. H.] Dederunt Suræ nomen hi duo characteres, qui versiculum primum juxta aliquos constituunt. Quid verò significent, Gelal more suo relinquit Deo divinandum. Jahias, authore Alhasan, exponit: يا رجل *O vir*. Sed ne vestigium, quidem apparet hujusmodi expositionis. Zamchascerius, eodem Authore, putat ط idem esse, ac ظ imperativum à وطى *comprimere*, seu calcare: idest *calca*, seu comprime: quia, inquit, كان النبى ص يقوم فى تهجده على احدى رجليه فأمر بان يطا الارض بقدميه معا *Stabat Propheta Mahumetus in vigilia sua nocturna super unum pedum suorum: & præceptum fuit illi, ut calcaret, seu premeret terram ambobus pedibus simul*. Verùm ipse quoque fatetur: والله اعلم بصحة ما يقال *Deus est Scientissimus veritatis de eo, quod circa hoc dicitur*. Alii volunt ط significare طوبى, idest *Beatitudinem*. ظ verò هوة i. *Infernum*. Legens hanc Suram obtinebit ثواب المهاجرين والانصار *præmium Transmigrantium, & Auxi-*

Auxiliatorum: eorum, ſcilicet, qui cum Mahumeto Mecca emigraverunt; & duodecim primorum ſociorum illius. Circa locum Suræ omnes conveniunt. In numero verſuum univerſi penè diſſident. Refert Zamchaſcerius Mahumetum dixiſſe لا يقرء اهل الجنة من القران الا طٰهٰ ويٰسٓ: *Non legent, qui ſunt in Paradiſo, ex Alcorano, niſi Suram TH. & JAS.*

VI. *Et quod eſt ſub terra.*] Gelal: والمراد الارضون السبع لانها تحته: *Significantur per hoc ſeptem terræ, quæ ſunt ſub Terra.*

VII. *Quòd ſi propalaveris.*] Putat Gelal, admoneri hìc Mahumetum, ne nimiùm ſolicitus ſit de extollenda voce in lectione, aut precibus: nam Deus novit occulta quælibet, nec indiget noſtris verbis ad aliquid ſciendum.

VIII. *Illi ſunt nomina pulcherrima.*] De his nominibus, quæ Arabes novem, ac nonaginta recenſent, jam ſuprà diximus.

XII. *In valle ſancta Tuva*]. Arabicè طُوًى: cenſetur eſſe nomen hujus vallis, ſeu torrentis: nam vox الوادى utramque rem ſignificat.

XVIII. *Facta eſt ſerpens*]. Gel. تعبان عظيم تتمشى على بطنها سريعًا كسرعة التعبان الصغيرة

Serpens magnus, qui diſcurrebat ſupra ventrem ſuum ita velociter, ac ſi eſſet ſerpens exiguus.

XX. *Egredietur alba ſine leſione.*] Gelal. اى برصى تضئ كشعاع الشمس تغشى البصر: *ideſt leproſa, reſplendens, ſicut fulgor Solis, qui offuſcat oculos.*

XXII. *Exceſſit terminos*]. Vox Arabica طغى ſignificat *excedere in malo*, præſertim in impietate. Exceſſerat autem Pharao, juxta Gelal; الى ادعاء الالهية *uſque ad attribuendam ſibi divinitatem.*

XXIV. *Et diſſolve nodum ex lingua mea.*] Gelal: حديث من احتراقه بجمرة وضعها وهو صغير بفيه: *Alludit ad id, quod refertur, quòd, cùm adhuc eſſet infans, poſuit prunam in ore ſuo, quæ combuſſit linguam ejus.*

XXXIII. *Qui ſuſcipiat educandum illum.*] Gelal: قد احضروا مراضع وانت لا تقبل ثدى واحدة منها: *Jam adduxerunt nutrices, quarum nullius ubera tu ſugere voluiſti.*

LVII. *Ecce autem funes eorum.*] Arguitur ex hoc, magos non ſolùm virgas, ſed etiam funes projeciſſe: quod, quàm verum ſit, tu vide.

LXXIII. *Quid verò accelerare fecit te, &c.*] Sententia hujus, & ſequentis verſus eſt. Deus præceperat Moyſi, ut una cum ſeptuaginta ſenioribus veniret ad ſe in Sina, relicto cætero populo ad radices montis. At Moyſes præceſſit ſeptuaginta illos, & venit prior ad Deum: quamobrem petit ab eo Deus rationem, cur celeriùs veniſſet, quàm populus ejus. Ubi pro populo intelliguntur non omnes Iſraelitæ, ſed illi ſoli ſeptuaginta: vel duces illi totius populi, quos præceperat Deus Moyſi, ut ſecum adduceret in montem. Ita communiter expoſitores.

LXXVI. *Fefelliſtis conditum meum.*] Videtur Moyſes hìc loqui partim cum ſeptuaginta ſenioribus, partim cum univerſo populo: quaſi ſeniores illi Moyſen fefelliſſent remanendo cum populo, & non ſequendo ipſum, qui præceſſerat eos in Sina. Quod verò ſubdit. *An ergo longum fuit ſuper vos pactum?* Videtur Jahiæ accipiendum العهد *pactum*, pro الوعد *promiſſione*: ut ſententia ſit: An tæduit vos tandiù expectare illud, quod promiſerat vobis Deus (nempè Pentateuchum), & ideò feciſtis vitulum?

LXXVII. *Conjecimuſque ea in ignem, &c.*] De hac fabula, in qua Samarita pulvere veſtigiorum equi Gabrielis vitulum aureum animavit, itaut evaderet corpus conſtans carne, & ſanguine, & mugiret: vide ſuprà: nam non eſt otium toties has nugas referre.

LXXXVIII. *Et quidem tibi eſt à me hæc commination pœnæ.*] De hac pœna ita ſcribit Gelal: فكان يهيم فى البرّية واذا مسّ احدًا اومسّه احدٌ حُما جميعاً

Erravit igitur furibundus per deſertum. Si verò ipſe aliquem tangeret, vel aliquis tangeretur ab eo, uterque ardore vehementi ſuccendebatur.

XCIII. *Hebetudo oculorum.*] Vox Arabica زرق variè exponitur. Gelal interpretatur زرقًا عميونهم مع سواد وجوههم *hebetudinem, ſeu cæcitatem oculorum cum nigredine facierum.* Jahias abſolutè سودة وجوههم *nigredinem facierum.* Videtur propriè idem eſſe, ac *obverſio oculorum*, cùm ſcilicet ita quis oculos movet, ut album eorum oſtendat. Italicè diceremus *ſtravoltatura*, ò *ſtralunatura d'occhi*. Circa ſonitum illum tubæ, qui juxta Gelal erit ſonus ſecundæ vicis per miniſterium Aſraphel, obſervat Jahias. فاذا نفخ فيه صاحب الصور خرجت الارواح مثل النحل كل روح الى جثته: *Cùm inſufflaverit in illam Angelus, exibunt ab ea animæ, ſicut apes: & unaquæque anima perget ad corpus ſuum.*

CIV. *Et ne feſtines in Alcorano.*] Gabriel enim, ut obſervat Gelal, legebat Alcoranum Mahumeto. Hic verò ita velociter lectionem ejus repetebat, ut ſæpè præveniret Gabrielem, nec ſineret eum abſolvere verſiculos ob timorem, ne aliquid ſibi memoria excideret. Quamobrem admonetur hìc, ne feſtinet repetere verba Alcorani قبل ان يقرغ جبرايل من ابلاغه *antequam abſolvat Gabriel id, quod legit.*

CVII. *Neque ſis nudus.*] In quodam codice Vaticano invenio ſcriptum الا تجوع فيها تعرى; *ut non eſurias in eo, nudus ſis.* Sed repugnant omnia exemplaria, ولا تعرى: *neque ſis nudus.* Explicat Jahias. كانا كسيا الظفر: *Erant veſtiti crinibus, ſeu comis.*

CX. *Et apparuerunt illis pudenda eorum.*] Gelal: اى لكل منهما قبله وقبل الاخر ودبره وسمّى كل منهما سوءة لان انكشافه يسوء صاحبه: *Ideſt, apparuit unicuique eorum pudendum ſuum, & pudendum alterius, & poſteriora obſcæna. Nominavitque uterque pudenda, & obſcæna malum; quia detectio eorum mala eſt ſocio ipſius*, ſeu offendit eum.

CXVIII. *Et in extremitatibus diei.*] Gelal: اى صُلّى الظهر لان وقتها يدخل بزوال الشمس فهو طرف النصف

النصف الاول وطـرف النصف الثانى *Ideſt: Ora in meridie; quia tempus ejus ingreditur cum receſſu ſolis: itaut contineat extremitatem medietatis primæ, & extremitatem medietatis ſecundæ.*

CXIX. *Et ne extendas oculos tuos*]. Superiùs fit Mahumeto eadem commonitio, ubi notavimus ازواجًا propriè ſignificare *Conjuges*: itaut admoneatur homo effrænatæ libidinis, ut contineat oculos ſuos à conjugibus alienis aſpiciendis. Sed Interpretes Mahumetani communiter exponunt اصنافًا *ſpecies*: ut ſenſus ſit, *variis perſonis ex illis*: ſeu quibuſdam ex illis.

Nonne venit ad eos declaratio?] Sententia verborum eſt: præteritas gentes punitas fuiſſe à Deo eo, quòd non crederent Prophetis, & legatis ſuis. Caverent itaque Meccani infideles iram Dei, ſi Mahumeto non crederent, etiamſi miracula nulla operaretur.

REFUTATIONES.

I. PAtet ex ſacris litteris, magnum eſſe figmentum, quòd Moyſes videns rubum ſuccenſum, cucurrerit ad eum, ut torrem inde acciperet, cujus lumine viam, à qua aberraverat, inveniret. Pergere enim inſtituit ad rubum, non ut torrem inde acciperet, ſed ut rem tam miram propiùs intueretur: cur ſcilicet rubus arderet, & non combureretur. Neque verò tunc erat cum uxore, aut familia ſua in itinere, ut in Ægyptum proficiſceretur, ut perperam ſupponit Alcoranus, & explicat Gelal cum cæteris Expoſitoribus dicens ذلك فى مسيرة من مدين طالبًا مصر. *Hoc evenit in profectione ex Madian, quandò petebat Ægyptum*: Sed, cùm eſſet ſolus in deſerto, & paſceret oves Jethro ſoceri ſui; & de profectione in Ægyptum ne quidem cogitaret. Illa etiam, de quibus refert Alcoranus, Deum cum Moyſe colloquutum fuiſſe, nempè de precibus perſolvendis, de hora ſupremi Judicii, & aliis hujuſmodi, conficta eſſe ex ſacro Exodi Textu manifeſtè colligitur. Falſum item eſt, quòd Moyſes petierit à Deo Aaron fratrem ſuum conſiliarium, ſeu adjutorem. Manifeſtè enim habetur ex eodem libro Exodi, Deum ultrò, & nihil tale petenti Moyſi, fratrem ipſius Aaron ſocium in legatione ad Pharaonem addidiſſe.

II. Non minus fabuloſum cenſendum eſt id, quod de Magorum Ægyptiorum converſione, & extremo eorumdem pro vera religione ſupplicio enarrat Alcoranus. Si enim hoc verè eveniſſet, nunquam illud Moyſes in hiſtoria ſua omninò reticuiſſet. Vide ſuperiùs dicta, & Prodr. p. 4. cap. ult. pag. 70.

III. Supponit Alcoranus ſeptuaginta ſeniores, & Aaron non aſcendiſſe cum Moyſe in montem Sina. Hoc verò falſum eſt, ut conſtat ex capite 24. Exodi. Non tamen aſcenderunt ad locum ipſum, in quo Moyſes cum Deo loquebatur: imò ne eò aſcenderent, Deus illis interdixerat. Neque eo tempore, quo populus vitulum adoravit, juſſus fuerat Aaron, vel ſeptuaginta ſeniores eſſe cum Moyſe in monte Syna. Imò, cùm Moyſes una cum Joſue aſcendit in montem, dixit ſenioribus. *Expectate hìc, donec revertamur ad vos. Habetis Aaron, & Hur vobiſcum: ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos.* Ita habetur cap. 24. Exodi. Ex quo patet, quàm infideliter referat Alcoranus ſacras hiſtorias, & quàm multis fabulis illas admiſceat, cujuſmodi eſt illa de animatione vituli facta à Samarita per pulverem veſtigiorum equi Gabrielis; & de pœna Samaritæ ipſi illata.

IV. Quòd Adæ, & Hevæ competeret in Paradiſo, ut non eſurirent, neque ſitirent, neque nudi eſſent, neque ſolis æſtum experirentur, abſolutè falſum eſt. Niſi enim eſuriſſent, cibos non appetiſſent; atque ita fruſtra, & ociosè dediſſet illis Deus in eſcam herbas, & poma, & præcepiſſet, ut de omni ligno Paradiſi comederent, ut habetur cap. 2. Genes. Quod de cibo dicitur, de potu etiam dici debet. Quod ſpectat ad nuditatem, apertè teſtatur ſcriptura: *Erat autem uterque nudus, Adam ſcilicet, & uxor ejus, & non erubeſcebant.* Ridiculum verò eſt Jahiæ ſubterfugium, quòd ſcilicet non quidem veſtibus, ſed crinibus, ſeu comis propriis uterque cooperiretur. Duos ſcilicet urſos Deus creaverat, non duos homines. Et præterea ſi crinibus, ſeu capillis ita tegebantur, ut pro veſtibus illis inſervirent, non poterant poſt pomi vetiti comeſtionem, videre ſe eſſe nudos. Probabile etiam eſt illos ſolis æſtum experturos, eodem ferè modo, quo nunc experimur, niſi Deus peculiari miraculo eum impediret. Sed vide, quæ circa hæc dixi in Prodr. p. 4. cap. ult. p. 70.

V. Abſque ullo autem fundamento aſſeritur, infideles in reſurrectione cæcos eſſe futuros, niſi fortè de cæcitate metaphorica intelligatur.

سورة الانبيآء مكّية ماية واثنتا عشرة آية

SURA XXI.
PROPHETÆ
MECCANA:
COMMATUM CENTUM, AC DUODECIM.

بسم الله الرّحمن الرّحيم ✻

1 اقترب للنّاس حسابهم وهم في غفلة معرضون ۞ 2 ما ياتيهم من ذكر من ربّهم محدث الّا
استمعوه وهم يلعبون ۞ 3 لاهية قلوبهم واسروا النّجوى الّذين ظلموا هل هذا الّا بشر مثلكم
افتاتون السّحر وانتم تبصرون ۞ 4 قل ربّي يعلم القول في السّمآء والارض وهو السّميع
العليم ۞ 5 بل قالوا اضغاث احلام بل افتريه بل هو شاعر فلياتنا باية كما ارسل
الاولون ۞ 6 ما امنت قبلهم من قرية اهلكناها افهم يومنون ۞ 7 وما ارسلنا قبلك الّا رجالا
نوحي اليهم فسلوا اهل الذّكر ان كنتم لا تعلمون ۞ 8 وما جعلناهم جسدا لا ياكلون
الطّعام وما كانوا خالدين ۞ 9 ثمّ صدقناهم الوعد فانجيناهم ومن نشآء واهلكنا المسرفين ۞
10 لقد انزلنا اليكم كتابا فيه ذكركم افلا تعقلون ۞ 11 وكم قصمنا من قرية كانت
ظالمة وانشانا بعدها قوما اخرين ۞ 12 فلمّا احسوا باسنا اذا هم منها يركضون ۞ 13 لا
تركضوا وارجعوا الى ما اترفتم فيه ومسكنكم لعلّكم تسلون ۞ 14 قالوا يا ويلنا انّا كنّا
ظالمين ۞ 15 فما زالت تلك دعويهم حتّى جعلناهم حصيدا خامدين ۞ 16 وما خلقنا السّمآء
والارض وما بينهما لاعبين ۞ 17 لو اردنا ان نتّخذ لهوا لاتّخذناه من لدنّا ان كنّا فاعلين ۞
18 بل نقذف بالحق على الباطل فيدمغه فاذا هو زاهق ولكم الويل ممّا تصفون ۞
19 وله من في السّموات والارض ومن عنده لا يستكبرون عن عبادته ولا يستحسرون ۞
20 يسبّحون اللّيل والنّهار لا يفترون ۞ 21 ام اتّخذوا الهة من الارض هم ينشرون ۞
22 لو كان فيهما الهة الّا الله لفسدتا فسبحان الله ربّ العرش عمّا يصفون ۞ 23 لا يسال عمّا

۞ Refutat. in Alcor.

يفعل

يفعل وهم يسئلون ۝ 24 أم اتخذوا من دونه آلهة قل هاتوا برهانكم هذا ذكر من معي
وذكر من قبلي بل أكثرهم لا يعلمون الحق فهم معرضون ۝ 25 وما أرسلنا من قبلك من
رسول إلا يوحي إليه أنه لا إله إلا أنا فاعبدون ۝ 26 وقالوا اتخذ الرحمن ولدا سبحانه بل
عباد مكرمون ۝ 27 لا يسبقونه بالقول وهم بأمره يعملون ۝ 28 يعلم ما بين أيديهم وما
خلفهم ولا يشفعون ۝ 29 إلا لمن ارتضى وهم من خشيته مشفقون ۝ 30 ومن يقل منهم إني
إله من دونه فذلك نجزيه جهنم كذلك نجزي الظالمين ۝ 31 أولم ير الذين كفروا أن
السموات والأرض كانتا رتقا ففتقناهما وجعلنا من الماء كل شيء حي أفلا يؤمنون ۝
32 وجعلنا في الأرض رواسي أن تميد بهم وجعلنا فيها فجاجا سبلا لعلهم يهتدون ۝
33 وجعلنا السماء سقفا محفوظا وهم عن آياتها معرضون ۝ 34 وهو الذي خلق الليل والنهار
والشمس والقمر كل في فلك يسبحون ۝ 35 وما جعلنا لبشر من قبلك الخلد أفاين مت فهم
الخالدون ۝ 36 كل نفس ذائقة الموت ونبلوكم بالشر والخير فتنة وإلينا ترجعون ۝
وإذا رآك الذين كفروا إن يتخذونك إلا هزوا أهذا الذي يذكر آلهتكم وهم بذكر الرحمن
هم كافرون ۝ 38 خلق الإنسان من عجل سأريكم آياتي فلا تستعجلون ۝ 39 ويقولون
متى هذا الوعد إن كنتم صادقين ۝ 40 لو يعلم الذين كفروا حين لا يكفون عن
وجوههم النار ولا عن ظهورهم ولا هم ينصرون ۝ 41 بل تأتيهم بغتة فتبهتهم فلا يستطيعون
ردها ولا هم ينظرون ۝ 42 ولقد استهزئ برسل من قبلك فحاق بالذين سخروا منهم ما كانوا
به يستهزئون ۝ 43 قل من يكلؤكم بالليل والنهار من الرحمن بل هم عن ذكر
ربهم معرضون ۝ 44 أم لهم آلهة تمنعهم من دوننا لا يستطيعون نصر أنفسهم ولا هم منا
يصحبون ۝ 45 بل متعنا هؤلاء وآباءهم حتى طال عليهم العمر أفلا يرون أنا نأتي الأرض
ننقصها من أطرافها أفهم الغالبون ۝ 46 قل إنما أنذركم بالوحي ولا يسمع الصم الدعاء إذا
ما ينذرون ۝ 47 ولئن مستهم نفحة من عذاب ربك ليقولن يا ويلنا إنا كنا ظالمين ۝
48 ونضع الموازين القسط ليوم القيمة فلا تظلم نفس شيئا وإن كان مثقال حبة من خردل أتينا
بها وكفى بنا حاسبين ۝ 49 ولقد آتينا موسى وهرون الفرقان وضياء وذكرا للمتقين ۝
50 الذين يخشون ربهم بالغيب وهم من الساعة مشفقون ۝ 51 وهذا ذكر مبارك أنزلناه أفأنتم
له منكرون ۝ 52 ولقد آتينا إبرهيم رشده من قبل وكنا به عالمين ۝ 53 إذ قال
لأبيه وقومه ما هذه التماثيل التي أنتم لها عاكفون ۝ 54 قالوا وجدنا آباءنا لها عابدين ۝
55 قال لقد كنتم أنتم وآباؤكم في ضلال مبين ۝ 56 قالوا أجئتنا بالحق أم أنت من اللاعبين ۝
57 قال بل ربكم رب السموات والأرض الذي فطرهن وأنا على ذلكم من الشاهدين ۝
58 وتالله

58 وتاللّه لأكيدن أصنامكم بعد أن تولوا مدبرين ۞ 59 فجعلهم جذاذا إلا كبيرا لهم
لعلهم إليه يرجعون ۞ 60 قالوا من فعل هذا بآلهتنا إنه لمن الظالمين ۞ 61 قالوا سمعنا
فتى يذكرهم يقال له إبراهيم ۞ 62 قالوا فاتوا به على أعين الناس لعلهم يشهدون ۞
63 قالوا أأنت فعلت هذا بآلهتنا يا إبرهيم ۞ 64 قال بل فعله كبيرهم هذا فسلوهم إن
كانوا ينطقون ۞ 65 فرجعوا إلى أنفسهم فقالوا إنكم أنتم الظالمون ۞ 66 ثم نكسوا على
رؤسهم لقد علمت ما هؤلاء ينطقون ۞ 67 قال أفتعبدون من دون الله ما لا ينفعكم شيأ ولا
يضركم اف لكم ولما تعبدون من دون الله افلا تعقلون ۞ 68 قالوا حرقوه وانصروا آلهتكم
إن كنتم فاعلين ۞ 69 قلنا يا نار كوني بردا وسلاما على إبرهيم ۞ 70 وأرادوا به
كيدا فجعلناهم الاخسرين ۞ 71 ونجيناه ولوطا إلى الارض التي باركنا فيها للعالمين ۞
72 ووهبنا له إسحق ويعقوب نافلة وكلا جعلنا صالحين ۞ 73 وجعلناهم أيمة يهدون
بامرنا وأوحينا إليهم فعل الخيرات وإقام الصلوة وإيتاء الزكوة وكانوا لنا عابدين ۞ 74 ولوطا
اتيناه حكما وعلما ونجيناه من القرية التي كانت تعمل الخبايث إنهم كانوا قوم سوء فاسقين ۞
75 وأدخلناه في رحمتنا إنه من الصالحين ۞ 76 ونوحا إذ نادى من قبل فاستجبنا له
فنجيناه وأهله من الكرب العظيم ۞ 77 ونصرناه من القوم الذين كذبوا بايتنا إنهم كانوا
قوم سوء فاغرقناهم أجمعين ۞ 78 وداود وسليمن إذ يحكمان في الحرث إذ نفشت فيه غنم القوم
وكنا لحكمهم شاهدين ۞ 79 ففهمناها سليمن وكلا اتينا حكما وعلما وسخرنا مع داود
الجبال يسبحن والطير وكنا فاعلين ۞ 80 وعلمناه صنعة لبوس لكم لتحصنكم من باسكم
فهل أنتم شاكرون ۞ 81 ولسليمن الريح عاصفة تجري بامره إلى الارض التي باركنا فيها
وكنا بكل شيء عالمين ۞ 82 ومن الشياطين من يغوصون له ويعملون عملا دون ذلك وكنا
لهم حافظين ۞ 83 وأيوب إذ نادى ربه أني مسني الضر وأنت أرحم الراحمين ۞ 84 فاستجبنا
له فكشفنا ما به من ضر واتيناه أهله ومثلهم معهم رحمة من عندنا وذكرى للعابدين ۞
85 واسمعيل وإدريس وذا الكفل كل من الصابرين ۞ 86 وأدخلناهم في رحمتنا إنهم من
الصالحين ۞ 87 وذا النون إذ ذهب مغاضبا فظن أن لن نقدر عليه فنادى في الظلمات أن
لا إله إلا أنت سبحانك إني كنت من الظالمين ۞ 88 فاستجبنا له ونجيناه من الغم
وكذلك ننجي المومنين ۞ 89 وزكريا إذ نادى ربه رب لا تذرني فردا وأنت خير
الوارثين ۞ 90 فاستجبنا له ووهبنا له يحيى وأصلحنا له زوجه إنهم كانوا يسارعون في
الخيرات ويدعوننا رغبا ورهبا وكانوا لنا خاشعين ۞ 91 والتي أحصنت فرجها فنفخنا فيها من روحنا
وجعلنها وابنها ايه للعالمين ۞ 92 إن هذه أمتكم امة واحدة وأنا ربكم فاعبدون ۞

93 وتقطعوا أمرهم بينهم كل إلينا راجعون ۞ 94 فمن يعمل من الصالحات وهو مؤمن فلا
كفران لسعيه وإنا له كاتبون ۞ 95 وحرام على قرية أهلكناها أنهم لا يرجعون ۞
96 حتى إذا فتحت ياجوج وماجوج وهم من كل حدب ينسلون ۞ 97 واقترب الوعد الحق فإذا
هي شاخصة أبصار الذين كفروا يا ويلنا قد كنا في غفلة من هذا بل كنا ظالمين ۞
98 إنكم وما تعبدون من دون الله حصب جهنم أنتم لها واردون ۞ 99 لو كان هؤلاء آلهة
ما وردوها وكل فيها خالدون ۞ 100 لهم فيها زفير وهم فيها لا يسمعون ۞ 101 إن
الذين سبقت لهم منا الحسنى أولايك عنها مبعدون ۞ 102 لا يسمعون حسيسها وهم في ما اشتهت
أنفسهم خالدون ۞ 103 لا يحزنهم الفزع الأكبر وتتلقاهم الملايكة هذا يومكم الذي
كنتم توعدون ۞ 104 يوم نطوي السماء كطي السجل للكتاب كما بدأنا أول خلق
نعيده وعدا علينا إنا كنا فاعلين ۞ 105 ولقد كتبنا في الزبور من بعد الذكر أن
الأرض يرثها عبادي الصالحون ۞ 106 إن في هذا لبلاغا لقوم عابدين ۞ 107 وما أرسلناك إلا
رحمة للعلمين ۞ 108 قل إنما يوحى إلى أنما إلهكم إله واحد فهل أنتم مسلمون ۞
109 فإن تولوا فقل آذنتكم على سواء وإن أدري أقريب أم بعيد ما توعدون ۞ 110 إنه
يعلم الجهر من القول ويعلم ما تكتمون ۞ 111 وإن أدري لعله فتنة لكم ومتاع إلى
حين ۞ 112 قل رب احكم بالحق وربنا الرحمن المستعان على ما تصفون ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis

الجزء السابع عشر
Pars decima ſeptima.

1. APpropinquavit hominibus *Meccanis* redditio rationis eorum, & ipſi *verſantur* in negligentia, longè recedentes *à cogitando de ea*. 2. Quod venit ad eos de commonitione à Domino ſuo recenter miſſa (*ideſt de Alcorano*) tantummodò audierunt illud, & ipſi jocum captant *de eo*. 3. Oblectationibus diſtracta *ab eo* ſunt corda eorum, & occultaverunt colloquutionem (*ideſt clam inter ſe colloquuti ſunt*) qui iniquè agunt, *dicentes*: An eſt hic (*ideſt Mahumetus*) niſi homo, ſicut vos? An ergò venietis ad *audiendum* præſtigium, & vos apertè videbitis *eſſe præſtigium*? 4. *a* Dic: Dominus meus ſcit dictum (*ideſt id, quod dicitur*) in Cœlo, & terra, & ipſe eſt Auditor, Cognitor. 5. Atqui dixerunt *de Alcorano*: *Hic eſt* congeries confuſa ſomniorum. Quinimmò confinxit eum. Immò ipſe eſt verſificator. Veniat porrò ad nos cum aliquo miraculo, quemadmodùm miſſi ſunt *Prophetæ* priores. 6. Non credidit ante eos ulla ex Urbibus, quas perdidimus, *etiamſi viderent miracula noſtra*: an ergo hi credent, *ſi ea viderint*? 7. Et non miſimus ante te, niſi viros; quos per revelationem alloquebamur. Atqui interrogate familiam commonitionis (*ideſt profeſſores Pentateuchi, & Euangelii*) ſi vos neſcitis. 8. Et non fecimus eos corpus, quod non comederet cibum: neque fuerunt perennes *in hoc mundo*. 9. Tum fideliter ſervavimus eis promiſſionem: quamobrem liberavimus eos, & quos voluimus, & perdidimus prævaricatores. 10. Jam quidem demiſimus ad vos librum *Alcorani*, in eo eſt commemoratio veſtri (*ideſt ſcriptus eſt lingua veſtra*) an ergo non intelligetis? 11. Et quot deſtruximus ex Urbibus, *quæ* erant iniquæ, & oriri fecimus poſt eas gentes alias. 12. Cùm autem ſenſiſſent pœnam noſtram,

a dixit. Vide notas.

ſtram, ecce ipſi ex illis *Urbibus* velociter fugiebant. *Angeli verò illudentes dicebant eis.* 13. Ne properate fugam: ſed revertimini ad id, quo deliciabamini, & ad habitationes veſtras: fortè vos interrogabimini. 14. Reſponderunt: Oh væh nobis: certè nos fuimus iniqui. 15. Et non ceſſavit hæc proclamatio eorum, donec poſuimus eos *veluti* ſegetem demeſſam, extinctos. 16. Et non creavimus Cœlum, & terram, & id, quod eſt inter utrumque, ludentes (*ideſt ocioſè, & per jocum*). 17. Si voluiſſemus captare jocum *ad oblectationem*: certè captaviſſemus illum ex nobis ipſis, ſi fuiſſemus facturi *hoc*. 18. Sed jaculabimur veritate vanitatem, & *veritas* profligabit illam, & ecce ipſa evaneſcens *erit*: Et vobis væh ob id, quod prædicatis *de Deo*. 19. Et ipſius *ſunt*, qui in Cœlis, & terra, &, qui apud ipſum ſunt, non dedignantur ſuperbè ſervitutem ejus, neque delaſſantur *in ea*. 20. Laudant *eum* nocte, ac die: non torpent *in hoc*. 21. An acceperunt deos de terra? *An* ipſi *dii* ſuſcitabunt *mortuos*? 22. Si eſſent in his duobus (*ideſt Cœlo, & terra*) dii præter Deum, certè ambo corrumperentur, *quia ipſi non convenirent inter ſe in iis gubernandis*. Atqui laus Deo Domino Throni (*ideſt procul abeſt*) ab eo, quod prædicant *de illo*. Non exigetur ab eo ratio de eo, quod facit, & ipſi requirentur *de eo, quod facient*. 24. An ſuſceperunt præter eum deos *alios*? Dic: Afferte probationem veſtram *de hac re*. Hæc eſt commonitio eorum, qui ſunt mecum, & commonitio eorum, qui fuerunt ante me. Sed plerique eorum non norunt veritatem, & ipſi ſunt longè recedentes *ab ea*. 25. Neque miſimus ante te ullum legatum, quin revelaremus illi, quod non eſt Deus, niſi ego: Itaque colite me. 26. Et dixerunt: Suſcepit Miſerator prolem *ex Angelis*. Laus ejus. Imò *ipſi ſunt* ſervi *ejus* honorati. 27. Non præveniunt illum in dicto, & ipſi imperium ejus exequuntur. 28. Novit id, quod fuit ante eos, & id, quod *erit* poſt eos (*ideſt id, quod jam fecerunt, & id, quod facient in poſterum*) & non intercedent. 29. Niſi pro quibus ipſi placuerit, & illi præ timore ejus ſunt formidantes. 30. Et, qui dixerit ex illis: Ego quidem ſum Deus præter eum: hunc porrò remunerabimus gehenna. Ita remuneramus iniquos. 31. An verò non noverunt, qui ſunt infideles, quòd Cœli, & terra erant clauſi, ac ſolidi, & diffidimus eos, & fecimus ex aqua omnem rem vivam? An ergo non credent? 32. Et poſuimus in terra montes ſtabiles, ne commoveretur cum eis, & *a* poſuimus in ea *inter eoſdem montes* intermedia ampla in vias, ut ipſi (*nempè homines*) dirigerentur *ad itinera ſua*. 33. Et poſuimus Cœlum tectum, cuſtoditum *ſuper terram*, & ipſi à ſignis ejus (*ideſt ſtellis, ac planetis*) *ſunt* ſe avertentes; *non conſiderantes, Deum ea feciſſe*. 34. Et ipſe eſt, qui creavit noctem, ac diem, & ſolem, ac lunam, *& ſtellas*, omnia in orbem velociter volvuntur. 35. Et non poſuimus ulli homini ante te æternitatem *in hoc mundo*: an ergo, ſi *tu* mortuus fueris, ipſi *erunt* æterni? 36. Omnis anima guſtatura eſt mortem, & probabimus vos malo, & bono ad tentationem, & ad nos reducemini. 37. Et cùm viderint te, qui ſunt infideles, *b* non excipient te, niſi cum joco, *dicentes*: An hic eſt, qui commemorat deos veſtros *cum ſpretu*? Ipſi verò in commemoratione Miſeratoris ſunt infideles. 38. Creatus eſt homo ex feſtinatione (*ideſt nimis preceps, ac feſtinus.*) Mox oſtendam vobis ſigna mea, itaut non poſtuletis accelerari *ea*. 39. Et dicunt: Quandò erit hæc promiſſio (*ideſt quandò adimplebitur hoc, quod promittitis*) ſi eſtis veraces? 40. Si ſcirent ii, qui ſunt infideles, *quomodò ſe habituri ſint*, quandò non repellent (*ideſt non poterunt repellere*) à faciebus ſuis ignem, neque à dorſis ſuis, neque ipſi adjuvabuntur, *profectò crederent*. 41. Atqui veniet ad eos repente *dies judicii*; & reddet eos attonitos: neque poterunt avertere eam: neque ipſi *c* expectabuntur ad *pœnitentiam*. 42. Et jam quidem irriſi fuerunt legati ante te: ſed recidit in eos, qui irriſerunt ex illis, id, quod irridebant. 43. Dic: Quis defendet vos in nocte, & die à Miſeratore? Nihilominùs ipſi à commonitione domini ſui *ſunt* longè recedentes. 44. Num ſunt ipſis Dii, qui defendant eos præter nos? Non poſſunt adjuvare ſeipſos (*nempè dii eorum*) neque ipſi à nobis ſociorum ope defendentur. 45. Verùm fruendum dedimus illis, è Patribus eorum, quantum diuturna

a ſtravimus.

b ſi.

c reſpiciētur.

fuit

fuit ſuper eos ætas. An ergo non vident, quòd non veniemus ad terram *eorum*, & imminuemus eam ab extremitatibus illius? An ergo *erunt* ipſi victores? 46. Dic: Utique prędico vobis revelationem: ſed non audient ſurdi vocationem, quandò prędicabitur illis. 47. At profectò, ſi tetigerit eos ſufflatio (*ideſt aliquid leve*) de pœna Domini tui, profectò dicent: Oh, væh nobis: profectò nos fuimus iniqui. 48. Et ponemus ſtateras juſtas in die reſurrectionis: neque injuſtè tractabitur anima ulla in re; etiamſi *opus bonum, vel malum* fuerit pondus unius grani ſynapis, afferemus illud, *ut juſtè ponderetur in ſtatera*, & ſufficientes ſunt nobiſcum æſtimatores. 49. Et jam quidem dedimus Moyſi, & Aaron Diſtinctorium (*ideſt Pentateuchum diſtinguentem licita ab illicitis*) & lumen, & commonitionem timoratis. 50. Qui metuunt Dominum ſuum in occulto (*ideſt, etiamſi non videantur ab aliis*) & ipſi ab Hora (*ideſt à die Judicii*) *ſunt* formidantes. 51. Et hic *liber eſt* commonitio benedicta: demiſimus illum *è Cœlo*: An ergo vos eum inficiabimini? 52. Et jam quidem dedimus Abrahæ directionem ſuam antea, & fuimus eum cognoſcentes (*ideſt cognovimus, eum eſſe dignum hac re*). 53. Cùm dixit Patri ſuo, & genti ſuæ: Quænam ſunt hæc ſimulacra, quæ vos eſtis ſtudiosè colentes? 54. Reſponderunt: Invenimus Patres noſtros illis ſervientes. 55. Dixit *illis*: Jam quidem fuiſtis vos, & Patres veſtri in errore manifeſto. 56. Reſponderunt: Veniſti ne ad nos cum veritate, an tu es ex ludentibus (*ideſt ſeriò ne loqueris, an per jocum*)? 57. Dixit *illis*: Atqui Dominus veſter eſt Dominus Cœlorum, & terræ, qui creavit ea, & ego ſum ſuper hoc ex teſtificantibus. 58. Et per Deum ſanè ſtruam dolos idolis veſtris, poſtquàm retroceſſeritis terga vertentes. 59. Redegit igitur ea in fruſta, præter maximum eorum, ut ipſi ad illud converterentur. 60. Dixerunt: Quis fecit hoc contra Deos noſtros? Certè hic eſt ex iniquis. 61. Reſponderunt *quidam*: Audivimus puerum obloquentem de illis: hic dicitur Abraham. 62. Dixerunt *cæteri*: Adducite ergo illum ante oculos hominum, ut ipſi teſtificentur *contra illum*. 63. Dixerunt *ei*: Tu ne feciſti hoc contra Deos noſtros, ò Abraham? 64. Reſpondit: Imò verò fecit hoc maximus eorum iſte, ſed interrogate eos, ſi loquantur. 65. Converſi ſunt igitur ad ſeipſos, & dixerunt: Certè vos eſtis iniqui, *qui adoratis Deos, qui non loquuntur*. 66. Deindè incurvati ſunt ſuper capita ſua, & *dixerunt illi*: Jam quidem noſti, quòd iſti non loquuntur. 67. Reſpondit *Abraham*: An ergo colitis præter Deum id, quod non prodeſt vobis quidquam, neque nocet vobis? Vah vobis, et ei, quod colitis præter Deum. An ergo non intelligitis? 68. Dixerunt: Comburite illum, & adjuvate Deos veſtros, ſi *hoc* eritis facientes, *adjuvabitis deos veſtros*. 69. Diximus: O ignis eſto frigus, & ſoſpitas ſuper Abraham. 70. Et voluerunt in eum ſtruere fraudem: Sed reddidimus eos damnificatos. 71. Et liberavimus eum, & Lot, *tranſferentes eos* in terram, in qua benediximus *a* omnibus creaturis. 72. Et donavimus illi Iſaac, & Iacob additamentum (*ideſt ſupra id, quod petierat*) & omnes *eos* fecimus probos. 73. Et conſtituimus eos Antiſtites, *ut* dirigerent *alios* per præceptum noſtrum, & inſpiravimus eis operationem *operum* bonorum, & obſervantiam orationis, & præbitionem eleemoſynæ, & fuerunt nobis ſervientes. 74. Et *ipſi* Lot dedimus juriſprudentiam, & ſcientiam, & liberavimus eum ex urbe, quæ perpetrabat ſcelera nefaria: quippe ipſi erant homines mali, exorbitantes. 75. Et introduximus eum in miſericordiam noſtram: nam ipſe erat ex probis. 76. Et Noe, cùm *b* imprecatus fuit *malum genti ſuæ* antea, & exaudivimus eum, & liberavimus eum, & familiam ejus ab anguſtia magna. 77. Et defendimus eum ab hominibus, qui mendacii inſimulaverunt ſigna noſtra: quippe ipſi erant homines mali: quamobrem demerſimus eos univerſos. 78. Et *commemora* David, & Salomonem, cùm judicium protulerunt circa agrum, cùm depaſti fuiſſent in eo greges populi, & fuimus judicio eorum teſtes. 79. Et dedimus intelligentiam ejus *rei* Salomoni, & omnibus dedimus juriſprudentiam, & ſcientiam, & ſervire coegimus cum David montes, *ut* laudarent *Deum*, & aves *etiam ad hoc coegimus*, & fuimus *hoc* facientes. 80. Et docuimus eum artem faciendi loricas vobis, ut munitos

a Mundis.

b precatus fuit *nos*.

nitos redderent vos à præliis veſtris: an verò vos eſtis grati? 81. Et Salomoni *ſubegimus* ventum vehementem, *qui* currebat per imperium ejus ad terram, in qua poſuimus benedictionem, & fuimus in omni re ſcientes. 82. Et *ſubjecimus illi* ex dæmonibus aliquos, qui urinarentur illi *in mari gemmas*, *ac margaritas*, & operarentur opus *aliud* præter hoc, & *nos* fuimus illos cuſtodientes. 83. Et *memento* Job, quandò vociferatus eſt ad Dominum ſuum, *dicens*: Equidem tetigit me nocumentum: ſed tu es miſericordiſſimus miſerantium. 84. Et exaudivimus eum, & relevavimus, quod erat in eo de nocumento, & reddidimus ei familiam ſuam, &, ſicut eos cum eis *(ideſt duplicatam)* per miſericordiam ex nobis, & ad commonitionem colentium *Deum*. 85. Et Iſmael, & Edris, & Dulkephli: omnes *hi fuerunt* ex patienter ſuſtinentibus. 86. Et introduximus eos in miſericordiam noſtram: quippe ipſi fuerunt ex rectè agentibus. 87. Et Dulnuni *(ideſt Jonæ)* quandò abiit iratus *genti ſuæ*, & exiſtimavit, quòd nullo modo poſſemus ſuper eum *exercere potentiam noſtram*. Exclamavitque in tenebris *(ideſt in ventre piſcis)*: Non eſt Deus, niſi tu. Laus tua. Profectò ego fui ex iniquis. 88. Igitur exaudivimus eum, & liberavimus eum ab animi anguſtia, & ita liberamus fideles. 89. Et Zachariæ, cùm invocavit Dominum ſuum, *dicens*: Domine mi, ne ſinas me eſſe ſolitarium *(ideſt ſine liberis)*: nam tu es optimus *a* hæredum. 90. Exaudivimus ergo eum, & donavimus ei Joannem, & aptam reddidimus ei *ad prolem* uxorem ejus: quippe hi certatim ſatagebant in bonis *operibus*, & invocabant nos cum amore, & timore, & erant nobis humiliter ſubjecti. 91. Et *Mariæ*, quæ munitam ſervavit vulvam ſuam *(ideſt fuit virgo intacta)* & inſufflavimus in eam de ſpiritu noſtro, & poſuimus eam, & filium ejus in miraculum omnibus *b* ſæculis. 92. Certè hæc gens veſtra *(ideſt hæc religio veſtra, ò Moslemi)* eſt gens una, & ego ſum Dominus veſter: ſervite ergo mihi. 93. Sed *Chriſtiani*, *& Judæi* diſciderunt negocium ſuum *(ideſt religionem ſuam)* inter ſe. Omnes ad nos ſunt reverſuri *in die Judicii*. 94. Qui ergo fecerit ex bonis *operibus*, & ipſe *ſuerit* credens: non erit inficiatio *mercedis* ſtudio ejus, & nos certè illi ſcripturi *ſumus eam*. 95. Et anathema *erit* ſuper *omnem* urbem, quam perdiderimus: certè ipſi non revertentur *in mundum*. 96. Donec aperiatur *via ad egreſſum* Jagug, & Magug *prope diem Judicii*: hi verò ab omni ſublimi monte properabunt. 97. Et, *donec* appropinquet promiſſio vera *(ideſt dies reſurrectionis)* & ecce erunt attonitè ſuſpicientes oculi eorum, qui fuerunt infideles, *& dicent*: Oh væh nobis! Jam fuimus in incuria de hac *die*: quinimmò fuimus iniqua agentes. 98. Certè vos, *ò Meccani*, & id, quod colitis præter Deum, *eritis* ligna gehennæ *ad comburendum*: vos in eam eſtis deſcenſuri. 99. Si fuiſſent hi dii, non deſcendiſſent in eam. Omnes autem in ea ſunt perpetuò manſuri. 100. Ipſis *erit* in ea ejulatus, & ipſi in ea non audient *quidquam ob profunditatem ejus*. 101. Porrò illi, quibus præceſſit à nobis Optimum *(ideſt prædeſtinatus fuit Paradiſus)*: hi ab ea *(ideſt gehenna)* elongandi ſunt. 102. Non audient ſonitum vel leviſſimum ipſius, & ipſi in eo, quod deſideraverunt animæ eorum, ſunt perpetuò moraturi. 103. Non contriſtabit eos timor maximus *æternæ perditionis*, & occurrent eis Angeli *in egreſſu è ſepulchris*, *dicentes*: Hæc eſt dies illa, quæ vobis promittebatur. 104. Die *quadam* plicabimus Cœlum, quemadmodùm *ſolet* plicare *Angelus* Segel libros. Eo modo, quo produximus primam creaturam *ex nihilo*: reducemus eam *ex nihilo*. Promiſſio ſuper nos *(ideſt ita nos promittimus)* certè nos *id*, *quod promittimus*, erimus exequentes. 105. Et jam quidem ſcripſimus in *c* ſacris voluminibus poſt commonitionem, quòd terram hæreditabunt ſervi mei probi. 106. Profectò in hoc *Alcorano eſt* ſanè annunciatio hominibus colentibus Deum. 107. Et non miſimus te, niſi ad miſericordiam *d* omnibus creaturis. 108. Dic: Certè revelatum fuit mihi, quòd Deus veſter Deus unus eſt: an ergo vos *eritis* Moslemi? 109. Quod ſi tergiverſati fuerint, dic *illis*: *e* Notificavi vobis æqualiter *bellum (ideſt indixi illud vobis omnibus)*: ſed neſcio, *f* utrum proqinquum ſit, an longinquum id, quod vobis promittitur *(ideſt indicitur)*. Certè ipſe novit manifeſtum ex dicto *(ideſt, quod apertè loquimini)* & ſcit id, quod occultatis. 111. Et *g* ego neſcio, utrum id, *quod notificavi vobis*, *ſit*

a hæreditãtium.

b Mundis.

c Pſalmis.

d Mundis.

e Indixi.

f Si ſcio

g Si ego ſcio.

ad

a Dixit (nempè Mahumetus) duplex lectio. قَالَ & قُلْ

ad probationem vobis, & fruitio *futura sit* usque ad tempus. 112. a Dic: Domine mi, judica *inter me, & adversarios meos* cum veritate. Et Dominus noster est Miserator, implorandus in auxilium contra id, quod prædicatis *mendaciter de eo, & de me.*

NOTÆ

QUod spectat ad epigraphen Suræ, haud dubium est, quin ita inscribatur, quia in ea continetur Farrago multorum Prophetarum, de quibus gesta quædam, magna ex parte fabulosa referuntur: nimirùm Moysis, Aaron, Abrahæ, Lot, Isaac, Jacob, Noe, David, Salomonis, Job, Ismaelis, Enoch, Dulkefli, Jonæ, Zachariæ, Joannis, & Mariæ. De præmio Lectoris hæc habet Zamchascerius: من قرء سورة اقترب للناس حسابهم حاسبه الله حسابًا يسيرًا او صافحه وسلم عليه كل نبى ذكر اسمه فى القران. *Qui legerit Suram, quæ incipit: Appropinquavit hominibus redditio rationis eorum: judicabit eum Deus judicio leni, ac facili: vel per manus accipiet eum, & salutabit eum omnis Propheta in Alcorano commemoratus.* De loco Suræ, & numero versuum non video esse inter Authores discrimen. Quidam tamen centum, & undecim tantùm versus enumerant.

IV. *Dic*]. Est duplex lectio: quidam enim codices habent: قل *Dic*: subaudiendo, *ò Mahumete*. Quidam verò, قال *Dixit*, nempè Mahumetus.

VII. *Atqui interrogate familiam Commonitionis*]. Vox Arabica الذكر *Commonitio* accipitur hoc loco pro Pentateucho, & Euangelio. Quamobrem Gelal: فسألوا اهل الذكر العلماء بالتوراة والانجيل ان كنتم تعلمون ذلك فانهم يعلمونه وانتم الى تصديقهم اقرب من تصديق المؤمنين بمحمد. *Interrogate Familiam Commonitionis, nimirùm doctos in Pentateucho, & Euangelio, si vos nescitis hoc, ipsi enim hoc sciunt: & vos ad confirmationem eorum propiùs accedetis confirmationi illorum, qui credunt in Mahumetum.*

XIII. *Fortè vos interrogabimini*]. Nimirùm, ut exponit Gelal: شيًا من دنياكم على العادة *de aliqua re hujus mundi ad vos spectante, juxta consuetudinem;* Explicat Zamchascerius. لعلكم تسألون غدا عمّا جرى عليكم ونزل باموالكم ومساكنكم فتجيبوا السايل عن علم و مشاهدة. *Fortè interrogabimini eras de eo, quod evenerit vobis, & acciderit facultatibus vestris, & habitationibus vestris. Et respondebitis interroganti ex propria scientia, & testimonio.*

XXIV. *Hæc est commonitio eorum, qui sunt mecum, &c.*] Explicat Gelal: هذا ذكر من معى هو القران وذكر من قبلى هو التوراة والانجيل وغيرهما. *Commonitio hæc est Alcoranus: Commonitio verò eorum, qui fuerunt antea, est Pentateuchus, & Euangelium, & alii sacri libri.* In his scilicet nunquam legimus esse plures deos, sed tantùm Deum unum.

XXXI. *Cæli, & terra erant clausi, & solidi, & dissidimus eos.*] Exponit Gelal: اى جعلنا السماء سبعًا او فتق السما ان كانت لا تمطر فامطر وفتق الارض ان كانت لا تنبت فانبتت. *Idest fecimus, ut Cælum evaderet in septem Cælos. Vel dissidit Cælum, cùm non plueret, & fecit, ut plueret: Et dissidit terram, quæ non germinabat, & fecit, ut germinaret.*

XXXII. *Et posuimus in ea, &c.*] Ne scilicet terra posset commoveri, aut labare, posuit Deus in ea montes stabiles, qui pondere suo eam firmam, & immobilem redderent; quid verò stultius hoc, aut ineptius dici potuit?

XLVIII. *Et sufficientes sunt nobiscum æstimatores.*] Idest sufficientes sumus ad omnia æstimanda, & justè computanda per nos ipsos.

LIX. *Præter maximum eorum.*] Refert Gelal, postquam Abraham in frusta concidit reliqua idoli, appendisse bipennem, qua ea conciderat, collo idoli illius præcipui, quod intactum reliquerat, ac si hic stragis illius author fuisset.

LXVIII. *Dixerunt comburite illum.*] Fabulantur hoc Expositores, Chaldæos ingentem lignorum struem congessisse, iisque ignem subjecisse, itaut omni ex parte succenderetur. Deindè alligasse Abraham, & instrumentis quibusdam, seu machinis in medium ignem conjecisse. Jubente autem Deo, ignem nihil aliud, nisi funes, quibus alligatus erat, combussisse: deindè amisisse calorem suum; & in frigus mutatum, lucem tantummodò retinuisse.

LXXIV. *Cùm judicium protulerunt circa agrum.*] Ita factum, seu fabulam exponit Gelal: رعت حرثًا غنم القوم ليلاً بلا راع بان انفلتت قال داود لصاحب الحرث رقاب الغنم وقال سليمان بنتفع بدرها ونسلها وصوفها الى ان يعود الحرث كما كان باصلاح صاحبها فيردها اليه: *Depaverant agrum noctu oves quorumdam: absente enim pastore, irruperant in illum. Delata autem causa ad David, & Salomonem, dixit David: Domino agri tradentur oves pro damno illato. Salomon autem dixit: Compensetur damnum lacte, fetibus, & velleribus ovium, donec redeat ager, sicut erat antea, expensis pastoris ovium: Deindè oves ei restituantur.* Addit autem Author, David prætulisse sententiæ suæ sententiam Salomonis.

LXXIX. *Et servire coegimus cum David montes.*] Multa fabulantur hìc expositores à Thalmudistis edocti, de David, & Salomone: nempe, quòd fuerint illis subjecti non solùm montes, sed etiam venti, bestiæ, oves, imò & dæmones ipsi, ita ut omnibus pro libito imperarent. Porrò, cùm David esset à Psalmodia defatigatus, præcipiebat montibus, & volucribus, ut ipsum cantu sublevarent. Idem verò David, Deo præceptore, didicit, ac docuit artificium loricæ: ante enim pro lorica homines latis laminis in bello utebantur.

LXXXII. *Et nos fuimus illos custodientes:*] Deus hos dæmones custodiebat, idest cohibebat (inquit Gelal)

من ان يفسدوا ما عملوا لانهم كانوا اذا فرغوا (Gelal

من عمل قبل الليل افسدوه ان لم يشغلوا بغيره.

Ne destruerent id, quod ædificaverant: Nam ipsi, quando opus aliquod absolvebant, ante noctem destruebant illud, nisi opus aliud haberent, quo occuparentur.

LXXXIII. *Et memento Job.*] Libet hìc summatim referre, quid Mahumetani sentiant de Job, ex Chronico Ismaelis Ebn-Aly in cap. فى ذكر ايوب عليه السلام. *De commemoratione Job, cui sit pax. Fuit,* inquit, *Job ex posteris Esau, eratque ditissimus, & innumeros equorum, boum, ovium, & camelorum greges habebat. Uxor autem ejus Rahmat appellabatur. Probavit verò illum Deus, auferendo ab eo quidquid habebat, itaut ad extremam inopiam redigeretur: nec tamen ille à pietate, & gratiarum actione cessabat. Deindè probavit eum in corpore morbo elephantiæ, ita ut vermibus undique scateret. Cumque in* * *sterquilinio projectus jaceret, nemo poterat fœtorem illius tolerare. Uxor autem ejus Rahmat inserviebat ei patienter; & mercede famulatus, quem aliis exhibebat, illum sustentabat. Venit autem die quadam ad eam Diabolus, & redigens in ejus mentem prioris status felicitatem; promisit illi, se omnia ei restituturum, si ipsum vellet adorare, cùm autem mulier requisisset de hoc assensum viri sui iratus Job, juravit per Deum, si convaluisset, se illi centum verbera inflicturum. Misit autem Deus ad eum Angelum Gabrielem, qui accepta ejus manu erexit eum; eodemque tempore divinitùs fons emanavit sub pedibus ejus, ex quo, cùm bibisset, ceciderunt omnes vermes è corpore ejus. Deindè lotus in eo, exivit pulcher quantum unquam fuisset. Restituitque illi Deus omnia in duplum: familiam etiam, & filios recuperavit: uxori verò ejus pristina forma, & pulchritudo reddita est, peperitque ei viginti, ac sex filios masculos. Ut autem juramento à se facto posset satisfacère, præcepit ei Deus, ut caperet ramum palmæ centum folia habentem, & unico ictu totum impingeret in uxorem: ut verè centum illi verbera inflixisse dici posset. Fuit autem Job Propheta, vixitque tempore Jacob, ut quidam dicunt. Fertur autem vixisse tres, ac nonaginta annos. Inter ejus filios numerantur Basciar, Hud, & Dulkephlus.* Hactenùs Ismael Ebn-Aly. Addit Gelal, eumdem Job exegisse tres, vel septem, vel octodecim annos in suis calamitatibus: deindè recuperasse omnia duplicata, & uxorem, ac filios, & ad juvenilem ætatem rediisse. Cùm autem haberet duas areas, alteram ad hordeum, alteram ad frumentum; Deum misisse duas nubes, quarum altera effudit aurum super aream hordei: altera argentum super aream frumenti; donec utraque redundaret.

LXXXV. *Et Dulkephli,*] Arabicè ذوالكفل *Dulkephlus*, idem sonat, ac *fidei jussor*; vel assiduus in jejuniis, aliisque piis operibus. De hoc Propheta fictitio hæc habet Gelal: وسمّي ذا الكفل فانه تكفّل بصيام جميع نهارة وقيام جميع ليلة وان يقضى بين الناس ولا يغضب فوفى بذلك وقيل لم يكن نبيّا

Et nominatus fuit Dulkephlus eò, quòd tota die jejunaret, & tota nocte stans vigilaret: & quia judicabat causas hominum, neque irascebatur; & in hoc plenè satisfaciebat partibus suis. Dicunt autem quidam, illum non fuisse Prophetam. Ismael Ebn-Aly asserit eum fuisse filium Job, & habitasse in Syria: & juxta nonnullos fuisse primò improbum, ac flagitiosum. Cùm verò resipuisset, statim mortuum fuisse, & super januam domus ejus scriptum divinitùs apparuisse: *Jam pepercit Deus Dulkephlo.* Alii volunt eum fuisse hominem sanctum, & usque ad mortem in bonis operibus perseverasse, & centies in die sese ad orandum incurvasse. Ita Ismael.

LXXXVII. *Et Dulnuni.*] Arabicè ذو النون *Dul-Nun* idem est, ac *habitator piscis*. Hoc autem nomine censetur significari Jonas Propheta eo, quòd triduo in ceto commoratus sit. De hoc, quemadmodùm etiam de Edris, seu Enoch jam satis multa dicta sunt.

CI. *Porrò illi, quibus præcessit à nobis.*] Cùm dixisset jam Mahumetus, detrudendos esse in Gehennam, qui socios Deo dedissent una cum ipsis sociis, seu Diis à se confictis, objecit quidam nomine ابن عبد الزبرى Ebn-Alzoberius: عُزير والمسيح والملايكة فهم فى النار على مقتضى ما تقدم: *Culti sunt tamquam Dii Ezras, Christus, & Angeli: ergo hi juxta hanc legem, erunt in Gehenna.* Huic respondetur hic: *Porrò illi, quibus præcessit à nobis, &c.* Nimirùm, hos non esse in Gehenna, quia antea prædestinati fuerant ad Paradisum. Ratio frivola, & quæ Deum partialem facit.

CIV. *Quemadmodùm solet plicare Angelus Segel libros.*] Explicat Gelal: صحيفة ابن ادم عند موته: *librum*, seu volumen *hominis propè mortem ejus*; quandò scilicet jam legit illi opera ejus. Alii accipientes سجل *Segel*, pro صحيفة *Libro*, exponunt: *Sicut plicatur liber scriptus*; quasi للكتب *Libros*, seu ut alii legunt للكتاب *Librum*, staret pro المكطوب *Scriptus*. Glossat Cottada: كطى الصحيفة التى فيها الكتاب: *Sicut plicatur volumen, in quo est scriptura*, seu volumen scriptum.

CV. *In sacris Voluminibus.*] Vox Arabica الزبور accipitur generatim pro omnibus sacris libris. Aliquandò peculiariter pro Psalmis Davidicis: aliquandò اللوح المحفوظ *Tabula custodia*.

CVI. *Annunciatio.*] Vox Arabica بلاغ propriè significat actionem illam, qua efficitur, ut aliquid ad alium perveniat. Gelal ponit كفاية الى دخول الجنة, *id quod satis est* scire, seu facere, *ad ingrediendum in Paradisum*.

CXI. *Et ego nescio.*] Gelal: وما ادرى لعله اى ما اعلمتكم به ولم يعلم وقته فتنة اختبار لكم ليرى كيف صنعكم ومتاع تمتع الى حين اى انقضاء اجالكم. *Et nescio, utrum id, quod notificavi vobis, & ignotum est tempus ejus, sit ad probandum vos, ut videat Deus, quomodò vos geratis: & interim sinat vos frui usque ad tempus mortis vestræ.*

CXII. *Dic.*] Hìc etiam est duplex lectio: قُل *Dic*: scilicet ò Mahumete: & قال *Dixit*, Nempè Mahumetus.

* مزبلة Sterquilinium, juxta vulgatã, non *cinerem*, ut habet Hebræa ex quo patet, librum Jobi Arabicè scriptum fuisse, & ex eo vulgatã nostram fuisse translatam. Græca, & LXX. habẽt *non extra stercore*

REFUTATIONES.

I. ILlud hìc notandum, quod alibi notavi frequenter: nimirùm, Mahumetum à ſuis requiſitum, ut miraculum aliquod ad confirmandam novam ſectam patraret, ſeſe excuſare, reſpondendo, Deum nulla per ipſum miracula facere; quia prævideret profutura non eſſe Meccanis ad credendum; quemadmodùm non profuerunt gentibus illis, quas Deus antea perdiderat propter ipſorum incredulitatem. Quàm autem frivola, & futilis hæc excuſatio ſit, jam ſupra demonſtravi.

II. Jubet Mahumetus aſſeclas ſuos interrogare verſatos in Pentateucho, & Euangelio, nempè Judæos, & Chriſtianos, ut ab iis intelligant vera eſſe, quæ ipſe prædicabat. At, ſi velint Mahumetani à Chriſtianis, & Judæis reſciſcere, utrum vera ſint, necne ea, quæ in Alcorano continentur, atque eorumdem teſtimonio acquieſcere: intelligent procul dubio, ſeſe in manifeſtiſſimo errore verſari.

III. Ea, quæ hoc loco de Abraham, Davide, Salomone, aliiſque Prophetis, ſive veris, ſive fictis habentur, ex Thalmudicis nugis deſumpta eſſe exiſtimo. Magna certè ex parte fabuloſa ſunt, præſertim, quę ad Davidem, & Salomonem ſpectant. De quibus tædet toties differere.

IV. Notanda demùm eſt Mahumeti vafrities, & pluſquàm vulpina calliditas. Nam, ut ſe Prophetam venditaret, prædixit Meccanis bellum divinitùs inferendum, quod ipſe iiſdem inferre cogitabat. Verùm, quia nondùm ſufficiens ad præliandum robur ſibi comparaverat, nec certus erat de tempore, quo poſſet paratum illud habere: idcircò aſſerit, ſe ignorare, quandonam comminatum à Deo malum illis ſit eventurum. Imò ita ambiguè loquitur, ut neſcias, utrum de bello aliquo, an verò de ſuprema judicii die loquatur. Neque enim in his Alcorani verbis exponendis Sapientes Moslemi conveniunt.

سورة

سورة الحجّ مكيّة ثمان وسبعون آية

SURA XXII.

PEREGRINATIO.

MECCANA:

COMMATUM SEPTUAGINTA, & OCTO.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 يا أيها الناس اتقوا ربكم ان زلزلة الساعة شيء عظيم ۞ 2 يوم ترونها تذهل كل
مرضعة عما أرضعت وتضع كل ذات حمل حملها وترى الناس سكارى وما هم بسكارى ولكن
عذاب الله شديد ۞ 3 ومن الناس من يجادل في الله بغير علم ويتبع كل شيطان مريد ۞
4 كتب عليه انه من تولاه فانه يضله ويهديه الى عذاب السعير ۞ 5 يا أيها الناس ان
كنتم في ريب من البعث فانا خلقناكم من تراب ثم من نطفة ثم من علقة ثم من مضغة مخلقة وغير
مخلقة لنبين لكم ونقر في الارحام ما نشاء الى أجل مسمى ثم نخرجكم طفلا ثم
لتبلغوا أشدكم ومنكم من يتوفى ومنكم من يرد الى أرذل العمر لكيلا يعلم من بعد علم
شيئا وترى الارض هامدة فاذا أنزلنا عليها الماء اهتزت وربت وانبتت من كل زوج بهيج ۞
6 ذلك بان الله هو الحق وانه يحيي الموتى وانه على كل شيء قدير ۞ 7 وان الساعة
آتية لا ريب فيها وان الله يبعث من في القبور ۞ 8 ومن الناس من يجادل في الله بغير علم
ولا هدى ولا كتاب منير ۞ 9 ثاني عطفه ليضل عن سبيل الله له في الدنيا خزي ونذيقه
يوم القيمة عذاب الحريق ۞ 10 ذلك بما قدمت يداك وان الله ليس بظلام للعبيد ۞ 11 ومن
الناس من يعبد الله على حرف فان أصابه خير اطمان به وان أصابته فتنة انقلب على
وجهه خسر الدنيا والآخرة ذلك هو الخسران المبين ۞ 12 يدعو من دون الله ما لا يضره وما لا
ينفعه ذلك هو الضلال البعيد ۞ 13 يدعو لمن ضره أقرب من نفعه لبئس المولى ولبئس
العشير ۞ 14 ان الله يدخل الذين آمنوا وعملوا الصالحات جنات تجري من تحتها الانهار

إِنَّ ٱللَّهَ يَفْعَلُ مَا يُرِيدُ ۞ 15 مَنْ كَانَ يَظُنُّ أَنْ لَنْ يَنْصُرَهُ ٱللَّهُ فِي ٱلدُّنْيَا وَٱلْآخِرَةِ فَلْيَمْدُدْ
بِسَبَبٍ إِلَى ٱلسَّمَاءِ ثُمَّ لْيَقْطَعْ فَلْيَنْظُرْ هَلْ يُذْهِبَنَّ كَيْدُهُ مَا يَغِيظُ ۞ 16 وَكَذَلِكَ أَنْزَلْنَاهُ
آيَاتٍ بَيِّنَاتٍ وَأَنَّ ٱللَّهَ يَهْدِي مَنْ يُرِيدُ ۞ 17 إِنَّ ٱلَّذِينَ آمَنُوا وَٱلَّذِينَ هَادُوا وَٱلصَّابِئُونَ وَٱلنَّصَارَى
وَٱلْمَجُوسَ وَٱلَّذِينَ أَشْرَكُوا إِنَّ ٱللَّهَ يَفْصِلُ بَيْنَهُمْ يَوْمَ ٱلْقِيَامَةِ إِنَّ ٱللَّهَ عَلَى كُلِّ شَيْءٍ شَهِيدٌ ۞
18 أَلَمْ تَرَ أَنَّ ٱللَّهَ يَسْجُدُ لَهُ مَنْ فِي ٱلسَّمَاوَاتِ وَمَنْ فِي ٱلْأَرْضِ وَٱلشَّمْسُ وَٱلْقَمَرُ وَٱلنُّجُومُ وَٱلْجِبَالُ
وَٱلشَّجَرُ وَٱلدَّوَابُّ وَكَثِيرٌ مِنَ ٱلنَّاسِ وَكَثِيرٌ حَقَّ عَلَيْهِ ٱلْعَذَابُ وَمَنْ يُهِنِ ٱللَّهُ فَمَا لَهُ مِنْ مُكْرِمٍ
إِنَّ ٱللَّهَ يَفْعَلُ مَا يَشَاءُ ۞ 19 هَذَانِ خَصْمَانِ ٱخْتَصَمُوا فِي رَبِّهِمْ فَٱلَّذِينَ كَفَرُوا قُطِّعَتْ لَهُمْ
ثِيَابٌ مِنْ نَارٍ يُصَبُّ مِنْ فَوْقِ رُءُوسِهِمُ ٱلْحَمِيمُ ۞ 20 يُصْهَرُ بِهِ مَا فِي بُطُونِهِمْ وَٱلْجُلُودُ ۞ 21 وَلَهُمْ
مَقَامِعُ مِنْ حَدِيدٍ ۞ 22 كُلَّمَا أَرَادُوا أَنْ يَخْرُجُوا مِنْهَا مِنْ غَمٍّ أُعِيدُوا فِيهَا وَذُوقُوا عَذَابَ
ٱلْحَرِيقِ ۞ 23 إِنَّ ٱللَّهَ يُدْخِلُ ٱلَّذِينَ آمَنُوا وَعَمِلُوا ٱلصَّالِحَاتِ جَنَّاتٍ تَجْرِي مِنْ تَحْتِهَا ٱلْأَنْهَارُ
يُحَلَّوْنَ فِيهَا مِنْ أَسَاوِرَ مِنْ ذَهَبٍ وَلُؤْلُؤًا وَلِبَاسُهُمْ فِيهَا حَرِيرٌ ۞ 24 وَهُدُوا إِلَى ٱلطَّيِّبِ مِنَ ٱلْقَوْلِ
وَهُدُوا إِلَى صِرَاطِ ٱلْحَمِيدِ ۞ 25 إِنَّ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا وَيَصُدُّونَ عَنْ سَبِيلِ ٱللَّهِ وَٱلْمَسْجِدِ ٱلْحَرَامِ ٱلَّذِي
جَعَلْنَاهُ لِلنَّاسِ سَوَاءً ٱلْعَاكِفُ فِيهِ وَٱلْبَادِ ۞ 26 وَمَنْ يُرِدْ فِيهِ بِإِلْحَادٍ بِظُلْمٍ نُذِقْهُ مِنْ عَذَابٍ
أَلِيمٍ ۞ 27 وَإِذْ بَوَّأْنَا لِإِبْرَاهِيمَ مَكَانَ ٱلْبَيْتِ أَنْ لَا تُشْرِكْ بِي شَيْئًا وَطَهِّرْ بَيْتِيَ لِلطَّائِفِينَ
وَٱلْقَائِمِينَ وَٱلرُّكَّعِ ٱلسُّجُودِ ۞ 28 وَأَذِّنْ فِي ٱلنَّاسِ بِٱلْحَجِّ يَأْتُوكَ رِجَالًا وَعَلَى كُلِّ ضَامِرٍ يَأْتِينَ
مِنْ كُلِّ فَجٍّ عَمِيقٍ ۞ 29 لِيَشْهَدُوا مَنَافِعَ لَهُمْ وَيَذْكُرُوا ٱسْمَ ٱللَّهِ فِي أَيَّامٍ مَعْلُومَاتٍ عَلَى
مَا رَزَقَهُمْ مِنْ بَهِيمَةِ ٱلْأَنْعَامِ ۞ 30 فَكُلُوا مِنْهَا وَأَطْعِمُوا ٱلْبَائِسَ ٱلْفَقِيرَ ۞ 31 ثُمَّ لْيَقْضُوا
تَفَثَهُمْ وَلْيُوفُوا نُذُورَهُمْ وَلْيَطَّوَّفُوا بِٱلْبَيْتِ ٱلْعَتِيقِ ۞ 32 ذَلِكَ وَمَنْ يُعَظِّمْ حُرُمَاتِ ٱللَّهِ فَهُوَ خَيْرٌ لَهُ عِنْدَ
رَبِّهِ وَأُحِلَّتْ لَكُمُ ٱلْأَنْعَامُ إِلَّا مَا يُتْلَى عَلَيْكُمْ فَٱجْتَنِبُوا ٱلرِّجْسَ مِنَ ٱلْأَوْثَانِ وَٱجْتَنِبُوا قَوْلَ
ٱلزُّورِ ۞ 33 حُنَفَاءَ لِلَّهِ غَيْرَ مُشْرِكِينَ بِهِ وَمَنْ يُشْرِكْ بِٱللَّهِ فَكَأَنَّمَا خَرَّ مِنَ ٱلسَّمَاءِ فَتَخْطَفُهُ
ٱلطَّيْرُ أَوْ تَهْوِي بِهِ ٱلرِّيحُ فِي مَكَانٍ سَحِيقٍ ۞ 34 ذَلِكَ وَمَنْ يُعَظِّمْ شَعَائِرَ ٱللَّهِ فَإِنَّهَا مِنْ
تَقْوَى ٱلْقُلُوبِ ۞ 35 لَكُمْ فِيهَا مَنَافِعُ إِلَى أَجَلٍ مُسَمًّى ثُمَّ مَحِلُّهَا إِلَى ٱلْبَيْتِ ٱلْعَتِيقِ ۞
36 وَلِكُلِّ أُمَّةٍ جَعَلْنَا مَنْسَكًا لِيَذْكُرُوا ٱسْمَ ٱللَّهِ عَلَى مَا رَزَقَهُمْ مِنْ بَهِيمَةِ ٱلْأَنْعَامِ فَإِلَهُكُمْ
إِلَهٌ وَاحِدٌ فَلَهُ أَسْلِمُوا وَبَشِّرِ ٱلْمُخْبِتِينَ ۞ 37 ٱلَّذِينَ إِذَا ذُكِرَ ٱللَّهُ وَجِلَتْ قُلُوبُهُمْ وَٱلصَّابِرِينَ عَلَى
مَا أَصَابَهُمْ وَٱلْمُقِيمِي ٱلصَّلَاةِ وَمِمَّا رَزَقْنَاهُمْ يُنْفِقُونَ ۞ 38 وَٱلْبُدْنَ جَعَلْنَاهَا لَكُمْ مِنْ شَعَائِرِ ٱللَّهِ
لَكُمْ فِيهَا خَيْرٌ فَٱذْكُرُوا ٱسْمَ ٱللَّهِ عَلَيْهَا صَوَافَّ فَإِذَا وَجَبَتْ جُنُوبُهَا فَكُلُوا مِنْهَا وَأَطْعِمُوا
ٱلْقَانِعَ وَٱلْمُعْتَرَّ كَذَلِكَ سَخَّرْنَاهَا لَكُمْ لَعَلَّكُمْ تَشْكُرُونَ ۞ 39 لَنْ يَنَالَ ٱللَّهَ لُحُومُهَا
وَلَا دِمَاؤُهَا وَلَكِنْ يَنَالُهُ ٱلتَّقْوَى مِنْكُمْ كَذَلِكَ سَخَّرَهَا لَكُمْ لِتُكَبِّرُوا ٱللَّهَ عَلَى مَا هَدَاكُمْ

وَبَشِّرِ

ودشر المحسنين ۞ 40 إن الله يدفع عن الذين آمنوا إن الله لا يحب كل خوان كفور ۞
41 أذن للذين يقاتلون بأنهم ظلموا وإن الله على نصرهم لقدير ۞ 42 الذين أخرجوا من
ديارهم بغير حق إلا أن يقولوا ربنا الله ولو لا دفع الله الناس بعضهم ببعض لهدمت صوامع
وبيع وصلوات ومساجد يذكر فيها اسم الله كثيرا ولينصرن الله من ينصره إن الله لقوي
عزيز ۞ 43 الذين إن مكناهم في الأرض أقاموا الصلوة وآتوا الزكوة وأمروا بالمعروف ونهوا
عن المنكر ولله عاقبة الأمور ۞ 44 وإن يكذبوك فقد كذبت قبلهم قوم نوح وعاد
وثمود ۞ 45 وقوم إبراهيم وقوم لوط وأصحاب مدين وكذب موسى فأمليت للكافرين ثم
أخذتهم فكيف كان نكير ۞ 46 فكأين من قرية أهلكناها وهي ظالمة فهي خاوية
على عروشها وبير معطلة وقصر مشيد ۞ 47 أفلم يسيروا في الأرض فتكون لهم قلوب
يعقلون بها أو آذان يسمعون بها فإنها لا تعمى الأبصار ولكن تعمى القلوب التي في الصدور ۞
48 ويستعجلونك بالعذاب ولن يخلف الله وعده وإن يوما عند ربك كألف سنة مما تعدون ۞
49 وكأين من قرية أمليت لها وهي ظالمة ثم أخذتها وإلي المصير ۞ 50 قل يا أيها
الناس إنما أنا لكم نذير مبين ۞ 51 فالذين آمنوا وعملوا الصالحات لهم مغفرة ورزق
كريم ۞ 52 والذين سعوا في آياتنا معجزين أولئك أصحاب الجحيم ۞ 53 وما أرسلنا
من قبلك من رسول ولا نبي إلا إذا تمنى ألقى الشيطان في أمنيته فينسخ الله ما يلقي الشيطان
ثم يحكم الله آياته والله عليم حكيم ۞ 54 ليجعل ما يلقي الشيطان فتنة للذين في
قلوبهم مرض والقاسية قلوبهم وإن الظالمين لفي شقاق بعيد ۞ 55 وليعلم الذين أوتوا العلم أنه
الحق من ربك فيؤمنوا به فتخبت له قلوبهم وإن الله لهاد الذين آمنوا إلى صراط مستقيم ۞
56 ولا يزال الذين كفروا في مرية منه حتى تأتيهم الساعة بغتة أو يأتيهم عذاب يوم عقيم ۞
57 الملك يومئذ لله يحكم بينهم فالذين آمنوا وعملوا الصالحات في جنات النعيم ۞
58 والذين كفروا وكذبوا بآياتنا فأولئك لهم عذاب مهين ۞ 59 والذين هاجروا في
سبيل الله ثم قتلوا أو ماتوا ليرزقنهم الله رزقا حسنا وإن الله لهو خير الرازقين ۞
60 ليدخلنهم مدخلا يرضونه وإن الله لعليم حليم ۞ 61 ذلك ومن عاقب بمثل ما عوقب
به ثم بغي عليه لينصرنه الله إن الله لعفو غفور ۞ 62 ذلك بأن الله يولج الليل في النهار
ويولج النهار في الليل وأن الله سميع بصير ۞ 63 ذلك بأن الله هو الحق وأن ما يدعون من
دونه هو الباطل وأن الله هو العلي الكبير ۞ 64 ألم تر أن الله أنزل من السماء ماء
فتصبح الأرض مخضرة إن الله لطيف خبير ۞ 65 له ما في السموات وما في الأرض وإن
الله لهو الغني الحميد ۞ 66 ألم تر أن الله سخر لكم ما في الأرض والفلك تجري في
البحر

البحر بأمره ويمسك السماء أن تقع على الأرض إلا بإذنه إن الله بالناس لرؤف رحيم ۞
67 وهو الذي أحياكم ثم يميتكم ثم يحييكم إن الإنسان لكفور ۞ 68 لكل
أمة جعلنا منسكا هم ناسكوه فلا ينازعنك في الأمر وادع إلى ربك إنك لعلى هدى مستقيم ۞
69 وإن جادلوك فقل الله أعلم بما تعملون ۞ 70 الله يحكم بينكم يوم القيمة فيما كنتم
فيه تختلفون ۞ 71 ألم تعلم أن الله يعلم ما في السماء والأرض إن ذلك في كتاب
إن ذلك على الله يسير ۞ 72 ويعبدون من دون الله ما لم ينزل به سلطانا وما ليس لهم
به علم وما للظالمين من نصير ۞ 73 وإذا تتلى عليهم آياتنا بينات تعرف في وجوه الذين
كفروا المنكر يكادون يسطون بالذين يتلون عليهم آياتنا قل أفأنبئكم بشر من ذلكم
النار وعدها الله الذين كفروا وبئس المصير ۞ 74 يا أيها الناس ضرب مثل فاستمعوا له
إن الذين تدعون من دون الله لن يخلقوا ذبابا ولو اجتمعوا له وإن يسلبهم الذباب شيئا لا
يستنقذوه منه ضعف الطالب والمطلوب ۞ 75 ما قدروا الله حق قدره إن الله لقوي عزيز ۞
76 الله يصطفي من الملائكة رسلا ومن الناس إن الله سميع بصير ۞ 77 يعلم ما بين أيديهم
وما خلفهم وإلى الله ترجع الأمور ۞ 78 يا أيها الذين آمنوا اركعوا واسجدوا واعبدوا
ربكم وافعلوا الخير لعلكم تفلحون ۞ 79 وجاهدوا في الله حق جهاده هو اجتباكم
وما جعل عليكم في الدين من حرج ملة أبيكم إبراهيم هو سماكم المسلمين من قبل وفي
هذا ليكون الرسول شهيدا عليكم وتكونوا شهداء على الناس فأقيموا الصلوة وآتوا الزكوة
واعتصموا بالله هو مولاكم فنعم المولى ونعم النصير ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. O Homines *Meccani*, timete Dominum veſtrum, quia commotio Horæ *(ideſt diei Judicii) erit* res magna. 2. Die, *qua* videbitis illam, obliviſcetur omnis lactatrix illius, quod lactat, & pariet omnis habens fœtum, fœtum ſuum, & videbis homines ebrios, neque ipſi *erunt verè* ebrii: ſed pœna Dei *erit* terribilis *(ideſt ira Dei infligentis pœnam)*. 3. Et ex hominibus quiſpiam diſputat de Deo ſine ſcientia, & ſectatur omnem ſatanam rebellem. 4. Scriptum fuit ſuper eum *(ideſt decretum fuit à Deo circa eumdem Satanam)* quòd, qui in patronum elegerit eum, certè ipſe errare faciet eum, & diriget eum ad tormentum Tartari. 5. O homines, ſi eſtis in dubio circa reſurrectionem; nos certè creavimus vos ex pulvere: deindè ex ſpermate: deindè ex ſanguine coagulato: deindè ex fruſto carnis, *partim* formato, & *partim* informi; ut manifeſtaremus vobis *potentiam noſtram*, & quieſcere facimus *vos* in vulvis, quantum volumus, uſque ad terminum conſtitutum. Deindè educimus vos infantes. Deindè *efficimus*, ut perveniatis ad ætatem robuſtam veſtram. Et ex vobis quiſpiam defungitur *ante hanc ætatem*. Et ex vobis quiſpiam deducitur ad deterrimum ætatis (*ideſt ad extremum ſenium*) itaut neſciat poſt ſcientiam quidquam (*ideſt obliviſcatur omnia, quæ ſciebat antea*). Et videbis terram ſiccam: cùm verò demiſerimus ſuper eam aquam, commovebit ſeſe, & creſcet, & producet de omni genere germinis luxuriantis. 6. Hoc *fit*, quia Deus eſt veritas, & quia ipſe vivificat mortuos, quia ipſe eſt ad omnem rem potens.

7. Et

7. Et, quia Hora *(ideſt dies Judicii)* ventura eſt : non eſt dubium de ea, & quia Deus ſuſcitavit eos, qui ſunt in ſepulchris. 8. Et ex hominibus quiſpiam diſceptat de Deo ſine ſcientia, & ſine directione, & ſine libro illuminante. 9. Inflectens collum ſuum *ſuperbè*, ut ſeducat *alios* à via Dei. Huic erit in mundo confuſio, & guſtare faciemus eum in die reſurrectionis tormentum combuſtionis, *& dicemus illi*. 10. Hoc *evenit tibi* ob id, quod præmiſerunt *(ideſt anteà operatæ ſunt)* manus tuæ, & quia Deus non eſt iniquus erga ſervos. 11. Et ex hominibus quiſpiam colit Deum ſuper extremitatem *(ideſt hæſitanter, & velut is, qui ſtat ſuper extremitatem, ſeu ſupercillium montis)*. Quodſi inciderit ei bonum, ſecurus adhærebit ei. Si verò inciderit ei tentatio, obvertetur ſuper faciem ſuam *(ideſt redibit ad infidelitatem)* cum amiſſione hujus mundi, & futuræ vitæ. Hæc erit perditio manifeſta. 12. Invocabit præter Deum, quòd non noceat illi, & quòd non proſit illi. Hic eſt error longè remotus *à veritate*. 13. Invocabit eum, cujus nocumentum vicinius *eſt*, quàm juvamen ejus *(ideſt, qui potiùs nocere poſſit ei, quàm prodeſſe)*. Certè infelix eſt patronus, & certè infelix eſt ſocius. 14. Porrò Deus introducet eos, qui crediderint, & fecerint recta, in hortos, current ſub iis flumina: quippe Deus facit id, quod vult. 15. Qui exiſtimaverit, quòd non ſit adjuturus eum *(ideſt Mahumetum)* Deus in hoc mundo, & in futuro ſæculo; extendat funem ad Cœlum *(ideſt appendat laqueum ad tectum domus ſuæ, & injiciat collum in eum)* deindè abſcindat *laqueum*, *ut ſtrangulatus corruat*, & videat, utrum irritum reddat aſtus ipſius id, propter quod iraſcebatur *(quòd ſcilicet Deus adjuvaret Mahumetum)*. 16. Et ita demiſimus eum *(ideſt Alcoranum) habentem* ſigna clara, & quia Deus dirigit, quem vult. 17 Profectò, qui crediderint, & qui Judæi fuerint; & Sabaitæ, & Chriſtiani, & Magi, & qui aſſociaverint *(ideſt plures Deos coluerint)*: Certè Deus dividet inter eos die reſurrectionis: quippe Deus ſuper omnem rem eſt teſtis. 18. Nonne vides, quòd Deum adorat, qui eſt in Cœlis, & qui in terra, & Sol, & Luna, & Stellæ, & montes, & arbores, & beſtiæ, & multi ex hominibus? Multis verò juſtè debetur pœna. Quem autem contempſerit Deus, non erit illi ullus honorans: quippe Deus facit id, quod vult. 19. Hi duo adverſarii *(nimirùm fideles, & infideles)* diſceptaverunt de Domino ſuo. Porrò, qui infideles ſunt, conficientur illis veſtes ex igne: effundetur ſuper capita ipſorum aqua fervens. 20. Liquefiet per eam id, quod eſt in ventribus eorum, & pelles. 21. Et ipſis *adhibebuntur ad flagella* clavæ *cum ſtimulis aduncis* ex ferro. 22. Quotieſcunque voluerint exire ab eo *(ideſt igne)* ob anguſtiam: reducentur ad illum, & *dicetur illis*: Guſtate pœnam combuſtionis. 23. Porrò Deus introducet eos, qui crediderint, & fecerint recta, in hortos; current ſub iis flumina: ornabuntur in illis ex armillis ex auro, & margaritis, & veſtimentum eorum in eis erit ſericum. 24. Et directi fuerunt ad bonum ex dicto *(ideſt ad dictum bonum, nempè ad confeſſionem unitatis Dei)* & directi fuerunt ad viam laudatam. 25. Qui autem infideles fuerint, & prohibuerint *alios* à ſemita Dei, & Oratorio Meccano, quod conſtituimus hominibus æqualiter, conſiſtenti in eo, & de novo advenienti *(ideſt, tàm indigenis, quàm advenis)* 26. Et, qui voluerit illud profanare cum iniquitate: faciemus eum guſtare de pœna dolorifica. 27. Et *memento*, cùm dedimus in aſilum Abrahæ locum Domus *(ideſt Templi Meccani)* *& diximus ei*: Ne aſſocies mihi quidquam, & purifica domum meam pro circumeuntibus *eam*, & ſtantibus *in ea*, & incurvantibus ſe ad adorandum. 28. Et edicito inter homines Peregrinationem, *ut* veniant ad te pedeſtres, & *equitantes* ſuper omnem camelum, *quamtumvis extenuatum*; venient ex omni itinere *a* longinquo. 29. Ut teſtes ſint utilitatum ſibi *provenientium ex Peregrinatione*, & commemorent nomen Domini in diebus *b* conſtitutis ob id, quod præbuit eis in uſum de jumento pecorum. 30. Comedite ergo ex illis, & cibate pauperem mendicum. 31. Deindè abſolvant *c* Nazareatum ſuum, & ſatisfaciant votis ſuis, & circumeant Domum antiquam. 32. Hoc *faciant*. Qui autem magni fecerit anathemata Dei, hoc erit melius illi apud Dominum ſuum. Conceſſa autem ſunt vobis *ad comedendum omnia* pecora, exceptis iis, quæ lectum eſt vobis *eſſe prohibita*. Recedite porrò ab abominatione ex idolis, & evitate dictum mendacii. 33. Orthodoxi *eſtote* Deo, non aſſociantes in eo. Qui enim aſſociaverit in Deo,

a profundo.
b Notis.
c ritus peregrinationis ſuæ.

erit, ſicut illud, quod decidit è Cœlo, & rapient illud aves: vel perflat in illud ventus: *& defert* in locum longinquum. 34. Hoc *ita ſe habet*. Qui autem magnificaverit oblationes Dei: certè hæ *provenient* ex pietate cordium. 35. Vobis ſunt in illis utilitates uſque ad terminum conſtitutum *mactationi earum (ideſt uti licet vobis illis ad utilitatem veſtram, donec immolentur)* deindè *convenit* adducere eas ad immolandum ad Domum antiquam. 36. Unicuique autem genti conſtituimus ſtata ſacra, ut commemorent nomen Dei ob id, quod providit eis de jumento pecorum. Porrò Deus veſter Deus unus eſt: ipſi ergo vos ipſos dedicate. Et Euangeliza obedientibus humiliter *Deo*. 37. Qui, cùm facta fuerit mentio Dei, timore percelluntur corda eorum. Et patienter, ſuſtinentibus id, quod inciderit eis; & perſolventibus preces; & ex eo, quod ad ſuſtentationem præbuimus eis, elargiuntur. 38. Et Camelos dedimus vobis inter cultus religionis Dei. Eſt vobis in illis bonum (*i. multa utilitas.*) Commemorate ergo nomen Dei ſuper illos, quandò immolabitis eos ſtantes ſupra tres pedes, alligato pede ſiniſtro anteriori. Cùm autem prociderint latera eorum *poſt immolationem*: manducate ex illis, & cibate *ex illis* contentum *eo, quod ſibi datur, nec aliquid petit*, & rogantem. Ita ſubjecimus eos vobis, ut vos gratias *nobis* ageretis. 39. Non pervenient ad Deum carnes eorum, neque ſanguines eorum: Sed perveniet ad eum pietas ex vobis. Ita ſubjecimus eos vobis, ut magnificaretis Deum eò, quòd direxerit vos. Et Euangeliza benefacientibus: 40. Quòd Deus depellet *fraudes infidelium* ab iis, qui crediderunt: Deus enim non amat omnem deceptorem, infidelem · 41. Conceſſum fuit iis, qui præliantur (*ideſt conceſſum fuit fidelibus, ut pugnent contra infideles*) eò, quòd ipſi injuſtè vexati ſint *ab illis*. Et quidem Deus ad auxilium eorum eſt ſanè potens. 42. *Hi ſunt*, qui ejecti fuerunt è domibus ſuis ſine juſtitia, *non aliam ob cauſam*, niſi, quia dicebant; Dominus noſter eſt Deus. Sed, ſi non pelleret Deus homines alios eorum per alios: certè deſtruerentur monaſteria, & Eccleſiæ *Chriſtianorum*, & orationes (*ideſt Synagogæ Judæorum*) & Oratoria (*ideſt Meſchitæ Mahumetanorum*). Commemoratur in his *locis* nomen Dei multum. Et quidem adjuvabit Deus eum, qui adjuverit ipſum: quippe Deus eſt ſanè validus, præpotens. 43. *Hi ſunt*, qui, ſi firmaverimus eos in terra; perſolvent orationem, & dabunt eleemoſynam, & præcipient juſtum, & prohibebunt ab injuſto. Et Deo erit finis rerum (*ideſt omnia ad eum in noviſſimo die revertentur*). 43. Quodſi mendacii inſimulaverint te: jam porrò mendacii inſimulavit ante eos *Prophetas ſuos* populus Noe, & Aad, & Themud. 45. Et populus Abrahæ, & populus Lot, & habitatores Madian. Et mendacii inſimulatus eſt Moyſes. Atqui protraxi ſpatium vitæ infidelibus: deindè punivi eos, & quomodò fuit pœna mea (*ideſt, quam vehemens*). 46. Quot verò ex urbibus perdidimus, quia ipſæ erant iniquæ, & hæ *nunc* ſunt dirutæ ſuper tecta ſua? Et *quot* putei ſunt derelicti? Et *quot* caſtra munita *deſerta ſunt*? 47. An ergo non peragraverunt terram? Nonne ſunt illis corda, quibus intelligant? aut aures, quibus audiant? Certè non ſunt cæci oculi *eorum*: Sed cæca ſunt corda, quæ ſunt in pectoribus eorum. 48. Et urgent te ad accelerandam pœnam *ſibi*. Atqui nequaquam retractavit Deus promiſſionem ſuam. Et quidem dies *una* apud Dominum tuum *in pœna futuri ſæculi erit*, ſicut mille anni ex iis, quos enumeratis. 49. Et quot ex urbibus protraxi illis ſpatia felicis vitæ, & ipſæ erant iniquæ? Deindè ſuſtuli eas. Et ad me erit reditus *in die Judicii*. 50. Dic: O homines, certè ego ſum vobis prædicator manifeſtus. 51. Qui ergo crediderint, & fecerint recta, erit illis indulgentia, & proventus honorificus. 52. Qui verò ſtuduerint in ſignis noſtris infirmantes (*ideſt ſtuduerint ſigna noſtra, ſeu Alcoranum infirmare*) hi erunt ſocii inferorum. 53. Et non miſimus ante te ullum legatum, neque Prophetam, quin, cùm legeret, conjecerit ſatanas *aliquem errorem* in lectione ejus. Sed abolebit Deus id, quod conjecerit Satanas: deindè ſtabiliet Deus ſigna ſua: nam Deus eſt ſciens, ſapiens. 54. Ut ponat id, quod conjicit Satanas ad tentationem eorum, in quorum cordibus eſt morbus *impietatis*; & dura ſunt corda eorum. Et quidem iniqui ſunt certè in ſchiſmate longinquo (*ideſt perſeveranti contra fideles*). 55. Et, ut ſciant illi, quibus tradita eſt ſcientia, quòd hic *Alcoranus* eſt veritas à Domino tuo, atque ideò credant in eum, &

ſecurè acquieſcant illi corda eorum. Et quidem Deus ſanè directurus eſt eos, qui crediderunt, ad viam rectam. 56. Et non ceſſabunt, qui ſunt infideles, à dubitando de eo (*ideſt Alcorano*) donec veniat ad eos Hora repentè: aut veniat ad eos pœna diei ſterilis (*ideſt belli Bedrenſis, vel ſupremi Judicii*). 57. Regnum die illa erit Dei. Judicabit inter eos. Porrò, qui crediderint, & operati fuerint recta, erunt in hortis voluptatis. 58. Qui verò non crediderint, & mendacia confinxerint in ſignis noſtris, his erit pœna ignominioſa. 59. Et, qui emigraverint *Mecca* pro via Dei: deindè occiſi fuerint, vel mortui fuerint: utique providebit eis Deus proviſionem pulchram, & quidem Deus eſt ſanè optimus providentium. 60. Procul dubio introducet eos introitu, in quo ipſi ſibi complacebunt (*nimirùm in Paradiſum*) & quidem Deus ſanè eſt ſciens, benignus. 61. Hoc ita eſt, & qui vicem rependerit *infidelibus*, quemadmodùm ipſi repenſa fuit *ab illis*: deindè injuſtè actum fuerit contra illum *ab iiſdem*: profectò adjuvabit eum Deus: nam Deus eſt procul dubio condonator, indultor. 62. Hoc *erit*, quia Deus immittit noctem in diem, & immittit diem in noctem (*ideſt ſuccedere facit alteram alteri*) &, quia Deus eſt auditor, inſpector. 63. Hoc *item erit*, quia Deus eſt veritas, & quia id, quod invocant præter eum, eſt Vanitas, &, quia Deus eſt Excelſus, Magnus. 64. Nonne vides, quòd Deus demittit è Cœlo aquam, & evadit terra vireſcens? Quippe Deus eſt perſpicax, peritus. 65. Ipſi *ſervit* id, quod eſt in Cœlis, & quod in terra, & quidem Deus ſanè eſt dives, laudatus. 66. Nonne vides, quòd Deus ſubjecit ad gratis ſerviendum vobis id, quod eſt in terra, & naves, *quæ* currunt in mari, imperio ſuo? Et continet Cœlum, ne cadat ſuper terram, niſi per voluntatem ipſius: quippe Deus eſt ſanè erga homines pius, miſericors. 67. Et ipſe eſt, qui vitam dedit vobis, deindè mori faciet vos: tùm *iterum* vitam dabit *in reſurrectione*: porrò homo eſt procul dubio ingratus. 68. Omni genti conſtituimus ritum religionis; [a] ipſi ſunt obſervantes illum. Ne ergo diſceptent tecum de hoc negotio (*ideſt ne diſceptes tu cum illis de religione*) ſed voca *illos* ad Dominum tuum: quippe tu ſanè es in directione (*ideſt religione*) recta. 69. Quòdſi diſputaverint tecum *de hoc*: dic *illis*: Deus eſt ſcientiſſimus in eo, quod facitis. 70. Deus judicabit inter vos die reſurrectionis circa id, in quo *eſtis diſcordes*. 71. An ignoras, quòd Deus ſcit id, quod eſt in Cœlo, & terra? Certè hoc *ſcriptum eſt* in libro (*ideſt in Tabula cuſtodita*). Porrò hoc apud Deum eſt facile. 72. Et colunt præter Deum id, in quo *ipſe* non demiſit poteſtatem (*ideſt id, quod ipſe nullo modo probavit*) & id, in quo non eſt illis ſcientia. Et non erit iniquè agentibus ullus adjutor. 73. Et, cùm recitantur illis ſigna noſtra evidentia *ex Alcorano*: agnoſces in vultibus eorum, qui ſunt infideles, abnegationem (*ideſt faſtidium, & abominationem eorum*) prope ſunt, ut invehantur in eos, qui recitant ipſis ſigna noſtra. Dic: An verò enunciabo vobis pejus *aliquid*, quàm hoc *faſtidium, quod experimini ex lectione Alcorani? Pejus erit* ignis, quem comminatus eſt Deus his, qui ſunt infideles, & infelix erit profectio *ad illum*. 74. O homines *Meccani*: propoſita eſt *vobis* ſimilitudo: audite ergo illam. Certè, quos invocatis præter Deum, nunquam creabunt unam muſcam, etiamſi *univerſi* congregentur ad hoc. Et, ſi raperet ab eis muſca aliquid, non poſſent illud recuperare ab ea. Imbecillis eſt petens, & petitus, *ideſt* homo, qui rogat idolum, & idolum, quod rogatur. 75. Non menſi ſunt Deum veritate menſuræ ejus: certè Deus eſt ſanè validus, præpotens. 76. Deus eligit ex Angelis legatos, & ex hominibus: quippe Deus eſt auditor, inſpector. 77. Novit id, quod fuit ante eos; & id, quod erit poſt eos (*ideſt id, quod fecerunt, & id, quod facturi ſunt*) & ad Deum reducentur res *univerſæ*. 78. O, qui crediderunt, incurvamini, & adorate, & colite Dominum veſtrum, & operamini optimum, ut vos felices ſitis. 79. Et decertate pro Deo debito decertationis ipſius (*ideſt prout debitum eſt decertare pro illo.*) Ipſe elegit vos, & non poſuit ſuper vos in religione quidquam ardui. *Dedit vobis* religionem patris veſtri Abrahæ. Ipſe nominavit eos Moslemos antea, & in hoc (*ideſt, & nunc in hoc Alcorano*) ut ſit Legatus (*ideſt Mahumetus*) teſtis contra vos *in*

[a] ut ipſi ſint.

die

die reſurrectionis, & vos ſitis teſtes contra homines. Inſiſtite ergo orationi, & præbete eleemoſynam, & firmiter adhærete Deo. Ipſe eſt herus veſter, & euge herum, & euge adjutorem.

NOTÆ.

INſcribitur Sura الحج *Peregrinatio*, quia ſcilicet quædam in ea obiter attinguntur ad Meccanam Peregrinationem ſpectantia; cujus ſuperſtitioſos ritus hìc non refero, quia paſſim in Auctoribus noſtris, qui inter Mahumetanos verſati ſunt, leguntur. Vide Prodromum par. 4. ca. 8. pag. 135. & cap. 13. pag. 226. ubi ex profeſſo agitur de hac Peregrinatione. Eſt autem Sura Meccana. Excipit Gelal verſiculos undecimum, ac duodecimum: alii etiam decimum nonum, & quinque ſequentes; qui Medinæ traditi ſunt. In numero verſuum variant Auctores: communiter octo ſupra ſeptuaginta recenſentur; ſed eſt res levis momenti

Præmium Lectionis accipe ex Zamchaſcerio: من

قرأ سورة الحج اعطى من الاجر كحجة حجها وعمرة اعتمرها بعدد من حج واعتمر فيما مضى:

Qui legerit Suram Peregrinationis, habebit mercedem, ac ſi peregrinatus fuiſſet, & viſitaſſet Meccam, & fanum ejus pro numero eorum, qui anteà peregrinati fuerint ad eam, ejuſque fanum viſitaverint.

I. *Commotio Horæ.*] Nomine الساعة *Horæ*, intelligitur in Alcorano abſolutè ſupremi Judicii dies. De illius verò commotione, ſeu terræmotu, ita Gelal: تكون بعدها طلوع الشمس من مغربها الذى هو قرب الساعة: *Poſt terræmotum erit ortus ſolis ab Occidente, & hic ortus erit proximus Horæ.*

VIII. *Et ex hominibus quiſpiam diſputat.*] Gelal: نزل فى ابى جهل *Hæc dicta ſunt de Abu-gehel.*] Fuit autem Abu-gehel princeps inter Meccanos, & cognatus Mahumeti, ſed hoſtis ejus acerrimus: & ideò eum ſæpè mordet, ac flagellat in Alcorano.

XXVII. *Et memento, cùm dedimus in aſylum.*] Exponit Gelal: بيّنا لبنيه وكان قد رُفع زمان الطوفان

Demonſtravimus, ut ædificaret eam: nam ſublata fuerat jam anteà tempore diluvii.

XXVIII. *Venient ex omni itinere longinquo.*] Verbum Arabicum ياتين oſtendit referri hæc ad camelos, non ad homines: accipitur enim hìc, *camelus*, collectivè: ut obſervat Gelal.

XXIX. *Ut teſtes ſint utilitatum.*] Ideſt, ut cognoſcant lucra, quæ acquirent in peregrinatione per mercaturam, quemadmodùm explicat Gelal. Fit enim hæc peregrinatio non tàm cauſa pietatis, quàm negociationis. Idem Gelal refert etiam ad ſpirituale lucrum, ſeu mercedem apud Deum in futuro ſæculo. Quod autem addit, *diebus conſtitutis*, intelligit juxta eumdem Authorem عشر ذى الحجة او يوم عرفة او يوم النحر الى اخر ايام التشريق: *Decem dies menſis Dhulhoggiat, vel diem viſitationis montis Araphat: vel diem immolationis uſque ad finem trium dierum poſt feſtum victimale.* Poſtremò verba illa, *de jumento pecudum*, idem valent ac ſimpliciter de pecudibus, ſeu pecoribus, ut camelis bobus, ovibus.

XXXI. *Nazareatum ſuum.*] Vox Arabica: نفث Exponitur à Golio ex Lexicis Arabicis pro Nazareatu, ſeu ceremoniis, vel ritibus peregrinationis, vel viſitationis Meccanæ. Itaque hoc loco abſolvere Nazareatum idem eſt, ac ungues præcidere, tondere barbam, capitis, & reliqui corporis pilos abradere, & mactare camelum, vel aliam pecudem. Eodem modo exponit Gelal.

XXXII. *Anathemata Dei.*] Arabicè حرمات الله ſunt, juxta Gelalem ما لا يحلّ انتهاكه *quæ non licet violare, vel imminuere.*

XXXVI. *Unicuique autem genti.*] Intelligendum hoc vult Gelal de gentibus fidelibus præcedentibus, quarum ſingulis conſtituit Deus منسكًا, quod ego verti *ſtata ſacra*. Gelal verò exponit ذبحًا قربانًا او مكانه: *ſacrificium ad oblationem, aut locum illius.*

XXXVIII. *Stantes ſupra tres pedes.*] Ita exponit Gelal, Jahias, & alii ab his allegati, Arabicam dictionem صوافّ alii tamen malunt ſignificare ſimpliciter *alligatos*. Golius explicat. *Anteriores pedes æquali ſerie collocantes*. Videtur rectè verti poſſe, *pedibus rite diſpoſitis*, vel *alligatis*.

LIII. *Et non miſimus ante te ullum legatum.*] Qua occaſione hæc Mahumeto revelata ſint, ita refert Gelal: نزل النبى ﷺ فى سورة النجم بمجلس من قريش بعد افرايتم اللات والعزى ومناة الثالثة الاخرى فالقى الشيطان على لسانه من غير علمه به تلك الغرانيق العلى وان شفاعتهن لترتجى ففرحوا بذلك ثم اخبره جبرايل بما القاه الشيطان على لسانه من ذلك فحزن فسلى بهذه الاية وما ارسلنا من قبلك من رسول ولا نبى الاية ليطمأن. *Legebat Propheta Mahumetus in Sura Stellæ conſidentibus circa ipſum Coraiſitis, hæc verba: * An ergo vidiſtis Ellatam, & Alozam, & Manatam tertiam aliam? Et conjecit Satanas in linguam ejus, abſque eo, quòd ipſe animadverteret hæc verba: Iſtæ ſunt puellæ excelſæ, quarum ſperanda eſt interceſſio. Gaviſi ſunt ergo audientes hoc Coraiſitæ. Sed Gabriel commonuit eum de eo, quod Satanas conjecerat in linguam ejus: quamobrem contriſtatus eſt. Verùm conſolationem magnam accepit, & fiduciam ob id, quod in hoc verſiculo revelatum eſt illi.* Jahias ex Cottada eodem prope modo rem Narrat: بينما رسول الله ﷺ يصلى عند المقام اذ نعس فالقا الشيطان على لسانه كلمة فتكلم

* *Quid vobis videtur de Ellata, & Aloza, & Manata tertia alia?*

فتكلم بها فتعلقها المشركون عليه وانهٔ قرءَ افرايتم
اللات والعزى ومناة الثالثة الاخرى فالقى الشيطان
على لسانهٔ ونعس فان شفاعتها هى المرتجى وانهـا
لمع الغرانيق العلى فحفظها المشركون واخبرهـــم
الشياطين ان نبى اللهٔ قد قرءها. *Dùm Legatus Dei Mahumetus legeret Alcoranum prope locum, in quo infideles conſiſtebant, dormitavit: conjecitque Satanas in linguam ejus neſcio, quæ verba, quæ ipſe protulit. Et captaverunt illum Infideles in hujuſmodi verbis. Legebat autem verſiculum illum Alcorani. An vidiſtis Allatam, & Alozam, & Manatam tertiam aliam? Conjecit autem Satanas in linguam ejus dormitantis: Certè harum Dearum interceſſio ſperanda eſt: & quidem hæ ſunt cum puellis ſpecioſis, excelſis. Id obſervaverunt Infideles: nam Dæmones manifeſtaverunt eis, quòd Propheta Dei hujuſmodi verba protuliſſet.* Eodem ferè modo referunt hujuſmodi factum Zamchaſcerius, & alii expoſitores.

REFUTATIONES.

I. OMnia, quæ Mahumetus præcipit ſuis circa Peregrinationem Meccanam, deſumpta ferè ſunt ab antiqua Ethnicorum Arabum ſuperſtitione, quemadmodùm Mahumetani ipſi fatentur, & nos alio in loco demonſtravimus. Unum hìc certiſſimum habendum eſt, neque Abraham, neque Iſmaelem delubrum illud Meccanum ædificaſſe. Id jam ſuperiùs ſatis manifeſtè demonſtravimus. Quamobrem ruit præcipuum fundamentum Mahumetanicæ ſuperſtitionis.

II. Dùm Mahumetus non ſolùm permittit non deſtrui, ſed improbat, quòd deſtruantur Eccleſię Chriſtianorum, clauſtra Monachorum, & Synagogę Judęorum, ęquè, ac Meſchitę ſuorum Moslemorum, quia in his locis commemoratur plurimum nomen Dei; (ideſt laudibus, ac precibus honoratur, & colitur:) oſtendit ſe tùm Chriſtianam Religionem, tùm Judaicam ſectam approbare. Si enim Chriſtiani eſſent in mala, vel falſa religione, expediret eorum Eccleſias, ac Monaſteria deſtrui: neque enim placere poſſent Deo preces, & ſacra eorum. Sed homo nullius religionis, religiones omnes pro ſuo libito amplectebatur, & commiſcebat.

III. Promittit Impoſtor ſuis aſſeclis Paradiſum, qui conſiſtit in hortis, fluminibus, veſtibus ſericis, armillis ex auro, gemmiſque confectis, & aliis hujuſmodi. Hæc, ſi myſticè, vel metaphoricè Moslemi intelligerent, in ſanam partem accipi poſſent. Verùm ita materialiter accipiunt: ut, ſi quis ea figuratè, vel allegoricè dicta eſſe affirmaret, pro hæretico, impioque haberetur. Certum eſt autem etiam apud veteres Philoſophos, non poſſe in his bonis, quantumvis excellentibus, veram hominum felicitatem ſitam eſſe.

IV. Ridiculum eſt id, quod in hac Sura narratur, ſeu fingitur: nimirùm Mahumetum, dùm Alcoranum recitaret, oſcitanter in apertam blaſphemiam erupiſſe, tria Meccanorum idola commendando, eorumque interceſſionem, ac patrocinium adſtantibus aſſerendo. Illud verò nullo modo tolerari poteſt, maximumque mendacium cenſendum eſt, quòd Deus ad Prophetæ ſui impietatem, ſeu excuſandam, ſeu purgandam, pronunciet, nullum legatum, neque Prophetam ante Mahumetum fuiſſe, qui, dùm ſacros libros divinitùs revelatos legeret, blaſphemiam aliquam hujuſmodi, non quidem ex propria malitia, ſed aſtu Satanę (quemadmodùm Mahumeto dormitanti acciderat) non interſeruerit. Et quidem non fuerunt legati, & Prophetæ ante Mahumetum, juxta Arabum ſententiam, pauci; Cùm ſcribat Zamchaſcerius.

وعن النبي ص انه سئل عن الانبياء فقـــال
مايهٔ والف واربعهٔ وعشرون الفا فقيل فكـــم
الرسل منهـــم فقال ثلثمايهٔ وثلث عشر.

Interrogatus quondam Propheta Mahumetus, quot fuiſſent Prophetæ: Reſpondit: centum viginti quatuor millia. Interrogatus rurſum, quot ex iis fuiſsent legati: reſpondit: trecenti, ac tredecim. Iſmael habet, *trecentos, ac ſeptemdecim.* Volunt autem, hos omnes, Mahumeto excepto, ortos fuiſſe ex progenie Iſaac; & natos, ac miſſos à Deo in menſibus Alharam, ſeu ſacris, poſt quadrageſimum ætatis annum, excepto Chriſto. Omnes item in ſuis vaticiniis à Dæmone aliquandò deceptos, atque illuſos fuiſſe. Diſtinguunt autem legatos à Prophetis: quia, etiamſi legati omnes fuerint etiam Prophetæ, ſolis tamen legatis traditi ſunt libri cęlitus à Deo: reliqui verò Prophetę eoſdem libros jam traditos prædicavere. Ita Zamchaſcerius, & Iſmael in locis allegatis.

V. Inter opera divinæ potentiæ illud reponitur in Alcorano, quòd Deus imperio, & voluntate ſua, & ex magna erga homines miſericordia, Cœlum retineat, ne cadat ſuper terram, & opprimat habitatores ejus. O acumen Chryſippæum! quaſi verò Cœlum violenter ſuſpenſum ſupra terram, velut lapis in aere, detineretur: & non potiùs eſſet contra naturam ipſius, ipſique omninò violentum è propria ſede dimoveri. Erat revera tàm malus aſtrologus, quàm falſus Propheta Mahumetus. Verùm, etiamſi Cœlum ſuper terram rueret, non tamen putandum eſt ex illius caſu præcisè quemquam interimendum, aut opprimendum, cùm ſit materiæ tenuiſſimæ, ac nullius ponderis.

VI. Affirmat Mahumetus, ritus, ac ſacra cujuslibet gentis, à Deo inſtituta fuiſſe; quamobrem non eſſe de his diſputandum. Sacra igitur Chriſtianæ religionis, ejuſdemque leges cogitur approbare. Quòdſi dicat hæc uſque eò bona fuiſſe, quandiù per Alcoranum à Deo aliis legibus, ac ſacris traditis abrogata non ſunt, quemadmodùm Moſaicæ legis ritus tandiù boni fuere, quandiù per Euangelium aboliti non ſunt.

ſunt. Reſpondeo, hoc illum gratis aſſerere, nec ullo modo poſſe probare: nullibi enim in ſacris libris invenimus Meſſiæ legem mutandam eſſe, quemadmodùm Moſaicam mutandam reperimus. Imò hanc uſque ad finem mundi perſeveraturam eſſe, Prophetarum oracula manifeſtè teſtantur. Denique pro bonitate Chriſtianæ legis Mahumetum ipſum teſtem habemus. At verò pro Alcoranicis ſuperſtitionibus nullum, niſi ſe ipſum poteſt Mahumetus teſtem proferre. Neque verò expectandum eſt, ut de his dijudicet inter nos Deus in die reſurrectionis: jam enim ſatis, ſuperque judicavit, ac dijudicavit in ſacris ſcripturis.

VII. Turpiter ſibi contradicit Impoſtor. Cùm enim ſuperiùs ſemel dixiſſet, Deum mittere legatos ſuos, non Angelos, ſed homines: hìc oppoſitum affirmat: Deum ſcilicet tàm ex Angelis, quàm ex hominibus legatos mittere.

VIII. Quamvis negandum non ſit, legem à Mahumeto evulgatam licentiæ, ac libidini frena laxare: non tamen poteſt omninò illi concedi, nihil eſſe in ea ardui, aut difficilis, quemadmodùm ipſe nunc gloriatur. Sunt in ea ſine dubio nonnulla admodùm ardua, ac moleſta, quæ tamen ſuperſtitionem tantummodò continent, vel nihil pertinent ad pietatem, veramque religionem: cujuſmodi ſunt illæ tàm multæ, tamque importunæ lotiones, incurvationes, geſticulationes, & alia hujuſmodi, quæ riſum potiùs, quàm pietatem valeant excitare. Jejunium etiam Romadan menſibus æſtivis: peregrinatio Meccana: circumciſio adulta jam ætate, non modicam, quamvis inutilem ſecum afferunt difficultatem: nec minoris eſſet incommodi à vino abſtinere, niſi Mahumetani in hoc ſibi nimis, & uſque ad ebrietatem indulgerent.

سورة المومنون مكيّة وهى ماية وثمانى عشر آية

SURA XXIII.

FIDELES.

MECCANA:

COMMATUM CENTUM, DECEM, & OCTO.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 قد افلح المومنون ۞ 2 الذين هم في صلاتهم خاشعون ۞ 3 والذين هم عن اللغو
معرضون ۞ 4 والذين هم للزكوة فاعلون ۞ 5 والذين هم لفروجهم حافظون ۞
6 الا على ازواجهم او ما ملكت ايمانهم فانهم غير ملومين ۞ 7 فمن ابتغى وراء ذلك
فاولايك هم العادون ۞ 8 والذين هم لامناتهم وعهدهم راعون ۞ 9 والذين هم على
صلواتهم يحافظون ۞ 10 اولايك الوارثون ۞ 11 الذين يرثون الفردوس هم فيها خالدون ۞
12 ولقد خلقنا الانسان من سلالة من طين ۞ 13 ثم جعلناه نطفة في قرار مكين ۞
14 ثم خلقنا النطفة علقة فخلقنا العلقة مضغة فخلقنا المضغة عظاما فكسونا العظام لحما
ثم انشاناه خلقا اخر فتبارك الله احسن الخالقين ۞ 15 ثم انكم بعد ذلك لميتون ۞
16 ثم انكم يوم القيمة تبعثون ۞ 17 ولقد خلقنا فوقكم سبع طرايق وما كنا عن
الخلق غافلين ۞ 18 وانزلنا من السماء ماء بقدر فاسكناه في الارض وانا على ذهاب به
لقادرون ۞ 19 فانشانا لكم به جنات من نخيل واعناب ۞ 20 لكم فيها فواكه
كثيرة ومنها تاكلون ۞ 21 وشجرة تخرج من طور سينا تنبت بالدهن وصبغ للاكلين ۞
22 وان لكم في الانعام لعبرة نسقيكم مما في بطونها ولكم فيها منافع كثيرة ومنها
تاكلون ۞ 23 وعليها وعلى الفلك تحملون ۞ 24 ولقد ارسلنا نوحا الى قومه فقال يا قوم
اعبدوا الله ما لكم من اله غيره افلا تتقون ۞ 25 فقال الملا الذين كفروا من قومه ما هذا
الا بشر مثلكم يريد ان يتفضل عليكم ولو شاء الله لانزل ملايكة ما سمعنا بهذا في ابايئنا
الاولين ۞

الأولين ۝ 26 إن هو إلا رجل به جنة فتربصوا به حتى حين ۝ 27 قال رب انصرني
بما كذبون ۝ 28 فأوحينا إليه أن اصنع الفلك بأعيننا ووحينا فإذا جاء أمرنا وفار التنور ۝
فاسلك فيها من كل زوجين اثنين وأهلك إلا من سبق عليه القول منهم ولا تخاطبني في
الذين ظلموا إنهم مغرقون ۝ 30 فإذا استويت أنت ومن معك على الفلك فقل الحمد لله
الذي نجانا من القوم الظالمين ۝ 31 وقل رب أنزلني منزلا مباركا وأنت خير المنزلين ۝
32 إن في ذلك لآيات وإن كنا لمبتلين ۝ 33 ثم أنشأنا من بعدهم قرنا آخرين ۝
34 فأرسلنا فيهم رسولا منهم أن اعبدوا الله ما لكم من إله غيره أفلا تتقون ۝ 35 وقال الملأ
من قومه الذين كفروا وكذبوا بلقاء الآخرة وأترفناهم في الحيوة الدنيا ما هذا إلا بشر مثلكم
يأكل مما تأكلون منه ويشرب مما تشربون ۝ 36 ولئن أطعتم بشرا مثلكم إنكم إذا
لخاسرون ۝ 37 أيعدكم أنكم إذا متم وكنتم ترابا وعظاما أنكم مخرجون ۝ 38 هيهات
هيهات لما توعدون ۝ 39 إن هي إلا حياتنا الدنيا نموت ونحيي وما نحن بمبعوثين ۝
40 إن هو إلا رجل افترى على الله كذبا وما نحن له بمؤمنين ۝ 41 قال رب انصرني
بما كذبون ۝ 42 قال عما قليل ليصبحن نادمين ۝ 43 فأخذتهم الصيحة بالحق
فجعلناهم غثاء فبعدا للقوم الظالمين ۝ 44 ثم أنشأنا من بعدهم قرونا آخرين ۝ 45 ما تسبق
من أمة أجلها وما يستأخرون ۝ 46 ثم أرسلنا رسلنا تترى كلما جاء أمة رسولها كذبوه
فأتبعنا بعضهم بعضا وجعلناهم أحاديث فبعدا لقوم لا يؤمنون ۝ 47 ثم أرسلنا موسى وأخاه
هرون بآياتنا وسلطان مبين ۝ 48 إلى فرعون وملائه فاستكبروا وكانوا قوما عالين ۝
49 فقالوا أنؤمن لبشرين مثلنا وقومهما لنا عابدون ۝ 50 فكذبوهما فكانوا من المهلكين ۝
51 ولقد آتينا موسى الكتاب لعلهم يهتدون ۝ 52 وجعلنا ابن مريم وأمه آية وآويناهما إلى
ربوة ذات قرار ومعين ۝ 53 يا أيها الرسل كلوا من الطيبات واعملوا صالحا إني بما
تعملون عليم ۝ 54 وإن هذه أمتكم أمة واحدة وأنا ربكم فاتقون ۝ 55 فتقطعوا أمرهم
بينهم زبرا كل حزب بما لديهم فارحون ۝ 56 فذرهم في غمرتهم حتى حين ۝ 57 أيحسبون
أنما نمدهم به من مال وبنين ۝ 58 نسارع لهم في الخيرات بل لا يشعرون ۝ 59 إن الذين
هم من خشية ربهم مشفقون ۝ 60 والذين هم بآيات ربهم يؤمنون ۝ 61 والذين هم بربهم لا
يشركون والذين يؤتون ما آتوا وقلوبهم وجلة أنهم إلى ربهم راجعون ۝ 62 أولئك يسارعون في
الخيرات وهم لها سابقون ۝ 63 ولا نكلف نفسا إلا وسعها ولدينا كتاب ينطق بالحق وهم لا
يظلمون ۝ 64 بل قلوبهم في غمرة من هذا ولهم أعمال من دون ذلك هم لها عاملون ۝
حتى إذا أخذنا مترفيهم بالعذاب إذا هم يجأرون ۝ 66 لا تجأروا اليوم إنكم منا لا
تنصرون ۝

تنصرون ۞ 68 قد كانت آياتي تتلى عليكم فكنتم على أعقابكم تنكصون ۞
69 مستكبرين به سامرا تهجرون ۞ 70 أفلم يدبروا القول أم جاءهم ما لم يأت آباءهم
الأولين ۞ 71 أم لم يعرفوا رسولهم فهم له منكرون ۞ 72 أم يقولون به جنة بل
جاءهم بالحق وأكثرهم للحق كارهون ۞ 73 ولو اتبع الحق أهواءهم لفسدت السموات
والأرض ومن فيهن بل أتيناهم بذكرهم فهم عن ذكرهم معرضون ۞ 74 أم تسلهم خرجا
فخراج ربك خير وهو خير الرازقين ۞ 75 وإنك لتدعوهم إلى صراط مستقيم ۞ 76 وإن
الذين لا يؤمنون بالآخرة عن الصراط لناكبون ۞ 77 ولو رحمناهم وكشفنا ما بهم من ضر
للجوا في طغيانهم يعمهون ۞ 78 ولقد أخذناهم بالعذاب فما استكانوا لربهم وما يتضرعون ۞
79 حتى إذا فتحنا عليهم بابا ذا عذاب شديد إذا هم فيه مبلسون ۞ 80 وهو الذي أنشأ لكم
السمع والأبصار والأفيدة قليلا ما تشكرون ۞ 81 وهو الذي ذرأكم في الأرض وإليه
تحشرون ۞ 82 وهو الذي يحيي ويميت وله اختلاف الليل والنهار أفلا تعقلون ۞ 83 بل
قالوا مثل ما قال الأولون ۞ 84 قالوا أإذا متنا وكنا ترابا وعظاما أإنا لمبعوثون ۞ 85 لقد
وعدنا نحن وآباؤنا هذا من قبل إن هذا إلا أساطير الأولين ۞ 86 قل لمن الأرض ومن
فيها إن كنتم تعلمون ۞ 87 سيقولون لله قل أفلا تذكرون ۞ 88 قل من رب
السموات السبع ورب العرش العظيم ۞ 89 سيقولون لله قل أفلا تتقون ۞ 90 قل من
بيده ملكوت كل شيء وهو يجير ولا يجار عليه إن كنتم تعلمون ۞ 91 سيقولون لله
قل فأني تسحرون ۞ 92 بل أتيناهم بالحق وإنهم لكاذبون ۞ 93 ما اتخذ الله من
ولد وما كان معه من إله إذا لذهب كل إله بما خلق ولعلا بعضهم على بعض سبحان الله
عما يصفون ۞ 94 عالم الغيب والشهادة فتعالى عما يشركون ۞ 95 قل رب إما تريني
ما يوعدون ۞ 96 رب فلا تجعلني في القوم الظالمين ۞ 97 وإنا على أن نريك ما نعدهم
لقادرون ۞ 98 ادفع بالتي هي أحسن السيئة نحن أعلم بما يصفون ۞ 99 وقل رب أعوذ بك
من همزات الشياطين ۞ 100 وأعوذ بك رب أن يحضرون ۞ 101 حتى إذا جاء أحدهم الموت
قال رب ارجعون ۞ 102 لعلي أعمل صالحا فيما تركت كلا إنها كلمة هو قائلها ومن
ورائهم برزخ إلى يوم يبعثون ۞ 103 فإذا نفخ في الصور فلا أنساب بينهم يومئذ ولا يتساءلون ۞
104 فمن ثقلت موازينه فأولئك هم المفلحون ۞ 105 ومن خفت موازينه فأولئك الذين خسروا
أنفسهم في جهنم خالدون ۞ 106 تلفح وجوههم النار وهم فيها كالحون ۞ 107 ألم
تكن آياتي تتلى عليكم فكنتم بها تكذبون ۞ 108 قالوا ربنا غلبت علينا شقوتنا وكنا قوما
ضالين ۞

ضَالِّيـــنَ ۞ 108 رَبَّنَا أَخْرِجْنَا مِنْهَا فَإِنْ عُدْنَا فَإِنَّـا ظَالِمُونَ ۞ 109 قَالَ اخْسَؤُا فِيهَـــا وَلَا
تُكَلِّمُونِ ۞ 110 إِنَّـــهُ كَانَ فَرِيقٌ مِنْ عِبَادِي يَقُولُونَ رَبَّنَا آمَنَّا فَاغْفِرْ لَنَا وَارْحَمْنَا وَأَنْتَ خَيْرُ
الرَّاحِمِينَ ۞ 111 فَاتَّخَذْتُمُوهُمْ سِخْرِيًّا حَتَّى أَنْسَوْكُمْ ذِكْرِي وَكُنْتُمْ مِنْـــهُمْ تَضْحَكُونَ ۞
112 إِنِّي جَزَيْتُهُمُ الْيَوْمَ بِمَـــا صَبَرُوا أَنَّهُمْ هُمُ الْفَائِزُونَ ۞ 113 قَالَ كَـــمْ لَبِثْتُمْ فِـــي الْأَرْضِ
عَدَدَ سِنِينَ ۞ 114 قَالُوا لَبِثْنَا يَوْمًا أَوْ بَعْضَ يَوْمٍ فَسْئَلِ الْعَادِّينَ ۞ 115 قَالَ إِنْ لَبِثْتُمْ إِلَّا قَلِيلًا
لَوْ أَنَّكُمْ كُنْـتُمْ تَعْلَمُونَ ۞ 116 أَفَحَسِبْتُمْ أَنَّمَـــا خَلَقْنَاكُمْ عَبَثًا وَأَنَّكُمْ إِلَيْنَا لَا تُرْجَعُونَ ۞
117 فَتَعَـــالَى اللَّهُ الْمَلِكُ الْحَقُّ لَا إِلَهَ إِلَّا هُوَ رَبُّ الْعَرْشِ الْكَرِيمِ ۞ 118 وَمَنْ يَدْعُ مَـــعَ
اللَّهِ إِلَهًا آخَرَ لَا بُرْهَانَ لَهُ بِـــهِ فَإِنَّمَا حِسَابُهُ عِنْدَ رَبِّهِ إِنَّهُ لَا يُفْلِحُ الْكَافِرُونَ ۞ 119 وَقُـــلْ
رَبِّ اغْفِرْ وَارْحَمْ وَأَنْتَ خَيْرُ الرَّاحِمِينَ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

الجزءُ الثامن عشر
Pars decima octava.

1. JAm felices ſunt Fideles. 2. Qui in oratione ſua ſunt ſeſe humiliantes. 3. Et, qui ſunt ab inani, futilique ſermone procul recedentes. 4. Et, qui ſunt eleemoſynam facientes. 5. Et, qui ſunt mutones ſuos cuſtodientes, *non utentes illis*. 6. Niſi erga uxores ſuas, aut quod poſſederunt dexteræ eorum (*ideſt erga ancillas ſuas*) nam ipſi *erunt in his* inculpabiles. 7. Qui verò concupierit præter hoc (*ideſt præter uxores, & ancillas*) hi erunt prævaricatores. 8. Et, qui ſunt vadimonia ſua, & pactum ſuum obſervantes. 9. Et, qui ſuper orationes ſuas habent cuſtodiam (*ideſt perſolvunt eas temporibus ſuis*). 10. Hi erunt Hæreditantes. 11. Qui hæreditabunt Paradiſum, ipſi in eo perpetuò commoraturi. 12. Et jam porrò creavimus hominem ex extracto luti (*ideſt ex luto defæcato*). 13. Deindè poſuimus eum ſperma in manſione firma (*ideſt in vulva*). 14. Deindè creavimus ſperma illud in ſanguinem coagulatum. Deindè creavimus ſanguinem illum coagulatum in fruſtum carnis. Poſteà creavimus fruſtum illud carnis in oſſa. Deindè induimus oſſa carne. Deindè produximus illud, quod creaveramus, creatione altera, *facientes illud corpus animatum*. Benedictus igitur ſit Deus Optimus Creantium. 15. Deindè vos profectò poſt hoc ſanè eſtis morituri. 16. Deindè vos certè die reſurrectionis ſuſcitabimini. 17. Et jam quidem creavimus (*ideſt creaveramus*) ſupra vos ſeptem vias (*ideſt Cœlos*) neque fuimus circa creaturam (*ideſt circa homines creatos*) negligentes. 18. Et demiſimus è Cœlo aquam in menſura, & reſidere fecimus eam in terra. Et quidem nos ad auferendam illam certè ſumus potentes. 19. Tùm produximus vobis per eam hortos ex palmis, & vitibus. 20. Sunt vobis in illis fructus multi, & ex illis comeditis. 21. Et *produximus vobis* arborem, *quæ* egreditur ex monte ſyna: profert oleum, & tinturam comedentibus (*ideſt in quo comedentes intingunt bucellas*). 22. Et quidem vobis in pecudibus eſt ſanè eruditio: potamus vos ex eo, quod eſt in uteris earum (*ideſt lacte*) & ſunt vobis in illis utilitates multæ, & ex illis comeditis. 23. Et ſuper illas, & ſuper naves vehimini. 24. Et jam quidem miſimus Noe ad gentem ſuam, & dixit: O populo meus ſervite Deo: non eſt vobis ullus Deus præter eum: an ergo non timebitis *eum*? 25. Dixerunt Primores, qui infideles erant de gente ejus: Non eſt hic, niſi homo *carneus*, ſicut vos: affectat, ut excellens fiat ſupra vos, Quodſi voluiſſet Deus, *ne coleremus alium præter ſe*: certè miſſiſſet Angelos; *non hunc hominem*. Non audivimus hoc de patribus noſtris primis. 26. Si eſt hic, niſi homo, in quo eſt mania. Cuſtodite ergo eum uſque ad tempus. 27. Dixit *Noe*: Domine mi adju-

va me in hoc, quod insimulant me mendacii. 28. Et diximus per revelationem ad eum: Fac Arcam in oculis nostris, & revelatione nostra *(ideſt videntibus, & revelantibus nobis.)*. Cùm autem advenerit negocium nostrum *(ideſt tempus diluvii)* & ebullierit furnus *aqua*, *qui nunc deſervit ad coquendum panem*: 29. Intromitte in eam ex omni *animante* paria duo, *masculum*, *& fœminam*, & familiam tuam, præter eum, super quem præcessit dictum ex illis *(ideſt præter eum ex illis, quem prædeterminavi dicto, seu decreto meo ad perditionem)*. Et ne alloquaris me pro iis, qui sunt iniqui, etenim ipsi demergendi sunt. 30. Cùm autem conscendes tu, &, qui tecum sunt, in Arcam, dic: Laus Deo, qui liberavit nos de gentibus iniquis. 31. Et, *cùm descendes ab ea*, dic: Domine mi, descendere fac me descensu benedicto *(ideſt felici)* nam tu es Optimus descendere facientium. 32. Certè in hoc fuerunt sanè signa *divinæ potentiæ*, & quidem fuimus sanè probantes *per hoc gentem Noe*. 33. Deindè oriri fecimus post eos generationem aliam *(nempe Aadæos)*. 34. Misimusque inter eos legatum ex ipsis, *nomine Hud*, *qui dixit eis*: Colite Deum. Non est vobis ullus Deus præter eum: an ergo non timebitis *eum*? 35. Et dixerunt Primores è populo ejus, qui erant infideles, & abnegabant occursum alterius vitæ *(i. diem resurrectionis)* & deliciarum affluentiam dederamus eis in vita mundana: Non est hic, nisi homo *carneus*, sicut vos: comedit ex eo, quod comeditis, & bibit ex eo, quod bibitis. 36. Et sanè, si obedieritis homini *carneo*, sicut vos, procul dubio vos tis prorsùs pereuntes. 37. An promittit vobis, quòd vos, ubi mortui fueritis, & eritis pulvis, & ossa, quòd vos, *inquam*, estis educendi *vivi è tumulis*? 38. Apage, apage id, quod promittitur vobis. 39. Si est *alia vita*, nisi vita nostra mundana. Morimur, & vivimus: neque nos sumus resuscitandi. 40. Si est hic, nisi vir, qui commentus est contra Deum mendacium. Sed non erimus nos illi credentes. 41. Dixit *Hud*: Domine mi, defende me in eo, quod mendacii insimulaverunt me. 42. Respondit *Deus*: Post modicum profectò evadent pœnitentes. 43. Sustulit igitur eos supplicium cum veritate, & reddidimus eos *velut* germen aridum. Procul ergo *à misericordia Dei* gentes iniquæ. 44. Deindè oriri fecimus post eos generationes alias. 45. Non præveniet ulla gens terminum suum: neque differentur *ulteriùs*, *postquam terminus advenerit*. 46. Deindè misimus legatos nostros successivè cum interpolatione* Quotiescumque veniebat ad aliquam gentem legatus suus, mendacii insimulabant eum. Et subsequi fecimus alios eorum alios *(ideſt perdidimus unam gentem post aliam)* & posuimus eos in novas narrationes. Procul itaque *à Divina misericordia* gentes, quæ non credunt. 47. Deindè misimus Moysen, & fratrem ejus Aaron cum signis nostris, & potestate manifesta. 48. Ad Pharaonem, & Primates ejus: Sed superbè renuerunt *credere*, erant enim homines *a* sublimes. 49. Dixerunt itaque: An credemus duobus hominibus, *qui sunt*, sicut nos, & gens eorum sunt nobis servientes? 50. Et mendacii insimulaverunt ambos: quamobrem fuerunt ex perditis. 51. Et jam quidem dedimus Moysi Librum, ut ipsi *(ideſt Israelitæ)* dirigerentur. 52. Et posuimus filium Mariæ, & matrem ejus in miraculum, & recepimus utrumque in locum sublimem, habentem quietem, & fontem aquæ puræ. 53. O Legati, comedite de rebus bonis *(ideſt licitis)* & operamini rectum: ego enim in eo, quod operabimini, cognitor *ero*. 54. Et quidem hæc gens vestra *(ideſt religio vestra)* est gens una, & ego sum Dominus vester: timete ergo me. 55. Et discíderunt *Judæi*, *& Christiani*, *& alii* negotium suum *(ideſt religionem suam)* inter se in sectas. Omnis secta in eo, quod est penes se *(ideſt in opinione sua)* lætantes *sunt*. 56. Sed sine eos in errore suo usque ad tempus *mortis eorum*. 57. An existimant, quòd id, quod extendimus iis de opibus, & filiis *(ideſt copiosè concedimus illis)* acceleremus iis? 58. In bonis *(ideſt ad bonum ipsorum, & non potiùs ad malum)*. Verumtamen non intelligunt. 59. Porrò, qui sunt ex timore Domini sui, sibi caventes *ab ira ejus*: 60. Et, qui in signa Domini sui credunt: 61. Et, qui in Domino suo non ponunt socios: 62. Et, qui dant id, quod dederint *(nempè eleemosynas)* & corda eorum *sunt* timentia, quòd ipsi ad Dominum suum sint reversuri: 63. Hi certatim

* تترى تترى

a elati.

b dederint id, quod dant.

tatim festinant in bonis *operibus*, & ipsi ad ea prævenientes *sunt alios*. 64. Et non gravabimus animam, nisi pro capacitate ejus, & apud nos *est* liber, *qui* loquitur cum veritate: Et ipsi non tractabuntur iniquè. 65. Atqui corda eorum *versantur* in ignorantia de hoc (*idest Alcorano*) & ipsis sunt opera præter hoc (*idest diversa ab operibus fidelium superiùs relatis*) ipsi sunt ea *a* operaturi. 66. Usque dùm sustulerimus opulentos eorum per supplicium *in bello Bedrensi*: ecce ipsi tumultuosè clamabunt. 67. *Sed dicetur illis*: Ne vociferemini hodie: quippe vos à nobis non adjuvabimini. 68. Jam signa nostra legebantur vobis; sed *vos* super calcaneos vestros revertebamini. 69. In superbiam vos efferentes de hoc (*idest de templo, vel locis sacris Meccæ, quæ possidetis*) turba noctu confabulans, falsa, ac futilia obloquebamini *de Mahumeto, & Alcorano*. 70. An ergo non consideraverunt attentè dictum (*idest verba Alcorani*) an venit ad eos id, quod non venit ad patres eorum priores? 71. An non cognoverunt Legatum suum: propterèà ipsi sunt eum abnegantes? 72. An dicunt: In eo sunt Dęmonia? Sed venit ad eos cum veritate, & plerique eorum sunt veritatem abominantes. 73. Quòd, si sequuta esset veritas desideria eorum: profectò corrupti fuissent Cœli, & terra, &, qui sunt in illis. Atqui attulimus eis commonitorium eorum (*idest Alcoranum*) ipsi verò à commonitorio suo sunt longè recedentes. 74. An petes ab eis mercedem *pro prædicatione*? Sed merces Domini tui est melior, & ipse est optimus largientium. 75. Et tu quidem sanè invitas eos ad viam rectam. 76. Et profectò, qui non credunt in alterum sæculum, ab *hac* via sunt certè longè deviantes. 77. Quòd, si miserti fuissemus eorum, & relevassemus, quod erat in eis de damno (*idest famem, quæ per septennium Meccanos afflixit*) profecto tenaciùs hæsissent in errore suo, *& in eo* perseveràssent. 78. Et jam quidem excepimus eos cum pœna (*idest fame*) non tamen humiliaverunt se Domino suo, neque supplices deprecati sunt. 79. Donec, cùm aperuissemus super eos portam habentem pœnam vehementem (*idest cædem belli Bedrensis*) ecce ipsi in ea in desperationem dejecti. 80. Et ipse est, qui creavit vobis auditum, & aspectus, & corda; quàm pauci gratias agitis! 81. Et ipse est, qui procreavit vos in terra; & ad eum congregabimini. 82. Et ipse est, qui vivificat, & mortificat, & ab ipso est varietas noctis, & diei: an ergo non intelligitis? 83. Sed dixerunt, quod dicebant Priores. 84. Dixerunt: An postquàm mortui fuerimus, & erimus pulvis, & ossa; an utique nos certè *sumus* suscitandi? 85. Jam quidem promissum fuit nobis, & Patribus nostris hoc antea: si est hoc, nisi fabulæ Priorum. 86. Dic: Cujus est terra, &, qui sunt in ea, si vos scitis *hoc?* 87. Respondebunt: Dei. Dic an ergo non commonefietis? 88. Dic: Quis est Dominus Cœlorum septem, & Dominus Throni magni? 89. Respondebunt: Dei. Dic: an ergo non timebitis *eum?* 90. Dic: Cujus in manu est Regnum omnis rei; & ipse protegit, & non protegitur; si scitis? 91. Respondebunt: Dei. Dic: Quomodò ergo præstigiis fascinamini? 92. Atqui attulimus illis veritatem: & nihilominùs ipsi sunt sanè mentientes. 93. Non suscepit Deus ullam prolem, & non cum eo ullus Deus: alioquin sanè abstulisset quilibet Deus id, quod creasset *pro se*, & quidem extulisset se alius eorum supra alium. Laus Deo ab eo, quod prædicant (*idest procul abest Deus ab hoc*). 94. Cognitor est occulti, & manifesti: itaque exaltetur ab eo, quod associant (*idest procul absit ab habendis diis sociis*). 95. Dic: Domine mi, si videre feceris me id *supplicii*, quod ipsis promittitur. 96. Domine mi, ne ponas me cum gentibus iniquis (*idest ne involvas me in supplicio eorum*). 97. Et nos quidem ad hoc, ut videre faciamus te id, quod ipsis comminamur, sanè sumus potentes. 98. Depelle per id, quod est *b* optimum, malum (*idest ignosce illis id, quo te lædunt*). Nos scientissimi sumus de eo, quod prædicant (*idest obloquuntur*). 99. Et dic: Domine mi, confugio ad te, *ut liberes me* à stimulis Satanarum. 100. Et confugio ad te, Domine mi, ne præsentes sint mihi (*idest ne noceant mihi*). 101. Quandò venerit alicui eorum mors, dicet: Domine mi, redire fac me *in vitam*. 102. Ut ego operer rectum in eo, quod reliqui (*idest in spatio vitæ, quod mihi*

« operantes.

b melius.

mihi periit); *Sed respondebitur ei*: Nequaquam. Profectò *hoc* verbum (*ideſt redire fac me*) ipſe dicturus eſt illud: *Sed fruſtrà*: nam poſt eos *erit* repagulum, *ne redire poſſint* uſque ad diem, *qua* ſuſcitabuntur. 103. Cùm ergo inſufflatum fuerit in Tubam: non *erunt* porrò cognationes inter eos die illa: neque ſeſe mutuò rogabunt *propter eas*. 104. Porrò, cujus graves fuerint bilances ejus *operibus bonis*: hi erunt felices. 105. Cujus verò leves fuerint bilances ejus, hi ſunt, qui perdent animas ſuas, in gehenna ſemper moraturi. 106. Aduret facies eorum ignis, & ipſi in eo erunt contrahentes labia *præ dolore*, *& dicetur illis*. 107. Nonne ſigna mea legebantur vobis *in Alcorano*? At *vos* ea mendacii inſimulabatis. 108. Reſpondebunt: Domine noſter, prævaluit ſuper nos infelicitas noſtra, & fuimus homines errantes. 109. Domine noſter, educ nos ab eo (*ideſt igne*). Quòd ſi redierimus *in priſtinum errorem*, tunc certè nos erimus ex iniquis. 110. Dicet *illis Deus*: Procul eſte, abjecti in eo, & ne alloquamini me *pro libertate veſtra*. 111. Certè, quòd fuit pars è ſervis meis, *qui* dicebant: Domine noſter, credidimus: parce ergo nobis, & miſerere nobis: tu enim es Optimus Miſerantium. 112. Atqui excipiebatis eos cum ludibrio, ita, ut obliviſci facerent vos memoriam mei (*quia ſcilicet illi videntes, ſe contemni, deſiſtebant à vobis commonendis*) & vos ex eis riſum captabatis. 113. Ego ſanè rependi eis mercedem hodie pro eo, quod patienter ſuſtinuerunt: certè ipſi erunt felices. 114. Dicet *illis Deus*: Quoto morati eſtis in terra numero annorum? 115. Reſpondebunt: Morati ſumus diem, vel partem diei: Atqui interroga numerantes (*ideſt pete hoc ab Angelis, qui recenſent opera creaturarum*). 116. Dicet *illis Deus*: *a* Non morati eſtis, niſi parùm, *a* si: ſi porrò vos ſciretis *numerare*, *hoc cognoſceretis*. 117. Putabatis ne, quòd creaviſſemus vos fruſtrà, &, quòd vos ad nos non eſſetis reducendi? 118. Atqui exaltetur Deus, Rex, Veritas: non eſt Deus, niſi ipſe; Dominus Throni venerandi. 119. Qui autem invocat cum Deo deum alium; non eſt probatio demonſtrativa ipſi de eo (*ideſt non poteſt id probare*) profectò redditio rationis ejus erit apud Dominum ſuum (*ideſt reddet rationem de hoc peccato apud Deum*) certè non felicitabuntur infideles. 120. Et dic: Domine mi, parce, & miſerere: tu enim es Optimus Miſerantium.

NOTÆ.

INſcribitur Sura المومنون *Fideles*, ſeu *Credentes*, ab ultima verſiculi primi dictione. Eſt Meccana: & in ea centum decem, & octo verſus communiter recenſentur. Nonnulli tamen unum ſuperaddunt. Lectoris præmium erit, quòd

من قراء سورة المومنين بشرته الملايكة بالروح والريحان وما يقر به عينه عند نزول ملك الموت:

Qui legerit Suram Fidelium, exhilarabitur ab Angelis aura, & odore ſuavi, & iis rebus, quibus recreetur oculus ejus ſub adventum Angeli mortis. Habetur ex traditione dixiſſe Mahumetum ipſum لقد نزلت علىّ عشر ايات من قراهن دخل الجنة ثم قراء قد افلح المومنون حتى ختم العشر

Revelati ſunt mihi decem verſus, quos qui legerit, ingredietur in Paradiſum. Deindè legit Suram. Jam felices ſunt fideles; donec pervenit ad finem decimi verſus. Addit Zamchaſcerius: وروى ان اول سورة قد افلح المومنون واخرها مدد كنوز العرش من عمل بثلاث ايات من اولها

واتعظ باربع ايات من اخرها فقد نجا وافلح

Habetur ex traditione, Principium, & finem Suræ Fidelium, eſſe depromptum ex theſauris Throni Dei. Qui operatus fuerit juxta tres primos verſus, & inſtructus, & commonefactus per ultimos quatuor verſus illius, ſalutem adipiſcetur, & beatus erit.

XVII. *Et jam quidem creavimus ſuper vos ſeptem vias.*] Jam notavimus, viarum nomine hoc loco ab Expoſitoribus Cœlos intelligi. Rationem reddit Gelal: لانها طرق الملايكة. *Quia Cœli ſunt Angelorum viæ*.

Quod autem additur: neque fuimus circa creaturam negligentes: innuitur, juxta expoſitionem ejuſdem Auctoris, Deum retinere ipſos Cœlos violenter ſuſpenſos ان يسقط عليهم فتهلكهم, *ne cadant ſuper homines, & interimant illos*. Vide ſuperiùs eamdem ineptiam.

XXI. *Arborem, quæ egreditur ex monte Sina.*] Pro hujuſmodi arbore intelligunt communiter Expoſitores الزيتون, *Oleam*, ſeu arborem olivi. Quaſi verò peculiare ſit monti Sinai hanc arborem progignere, qua regiones ferè omnes abundant.

XXVIII. *Et ebullierit furnus.*] Vide, quæ ſuperiùs circa hoc dicta ſunt.

XXIX. *Præter eum, ſuper quem præceſſit dictum ex illis.*] Exponit Gelal: وهو زوجته وولده كنعان

Fuerunt hi uxor ejus, & filius ejus Canaan. Putant enim Arabes, hos duos in diluvio periisse ob iniquitatem ipsorum, quantumvis Noe pro iis precaretur. Vide alibi dicta: & Prodr. p. 4. cap. ultim.

LIII. *Et recepimus utrumque in locum sublimem.*] Gelal: وهو بيت المقدس او دمسق او فلسطين

Idest in Jerusalem, seu Templum Jerosolimitanum, vel in Damascum, vel in Palestinam. Puto tamen Alcoranum loqui de Paradiso terrestri.

LXXXVIII. *Respondebunt: Dei.*] Credidissem esse mendum Scriptoris, qui pro اللّٰه *Deus*, posuisset لِلّٰه *Dei*: Sed, cùm in omnibus exemplaribus constanter legatur لِلّٰه *Dei*, constat fuisse oscitantiam Mahumeti. Sed fortasse excusabunt illum Mahumetani, quòd mens illius fuerit in hac responsione, septem Cælos, & Thronum magnum esse Dei.

C. *Domine mi; redire facite me.*] Putat Gelal, usurpari hìc verbum plurale cum Deo, للتعظيم *ad magnificentiam*. ut cum magnis Principibus fieri consuevit.

REFUTATIONES.

I. OStendit se Mahumetus continentiæ amicum, dùm asseclas suos ad frænandas libidines hortatur. Eodem tamen tempore licentiùs, quàm par est, eorumdem luxuriæ laxat habenas, dùm non solùm plurium uxorum, sed etiam omnium ancillarum ad thorum usum liberum permittit. Hoc certè non solùm contra omnes continentiæ, & temperantię leges, sed etiam contra Reipublicę bonum esse censendum est; cùm sexcenta inde incommoda, odia, rixæ, & domesticæ rei jactura consequantur. Sed de hoc vide, quæ alibi disservimus. Vide Prodromum, par. 4. cap. 26. pag. 466. ubi per errorem ponitur المؤمن *Fidelis*, pro المؤمنون Fideles. Ibi probo, hunc liberum coitum cum ancillis esse veram fornicationem, seu potiùs adulterium, nec posse conjugii colore cohonestari.

II. Ex iis, quæ de Noe differit Alcoranus, patet, ante diluvium fuisse homines Idolorum cultores. Hoc autem sacris litteris, & meliorum scriptorum sententiæ repugnare, jam suprà demonstravimus.

III. Cùm ex iisdem sacris litteris manifestè habeamus, universam familiam Noe fuisse in Arca à diluvio liberatam, & ipsum, ejusque uxorem, & tres filios cum uxoribus suis post diluvium ex Arca sospites egressos fuisse: mentitur Mahumetus cum Mahumetanis, dùm Canaan filium Noe, & uxorem ejusdem Noe aquis demersos fuisse nugantur. Et miror, Auctorem quemdam Gallum, qui Annales Ecclesiasticos Arabicè conscriptos in lucem dedit, hunc tàm crassum Alcorani errorem velle excusare; quasi verò ex sacris litteris, & ex perpetuo omnium tàm Hebræorum, quàm Christianorum sensu certum non sit, Noe tres tantùm filios mares habuisse. Hùc accedit, Canaan non filium, sed nepotem Noe fuisse, & nonnisi post diluvium in lucem prodiisse.

IV. Quòd Judæos, & Christianos suggillet, quia religionem suam in sectas discideriut, facilè Mahumeto ignosci posset, si Mahumetani religionem suam in plures, quàm Judæi, & Christiani sectas non discidissent. Vulgatissimum est, & certissimum apud Arabes Prophetę sui vaticinium, Magos, seu Magusęos in septuaginta sectas, Judæos in septuaginta, & unam, Christianos in septuaginta, & duas, ipsos verò Mahumetanos in septuaginta, ac tres esse dividendos. De quo satis dixi alibi; & præsertim in Prodromo, p. 3. c. 23. pag. 448. ubi agitur de omnibus sectis Mahumetanismi. Et inde poterunt hùc multa transferri.

V. Comminatur sæpè Mahumetus, Meccanis pœnam à Deo ipsis infligendam. Verùm, de quanam pœna loquatur, non satis constat inter Expositores. Gelal, ut Mahumetum in hoc Prophetam fuisse ostendat, exponit de clade belli Bedrensis, de qua ille fortassè ne somniabat quidem. Et hæc nihilominùs non fuit tanta, ut verbis tàm magnificis esset ab eo prædicanda. Videre licet manifestè in vita Mahumeti, & in iis, quæ superiùs dicta sunt.

سورة النور مدنية اربع وستّون آية

SURA XXIV.

LUX.

MEDINENÆA:

COMMATUM SEXAGINTA, & QUATUOR.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 سورة انزلناها وفرضناها وانزلنا فيها ايات بينات لعلكم تذكرون ۞ 2 الزانية والزاني
فاجلدوا كل واحد منهما مائة جلدة ولا تاخذكم بهما رافة في دين الله ان كنتم تومنون
بالله واليوم الاخر وليشهد عذابهما طايفة من المومنين ۞ 3 الزاني لا ينكح الا زانية او
مشركة والزانية لا ينكحها الا زان او مشرك وحرم ذلك على المومنين ۞ 4 والذين
يرمون المحصنات ثم لم ياتوا باربعة شهداء فاجلدوهم ثمانين جلدة ولا تقبلوا لهم شهادة ابدا
واولايك هم الفاسقون ۞ 5 الا الذين تابوا من بعد ذلك واصلحوا فان الله غفور رحيم ۞
6 والذين يرمون ازواجهم ولم يكن لهم شهداء الا انفسهم فشهادة احدهم اربع شهدات بالله
انه لمن الصادقين ۞ 7 والخامسة ان لعنة الله عليه ان كان من الكاذبين ۞ 8 ويدرو عنها
العذاب ان تشهد اربع شهدات بالله انه لمن الكاذبين ۞ 9 والخامسة ان غضب الله عليها ان
كان من الصادقين ۞ 10 ولولا فضل الله عليكم ورحمته وان الله توّاب حكيم ۞
11 ان الذين جاوا بالافك عصبة منكم لا تحسبوه شرا لكم بل هو خير لكم لكل امرى
منهم ما اكتسب من الاثم والذي تولى كبره منهم له عذاب عظيم ۞ 12 لولا ان سمعتموه
ظن المومنون والمومنات بانفسهم خيرا وقالوا هذا افك مبين ۞ 13 لولا جاوا عليه باربعة
شهداء فان لم ياتوا بالشهداء فاولايك عند الله هم الكاذبون ۞ 14 ولو لا فضل الله
عليكم ورحمته في الدنيا والاخرة لمسكم فيما افضتم فيه عذاب عظيم ۞ 15 اذ تلقونه
بالسنتكم وتقولون بافواهكم ما ليس لكم به علم وتحسبونه هينا وهو عند الله عظيم ۞

16 ولولا

16 ولولا إذ سمعتموه قلتم ما يكون لنا أن نتكلم بهذا سبحانك هذا بهتان عظيم ۞
17 يعظكم الله أن تعودوا لمثله أبدا إن كنتم مومنين ۞ 18 ويبين الله لكم الآيات والله
عليم حكيم ۞ 19 إن الذين يحبون أن تشيع الفاحشة في الذين آمنوا لهم عذاب أليم ۞
20 في الدنيا والآخرة والله يعلم وانتم لا تعلمون ۞ 21 ولولا فضل الله عليكم ورحمته
وأن الله روف رحيم ۞ 22 يا أيها الذين آمنوا لا تتبعوا خطوات الشيطان ومن يتبع
خطوات الشيطان فإنه يامر بالفحشاء والمنكر ولولا فضل الله عليكم ورحمته ما زكي منكم
من أحد أبدا ولكن الله يزكي من يشاء والله سميع عليم ۞ 23 ولا ياتل اولوا الفضل
منكم والسعة أن يوتوا أولي القربى والمساكين والمهاجرين في سبيل الله وليعفوا وليصفحوا ألا
تحبون أن يغفر الله لكم والله غفور رحيم ۞ 24 إن الذين يرمون المحصنات الغافلات
المومنات لعنوا في الدنيا والآخرة ولهم عذاب عظيم ۞ 25 يوم تشهد عليهم السنتهم
وايديهم وارجلهم بما كانوا يعملون ۞ 26 يومئذ يوفيهم الله دينهم الحق ويعلمون أن الله
هو الحق المبين ۞ 27 الخبيثات للخبيثين والخبيثون للخبيثات والطيبات الطيبين والطيبون
للطيبات أولايك مبرون مما يقولون لهم مغفرة ورزق كريم ۞ 28 يا أيها الذين آمنوا
لا تدخلوا بيوتا غير بيوتكم حتى تستانسوا وتسلموا على أهلها ذلكم خير لكم لعلكم
تذكرون ۞ 29 فإن لم تجدوا فيها أحدا فلا تدخلوها حتى يوذن لكم وإن قيل
لكم ارجعوا فارجعوا هو أزكي لكم والله بما تعملون عليم ۞ 30 ليس عليكم
جناح أن تدخلوا بيوتا غير مسكونة فيها متاع لكم والله يعلم ما تبدون وما تكتمون ۞
31 قل للمومنين يغضوا من أبصارهم ويحفظوا فروجهم ذلك أزكي لهم إن الله خبير بما
يصنعون ۞ 32 وقل للمومنات يغضضن من أبصارهن ويحفظن فروجهن ولا يبدين زينتهن
إلا ما ظهر منها وليضربن بخمرهن على جيوبهن ولا يبدين زينتهن إلا لبعولتهن أو آبائهن
أو آباء بعولتهن أو أبنائهن أو أبناء بعولتهن أو إخوانهن أو بني إخوانهن أو بني إخوانهن
أو نسائهن أو ما ملكت أيمانهن أو التابعين غير أولي الإربة من الرجال أو الطفل الذين لم
يظهروا على عورات النساء ولا يضربن بارجلهن ليعلم ما يخفين من زينتهن وتوبوا إلى الله
جميعا أيها المومنون لعلكم تفلحون ۞ 33 وانكحوا الايامي منكم والصالحين من
عبادكم وإمائكم إن يكونوا فقراء يغنهم الله من فضله والله واسع عليم ۞ 34 وليستعفف
الذين لا يجدون نكاحا حتى يغنيهم الله من فضله والذين يبتغون الكتاب مما
ملكت أيمانكم فكاتبوهم إن علمتم فيهم خيرا واتوهم من مال الله الذي آتيكم ولا
تكرهوا فتياتكم على البغاء إن أردن تحصنا لتبتغوا عرض الحيوة الدنيا ومن يكرههن فإن
الله

ٱللَّهَ مِنۢ بَعۡدِ إِكۡرَٰهِهِنَّ غَفُورٞ رَّحِيمٞ ۝ 35 وَلَقَدۡ أَنزَلۡنَآ إِلَيۡكُمۡ ءَايَٰتٖ مُّبَيِّنَٰتٖ وَمَثَلٗا مِّنَ
ٱلَّذِينَ خَلَوۡاْ مِن قَبۡلِكُمۡ وَمَوۡعِظَةٗ لِّلۡمُتَّقِينَ ۝ 36 ٱللَّهُ نُورُ ٱلسَّمَٰوَٰتِ وَٱلۡأَرۡضِۚ مَثَلُ نُورِهِۦ
كَمِشۡكَوٰةٖ فِيهَا مِصۡبَاحٌۖ ٱلۡمِصۡبَاحُ فِي زُجَاجَةٍۖ ٱلزُّجَاجَةُ كَأَنَّهَا كَوۡكَبٞ دُرِّيّٞ يُوقَدُ مِن
شَجَرَةٖ مُّبَٰرَكَةٖ زَيۡتُونَةٖ لَّا شَرۡقِيَّةٖ وَلَا غَرۡبِيَّةٖ يَكَادُ زَيۡتُهَا يُضِيٓءُ وَلَوۡ لَمۡ تَمۡسَسۡهُ نَارٞۚ نُّورٌ عَلَىٰ نُورٖۚ
يَهۡدِي ٱللَّهُ لِنُورِهِۦ مَن يَشَآءُۚ وَيَضۡرِبُ ٱللَّهُ ٱلۡأَمۡثَٰلَ لِلنَّاسِۗ وَٱللَّهُ بِكُلِّ شَيۡءٍ عَلِيمٞ ۝ 37 فِي بُيُوتٍ
أَذِنَ ٱللَّهُ أَن تُرۡفَعَ وَيُذۡكَرَ فِيهَا ٱسۡمُهُۥ يُسَبِّحُ لَهُۥ فِيهَا بِٱلۡغُدُوِّ وَٱلۡأٓصَالِ ۝ 38 رِجَالٞ لَّا تُلۡهِيهِمۡ
تِجَٰرَةٞ وَلَا بَيۡعٌ عَن ذِكۡرِ ٱللَّهِ وَإِقَامِ ٱلصَّلَوٰةِ وَإِيتَآءِ ٱلزَّكَوٰةِ يَخَافُونَ يَوۡمٗا تَتَقَلَّبُ فِيهِ ٱلۡقُلُوبُ
وَٱلۡأَبۡصَٰرُ ۝ 39 لِيَجۡزِيَهُمُ ٱللَّهُ أَحۡسَنَ مَا عَمِلُواْ وَيَزِيدَهُم مِّن فَضۡلِهِۦۗ وَٱللَّهُ يَرۡزُقُ مَن يَشَآءُ بِغَيۡرِ
حِسَابٖ ۝ 40 وَٱلَّذِينَ كَفَرُوٓاْ أَعۡمَٰلُهُمۡ كَسَرَابِۭ بِقِيعَةٖ يَحۡسَبُهُ ٱلظَّمۡـَٔانُ مَآءً حَتَّىٰٓ إِذَا جَآءَهُۥ
لَمۡ يَجِدۡهُ شَيۡـٔٗا وَوَجَدَ ٱللَّهَ عِندَهُۥ فَوَفَّىٰهُ حِسَابَهُۥۗ وَٱللَّهُ سَرِيعُ ٱلۡحِسَابِ ۝ 41 أَوۡ كَظُلُمَٰتٖ فِي
بَحۡرٖ لُّجِّيّٖ يَغۡشَىٰهُ مَوۡجٞ مِّن فَوۡقِهِۦ مَوۡجٞ مِّن فَوۡقِهِۦ سَحَابٞۚ ظُلُمَٰتُۢ بَعۡضُهَا فَوۡقَ بَعۡضٍ إِذَآ أَخۡرَجَ يَدَهُۥ
لَمۡ يَكَدۡ يَرَىٰهَاۗ وَمَن لَّمۡ يَجۡعَلِ ٱللَّهُ لَهُۥ نُورٗا فَمَا لَهُۥ مِن نُّورٍ ۝ 42 أَلَمۡ تَرَ أَنَّ ٱللَّهَ يُسَبِّحُ
لَهُۥ مَن فِي ٱلسَّمَٰوَٰتِ وَٱلۡأَرۡضِ وَٱلطَّيۡرُ صَٰٓفَّٰتٖۖ كُلّٞ قَدۡ عَلِمَ صَلَاتَهُۥ وَتَسۡبِيحَهُۥۗ وَٱللَّهُ عَلِيمُۢ بِمَا
يَفۡعَلُونَ ۝ 43 وَلِلَّهِ مُلۡكُ ٱلسَّمَٰوَٰتِ وَٱلۡأَرۡضِۖ وَإِلَى ٱللَّهِ ٱلۡمَصِيرُ ۝ 44 أَلَمۡ تَرَ أَنَّ ٱللَّهَ
يُزۡجِي سَحَابٗا ثُمَّ يُؤَلِّفُ بَيۡنَهُۥ ثُمَّ يَجۡعَلُهُۥ رُكَامٗا فَتَرَى ٱلۡوَدۡقَ يَخۡرُجُ مِنۡ خِلَٰلِهِۦۚ وَيُنَزِّلُ مِنَ
ٱلسَّمَآءِ مِن جِبَالٖ فِيهَا مِنۢ بَرَدٖ فَيُصِيبُ بِهِۦ مَن يَشَآءُ وَيَصۡرِفُهُۥ عَن مَّن يَشَآءُۖ يَكَادُ سَنَا بَرۡقِهِۦ يَذۡهَبُ
بِٱلۡأَبۡصَٰرِ ۝ 45 يُقَلِّبُ ٱللَّهُ ٱلَّيۡلَ وَٱلنَّهَارَۚ إِنَّ فِي ذَٰلِكَ لَعِبۡرَةٗ لِّأُوْلِي ٱلۡأَبۡصَٰرِ ۝ 46 وَٱللَّهُ خَلَقَ
كُلَّ دَآبَّةٖ مِّن مَّآءٖۖ فَمِنۡهُم مَّن يَمۡشِي عَلَىٰ بَطۡنِهِۦ وَمِنۡهُم مَّن يَمۡشِي عَلَىٰ رِجۡلَيۡنِ وَمِنۡهُم مَّن يَمۡشِي
عَلَىٰٓ أَرۡبَعٖۚ يَخۡلُقُ ٱللَّهُ مَا يَشَآءُۚ إِنَّ ٱللَّهَ عَلَىٰ كُلِّ شَيۡءٖ قَدِيرٞ ۝ 47 لَّقَدۡ أَنزَلۡنَآ ءَايَٰتٖ
مُّبَيِّنَٰتٖۚ وَٱللَّهُ يَهۡدِي مَن يَشَآءُ إِلَىٰ صِرَٰطٖ مُّسۡتَقِيمٖ ۝ 48 وَيَقُولُونَ ءَامَنَّا بِٱللَّهِ وَبِٱلرَّسُولِ وَأَطَعۡنَا
ثُمَّ يَتَوَلَّىٰ فَرِيقٞ مِّنۡهُم مِّنۢ بَعۡدِ ذَٰلِكَۚ وَمَآ أُوْلَٰٓئِكَ بِٱلۡمُؤۡمِنِينَ ۝ 49 وَإِذَا دُعُوٓاْ إِلَى ٱللَّهِ وَرَسُولِهِۦ
لِيَحۡكُمَ بَيۡنَهُمۡ إِذَا فَرِيقٞ مِّنۡهُم مُّعۡرِضُونَ ۝ 50 وَإِن يَكُن لَّهُمُ ٱلۡحَقُّ يَأۡتُوٓاْ إِلَيۡهِ مُذۡعِنِينَ ۝
51 أَفِي قُلُوبِهِم مَّرَضٌ أَمِ ٱرۡتَابُوٓاْ أَمۡ يَخَافُونَ أَن يَحِيفَ ٱللَّهُ عَلَيۡهِمۡ وَرَسُولُهُۥۚ بَلۡ أُوْلَٰٓئِكَ هُمُ
ٱلظَّٰلِمُونَ ۝ 52 إِنَّمَا كَانَ قَوۡلَ ٱلۡمُؤۡمِنِينَ إِذَا دُعُوٓاْ إِلَى ٱللَّهِ وَرَسُولِهِۦ لِيَحۡكُمَ بَيۡنَهُمۡ أَن يَقُولُواْ
سَمِعۡنَا وَأَطَعۡنَاۚ وَأُوْلَٰٓئِكَ هُمُ ٱلۡمُفۡلِحُونَ ۝ 53 وَمَن يُطِعِ ٱللَّهَ وَرَسُولَهُۥ وَيَخۡشَ ٱللَّهَ وَيَتَّقۡهِ فَأُوْلَٰٓئِكَ هُمُ
ٱلۡفَآئِزُونَ ۝ 54 وَأَقۡسَمُواْ بِٱللَّهِ جَهۡدَ أَيۡمَٰنِهِمۡ لَئِنۡ أَمَرۡتَهُمۡ لَيَخۡرُجُنَّۖ قُل لَّا تُقۡسِمُواْۖ طَاعَةٞ مَّعۡرُوفَةٌۚ
إِنَّ ٱللَّهَ خَبِيرُۢ بِمَا تَعۡمَلُونَ ۝ 55 قُلۡ أَطِيعُواْ ٱللَّهَ وَأَطِيعُواْ ٱلرَّسُولَۖ فَإِن تَوَلَّوۡاْ فَإِنَّمَا عَلَيۡهِ مَا
حُمِّلَ وَعَلَيۡكُم مَّا حُمِّلۡتُمۡۖ وَإِن تُطِيعُوهُ تَهۡتَدُواْۚ وَمَا عَلَى ٱلرَّسُولِ إِلَّا ٱلۡبَلَٰغُ ٱلۡمُبِينُ ۝ 56 وَعَدَ

ٱللَّهُ

آللّٰهُ ٱلَّذِينَ أَمَنُوا مِنكُمْ وَعَمِلُوا ٱلصَّالِحَاتِ لَيَسْتَخْلِفَنَّهُمْ فِي ٱلْأَرْضِ كَمَا ٱسْتَخْلَفَ ٱلَّذِينَ
مِن قَبْلِهِمْ وَلَيُمَكِّنَنَّ لَهُمْ دِينَهُمُ ٱلَّذِي ٱرْتَضَىٰ لَهُمْ وَلَيُبَدِّلَنَّهُم مِّن بَعْدِ خَوْفِهِمْ أَمْنًا يَعْبُدُونَنِي
لَا يُشْرِكُونَ بِي شَيْئًا وَمَن كَفَرَ بَعْدَ ذَٰلِكَ فَأُولَٰئِكَ هُمُ ٱلْفَاسِقُونَ ۝ 57 وَأَقِيمُوا ٱلصَّلَوٰةَ وَءَاتُوا
ٱلزَّكَوٰةَ وَأَطِيعُوا ٱلرَّسُولَ لَعَلَّكُمْ تُرْحَمُونَ ۝ 58 لَا تَحْسَبَنَّ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا مُعْجِزِينَ فِي ٱلْأَرْضِ
وَمَأْوَىٰهُمُ ٱلنَّارُ وَلَبِئْسَ ٱلْمَصِيرُ ۝ 59 يَٰٓأَيُّهَا ٱلَّذِينَ ءَامَنُوا لِيَسْتَـْٔذِنكُمُ ٱلَّذِينَ مَلَكَتْ
أَيْمَٰنُكُمْ وَٱلَّذِينَ لَمْ يَبْلُغُوا ٱلْحُلُمَ مِنكُمْ ثَلَٰثَ مَرَّٰتٍ مِّن قَبْلِ صَلَوٰةِ ٱلْفَجْرِ وَحِينَ تَضَعُونَ
ثِيَابَكُم مِّنَ ٱلظَّهِيرَةِ وَمِنۢ بَعْدِ صَلَوٰةِ ٱلْعِشَآءِ ثَلَٰثُ عَوْرَٰتٍ لَّكُمْ لَيْسَ عَلَيْكُمْ وَلَا عَلَيْهِمْ جُنَاحٌۢ
بَعْدَهُنَّ طَوَّٰفُونَ عَلَيْكُم بَعْضُكُمْ عَلَىٰ بَعْضٍ كَذَٰلِكَ يُبَيِّنُ ٱللَّهُ لَكُمُ ٱلْءَايَٰتِ وَٱللَّهُ عَلِيمٌ
حَكِيمٌ ۝ 60 وَإِذَا بَلَغَ ٱلْأَطْفَٰلُ مِنكُمُ ٱلْحُلُمَ فَلْيَسْتَـْٔذِنُوا كَمَا ٱسْتَـْٔذَنَ ٱلَّذِينَ مِن قَبْلِهِمْ
كَذَٰلِكَ يُبَيِّنُ ٱللَّهُ لَكُمْ ءَايَٰتِهِ وَٱللَّهُ عَلِيمٌ حَكِيمٌ ۝ 61 وَٱلْقَوَٰعِدُ مِنَ ٱلنِّسَآءِ ٱلَّٰتِي لَا
يَرْجُونَ نِكَاحًا فَلَيْسَ عَلَيْهِنَّ جُنَاحٌ أَن يَضَعْنَ ثِيَابَهُنَّ غَيْرَ مُتَبَرِّجَٰتٍۭ بِزِينَةٍ وَأَن يَسْتَعْفِفْنَ خَيْرٌ
لَّهُنَّ وَٱللَّهُ سَمِيعٌ عَلِيمٌ ۝ 62 لَّيْسَ عَلَى ٱلْأَعْمَىٰ حَرَجٌ وَلَا عَلَى ٱلْأَعْرَجِ حَرَجٌ وَلَا عَلَى
ٱلْمَرِيضِ حَرَجٌ وَلَا عَلَىٰٓ أَنفُسِكُمْ أَن تَأْكُلُوا مِنۢ بُيُوتِكُمْ أَوْ بُيُوتِ ءَابَآئِكُمْ أَوْ بُيُوتِ أُمَّهَٰتِكُمْ
أَوْ بُيُوتِ إِخْوَٰنِكُمْ أَوْ بُيُوتِ أَخَوَٰتِكُمْ أَوْ بُيُوتِ أَعْمَامِكُمْ أَوْ بُيُوتِ عَمَّٰتِكُمْ أَوْ بُيُوتِ أَخْوَٰلِكُمْ أَوْ
بُيُوتِ خَٰلَٰتِكُمْ أَوْ مَا مَلَكْتُم مَّفَاتِحَهُۥٓ أَوْ صَدِيقِكُمْ لَيْسَ عَلَيْكُمْ جُنَاحٌ أَن تَأْكُلُوا جَمِيعًا
أَوْ أَشْتَاتًا فَإِذَا دَخَلْتُم بُيُوتًا فَسَلِّمُوا عَلَىٰٓ أَنفُسِكُمْ تَحِيَّةً مِّنْ عِندِ ٱللَّهِ مُبَٰرَكَةً طَيِّبَةً كَذَٰلِكَ
يُبَيِّنُ ٱللَّهُ لَكُمُ ٱلْءَايَٰتِ لَعَلَّكُمْ تَعْقِلُونَ ۝ 63 إِنَّمَا ٱلْمُؤْمِنُونَ ٱلَّذِينَ ءَامَنُوا بِٱللَّهِ وَرَسُولِهِۦ وَإِذَا
كَانُوا مَعَهُۥ عَلَىٰٓ أَمْرٍ جَامِعٍ لَّمْ يَذْهَبُوا حَتَّىٰ يَسْتَـْٔذِنُوهُ إِنَّ ٱلَّذِينَ يَسْتَـْٔذِنُونَكَ أُولَٰٓئِكَ ٱلَّذِينَ
يُؤْمِنُونَ بِٱللَّهِ وَرَسُولِهِۦ فَإِذَا ٱسْتَـْٔذَنُوكَ لِبَعْضِ شَأْنِهِمْ فَأْذَن لِّمَن شِئْتَ مِنْهُمْ وَٱسْتَغْفِرْ لَهُمُ ٱللَّهَ إِنَّ
ٱللَّهَ غَفُورٌ رَّحِيمٌ ۝ 64 لَّا تَجْعَلُوا دُعَآءَ ٱلرَّسُولِ بَيْنَكُمْ كَدُعَآءِ بَعْضِكُم بَعْضًا قَدْ يَعْلَمُ ٱللَّهُ
ٱلَّذِينَ يَتَسَلَّلُونَ مِنكُمْ لِوَاذًا فَلْيَحْذَرِ ٱلَّذِينَ يُخَالِفُونَ عَنْ أَمْرِهِۦٓ أَن تُصِيبَهُمْ فِتْنَةٌ أَوْ يُصِيبَهُمْ
عَذَابٌ أَلِيمٌ أَلَآ إِنَّ لِلَّهِ مَا فِي ٱلسَّمَٰوَٰتِ وَٱلْأَرْضِ قَدْ يَعْلَمُ مَآ أَنتُمْ عَلَيْهِ وَيَوْمَ يُرْجَعُونَ إِلَيْهِ
فَيُنَبِّئُهُم بِمَا عَمِلُوا وَٱللَّهُ بِكُلِّ شَيْءٍ عَلِيمٌ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis

1. SUram hanc demiſimus *è Cœlo*; & ſancivimus eam, (*ideſt ſanctiones poſuimus in ea*) & demiſimus in ea ſigna manifeſta, ut vos commonefieretis.
2. Scortatricem, & ſcortatorem, verberate unumquemque ex ipſis centum ictibus, & ne capiat vos erga illos commiſeratio in judicio Dei, ſi creditis in Deum, & diem noviſſimum, & teſtes ſint pœnæ eorum aliquot ex fidelibus.
3. Scortator non nubet niſi ſcortatrici *alicui*, vel aſſociatrici (*ideſt idololatræ.*) Et ſcortatricem non accipiat in matrimonium, niſi *aliquis* ſcortator, aut aſſociator.

ciator. Et prohibitum eſt hoc *genus conjugii* fidelibus (*ne ſcilicet nubant ſcortantibus*). 4. Qui autem accuſant *ſcortationis mulieres* pudicas, & non adducunt quatuor teſtes *de viſu*, flagellate eos octoginta ictibus; & ne ſuſcipiatis eorum teſtimonium unquam *ulla in re*: hujuſmodi enim ſunt prævaricatores (*ideſt infames*). 5. Verùm, qui reſipuerint poſt hoc, & ſe correxerint: certè Deus erit *illis* indultor, Miſericors. 6. Qui verò accuſaverint *adulterii* uxores ſuas, & non habuerint teſtes *de hoc*, niſi ſe ipſos, teſtificatio uniuſcujuſque eorum ſint quatuor teſtificationes (*ideſt quater juret*) per Deum, quòd ipſe ſanè eſt ex veridicis (*ideſt, quòd verum dicit*). 7. Quinta autem *teſtificatio ſit imprecari* maledictionem Dei ſuper ſe, ſi eſt ex mentientibus. 8. Et avertet ab ea (*ideſt uxore*) pœnam, quia teſtificata fuerit quatuor teſtificationibus per Deum, quòd ipſe (*ideſt maritus*) eſt prorſùs ex mentientibus. 9. Et quinta *teſtificatio erit imprecari* iram Dei ſuper ſe ipſam, ſi *maritus* eſt ex veridicis. 10. Quòdſi non eſſet benignitas Dei ſuper vos, & miſericordia ejus, & quòd ſanè Deus eſt propitiabilis, ſapiens: *Certè detegeret veritatem, & ſtatim puniret perjuros*. 11. Porrò, qui protulerunt mendacium (turba ex vobis) ne exiſtimetis hoc malum vobis: imò hoc melius eſt vobis. Unicuique viro ex eis *rependetur* id, quod patraverit de iniquitate. Et, qui aſſumpſit ſibi gravitatem ejus (*nempe iniquitatis*) ex eis, ipſi erit pœna magna. 12. An verò, cùm audiviſtis illum, opinati ſunt fideles *viri*, & fideles *fœminæ* in ſe ipſis *id*, *quod erat* optimum; & dixerunt: Hoc eſt mendacium manifeſtum. 13. An adduxerunt ad hoc quatuor teſtes? cùm verò non adduxerint teſtes, hi porrò apud Deum ſunt mentientes. 14. Quòdſi non fuiſſet benignitas Dei erga vos, & miſericordia ejus in hoc Mundo, & altero ſæculo: certè tetigiſſet vos ob id, quod oblocuti fuiſtis, ſupplicium magnum. 15. Cùm traduceretis illud (*nempe crimen calumnioſum*) linguis veſtris, & diceretis oribus veſtris id, de quo non erat vobis ſcientia, & exiſtimaretis illud leve, & ipſum erat apud Deum grande. 16. An verò, cùm audiſtis illud, dixiſtis: Non ſpectat ad nos, ut obloquamur de hoc. Laus tua: hoc eſt mendacium magnum. 17. Admonet vos Deus, ne revertamini ad *peccatum* ſimile huic unquàm, ſi eſtis fideles. 18. Et declarat Deus vobis ſigna (*ideſt præcepta ſua in Alcorano*) & Deus eſt ſciens, ſapiens. 19. Certè, qui amant evulgare flagitium de iis, qui crediderunt, ipſis erit pœna diſcrucians. 20. In hoc mundo, & in altero ſæculo, & Deus ſcit, & vos neſcitis. 21. Quòdſi non fuiſſet benignitas Dei ſuper vos, & miſericordia ejus, & quòd Deus eſt pius, miſericors: *citò ſine dubio puniviſſet vos*. 22. O, qui crediderunt, ne ſectemini paſſus Satanæ (*ideſt illecebras ejus*) nam, qui ſectatus fuerit paſſus Satanæ, certè ipſe præcipiet *ei* turpia, & illicitum. Quòd ſi non fuiſſet benignitas Dei ſuper vos, & miſericordia ejus: non fuiſſet inſons ex vobis, vel unus unquam. Sed Deus expiabit, quem voluerit, & Deus eſt auditor, cognitor. 23. Et non jurent prædiți abundantia ex vobis, & amplitudine divitiarum, quòd non dabunt propinquis, & pauperibus, & emigrantibus pro via Dei, *aliquid*: Sed compatiantur, & benignè agant *cum illis*: Nonne deſideratis, ut indulgeat Deus vobis? Et Deus eſt indultor, miſericors. 24. Porrò, qui criminantur pudicas, negligentes (*ideſt ſimpliciùs viventes, eò, quòd malitia careant*) fideles, maledicentur in hoc mundo, & in altero ſæculo, & ipſis erit pœna magna. 25. Die *quadam* teſtificabuntur contra eos linguæ eorum, & manus eorum, & pedes eorum de eo, quod fuerint operati. 26. Die illa ſatiſfaciet eis Deus debitum eorum juſtè, & ſcient, quòd Deus eſt Veritas manifeſta. 27. Improbæ *debentur* improbis *viris*, improbi *debentur* improbis fœminis, & bonæ bonis *viris*, & boni bonis *fœminis*: hi (*ideſt boni, & bonæ*) juſtificandi ſunt (*ideſt defendendi*) ab eo, quod dicunt *contra eos mali, & malæ*. His erit indulgentia, & proviſio honorifica *in Paradiſo*. 28. O, qui crediderunt, ne ingrediamini domos præter domos veſtras, donec facultatem petatis, & ſalutem apprecati fueritis familiæ eorum. Hoc eſt melius vobis, ut vos commoneſiatis. 29. Quòdſi non inveneritis in eis ullum, non tamen ingrediamini eas, donec annuatur vobis. Si verò dictum

ctum fuerit vobis: Revertimini: revertamini: hoc erit *a* juſtius (*ideſt ſecurius*) vobis, & Deus in eo, quod facitis, eſt ſciens. 30. Non erit ſuper vos piaculum, quòd ingrediamini domos inhabitatas, *cujuſmodi ſunt ſtabula viatoria, tabernæ meritoriæ, & hujuſmodi*, in quibus ſit aliquis uſus vobis (*ideſt agendum aliquid pro veſtro uſu*) & Deus ſcit id, quod propalatis, & id, quod abſconditis. 31. Dic fidelibus, ut contineant oculos ſuos, & cuſtodiant *b* mentulas ſuas *ab illicitis*: hoc purius erit pro illis, Deus enim commonitus eſt de eo, quod faciunt. 32. Et dic fidelibus *mulieribus*, ut contineant oculos ſuos, & cuſtodiant, *c* cunnos ſuos, & non oſtendant ornatum ſuum (*ideſt corpus ſuum*) niſi, quod apparet ex eo (*nempè faciem, & manus*) & conjiciant peplos ſuos ſuper ſinus ſuos, & non oſtendant ornatum ſuum (*ideſt partes corporis ſui*) *præter faciem, & manus*, niſi maritis ſuis, aut patribus ſuis, aut patribus maritorum ſuorum, aut filiis ſuis, aut filiis maritorum ſuorum, aut fratribus ſuis, aut filiis fratrum ſuorum, aut filiis ſororum ſuarum, aut fœminis ſuis, aut ei, quod poſſident dexteræ earum (*ideſt captivis ſuis*) aut aſſectantibus *eas*, *d* præter viros deputatos ad neceſſitates *earum*, aut infantibus, qui non agnoverunt pudenda mulierum. Et ne jactent pedes ſuos, itaut appareat, quod abſcondunt de ornatu ſuo. (*ideſt de membris ſuis*) Et convertimini ad Deum univerſi ò fideles, ut vos felices ſitis. 33. Et copulate matrimonio carentes conjuge ex vobis, & probos ex ſervis veſtris, & ancillis veſtris. Si fuerint pauperes, ditabit illos Deus de abundantia ſua, & Deus eſt amplus, ſciens. 34. Et contineant ſe *à fornicatione*, qui non inveniunt *dotem, & expenſas ad* matrimonium, donec ditet illos Deus de abundantia ſua. Et, qui requirunt Scripturam, ex iis, quos poſſident dexteræ veſtræ (*ideſt ſervi, & ancillæ veſtræ, qui exigunt à vobis chirographum libertatis ſuæ*) ſcribite *eam* illis, ſi noveritis in eis eſſe bonum (*ideſt fidelitatem*) & date eis de facultatibus Dei, quas dedit vobis, & ne cogatis *e* ancillas veſtras ad meretricium, ſi voluerint pudicè vivere, ut lucremini *bonum* accidentale vitæ mundanæ *per proſtitutionem earum*. Qui autem coegerit eas *ad hoc*, certè Deus poſt coactionem illarum *erit illis* indulgens, miſericors. 35. Et jam quidem demiſimus ad vos ſigna declarata (*ideſt clarè, & manifeſtè*) & ſimilitudinem ex iis, qui præceſſerunt ante vos, & paræneſin timoratis. 36. Deus eſt lux Cœlorum, & terræ: Similitudo lucis ejus eſt ſicut feneſtella in pariete clauſa à parte poſteriori, in qua ſit lampas, & lampas *hæc* ſit in vitro: vitrum illud erit quaſi ſtella refulgens. Accenditur *lampas illa* ex arbore benedicta oleæ non orientalis, neque occidentalis, *ſed alterius ſpeciei perfectioris*: propè eſt, ut oleum ejus luceat, etiamſi non attingat illud ignis. Lux eſt ſuper lucem (*ideſt lux olei ſuper lucem ignis*) Diriget Deus ad lucem ſuam, quem voluerit, & proponet Deus parabolas hominibus, & Deus in omni re eſt ſciens. 37. In domibus conceſſit Deus, ut exaltarentur, *nempè Dominus* (*ideſt fabricarentur in illis Meſchitæ, ſeu oratoria*) & commemoratur in illis nomen ſuum. Laudant eum in illis manè, & veſperè. 38. Viri: non avocat eos mercatura, neque venditio à memoria Dei, & obſervantia orationis, & præbitione eleemoſynę: timent diem, *in qua* ſuſque, deque agitabuntur corda, & oculi (*ideſt diem Judicii*) 39. Ut retribuat illis Deus optimum, quod fecerunt, & augeat illis *mercedem* ex abundantia ſua. Nam Deus elargitur, cui vult ſine computatione (*ideſt ſine menſura*). 40. At, qui fuerint infideles, opera eorum *erunt*, ſicut vapor in planitie deſerta: exiſtimat eum ſitiens eſſe aquam, donec, cùm venerit ad eum, non invenit eum eſſe quidquam, & invenit Deum apud ſe (*ideſt in opere ſuo, quia dat illi proſperitatem ob illud*) & ſatiſfacit illi computum ſuum (*ideſt retribuit illi mercedem ſuam in hoc mundo*). Et Deus eſt velox in computando. 41. Vel *erunt opera eorum*, ſicut tenebræ in Mari profundo, cooperiunt illud fluctus deſuper ipſum, fluctus *alii* ſuper ipſos *efferuntur*; ſuper ipſos eſt nubes: tenebræ aliæ earum ſuper alias (*ideſt tenebræ Maris, fluctuum, & nubis*). Cùm protuleri *aliquis* manum ſuam, non facile erit, ut videat eam. Et, cui non conceſſerit Deus lucem, non erit ei quidquam lucis. 42. Nonne vides, quòd Deum laudant,

a purius.

b genitalia ſua.

c rimas ſuas.

d nõ neceſſariis ad indigentiam *earum* ex viris [*i. viris, non neceſſariis*, &c.

e puellas.

dant, qui ſunt in Cœlis, & terra, & volucres ordinatim. Omnia jam noverunt orationem ſuam, & laudationem ſuam, & Deus eſt cognitor illius, quod faciunt. 43. Et Dei eſt regnum Cœlorum, & terræ, & ad Deum *erit* reditus *in die Judicii*. 44. Nonne vides, quòd Deus leniter agit nubes: deindè unionem ponit inter eas: deindè ponit eas aggeſtas (*ideſt aliam ſuper aliam.*) Vides etiam pluviam, quæ egreditur à concavitate earum. Et demittit *Deus* è Cœlo *velut* quoſdam montes *nubium*, in iis eſt grando, & ferit per eam, quem vult, & avertit eam, à quo vult. Parùm abeſt, quin ſplendor fulguris ejus abripiat oculos. 45. Commutat Deus noctem, & diem: certè in hoc eſt ſanè eruditio habentibus oculos. 46. Et Deus creavit omnem beſtiam ex aqua, & ex illis quædam incedit ſupra ventrem ſuum, & ex illis quædam ambulat ſupra duos pedes, & ex illis quędam ambulat ſuper quatuor. Creat Deus, quod vult: quippe Deus eſt ad omnem rem potens. 47. Jam quidem demiſimus ſigna declarata *in Alcorano*, & Deus dirigit, quem vult ad viam rectam. 48. Et dicunt *impii*: Credidimus in Deum, & in Legatum *ejus Mahumetum*, & obedivimus *illis*. Mox retrocedit pars ex eis poſt hoc, & nequaquam ſunt hi credentes. 49. Et cùm vocantur ad Deum, & Legatum ejus, ut judicet inter eos: ecce pars illorum ſunt longè recedentes. 50. Quodſi eſſet ipſis veritas, venirent ad eum feſtinantes. 51. An in cordibus eorum eſt morbus? An dubitant? An timent, ne iniquè agat Deus erga ipſos, & Legatus ejus? Atqui ipſi ſunt iniquè agentes. 52. Porrò eſt dictum fidelium, quandò vocantur ad Deum, & Legatum ejus, ut judicet inter eos, quod dicant: Audivimus, & obedivimus, & hi ſunt felices. 53. Qui autem obedierit Deo, & Legato ejus, & timuerit Deum, & pius fuerit erga illum: hi erunt ſalvati. 54. Et juraverunt per Deum *a* ſtudio juramentorum ſuorum (*ideſt ſanctiſſimo juramento*) quod ſanè ſi præcepiſſes eis, omninò egreſſi fuiſſent *ad bellum*. Dic: Ne juretis: obedire juſtum eſt: porrò Deus commonitus eſt de eo, quod facitis. 55. Dic: obedite Deo, & obedite Legato. Quodſi tergiverſati fueritis, profectò ſuper eum erit id, quod portare factus fuerit, & ſuper vos erit id, quod portare facti fueritis (*i. unuſquiſque reddet rationem oneris, ſeu muneris ſui.*) Quodſi obedieritis ei, dirigemini, & non eſt ſuper Legatum (*ideſt non incumbit ei*) niſi annunciatio manifeſta. 56. Promiſit Deus iis, qui crediderint ex vobis, & fecerint recta, quòd certè ſuccedere faciet eos *infidelibus* in terra, quemadmodùm ſuccedere fecit eos, qui fuerunt ante ipſos (*nempe Iſraelitas Chananæis*) & ſanè ſtabiliet illis religionem ipſorum, quæ placuit eis, & certè commutabit eos poſt timorem ipſorum in ſecuritatem: colent me; & non aſſociabunt in me quicquam. Et, qui infidelis fuerit poſt hoc, hi erunt prævaricantes. 57. Et perſolvite orationem, & præbete eleemoſynam, & obedite Legato, ut vos miſericordiam conſequamini. 58. Ne exiſtimes eos, qui ſunt infideles, infirmaturos eſſe *potentiam Dei*, *ne puniat eos* in terra, & receptaculum eorum erit ignis, & quidem miſera erit profectio ad eum 59. O qui crediderunt, petant licentiam à vobis *ingrediendi ad vos* illi, quos poſſident dexteræ veſtræ (*ideſt ſervi, & ancillæ veſtræ*) & illi, qui non pervenerunt ad pubertatem ex vobis, tribus vicibus *nimirùm* ante orationem auroræ, & cùm deponetis veſtimenta veſtra tempore meridiano, & poſt orationem veſpertinam. *Hæc ſunt* tria tempora vobis. Non erit ſuper vos, neque ſuper illos piaculum, *ſi ingrediantur ad vos* poſt hæc *tria tempora* circumeuntes erga vos alii veſtrum erga alios (*ideſt obſequia præſtantes vobis mutuò, tanquam famuli circa Dominos ſuos.*) Ita declarat Deus vobis ſigna, & Deus eſt ſciens, ſapiens. 60. Et, cùm pervenerint infantes ex vobis ad pubertatem, petant licentiam *ingrediendi ad vos omnibus temporibus*, ſicut petierunt licentiam, qui fuerunt ante eos, *ingenui majoris ætatis*. Ita declarat Deus vobis ſigna ſua, & Deus eſt ſciens, ſapiens. 61. Et effœtæ ex mulieribus, quæ *propter gravem ætatem* non ſperant *novas* nuptias: non erit ſuper eas piaculum, ſi deponant veſtes ſuas, non oſtentantes ornatum, quodſi abſtineant (*ideſt continenter vivant*) melius erit illis. Et Deus eſt audiens, ſciens. 62. Non erit ſuper cæcum piaculum, neque ſuper claudum erit piaculum, neque ſuper ægrotum erit piaculum, neque ſuper vos ipſos, quòd comedatis in domibus veſtris (*ideſt filiorum veſtrorum*) aut domi-

a conatu.

bus patrum veſtrorum, aut domibus matrum veſtrarum, aut domibus fratrum veſtrorum, aut domibus ſororum veſtrarum, aut domibus patruorum veſtrorum, aut domibus amitarum veſtrarum, aut domibus avunculorum veſtrorum, aut domibus materterarum veſtrarum, aut cujus cuſtoditis claves *(ideſt eorum, quorum facultates tanquam cuſtodes ſervatis)* aut *alicujus* amici veſtri. Non erit, *inquam*, ſuper vos piaculum, quòd comedatis ſimul, ſive ſeparatim. Cùm verò ingrediemini domos *veſtras*, *in quibus nullus eſt* : attamen ſalutate vos ipſos ſalutatione ex parte Dei benedicta, bona. Ita declarat Deus vobis ſigna, ut vos intelligatis. 63. Profectò fideles illi ſunt, qui crediderunt in Deum, & Legatum ejus, &, cùm fuerint cum eo ſuper negotium congregans *(ideſt tractaturi negotium, ad quod conveniat ſimul congregari)* non diſcedunt, donec facultatem obtineant ab eo. Qui verò facultatem *diſcedendi* petierint à te, hi ſunt, qui credunt in Deum, & Legatum ejus. Cùm ergo facultatem petierint à te propter aliquod negotium ſuum, concede *eam*, cui volueris ex eis, & precare veniam illis à Deo: quippe Deus eſt indultor, miſericors. 64. Ne ponatis vocationem Legati inter vos, ſicut vocationem aliorum veſtrum *vocantium* alios *(ideſt, ne appelletis Mahumetum proprio nomine, ſicut facitis inter vos.)* Jam novit Deus eos, qui clam egrediuntur ex vobis *è congregatione tempore concionis*, ſeſe invicem tegendo. Sed caveant ſibi illi, qui adverſantur præcepto ejus, ne incidat ipſis tentatio *(ideſt punitio in hac vita)* vel incidat ipſis pœna dolorifica *in futuro ſæculo*. 65. Nonne utique Dei eſt id, quod eſt in Cœlis, & terra? jam novit id, ſuper quo vos eſtis *(ideſt ſtatum veſtrum circa fidem, & eleemoſynas)* & die *quadam* reducentur ad eum *omnes homines*, & enarrabit illis id, quod fuerint operati. Et Deus in omni re eſt ſciens.

NOTÆ.

Ræfert hęc Sura titulum النـــور Lucis, quia ab hoc nomine metaphora fidei, vel Dei in eadem Sura obiter deſumitur. Medinea communiter inſcribitur. Verſus quatuor ſupra ſexaginta plerique enumerant. Alii plures, alii pauciores recenſent. Verùm, ut ſæpè commonui, res hæc eſt leviſſimi momenti. Lectoris præmium erit. مُن قراءَ سورة النور أُعطِى مـــن الاجر عشر حسنات بعدد كل مؤمن ومؤمنة فيمـــا مضى وفيمـــا يبقى. *Qui legerit Suram lucis, recipiet pro mercede decem bona juxta numerum ſingulorum fidelium utriuſque ſexus; tàm præteritorum, quàm futurorum.*

II. *Scortatricem, & ſcortatorem.*] Arabicè : زنـــا ſicut etiam Hebraicè זָנָה eſt *ſcortari*, ſeu *meretricari*, aut *fornicari*. Et in ſacris ptæſertim litteris videtur extendi ad omne genus coitus illiciti, etiam adulterii. In hoc Alcorani verſiculo agitur juxta Gelalis explicationem, de غير المحصنيـــــن لرجمهما بالسنة: *iis, qui non ſunt ingenui: propterea quòd in ſonna decernatur illis pœna lapidationis*. Præter pœnam autem prædictam lapidationis additur his in Sonna : تغريبه عام والرقيق على النصف مما ذكر *exilium unius anni: & mancipiis, ac vilibus dimidium pœnæ commoratę indulgetur.*

III. *Et prohibitum eſt hoc genus conjugii Fidelibus.*] Non quibuſcunque, ut explicat Gelal, ſed الاخيـــار *nobilioribus*, ſeu *melioribus*. Et addit : نزل ذلك لما هم فقراء المهاجرين ان يتزوجوا بغايا المشركين وهن مأسورات لينفقن عليهم فقيل التحريم خاص بهم. وقيل عـــام ونسخ بقوله : *Revelatus fuit hic verſus, cùm pauperes ex iis, qui Mecca emigraverant, vellent inire conjugia cum ſcortis infidelium, quæ in bello captivaverant; ut ab ipſis ditarentur. Volunt quidam hanc prohibitionem eſſe ſpecialem pro his tantùm: alii verò volunt eſſe univerſalem. Sed abrogata fuit per alia verba Alcorani.*

XI. *Porrò, qui protulerunt mendacium.*] Senſus, & ordo legitimus horum verborum eſt: Ne exiſtimetis, ò fideles probi, nocuiſſe, vel nociturum eſſe vobis, quòd nonnulli improbi è turba protulerint mendacium, dùm calumniati ſunt Aiſam, ut adulteram, cùm tamen eſſet innocens. Immò hoc melius fuit vobis, quia ex hoc didiciſtis, non ita facilè credendum eſſe id, quod contra alienam famam deblateratur.

XII. *An verò, cùm audiviſtis illum, opinati ſunt Fideles.*] Eſt hìc commutatio perſonæ, ut ſæpè fit in Alcorano, non tàm per poeticam, ſeu propheticam figuram, quàm per oſcitantiam. Eſt enim, *audiviſtis*, pro *audiverunt*. Ut autem hic Alcorani locus ſatis obſcurus, fiat dilucidior, referam id, quod narrat Gelal ex dicto ipſius Aiſæ (quæ erat uxor Mahumeti inter cæteras dilecta : ſeptennem quippè duxerat eam, & novennem compreſſerat) : ex Arabico fideliter translatum. *Dixit Aiſa : Fui cum Propheta Mahumeto in quodam prælio: quod, cùm abſolviſſet, & regrediens propior eſſet Medinæ, præcepit, ut noctu profectio indiceretur. Ego verò perrexeram, ut neceſſitati meæ ſatisfacerem : qua expleta redii ad locum manſionis meæ. Ecce autem cognovi diſruptum monile meum, & reverſa ſum quærens illud. Interim veri tulerunt pilentum meum, quo fœminarum more in itinere vehebar : & exiſtimantes me eſſe in eo, poſue-*

runt

gunt illud ſuper camelum meum. Poſtquam autem monile inveni, regreſſa ſum ad tabernaculum meum, in quo fueram ante, & jam exercitus diſceſſerat. Expectabam autem, dùm redirent homines, & aſportarent me. Interim victa ſomno obdormivi. Porrò Sephuan remanſerat poſt exercitum, ut aliquantulùm ea nocte quieſceret. Surrexitque diluculò, & profectus venit ad manſionem ſuam, viditque umbram, vel figuram hominis dormientis. Cùmque vidiſſet me, agnovit me; viderat autem me ſine velamine. Experrecta igitur ſum; ſi quidem, ut me agnovit, dixit bis ſubmiſſa voce: Nos Dei ſumus: & nos ad eum revertemur. Et operui faciem meam velamine. Et teſtor Deum, nihil illum mihi dixiſſe, & me nihil ab eo audiviſſe præter verba ſupradicta. Et ſtravit camelam ſuam, ſuper quam duxit me, & venimus ad exercitum, qui inciderat in loca aſpera, & ſalebroſa ſub ſole ferveniſſimo. Cepit autem Abdallah filius Obba obloqui de hac re, rumoremque ſiniſtrum ſpargere de Aiſa. Haſtenùs Gelal. Cùm autem dicitur hìc: *nonne cùm audiſtis illum*. Refertur ad prædictum Abdallah, qui cum aliis nonnullis prædictam Aiſam calumniatus fuerat, tamquam cum Sephuano flagitioſi aliquid perpetraſſet. Hoc impulit Mahumetum ad leges tam rigidas contra fœminarum calumniatores in hac Sura ſanciendas: immò ad tot nugas, & ineptias Zelotypiæ cauſa effingendas.

XXIII. *Et non jurent prædicti abundantiæ.*] Cauſam dedit hujc verſiculo AbubaKer, qui ut refert hìc Gelal: حلف أن لا ينفق على مسطح وهو ابن خالته مسكين مهاجر لما خاض فى الافك بعد ان كان ينفق عليه وهو وناس من الصحابه اقسموا ان لا يتصدقوا على من تكلم بشى من الافك *Juraverat, ſe non daturum eleemoſynam Moſtaho filio materterę ſuę pauperi, qui Mecca emigraverat eò, quòd immiſcuiſſet ſe cum iis, qui Aiſam calumniati fuerant: cùm tamen anteà illi dilargiretur. Quidam etiam ex ſociis Mahumeti juraverant, ſe non daturos eleemoſynam illi, qui aliqua in re mentiti fuiſſent.*

XXIV. *Porrò, qui criminantur pudicas.*] Gelal: المحصنات هنّ ازواج النبى ﷺ *Pudicæ ſunt uxores Prophetæ Mahumeti.*

XXIX. *Hoc erit juſtius vobis.*] Explicat Gelal: خير من القعود على البـــاب *melius erit, ut revertamini, quàm ut expectetis ſedentes juxta portam.*

XXXII. *Et non oſtendant ornatum ſuum.* Videtur hoc loco ornatus nomine accipi totum corpus: vel veſtes precioſiores, quæ ſub palla teguntur. Jahias explicat الزينة الباطنـــة *ornatum interiorem.* Quod verò addit: *Et conjiciant peplos ſuos ſuper ſinus ſuos*: Explicat Gelal: يشدّون الرؤس والاعنـــاق والصدور بالمقانع: *cooperiant capita, & colla, & pectora calanticis, ſeu ſyndonibus.*

Niſi maritis ſuis, &c.] Gelal: فيجوز لهم نظره الّا ما بين السُّترة والركبة فيحرم نظره لغير الازواج وخرج بنسائهنّ الكافرات فلا يجوز للمسلمـــات التكشف لهنّ وشمل ما ملكت ايمانهنّ العبيـــد *His licet aſpicere illud* (ornamentum interius), *ex-*

cepta ea parte, quæ eſt inter umbilicum, & genua: nefas eſt enim aliis, quàm maritis earum illam inſpicere. Excipiunt mulieres eorum infideles: non enim licet fidelibus fœminis coram eis ſeſe diſcooperire. Illi autem, quos poſſident dexteræ eorum, ſunt ſervi.

Aut aßectantibus eas præter viros, &c.] Duplex eſt Interpretum explicatio. Prima: *Aut iis viris, qui aſſectantur eas, nec ſunt neceſſarii ad ſervitium earum.* Secunda. *Aut iis, qui aſſectantur eas, præter viros neceſſarios ad ſervitium earum.* Sed ſenſus videtur idem. Qui autem ſint iſti aſſeclæ fœminarum, quorum opera non eſt illis neceſſaria, indicat Gelal, eſſe eos, qui illas ſequuntur فى فضول الطعـــام: *pro reliquiis ciborum*: ideſt, ut accipiant ab eis id, quod ſupereſt à menſa: paraſiti ſcilicet, vel paupores, ac viles. Jahias: هو الرجـــل الاحمق الذى لا تشتهيه المراة ولا يغار عليه الرجل. Qui aſſectatur fœminas, cujus opera non eſt illis neceſſaria, *eſt homo fatuus, quem neque fœmina concupiſcat, neque Zelotypiam viro illius gignere poſſit.* Olim etiam Romani, ſicut hodie Mahumetani hujuſmodi fatuis, ſive viris, ſive mulieribus delectabantur.

Aut infantibus, qui non agnoverunt, &c.] Arabicè eſt: لم يظهروا على عورات النسا; *Non apparuerunt ſuper pudenda mulierum.* Exponit Gelal: لم يطلعو للجماع; *non apparuerunt*, ſeu aſcenderunt *ad copulam*: & de his ſubdit: فيجوز ان يبدين لهم عداما بين السترة والركبـــة *Licet, ut oſtendant illis*, quę cæteris prohibita, *præter id, quod eſt inter umbilicum, & genua.* Puto agi de illa ætate, quæ nondùm capax eſt malitiæ circa res venereas.

Quod abſcondunt de ornatu ſuo.] Gelal: اى خلخال يتقعقع *ideſt periſcelides*, ſeu ornamenta tibiarum, *quæ ſtrepitum edunt in motu, ſeu jactatione pedum.*

XXXIV. *Et ne cogatis ancillas veſtras ad meretricium.*] Gelal: نزل فى عبد الله بن ابىّ كان يكره جوارى له على العسب بالزنـــا: *Dicta ſunt hæc propter Abdallah filium Obba, qui cogebat ancillas ſuas quæſtum facere ex meretricio.*

XL. *Sicut vapor in planitie deſerta.*] De hoc vapore ita Gelal: وهو شعاع يُرى فيها نصف النهار فى شدّة الحرّ يشبه الماء الجارى: *Eſt quidam ſplendor*, ſeu vapor *lucidus, qui apparet in illis* deſertis *in meridie, cùm calor ſolis eſt vehementiſſimus, ſimiliſque eſt aquæ currenti.*

XLVI. *Et Deus creavit omnem beſtiam ex aqua.*] Accipit Gelal: دابّة *beſtiam*, ſeu jumentum pro animali in genere, hominem etiam includendo: & nomine aquę, النطفة *genitale ſemen* intelligit. Videbat nimirùm, falſum eſſe beſtias ex aqua creatas fuiſſe.

LXI. *Si deponant veſtes ſuas non oſtentantes ornatum.*] Has veſtes putat Gelal eſſe: الجلابيـــب والردا والقناع فوق الخمار: ideſt: *pallam lineam talarem*

rem cooperientem à capite uſque ad pedes: palliolum, & calanticam, ſeu velamen capitis, quod ponitur ſuper inferius velamen. Porrò verba illa, *non oſtentantes ornatum*, referenda potiùs videntur ad has veſtes ex ſe modeſtas, quàm ad mulieres.

LXII. *Quòd comedatis in domibus veſtris,*] Gelal: مواكلة مقابليهم *comedendo ſimul è regione eorum*: & addit: المعنى يجوز الاكل من بيوت من ذكر: وان لم يحضروا اى اذا عُلِم رضاؤهم به *Significatur, licere comedere in domibus prædictorum, etiamſi præſentes non ſint: dummodò conſtet de beneplacito eorum.*

Quòd comedatis ſimul, ſive ſeparatim.] Dicta ſunt hæc, ut ait Gelal: فيمن تحرّج ان ياكل وحده وان لم يجد من يواكله يترك الاكل *Propter quoſdam, qui nefas exiſtimabant comedere ſolitariè: & niſi invenirent aliquem, cum quo comederent, abſtinebant à comedendo.*

Attamen ſalutate vos ipſos.] Gel: اى قولوا السلام علينا وعلى عباد الله الصالحين: فان الملايكة تردّ عليكم وان كان بها اهل فسلّموا عليهم: *Ideſt, dicite: Pax ſuper nos, & ſuper ſervos Dei probos: nam Angeli reſpondebunt vobis. Si autem fuerint ibi domeſtici, ſalutate eos.*

LXIV. *Ne ponatis vocationem Legati.*] Gel: بان تقولوا يا محمد بل قولوا يا نبى الله يا رسول الله فى لين وتواضع وخفض صوت: *itaut non dicatis, ò Mahumete: ſed dicite: ò Propheta Dei, vel ò legate Dei, cum voce leni, humili, & demiſſa.*

REFUTATIONES.

I. Præcipit hìc Mahumetus iniri conjugia à ſuis ob fornicationem infamibus, cum aſſociatoribus nempè idololatris, diverſæque prorsùs religionis: id, quod poſtea ad omnes Mahumetanos extendit. Hoc autem eſt contra omnem rationem, & ideò ſeverè prohibitum à Deo in Pentateucho Iſraelitis: quia nimirùm conjunctio, & affectus maritalis ſit valdè efficax, itaut facilè poſſit per hunc fidelis à religione ſua averti: ut apparuit in Salomone, & aliis, qui à fœminis alienigenis ad ipſarum impietatem pertracti ſunt.

II. Non videtur boni legislatoris eſſe, ad propria commoda, & utilitates jura ſancire. Mahumetus tamen in gratiam Aiſæ, quam deperibat, & ad reliquas uxores ſuas in tuto collocandas, ſtatuit hìc legem adverſus eos, qui eaſdem uxores calumniati fuiſſent: de his enim præcipuè, imò unicè loquitur, ut patet ex verbis ipſis Alcorani juxta Gelalis, aliorumq; Interpretum explicationem. Quòd autem velit, uxorum flagitium quatuor teſtibus probari; nimia videtur erga fœminarum peccata indulgentia: multò verò magis, quòd, ut explicat idem Gelal, debeant hi teſtificari, ſeu teſtes eſſe برويتهم de viſu proprio: quod & ridiculum, & contra rationem prorsùs apparet. Nulla enim mulier adeò imprudens, ac ſtolida eſt, ut ſe ipſam proſtituat eo in loco, ubi à tot teſtibus poſſit deprehendi, vel obſervari. Jus itaque Mahumeticum valdè commodum eſt fœminis ad proprias libidines citra periculum explendas: tantoque magis, quia pœna magna illis infligitur, qui mulieres accuſaturi, hos quatuor teſtes non invenerint. Poſſet in hoc fortaſſè etiam ſine teſtibus credi uni marito, præſertim cum tot juramentis; ſed juret ille quantum vult; ſi mulier etiam ex adverſo toties juret, ſe eſſe innocentem; nulla fides marito habenda eſt. Atque ita fœminæ omnes poterunt miſeros viros fallere, ac ludificare: quemadmodum procul dubio Aiſa à Sephuano corrupta ludificavit Mahumetum. Erat enim à cunabulis in laſciviis enutrita; cùm eam Mahumetus adhuc ſeptennem duxiſſet. Sunt tamen quidam inter Mahumetanos Auctores, qui affirment, Mahumetum fœminam nullam, quæ virgo eſſet, in uxorem accepiſſe. Ex quo ſanè arguere licet, cujuſnam farinæ eſſet hæc Aiſa.

III. Improbat, quòd Domini proſtituant ancillas ſuas ad lucrum captandum. At verò proſtitutis aſſerit, Deum fore indulgentem, & miſericordem. Quaſi verò fornicatio non ſit ex natura ſua illicita; & per dominorum violentiam poſſit in puellis eorum cohoneſtari, tutaque conſcientia exerceri. Ita poterunt etiam uxores legitimæ, ſi à maritis cogantur, ſine ſcrupulo cum aliis viris commiſceri, vel aliud pejus flagitium admittere.

IV. Nimis ſuperbum, & ambitioſum ſe oſtendit Mahumetus, dùm lege ſancit, ne aſſeclæ ſui proprio ipſum nomine appellent; ſed vel Prophetæ, vel Legati Dei titulo honorent. Miror verò, cùm Mahumetani tot mirabilia, & prodigia de hoc Mahumeti nomine effutiant, itaut etiam in foliis arborum Paradiſi, & in ipſo throno Dei ſcriptum eſſe affirment, cur Mahumetus adeò ab illo abhorreat, ut eodem à ſuis dedignetur appellari.

سورة الفرقان مكيّة وهى سبع وسبعون آية

SURA XXV.

DISTINCTIO.

MECCANA:

COMMATUM SEPTUAGINTA SEPTEM.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 تبارك الذي نزل الفرقان على عبده ليكون للعالمين نذيرا ۞ 2 الذي له ملك السموات
والارض ولم يتخذ ولدا ولم يكن له شريك في الملك وخلق كل شيء فقدره تقديرا ۞
3 واتخذوا من دونه آلهة لا يخلقون شيأ وهم يخلقون ولا يملكون لانفسهم ضرا ولا نفعا ولا يملكون
موتا ولا حيوة ولا نشورا ۞ 4 وقال الذين كفروا ان هذا الا افك افتريه واعانه عليه قوم آخرون
فقد جاءوا ظلما وزورا ۞ 5 وقالوا اساطير الاولين اكتتبها فهي تملى عليه بكرة واصيلا ۞
6 قل انزله الذي يعلم السر في السموات والارض انه كان غفورا رحيما ۞ 7 وقالوا
مال لهذا الرسول ياكل الطعام ويمشي في الاسواق لولا انزل اليه ملك فيكون معه نذيرا ۞
8 او يلقى اليه كنز او تكون له جنة ياكل منها وقال الظالمون ان تتبعون الا رجلا مسحورا ۞
9 انظر كيف ضربوا لك الامثال فضلوا فلا يستطيعون سبيلا ۞ 10 تبارك الذي ان شاء
جعل لك خيرا من ذلك جنات تجري من تحتها الانهار ويجعل لك قصورا ۞
11 بل كذبوا بالساعة واعتدنا لمن كذب بالساعة سعيرا ۞ 12 اذا رأتهم من مكان
بعيد ۞ 13 سمعوا لها تغيظا وزفيرا ۞ 14 واذا القوا منها مكانا ضيقا مقرنين دعوا هنالك
ثبورا ۞ 15 لا تدعوا اليوم ثبورا واحدا وادعوا ثبورا كثيرا ۞ 16 قل اذلك خير ام
جنة الخلد التي وعد المتقون كانت لهم جزاء ومصيرا ۞ 17 لهم فيها ما يشاون خالدين
كان على ربك وعدا مسولا ۞ 18 ويوم يحشرهم وما يعبدون من دون الله فيقول ءانتم
اضللتم عبادي هؤلاء ام هم ضلوا السبيل ۞ 19 قالوا سبحانك ما كان ينبغي لنا ان نتخذ

من دونك من أولياء ولكن متعتهم وابآءهم حتى نسوا الذكر وكانوا قوما بورا ۞ 20 فقد
كذبوكم بما تقولون فما يستطيعون صرفا ولا نصرا ومن يظلم منكم نذقه عذابا كبيرا ۞
21 وما أرسلنا قبلك من المرسلين الا انهم ليأكلون الطعام ويمشون في الاسواق وجعلنا بعضكم
لبعض فتنة اتصبرون وكان ربك بصيرا ۞ 22 وقال الذين لا يرجون لقاءنا لولا انزل علينا
الملايكة او نرى ربنا لقد استكبروا في انفسهم وعتوا عتوا كبيرا ۞ 23 يوم يرون
الملايكة لا بشرى يومئذ للمجرمين ويقولون حجرا محجورا ۞ 24 وقدمنا الى ما عملوا من
عمل فجعلناه هباء منثورا ۞ 25 اصحاب الجنة يومئذ خير مستقرا واحسن مقيلا ۞
26 ويوم تشقق السماء بالغمام ونزل الملايكة تنزيلا ۞ 27 الملك يومئذ الحق للرحمن وكان
يوما على الكافرين عسيرا ۞ 28 ويوم يعض الظالم على يديه يقول يا ليتني اتخذت مع
الرسول سبيلا ۞ 29 يا ويلتى ليتني لم اتخذ فلانا خليلا ۞ 30 لقد اضلني عن الذكر
بعد اذ جاءني وكان الشيطان للانسان خذولا ۞ 31 وقال الرسول يا رب ان قومي اتخذوا
هذا القران مهجورا ۞ 32 وكذلك جعلنا لكل نبي عدوا من المجرمين وكفى بربك هاديا
ونصيرا ۞ 33 وقال الذين كفروا لولا نزل عليه القران جملة واحدة كذلك لنثبت به فوادك
ورتلناه ترتيلا ۞ 34 ولا ياتونك بمثل الا جيناك بالحق واحسن تفسيرا ۞ 35 الذين
يحشرون على وجوههم الى جهنم اولايك شر مكانا واضل سبيلا ۞ 36 ولقد اتينا موسى
الكتاب وجعلنا معه اخاه هرون وزيرا ۞ 37 فقلنا اذهبا الى القوم الذين كذبوا بايتنا
فدمرناهم تدميرا ۞ 38 وقوم نوح لما كذبوا الرسل اغرقناهم وجعلناهم للناس اية واعتدنا
للظالمين عذابا اليما ۞ 39 وعادا وثمود واصحاب الرس وقرونا بين ذلك كثيرا ۞
40 وكلا ضربنا له الامثال وكلا تبرنا تتبيرا ۞ 41 ولقد اتوا على القرية التي امطرت
مطر السوء افلم يكونوا يرونها بل كانوا لا يرجون نشورا ۞ 42 واذا راوك ان يتخذونك
الا هزوا اهذا الذي بعث الله رسولا ۞ 43 ان كاد ليضلنا عن الهتنا لولا ان صبرنا عليها
وسوف يعلمون حين يرون العذاب من اضل سبيلا ۞ 44 ارايت من اتخذ الاهه هويه افانت
تكون عليه وكيلا ۞ 45 ام تحسب ان اكثرهم يسمعون او يعقلون ان هم الا كالانعام
بل هم اضل سبيلا ۞ 46 الم تر الى ربك كيف مد الظل ولو شاء لجعله ساكنا
ثم جعلنا الشمس عليه دليلا ۞ 47 ثم قبضناه الينا قبضا يسيرا ۞ 48 وهو الذي جعل
لكم الليل لباسا والنوم سباتا وجعل النهار نشورا ۞ 49 وهو الذي ارسل الرياح نشورا بين
يدي رحمته وانزلنا من السماء ماء طهورا لنحيي به بلدة ميتا ونسقيه مما خلقنا انعاما واناسي
كثيرا ۞ 50 ولقد صرفناه بينهم ليذكروا فابى اكثر الناس الا كفورا ۞ 51 ولو شينا
لبعثنا

لبعثنا في كل قرية نذيرا ۞ 52 فلا تطع الكافرين وجاهدهم به جهادا كبيرا ۞
53 وهو الذي مرج البحرين هذا عذب فرات وهذا ملح أجاج وجعل بينهما برزخا وحجرا
محجورا ۞ 54 وهو الذي خلق من الماء بشرا فجعله نسبا وصهرا وكان ربك قديرا ۞
55 ويعبدون من دون الله ما لا ينفعهم ولا يضرهم وكان الكافر على ربه ظهيرا ۞
56 وما أرسلناك الا مبشرا ونذيرا ۞ 57 قل ما أسلكم عليه من أجر الا من شاء أن يتخذ
الى ربه سبيلا ۞ 58 وتوكل على الحي الذي لا يموت وسبح بحمده وكفى به بذنوب
عباده خبيرا ۞ 59 الذي خلق السموات والارض وما بينهم في ستة أيام ثم استوى على
العرش الرحمن فسئل به خبيرا ۞ 60 واذا قيل لهم اسجدوا للرحمن قالوا وما الرحمن
أنسجد لما تامرنا وزادهم نفورا ۞ 61 تبارك الذي جعل في السماء بروجا وجعل فيها
سراجا وقمرا منيرا ۞ 62 وهو الذي جعل الليل والنهار خلفة لمن أراد أن يذكر أو أراد
شكورا ۞ 63 وعباد الرحمن الذين يمشون على الارض هونا واذا خاطبهم الجاهلون قالوا
سلاما ۞ 64 والذين يبيتون لربهم سجدا وقياما ۞ 65 والذين يقولون ربنا اصرف عنا عذاب
جهنم ان عذابها كان غراما ۞ 66 انها ساءت مستقرا ومقاما ۞ 67 والذين اذا أنفقوا لم
يسرفوا ولم يقتروا وكان بين ذلك قواما ۞ 68 والذين لا يدعون مع الله الها آخر ولا
يقتلون النفس التي حرم الله الا بالحق ولا يزنون ومن يفعل ذلك يلق أثاما ۞ 69 يضاعف
له العذاب يوم القيمة ويخلد فيه مهانا ۞ 70 الا من تاب وآمن وعمل عملا صالحا فأولئك
يبدل الله سيئاتهم حسنات وكان الله غفورا رحيما ۞ 71 ومن تاب وعمل صالحا فانه يتوب
الى الله متابا ۞ 72 والذين لا يشهدون الزور واذا مروا باللغو مروا كراما ۞ 73 والذين
اذا ذكروا بآيات ربهم لم يخروا عليها صما وعميانا ۞ 74 والذين يقولون ربنا هب لنا
من أزواجنا وذرياتنا قرة أعين واجعلنا للمتقين اماما ۞ 75 أولئك يجزون الغرفة بما صبروا
ويلقون فيها تحية وسلاما ۞ 76 خالدين فيها حسنت مستقرا ومقاما ۞ 77 قل ما يعبؤا
بكم ربي لولا دعاؤكم فقد كذبتم فسوف يكون لزاما ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. BEnedictus ſit, qui demiſit Diſtinctionem ſuper ſervum ſuum (*ideſt Alcoranum ſuper Mahumetum*) ut eſſet omnibus creaturis *a* (*i. hominibus, & Geniis*) prædicator. 2. Ille cui eſt Regnum Cœlorum, & terræ, & non ſuſcepit prolem: neque fuit illi particeps in regno, & creavit omnem rem, tùm diſpoſuit eam diſponendo. 3. Et acceperunt præter eum Deos, *qui* non crant quidquam, & ipſi creantur (*ideſt formantur ab hominibus*) Et non poſſunt facere ſibi ipſis malè, neque benè *b*, & non habent poteſtatem mortis, neque vitæ, neque ſuſcitationis *mortuorum*. 4. Et dicunt, qui ſunt infideles: Si eſt hic *Alcoranus*, niſi mendacium, quod commentus eſt *Mahumetus*, & adjuverunt eum ad illum *componendum* homines alii (*ideſt Judæi, & Chriſtiani*). Verùm, *dùm*

a Mundis

b nocumentum, neque juvamen

dicunt

dicunt hoc, jam proferunt iniquitatem, & mendacium. 5. Et dixerunt: *Hæ ſunt* fabulæ Priorum. Deſcripſit eas *ex libris eorum*, & hæ leguntur ei mane, & veſpere. 6. Dic: Demiſit hunc *Alcoranum ille*, qui ſcit ſecretum in Cœlis, & terra. Ipſe porrò eſt indultor, miſericors. 7. Et dixerunt: Quid eſt huic Legato? Comedit cibum, & ambulat per plateas? Niſi demiſſus fuerit ad eum Angelus, itaut ſit cum eo prædicator. 8. Vel dejectus fuerit ad eum theſaurus: vel ſit illi hortus, ex quo comedat; *nullo modo credemus ei*. Et dixerunt iniqui; ſi ſequimini, niſi virum præſtigiis illuſum. 9. Vide, quomodò ponant tibi ſimilitudines (*ideſt*, *cui te ſimilem faciant*). Sed erraverunt, neque poterunt *reperire* viam *veritatis*. 10. Benedictus ſit, qui, ſi voluerit, dabit tibi melius, quàm hoc *quod iſti dicunt*: hortos, *ſcilicet*, de ſub quibus currunt flumina, & ponet tibi palatia. 11. Atqui negaverunt Horam (*ideſt diem Judicii*) ſed preparavimus ei, qui negaverit Horam, ignem ardentem. 12. *Qui*, cùm viderit eos à loco longinquo; 13. Audient illum furibundè exæſtuantem, & perſtrepentem. 14. Et, cùm projecti fuerint ab eo in locum anguſtum alligati, invocabunt ibi mortem (*ſed dicetur illis*): 15. Ne invocetis hodie interitum unum: ſed invocate interitus multos. 16. Dic: An hoc melius eſt, an Paradiſus æternitatis, qui promiſſus eſt piis? Erit illis in præmium, & locum regreſſus. 17. Ipſis erit in eo (*ideſt Paradiſo*) id, quod voluerint, *ibi* perenniter manſuris. Eſt apud Dominum tuum promiſſio requirenda (*ideſt jus erit illis exigere à Deo hoc, quod illis promiſit*). 18. Et die *quadam* congregabit eos, & quos coluerunt præter Deum, & dicet (*i. illis, quos coluerunt*): Vos ne ſeduxiſtis ſervos meos hos: an ipſi erraverunt à via *veritatis*? 19. Reſpondebunt: Laus tua: non conveniebat nobis, ut acciperemus præter te ullos dominos. Verùm ditaſti eos, & patres eorum, itaut obliti ſint commonitionis (*ideſt Alcorani*) & facti ſunt homines perditi. 20. *Dicet Deus aſſeclis eorum*: Jam ergo *iſti, quos colebatis*, mendacii inſimulaverunt vos in eo, quod dicitis: neque poteſtis avertere *à vobis ipſis pœnam*, neque adjuvare *vos ipſos*. Et, qui iniquus fuerit ex vobis, faciemus guſtare eum pœnam grandem. 21. Et non miſimus ante te *ullos* ex legatis, quin ipſi ſanè comederent cibum, & ambularent per plateas, & poſuimus alios veſtrum aliis in tentationem. An patienter ſuſtinebitis? Eſt autem Dominus tuus inſpector *patientiæ veſtræ*. 22. Et dicunt, qui non ſperant occurſum noſtrum (*ideſt diem Judicii*) Niſi demiſſi fuerint ſuper nos Angeli, aut viderimus Dominum noſtrum: *non credemus*, *Mahumetum eſſe Prophetam*. Jam certè in ſuperbiam elati ſunt intra ſe ipſos, & exorbitaverunt exceſſu magno. 23. Die, qua videbunt Angelos, non erit fauſtum nuncium illa die ſceleratis, & dicent: Confugium, ad quod confugiatur (*ideſt implorabunt auxilium adverſus Angelos*). 24. Et accedemus ad id, quod operati fuerint operis (*ideſt producemus illud in medium*) & reducemus illud in pulverem diſperſum. 25. Habitatores Paradiſi die illa meliores erunt quoad locum quietis, & præſtantiores quoad ſedem quieſcendi in meridie. 26. Et die, *qua* ſcindetur Cœlum cum nubibus, & demittentur Angeli demiſſione. 27. Regnum die illa debitum *erit* Miſeratori, & erit dies ſuper infideles difficilis. 28. Et die *quadam* mordebit iniquus manus ſuas: dicet: O utinam ego ſuſcepiſſem cum legato viam (*ideſt ſecutus fuiſſem ejus directionem*). 29. Oh væh mihi: utinam ego non accepiſſem illum talem in amicum. 30. Jam quidem errare fecit me à Commonitione (*ideſt Alcorano*) poſtquam venerat ad me. Eſt autem ſatanas homini proditor. 31. Et dixit Legatus: O Domine mi, certè populus meus habuerunt hunc Alcoranum rejectum. 32. Et ita poſuimus unicuique Prophetæ hoſtem ex ſceleratis: ſed ſufficiens eſt cum Domino tuo director, & adjutor (*ideſt ipſe ſufficit ad dirigendum, & adjuvandum*). 33. Et dicunt, qui ſunt infideles: Niſi demiſſus fuerit ſuper eum Alcoranus in unica ſumma, *non credemus ei*. Sic *demiſimus eum ſeparatim*, ut ſtabiliremus per eum cor tuum, & modulati ſumus eum modulando (*ideſt partem poſt partem tradendo ptotulimus illum*). 34. Et non venient ad te *infideles* cum ulla parabola, niſi veniamus ad te cum veritate, & optima interpretatione. 35. Qui congregabuntur ſuper facies ſuas in gehennam, illi *erunt* peſſimi loco, & errantiſſimi à via *ſalutis*. 36. Et jam quidem tradidimus

الجزء التاسع عشر
Pars decima nona.

Moyſi

Moysi Librum, & posuimus cum eo fratrem ejus Aaron consiliarium. 37. Et diximus *illis*: Ite ad gentem, quæ mendacii insimulavit signa nostra: quamobrem perdidimus eos perditione. 38. *Et memento* gentis Noe, cùm mendacii insimulassent Legatos: demersimus eos, & posuimus eos hominibus in signum, & præparavimus iniquis pœnam discruciantem. 39. *Et memento* Aad, & Themud, & possessorum Rassi, & generationum inter hoc *spatium temporis* plurimarum. 40. Et unicuique *ex his* proposuimus similitudines *ad eos commonendos*, & omnes perdidimus perdendo. 41. Et jam quidem venerunt *Meccani* juxta urbem, quæ compluta est pluvia mali (*idest Sodomam.*) An ergo non viderunt eam? Verùm non speraverunt resurrectionem. 42. Et, cùm viderint te, non *a* excipient te, nisi cum ludibrio, *dicentes*: Hiccine est ille, quem misit Deus legatum? 43. Certè parùm abfuisset, quin averteret nos à diis nostris, nisi constantes fuissemus erga eos. Sed mox scient, cùm viderint pœnam, quis fuerit errantior à via *veritatis*. 44. Quid tibi videtur? Qui acceperit in Deum suum concupiscentiam suam, an tu eris illi procurator? 45. An existimas, quòd plerique eorum audiant, vel intelligant? Non *b* sunt, nisi sicut pecudes: imò sunt errantiores à via *veritatis*, *quàm pecudes*. 46. Nonne respexisti ad Dominum tuum, quomodò extendat umbram *ab aurora usque ad elevationem solis*? Quòd si vellet, certè efficeret eam quiescentem (*idest semper eandem*). Tùm ponimus solem super eam indicem (*quia scilicet nisi esset sol, non cognoscerentur umbræ*). 47. Deindè colligimus eam ad nos collectione facili (*idest sensim breviamus illam*). 48. Et ipse est, qui posuit vobis noctem, *tanquam* indumentum, & somnum ad quietem, & posuit diem ad excitationem *hominum ad laborem*. 49. Et ipse est, qui mittit ventos, faustum nuncium ante misericordiam suam (*idest ante pluviam*) & demittimus è Cœlo aquam puram, ut vivificemus per eam regionem mortuam (*idest terram aridam*) & potemus ea ex eo, quod creavimus, pecora, & homines multos. 50. Et jam quidem variè distribuimus eam inter illos, ut reminiscantur *beneficiorum Dei*. Sed renuerunt plerique hominum *omnia alia* præter ingratitudinem. 51. Quòd si voluissemus, certè misissemus in omnem urbem prædicatorem. 52. Ne verò obtemperes infidelibus: sed oppugna eos cum hoc (*idest Alcorano*) oppugnatione gravi. 53. Et ipse est, qui contermina fecit duo maria: hoc dulce, suave, & illud salsum, amarum, & posuit inter utrumque obstaculum, & repagulum prohibitum (*idest, quo prohibentur, ne simul confundantur*). 54. Et ipse est, qui creavit ex aqua (*idest spermate*) hominem, & posuit eum *in* consanguinitatem, & affinitatem *inter se*: nam est Dominus tuus potens. 55. Et colunt præter Deum id, quod non prodest eis, neque nocet eis, & est Infidelis contra Dominum suum adjutor *Satanæ*. 56. Et non misimus te, nisi fausta annunciantem, & *infausta* comminantem. 57. Dic: Non peto à vobis pro hoc, *quod vobis prædico*, ullam mercedem, nisi *ab eo*, qui voluerit capessere ad Dominum suum viam (*idest, qui voluerit aliquid sponte dare pro Deo.*) 58. Et innitere super Vivum, qui non moritur, & celebra laudem ejus, & sufficientia est in eo, *ut sit* in delictis servorum suorum cognitor. 59. Qui creavit Cœlos, & terram, & id, quod est inter hæc duo in sex diebus: deindè adæquavit se super Thronum, Miserator. Interroga porrò de eo eruditum (*idest Viros sapientes, ut doceant te*). 60. Cùm autem dictum fuerit illis (*idest infidelibus*): Adorate Miseratorem: Respondent: Et quis est Miserator? An adorabimus id, quod præcipis nobis? & auxit illis *hæc exhortatio* fugam *à fide*. 61. Benedictus sit, qui posuit in Cœlo turres (*idest duodecim signa Zodiaci*) & posuit in eo lucernam (*idest Solem*) & Lunam illuminantem. 62. Et ipse est, qui posuit noctem, & diem successionem (*idest sibi succedentes*) ei, qui voluerit recogitare, aut voluerit *esse* gratus. 63. Et servi Miseratoris *sunt*, qui ambulant super terram demissè, &, cùm alloquuntur eos ignari, respondent: Pax (*idest pacificè.*) 64. Et, qui pernoctant Domino suo adorantes, & stantes (*idest proni, & recti*). 65. Et, qui dicunt: Domine noster, averte à nobis pœnam Gehennæ: quippe pœna illius est constanter adhærens. 66. Certè ipsa *Gehenna* mala est ad quiescendum, & standum. 67. Et, qui cum erogant, non sunt nimis profusi, neque sunt nimis parci: sed est *erogatio eorum* inter hoc

(*idest*

hìc quidam incipiunt novam periodum

a Si

b Si

ũbra pôtius dici debet index Solis, quam Sol umbræ.

(*ideſt inter hæc duo*) conſiſtens. 68. Et, qui non invocant cum Deo Deum alium: neque occidunt animam (*ideſt hominem*) quam prohibuit Deus, niſi cum juſtitia: neque fornicantur. Et, qui fecerit hoc, inveniet pœnam iniquitatis *ſuæ*. 69. Duplicabitur ei ſupplicium die reſurrectionis, & perpetuò manebit in eo vilificatus. 70. Sed, qui pœnitentiam egerit, & fecerit opus rectum: illis commutabit Deus mala eorum in bona; nam eſt Deus indultor; miſericors. 71. Et, qui reſipuerit, & fecerit rectum: certè ipſe convertetur ad Deum converſione *vera*. 72. Et, qui non teſtificantur falſum, &, cùm tranſeunt per futilia, pertranſeunt honorificè (*ideſt cùm audiunt vana, vel obſcœna loquentes, ſeſe ab iis honeſto modo expediunt*). 73. Et, qui, cùm commemorantur ipſis ſigna Domini ſui: non cadunt ad ea ſurdi, & cæci (*ideſt erectis auribus, & mente excipiunt illa*). 74. Et, qui dicunt: Domine noſter, da nobis ex conjugibus noſtris, & liberis noſtris hilaritatem oculorum, & fac nos eſſe timentibus *te* duces. 75. Hi remunerabuntur loco ſublimi ob id, quod ſuſtinuerunt, & invenient in eo ſalutationem, & pacem. 76. Perpetuò moraturi in eo. Pulcher erit *locus ille* ad quieſcendum, & ſtandum. 77. Dic: Non angitur ſolicitudine pro vobis Dominus meus, ſi non ſit invocatio veſtra (*ideſt ſi non invocetis eum*) jam porrò mendacii incuſaſtis *Mahumetum*, & *Alcoranum*: Sed mox erit pœna adhærens (*ideſt nunquam removenda à vobis.*)

NOTÆ.

VOx Arabica الفرقان Alphorcan, unde Sura hæc epigraphen ſortita eſt, fortaſſe magis propriè *Diſtinctorium*, quàm *Diſtinctio* verti poterat. Hoc autem nomine intelligitur hìc Alcoranus. Alibi tamen etiam Pentateuchus, & alii Sacri Libri ita appellantur eò, quòd hi omnes vera à falſis, licita ab illicitis diſtinguant. Tribuunt huic Suræ plerique ſeptem ſupra ſeptuaginta verſiculos. Meccę traditam, totamque Meccanam eſſe volunt; nihilominùs excipit Gelal verſiculum ſexageſimum octavum, qui incipit: *Et, qui non invocant cum Deo deum alium*. Cur autem verſus hic ſit potiùs Medinenſis, quàm Meccanus, non facilè divinarem, niſi fortè, quia Medinenſes jam à plurium Deorum cultu abſtinebant: Meccani verò adhuc Idola ſua retinebant.

Merces promiſſa lectori hęc eſt: من قراء سورة الفرقان لقى الله يوم القيامة وهو مومن بالساعة آتية لا ريب فيها وادخل الجنة بغير تصب *Qui legerit Suram Alphorcan, occurret Deo in die Reſurrectionis, & ipſe ſecurus erit in adventu Horæ, de qua nulla eſt dubitatio; & introducetur in Paradiſum ſine ullo obſtaculo, ac labore.*

VII. *Quid eſt huic legato.*] Arabicè in omnibus ferè exemplaribus ſcribitur: مال هذا pro ما لهذا, cum ل extenſo, ac ſi ſpectaret ad ما. Myſterium ignoro. Sunt tamen, qui ما لهذا, ut nos impreſſimus, ſcribendum admoneant.

XI. *Vel ſit illi hortus, ex quo comedat.* Nonnulli codices habent ناكل *comedamus*. Sed prima lectio verior videtur; alludebant enim ad id, quod ei exprobrabant, quòd ſcilicet ambularet per plateas mercatorias لطالب المعاش *ad victum quæſtuandum*, ut explicat Gelal.

XXVI. *Et poſuimus alios veſtrum aliis in tentationem.*] Explicat Gelal: ابتلى الغنى بالفقير والصحيح بالمريض والشريف بالوضيع يقول الثانى فى كل ما لى لا اكون كالاول فى كل: *Tentatur dives per pauperem, & ſanus per ægrotum, & nobilis per ignobilem, Dicit ſecundus* (nempe pauper, ægrotus, & ignobilis): *In toto, quod eſt mihi, non ſum ſicut primus in toto.*

XXIX. *Et præſtantiores quo ad locum quieſcendi in meridie.*] Ex hoc loco deſumit Gelal argumentum, extremum judicium incipiendum eſſe à primo mane, & in meridie ejuſdem diei abſolvendum.

XXXII. *Et die quadam mordebit iniquus manus ſuas.*] Deſignari hoc loco peculiarem quemdam Mahumeti hoſtem, ſeu adverſarium volunt Interpretes, nempe عقبة بن ابى معيط كان نطق بالشهادتين ثم رجع رضى لابى بن خلف: *Okbam filium Abu-Moiti, qui profeſſus fuerat ſectam Mahumetanam: deinde ultrò apoſtatavit ad Obbam filium Chalphi.* Et hic eſt, quem in ſequenti verſu appellat فلانا *illum talem*. Hispanicè *Fulano*.

XXXVII. *In unica ſumma.*] Gelal: والتوراة والانجيل والزبور: *Sicut Pentateuchus, & Euangelium, & Pſalterium*. Credunt nimirùm Mahumetani, hos libros miſſos fuiſſe è Cœlo à Deo in unico volumine, ſeu totos ſimul; cùm Alcoranus demiſſus, ſeu revelatus fuerit paulatim, & per partes ſpatio viginti, ac trium annorum.

XXXVIII. *Et non venient ad te infideles cum nulla parabola.*] Explicat Gelal. لا ياتونك بسوال عجيب من سوالاتهم الباطلة: *non venient ad te cum nulla ex inanibus ſuis quæſtionibus admirabundi*; ſæpè enim Meccani proponebant Mahumeto quæſtiunculas quaſdam, & argutationes, ad explorandum, utrum eſſet verus Propheta: ſed plerumque erant de quiſquiliis, & de lana caprina.

XLIII. *Et poſſeſſorum Raſſi.*] Arabicè اصحاب الرس Eſt autem Raſſum, ſeu Raſſus, ut ait Gelal: اسم بير نبيهم قيل شعيب وقيل غيره كانوا قعودا حولها فانهارت بهم فخسف بهم. *Nomen putei in regione Madianitarum, quorum Prophetam, alii dicunt fuiſſe Scioaib*, ſeu Jethro, *alii alium ab eo diverſum. Cùm hi quadam die ſederent circa puteum, ille diſruptus eſt, & per terræ fatiſcentis hiatum omnes cum eo abſorti ſunt.* Ita etiam Jahias, & Zamchaſcerius.

REFU-

REFUTATIONES.

SUnt in hac Sura plures ex iis erroribus, quos anteà refutavimus; quamobrem illos hìc retractare supervacaneum foret. Unum tantummodò nota dignum, nec pertranseundum putavi: quòd nimirùm Meccani, Mahumeto Alcoranum ipsis recitante, agnoscant non esse aliquid divinitùs traditum, sed centonem ex nugis, & fabulis malè consutum. Si quid verò in eo boni esset, à Christianorum, vel Judæorum libris compilatum fuisse. Cæterùm videbant apertè, illum non esse prophetam, sed voraciſſimum helluonem, qui non contentus eo, quod domi in penu habebat, per plateas, in quibus edulia vendebantur, more canum divagabatur, ut aliquid ad ingluviem suam explendam subriperet. Maximè, verò ut in illius vita retulimus, gallinis, harmis ovillis, & dulciariis delectabatur. Neque Mahumetus ipse negat, se esse manduconem, & per plateas ad ventri quæstuandum divagari: sed excusat se exemplo aliorum Prophetarum, quos idem feciſſe non sine impudenti mendacio affirmat.

سورة الشعرآء مكيّة مايتان وسبع وعشرون آية

SURA XXVI.

POETÆ.

MECCANA:

COMMATUM DUCENTORUM VIGINTI SEPTEM.

بسم الله الرّحمن الرّحيم

1 طسم ۞ 2 تلك ايات الكتاب المبين ۞ 3 لعلّك باخع نفسك الّا يكونوا مؤمنين ۞
4 إن نشأ ننزّل عليهم من السّمآء ايّة فظلّت اعناقهم لها خاضعين ۞ 5 وما ياتيهم من ذكر من
الرّحمن محدث الّا كانوا عنه معرضين ۞ 6 فقد كذّبوا فسياتيهم انبؤا ما كانوا به
يستهزءون ۞ 7 اولم يروا الى الارض كم انبتنا فيها من كلّ زوج كريم ۞ 8 إنّ في
ذلك لاية وما كان اكثرهم مؤمنين ۞ 9 وإنّ ربّك لهو العزيز الرّحيم ۞ 10 وإذ نادى
ربّك موسى ان ايت القوم الظّالمين ۞ 11 قوم فرعون الا يتقون ۞ 12 قال ربّ إني اخاف
ان يكذّبون ۞ 13 ويضيق صدري ولا ينطلق لساني فارسل الى هرون ۞ 14 ولهم عليّ
ذنب فاخاف ان يقتلون ۞ 15 قال كلّا فاذهبا بايتنا انّا معكم مستمعون ۞ 16 فاتيا
فرعون فقولا إنّا رسول ربّ العالمين ۞ 17 ان ارسل معنا بني اسرايل ۞ 18 قال الم نربّك
فينا وليدا ولبثت فينا من عمرك سنين ۞ 19 وفعلت فعلتك الّتي فعلت وانت من
الكافرين ۞ 20 قال فعلتها إذا وانا من الضّالّين ۞ 21 ففررت منكم لمّا خفتكم فوهب
لي ربّي حكما وجعلني من المرسلين ۞ 22 وتلك نعمة تمنّها عليّ ان عبّدت بني
إسرايل ۞ 23 قال فرعون وما ربّ العالمين ۞ 24 قال ربّ السّموات والارض وما بينهما إن
كنتم موقنين ۞ 25 قال لمن حوله الا تستمعون ۞ 26 قال ربّكم وربّ ابايكم الاولين ۞
27 قال إنّ رسولكم الّذي ارسل اليكم لمجنون ۞ 28 قال ربّ المشرق والمغرب وما بينهما إن
كنتم تعقلون ۞ 29 قال لئن اتّخذت إلها غيري لاجعلنّك من المسجونين ۞ 30 قال اولو

جيتك

جِيتَكَ بِشَيْءٍ مُبِينٍ ۝ 31 قَالَ فَأْتِ بِهِ إِنْ كُنْتَ مِنَ الصَّادِقِينَ ۝ 32 فَأَلْقَى عَصَاهُ فَإِذَا
هِيَ ثُعْبَانٌ مُبِينٌ ۝ 33 وَنَزَعَ يَدَهُ فَإِذَا هِيَ بَيْضَاءُ لِلنَّاظِرِينَ ۝ 34 قَالَ لِلْمَلَإِ حَوْلَهُ إِنَّ هَذَا
لَسَاحِرٌ عَلِيمٌ ۝ 35 يُرِيدُ أَنْ يُخْرِجَكُمْ مِنْ أَرْضِكُمْ بِسِحْرِهِ فَمَاذَا تَأْمُرُونَ ۝ 36 قَالُوا
أَرْجِهْ وَأَخَاهُ وَابْعَثْ فِي الْمَدَائِنِ حَاشِرِينَ ۝ 37 يَأْتُوكَ بِكُلِّ سَحَّارٍ عَلِيمٍ ۝ 38 فَجُمِعَ
السَّحَرَةُ لِمِيقَاتِ يَوْمٍ مَعْلُومٍ ۝ 39 وَقِيلَ لِلنَّاسِ هَلْ أَنْتُمْ مُجْتَمِعُونَ ۝ 40 لَعَلَّنَا نَتَّبِعُ
السَّحَرَةَ إِنْ كَانُوا هُمُ الْغَالِبِينَ ۝ 41 فَلَمَّا جَاءَ السَّحَرَةُ قَالُوا لِفِرْعَوْنَ أَئِنَّ لَنَا لَأَجْرًا إِنْ كُنَّا
نَحْنُ الْغَالِبِينَ ۝ 42 قَالَ نَعَمْ وَإِنَّكُمْ إِذًا لَمِنَ الْمُقَرَّبِينَ ۝ 43 قَالَ لَهُمْ مُوسَى أَلْقُوا مَا أَنْتُمْ
مُلْقُونَ ۝ 44 فَأَلْقَوْا حِبَالَهُمْ وَعِصِيَّهُمْ وَقَالُوا بِعِزَّةِ فِرْعَوْنَ إِنَّا لَنَحْنُ الْغَالِبُونَ ۝ 45 فَأَلْقَى
مُوسَى عَصَاهُ فَإِذَا هِيَ تَلْقَفُ مَا يَأْفِكُونَ ۝ 46 فَأُلْقِيَ السَّحَرَةُ سَاجِدِينَ ۝ 47 قَالُوا آمَنَّا
بِرَبِّ الْعَالَمِينَ ۝ 48 رَبِّ مُوسَى وَهَارُونَ ۝ 49 قَالَ آمَنْتُمْ لَهُ قَبْلَ أَنْ آذَنَ لَكُمْ إِنَّهُ
لَكَبِيرُكُمُ الَّذِي عَلَّمَكُمُ السِّحْرَ فَلَسَوْفَ تَعْلَمُونَ ۝ 50 لَأُقَطِّعَنَّ أَيْدِيَكُمْ وَأَرْجُلَكُمْ مِنْ
خِلَافٍ وَلَأُصَلِّبَنَّكُمْ أَجْمَعِينَ ۝ 51 قَالُوا لَا ضَيْرَ إِنَّا إِلَى رَبِّنَا مُنْقَلِبُونَ ۝ 52 إِنَّا نَطْمَعُ
أَنْ يَغْفِرَ لَنَا رَبُّنَا خَطَايَانَا أَنْ كُنَّا أَوَّلَ الْمُؤْمِنِينَ ۝ 53 وَأَوْحَيْنَا إِلَى مُوسَى أَنْ أَسْرِ بِعِبَادِي
إِنَّكُمْ مُتَّبَعُونَ ۝ 54 فَأَرْسَلَ فِرْعَوْنُ فِي الْمَدَائِنِ حَاشِرِينَ ۝ 55 إِنَّ هَؤُلَاءِ لَشِرْذِمَةٌ
قَلِيلُونَ ۝ 56 وَإِنَّهُمْ لَنَا لَغَائِظُونَ ۝ 57 وَإِنَّا لَجَمِيعٌ حَاذِرُونَ ۝ 58 فَأَخْرَجْنَاهُمْ مِنْ جَنَّاتٍ
وَعُيُونٍ ۝ 59 وَكُنُوزٍ وَمَقَامٍ كَرِيمٍ ۝ 60 كَذَلِكَ وَأَوْرَثْنَاهَا بَنِي إِسْرَائِيلَ ۝ 61 فَأَتْبَعُوهُمْ
مُشْرِقِينَ ۝ 62 فَلَمَّا تَرَاءَى الْجَمْعَانِ قَالَ أَصْحَابُ مُوسَى إِنَّا لَمُدْرَكُونَ ۝ 63 قَالَ كَلَّا إِنَّ
مَعِيَ رَبِّي سَيَهْدِينِ ۝ 64 فَأَوْحَيْنَا إِلَى مُوسَى أَنِ اضْرِبْ بِعَصَاكَ الْبَحْرَ فَانْفَلَقَ فَكَانَ كُلُّ
فِرْقٍ كَالطَّوْدِ الْعَظِيمِ ۝ 65 وَأَزْلَفْنَا ثَمَّ الْآخَرِينَ ۝ 66 وَأَنْجَيْنَا مُوسَى وَمَنْ مَعَهُ أَجْمَعِينَ ۝
ثُمَّ أَغْرَقْنَا الْآخَرِينَ ۝ 68 إِنَّ فِي ذَلِكَ لَآيَةً وَمَا كَانَ أَكْثَرُهُمْ مُؤْمِنِينَ ۝ 69 وَإِنَّ
رَبَّكَ لَهُوَ الْعَزِيزُ الرَّحِيمُ ۝ 70 وَاتْلُ عَلَيْهِمْ نَبَأَ إِبْرَاهِيمَ ۝ 71 إِذْ قَالَ لِأَبِيهِ وَقَوْمِهِ مَا
تَعْبُدُونَ ۝ 72 قَالُوا نَعْبُدُ أَصْنَامًا فَنَظَلُّ لَهَا عَاكِفِينَ ۝ 73 قَالَ هَلْ يَسْمَعُونَكُمْ إِذْ
تَدْعُونَ أَوْ يَنْفَعُونَكُمْ أَوْ يَضُرُّونَ ۝ 74 قَالُوا بَلْ وَجَدْنَا آبَاءَنَا كَذَلِكَ يَفْعَلُونَ ۝ 75 قَالَ
أَفَرَأَيْتُمْ مَا كُنْتُمْ تَعْبُدُونَ ۝ 76 أَنْتُمْ وَآبَاؤُكُمُ الْأَقْدَمُونَ ۝ 77 فَإِنَّهُمْ عَدُوٌّ لِي إِلَّا رَبَّ
الْعَالَمِينَ ۝ 78 الَّذِي خَلَقَنِي فَهُوَ يَهْدِينِ ۝ 79 وَالَّذِي هُوَ يُطْعِمُنِي وَيَسْقِينِ ۝ 80 وَإِذَا
مَرِضْتُ فَهُوَ يَشْفِينِ ۝ 81 وَالَّذِي يُمِيتُنِي ثُمَّ يُحْيِينِ ۝ 82 وَالَّذِي أَطْمَعُ أَنْ يَغْفِرَ لِي
خَطِيئَتِي يَوْمَ الدِّينِ ۝ 83 رَبِّ هَبْ لِي حُكْمًا وَأَلْحِقْنِي بِالصَّالِحِينَ ۝ 84 وَاجْعَلْ لِي لِسَانَ
صِدْقٍ فِي الْآخِرِينَ ۝ 85 وَاجْعَلْنِي مِنْ وَرَثَةِ جَنَّةِ النَّعِيمِ ۝ وَاغْفِرْ لِأَبِي إِنَّهُ كَانَ مِنَ
الضَّالِّينَ ۝

الضالين ۝ 87 ولا تخزني يوم يبعثون ۝ 88 يوم لا ينفع مال ولا بنون ۝ 89 إلا من أتى
الله بقلب سليم ۝ 90 وأزلفت الجنة للمتقين ۝ 91 وبرزت الجحيم للغاوين ۝
92 وقيل لهم أين ما كنتم تعبدون من دون الله هل ينصرونكم أو ينتصرون ۝
93 فكبكبوا فيها هم والغاون ۝ 94 وجنود إبليس أجمعون ۝ 95 قالوا وهم فيها
يختصمون ۝ 96 تالله إن كنا لفي ضلال مبين ۝ 97 إذ نسويكم برب العالمين ۝
98 وما أضلنا إلا المجرمون ۝ 99 فما لنا من شافعين ۝ 100 ولا صديق حميم ۝ 101 فلو
أن لنا كرة فنكون من المومنين ۝ 102 إن في ذلك لاية وما كان أكثرهم مومنين ۝
103 وإن ربك لهو العزيز الرحيم ۝ 104 كذبت قوم نوح المرسلين ۝ 105 إذ قال لهم
أخوهم نوح ألا تتقون ۝ 106 إني لكم رسول أمين ۝ 107 فاتقوا الله وأطيعون ۝
108 وما أسلكم عليه من أجر إن أجري إلا على رب العالمين ۝ 109 فاتقوا الله وأطيعون ۝
110 قالوا أنومن لك واتبعك الارذلون ۝ 111 قال وما علمي بما كانوا يعملون ۝ 112 إن
حسابهم إلا على ربي لو تشعرون ۝ 113 وما أنا بطارد المومنين ۝ 114 إن أنا إلا نذير
مبين ۝ 115 قالوا لئن لم تنته يا نوح لتكونن من المرجومين ۝ 116 قال رب إن
قومي كذبون ۝ 117 فافتح بيني وبينهم فتحا ونجني ومن معي من المومنين ۝
118 فانجيناه ومن معه في الفلك المشحون ۝ 119 ثم أغرقنا بعد الباقين ۝ 120 إن في
ذلك لاية وما كان أكثرهم مومنين ۝ 121 وإن ربك لهو العزيز الرحيم ۝
122 كذبت عاد المرسلين ۝ 123 إذ قال لهم أخوهم هود ألا تتقون ۝ 124 إني لكم
رسول أمين ۝ 125 فاتقوا الله وأطيعون ۝ 126 وما أسلكم عليه من أجر إن أجري إلا على
رب العالمين ۝ 127 أتبنون بكل ريع اية تعبثون ۝ 128 وتتخذون مصانع لعلكم
تخلدون ۝ 129 وإذا بطشتم بطشتم جبارين ۝ 130 فاتقوا الله وأطيعون ۝ 131 واتقوا
الذي أمدكم بما تعلمون ۝ 132 أمدكم بانعام وبنين ۝ 133 وجنات وعيون ۝
134 إني أخاف عليكم عذاب يوم عظيم ۝ 135 قالوا سواء علينا أوعظت أم لم تكن
من الواعظين ۝ 136 إن هذا إلا خلق الاولين ۝ 137 وما نحن بمعذبين ۝
138 فكذبوه فاهلكناهم إن في ذلك لاية وما كان أكثرهم مومنين ۝ 139 وإن ربك
لهو العزيز الرحيم ۝ 140 كذبت ثمود المرسلين ۝ 141 إذ قال لهم أخوهم صالح ألا
تتقون ۝ 142 إني لكم رسول أمين ۝ 143 فاتقوا الله وأطيعون ۝ 144 وما أسلكم عليه
من أجر إن أجري إلا على رب العالمين ۝ 145 أتتركون فيما ها هنا امنين ۝
146 في جنات وعيون ۝ 147 وزروع ونخل طلعها هضيم ۝ 148 وتنحتون من الجبال
بيوتا

جيوتا فرهين ۞ 149 فاتقوا الله واطيعون ۞ 150 ولا تطيعوا امر المسرفين ۞ 151 الذين
يفسدون في الارض ولا يصلحون ۞ 152 قالوا انما انت من المسحرين ۞ 153 ما انت الا
بشر مثلنا فات باية ان كنت من الصادقين ۞ 154 قال هذه ناقة لها شرب ولكم شرب
يوم معلوم ۞ 155 ولا تمسوها بسوء فياخذكم عذاب يوم عظيم ۞ 156 فعقروها فاصبحوا
نادمين ۞ 157 فاخذهم العذاب ان في ذلك لاية وما كان اكثرهم مومنين ۞ 158 وان
ربك لهو العزيز الرحيم ۞ 159 كذبت قوم لوط المرسلين ۞ 160 اذ قال لهم اخوهم
لوط الا تتقون ۞ 161 اني لكم رسول امين ۞ 162 فاتقوا الله واطيعون ۞ 163 وما
اسلكم عليه من اجر ان اجري الا على رب العالمين ۞ 164 اتاتون الذكران من العالمين ۞
165 وتذرون ما خلق لكم ربكم من ازواجكم بل انتم قوم عادون ۞ 166 قالوا لين
لم تنته يا لوط لتكونن من المخرجين ۞ 167 قال اني لعملكم من القالين ۞ 168 رب
نجني واهلي مما يعملون ۞ 169 فنجيناه واهله اجمعين ۞ 170 الا عجوزا في الغابرين ۞
171 ثم دمرنا الاخرين ۞ 172 وامطرنا عليهم مطرا فساء مطر المنذرين ۞ 173 ان في
ذلك لاية وما كان اكثرهم مومنين ۞ 174 وان ربك لهو العزيز الرحيم ۞ 175 كذب
اصحاب الايكة المرسلين ۞ 176 اذ قال لهم شعيب الا تتقون ۞ 177 اني لكم رسول
امين ۞ 178 فاتقوا الله واطيعون ۞ 179 وما اسلكم عليه من اجر ان اجري الا على رب
العالمين ۞ 180 اوفوا الكيل ولا تكونوا من المخسرين ۞ 181 وزنوا بالقسطاس المستقيم ۞
182 ولا تبخسوا الناس اشياءهم ولا تعثوا في الارض مفسدين ۞ 183 واتقوا الذي خلقكم
والجبلة الاولين ۞ 184 قالوا انما انت من المسحرين ۞ 185 وما انت الا بشر مثلنا وان
نظنك لمن الكاذبين ۞ 186 فاسقط علينا كسفا من السماء ان كنت من الصادقين ۞
187 قال ربي اعلم بما تعملون ۞ 188 فكذبوه فاخذهم عذاب يوم الظلة انه كان عذاب
يوم عظيم ۞ 189 ان في ذلك لاية وما كان اكثرهم مومنين ۞ 190 وان ربك لهو
العزيز الرحيم ۞ 191 وانه لتنزيل رب العالمين ۞ 192 نزل به الروح الامين ۞
193 على قلبك لتكون من المنذرين ۞ 194 بلسان عربي مبين ۞ 195 وانه لفي زبر
الاولين ۞ 196 اولم يكن لهم اية ان يعلمه علمؤا بني اسرايل ۞ 197 ولو نزلناه على
بعض الاعجمين ۞ 198 فقراه عليهم ما كانوا به مومنين ۞ 199 كذلك سلكناه في
قلوب المجرمين ۞ 200 لا يومنون به حتى يروا العذاب الاليم ۞ 201 فياتيهم بغتة وهم لا
يشعرون ۞ 202 فيقولوا هل نحن منظرون ۞ 203 افبعذابنا يستعجلون ۞ 204 افرءيت
ان متعناهم سنين ۞ 205 ثم جاءهم ما كانوا يوعدون ۞ 206 ما اغنى عنهم ما كانوا
يمتعون ۞

يمتعون ۞ 207 وما أهلكنا من قرية إلا لها منذرون ۞ 208 ذكرى وما كنا ظالمين ۞
209 وما تنزلت به الشياطين ۞ 210 وما ينبغي لهم وما يستطيعون ۞ 211 إنهم عن السمع
لمعزولون ۞ 212 فلا تدع مع الله إلها آخر فتكون من المعذبين ۞ 213 وأنذر عشيرتك
الأقربين ۞ 214 واخفض جناحك لمن اتبعك من المؤمنين ۞ 215 فإن عصوك فقل إني
بري مما تعملون ۞ 216 وتوكل على العزيز الرحيم ۞ 217 الذي يراك حين تقوم ۞
218 وتقلبك في الساجدين ۞ 219 إنه هو السميع العليم ۞ 220 هل أنبئكم على من
تنزل الشياطين ۞ 221 تنزل على كل أفاك أثيم ۞ 222 يلقون السمع وأكثرهم كاذبون ۞
223 والشعراء يتبعهم الغاوون ۞ 224 ألم تر أنهم في كل واد يهيمون ۞ 225 وأنهم يقولون
ما لا يفعلون ۞ 226 إلا الذين آمنوا وعملوا الصالحات وذكروا الله كثيرا ۞ 227 وانتصروا
من بعد ما ظلموا وسيعلم الذين ظلموا أي منقلب ينقلبون ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. TS. M. 2. Hæc *ſunt* ſigna Libri manifeſtantis *veritatem*. 3. Fortaſsè tu es diſcrucians animum tuum, quòd *Meccani* non ſint credentes. 4. Si vellemus, demitteremus ſuper eos è Cœlo ſignum, & fierent cervices eorum ſeſe illi humiliantes. 5. Sed non veniet ad eos aliquid commonitionis à Miſeratore recenter manifeſtatæ *in Alcorano*, niſi ſint ab ea longè recedentes. 6. Jam porrò mendacii inſimulaverunt *eam*; Sed veniet ad eos nuntium, quod non irridebunt. 7. An non adhuc reſpexerunt ad terram, quot *res* produxerimus in ea ex omni ſpecie pulchra? 8. Certè in hoc eſt ſanè ſignum: nec tamen ſunt plerique eorum credentes. 9. Et quidem Dominus tuus certè ipſe eſt Præpotens, Miſericors. 10. Et *memento*, cùm vocavit Dominus tuus Moyſen, *dicens*: Vade ad homines iniquos; 11. Gentem Pharaonis: an non timebunt *me*? 12. Reſpondit *Moyſes*: Domine mi, equidem timeo, ne mendacii inſimulent me. 13. Et anguſtiatur pectus meum, & non eſt expedita lingua mea: Mitte ergo ad Aaron, *ut veniat mecum*. 14. Et ipſis eſt ſuper me crimen (*quia ſcilicet occiderat Ægyptium*) quare timeo, ne occidant me. 15. Dixit *illi Deus*: Nequaquam *occident te*. Pergite ergo cum ſignis noſtris: Nos enim *erimus* vobiſcum audientes. 16. Ite ergo ad Pharaonem, & dicite: Certè nos ſumus Legatus Domini *a* ſæculorum. 17. Dimitte nobiſcum filios Iſrael. 18. Reſpondit *Pharao*: Nonne nutrivimus te inter nos puerulum, & moratus es nobiſcum ex ætate tua *plures* annos? 19. Et patraſti facinus tuum, quod patraſti, *occidendo Ægyptium*? tu autem es ex ingratis. 20. Reſpondit *Moyſes*: Patravi illud ſanè, & ego *fui* ex errantibus. 21. Propterea fugi á vobis, quia timui vos: Sed dedit mihi Dominus meus ſapientiam, & fecit me ex Legatis. 22. At hæc eſt gratia, qua beneficas me, quòd ſervituti ſubegeris filios Iſrael. 23. Reſpondit Pharao: Et quis eſt Dominus *b* ſæculorum? 24. Dixit *Moyſes*: Dominus Cœlorum, & terræ, & eorum, quæ ſunt inter hæc duo: ſi eſtis *hoc* certò credentes. 25. Dixit *Pharao* his, qui erant circum ſe: An non auditis? 26. Dixit *Moyſes*: Dominus veſter, & Dominus Patrum veſtrorum primorum. 27. Dixit *Pharao circumſtantibus ſe*: Profectò Legatus veſter, qui miſſus eſt ad vos, omninò eſt *c* inſanus. 28. Dixit *Moyſes*: Dominus Orientis, & Occidentis, & eorum, quæ ſunt inter utrumque, ſi intelligitis. 29. Dixit *illi Pharao*; Profectò, ſi ſuſceperis Deum *ullum* præter me, certè ponam te ex carceratis. 30. Reſpondit *Moyſes*: An *facies hoc*, etiamſi oſtendero tibi rem *mirabilem*, manifeſtam? 31. Dixit *illi Pharao*; Oſtende ergo illam, ſi es ex veracibus. 32. Projecit itaque virgam ſuam,

a Mundorũ.

b Mũdorũ.

c Maniacus.

ſuam, & ecce ipſa *facta eſt* draco manifeſtus. 33. Et extraxit manum ſuam *è ſinu ſuo*, & ecce ipſa *apparuit* candida aſpicientibus. 34. Dixit *Pharao* proceribus, *qui erant* circum ſe: Certè hic eſt magus ſanè peritus. 35. Vult ejicere vos è terra veſtra magia ſua; quid ergo præcipitis? 36. Reſponderunt *Proceres*: Differ illum, & fratrem ejus *(ideſt ſuſpende cauſam utriuſque)* & mitte per urbes congregantes *(ideſt præcones, qui)* 37. Adducant ad te omnem incantatorem peritum. 38. Congregati ſunt igitur Magi ad tempus condictum diei notæ *(ideſt ſolemnis)*. 39. Et dictum fuit hominibus: An vos eſtis congregati? 40. Fortaſſè nos ſequemur Magos, ſi fuerint ipſi victores. 41. Cùm autem veniſſent Magi, dixerunt Pharaoni: An certè erit nobis aliqua merces, ſi fuerimus nos victores? 42. Reſpondit *Pharao*: Utique, & certè vos eritis omninò ex approximatis *mihi*. 43. Dixit illis Moyſes: Projicite, quod vos eſtis projecturi. 44. Projecerunt ergo funes ſuos, & virgas ſuas, & dixerunt: Per potentiam Pharaonis nos certè, nos ſanè erimus victores. 45. Projecit autem Moyſes virgam ſuam, & ecce ipſa devoravit id, quod inverterant *(nimirùm funes, & virgas Magorum converſas in colubres per præſtigia.)* 46. Et projecerunt ſe Magi adorantes. 47. Dixerunt: Credidimus in Dominum *a* ſæculorum. 48. Dominum Moyſi, & Aaron. 49. Dixit *illis Pharao*: An credidiſtis illi, antequam annuerem vobis? Certè ipſe eſt Princeps veſter, qui docuit vos magiam. Atqui mox ſanè ſcietis, *quid facturus ſim vobis*. 50. Profectò abſcindam manus veſtras, & pedes veſtros alternè *(manum dexteram, & pedem ſiniſtrum cujuslibet)* & certè crucifigam vos omnes. 51. Reſponderunt: Non *erit nobis* nocumentum: nos enim ad Dominum noſtrum reverſuri ſumus. 52. Nos quidem ſperamus, quòd dimittet nobis Dominus noſter peccata noſtra, eo, quòd fuerimus primi credentium. 53. Et diximus per revelationem ad Moyſen: Perge noctu cum ſervis meis: quippe vos perſequendi eſtis *ab Ægyptiis*. 54. Miſit ergo Pharao per civitates *Duces* congregantes *milites*, & *dixit*. 55. Certè hi ſanè ſunt turba exigua. 56. Et nihilominùs ipſi nobis ſunt iraſcentes. 57. Et nos ſanè *ſumus* multitudo alacriter parata. 58. Egredi ergo fecimus eos *(ideſt Ægyptios ad perſequendos Iſraelitas)* ex hortis, & fontibus: 59. Et theſauris, & habitatione honorifica. 60. Ita *fecimus*, & in hæreditatem dedimus hæc filiis Iſrael. 61. Et perſecuti ſunt eos ſurgentes in hortu ſolis. 62. Cùmque vidiſſent ſe invicem duo cœtus *(nempe Ægyptii, & Iſraelitæ)* dixerunt aſſeclæ Moyſis: Nos certè deprehendendi *ſumus ab Ægyptiis*. 63. Reſpondit *Moyſes*; Nequaquam *ita erit*: nam mecum *eſt* Dominus meus, qui diriget me. 64. Et diximus per revelationem ad Moyſen: Percute virga tua mare. Et diviſum eſt *mare in duodecim partes*, & erat unaquæque pars, ſicut mons magnus. 65. Et appropinquare fecimus ibi alteros *(ideſt Ægyptios)*. 66. Et liberavimus Moyſen, & eos, qui erant cum eo, univerſos. 67. Deindè demerſimus alteros *(ideſt Ægyptios)*. 68. Certè in hoc fuit ſanè ſignum: Sed non fuerunt plerique eorum credentes. 69. Et quidem Dominus tuus eſt ſanè Præpotens, Miſericors. 70. Et recita illis hiſtoriam Abrahæ. 71. Cùm dixit patri ſuo, & genti ſuæ: Quid colitis? 72. Reſponderunt: Colimus idola, & totam diem illis aſſiſtimus venerantes. Dixit *Abraham*: Nunquid exaudiunt vos, cùm invocatis? 73. Vel proſunt vobis, aut nocent? 74. Reſponderunt: Atqui invenimus patres noſtros, qui ita faciebant. 75. Dixit *ille*, quid vobis videtur? quos colitis. 77. Vos, & patres veſtri priores: 77. Ipſi ſanè ſint hoſtes mihi: Sed Dominus *b* ſæculorum *eſt ille* 78. Qui creavit me, & ipſe dirigit me. 79. Et, qui idem cibat me, & potat me. 80. Et, cùm ægrotus fuero, ipſe ſanabit me. 81. Et, qui mortificabit me, deindè vivificabit me. 82. Et, quem ſpero, quòd dimittet mihi peccatum meum in die judicii. 83. Domine mi, da mihi ſapientiam, & conjunge me cum Probis. 84. Et da mihi linguam veritatis inter noviſſimos, *qui venturi ſunt poſt me uſque ad extremum diem*. 85. Et pone me inter hæredes Paradiſi voluptatis. 86. Et parce patri meo, quia ipſe fuit ex errantibus. 87. Et ne pudore ſuffundas me in die, *qua homines* ſuſcitabuntur. 88. Die, *qua* non proderunt opes, neque filii. 89. Niſi illi, qui venerit ad Deum cum corde ſincero: 90. Et approximabitur Paradiſus

a Mundorū

b Mundorū

Piis, 91. Et pandetur Infernus impiis. 92. Et dicetur illis: Ubi ſunt, quos colebatis præter Deum? nunquid adjuvabunt vos, vel defenſabunt? 93. Et projicientur in eum ipſi (*ideſt Dii*) & *qui fuerunt* errantes, *colendo eos*. 94. Et exercitus Diaboli omnes *ſimul*. 95. Dicent, *qui ſeducti ſunt*, & ipſi in eo diſceptabunt altercantes (*cum Dæmonibus, quos coluerunt*). 96. Per Deum, fuimus ſanè in errore manifeſto. 97. Cùm æquavimus vos cum Domino ſæculorum. 98. Et non ſeduxerunt nos, niſi ſcelerati. 99. Neque ſunt nobis ulli interceſſores. 100. Neque amicus ſollicitus *pro nobis*. 101. Si porrò *eſſet* nobis regreſſus *in mundum*: certè eſſemus ex credentibus. 102. Profectò in hoc, *quod de Abraham dictum eſt*, fuit ſanè ſignum: Sed non fuerunt plerique eorum credentes. 103. Et quidem Dominus tuus eſt procul dubio Præpotens, Miſericors. 104. Mendacii inſimulavit populus Noe Legatos. 105. Cùm dixit illis frater eorum Noe: Nonne timebitis *Deum*? 106. Certè ego ſum vobis Legatus fidelis. 107. Timete ergo Deum, & obedite mihi. 108. Neque poſtulo à
a Si vobis pro hoc, *quod vobis prædico*; aliquid mercedis, *a* non eſt merces mea,
b Mundorũ niſi apud Dominum *b* ſæculorum. 109. Timete ergo Deum, & obedite mihi. 110. Reſponderunt *ei*: An credemus tibi, cùm ſecuti fuerint te *ii tantùm, qui ſunt* viliſſimi? 111. Dixit *Noe*: At non eſt ſcientia mea de eo, quod *iſti*
c Si faciunt. 112. Non *c pertinet* inquiſitio eorum, niſi ad Dominum meum: Si intelligitis. 113. Neque ego rejecturus ſum *à me* fideles. 114. Si ego ſum, niſi Prædicator manifeſtus. 115. Reſponderunt *ei*: Procul dubio, niſi abſtineas, ò Noe, *ab hac tua prædicatione*, certiſſimè eris ex lapidatis. 116. Dixit *Noe*: Domine mi, certè populus meus habet me pro mendaci. 117. Aperi itaque inter me, & inter illos aperitionem (*ideſt judica me inter me, & illos*) & libera me, & eos, qui ſunt mecum ex fidelibus. 118. Liberavimus itaque eum, & eos, qui erant cum eo, in Arca plena *animantibus*. 119. Deindè ſubmerſimus poſtea reliquos. 120. Certè in hoc fuit ſanè ſignum. Sed non fuerunt plerique eorum credentes. 121. Porrò Dominus tuus eſt certè Præpotens, Miſericors. 122. Mendacii inſimulaverunt Aadæi Legatos. 123. Cùm dixit illis frater eorum Hud: Nonne timebitis *Deum?* 124. Ego quidem ſum vobis Legatus fidelis. 125. Timete ergo Deum, & obedite mihi. 126. Et non po-
d Si. ſtulo à vobis propter hoc aliquid mercedis: *d* non eſt merces mea, niſi apud
e Mundorũ. Dominum *e* ſæculorum. 127. An ædificabitis in omni loco ſublimi ſignum (*ideſt ſpeculam ad inſpiciendos tranſeuntes*) *ut* ludificetis *eos*, *qui tranſeunt per fines*
f An vos perennaturi eſtis *in illis*? *veſtros*? 128. Et conſtruetis opificia (*ideſt opera magnifica*) *f*, *quaſi* vos perennaturi ſitis *in illis*? 129. Et, cùm violenter egeritis, violenter agetis ſuperbè vos gerentes *verberando, & occidendo abſque ulla pietate*. 130. Timete ergo Deum, & obedite mihi. 131. Et timete eum, qui extendit vos (*ideſt ditavit*) in eo, quod facitis. 132. Extendit vos in pecoribus, & filiis. 133. Et hortis, & fontibus. 134. Certè ego timeo ſuper vos pœnam diei magnæ. 135. Reſponderunt *ei*: Aequale eſt apud nos, ſivè exhortatus fueris *nos*: ſivè non fueris
g Si. ex exhortantibus. 136. Non *g* eſt hoc, *quod tu prædicas*, niſi commentum Priorum. 137. Neque nos ſumus puniendi *à Deo*. 138. Mendacii ergo inſimulaverunt eum: quare perdidimus eos. Certè in hoc fuit ſanè ſignum: Sed non fuerunt plerique eorum credentes. 139. Et quidem Dominus tuus eſt ſanè Præpotens, Miſericors. 140. Mendacii inſimulaverunt Themudei Legatos. 141. Cùm dixit illis frater eorum Saleh: Nonne timebitis *Deum*? 142. Certè ego ſum vobis Legatus fidelis. 143. Timete ergo Deum, & obedite mihi. 144.
h Si. Et non poſtulo à vobis propter hoc ullam mercedem *h*: non *eſt* merces mea,
i Mundorũ. niſi apud Dominum *i* ſæculorum. 145. An relinquemini in iis, quæ hìc ſunt, ſecuri *non amittendi ea*? 146. In hortis, & fontibus. 147. Et ſatis, & palmetis,
k productio. quorum fructus *k* eſt ſuavis. 148. Et conſtruitis ex montibus domos, ingenioſè elaborantes. 149. Timete ergo Deum, & obedite mihi. 150. Et ne obediatis
l bonificãt. imperio prævaricatorum. 151. Qui corrumpunt terram, & non *l* inſtaurant
m veni cum ſigno. *eam*. 152. Reſponderunt *ei*: Profectò tu es ex præſtigiatis. 153. Non es tu, niſi homo *carneus*, ſicut nos: Atqui *m* oſtende aliquod miraculum, ſi es e

vēracibus. 154. Dixit *Saleh*: Hæc Camela; illi potio, & vobis potio diei *a* deſtinatæ. 155. Et ne attingatis eam cum læſione, ne invadat vos pœna diei magnæ. 156. Atqui peremerunt eam, & facti ſunt pœnitentes. 157. Invaſit enim eos pœna: Certè in hoc fuit ſignum: Sed non fuerunt plerique eorum credentes. 158. Et quidem Dominus tuus eſt certè Præpotens, Miſericors. 159. Mendacii incuſavit populus Lot Legatos. 160. Cùm dixit illis frater eorum Lot: Nonne timebitis *Deum*? 161. Certè ego ſum vobis Legatus fidelis. 162. Timete ergo Deum, & obedite mihi. 163. Neque poſtulo à vobis propter hoc aliquid mercedis. *b* Non eſt merces mea; niſi apud Dominum *c* ſæculorum. 164. An venitis ad maſculos ex *d* creaturis? 165. Et relinquitis id, quod creavit vobis Dominus veſter de uxoribus veſtris? Atqui vos eſtis homines prævaricantes. 166. Reſponderunt *ei*: Certè, niſi abſtinueris, ò Lot, *ab his verbis*: certiſſimè eris ex ejectis (*ideſt ejiciemus te ex urbe noſtra*). 167. Dixit *Lot*: Certè ego facinus veſtrum ex deteſtantibus *ſum* (*ideſt deteſtor ſcelus veſtrum*). 168. Domine mi, libera me, & familiam meam ab eo, quod operantur. 169. Liberavimus ergo eum, & familiam ejus univerſam. 170. Sed *uxor ejus* vetula *periit* cum remanentibus *in Sodomis*. 171. Tum perdidimus cæteros *Sodomitas*. 172. Et pluimus ſuper eos pluviam, & mala fuit pluvia commonitorum (*ideſt eorum, qui antea minis commoniti fuerant*). 173. Certè in hoc fuit ſanè ſignum: Sed non fuerunt plerique eorum credentes. 174. Et quidem Dominus tuus ipſe certè eſt Præpotens, Miſericors. 175. Mendacii inſimulaverunt habitatores Aleicæ Legatos. *e* 176. Cùm dixit illis Scioaib: Nonne timebitis *Deum?* 177. Certè ego ſum vobis Legatus fidelis. 178. Timete ergo Deum, & obedite mihi. 179. Et non poſtulo à vobis pro hoc aliquid mercedis: *f* non eſt merces mea, niſi apud Dominum *g* ſæculorum. 180. Complete modium, & ne ſitis ex diminuentibus *illud*. 181. Et ponderate cum ſtatera *h* juſta. 182. Et ne fraudetis homines rebus eorum, & ne pravè agatis in terra devaſtantes *eam*. 183. Et timete eum, qui creavit vos, & creaturas primas. 184. Reſponderunt *ei*: Certè tu *es* ex præſtigiatis. 185. Neque tu *es*, niſi homo, ſicut nos, & certiſſimè exiſtimamus, te *eſſe* ex mendacibus. 186. Fac porrò, ut cadat ſuper nos fruſtum Cœli, ſi es ex veracibus. 187. Dixit *Scioaib*: Dominus meus ſcientiſſimus *eſt* de eo, quod operamini. 188. Itaque mendacii incuſaverunt eum: quamobrem excepit eos pœna diei tenebrarum: porrò hęc fuit pœna diei magnę. 189. Certè in hoc ſanè *fuit* ſignum; ſed non fuerunt plerique eorum credentes. 190. Et quidem Dominus tuus eſt ſanè Prępotens, Miſericors. 191. Et quidem hic *Alcoranus* eſt procul dubio demiſſio Domini *i* ſæculorum. 192. *k* Depoſuit eum Spiritus fidelis (*ideſt Gabriel*). 193. Super cor tuum, ut eſſes ex prædicantibus *illum*: 194. *Scriptum* lingua Arabica clara. 195. Et certè ipſe (*ideſt ipſius mentio*) eſt in libris Sacris Priorum (*ideſt in Pentateucho, & Euangelio*). 196. An verò non fuit illis (*ideſt Meccanis*) ſignum (*ideſt argumentum hujus rei*) quòd ſcierint illum ſapientes filiorum Iſrael. 197. Quodſi demiſiſſemus illum ſuper aliquem barbarorum: 198. Et *hic* legiſſet eum ſuper eos (*ideſt Meccanos*) non tamen fuiſſent in eum credentes. 199. Ita introduximus eum in corda ſceleſtorum. 200. Non credent in eum, donec videant pœnam dolorificam. 201. Veniet autem *hæc* ad eos repentè, & ipſi non animadvertent. 202. Et dicent: Numquid nos expectandi *ſumus ad pœnitentiam*? 203. An ergo pœnam noſtram cupient accelerari? 204. *l* Quid tibi videtur? ſi frui fecerimus eos *multos* annos: 205. Deindè advenerit eis id *ſupplicii*, quod ipſis intentabatur. 206. Quid proderit illis id, quod frui facti fuerant? 207. Et non perdidimus ullam urbem, niſi illi *præceſſiſſent* commonitores. 208. Ad commonitionem: neque fuimus injuſtè tractantes *eam*. 209. Neque demiſſi fuerunt cum eo (*ideſt Alcorano*) Satanæ (*ideſt non fuerunt illius Authores*. 210. Neque competit illis *hoc*, neque poſſunt. 211. Quippe ipſi ab auditu *ſermonis Angelorum in Cœlo* longè ſanè remoti ſunt. 212. Ne ergo invoces cum Deo deum alium, ne ſis ex puniendis. 213. Et prædica *hoc* cognationi tuæ propinquiorum. 214. Et deprime alam tuam (*ideſt eſto benignus, & huma-*

a Notæ.

b Si.
c Mundorũ.
d Mundis [*i. iis, qui ſunt in Mũdo*].

e dixiſſet.

f Si.
g Mundorũ.
h recta.

i Mundorũ.
k Deſcendit cum eo.

l An ergo putas?

& humanus) illi, qui ſecutus fuerit te ex fidelibus. 215. Quodſi inobedientes fuerint tibi: dic porrò: Ego quidem immunis *ſum* ab eo, quod facitis. 216. Et innitere ſuper Præpotentem, Miſericordem. 217. Qui videt te, cùm ſurgis *ad precandum*. 218. Et converſationem tuam cum adorantibus. 219. Quippe ipſe eſt Auditor, Cognitor. 220. An enarrabo vobis, ſuper quem deſcendant Satanæ? 221. Deſcendunt ſuper omnem mendacem, iniquum. 222. Jaciunt auditum *(ideſt revelant divinatoribus id, quod audierunt ab Angelis)* ſed plerique eorum *ſunt* mendaces. 223. Et Poetæ ſequuntur illos decepti. 224. Nonne vidiſti, quòd ipſi in omni *a* torrente vagi errant. 225. Et, quòd ipſi dicunt *ſe facere* id, quod non faciunt. 226. Præter illos, qui crediderunt, & fecerunt recta, & meminerunt Dei plurimùm. 227. Et vendicaverunt ſe *ſcribendo ſatyras contra infideles*, poſtquam injuſtè vexati fuerunt *ab illis per ſatyras ipſorum*. Et ſcient, qui iniquè egerint, qua reverſione reverſuri ſint (*ideſt, quò reverſuri ſint poſt mortem.*)

a valle.

NOTÆ.

Epigraphe hujus Suræ deſumitur ex eò, quòd in fine illius Poetæ, præſertim Satyrici, damnantur. Communiter Meccanam faciunt: quidam tamen excipiunt quatuor extremos verſiculos. quorum primus incipit. *Et Poetæ ſequuntur, &c.* hos enim Medinæ traditos fuiſſe volunt. Verſiculos viginti ſeptem ſupra ducentos, ferè omnes breviſſimos, illi pleriq; aſſignant: ego tamen ægrè hos expiſcari potui. Præmium Lectori conſtituunt: عشر حسنات بعدد من صدق بنوح وكذب به وهود وصالح وشعيب وابراهيم وبعدد من كذب بعيسى وصدق بمحمد. *Decem bona pro numero eorum, qui crediderunt Noe, Hud, Saleh, Scioaib, & Abrahæ: & eorum etiam, qui illis non crediderunt: & pro numero eorum, qui abnegaverunt Jeſum, & crediderunt in Mahumetum.*

I. *T. S. M.*] Arabicè طسم. Quid hi tres characteres ſignificent, adhuc ſub judice lis eſt inter Moslemos ſapientes. Sapientiores tamen relinquunt Deo notitiam eorum.

VIII. *Certè in hoc eſt ſanè ſignum, &c.*] Signi nomine Arabicè آية intelligit Gelal hoc loco دلالة على كمال قدرة تعالى: *demonſtrationem perfectionis potentiæ Dei*. Inferiùs tamen, ubi hic verſiculus repetitur, accipit etiam pro exemplo, quo alii poſſint erudiri. Poteſt autem hujuſmodi verſiculus exponi pro hominibus illius ætatis: & tunc legitima illius verſio erit: *Certè in hoc fuit ſignum: ſed non fuerunt plerique eorum credentes*. Vel etiam referri poteſt ad ipſos Meccanos, qui hæc exempla à Mahumeto audientes, non tamen illi credebant.

LX. *Et in hæreditatem dedimus hæc filiis Iſrael.*]

Nimirùm, ut explicat Gelal, بعد غراق فرعون وقومه *poſt demerſionem Pharaonis, & gentis ejus.* Zamchaſcerius exponit: مثل ذلك المقام الذى كان لهم *ſicut illum locum, quem ipſi habuerant*: ita ut Iſraelitis in Paleſtina datus ſit locus ſimilis illi, quem habuerant Ægyptii. Sed Jahias fideliùs, & ad mentem Alcorani: واورثناها بنى اسرايل ورجعوا الى مصر بعد ما اهلك الله فرعون وقومه فى تغسير الحسن

Et in hæreditatem dedimus ea filiis Iſrael: nam reverſi ſunt in Ægyptum, poſtquam Deus perdidit Pharaonem, & populum ejus. In expoſitione Alhaſan.

CLIV. *Hæc Camela: illi potio, & vobis potio diei deſtinatæ.*] Senſus eſt: Altera die potabitis vos, & haurietis aquas ex flumine: altera verò bibet tantùm hæc Camela: & ſic alternis diebus flumine utemini. Vide ſuprà, quæ de Camela hac portentoſa dicta ſunt.

CLXXV. *Habitatores Aleicæ*: Arabicè الايكة eſt ſylva in terra Madian, ubi prædicavit Madianitis Scioaib, ſeu Jethro. Vide ſuprà.

CCXVIII. *Et converſationem tuam*:] Arabicè تقلبك eſt pótiùs *verſatio*, quàm *converſatio*. Exponit Gelal: تقلبك فى اركان الصلاة قايما وقاعدا وراكعا وساجدا: *mutationem tuam in variis ſtatibus orationis: ſtando, ſedendo, caput inclinando, & corpus incurvando.*

CCXXIV. *In omni torrente vagi errant.*] Arabica vox الوادى ſignificat *vallem*, & *torrentem*. Fortaſsè, quia torrentes coaleſcunt ex aquis in valles defluentibus. Convenit cum latina voce *Vadum*. explicat autem prædicta verba Gelal: انهم فى كل واد يهيمون من اودية الكلام وفنونه يمضون فيجازون الحد فى مدح وهجاء. *Ipſi in omni torrente vagi errant ideſt in torrentibus ſermonis, & ſatyris, ac rapſodii ejus vadunt; & excedunt limites in laudando, & vituperando.*

REFUTATIONES.

I. EXcuſat ſe more ſuo Mahumetus à faciendis miraculis: quia etiamſi ea feciſſet, non tamen Meccani credidiſſent. Verùm frivolam, & inanem eſſe hujuſmodi excuſationem patet ex eo, quòd hìc § 4. introducit Deum ipſum aſſerentem, ſi è Cælo ſignum aliquod Meccanis oſtendiſſet, illos eſſe humiliandos, &, ut addit Gelal, adducendos ad fidem. Si quid verò Alcorani iiſdem revelaſſet, ab eo longiùs receſſuros, nullamque ei fidem adhibituros. Cur ergo, ſi miracula profutura erant illis ad fidem, non iis utitur Mahumetus? & cur Alcoranum prædicat, ſi ab illo longiùs erant receſſuri?

II. Ex cap. 4. Exodi conſtat, Moyſen non coram Pharaone, ſed coram filiis Israel miraculum manus leproſæ oſtendiſſe: & ſine ullo fundamento aſſerit Alcoranus, hoc coram Pharaone eveniſſe. Quemadmodùm etiam è cerebro ſuo fingit, Magos non ſolùm virgas, ſed etiam funes projeciſſe, & in ſerpentes mutaſſe. Falſum etiam eſt, Magos priùs Moyſe virgas projeciſſe. Oppoſitum enim habetur cap. 7. libri Exodi. Nihil dico de converſione illa Magorum ad fidem, & martyrium pro ea toleratum ſuprà enim ſatis hanc fabulam confutavi.

III. Contra omnem ſacræ hiſtoriæ veritatem affirmat Alcoranus, Deum tradidiſſe Iſraelitis hortos, fontes, theſauros, & habitationem Ægyptiorum jam in mari Rubro demerſorum, quaſi verò Iſraelitæ, mari Rubro pervadato, in Ægyptum regreſſi ſint, quod omninò falſum eſt, ut patet ex libro Exodi, & reliquo Pentateucho. Zamchaſcerius ad craſiſſimum Prophetæ ſui errorem palliandum accipit loco ſimilitudinis id, quod tamquam re vera factum affirmatur in Alcorano: itaut idem ſit, *& in hereditatem dedimus ea filiis Iſrael*; ac, in hereditatem dedimus filiis Iſrael paria, vel ſimilia illis, quæ Ægyptii reliquerant. Verùm Gelaledinus, Jahias, Alhaſanus, & alii Sapientiores, non audentes negare propriam hìc eſſe locutionem, dixerunt, filios Iſrael poſt Pharaonem, & Ægyptios extinctos, in Ægyptum regreſſos fuiſſe, & ea, quæ ab Ægyptiis relicta fuerant, poſſediſſe, vel ſaltem ea, quæ mobilia erant, ſecum aſportaſſe: quod, ut diximus, Pentateucho omninò repugnat. Verum quidem eſt, Hebræos, antequam ex Ægypto diſcederent, commodatò accepiſſe ab Ægyptiis vicinis vaſa aurea, & argentea, & alia utenſilia, quæ deindè ſecum fugientes aſportaverunt: ut habetur Exodi cap. 12. Sedhoc valdè diverſum eſt ab eo, quod habetur in Alcorano. Verùm, ut concedamus Zamchaſcerio coactam illam, & violentam expoſitionem, non poteſt dici, Deum tradidiſſe Iſraelitis ſimilia illis, quæ reliquerant Ægyptii, cùm ea, quę iiſdem in terra Chanaan conceſſit, abſque ulla comparatione majora, & meliora in ſacris litteris referantur fuiſſe, quàm ea, quæ in Ægypto reperiebantur.

IV. Affirmat Mahumetus, mentionem fieri Alcorani ſui in libris ſacris Priorum; ideſt, ut explicat Gelal, in Pentateucho, & Euangelio. At debuiſſet oſtendere, quonam in loco horum librorum Alcorani veſtigium appareat. Sed quomodò oſtenderet id, quod nullibi eſſet? At enim ſapientes filiorum Iſrael hoc teſtabantur, Mahumetum ſcilicet ludificabant: eique, ut rem ſuam curarent, ſplendido mendacio aſſentabantur.

V. Ex eo probat Impoſtor, Alcoranum ſuum non habere Dæmones authores, quia neque illis competebat, neque poterant tale opus condere, cùm ab auditu colloquii Angelorum in Cœlo ſint remoti. Atqui plurimum competebat dæmonibus, peſtilentem hunc librum opera ſua promovere, quo totus pènè orbis inficeretur: & quo ſanctiſſima Chriſti Religio ex magna Mundi parte eliminaretur. Quòd verò non poſſent Dæmones Alcoranum condere, quia ab Angelorum colloquiis in Cœlo audiendis prohiberentur: ridiculum prorsùs eſt. Quid enim, obſecro, eſt in Alcorano, quod cæleſte, vel angelicum ſapiat? Anne exceptæ ſunt à colloquio Angelorum tot nugæ, tot fabulæ, tot ineptiæ, tot mendacia, quæ in Alcorano reperiuntur, & quæ illum non Angelorum, ſed dæmonum opus eſſe teſtari poſſint?

Alia plura erant, quæ in hac Sura confutarem: ſed nolui cum Mahumeto cramben recoquere: & dum ille eadem ſemper obtrudit, eadem ſemper retrudere, inutile, & moleſtum eſſe exiſtimavi. Unum illud non omittam, hanc totam Suram figmentum poeticum manifeſtè ſe prodere: cùm enim in illa diverſarum gentium Legati introducantur; tàm legati, quàm gentes iiſdem verbis interrogando, & reſpondendo utuntur, non ſecùs, ac ſi illa memoriæ ſub pædagogo commiſiſſent.

سورة النمل مكيّة وهي ثلاث وتسعون آية

SURA XXVII.

FORMICA.

MECCANA:

COMMATUM NONAGINTA, AC TRIUM.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 طس ۞ 2 تلك آيات القرآن وكتاب مبين ۞ 3 هدى وبشرى للمؤمنين ۞ 4 الذين يقيمون
الصلوة ويؤتون الزكوة وهم بالآخرة هم يوقنون ۞ 5 إن الذين لا يؤمنون بالآخرة زينا
لهم أعمالهم فهم يعمهون ۞ 6 أولئك الذين لهم سوء العذاب وهم في الآخرة هم
الأخسرون ۞ 7 وإنك لتلقى القرآن من لدن حكيم عليم ۞ 8 إذ قال موسى لأهله
إني آنست نارا سآتيكم منها بخبر أو آتيكم بشهاب قبس لعلكم تصطلون ۞ 9 فلما جاءها
نودي أن بورك من في النار ومن حولها وسبحان الله رب العالمين ۞ 10 يا موسى إنه
أنا الله العزيز الحكيم ۞ 11 وألق عصاك فلما رآها تهتز كأنها جان ولى مدبرا ولم يعقب
يا موسى لا تخف إني لا يخاف لدي المرسلون ۞ 12 إلا من ظلم ثم بدل حسنا بعد سوء
فإني غفور رحيم ۞ 13 وأدخل يدك في جيبك تخرج بيضاء من غير سوء في تسع
آيات إلى فرعون وقومه إنهم كانوا قوما فاسقين ۞ 14 فلما جاءتهم آياتنا مبصرة قالوا هذا سحر
مبين ۞ 15 وجحدوا بها واستيقنتها أنفسهم ظلما وعلوا فانظر كيف كان عاقبة المفسدين ۞
16 ولقد آتينا داود وسليمان علما وقالا الحمد لله الذي فضلنا على كثير من عباده
المؤمنين ۞ 17 وورث سليمان داود وقال يا أيها الناس علمنا منطق الطير وأوتينا من كل
شيء إن هذا لهو الفضل المبين ۞ 18 وحشر لسليمان جنوده من الجن والإنس والطير فهم
يوزعون ۞ 19 حتى إذا أتوا على واد النمل قالت نملة يا أيها النمل ادخلوا مساكنكم
لا يحطمنكم سليمان وجنوده وهم لا يشعرون ۞ 20 فتبسم ضاحكا من قولها وقال رب
أوزعني

اوزعني أن أشكر نعمتك التي أنعمت علي وعلى والدي وأن أعمل صالحا ترضيه وأدخلني
برحمتك في عبادك الصالحين ۞ 21 وتفقد الطير فقال مالي لا أرى الهدهد أم كان من
الغايبين ۞ 22 لأعذبنه عذابا شديدا أولا أذبحنه أو ليأتيني بسلطان مبين ۞
23 فمكث غير بعيد فقال أحطت بما لم تحط به وجيتك من سبإ بنبإ يقين ۞ 24 إني وجدت
امرأة تملكهم وأوتيت من كل شيء ولها عرش عظيم ۞ 25 وجدتها وقومها يسجدون للشمس
من دون الله وزين لهم الشيطان أعمالهم فصدهم عن السبيل فهم لا يهتدون ۞ 26 ألا يسجدوا
لله الذي يخرج الخبء في السموات والأرض ويعلم ما يخفون وما يعلنون ۞ 27 الله لا إله إلا
هو رب العرش العظيم ۞ 28 قال سننظر أصدقت أم كنت من الكاذبين ۞ 29 اذهب
بكتابي هذا فألقه إليهم ثم تول عنهم فانظر ماذا يرجعون ۞ 30 قالت يا أيها الملأ إني
ألقي إلي كتاب كريم ۞ 31 إنه من سليمان وإنه بسم الله الرحمن الرحيم ۞
32 ألا تعلوا علي وأتوني مسلمين ۞ 33 قالت يا أيها الملأ افتوني في أمري ما كنت
قاطعة أمرا حتى تشهدون ۞ 34 قالوا نحن أولوا قوة وأولوا بأس شديد والأمر إليك فانظري
ماذا تأمرين ۞ 35 قالت إن الملوك إذا دخلوا قرية أفسدوها وجعلوا أعزة أهلها أذلة وكذلك
يفعلون ۞ 36 وإني مرسلة إليهم بهدية فناظرة بم يرجع المرسلون ۞ 37 فلما جاء سليمان
قال أتمدونن بمال فما آتاني الله خير مما آتيكم بل أنتم بهديتكم تفرحون ۞ 38 ارجع
إليهم فلنأتينهم بجنود لا قبل لهم بها ولنخرجنهم منها أذلة وهم صاغرون ۞ 39 قال يا أيها
الملأ أيكم يأتيني بعرشها قبل أن يأتوني مسلمين ۞ 40 قال عفريت من الجن أنا آتيك
به قبل أن تقوم من مقامك وإني عليه لقوي أمين ۞ 41 قال الذي عنده علم من
الكتاب أنا آتيك به قبل أن يرتد إليك طرفك فلما رآه مستقرا عنده قال هذا من فضل
ربي ليبلوني أأشكر أم أكفر ومن شكر فإنما يشكر لنفسه ومن كفر فإن ربي غني
كريم ۞ 42 قال نكروا لها عرشها ننظر أتهتدي أم تكون من الذين لا يهتدون ۞
43 فلما جاءت قيل أهكذا عرشك قالت كأنه هو وأوتينا العلم من قبلها وكنا مسلمين ۞
44 وصدها ما كانت تعبد من دون الله إنها كانت من قوم كافرين ۞ 45 قيل لها
ادخلي الصرح فلما رأته حسبته لجة وكشفت عن ساقيها قال إنه صرح ممرد من قوارير ۞
46 قالت رب إني ظلمت نفسي وأسلمت مع سليمان لله رب العالمين ۞ 47 ولقد أرسلنا إلى
ثمود أخاهم صالحا أن اعبدوا الله فإذا هم فريقان يختصمون ۞ 48 قال يا قوم لم تستعجلون
بالسيئة قبل الحسنة لولا تستغفرون الله لعلكم ترحمون ۞ 49 قالوا اطيرنا بك وبمن معك
قال طيركم عند الله بل أنتم قوم تفتنون ۞ 50 وكان في المدينة تسعة رهط يفسدون

في

في الأرض ولا يصلحون ۝ 50 قالوا تقاسموا بالله لنبيتنه وأهله ثم لنقولن لوليه ما شهدنا
مهلك أهله وإنا لصادقون ۝ 51 ومكروا مكرا ومكرنا مكرا وهم لا يشعرون ۝
52 فانظر كيف كان عاقبة مكرهم إنا دمرناهم وقومهم أجمعين ۝ 53 فتلك بيوتهم
خاوية بما ظلموا إن في ذلك لآية لقوم يعلمون ۝ 54 وأنجينا الذين آمنوا وكانوا يتقون ۝
55 ولوطا إذ قال لقومه أتأتون الفاحشة وأنتم تبصرون ۝ 56 أئنكم لتأتون الرجال شهوة من
دون النساء بل أنتم قوم تجهلون ۝ 57 فما كان جواب قومه إلا أن قالوا أخرجوا آل لوط
من قريتكم إنهم أناس يتطهرون ۝ 58 فأنجيناه وأهله إلا امرأته قدرناها من الغابرين ۝
59 وأمطرنا عليهم مطرا فساء مطر المنذرين ۝ 60 قل الحمد لله وسلام على عباده
الذين اصطفى آلله خير أما يشركون ۝ 61 من خلق السموات والأرض وأنزل من السماء ماء
فأنبتنا به حدائق ذات بهجة ما كان لكم أن تنبتوا شجرها أإله مع الله بل هم قوم
يعدلون ۝ 62 من جعل الأرض قرارا وجعل خلالها أنهارا وجعل لها رواسي وجعل بين
البحرين حاجزا أإله مع الله بل أكثرهم لا يعلمون ۝ 63 من يجيب المضطر إذا دعاه
ويكشف السوء ويجعلكم خلفاء الأرض أإله مع الله قليلا ما تذكرون ۝ 64 من
يهديكم في ظلمات البر والبحر ومن يرسل الرياح بشرا بين يدي رحمته أإله مع الله
تعالى الله عما يشركون ۝ 65 من يبدؤا الخلق ثم يعيده ومن يرزقكم من السماء والأرض
أإله مع الله قل هاتوا برهانكم إن كنتم صادقين ۝ 66 قل لا يعلم من في
السموات والأرض الغيب إلا الله وما يشعرون أيان يبعثون ۝ 67 بل أدرك علمهم في
الآخرة بل هم في شك منها بل هم منها عمون ۝ 68 وقال الذين كفروا أإذا كنا
ترابا وآباؤنا أينا لمخرجون ۝ 69 لقد وعدنا هذا نحن وآباؤنا من قبل إن هذا إلا أساطير
الأولين ۝ 70 قل سيروا في الأرض فانظروا كيف كان عاقبة المجرمين ۝ 71 ولا
تحزن عليهم ولا تكن في ضيق مما يمكرون ۝ 72 ويقولون متى هذا الوعد إن كنتم
صادقين ۝ 73 قل عسى أن يكون ردف لكم بعض الذي تستعجلون ۝ 74 وإن
ربك لذو فضل على الناس ولكن أكثرهم لا يشكرون ۝ 75 وإن ربك ليعلم ما
تكن صدورهم وما يعلنون ۝ 76 وما من غائبة في السماء والأرض إلا في كتاب
مبين ۝ 77 إن هذا القرآن يقص على بني إسرائيل أكثر الذي هم فيه يختلفون ۝
79 وإنه لهدى ورحمة للمؤمنين ۝ 78 إن ربك يقضي بينهم بحكمه وهو العزيز العليم ۝
79 فتوكل على الله إنك على الحق المبين ۝ 80 إنك لا تسمع الموتى ولا تسمع الصم الدعاء
إذا ولوا مدبرين ۝ 81 وما أنت بهادي العمي عن ضلالتهم إن تسمع إلا من يؤمن بآياتنا
فهم

قَوْمٌ مُسْلِمُونَ ﴿ 83 وَإِذَا وَقَعَ الْقَوْلُ عَلَيْهِمْ أَخْرَجْنَا لَهُمْ دَابَّةً مِنَ الْأَرْضِ تُكَلِّمُهُمْ أَنَّ النَّاسَ
كَانُوا بِآيَاتِنَا لَا يُوقِنُونَ ﴿ 84 وَيَوْمَ نَحْشُرُ مِنْ كُلِّ أُمَّةٍ فَوْجًا مِمَّنْ يُكَذِّبُ بِآيَاتِنَا فَهُمْ
يُوزَعُونَ ﴿ 85 حَتَّى إِذَا جَاءُوا قَالَ أَكَذَّبْتُمْ بِآيَاتِي وَلَمْ تُحِيطُوا بِهَا عِلْمًا أَمَّاذَا كُنْتُمْ
تَعْمَلُونَ ﴿ 86 وَوَقَعَ الْقَوْلُ عَلَيْهِمْ بِمَا ظَلَمُوا فَهُمْ لَا يَنْطِقُونَ ﴿ 87 أَلَمْ يَرَوْا أَنَّا جَعَلْنَا
اللَّيْلَ لِيَسْكُنُوا فِيهِ وَالنَّهَارَ مُبْصِرًا إِنَّ فِي ذَٰلِكَ لَآيَاتٍ لِقَوْمٍ يُؤْمِنُونَ ﴿ 88 وَيَوْمَ يُنْفَخُ فِي
الصُّورِ فَفَزِعَ مَنْ فِي السَّمَاوَاتِ وَمَنْ فِي الْأَرْضِ إِلَّا مَنْ شَاءَ اللَّهُ وَكُلٌّ أَتَوْهُ دَاخِرِينَ ﴿
89 وَتَرَى الْجِبَالَ تَحْسَبُهَا جَامِدَةً وَهِيَ تَمُرُّ مَرَّ السَّحَابِ صُنْعَ اللَّهِ الَّذِي أَتْقَنَ كُلَّ شَيْءٍ إِنَّهُ
خَبِيرٌ بِمَا تَفْعَلُونَ ﴿ 90 مَنْ جَاءَ بِالْحَسَنَةِ فَلَهُ خَيْرٌ مِنْهَا وَهُمْ مِنْ فَزَعٍ يَوْمَئِذٍ آمِنُونَ ﴿
91 وَمَنْ جَاءَ بِالسَّيِّئَةِ فَكُبَّتْ وُجُوهُهُمْ فِي النَّارِ هَلْ تُجْزَوْنَ إِلَّا مَا كُنْتُمْ تَعْمَلُونَ ﴿
92 إِنَّمَا أُمِرْتُ أَنْ أَعْبُدَ رَبَّ هَٰذِهِ الْبَلْدَةِ الَّذِي حَرَّمَهَا وَلَهُ كُلُّ شَيْءٍ وَأُمِرْتُ أَنْ أَكُونَ
مِنَ الْمُسْلِمِينَ ﴿ 93 وَأَنْ أَتْلُوَ الْقُرْآنَ فَمَنِ اهْتَدَىٰ فَإِنَّمَا يَهْتَدِي لِنَفْسِهِ وَمَنْ ضَلَّ فَقُلْ إِنَّمَا أَنَا
مِنَ الْمُنْذِرِينَ وَقُلِ الْحَمْدُ لِلَّهِ سَيُرِيكُمْ آيَاتِهِ فَتَعْرِفُونَهَا وَمَا رَبُّكَ بِغَافِلٍ عَمَّا تَعْمَلُونَ ﴿*

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis

1. TS. 2. Hæc *ſunt* ſigna Alcorani, & libri manifeſti. 3. Directio, & fauſtum nuncium fidelibus. 4. Qui perſolvunt orationem, & exſolvunt eleemoſynam, & ipſi in futurum ſæculum firmè credunt. 5. Porrò, qui non credunt in ſæculum futurum, adornavimus illis opera eorum (*ideſt dedimus illis mundanas felicitates*) quamobrem ipſi attoniti hærebunt, *quandò viderint horum vanitatem, ac turpitudinem*. 6. Hi *ſunt*, quibus erit malum pœnæ *in hoc mundo*, & ipſi in futuro ſæculo erunt perditiſſimi. 7. Et tibi quidem abſque dubio traditur Alcoranus *iſte* à conſpectu ſapientis, ſcientis. 8. Cùm dixit Moyſes familiæ ſuæ: Certè ego aſpexi ignem: *pergam, ut* referam vobis de eo nuncium: vel afferam vobis flammam accenſam in torre, ut vos calefiatis. 9. Cùm autem veniſſet ad eum (*ideſt ignem*) inclamatum eſt ei: Benedictus ſit ille, qui eſt in igne, & qui eſt circa illum, & laus Deo Domino *a* ſæculorum. 10. O Moyſes certè ego ſum Deus Præpotens, ſapiens. 11. Projice porrò virgam tuam. Cùmque vidiſſet eam, *quòd* ſeſe motitaret, quaſi ipſa eſſet anguis: retroceſſit terga vertens, nec regrediebatur. O Moyſes, ne timeas: quippe non timent coram me Legati. 12. Sed, qui iniquè egerit, deindè ſubſtituerit bonum poſt malum, certè ego *ero illi* indulgens, miſericors. 13. Intromitte autem manum tuam in ſinum tuum, egredietur alba ſine læſione. *Et hoc erit* inter novem ſigna apud Pharaonem, & populum ejus; quippe ipſi ſunt homines prævaricantes. 14. Cùm autem perveniſſent ad eos ſigna noſtra evidentia: dixerunt: Hæc *eſt* magia manifeſta. 15. Et abnegaverunt ea, quamvis certè cognoſcerent ea animæ eorum *eſſe à Deo*, ob iniquitatem, & ſuperbiam. Sed aſpice, quomodò fuerit finis corrumpentium (*ideſt pravè agentium*). 16. Et jam quidem tribuimus Davidi, & Salomoni ſcientiam, & dixerunt: Laus Deo, qui excellentes fecit nos ſupra multos ex ſervis ſuis fidelibus. 17. Et hæres fuit Salomon Davidis *in prophetia, & ſcientia*, & dixit: O homines, docti fuimus loquelam volucrum, & donati ſumus de omnire (*ideſt dedit nobis Deus omnes excellentias Prophetarum, & Regum*) certè hæc ſanè eſt excellentia manifeſta. 18. Et congregati ſunt ad Salomonem exerci-

a Mundorum.

a citatim. tus ejus *compoſiti* ex dæmonibus, & hominibus, & volucribus, & ipſi *a* ſeparatim ducebantur. 19. Donec venerunt juxta vallem formicarum. Dixit *una* formica, *quæ erat Regina aliarum, cùm vidiſſet exercitus Salomonis*: Heus ò formicę, ingredimini habitacula veſtra, ne proterat vos Salomon, & exercitus ejus, dùm ipſi non animadvertunt. 20. Et exhilaratus eſt *Salomon* ridens ob verba illius, & dixit: Domine mi, excita me, ut gratus ſim gratiæ tuæ, quam beneficè contuliſti ſuper me, & ſuper parentes meos, & ut faciam rectum, in quo tibi complaceas, & introduc me per miſericordiam tuam inter ſervos tuos probos. 21. Et circumſpexit volucres, & dixit: Quid mihi eſt, quòd non video Upupam? Numquid eſt ex abſentibus? 22. Profectò caſtigabo illam pœna vehementi: aut certè mactabo illam, aut ſanè veniet ad me cum poteſtate manifeſta (*ideſt, niſi afferat juſtam cauſam abſentiæ ſuæ*). 23. At *illa* conſtitit haud procul *à Salomone*, & ait: Luſtravi id *regionis*, quod tu non luſtraſti, & veni ad te ex Saba cum nuncio certo. 24. Equidem inveni *ibi* mulierem, quæ regnat ſuper eos, & prædita fuit omni re, & ipſi eſt Thronus
b adorant. magnus. 25. Inveni illam, & gentem ejus, *b* adorantes Solem pręter Deum, & adornavit illis Satan opera eorum, avertitque eos à via *veritatis*, quamobrem ipſi non ſunt directi (*ideſt detinentur à Satana*); 26. Ne adorent Deum, qui manifeſtat id, quod latet in Cœlis, & terra, & novit id, quod obſconditis, & id, quod manifeſtatis. 27. Deus: non eſt Deus, niſi ipſe: Dominus Throni magni. 28. Dixit *ei Salomon*: Mox videbimus an vera dixeris; an fueris ex mentientibus. 29. Perge cum hac mea epiſtola, & projice eam ad illos; deindè averte te ab eis, & attende, quidnam reſpondeant. 30. Dixit *Balcaiſa Regina Saba, cùm accepiſſet epiſtolam, Proceribus ſuis*: O Proceres: Equidem projecta eſt ad me epiſtola honorifica. 31. Ipſa porrò eſt à Salomone, & quidem illa *præfert hunc titulum*: In nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis: 32. Ne elevemini contra me: Sed venite ad me devoti. 33. Dixit *Regina*: O Proceres, conſulite mihi in negotio meo: non ero decidens quidquam, donec teſtes ſitis (*ideſt, donec approbetis*). 34. Reſponderunt *Proceres*: Nos *ſumus* præditi fortitudine, & præditi robore militari valido: ſed imperium *ſpectat* ad te. Vide ergo, quid præcipias. 35. Dixit *Balcaiſa*: Certè Reges, cùm ingreſſi fuerint urbem *aliquam*, devaſtant eam, & reddunt potentiſſimos civium ejus viliſſimos. Et ita facient *iſti, qui miſerunt epiſtolam, in nos*. 36. Sed ego miſſura *ſum* ad eos munera, & expectatura id, quod referant miſſi *à me cum muneribus*. 37. Cùm autem veniſſet *Legatus Balcaiſæ* ad Salomonem, dixit *ei Salomon*: An augebitis me opibus? profectò id, quod dedit mihi Deus, melius eſt eo, quod dedit vobis. Vos Porrò donis veſtris lætabimini (*ideſt habete illa, iiſque fruimini*). 38. Revertere, *ò Legate*, ad eos: *nos* verò omninò veniemus ad eos cum exercitibus: non *erit* potentia illis contra eos, & profectò ejiciemus eos ex ea (*ideſt regione eorum*) humiliatos, & ipſi *fient* parvi (*ideſt, ſubjecti, & obedientes*) 39. Dixit *deindè Salomon ſuis*: Heus Proceres; Quis veſtrum afferet ad me Thronum hujus *Reginæ*, antequam veniant ad me ſeſe dedituri? 40. Reſpondit Vaferrimus *quidam* inter Dęmones: Ego afferam tibi illum, antequam ſurgas è loco tuo, & ego quidem *ero* ad hoc ſanè validus, fidelis. 41. Dixit *alius Dęmon*, penes quem erat ſcientia ex Libro (*ideſt ſacrarum ſcripturarum*): Ego afferam tibi illum; antequam reddatur ad te obtutus tuus (*ideſt, antequam reſpiciens aliquid ſtatim ad te viſum retrahas*). Cùm autem *Salomon* vidiſſet eum (*ideſt Thronum*) depoſitum ante ſe, dixit: Hoc *eſt* ex gratia Domini mei, ut experimentum mei faciat, utrum gratus ſim, an ſim ingratus. Qui verò gratus fuerit, utique gratus erit ſibiipſi. Qui autem ingratus fuerit: profectò Dominus meus *eſt* dives, munificus. 42. Dixit *Salamon ſuis*: Ignotum facite ei Thronum ejus (*ideſt, ita immutate eum, ut ipſa non poſſit illum facilè agnoſcere*) *ut* videamus, utrum directa ſit, an verò ſit ex illis, qui non ſunt directi. 43. Cùm autem veniſſet *Balcaiſa*, dictum eſt ei: An hujuſmodi erat thronus tuus? Reſpondit: Sicut hic ipſe *erat*. Et *dixit*
c Moslemi. *Salomon*: Donati ſumus ſcientia ante illam, & fuimus *c* tradentes nos Deo.

44. Et

44. Et avertit eam *à vera religione* id, quod colebat præter Deum: quippe ipſa fuit ex gentibus infidelibus. 45. Dictum fuit eidem *Reginæ*: Ingredere in Palatium. Cùm autem vidiſſet illud, exiſtimavit illud eſſe cumulum aquarum, & diſcooperuit crura ſua, *ut tranſvadaret illum*. Dixit *ei Salomon*: Certè hoc eſt Palatium ſolidum factum ex vitro. Dixit *tunc Regina*: Domine mi, certè iniqua fui in animam meam, & *nunc* trado me ipſam cum Salomone Deo Domino *a ſæculorum*. 46. Et jam quidem legavimus ad Themudæos fratrem eorum Saleh, *qui dixit eis*: Servite Deo. Et ecce ipſi *diviſi in* duas factiones inter ſe diſceptabant *circa religionem*. 47. Dixit *illis Saleh*: O populе meus, quare celeres eſtis ad *expetendum* malum priùs, quàm bonum? Nonne veniam poſtulabitis à Deo, ut vos miſericordiam conſequamini? 48. Reſponderunt *Themudæi*: Malè auguramur tibi, & iis, qui tecum *ſunt*. Reſpondit *Saleh*: Augurium veſtrum eſt penes Deum: atqui vos *eſtis* homines, qui probamini *à Deo per proſpera, & adverſa*. 49. Erant autem in Civitate novem homines, *qui* corrumpebant terram, neque beneficabant *eam*. 50. Dixerunt *hi ad invicem*: Jurate mutuò per Deum, quòd ſanè occidemus noctu hunc *Saleh*, & familiam ejus (*ideſt aſſeclas ejus*) deindè porrò dicemus *b* vindici *ſanguinis* ejus: Non fuimus præſentes perditioni familiæ ejus, & nos *in boc* ſumus prorſùs veraces. 51. Et machinati ſunt dolum *illi*, & *nos quoque* machinati ſumus dolum *illis*: ſed ipſi non animadvertebant. 52. Aſpice porrò, cujuſmodi fuerit finis doli eorum. Nimirùm nos perdidimus eos, & gentem eorum univerſam. 53. Et *c* ecce *remanſeruut* domus eorum vacuæ ob id, quod iniquè egerunt. Certè in hoc *eſt* ſanè ſignum hominibus, *qui* ſciunt. 54. Et liberavimus eos, qui crediderunt, & timebant *Deum*. 55. Et *Liberavimus etiam* Lot. Cùm dixit genti ſuæ. An perpetratis flagitium, & vos videtis, hoc eſſe flagitium? 56. Ergone vos ſanè venitis ad viros libidinosè, pręter mulieres? Atqui vos *eſtis* homines, qui ignoratis *malum vobis venturum*. 57 Sed non fuit reſponſio gentis ejus, niſi, quòd dixerunt: Ejicite familiam Lot ex urbe veſtra: quippe ipſi *ſunt* homines, *qui* ſe puros ſervant *à flagitiis veſtris*. 58. Liberavimus ergo eum, & familiam ejus, præter uxorem ejus, quam decrevimus *fore* ex remanentibus *ad pœnam*. 59. Et pluimus ſuper eos pluviam. Fuit autem miſerabilis pluvia commonitorum (*ideſt eorum, qui commoniti fuerant antea de ea*). 60. Dic: Laus Deo, & pax ſuper ſervos ejus, quos elegit: eſt ne Deus melior, an quod aſſociant *illi infideles* (*ideſt idola*)? 61. Quiſnam creavit Cœlos, & terram, & demittit vobis è Cœlo aquam? Et germinare facimus per eam viridaria habentia pulchritudinem. Non eſt vobis (*ideſt in poteſtate veſtra*) ut germinare faciatis arbores eorum. Eſt ne Deus *aliquis* cum Deo? Nihilominùs hi *ſunt* homines, qui coæquant *illi alios Deos*. 62. Quisnam poſuit terram *in* ſtabilitatem, & poſuit interiora ejus *apta ad emittenda* flumina, & conſtituit ei montes ſtabiles, & poſuit inter duo maria (*nempè ſalſum, & dulce*) obſtaculum, *ne invicem miſcerentur*? An *fuit* Deus *alius* cum Deo? Nihilominùs plerique eorum neſciunt. 63. Quisnam exaudit afflictum anguſtia, cùm invocat eum, & relevat *ab eo* malum? Et ponit vos ſucceſſores terræ (*ideſt ſuccedentes vobis invicem per generationem*)? An fuit Deus *alius* cum Deo? Quàm pauci conſiderant *hæc*! 64. Quisnam dirigit vos in tenebris terræ, *d* & maris, & quis mittit ventos, fauſtum nuncium ante miſericordiam ſuam? An *eſt* Deus *alius* cum Deo? Procul abſit Deus ab eo, quod *illi* aſſociant. 65. Quiſnam producit creaturam, deindè reverti faciet eam *ad vitam poſt mortem*? Et quis alit vos de Cœlo, & terra? An *eſt* Deus alius cum Deo? Dic; Afferte probationem veſtram *de hoc*, ſi eſtis veraces. 66. Dic: Neſcit *e* ullus in Cœlis, & Terra, Arcanum, niſi Deus. Et neſciunt *homines*, quandò reſuſcitandi ſint. 67. At enim aſſequuta eſt ſcientia eorum *veritatem* de futuro ſæculo. Verùm ipſi *ſunt* in dubitatione de eo: immò ipſi *ſunt* circa illud cæci. 68. Et dicunt, qui ſunt infideles: An poſtquam fuerimus pulvis *nos*, & Patres noſtri, an, *inquam*, nos verè educendi ſumus *è ſepulchris*. 69. Jam quidem promiſſum fuit hoc nobis, & Patribus noſtris antea: ſi hoc *eſt*, niſi fabellæ Priorum. 70. Dic *illis*: Perambulate terram, & videte, cujuſmodi fuerit exitus ſceleſtorum. 71. Et ne triſteris pro eis: neque ſis in anguſtia ob id, quod dolosè machinantur. 72. Et dicunt: Quandò

a Mundorum.

d propinquo ejus.

c hæc.

الجزء العشرون Pars Vigeſima.

d continentis.

e qui eſt.

a Facile est, ut ponè sequatur vos.

erit hæc promissio, si estis veraces. 73. Respondè: *a* Fortassè contingit, ut proxima sit vobis pars *illius pœnæ*, quam cupitis accelerari. 74. Et quidem Dominus tuus profectò est præditus benignitate erga homines, *dùm differt illis hanc pœnam*. Sed plerique eorum non agunt gratias *illi propter hoc*. 75. Et profectò Dominus tuus sanè novit, quid abscondant pectora eorum, & quid *ipsi linguis* propalent. 76. Et non est aliquid occultum in Cœlo, & terra, nisi *scriptum sit* in libro manifesto (*idest in tabula custodita*). 77. Certè hic Alcoranus enarrat filiis Israel pleraque eorum, in quibus ipsi inter se dissentiunt. 78. Et profectò ipse est sanè directio, & misericordia Fidelibus. 79. Porrò Dominus tuus decidet litem inter eos judicio suo: nam ipse *est* Præpotens, sciens. 80. Innitere verò super Deum: quippè tu es in veritate manifesta. 81. Certè tu non facies audire mortuos, neque facies audire surdos prædicationem, ubi recesserint terga vertentes. 82. Neque tu *eris* dirigens cœcos, *ut recedant* ab errore suo. Non *b* facies audire, nisi eum, qui credit in signa nostra: hi porrò *sunt* Moslemi. 83. Cùm autem ceciderit dictum super eos (*idest advenerit tempus supplicii eorum*) educemus illis bestiam è terra, *quæ* alloquetur eos, quòd certè homines *Meccani* in signa nostra non firmiter credebant. 84. Et die *quadam* congregabimus ex omni gente cœtum ex iis, qui mendacii insimulant signa nostra, & ipsi in orbem coacti ducentur. 85. Donec pervenerint *ad locum Judicii*. Dicet *illis Deus*: An mendacii insimulastis signa mea, & non comprehendistis ea scientia? Quidnam est, quod fecistis? 86. Et cadet dictum (*idest sententia damnationis*) super eos ob id, quod iniquè egerunt, & ipsi non loquentur. 87. Nonne viderunt, quòd non posuimus noctem, ut quiescerent in ea, & diem *c* facientem videre (*idest, ut homines viderent in eo*) certè in hoc *sunt* sanè signa hominibus, *qui* credunt. 88. Et die *quadam* insufflabitur in Tubam, & formidabunt, qui *sunt* in terra, præter eos, quos voluerit Deus *esse securos*. Et omnes venient ad eum sese humiliter demittentes. 89. Et videbis montes, & existimabis eos glacie concretos, & ipsi transibunt transitu nubium (*idest dissolventur, sicut nubes dissolvuntur*.) Opus Dei, qui sapienter disposuit omnem rem: quippè ipse *est* commonitus de eo, quod facitis. 90. Qui attulerit bonum *d* habebit melius illo, & ipsi à terrore diei illius erunt securi. 91. Qui verò attulerint malum, præcipitabuntur obversi vultus eorum in ignem. An recipietis mercedem, nisi illius, quod fueritis operati? 92. Certè ego jussus sum colere Dominum hujus regionis (*idest Meccæ*) qui consecravit eam, & ipsius *est* omnis res, & præceptum est mihi, ut sim ex Moslemis. 93. Et, ut legam Alcoranum. Porrò, qui directus fuerit, profectò directus erit sibiipsi. Qui autem erraverit, dic *illi*: Certè ego sum ex commonentibus (*idest nihil ad me spectat, nisi te commonere*). Et dic: Laus Deo: mox ostendet vobis signa sua, & cognoscetis ea, & non est Dominus tuus negligens circa id, quod facitis.

b si.

d ipsi dabitur.

NOTÆ.

Formica est hujus Suræ, quæ Meccana communiter censetur, Epigrahe. Agitur enim in illa, inter alias nugas, de eo, quod contigit inter formicas, & Salomonem. Versus illius, si duas literas initiales nullius sensus excludas, (quas tamen ego computavi) tres supra nonaginta reperies. Sed quodnam Lectoris præmium? audi: من قراء سورة النمل كان له من اجر عشـــر حسنات بعدد من صدق سليمن وكذب به وهـــود وصالح وابراهيم وشعيب ويخرج من قبر وهو ينادى لا اله الا الله. *Qui legerit Suram formicæ, habebit mercedem decem bonorum, juxta numerum eorum, qui crediderunt Salomoni, & Hud, & Saleh, & Abrahæ, & Scioaib, & eorum, qui hos mendacii insimulavere: & quandò exibit è sepulcro, clamabit: Non est deus, nisi Deus.*

I. T. S.] Idem de duobus his characteribus dicendum, quod de aliis similibus dictum est.

IX. *Qui est in igne, & qui est circa illum.*] Gel. من فى النار اى موسى ومن حولها اى الملايكـــة: *Qui est in igne, ideſt Moyses: qui circa illum, ideſt Angeli*. Jahias, primum intelligit ipsum Deum: secundum autem Angelos. In codice Abu-Caab legitur بورك النار ومن حولها. *Benedictus sit ignis, & qui est circa eum*. Ex quo apparet inconstantia lectionum Alcorani, quem tam sedulò à Deo custoditum ab omni alteratione Moslemi jactant.

XVII. *Docti fuimus loquelam volucrum.*] Arabica vox منطق est propriè loquela, seu sermo rationalium. Gelal exponit, فهم اصواتهـــم: *intelligentiam vocum earum*, scilicet volucrum, vel avium. Sed audiendus hìc Zamchascerius, qui sic de voce

المنطق

terræ ejus. Et cantavit Turtur, dixitque Salomon: Hæc dicit: Laus ſit Domino meo altiſſimo. Cantavit Milvus: Et dixit: Omnia peribunt præter Deum. Et cantavit Avis, quæ dicitur Arabicè *Catà, & dixit: Qui tacuerit, ſalvus erit. Et cantavit* Avis, quę vocatur *Biga, & dixit: Væh illi, qui ponit in mundo ſollicitudinem ſuam. Et cantavit Gallus, & dixit: Mementote Dei, ò negligentes. Et cantavit Aquila, & dixit: O fili Adæ, vive quantum vis, finis tuus erit mors. Et cantavit Aquila nigra, & dixit: In elongando ſe ab hominibus, invenitur quies: Et cantavit Rana, & dixit: Laus Domino meo Sancto. Per hoc autem, quod dicitur, Salomonem donatum fuiſſe de omni re, intelligitur multitudo rerum, quas à Deo accepit.* Hactenùs Zamchaſcerius.

XIX. *Donec venerunt juxta vallem formicarum.*] Videtur eſſe nomen proprium loci, qui juxta Gelal eſt بالطايف او بالشام *In Thaiph, vel in Syria.*

XX. *Et exhilaratus eſt Salomon.*] Gel: وقد سمعه سليمان من ثلاثة اميال حملته اليه الريح فحبس جنده حين اشرف على واديهم حتى دخلوا بيوتهم وكان جنده ركابًا ومشاةً فى هذه الميسر . *Et jam audierat ſermonem ejus Salomon à tribus millibus paſſuum, nam ventus detulerat ſonitum ejus ad illum. Ubi igitur pervenit prope Vallem earum, continuit exercitum ſuum, donec ingrederentur foramina ſua. Erat autem exercitus ejus in eo itinere, compoſitus ex equitibus, & peditibus.*

XXI. *Et circumſpexit volucres.*] Gel: ليرى الهدهد الذى يرى الماء تحت الارض ويدلّ عليه بنقره فيها فيستخرجه الشياطين لاحتياج سليمان اليه للصلاة فلم يرى : *Ut videret Upupam, quę vidit aquam latentem ſub terra, & oſtendit eam ſcalpens unguibus terram. Dæmones autem hauriebant eam ad neceſſitates Salomonis, ut nimirùm ſeſe ante preces purificaret. Sed non vidit eam adeſſe.*

XXII. *Profectò caſtigabo illam, &c.*] Gelal: ينقف ريشه وذنبه و رميه فى الشمس فلم يمتنع على الهوام: *depilando alas ejus, & caudam ejus, & projiciendo eam ad Solem, ita, ut nequeat animalcula noxia à ſe arcere.*

XXIII. *At illa conſtitit haud procul à Salomone.*] Deſcribit Gelal ſatis pueriliter adventum ejus in hęc verba: وحضر لسليمان متواضعًا برفع راسه ورخاء ذنبه وجناحيه فعفى عنه وساله عمّا لقى فى غيبته : *Et conſtitit coram Salomone, demiſsè, humiliterque ſe gerens: elevando caput ſuum, & leniter movendo caudam, & alas, & veniam ab eo petendo. Ille verò interrogavit eam de eo, quod ſibi evenißet in abſentia ſua.*

XXIV. *Equidem inveni ibi mulierem, &c.*] Hanc mulierem, tenent communiter Arabes, fuiſſe Reginam regionis Sabæ in Arabia felici, & appellatam fuiſſe بالقيس *Balcaiſam.* De Throno verò ejus hæc ſcribit Gelal: طوله ثمانين دراعًا وعرضه اربعون دراعًا وارتفاعه ثلاثون دراعاً مضروب من الذهب والفضة

والمنطق كل ما يصوت به من المفرد والمولّف المفيد وغير المفيد وقد ترجم يعقوب كتابه باصلاح المنطق ما اصلح فيه الا مفردات الكلم وقالت العرب نطقت الحمامة وكل صنف من الطير يتفاهم اصواته والذاى علمه سليمان منطق الطير هو ما يفهم بعضه من بعض من معانيه واعراضه ويحكى انه مرّ على بلبل فى شجرة ويحرك راسه ويميل ذنبه فقال لاصحابه أتدرون ما يقول قالوا الله ونبيه اعلم قال يقول اكلت نصف ثمرة. . . وصاح طاووس وقال يقول كما تدين تدان وصاح هدهد فقال يقول استغفروا الله يا مذنبون وصاح طوطى فقال يقول كل حىّ ميّت وكل جديد بالٍ وصاح خطاف فقال يقول قدّموا خيرًا تجدوه وصاحت رخمة فقال تقول سبحان ربى الاعلى لماء سمايه وارضه وصاح قمرى فاخبر انه يقول سبحان ربى الاعلى وصاح الحدا فقال يقول كل شى هالك الّا الله والقطا يقول من سكت سلم: والببغى يقول ويل لمن الدنيا همه والديك يقول اذكروا الله يا غافلون والنسر يقول يا ابن ادم عش ما شئت اخرك الموت والعقاب يقول فى البعد من الناس انس والضفدع يقول سبحان ربى القدوس واراد بقوله كل شى كثرة ما اوتى

Loquela autem eſt quidquid effertur per vocem, ſive ſit ſimplex, ſive compoſitum; ſive utile ad ſignificandum, ſive inutile. Et jam conſcripſit Jacob (hic fuit author libri Camus, ſeu Lexici linguæ Arabicæ) *librum ſuum de correctione ſermonis, vel locutionis: ſed non tractavit in eo, niſi de verbis ſimplicibus: Dicitur autem apud Arabes: locuta eſt columba. Et Omnis ſpecies avium mutuò percipit voces ſuas. Illud autem, quod didicit Salomon de loquela avium, eſt illud, quod intelligit una avis ab alia juxta ſignificationes, & declarationes proprias. Fertur autem Salomonem, dùm tranſiret juxta quamdam arborem, vidiſſe in ea Luſciniam motitantem caput, & caudam inflectentem: dixitque aſſeclis ſuis: intelligitis ne, quid illa dicat? At illi reſponderunt: Deus ſcit, & Propheta ejus. Dixit Salomon; Dicit: Comedi dimidium dactyli. Cùm autem vociferatus eſſet Pavo, dixit Salomon: Hic dicit: Sicut judicabis, ita judicaberis. Et, cùm cantaſſet Upupa, dixit: Hæc dicit: Petite veniam à Deo, ò peccatores. Cùm autem cantaſſet* Avis, quę Arabicè dicitur *Tuta, dixit Salomon: Hæc dixit. Omne, quod vivit, morietur: & omne, quod novum eſt, veteraſcet. Et cantavit Hirundo, dixitque Salomon: Hæc dicit: Præmittite opera bona, & invenietis ea. Et cantavit Pellicanus, dixitque Salomon: Hic dixit: Laus ſit Domino meo altiſſimo ob aquam Cœli ejus, &*

ro, & argento, & consternerentur à loco, in quo erant per novem parasangas in modum Hippodromi, quem circumdedit muro alto, confecto ex auro, & argento. Et præcepit, ut adducerentur animalia quæque pulcherrima terræ, & maris cum filiis Dæmonum à dextris, & sinistris Hippodromi.

XXXVIII. *Revertere, ò legate, ad eos.*] Cùm legatus ad Reginam reversus fuisset cum muneribus, quæ illa miserat ad Salomonem: Regina (inquit Gelal:)

جعلت سريرها داخل سبعة ابواب داخل قصرهـــا

وقصرها داخل سبعة قصور واغلقت الابواب وجعلت

عليهـــا حرسًا توجهّزت للمسير الى سليمان لتنظر ما

يأمرها به فارتحلت فى اثنى عشر الف قَيْلٍ مـــع

كل قيل الوف كثيرة الى ان قربت منـه على فرسخ:

Collocavit sedem suam intra septem portas in arce sua, quæ circumdata erat septem aliis arcibus, & occlusit portas, & apposuit illis custodias, & præparavit se, ut iret ad Salomonem, & videret, quid sibi præciperet. Habuit autem in comitatu in itinere duodecim millia Regum: & cum singulis Regibus erant multa millia hominum, & pervenit prope locum, ubi erat Rex in distantia unius parasangæ.

XL. *Antequam surgas è loco tuo.*] Idest, ut explicat Gelal, antequam adveniet meridies. Salomon enim sedebat in throno ad judicandum assiduè, usque ad meridiem.

XLI. *Dixit alius dæmon.*] Dæmon iste, juxta eumdem interpretem, erat: اسف بن برخيا كان صديقًا يعلم

اسم الله الاعظم الذى اذا دعى به اجاب *Asaph &c.*

filius Barachiæ. Erat autem justus, & veridicus, & habebat notitiam nominis Dei Maximi (videtur esse יהוה) *Quod, cùm invocasset, respondit Salomoni: Ego afferam tibi illum.* Subdit autem Author, Salomonem, in annuente dæmone, respexisse in Cœlum. Cùm verò inde obtutum retraxisset, vidisse thronum Balcaisæ positum ante se. Eo enim momento, quo Salomon respexit in Cœlum, invocavit Asaph nomen Dei maximum, ut Deus statim afferret illum, & penetravit sub terram, donec emersit cum throno ante solium regis.

XLV. *Ingredere in palatium*] De hoc palatio, & ingressu reginæ in illud, ita idem Glossator. هو سطح

من زجاج ابيض شفاف تحتة ماءٌ جارٍ فيـه سمـك

اصطنعه سليمان لمّا قيل لـه ان ساقيها ورجليها

كقدمـى حمار وكشفت عـن ساقيهـا لتخوضه

وكان سليمان علـى سريره فى صدر الصرح فراى

ساقيهـا وقدميها حسانًـا ودعاهـا الـى الاسلام

واراد تزويجهـا فكره شعر فعملت لـه الشياطين

النورة فازالتـه بها فتزوّجهـا واحبّهـا واقرهـا

على ملكها وكان يزورها كل شهر مرّةً ويقيم عندها

ثلاثة ايام وانقضا ملكها بانقضا ملـك سليمان.

Erat

والفضة مكلل بالدر والياقوت الاحمر والزبرجد الاخضر

والزمرد وقوايمه من الياقوت الاحمر والزبرجد الاخضر

عليـه سبعة ابواب على كـل بيت باب معلّق:

Longitudo ejus erat octoginta cubitorum, latitudo quadraginta, & altitudo triginta. Confectus erat ex auro, & argento. Habebat supra se coronam ex margaritis, jaspidibus, & smaragdis. Bases ejus erant similiter ex jaspide, & smaragdo. Habebat supra se septem portas: supra omnem mansiunculam erat porta affixa.

XXVIII. *Mox videbimus, an vera dixeris.* Hoc experimento probavit Salomon Upupæ veracitatem: nimirùm, quòd illa, inquit Gelal. دلّهم على الماء

فاستخرج وارتوا وتوضوا وصلّوا ثم كتب سليمـان

كتابًا صورته من عبد الله سليمـان بن داوود الى

بلقيس ملكة سبا بسـم الله الرحمان الرحيم

السلام على من اتبع الهدى امّـا بعد فلا تعلوا

علىّ واتونى مسلمين ثم طبعه بالمسك وختمـه

بخاتمه ثم قال للهدهد اذهب بكتابى

illis, ubi esset aqua, & effodiens eduxit eam. Cum autem hausissent eam, purificaverunt se, & persolverunt Sacras preces. Deindè scripsit Salomon epistolam in hanc formam. Servus Dei Salomon filius David Balcaisæ Reginæ Sabæ. In nomine Dei Miseratoris Misericordis. Pax super illum, qui secutus fuerit directionem. Postea verò: Ne efferatis vos contra me; sed venite ad me devoti: Deindè asperfit epistolam musco, & signavit eam sigillo suo: deindè dixit Upupæ: Perge cum hac epistola mea. Subdit Author, Upupam accepisse epistolam, & detulisse ad Reginam, quæ circumdata erat exercitu suo; & projecisse eam in sinum illius. Quod cùm vidisset Regina, vehementer timuit, & expavit.

XXXVI. *Sed ego missura sum ad eos munera.*] De his muneribus ita fabulatur Gelal: فارسلت خدمًا

ذكورًا واناثًا الفًـا بالسوية وخمسماية لبنة من

الذهب وتاجًا مكلّلًا بالجواهر ومسكـا وعنبرًا

وغيرذلك مع رسول بكتـاب فاسرع الهدهد الى

سليمان يخبره بالخبر فامر ان يُضرَب لبنـان

الذهب والفضّة وانبسط من موضعه الى تسعة فراسخ

ميدانًا وان يبنوا حوله حايطًا مشرفًا من الذهـب

والفضّة وان ياتوا باحسن دواب البرّ والبحر مع اولاد

الجنّ عن يمين الميدان وشماله:

Misit ergo Balcaisa ad Salomonem mille ministros, quingentos masculos, & quingentas feminas, eodem modo indutos, eademq; forma præditos: & quingentos laterculos aureos: & coronam ornatam gemmis pretiosis; & muscum, & ambarum, & alia per Legatum cum epistola. Sed Upupa celeriùs veniens ad Salomonem nunciavit ei hæc omnia. Præcepit ergo Salomon, ut conficerentur laterculi ex au-

اعظم المساجد . . . . فما يهولهم الّا خروجها . . . .
فقوم يهودون وقوم يقفون نظارة : وقيل تخرج من
الصفا فتكلمهم بالعربية بلسان زلق وتقول ان
الناس كانوا بآياتنا لا يوقنون يعنى ان الناس لا
يوقنون بخروجى لان خروجها من الايات : و تقول
الّا لعنة الله على الظالمين . وعن السدّى تكلمهم
ببطلان الاديان كلها سوى دين الاسلام : وعن ابن
عمر تستقبل المغرب فتصرخ صرخةً منغدة : ثم
تستقبل المشرق ثم الشام ثم اليمن فتفعل مثل
ذلك وروى . . . . . بينما عيسى عم يطوف بالبيت
ومعه المسلمون انا تطضرب الارض تحتهم تحرك
القنديل وينشق الصفا . . . . فتخرج الدابة من
الصفا ومعها عصى موسى وخاتم سليمان فتضرب
المومن فى مسجده او فيما بين عينيه بعصا موسى
فتنكت نكتة بيضا فتغشوا تلك النكتة فى وجهه
حتى تضئ بها وجهه . . كانه كوكب درّى وتكتب
بين عينيه مومن : وتنكت الكافر بالخاتم فى انفه
فتغشا النكتة حتى تسود بها وجهه وتكتب بين
عينيه كافر : فتجلوا وجه المومن بالعصا وتخطم
انف الكافر بالخاتم ثم تقول لهم يا فلان انت
من اهل الجنة ويا فلان انت من اهل النار :

Et beſtia terræ Exploratrix, prout habetur in relationibus, habebit in longitudine ſexaginta cubitos. Non aſſequetur eam inſequens, neque evitabit eam fugiens. Habebit quatuor pedes; & pilos, & pennas, & duas alas. Ebnogiarih deſcribit eam cum capite tauri, & oculis porci, & auribus elephantis, & cornibus cervi, & cervice ſtruthiocameli, & pectore leonis, & colore urſi, & hypocondrio, ſeu medio corporis felis, & cauda arietis, & ungulis cameli. Spatium inter duas junctluras erit duodecim cubitorum humanorum. Fertur etiam, non exiturum è terra, niſi caput ejus, quod perveniet ad nubes Cœli. Et ex authoritate Abuhoreiræ, erunt in ea omnes colores, & inter cornua ejus erit ſpatium paraſangæ, ſeu trium milliariorum, quantum poteſt eques percurrere. Et ex authoritate Alhaſan, non complebitur egreſſus ejus, niſi poſt tres dies. Et ex dicto Imperatoris fidelium Aly filii Abutaleb habetur, quòd interrogatus, unde egreſſura eſſet Beſtia, reſpondit: Ex maxima Meſchitarum per tres dies, & homines videbunt illam, & non egredietur, niſi tertia pars ejus. Et habetur ex relatione, Prophetam Mahumetum interrogatum, unde egreſſura eſſet beſtia, reſpondiſſe: Ex maxima Meſchitarum apud Deum: ſignificans per hoc Meſchitam, ſeu Templum Meccæ. Et habetur ex relatione, egreſſuram eſſe tribus vicibus. Egredietur in finibus Arabiæ felicis: deindè abſcondetur. Poſteà egredietur in campeſtribus Arabum ſcenitarum: deindè abſcondet ſe per longiſſimum tempus. Cùm verò homines erunt in maxima Meſchitarum, non terre-

Erat autem conſtructum ex vitro albo, ac tranſparenti, & ſub illo erat aqua currens, in qua natabant piſces. Ita autem artificiosè fabricaverat illud Salomon, poſtquam audivit Balcaiſam habere pedes, & crura pilosa inſtar aſini. Itaque ingreſſura palatium, cùm putaret eſſe gurgitem aquarum, diſcooperuit crura ſua, ut pervadaret illum. Salomon autem, qui ſedebat in medio palatii, manifeſtè vidit crura, & pedes ejus. Deindè exhortatus eſt eam ad veram religionem, &, cùm vellet illam in uxorem accipere, exhorruit pilos cruriũ ejus. Sed diaboli fecerunt ei depilatorium ex calce viva, quo ablati ſunt pili ejus, & ita accepit eam in uxorem, & dilexit eam, & ſtabilivit eam in regno ſuo. Viſitabat autem eam ſemel in ſingulos menſes, & triduum apud eam morabatur. Et tandiù perſeveravit in regno ſuo, quandiù duravit regnum Salomonis.

LV. *Et vos videtis.*] Arabicè وانتم تبصرون .

Jahias ſubintelligit انها الفاحشة *hoc eſſe flagitium.*

Gelal explicat : تبصرون بعضكم بعضًا انهماكًا فى المعصية : *Aſpicitis vos invicem* in perpetrandis hujuſmodi flagitiis *ad irritandos vos magis ad peccandum.*

LXXXIII. *Educemus illis beſtiam è terra.*] Hæc beſtia dicitur الجساسة ideſt *Exploratrix*; quia fabulantur per eam, Antichriſtum res exploraturum. De hac beſtia mira, ac portentoſa fabulantur Arabes. Audi Zamchaſcerium : ودابة الارض الجساسة جاء فى الحديث ان طولها ستون ذراعًا : لا يدركها طالب ولا يفوتها هارب : وروى لها اربع قوايم وزغب وريش وجناحان : وعن ابن جريج فى وصفها راس ثور وعين خنزير واذن فيل وقرن ايل وعنق نعامة وصدر اسد ولون نمر وخاصرة هرّ وذنب كبش وخفّ بعير وما بين المفصلين اثنا عشر ذراعًا بذراع ادم. وروى لا يخرج الّا راسها وراسها يبلغ اعنان السما ويبلغ السحاب . وعن ابى هريرة فيها من كل لون وما بين قرنيها فرسخ للراكب وعن الحسن لا يتمّ خروجها الا بعد ثلثة ايام. وعن امير المومنين علىّ ابن ابى طالب عليه السلام انه سُئل من اين تخرج الدابة فقال من اعظم المساجد الى ثلثة ايام والناس ينظرون فلا يخرج الا ثلثها. وعن النبى صم انه سُئل من اين تخرج فقال من اعظم المساجد على الله يعنى المسجد الحرام : وروى انها تخرج ثلث خرجات تخرج باقصى اليمن ثم تتكمن : ثم تخرج بالبادية ثم تتكمن دهرًا طويلًا فبينما الناس فى

terrebit eos, niſi egreſſus ejus, & nonnulli fugient: nonulli verò firmi ſtabunt ad aſpectum ejus. Juxta aliorum dictum, egredietur ex monte Sapha, & alloquetur eos Arabicè lingua expedita, & dicet verba illa Alcorani: Quippè homines in ſigna noſtra firmiter non credebant: ac ſi diceret: Quippè homines non credebant in egreſſum meum. Nam egreſſus ejus eſt unum de ſignis. Et dicet: Nonne maledictio Dei erit ſuper iniquos? Et juxta Alſaddi, alloquetur eos de vanitate omnium Religionum, præter Eſlamiticam. Et juxta dictum Ebn-Homar, convertetur ad Occidentem, & clamabit clamore acutiſſimo. Deindè convertetur ad Orientem, & ad Syriam, & ad Arabiam Felicem, & faciet ſimiliter. Et habetur ex traditione, quòd, dùm Jeſus, cui ſit pax, circumibit Templum, & cum eo erunt Moslemi, commovebitur Terra ſub eis, & movebitur Candelabrum, & ſcindetur Mons Sapha, & egredietur ex illo Beſtia habens ſecum virgam Moyſi, & ſigillum Salomonis, & percutiet fideles in fronte, vel inter oculos eorum virga Moyſi, & imprimet ibi ſignum album, quod extendetur per totam faciem, quæ lucebit tamquam ſtella reſulgens, & ſcribet inter oculos uniuscujuſque fidelis hanc vocem, Fidelis. *Deindè imprimet ſignum ſigillo Salomonis in naſo infidelium, & ſignum illud dilatabitur in nigredinem per totam faciem infidelis, & ſcribet inter oculos ejus*, Infidelis. *Splendebit itaque facies fidelis per virgam Moyſi, & deformabitur naſus infidelis per ſigillum Salomonis. Deindè dicet eis: O talis, tu eris ex habitatoribus Paradiſi. Et, ò talis, tu eris ex habitatoribus Inferni.* Hactenùs Zamchaſcerius. Hæc autem omnia, quæ de hujuſmodi beſtia Arabes confingunt, deſumpta ſunt abſque dubio ex eo, quod de ſimili beſtia prope mundi finem in mundum egreſſura, habetur in Apocalypſi S. Joannis, & in Prophetia Danielis. Ita nimirum Sacrarum literarum oracula Moslemi depravant, ac fabulis commiſcent.

LXXXVIII. *Præter eos, quos voluerit Deus eſſe ſecuros.*] Hi erunt, juxta Gelal: جبرايـل وميكايل واسرافيل وملك الموت وعن ابن عباس هـم الشهدآ اذ هـم احياء عند ربهم يرزقون: *Gabriel, Michael, Aſraphel, & Angelus mortis. Et juxta Ebn-Abbas, erunt Martyres: nam hi vivi apud Dominum ſuum alentur.*

REFUTATIONES.

I. EVenit Alcorano, vel Mahumeto, id, quod Aſino eveniſſe ex fabulis accepimus. Hic, cùm die quadam fortè fortuna leoninam pellem inveniſſet, ea ſeſe totum cooperiens, Leonemque ſimulans, reliquas beſtias aſpectu territabat. Ubi verò rudere cepit, vulpes in riſus erumpens: Heus tu, inquit, tandem Aſinus es, qui te Leonem ſimulabas. Videas interdum Mahumetum in Alcorano prophetica pelle indutum, ea legentium oculis exhibere, quæ vel è ſacris literis, vel à Sanctis Patribus, præſertim Syris, furtivè deſumpſit. Prophetam omninò credas: Sed, cùm propria alienis admiſcet; vel, cùm veris ſacrarum literarum hiſtoriis, & ſententiis, Thalmudicas, ac Rabbinicas ineptias interponit, ſeſe nebulonem, atque Impoſtorem prodit.

Primò quidem in eo ſe ſtultum, ac ridiculum oſtendit, quòd brutis animantibus humanam loquelam, & rationem, atq; intellectum attribuit: hoc enim ſignificat نطق, & المنطق juxta Arabicæ linguæ proprietatem, ac genuinam interpretationem. Nempe loquelam diſtinctam, & propriam animalis rationalis, quam Græci λόγον appellant: unde Artem, quam, hi λογικὴν, & διαλεκτικὴν dicunt, Arabes علم المنطق appellant. Itaque neſcio, qua fide Zamchaſcerius dicat المنطق eſſe quidquid effertur per vocem, ſive ſimplicem, ſive compoſitam, ſive ſignificativam, ſive non ſignificativam; niſi fortè mentiri voluit ad excuſandum craſſiſſimum Prophetæ ſui errorem, qui المنطق animalibus ratione carentibus attribuit. Quamvis enim concedamus, hæc voces ſuas habere, negamus tamen illas à ratione, ſeu intellectu proficiſci, cùm ſolùm ſint ſigna quædam naturalia, quibus ſemper eodem modo paſſiones, ſeu affectiones ſuas ſignificant: id, quod non ſolùm vocibus, ſed etiam motibus exterioribus corporis præſtant. Proveniunt itaque hæc ab inſtinctu naturæ, ſicut in infantibus, non à ratione aliqua, qua polleant. Et ideò, ut dixi, ſemper eadem ſunt in omnibus. Fatemur etiam, hunc naturæ inſtinctum in quibuſdam brutis ad humanam rationem ita accedere, ut intellectum habere videantur, quemadmodùm apparet in canibus, Elephantis, &c. Sed revera hæc quoque intellectu carent; & id, quod faciunt, ex neceſſario tantùm naturæ ductu, & non liberè, neque electivè operantur. Videmus etiam aves quaſdam voces humanas proferre, quamvis valdè imperfectè: Hoc tamen non accidit, niſi quia ita edoctæ ſunt ab hominibus, neque ullam habent conjunctam intelligentiam, & eodem modo aſſuefiunt illis vocibus, ſicut canes venationi, & equi curſui. Porrò, quòd potuerit Salomon ex ſignis exterioribus, vel ex cantu avium cognoſcere naturales earum affectus, ſicut ipſæ cognoſcunt inter ſe: non eſt mirum, neque ſingulare fuit hoc Salomoni: idem enim poſſunt & alii naturæ Obſervatores aſſequi. Sed non eſt hoc, quod vult Alcoranus, qui introducit Salomonem ita cum upupa, & upupam cum Salomone loquentem, quemadmodùm loquitur homo cum alio homine, non per ſola ſigna neceſſariò elicita à natura, ſed per voces articulatè diſtinctas, ſenſu connexas, ſignificativas, & omninò liberè à ratione provenientes. Mala igitur fide exponit Zamchaſcerius, Salomonem ita loquelam avium intellexiſſe, ſicut aves ipſæ ſeſe mutuò per naturalia ſigna intelligunt.

Reſpondebunt Moslemi, in ſacris literis non ſolùm avibus, & aliis animantibus, ſed etiam rebus inanimatis loquelam attribui. Quamobrem invitantur ſæpè montes, & arbores, & fontes, & Cœli, & ſidera ad laudandum, & benedicendum Deum. Et in libro Job cap. duodecimo legimus; *Interroga jumenta, & docebunt te, & volatilia Cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & reſpondebit tibi, & narrabunt piſces maris.*

Verùm manifeſtè patet, has eſſe locutiones metaphoricas. Eo enim ipſo creaturæ omnes laudant, & benedicunt Deum, & enarrant gloriam, & magnitudiuem ejus, quòd funguntur eo munere, vel inſerviunt ad id, ad quod ab ipſo

ipſo Deo creatæ ſunt, & exprimunt in ſe-ipſis potentiam, ac ſapientiam illius. Et propter eamdem cauſam dicuntur etiam docere, & erudire homines, quia nimirùm apparent in ipſis veſtigia quædam, ſeu effectus Divinæ ſcientiæ, potentiæ, & bonitatis, & virtutes nonnullæ, ſeu proprietates naturales, quibus homines ad Dei notitiam, & amorem, & ad veram virtutem excitantur.

Poteſt nihilominùs confirmare Mahumetanos in errore ſuo, quòd in libro Geneſis ſerpens cum Heva locutus fuiſſe, manifeſtè affirmatur, & in libro Numerorum, Aſinam cum Balaam verba feciſſe, & collocutam fuiſſe habemus, non ſecùs, ac Upupam cum Salomone.

Sed reſpondemus, loquelam illam ſerpentis, non fuiſſe ipſi naturalem, ſed contigiſſe, movente Diabolo, qui in eo latebat, linguam ipſius: quemadmodùm legimus in hiſtoriis, per alia animalia bruta, vel etiam per ſtatuas, Dæmones eſſe locutos. Quin, & arte Magica, ſeu dæmoniaca efficiunt Præſtigiatores in animalibus brutis nonnulla, quæ ad humanam rationem videntur accedere, & naturaliter ſine arte humana, vel diabolica nullo modo fieri poſſunt. Quod verò attinet ad Aſinam Balaam: ex ipſis Sacræ Scripturæ verbis patet, illam non fuiſſe inſtinctu naturali locutam. Hìc enim ſcribitur: *Aperuitque Dominus os Aſinæ, & locuta eſt.* Ut igitur Serpens ope Dæmonis, ita quoq; Aſina ope Angeli ſermonem formavit: neuter tamen fuit ſermo cognoſcitivus, vel rationalis, ideſt proveniens ab intellectu, & ratione, ſed tantùm materialis, velut ſonitus, qui ex inſtrumento aliquo muſico manus, vel oris ope producitur. Nihilominùs adeò craſſi, bardique ſunt Arabes, & Mahumetani, ut non ſolùm brutis animantibus, ſed lignis quoque, & lapidibus humanum ſermonem tribuere non dubitent. Hinc arbores, & lapides, ne dum Camelos, & alia quadrupedia, frequentiſſimè Mahumetum allocuta fuiſſe fabulantur.

II. Ea, quæ inter Salomonem, & formicas; itemque inter eumdem, & Upupam eveniſſe referuntur, adeò ridicula ſunt, ut ea confutare non ſit opus: Fabulæ Æſopicæ majorem fidem ſibi poſſunt vendicare. Tanti ne faciebat Salomon unam aviculam, ut adeò excandeſceret, & tam dira illi minaretur, quòd ab aliarum ſocietate ſeſe ſubduxiſſet?

III. Illud verò, & Salomoni injurium, & nonniſi impium exiſtimari debet, eſt, quòd Alcoranus faciat illum Imperatorem avium, & Dæmonum, non ſolùm eorum, quos الجنّ *Genios* vocant, ſed illorum etiam, quos الشياطين *Satanas* appellant, qui certè mali ſunt, atque humani generis hoſtes. Cur verò potiùs avium, quàm Leonum, vel tigrium, vel pardorum Dux eſſet Salomon? Hæc certè animalia aptiora ſunt ad pugnam, quàm aves, aut volucres. Sed fortaſſe in cauſa fuit, quòd aves tantùm humanis vocibus enunciandis aſſuefiant, quod cæteris animalibus non contingit. Quòd verò Salomon Dæmonum, ac Satanarum ope, & miniſterio uteretur, ſine ſummæ impietatis nota dici non poteſt: Divina enim lege interdictum eſt hominibus cum hujuſmodi ſpiritibus Deo rebellibus conſuetudinem habere. Licèt enim Arabes ex falſa Hebræorum doctrina, exiſtiment, Genios, non ſecùs, ac homines, ad bonum, & malum liberos eſſe: hoc tamen Sacris literis omninò repugnat, in quibus Genii, ſeu Dæmones, & Satanæ pro iiſdem habentur, nempe pro Angelis apoſtaticis, Deoque rebellibus, atque ideò æternis cruciatibus deſtinatis. Hunc tam craſſum errorem hauſit Alcoranus à Thalmude, & Rabbinis, qui ex prava intelligentia eorum verborum, quę in libro קוֹהֶלֶת ſive Eccleſiaſte leguntur ca. 2. 8.

עָשִׂיתִי לִי שָׁרָה וְשָׁרוֹת : *feci mihi captivam, & captivas*: ſeu, ut habet Vulgata latina: *feci mihi ſcyphos, & urceos in miniſterio ad vina fundenda*, quod conſonat verſioni ſeptuaginta, οἰνοχόον καὶ οἰνοχόας *vini funditorem, & vini funditrices*, perperam interpretati ſunt, *dæmonem, & Dæmonas*, ſeu dæmoniſſas: quaſi Salomon his miniſtris, ſeu pincernis in conviviis ſuis, aliiſque officiis uteretur.

IV. Ea, quæ Alcoranus de Salomone, & Regina Sabæ commemorat, hujuſmodi ſunt, (præſertim, ſi Expoſitorum nugas adjicias) ut ſola ſufficiant, ad illius vanitatem, & impoſturam manifeſtiſſimè agnoſcendam. Non eſt otium in illis examinandis, & refutandis, immorari. Sciat tamen lector, totam eſſe farinam Thalmudicam, quam Judæi Mahumeto, non ſine ingenti pretio vendidere. Sed unuſquiſque videt, quàm longè Alcoranica figmenta diſtent à legitima Sacrarum litterarum narratione.

V. Poſtremò, dum Mahumetus aſſerit, Alcoranum ſuum decidere, ac dilucidare filiis Iſrael pleraque eorum, in quibus ipſi diſſentiunt, deſiderandum erat, ut ex his unum tantùm poſuiſſet. Quam, oro, litem dirimit Alcoranus Iſraelitis in Sacrorum librorum controverſiis? Iſraelitæ ipſi dicant, ſi noverunt. Sed nihil hujuſmodi præſtat Alcoranus, & Mahumetus mera jactat mendacia.

سورة القصص مكيّة وهى سبع وثمانون آية

SURA XXVIII.

HISTORIA.

MECCANA:

COMMATUM OCTOGINTA SEPTEM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 طسم ۞ 2 تلك آيات الكتاب المبين ۞ 3 نتلو عليك من نبإ موسى وفرعون
بالحق لقوم يومنون ۞ 4 إن فرعون علا في الارض وجعل أهلها شيعا يستضعف طايفة منهم
يذبح أبناءهم ويستحيي نساءهم إنه كان من المفسدين ۞ 5 ونريد أن نمن على الذين
استضعفوا في الارض ونجعلهم أيمة ونجعلهم الوارثين ۞ 6 ونمكن لهم في الارض ونري فرعون
وهامان وجنودهما منهم ما كانوا يحذرون ۞ 7 واوحينا إلى أم موسى إرضعيه فإذا
خفت عليه فالقيه في اليم ولا تخافي ولا تحزني إنا رادوه إليك وجاعلوه من المرسلين ۞
8 فالتقطه آل فرعون ليكون لهم عدوا وحزنا إن فرعون وهامان وجنودهما كانوا خاطين ۞
9 وقالت امرأت فرعون قرت عين لي ولك لا تقتلوه عسى أن ينفعنا أو نتخذه ولدا وهم لا
يشعرون ۞ 10 واصبح فواد أم موسى فارغا إن كادت لتبدي به لولا أن ربطنا على
قلبها لتكون من المومنين ۞ 11 وقالت لأخته قصيه فبصرت به عن جنب وهم لا يشعرون ۞
12 وحرمنا عليه المراضع من قبل فقالت هل أدلكم على أهل بيت يكفلونه لكم وهم
له ناصحون ۞ 13 فرددناه إلى أمه كي تقر عينها ولا تحزن ولتعلم أن وعد الله حق
ولكن أكثرهم لا يعلمون ۞ 14 ولما بلغ أشده واستوى اتيناه حكما وعلما وكذلك
نجزي المحسنين ۞ 15 ودخل المدينة على حين غفلة من أهلها فوجد فيها رجلين
يقتتلان هذا من شيعته وهذا من عدوه فاستغاثه الذي من شيعته على الذي من عدوه فوكزه
موسى فقضى عليه قال هذا من عمل الشيطان إنه عدو مضل مبين ۞ 16 قال رب إني ظلمت

نفسي

نفسي فاغفر لي فغفر له انه هو الغفور الرحيم ۝ 17 قال رب بما انعمت علي فلن اكون
ظهيرا للمجرمين ۝ 18 فاصبح في المدينة خائفا يترقب فاذا الذي استنصره بالامس
يستصرخه قال له موسى انك لغوي مبين ۝ 19 فلما ان اراد ان يبطش بالذي هو عدو
لهما قال يا موسي اتريد ان تقتلني كما قتلت نفسا بالامس ان تريد الا ان تكون جبارا
في الارض وما تريد ان تكون من المصلحين ۝ 20 وجاء رجل من اقصي المدينة يسعي قال
يا موسي ان الملا ياتمرون بك ليقتلوك فاخرج اني لك من الناصحين ۝ 21 فخرج منها
خائفا يترقب قال رب نجني من القوم الظالمين ۝ 22 ولما توجه تلقاء مدين قال عسي
ربي ان يهديني سواء السبيل ۝ 23 ولما ورد ماء مدين وجد عليه امة من الناس
يسقون ۝ 24 ووجد من دونهم امراتين تذودان قال ما خطبكما قالتا لا نسقي حتي
يصدر الرعاء وابونا شيخ كبير ۝ 25 فسقي لهما ثم تولي الى الظل فقال رب اني لما انزلت
الي من خير فقير ۝ 26 فجاءته احديهما تمشي علي استحياء قالت ان ابي يدعوك ليجزيك
اجر ما سقيت لنا فلما جاءه وقص عليه القصص قال لا تخف نجوت من القوم الظالمين ۝
27 قالت احديهما يا ابت استاجره ان خير من استاجرت القوي الامين ۝ 28 قال اني اريد
ان انكحك احدي ابنتي هاتين علي ان تاجرني ثماني حجج فان اتممت عشرا فمن عندك
وما اريد ان اشق عليك ستجدني ان شاء الله من الصالحين ۝ 29 قال ذلك بيني وبينك
ايما الاجلين قضيت فلا عدوان علي والله علي ما نقول وكيل ۝ 30 فلما قضي موسي
الاجل وسار باهله انس من جانب الطور نارا قال لاهله امكثوا اني انست نارا لعلي اتيكم
منها بخبر او جذوة من النار لعلكم تصطلون ۝ 31 فلما اتيها نودي من شاطئ الوادي الايمن
في البقعة المباركة من الشجرة ان يا موسي اني انا الله رب العالمين ۝ 32 وان الق
عصاك فلما راها تهتز كانها جان ولي مدبرا ولم يعقب يا موسي اقبل ولا تخف انك من
الامنين ۝ 33 اسلك يدك في جيبك تخرج بيضاء من غير سوء واضمم اليك جناحك
من الرهب فذانك برهانان من ربك الى فرعون وملايه انهم كانوا قوما فاسقين ۝ 34 قال رب
اني قتلت منهم نفسا فاخاف ان يقتلون ۝ 35 واخي هرون هو افصح مني لسانا فارسله معي
ردءا يصدقني اني اخاف ان يكذبون ۝ 36 قال سنشد عضدك باخيك ونجعل لكما سلطانا
فلا يصلون اليكما بآياتنا انتما ومن اتبعكما الغالبون ۝ 37 فلما جاءهم موسي بآياتنا بينات
قالوا ما هذا الا سحر مفتري وما سمعنا بهذا في ابائنا الاولين ۝ 38 وقال موسي ربي
اعلم بمن جاء بالهدي من عنده ومن تكون له عاقبة الدار انه لا يفلح الظالمون ۝
39 وقال فرعون يا ايها الملا ما علمت لكم من اله غيري فاوقد لي يا هامان علي الطين
فاجعل

فاجعل لي صرحا لعلي أطلع إلى إله موسى وإني لأظنه من الكاذبين ۝ 40 واستكبر
هو وجنوده في الأرض بغير الحق وظنوا أنهم إلينا لا يرجعون ۝ 41 فأخذناه وجنوده
فنبذناهم في اليم فانظر كيف كان عاقبة الظالمين ۝ 42 وجعلناهم أيمة يدعون إلى
النار ويوم القيمة لا ينصرون ۝ 43 وأتبعناهم في هذه الدنيا لعنة ويوم القيمة هم من
المقبوحين ۝ 44 ولقد آتينا موسى الكتاب من بعد ما أهلكنا القرون الأولى بصائر
للناس وهدى ورحمة لعلهم يتذكرون ۝ 45 وما كنت بجانب الغربي إذ قضينا إلى موسى
الأمر وما كنت من الشاهدين ۝ 46 ولكنا أنشانا قرونا فتطاول عليهم العمر وما كنت
ثاويا في أهل مدين تتلو عليهم آياتنا ولكنا كنا مرسلين ۝ 47 وما كنت بجانب
الطور إذ نادينا ولكن رحمة من ربك لتنذر قوما ما أتيهم من نذير من قبلك لعلهم
يتذكرون ۝ 48 ولولا أن تصيبهم مصيبة بما قدمت أيديهم فيقولوا ربنا لولا أرسلت إلينا
رسولا فنتبع آياتك ونكون من المؤمنين ۝ 49 فلما جاءهم الحق من عندنا قالوا لولا أوتي
مثل ما أوتي موسى أولم يكفروا بما أوتي موسى من قبل قالوا ساحران تظاهرا وقالوا إنا
بكل كافرون ۝ 50 قل فاتوا بكتاب من عند الله هو أهدى منهما أتبعه إن كنتم
صادقين ۝ 51 فإن لم يستجيبوا لك فاعلم أنما يتبعون أهواءهم ومن أضل ممن اتبع هواه
بغير هدى من الله إن الله لا يهدي القوم الظالمين ۝ 52 ولقد وصلنا لهم القول لعلهم
يتذكرون ۝ 53 الذين آتيناهم الكتاب من قبله هم به يؤمنون ۝ 54 وإذا يتلى
عليهم قالوا آمنا به إنه الحق من ربنا إنا كنا من قبله مسلمين ۝ 55 أولئك يؤتون
أجرهم مرتين بما صبروا ويدرون بالحسنة السيئة ومما رزقناهم ينفقون ۝ 56 وإذا سمعوا اللغو
أعرضوا عنه وقالوا لنا أعمالنا ولكم أعمالكم سلام عليكم لا نبتغي الجاهلين ۝ 57 إنك
لا تهدي من أحببت ولكن الله يهدي من يشاء وهو أعلم بالمهتدين ۝ 58 وقالوا إن
نتبع الهدى معك نتخطف من أرضنا أولم نمكن لهم حرما آمنا يجبى إليه ثمرات كل
شيء رزقا من لدنا ولكن أكثرهم لا يعلمون ۝ 59 وكم أهلكنا من قرية بطرت معيشتها
فتلك مساكنهم لم تسكن من بعدهم إلا قليلا وكنا نحن الوارثين ۝ 60 وما كان
ربك مهلك القرى حتى يبعث في أمها رسولا يتلو عليهم آياتنا وما كنا مهلكي القرى
إلا وأهلها ظالمون ۝ 61 وما أوتيتم من شيء فمتاع الحيوة الدنيا وزينتها وما عند الله خير
وأبقى أفلا تعقلون ۝ 62 أفمن وعدناه وعدا حسنا فهو لاقيه كمن متعناه متاع الحيوة الدنيا
ثم هو يوم القيمة من المحضرين ۝ 63 ويوم يناديهم فيقول أين شركائي الذين كنتم
تزعمون ۝ 64 قال الذين حق عليهم القول ربنا هؤلاء الذين أغوينا أغويناهم كما غوينا

تبرانا اليك ما كانوا ايانا يعبدون ۞ 64 وقيل ادعوا شركاكم فدعوهم فلم يستجيبوا لهم
ورأوا العذاب لو انهم كانوا يهتدون ۞ 65 ويوم يناديهم فيقول ماذا اجبتم المرسلين ۞
66 فعميت عليهم الانباء يومئذ فهم لا يتساءلون ۞ 67 فاما من تاب وامن وعمل صالحا
فعسى ان يكون من المفلحين ۞ 68 وربك يخلق ما يشاء ويختار ما كان لهم الخيرة
سبحان الله وتعالى عما يشركون ۞ 69 وربك يعلم ما تكن صدورهم وما يعلنون ۞
70 وهو الله لا اله الا هو له الحمد في الاولى والاخرة وله الحكم واليه ترجعون ۞ 71 قل
ارأيتم ان جعل الله عليكم الليل سرمدا الى يوم القيمة من اله غير الله يأتيكم بضياء افلا
تسمعون ۞ 72 قل ارأيتم ان جعل الله عليكم النهار سرمدا الى يوم القيمة من اله
غير الله يأتيكم بليل تسكنون فيه افلا تبصرون ۞ 73 ومن رحمته جعل لكم الليل
والنهار لتسكنوا فيه ولتبتغوا من فضله ولعلكم تشكرون ۞ 74 ويوم يناديهم فيقول اين
شركائي الذين كنتم تزعمون ۞ 75 ونزعنا من كل امة شهيدا فقلنا هاتوا برهانكم
فعلموا ان الحق لله وضل عنهم ما كانوا يفترون ۞ 76 ان قارون كان من قوم موسى فبغى
عليهم واتيناه من الكنوز ما ان مفاتحه لتنوء بالعصبة اولى القوة اذ قال له قومه لا تفرح ان
الله لا يحب الفرحين ۞ 77 وابتغ فيما اتيك الله الدار الاخرة ولا تنس نصيبك من
الدنيا واحسن كما احسن الله اليك ولا تبغ الفساد في الارض ان الله لا يحب
المفسدين ۞ 78 قال انما اوتيته على علم عندي اولم يعلم ان الله قد اهلك من قبله
من القرون من هو اشد منه قوة واكثر جمعا ولا يسل عن ذنوبهم المجرمون ۞ 79 فخرج
على قومه في زينته قال الذين يريدون الحيوة الدنيا يا ليت لنا مثل ما اوتي قارون انه
لذو حظ عظيم وقال الذين اوتوا العلم ويلكم ثواب الله خير لمن امن وعمل صالحا ولا يلقيها
الا الصابرون ۞ 80 فخسفنا به وبداره الارض فما كان له من فية ينصرونه من دون الله
وما كان من المنتصرين ۞ 81 واصبح الذين تمنوا مكانه بالامس يقولون ويكان الله
يبسط الرزق لمن يشاء من عباده ويقدر لولا ان من الله علينا لخسف بنا ويكانه لا يفلح
الكافرون ۞ 82 تلك الدار الاخرة نجعلها للذين لا يريدون علوا في الارض ولا فسادا
والعاقبة للمتقين ۞ 83 من جاء بالحسنة فله خير منها ومن جاء بالسيية فلا يجزي الذين
عملوا السيات الا ما كانوا يعملون ۞ 84 ان الذي فرض عليك القران لرادك الى معاد
قل ربي اعلم من جاء بالهدى ومن هو في ضلال مبين ۞ 85 وما كنت ترجو
ان يلقى اليك الكتاب الا رحمة من ربك فلا تكونن ظهيرا للكافرين ۞ 86 ولا
يصدنك عن ايات الله بعد اذ انزلت اليك وادع الى ربك ولا تكونن من المشركين ۞
87 ولا

87 وَلَا تَدْعُ مَعَ اللّٰهِ اِلٰهًا اٰخَرَ لَا اِلٰهَ اِلَّا هُوَ كُلُّ شَيْءٍ هَالِكٌ اِلَّا وَجْهَهُ لَهُ الْحُكْمُ وَاِلَيْهِ تُرْجَعُوْنَ ۝

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. TS. M. 2. Hæc *ſunt* ſigna libri manifeſti. 3. Recitabimus tibi *aliqua* ex hiſtoria Moyſis, & Pharaonis cum veritate, pro hominibus, qui credunt. 4. Porrò Pharao efferebat ſe in terra *Ægypti*, & poſuerat gentem ſuam in partes *duas*: attenuabat partem ex eis (*ideſt Iſraelitas*) mactabat filios eorum, & vivas reſervabat mulieres eorum: quippe ipſe erat ex corruptoribus. 5. Et *nos* volebamus beneficare eos, qui attenuabantur in terra, & conſtituere eos Antiſtites, & facere eos hæredes *Regni ejus*. 6. Et *volebamus* ſtabilire locum illis in terra, & oſtendere Pharaoni, & Hamani, & exercitibus utriuſque, ex iiſdem *Iſraelitis* id, quod metuebant (*ideſt ruinam Regni ſui*). 7. Et diximus per revelationem ad Matrem Moyſis: Lacta illum. Quòd ſi timueris illi *aliquod malum*, projice eum in Mare (*ideſt in flumen Nilum*) & ne timeas, neque contriſteris: nos quippe reddituri ſumus eum tibi, & conſtituturi eum *unum* ex Legatis. 8. Collegit autem eum familia Pharaonis, ut eſſet ipſis *in* inimicum, & *in* mœrorem. Porrò Pharao, & Haman *Conſiliarius ejus*, & exercitus eorum erant peccatores. 9. Et dixit uxor Pharaonis: Hilaritas oculi ſit mihi, & tibi: ne occidatis eum, fortaſsè eveniet, ut ſit utilis nobis, aut ſuſcipiamus eum *in* filium. Et ipſi non animadvertebant, *quid mali ſibi accerſerent hoc faciendo*. 10. Et factum eſt cor Matris Moyſis vacuum *timore*: certè propè fuit, ut manifeſtaret eum (*ideſt, ut diceret eſſe filium ſuum*) niſi poſuiſſemus ligamen ſuper cor ejus (*ideſt, niſi retinuiſſemus eam, ne hoc manifeſtaret*) ut eſſet ex fidelibus. 11. Et dixit ſorori ejus *Mariæ*: Aſſectare eum. Et aſpiciebat eum è longinquo; & ipſi non animadvertebant. 12. Et impedivimus ſuper eum nutrices, *antequam lactaret eum Mater*. Dixit autem *ſoror ejus*: Num *vultis* oſtendam vobis familiam domus *ejus*, *qui* enutrient eum vobis, & ipſi erunt illi providè conſulentes? 13. Reſtituimus ergo eum matri ſuæ, ut tranquillaretur oculus ejus, neque triſtaretur, &, ut ſciret, quòd promiſſio Dei *eſſet* vera; Sed plerique eorum *hoc* neſciebant. 14. Cùm autem perveniſſet ad firmam ætatem ſuam, & adæquatus fuiſſet (*ideſt eſſet quadraginta annorum*) dedimus ei prudentiam, & ſcientiam: ita enim remuneramus benefacientes. 15. Et intravit in urbem *Mempheos* tempore negligentiæ habitatorum ejus (*ideſt meridie, quandò cives dormiebant*) & invenit in ea duos viros inter ſe digladiantes: alter erat ex gente ſua (*ideſt Hebræus*) & alter ex inimicis ſuis (*ideſt Ægyptius*) & imploravit auxilium ejus is, qui *erat* ex gente ipſius adverſus eum, qui *erat* ex inimicis ejus. Et percuſſit eum tota manu Moyſes, & interemit eum. *Deindè facti pœnitens*, dixit: Hoc fuit ex operatione Satanæ: quippe ipſe *eſt* inimicus, ſeductor manifeſtus. 16. Dixit: Domine mi, certè ego iniquè egi in animam meam: parce ergo mihi. Pepercitque illi, quippe ipſe *eſt* Indultor, Miſericors. 17. Dixit: Domine mi, eo, quòd beneficus fueris erga me, nunquam ero adjutor ſceleratis. 18. Mane autem fuit in civitate timens, & anxius obſervabat, *ſi quid de homicidio ſuo diceretur*, & ecce ille, cui opem tulerat externa die, clamitans rogabat eum, *ut adjuvaret ſe adverſus alium Ægyptium*. Dixit ei Moyſes: Certiſſimè tu *es* nebulo manifeſtus. 19. Cùmque voluiſſet vi repellere eum, qui erat hoſtis utriuſque (*ideſt Ægyptium*) dixit *ille*: O Moyſes, vis ne occidere me, ſicut occidiſti animam (*ideſt alium hominem*) heri? *a* Tu non vis eſſe, niſi violentus in terra, neque vis eſſe ex rectè agentibus. 20. Venit autem vir *quidam* ex ultimis partibus civitatis; velociter currebat; *qui* dixit: O Moyſes certè Proceres conſilium agitant contra te, ut occidant te: Egredere ergo: Certè ego *ſum* tibi ex rectè conſulentibus.

a Si

bus. 21. Exivit ergo ab ea timens, *ſibique* cavebat. Dixit: Domine mi, libera me à gentibus iniquis. 22. Cùm autem *a* iter cepiſſet erga Madian, dixit: Fortè eveniet, ut Dominus meus dirigat me æquitate viæ (*ideſt feliciter*). 23. Ubi verò deſcendit ad aquam Madian, invenit circa eam turbam ex hominibus, *qui* adaquabant *pecora ſua*. 24. Et invenit præter eos duas mulieres, *quæ* procul tenebant *ab aquis oves ſuas*. Dixit *illis*: Quod eſt negotium veſtrum? Reſponderunt: Non adaquamus, donec diſceſſerint Paſtores, & Pater noſter *eſt* ſenex grandævus. 25. Adaquavit igitur illis: deindè receſſit ad umbram, & dixit: Domine mi: certè ego illius, quod demiſiſti ad me de bono, *eram* inops (*ideſt indigebam eo bono, quod obtuliſti mihi*). 26. Venit ergo ad eum una earum: incedebat cum verecundia, & dixit: Certè pater meus vocat te, ut rependat tibi mercedem illius *laboris*, quo adaquaſti nobis *oves*. Cùm autem veniſſet ad eum (*ideſt Moyſes ad patrem puellarum*) & narraſſet illi hiſtoriam *rerum ſuarum*, dixit *ei ſenex*: Ne timeas: evaſiſti ex gentibus iniquis. 27. Dixit una earum: O pater mi, conducas eum mercede: certè erit optimus *omnium*, quos mercede conduxiſti: fortis, fidelis. 28. Dixit *Jethro Moyſi*: Equidem volo copulare tibi matrimonio unam filiarum mearum iſtarum, cum pacto, ut ſervias mercede mihi octo annis. Quodſi compleveris decem *annos*, *erit* ex arbitrio tuo: neque volo *hac in re* difficultatem ponere ſuper te. Invenies autem me, ſi voluerit Deus, ex probis. 29. Reſpondit *Moyſes*: Hoc *erit pactum* inter me, & inter te: quemcumque duorum terminorum complevero, *ſive octo, ſive decem annorum*, ne eſto tranſgreſſio ſuper me (*ideſt, ne tenear progredi ulteriùs in ſerviendo tibi*) & Deus ſuper id, quod dicimus, *ſit* procurator (*ideſt teſtis.*) 30. Cùm autem abſolviſſet Moyſes terminum *ſtatutum*, & proficiſceretur cum familia ſua, vidit ex latere Montis Sinai ignem. Dixit familiæ ſuæ: Expectate, nam ego vidi ignem, ut ego afferam vobis ex eo nuncium, aut partem ex igne, ut vos calefiatis. 31. Cùm ergo veniſſet ad eum (*ideſt ignem*) Inclamatum eſt *illi* ex latere Torrentis dextero in valle benedicta, ex arbore: O Moyſes: Ego quidem ſum Deus Dominus *b* ſæculorum. 32. Projice porrò virgam tuam. Cùm autem vidiſſet eam agitare ſeſe, quaſi ipſa *eſſet* anguis, avertit ſe terga vertens, nec regreſſus eſt. *Dixitque illi Deus*: O Moyſes accede, & ne timeas: quippe tu es ex ſecuris. 33. Introduc manum tuam in ſinum tuum: egredietur alba abſque læſione, & contrahe ad te alam tuam (*ideſt manum tuam*) à timore (*ideſt, ſine timore*). Porrò hæc erunt duo *c* ſigna à Domino tuo ad Pharaonem, & proceres ejus: ipſi quippe ſunt homines prævaricantes. 34. Dixit *Moyſes*: Domine mi, certè ego occidi ex eis animam (*ideſt hominem quendam*) quamobrem timeo, ne occidant me. 35. Sed frater meus Aaron eſt eloquentior me lingua: mitte ergo illum mecum *in* auxilium, *ut* veracem probet me: quippe ego timeo, ne mendacem putent me. 36. Dixit *ei Deus*: Mox roboravimus brachium tuum fratre tuo, & tribuemus utrique veſtrum poteſtatem, ita, ut non aſſequantur vos in ſignis noſtris. Vos duo, &, qui ſecutus fuerit vos, *eritis* victores. Cùm autem veniſſet ad eos Moyſes cum ſignis noſtris manifeſtis, dixerunt: Non eſt hoc, niſi præſtigium confictum: neque audivimus de hoc apud Patres noſtros Priores. 38. Dixit autem Moyſes: Dominus meus ſcientiſſimus eſt, quis veniat cum directione de apud ſe (*ideſt, quis ſit à ſe directus ad veritatem*) & cui futurus ſit finis Domus (*ideſt, quis aſſecuturus ſit pro mercede Paradiſum*): Certè non erunt felices Iniqui. 39. Et dixit Pharao: O Proceres, nunquam ſcivi *eſſe* vobis aliquem Deum præter me. Verùm ſuccende mihi, ò Haman, ſuper lutum (*ideſt coque mihi lateres in fornace*) & ædifica mihi turrim excelſam, ut ego aſcendam ad *inſpiciendum* Deum Moyſis: ego autem abſque dubio puto, hunc *eſſe* ex mendacibus. 40. Et ſuperbè ſe geſſit ipſe, & exercitus ejus in terra, ſine juſtitia, & exiſtimaverunt, quòd ipſi ad nos non eſſent reducendi. 41. Itaque ſuſtulimus eum, & exercitus ejus, & projecimus eos in mare. Vide ergo, cujuſmodi fuerit exitus iniquorum. 42. Et poſuimus eos antiſtites, *qui* vocarent *alios poſt ſe* ad Ignem, & die reſurrectionis non adjuva-

a a faciem vertiſſet

b Mundorum.

c argumenta.

adjuvabuntur. 43. Et profequuti ſumus eos in hoc mundo maledictione, & die reſurrectionis ipſi *erunt* ex ignominiosè reprobatis. 44. Et jam quidem dedimus Moyſi Librum, poſtquam perdidiſſemus generationes priores; illuminationes hominibus, & directionem, & miſericordiam, ut ipſi commonefierent. 45. Et non fuiſti in latere occidentali *montis*, cùm deſtinavimus Moyſi negotium *legationis ad Pharaonem*: neque fuiſti ex teſtificantibus (*ideſt non fuiſti præſens*). 46. Sed nos oriri fecimus generationes *multas poſt Moyſen*, & prolongata fuit ſuper eas ætas, & non fuiſti commorans inter habitatores Madian, *a* recitans eis ſigna noſtra: ſed nos fuimus mittentes *te*. 47. Neque fuiſti in latere montis Sinai, cùm vocavimus *Moyſen*: Sed *miſimus te in* miſericordiam à Domino tuo, ut prædicares hominibus, ad quos non venerat ullus prædicator ante te; ut ipſi commonefiant. 48. Et, nonne, ſi incideret eis infortunium, ob id, quod præmiſerunt manus eorum (*ideſt ob peccata ſua*) dicebant: Domine noſter, *b an* miſiſti ad nos Legatum, ut ſequeremur ſigna tua, & eſſemus ex credentibus? 49. Cùm autem venit ad eos veritas à conſpectu noſtro (*ideſt Mahumetus cum Alcorano*) dixerunt: Niſi datum fuerit ei *facere miracula* juxta illud, quod datum fuit Moyſi, *non credemus ei*. An non negaverunt etiam id, quod datum fuit Moyſi anteà: dixerunt *enim de Pentateucho*, & *Alcorano*: Duo præſtigia ſe invicem adjuverunt. Et dixerunt: Certè nos totum (*ideſt utrumque*) *ſumus* abnegantes. 50. Dic *illis*: Afferte ergo librum ex parte Dei, qui *ſit* directior his duobus, *ut* ſequar eum, ſi eſtis veraces. 51. Quodſi non reſponderint tibi, *neque hoc fecerint*: ſcito porrò, quòd ſequuntur deſideria ſua. Quis verò *eſt* errantior, quàm, qui ſequitur deſiderium ſuum ſine directione à Deo? Quippe Deus non dirigit homines iniquos. 52. Et jam quidem pervenire fecimus ad eos Dictum (*ideſt Alcoranum*) ut ipſi commonefierent. 53. Quibus dedimus Librum (*ideſt Judæis, & Chriſtianis*) ante illum (*ideſt Alcoranum*) hi in eum credunt (*ideſt in Alcoranum*). 54. Et, cùm recitatur illis, dicunt: Credimus in eum, quippe ipſe eſt veritas à Domino noſtro; certè nos *eramus* ante eum Moslemi. 55. His dabitur merces eorum duabus vicibus, eo, quòd patientes fuerint, & repulerint bono malum; & ex eo, quod providimus illis, dilargiuntur. 56. Et, cùm audierint ludibria *ab infidelibus*, longè recedunt ab eis, & dicunt: Nobis *ſint* opera noſtra, & vobis opera veſtra. Pax ſuper vos; Non affectamus amicitiam ignorantium. 57. Tu certè non diriges, quem cupis: Sed Deus dirigit, quem voluerit, & ipſe *eſt* ſcientiſſimus de directis (*ideſt, qui ſint directi.*) 58. Et dixerunt *Meccani*: Si ſequeremur directionem tecum, violenter expelleremur è terra noſtra. An verò non firmavimus illis aſylum ſecurum (*ideſt Meccam?*) Deferuntur ad illud fructus omnis rei *in* alimentùm ex parte noſtra: ſed plerique eorum neſciunt. 59. Quot verò perdidimus urbes, *quæ* luxuriosè tranſegerant vitam ſuam, & *c* ecce habitationes eorum non fuerunt habitatæ poſt eos, niſi parùm, & fuimus nos hæreditantes *eas*. 60. Et non fuit Dominus tuus diſperdens urbes, donec ſuſcitaret in metropoli earum Legatum, *qui* legeret illis ſigna noſtra. Neque fuimus perdentes urbes, niſi etiam habitatores earum *eſſent* iniqui. 61. Et id, quod datum eſt vobis rerum, eſt ſupellex vitæ mundanæ, & ornamentum ejus. Sed id, quod *eſt* apud Deum, melius *eſt*, & permanentius. An ergo non intelligitis? 62. An igitur is, cui promiſimus promiſſionem pulchram (*ideſt Paradiſum*) & ipſe aſſecuturus *eſt* eam; *erit*, ſicut ille, cui fruendam dedimus ſupellectilem vitæ mundanæ; deindè ipſe die reſurrectionis *erit* ex præſentandis *gehennæ*. 63. Et die *quadam* vocabit eos *Deus*, & dicet: Ubi *ſunt* conſortes, quos attribuebatis *mihi*? 64. Reſpondebunt illi, quibus competit Dictum (*ideſt decretum de æterna damnatione*:) Domine noſter, hi, quos ſeduximus, ſeduximus eos quemadmodùm *nos* ſeducti fueramus. *Nunc autem* recedimus immunes *ab eis* ad te. Nunquam fuit, quòd *iſti* nos colerent. Et dicetur *illis*, *qui ſeducti fuerunt*: Invocate Aſſociatos veſtros (*ideſt Deos, quos faciebatis mihi ſocios.*) Et invocabunt eos, ſed non reſpondebunt illis, & videbunt pœnam, *quam non vidiſſent*, ſi ſanè ipſi fuiſſent dire-

a ut recitares.

b Si non (*ideſt nonne, ſed ironicè, pro non. Vel ſubintellige: quomodò potuimus credere*)

c illę.

directi. 65. Et die *quadam* vocabit eos *Deus*, & dicet: Quid respondistis legatis? 66. Sed cæca erit apud eos narratio die illa (*ideſt nescient, quid respondeant*): & ipsi non interrogabunt sese mutuò. 67. Porrò, qui conversus fuerit, & crediderit, & operatus fuerit rectè, *a* eveniet, ut sit ex fortunatis. 68. Et Dominus tuus creat, quod vult, & eligit, *quod vult*: non est illis electio (*ideſt, non est diis potestas eligendi*). Laus Deo, & procul absit ab eo, quod *illi* associant. 69. Et Dominus tuus scit, quid celent pectora eorum, & quid manifestent *ipsi linguis suis*. 70. Et ipse est Deus: non est Deus, nisi ipse: ipsi laus in primo, & in novissimo (*ideſt in præsenti sæculo, & in futuro*) & ipsi potestas judiciaria, & ad eum reducemini *in die judicii*. 71. Dic: Quid *b* vobis videtur? Si poneret Deus super vos noctem perpetuam usque ad diem resurrectionis; quis Deus præter Deum afferret vobis lucem? An ergo non auditis? 72. Dic: *c* Quid vobis videtur? Si poneret Deus super vos diem perseverantem usque ad diem resurrectionis: quis Deus præter Deum adduceret vobis noctem, *ut* quiescereti in ea? An ergo non videtis? 73. Et ex misericordia sua dedit vobis noctem, & diem, ut quiescereti in ea, &, ut exquireretis *in illo* de liberalitate ejus (*ideſt laboraretis ad victum quærendum*) &, ut vos gratias ageretis. 74. Et die *quadam* vocabit eos *Deus*, & dicet: Ubi *sunt* socii mei, quos attribuebatis *mihi*? 75. Et producemus ex omni gente testem (*nempè Prophetam, seu Legatum uniuscujusque gentis*) & dicemus: Afferte probationem vestram *de eo, quod falsò asserebatis*. Et cognoscent veritatem *esse* Dei, & abscondetur ab eis id, quod commenti fuerant (*ideſt dii eorum*). 76. Porrò *Caron* (*ideſt Core*) fuit ex gente Moysi: Sed insolenter se gessit adversus eos: nam dederamus ei de thesauris *d* tantum, ut claves ejus profectò gravassent turbam hominum præditorum robore. Cùm dixisset ei gens ejus: Ne lætitia efferaris: nam Deus non diligit *insolenter* lætantes. 77. Sed exquire cum eo, quod dedit tibi Deus, Palatium novissimum (*ideſt acquire tibi Paradisum opibus tuis*) &, ne obliviscaris portionis tuæ, *quæ tibi obtigit* ex hoc mundo. Sed benefac *aliis*, sicut benefecit Deus tibi, & ne studeas corrumpere terram; nam Deus non amat corruptores. 78. Respondit: Profectò datum est mihi hoc, *quod habeo*, propter scientiam, quæ *est* apud me. An verò nesciebat, quòd Deus jam perdiderat ante eum *multos* ex generationibus, qui erant valentiores, quàm ille, robore, numerosiores turba? & non interrogabuntur de peccatis suis scelerati, *eo, quòd Deus sciat illa*. 79. Egressus est ergo *Caron* ad gentem suam cum ornatu suo. Dixerunt, qui amabant vitam mundanam: O utinam esset nobis, sicut illud, quod datum fuit Caroni: certè hic *e* habet fortunam magnam. Sed responderunt illi, quibus data fuerat scientia: Væh vobis: præmium Dei melius erit illi, qui crediderit, & operatus fuerit benè: Sed non assequentur illud, nisi patienter sustinentes. 80. Fecimus igitur dehiscere sub eo, & sub Palatio ejus terram: neque fuit illi ulla turba, *quæ* adjuvaret eum præter Deum: neque fuit ex vindicantibus se. 81. Cùm *f* verò perveniſſent ad mane illi, qui desideraverant statum ejus æterna die; dicebant: Papè! Certè Deus largè tribuit proventum, cui vult de servis suis; & coarctat *illum, cui vult*. Nisi benignus fuisset Deus erga nos, certè aperta fuisset sub nobis *terra*. Papè! Certè non prosperabuntur infideles. 82. Illud Palatium novissimum (*ideſt Paradisum*) dabimus illud his, qui non amant elationem in terra, neque corruptionem, & successus *felix erit* timoratis. 83. Qui fecerit bonum, erit illi melius eo. Qui verò fecerit malum, non rependetur iis, qui fecerint mala, nisi *juxta mensuram* illius, quod fuerint operati. 84. Porrò, qui sancivit super te Alcoranum, omninò redditurus est te ad reditum *in Meccam*. Dic: Dominus meus scientissimus *est*, quis veniat cum directione, & quis sit in errore manifesto. 85. Et non sperabas, ut mitteretur ad te Liber *Alcorani*. Sed per misericordiam à Domino tuo *missus fuit*. Ne ergo sis adjutor infidelibus. 86. Et ne avertant te à signis Dei, posteaquam demissa sunt ad te, & voca *homines* ad Dominum tuum, & nullo modo sis ex associantibus. 87. Et ne invoces cum Deo deum alium. Non est Deus, nisi ipse. Omnis res peritura *est* præter faciem ejus: Ipsius *est* potestas judiciaria, & ad eum reducemini *in die judicii*.

a facilè evenit

b An vobis videtur?

c An:

d Quantum certè.

e *Est* habet.

f Et pervenerunt.

NOTÆ.

INſcribitur Sura القصص *Hiſtoria*, eò, quòd hęc dictio in verſu illius vigeſimo ſexto reperiatur; ex ridicula Arabum, de qua alibi diximus, conſuetudine, ut ex aliqua dictione, quæ incidenter, & nihil ad materiam propoſitam faciens in capite, vel Sura legatur, totum caput inſcribatur. Meccana abſolutè cenſetur: quidam tamen excipiunt verſum 84. *Porrò, qui ſancivit ſuper te Alcoranum*. & V. 53. *Quibus dedimus Librum*, & ſequentes uſque ad finem verſus 56. In numero verſuum non omnes conveniunt. Plerique ſeptem ſupra octoginta enumerant, quos ego ſequutus ſum.

Præmium legentis requiris? Audi: من قرء سورة القصص كان له من الاجر بعدد من صدق موسى وكذب ولم يبق ملك فى السموات والارض الا شهد له يوم القيمة انه كان صادقا. *Qui legerit Suram Hiſtoriæ habebit mercedem pro numero eorum, qui crediderunt in Moyſen, & eorum etiam, qui non crediderunt in eum. Neque remanebit Angelus in Cælo, neque in terra, qui in die reſurrectionis non teſtificetur, illum fuiſſe veracem.* An, etiamſi fuerit mendaciſſimus? Ita tenendum eſt; dummodò legerit hanc Suram.

I. *T. S. M.*] Arab. طسم. Vide, quæ ſuprà diximus.

VII. *Lacta illum*] فارضعته ثلاثة اشهر لا يبكى وخافت عليه فوضعته فى تابوت مطلى بالقار داخل ممهد له فيه واغلقته: *Et lactavit eum tribus menſibus, quibus nunquam flevit. Sed timens ei ab Ægyptiis, poſuit eum in arca illita pice, compoſita interiùs in modum cunarum, & clauſit eam.*

VIII. *Collegit autem eum familia Pharaonis.*] Gel. فوضعوه بين يديه وفتح واخرج موسى منه وهو يمص من ابهامه لبنا: *Expoſuerunt arcam ante Pharaonem, & aperuerunt eam, & eduxerunt infantem, qui ſugebat lac è digito pollice ſuo.*

XV. *Et invenit in ea duos viros inter ſe digladiantes.*] Inde orta rixa, quia, ut ſcribit Gelal: القبطى يتسخر الاسرايبلى حطبا الى مطبخ فرعون *Ægyptius volebat vi cogere Iſraelitam ad ligna ferenda pro ſervitio familiæ Pharaonis.*

XIX. *Dixit ille: O Moyſes.*] Refert hoc Gelal ad virum Iſraelitam, quippè qui, cùm audiſſet, ſe à Moyſe ſuperiùs contumeliosè appellari, exiſtimavit eumdem voluiſſe ſibi vim inferre, cùm Ægyptium manu repellendo, ipſum etiam eodem impetu repulit, utpotè cum Ægyptio in rixa implicatum.

XXII. *Cùm autem iter cępiſſet erga Madian.*] Notat Gelal ab urbe Menpheos ad regionem Madian, octo dierum iter interceſſiſſe. Cùm autem viam ignoraret, ارسل الله اليه ملكا بيده عنزة فانطلق به اليها; *miſit Deus ad eum unum Angelum, qui habebat brevem virgam in manu: eoque duce profectus eſt in Madian.*

XXV. *Adaquavit igitur.*] Gelal ſcribit, Moyſen adaquaſſe gregem earum من بئر اخرى بقربها رفع حجرا عنها لا يرفعه الا عشرة انفس: *ex alio puteo vicino, à cujus ore ſuſtulit lapidem, quem decem homines elevare non potuiſſent.* Idem habet, ſed magis hyperbolicè Jahias: هنا بئر غيرها ولكن عليها صخرة لا يرفعها الا اربعون رجلا فرفعها موسى وحده: *Ibi erat alius puteus, ſed coopertus ſaxo tam vaſto, ut quadraginta viri non poſſent illud elevare: & tamen Moyſes ſolus ſuſtulit illud.* Eodem propè modo ineptit Zamchaſcerius: وروى ان الرعاء كانوا يضعون على راس البئر حجرا لا يقله الا سبعة رجال وقيل عشرة وقيل اربعون وقيل مائة فاقله وحده: روى انه سالهم دلو من ماء فاعطوه دلوهم وقالوا استق بها وكان لا ينزعها الا اربعون فاستقى بها وقيل كانت بئر اخرى وعليها الصخرة. *Fertur autem paſtores conſuevisſe ponere ſuper os putei lapidem, quem, nonniſi ſeptem viri elevare potuiſſent. Alii dicunt decem: alii quadraginta: alii centum: & tamen elevavit eum ſolus Moyſes. Fertur etiam ipſum poſtulaſſe à paſtoribus ſitulam ad hauriendam aquam, quam ſolum quadraginta homines poterant extrahere. Cùmque illi obſecuti fuißent, ipſe ſolus eam extraxit, oveſque adaquavit. Quidam dicunt fuiße alium puteum, & ſuper os ejus poſitum fuiſſe lapidem illum.*

XXVI. *Venit ergo ad eum una earum.*] Pueriliter more ſuo nugatur hìc Gelal: فاجابها منكرا فى نفسه اخذ الاجر وكانها قصدت المكافاة ان كان ممن يريدها فمشت بين يديه فجعلت الريح تضرب ثوبها فتكشف ساقها فقال لها امشى خلفى ودلينى على الطريق ففعلت الى ان جاء اباها وهو شعيب عم عنده عشاء قال له اجلس فتعش قال اخاف ان يكون عوضا مما سقيت لها وانا اهل بيت لا نطلب على عمل خير عوضا قال لا عادتى وعادة ابائى نقرى الضيف ونطعم الطعام فاكل واخبره بحاله. *Et obſecutus fuit puellæ, intendens nullam recipere mercedem, & quaſi ipſa exiſtimaret ſatis eſſe ſibi, ſi Moyſes vellet eam accipere, ante ibat illum: ventus verò cępit agitare veſtes ejus, & detegere crura ejus. Quamobrem dixit ei Moyſes: Incede poſt me, & indica mihi viam. Fecit hoc puella, donec pervenit cum ea ad Patrem ejus Scioaib, apud quem erat cęna præparata: Dixit ei: Sede, & cœna. Reſpondit; timeo, ne ſit hæc cęna pro eo, quod adaquavi illi oves, & ego ſum ex ea domo, in qua pro opere bono non exigimus mercedem. Dixit: non eſt conſuetudinis meæ, vel patrum meorum, ut non excipiamus hoſpites, & cibemus illos. Itaque comedit, & certiorem fecit eum de ſtatu ſuo.*

XXX.

XXX. *Cùm ergo absolvisset Moyses terminum statutum.*] Hìc etiam fabulatur Glossator. Fingit enim, antequam Jethro committeret curam gregum suorum Moysi, præcepisse filiæ suæ, quam scilicet eidem desponderat ان تعطى موسى عصًا يدفع بها السباع عن غنمة وكانت عصا الانبيآ عنده فوقع فى يدها عصا أدم من آس الجنة فاخذها بعلم شعيب :

ut traderet Moysi virgam, qua à grege feras abigeret. Erat autem penes eum virga Prophetarum. Et cecidit in manum filiæ Virga Adæ facta ex myrto Paradisi: quam accepit Moyses cum scientia Jethro.

XXXI. *In valle Benedicta, & arbore.*] Hanc arborem censet Interpres fuisse Vitem, seu rubum, sive arborem aliam spinosam.

XXXIX. *Ædifica mihi turrim.*] Zamchascerius ita fabulam dilatat. روى انه لما امر فرعون ببنآ الصرح جمع هامان العمّال حتى اجتمع خمسون الف بناء سوى الاتباع والاجراء وامر بطبخ الاجر والجصّ ونجر الخشب وضرب المسامير فشدّوه حتى بلغ ما لم يبلغه بنيان احد من الخلق فكان البانى لا يقدر ان يقوم على راسه يبنى فبعث الله جبرايل عنه غروب الشمس فضربه بجناحه فقطعه ثلث قطع قطعة وقعت على عسكر فرعون فقتلت الف الف رجل ووقعت قطعة فى البحر وقطعة فى المغرب ولم يبق من عمالة الاّ وقد هلك ويروى فى هذه القصّة ان فرعون ارتقى فوقه فرمى بنشابة نحو السماء فردّت اليه وهى ملطوخة بالدم فقال قد قتلت اله موسى فبعدها بعث الله جبرايل لهدمه. *Habetur ex relatione, cùm præcepisset Pharao, ut turris ædificaretur, congregasse Haman ad quinquaginta millia ædificatores, præter operarios, & mercenarios: & præcepisse coqui lateres, & gypsum, & dolari trabes, & confici clavos. Construxerunt itaque turrim ea altitudine, qua nunquam alia antèa constructa fuerat: itaut jam non possent ædificatores consistere supra verticem ejus, ad prosequendum ædificium. Deus autem ad occasum Solis misit Gabrielem, qui ala sua turrim in tres partes diffregit: quarum una cecidit super castra Pharaonis, & occidit decies centena millia virorum. Altera pars cecidit in mare: & tertia pars in occidentales plagas. Nec ullus fuit operariorum, qui non statim periret. Additur in hac historia, Pharaonem ascendisse super cacumen turris, & jecisse jaculum in Cœlum, quod rediit ad eum sanguine aspersum: quamobrem dixit: Occidi Deum Moysi. Postea misit Deus Gabrielem, qui diruit funditùs turrim.*

XLVIII. *Et nonne, si incideret eis infortunium?*] Versiculi hujus sententia videtur esse: Si Meccanis infortunium aliquod, vel flagellum à Deo incideret propter peccata eorum, antequam à Mahumeto prænonerentur ex parte Dei: dicebant, vel dicere poterant, Deum erga se non justè egisse, eò, quòd puniret eos, antequam ipsos per Prophetam aliquem, vel Legatum præmoneret, ut pœnitentiam agerent, vel ut veram Religionem sequerentur.

XLIX. *Duo præstigia se invicem adjuverunt.*] Duplex hìc est lectio سحران, *duo præstigia*: idest Pentateuchus, & Alcoranus. Et ساحران, *duo præstigiatores*: nempè, Moyses, & Mahumetus.

LIII. *Quibus dedimus Librum.*] Gelal: نزل فى جماعة اسلموا من اليهود كعبد الله بن سلام وغيره ومن النصارى قدموا من الحبشة والشام :

Hæc revelata sunt ex occasione multorum, qui Mahumetizaverant ex Judæis, inter quos erat Abdallah filius Salam, & ex Christianis, qui ex Æthiopia, & Syria advenerant.

LXXVI. *Porrò Caron.*] De Carone, seu Core multa fabulosè effutiunt Arabes, inter quos Ismael filius Aly in suo Chronico: Cap. فى ذكر قارون *De commemoratione Caronis*, hæc habet وكان قارون احسنهم صورةً واكثرهم مالاً وهو ابن عمّ موسى وكان قد رُزق من المال ما يضرب به المثل: قيل كانت مفاتيح خزاينه تحمل على اربعين بغلاً وبنا دارًا عظيمةً صفحها بالذهب وجعل ابوابها بالذهب فتكبّر قارون بسبب كثرة ماله على موسى واتفق مع بنى اسرايل على قذفه والخروج عن طاعته واحضر امراةً بغيًا وجعل لها جُعلاً وامرها ان تقذف موسى بنفسها واتفق معها على ذلك ثم اتى موسى فقال ان قومك قد اجتمعون فخرج اليهم موسى فخطبهم وقال من سرق قطعناه ومن افترى جلدناه ومن زنا رجمناه: فقال له قارون وان كنتَ انت قال موسى نعم وان كنتُ انا قال قارون فان بنى اسرايل يزعمون انك فجرتَ بفلانة قال موسى فادعوها فان قالت عنّى شيًا فهو كما قالت * فلما جاءت قال لها موسى اقسمتُ عليكِ بالذى انزل التوراة الاّ صدقت انا فعلت بك ما يقول هؤلاء فقالت لا والله كذبوا ولكن جعلوا لى جُعلاً على ان اقذفك فاوحى الله تعالى الى موسى مُرّ الارض بما شيت تعطيك قال موسى يا ارض خذيهم فجعل قارون يقول يا موسى ارحمنى وموسى يقول يا ارض خذيهم حتى ابتلعهم الارض ثم خسف بهم وبدار قارون والله اعلم.

* deest aliquid.

Erat

Erat autem Caron inter Iſraelitas pulcherrimus forma, & ditiſſimus opibus, filius patrui Moyſis. Copia verò divitiarum ejus tanta erat, ut jam in proverbium abiret. Claves apothecarum ejus onerabant quadraginta mulos. Ædificaverat autem palatium ingens, quod laminis aureis contexerat: portas item ejus ex auro confecerat. Efferebat verò ſe Caron ſupra Moyſen ob copiam divitiarum ſuarum: & conſpiravit cum Iſraelitis de calumniando eum, & de ſchiſmate contra eum faciendo. Adduxitque mulierem ſcortatricem, pollicitúſque eſt ei mercedem, ſi aſſeruiſſet, Moyſen rem ſecum habuiſſe. Cùm autem cum ea de hoc conveniſſet, profectus ad Moyſen dixit ei: Populus tuus jam ſimul congregatus eſt. Cùm ergo Moyſes veniſſet ad eos, cœpit concionari, ac dicere: Si quis furatus fuerit, abſcindemus manus ejus. Si quis mentitus fuerit, flagellabimus eum. Si quis mœchatus fuerit, lapidabimus eum. Tunc dixit ei Caron: At, ſi tu hoc feceris? Reſpondit Moyſes: Ego quoque, ſi hoc fecero, hanc pœnam ſubibo. Tunc Caron: Atqui filii Iſrael aſſerunt te mœchatum fuiſſe cum tali fœmina. Reſpondit Moyſes: Adducite eam hùc: &, ſi quid tale de me protulerit, habeatur verum. Cùm autem adveniſſet mulier, dixit ei Moyſes: Adjuro te per eum, qui tradidit mihi Pentateuchum, ut dicas mihi verè, utrum ego fecerim in te id, quod iſti dicunt. Reſpondit Mulier: Per Deum non eſt ita: & iſti mentiuntur: Sed obtulerunt mihi mercedem, ut te ita calumniarer. Tunc dixit Deus Moyſi per revelationem: Præcipe terræ id, quod vis; nam obediet tibi: dixitque Moyſes: O terra, abſorbe eos. Tunc cœpit Caron dicere: O Moyſes miſerere mei. At Moyſes pergebat dicens: O terra, abſorbe eos: donec terra dehiſcens abſorbuit eos unà cum palatio Caronis. Et Deus hæc optimè novit. Hactenùs Iſmael. Aliquantò modeſtiùs Gelal tradit, claves theſaurorum Core oneraſſe ſeptuaginta viros, vel juxta alios, quadraginta: quamvis alii dicant decem: alii plures, vel pauciores.

LXXVIII. *Propter ſcientiam, quæ eſt apud me.*] Gelal: وكان اعلم بنى اسرايبل بالتوراة بعد موسى وهرون *Erat enim doctiſſimus omnium Iſraelitarum in Pentateucho poſt Moyſen, & Aaron.*

LXXIX. *Egreßus eſt ergo Caron.*] Gelal: فخرج قارون بالتباعة الكثيرن ركبانًا متحلّين بملابس الذهب والحرير على خيول وبغال متحلّيــــــة: *Egreßus eſt autem Caron cum magna turba aſſeclarum equitantium, qui ornati erant veſtibus auro, ſericoque intertextis, ſuper equos, & mulos ornatos.*

REFUTATIONES.

I. COnfundit Mahumetus Sacras hiſtorias. Ponit enim Haman Conſiliarium Pharaonis, cùm Aſſuero Perſarum Regi à conſiliis fuerit. Fingit prætereà, Pharaonem juſſiſſe extrui ſibi Turrim ſublimem, ex cujus vertice Deum Moyſis inferiorem ſibi videret: quod commentum haud dubium eſt, quin ex Babelicæ turris ædificatione deſumpſerit. Certè nihil hujuſmodi de Pharaone in Sacris literis habetur, & quidquid ſit, inaniſſimam præſefert fabulam. Ea etiam, quę ad decretum Pharaonis de occidendo Moyſe infante, & ad lactatrices ab eodem Moyſe rejectas, Rabbinicas ſapiunt nugas: neque probabile eſt, ſi hæc vera eſſent, Moyſen ipſum in Pentateucho ea prætermiſſurum fuiſſe.

II. Cùm Moyſes virum Ægyptium ad juſtam Iſraelitæ defenſionem occiderit, non videtur tàm gravis peccati reus fuiſſe, ut Alcoranus introducere debeat eum adeò facti illius pœnitentem, & promittentem ſe nunquam in poſterum fore improbis adjutorem. Neque verò adjuverat improbum ullum, vel ſceleſtum (hoc enim ſignificat Arabicè الكافر quam dictionem exponit Gelal: المجرم *infidelem*) ſed fidelem Iſraelitam injuſtè ab Ægyptio vexatum.

III. Turpiter hallucinatur Mahumetus, cùm duorum, quos ſecunda vice dirimere voluit Moyſes, alterum Iſraelitam, alterum verò Ægyptium fuiſſe ſupponit. Ex ſacro enim Textu, Exodi cap. 2. apertiſſimè conſtat, utrumque Hebræum, ſive Iſraelitam fuiſſe.

IV. In eo etiam errat, quòd duas tantùm Jethro (quem ipſe inſulsè Scioaib appellat) filias fuiſſe crediderit. Exodi enim cap. 2. dicitur: *Erant autem Sacerdoti Madian ſeptem filiæ, quæ venerant ad hauriendam aquam.* At ipſe, nonniſi duas veniſſe narrat. Prætereà mendacium eſt manifeſtum, Moyſen hauſiſſe aquam ex puteo, ſive illo, ſive alio, auferendo lapidem tàm grandem, & cætera agendo, quæ Alcorani Interpretes communi conſenſu fabulantur. Jam enim puellæ ante Moyſis adventum hauſerant aquam ex puteo, & impleverant canales ad oves ſuas adaquandas: cùmque paſtores eas à canalibus repellerent, Moyſes defendit puellas, earumque oves adaquavit. Et, quamvis è puteo novam hauſerit aquam, non tamen opus fuit, ut lapidem ullum ab ejus ore removeret, cùm jam puellæ ipſę removiſſent, quod arguit, lapidem illum non adeò grandem fuiſſe, qualem fingunt Mahumetani.

V. Ea, quæ habentur hìc de Moyſe, & Jethro, & duabus filiabus ejus, & de pacto ſervitutis annorum in paſcendis gregibus, apparet manifeſtè eſſe centonem, ac miſcellam duarum hiſtoriarum, quarum altera eſt de Jethro, & Moyſe, & habetur Exod. cap. 2. & 3. Altera, quæ legitur in Genes. cap. 29. de Jacob, & Laban, & duabus filiabus ejus, in qua etiam habetur illud, quod de lapide poſito ſuper puteum, hìc intrudunt Interpretes Alcorani. Ita mos eſt Mahumeti, & Mahumetanorum Sacras hiſtorias confundere, ac permiſcere.

VI. Fallitur hìc, ut alibi ſuprà, Impoſtor, dùm ponit viſionem Moyſis in monte Horeb in itinere ex Madian in Ægyptum. Habuit enim illam Moyſes, cùm adhuc in terra Madian verſaretur, & paſceret oves Jethro ſoceri ſui, ut patet ex lib. Exod. cap. 3.

VII. Jam dixi, turrim illam tàm portentoſam juſſu Pharaonis extructam, commentum eſſe ex Babylonicæ Turris conſtructione deſumptum.

VIII. Dùm Mahumetus fingit dici ſibi à Deo, ſe non fuiſſe præſentem illis, quæ tunc ei revelabat de hiſtoria Moyſis, & quæ (ut exponit Gelal) ob diuturnitatem temporis, & hominum incuriam jam erant obliterata, nihil aliud intendit, quàm ſimplicioribus perſuadere, ſe eſſe verè prophetam, qui res præteritas

tas omnibus ignotas, ita exactè enarraret. Verùm hæc ſemper fuerunt univerſis notiſſima, tàm Chriſtianis, quàm Judæis: nec ullam partem habet in eis Mahumetus, vel Alcoranus, præter nugas, & fabulas à ſe ſuperadditas.

IX. Quamvis ea, quæ refert Alcoranus de Carone, ſeu Core, non ſint adeò diſſona ab iis, quæ de eodem in libro Num. cap. 16. narrantur: ſi tamen illius Interpretes audiamus, pleraque falſa, ac ficta manifeſtè apparent. Neque etiam verum eſſe poteſt id, quod Alcoranus ipſe affirmat: fuiſſe ſcilicet tàm multas apothecas, & theſauros Core, ut eorum claves robuſtiſſimorum virorum turbam gravaſſent. Porrò vox Arabica عصبة, juxta doctiores Arabes eſt turba hominum à decem uſque ad quadraginta. Ut autem decem tantùm, eoſque robuſtiſſimos fuiſſe ponamus: nonne cujusvis domus regiæ, vel Cæſareæ theſaurorum claves geſtare potuiſſent? Ubi verò tot theſaurorum promptuaria, & ubi tàm ingens palatium habere potuit Core in deſerto, ubi omnes ſub tabernaculis portatilibus habitabant?

سورة العنكبوت مكيّة وهى تسع وستّون آية

SURA XXIX.

ARANEA.

MECCANA:

COMMATUM SEXAGINTA NOVEM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 الم ۞ 2 أحسب الناس أن يتركوا أن يقولوا آمنا وهم لا يفتنون ۞ 3 ولقد
فتنا الذين من قبلهم فليعلمن الله الذين صدقوا وليعلمن الكاذبين ۞ 4 أم حسب الذين
يعملون السيّئات أن يسبقونا ساء ما يحكمون ۞ 5 من كان يرجو لقاء الله فإن أجل الله
لآت وهو السميع العليم ۞ 6 ومن جاهد فإنما يجاهد لنفسه إن الله لغني عن العالمين ۞
7 والذين آمنوا وعملوا الصالحات لنكفرن عنهم سيّاتهم ولنجزينهم أحسن الذي كانوا
يعملون ۞ 8 ووصّينا الإنسان بوالديه حسنا وإن جاهداك لتشرك بي ما ليس لك به علم
فلا تطعهما إلي مرجعكم فأنبئكم بما كنتم تعملون ۞ 9 والذين آمنوا وعملوا الصالحات
لندخلنّهم في الصالحين ۞ 10 ومن الناس من يقول آمنا بالله فإذا أوذي في الله
جعل فتنة الناس كعذاب الله ولئن جاء نصر من ربّك ليقولنّ إنا معكم أو ليس الله
بأعلم بما في صدور العالمين ۞ 11 وليعلمنّ الله الذين آمنوا وليعلمنّ المنافقين ۞
12 وقال الذين كفروا للذين آمنوا اتّبعوا سبيلنا ولنحمل خطاياكم وما هم بحاملين من
خطاياهم من شيء إنهم لكاذبون ۞ 13 وليحملنّ أثقالهم وأثقالا مع أثقالهم وليسئلنّ
يوم القيمة عمّا كانوا يفترون ۞ 14 ولقد أرسلنا نوحا إلي قومه فلبث فيهم ألف سنة إلا
خمسين عاما فأخذهم الطوفان وهم ظالمون ۞ 15 فأنجيناه وأصحاب السفينة وجعلناها آية
للعالمين ۞ 16 وإبراهيم إذ قال لقومه اعبدوا الله واتّقوه ذلكم خير لكم إن كنتم
تعلمون ۞ 17 إنما تعبدون من دون الله أوثانا وتخلقون إفكا إن الذين تعبدون من
دون

دون الله لا يملكون لكم رزقا فابتغوا عند الله الرزق واعبدوه واشكروا له اليه ترجعون ۞
18 وان تكذبوا فقد كذب امم من قبلكم وما على الرسول الا البلاغ المبين ۞
19 اولم يروا كيف يبدي الله الخلق ثم يعيده ان ذلك على الله يسير ۞ 20 قل
سيروا في الارض فانظروا كيف بدا الخلق ثم الله ينشئ النشاة الاخرة ان الله على
كل شيء قدير ۞ 21 يعذب من يشاء ويرحم من يشاء واليه تقلبون ۞ 22 وما انتم
بمعجزين في الارض ولا في السماء وما لكم من دون الله من ولي ولا نصير ۞ 23 والذين
كفروا بايات الله ولقايه اولايك يئسوا من رحمتي واولايك لهم عذاب اليم ۞ 24 فما كان
جواب قومه الا ان قالوا اقتلوه او حرقوه فانجيه الله من النار ان في ذلك لايات لقوم
يومنون ۞ 25 وقال انما اتخذتم من دون الله اوثانا مودة بينكم في الحيوة الدنيا
ثم يوم القيمة يكفر بعضكم ببعض ويلعن بعضكم بعضا ومأويكم النار وما لكم من
ناصرين ۞ 26 فامن له لوط وقال اني مهاجر الى ربي انه هو العزيز الحكيم ۞ 27 ووهبنا
له اسحق ويعقوب وجعلنا في ذريته النبوة والكتاب واتيناه اجره في الدنيا وانه في
الاخرة لمن الصالحين ۞ 28 ولوطا اذ قال لقومه انكم لتاتون الفاحشة ما سبقكم بها
من احد من العالمين ۞ 29 انكم لتاتون الرجال وتقطعون السبيل وتاتون في ناديكم
المنكر فما كان جواب قومه الا ان قالوا ايتنا بعذاب الله ان كنت من الصادقين ۞
30 قال رب انصرني على القوم المفسدين ۞ 31 ولما جاءت رسلنا ابراهيم بالبشري قالوا
انا مهلكوا اهل هذه القرية ان اهلها كانوا ظالمين ۞ 32 قال ان فيها لوطا قالوا
نحن اعلم بمن فيها لننجينه واهله الا امراته كانت من الغابرين ۞ 33 ولما ان جاءت
رسلنا لوطا سيء بهم وضاق بهم ذرعا وقالوا لا تخف ولا تحزن انا منجوك واهلك الا امراتك
كانت من الغابرين ۞ 34 انا منزلون على اهل هذه القرية رجزا من السماء بما كانوا
يفسقون ۞ 35 ولقد تركنا منها اية بينة لقوم يعقلون ۞ 36 والى مدين اخاهم شعيبا فقال
يا قوم اعبدوا الله وارجوا اليوم الاخر ولا تعثوا في الارض مفسدين ۞ 37 فكذبوه
فاخذتهم الرجفة فاصبحوا في دارهم جاثمين ۞ 38 وعادا وثمود وقد تبين لكم من
مساكنهم وزين لهم الشيطان اعمالهم فصدهم عن السبيل وكانوا مستبصرين ۞ 39 وقارون
وفرعون وهامان ولقد جاءهم موسى بالبينات فاستكبروا في الارض وما كانوا سابقين ۞
40 فكلا اخذنا بذنبه فمنهم من ارسلنا عليه حاصبا ومنهم من اخذته الصيحة ومنهم من خسفنا
به الارض ومنهم من اغرقنا وما كان الله ليظلمهم ولكن كانوا انفسهم يظلمون ۞
41 مثل الذين اتخذوا من دون الله اولياء كمثل العنكبوت اتخذت بيتا وان اوهن
البيوت

العنكبوت لبيت العنكبوت لو كانوا يعلمون ۝ 42 إن الله يعلم ما يدعون من دونه من
شيء وهو العزيز الحكيم ۝ 43 وتلك الامثال نضربها للناس وما يعقلها إلا العالمون ۝
44 خلق الله السموات والارض بالحق إن في ذلك لاية للمومنين ۝ 45 اتل ما اوحي اليك
من الكتاب واقم الصلوة إن الصلوة تنهى عن الفحشاء والمنكر ولذكر الله اكبر والله يعلم
ما تصنعون ۝ 46 ولا تجادلوا اهل الكتاب إلا بالتي هي احسن إلا الذين ظلموا منهم
وقولوا امنا بالذي انزل الينا وانزل اليكم والهنا والهكم واحد ونحن له مسلمون ۝
47 وكذلك انزلنا اليك الكتاب فالذين اتيناهم الكتاب يومنون به ومن هولاء من يومن
به وما يجحد بايتنا إلا الكافرون ۝ 48 وما كنت تتلو من قبله من كتاب ولا تخطه
بيمينك إذا لارتاب المبطلون ۝ 49 بل هو ايات بينات في صدور الذين اوتوا العلم وما
يجحد بايتنا إلا الظالمون ۝ 50 وقالوا لولا انزل عليه ايات من ربه قل إنما الايات عند الله
وإنما انا نذير مبين ۝ 51 اولم يكفهم انا انزلنا عليك الكتاب يتلى عليهم إن في ذلك
لرحمة وذكرى لقوم يومنون ۝ 52 قل كفى بالله بيني وبينكم شهيدا يعلم ما في
السموات والارض والذين امنوا بالباطل وكفروا بالله اولايك هم الخاسرون ۝ 53 ويستعجلونك
بالعذاب ولولا اجل مسمى لجاءهم العذاب ولياتينهم بغتة وهم لا يشعرون ۝ 54 يستعجلونك
بالعذاب وإن جهنم لمحيطة بالكافرين ۝ 55 يوم يغشيهم العذاب من فوقهم ومن تحت ارجلهم
ويقول ذوقوا ما كنتم تعملون ۝ 56 يا عبادي الذين امنوا إن ارضي واسعة فاياي فاعبدون ۝
57 كل نفس ذايقة الموت ثم الينا ترجعون ۝ 58 والذين امنوا وعملوا الصالحات لنبوينهم من الجنة
غرفا تجري من تحتها الانهار خالدين فيها نعم اجر العاملين ۝ 59 الذين صبروا وعلى ربهم
يتوكلون ۝ 60 وكاين من دابة لا تحمل رزقها الله يرزقها وإياكم وهو السميع العليم ۝
61 ولين سالتهم من خلق السموات والارض وسخر الشمس والقمر ليقولن الله فاني
يوفكون ۝ 62 الله يبسط الرزق لمن يشاء من عباده ويقدر له إن الله بكل شيء عليم ۝
63 ولين سالتهم من نزل من السماء ماء فاحيا به الارض من بعد موتها ليقولن الله قل الحمد لله
بل اكثرهم لا يعقلون ۝ 64 وما هذه الحيوة الدنيا إلا لهو ولعب وإن الدار الاخرة لهي
الحيوان لو كانوا يعلمون ۝ 65 فاذا ركبوا في الفلك دعوا الله مخلصين له الدين فلما نجيهم إلى
البر إذا هم يشركون ۝ 66 ليكفروا بما اتيناهم وليتمتعوا فسوف يعلمون ۝ 67 اولم يروا انا
جعلنا حرما امنا ويتخطف الناس من حولهم افبالباطل يومنون وبنعمة الله يكفرون ۝ 68 ومن
اظلم ممن افترى على الله كذبا او كذب بالحق لما جاءه اليس في جهنم مثوى للكافرين ۝
69 والذين جاهدوا فينا لنهدينهم سبلنا وإن الله لمع المحسنين ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. AL. M. 2. An exiſtimaverunt homines, quòd relinquerentur (*ideſt ſatis ſibi fore*) ſi dicerent: Credidimus, & ipſi non probarentur, *utrum verè crederent*? 3. Et jam quidem experimentum fecimus eorum, qui *fuerunt* ante ipſos, & quidem novit Deus eos, qui fuerunt veraces *in fide ſua*, & certè novit *eos*, *qui ſunt* mentientes. 4. An exiſtimaverunt, qui operantur mala, quòd prævenient nos, *ne puniamus eos*? Malum eſt, quod judicant (*ideſt falluntur cum ſuo malo in hac exiſtimatione*). 5. Qui ſperaverit occurſum Dei (*ideſt futurum judicium*) profectò terminus Dei (*ideſt à Deo homini prefixus*) certè venturus *eſt*, & ipſe eſt Auditor, Cognitor. 6. Et, qui decertaverit *pugnans pro Religione*: utique decertabit animæ ſuæ: nam Deus profectò Dives eſt abſque *a* omnibus creaturis (*ideſt nullius eget*). 7. Et, qui crediderint, & fecerint recta, certè expiabimus ab eis mala eorum: & profectò retribuemus eis pulcherrimum *præmium* illius, quod fuerint operati. 8. Et mandavimus homini erga Parentes ſuos beneficentiam. Quodſi *parentes* pugnaverint contra te (*ideſt ſollicitaverint te*) ut aſſocies in me id, de quo non eſt tibi ſcientia (*ideſt, Deos, quos ignoras*) ne obedias eis. Ad me erit reditus veſter, & nunc enarrabo vobis id, quod fueritis operati. 9. Qui autem crediderint, & operati fuerint recta, profectò introducemus eos *in Paradiſum* cum Probis. 10. Et ex hominibus quiſpiam dicit: Credidimus in Deum. At, cùm vexatus fuerit pro Deo, ducit vexationem hominum, tanquam pœnam Dei (*ideſt timet eum eodem modo, quo pœnam Dei*). Et quidem, ſi venerit *fidelibus* auxilium á Domino tuo, profectò dicent: Nos certè fuimus vobiſcum (*ideſt in veſtra religione.*) An verò non eſt Deus ſcientiſſimus de eo, quod eſt in pectoribus *b* omnium creaturarum? 11. Et certiſſimè cognoſcet Deus eos, qui crediderint, & certiſſimè cognoſcet Impios. 12. Et dicunt ii, qui non credunt, illis, qui crediderunt: Sequimini viam noſtram, & portemus peccata veſtra, *ſi in hoc erraveritis*. Verùm ipſi non ſunt portaturi de peccatis eorum quidquam: Quippe ipſi *in hoc* ſunt ſanè mentientes. 13. Sed profectò portabunt pondera ſua, & pondera cum ponderibus ſuis, & certè *c* ratio exigetur ab eis die reſurrectionis de eo, quod mendaciter confinxerunt. 14. Et jam quidem legavimus Noe ad gentem ſuam: manſitque cum eis mille annos præter quinquaginta annos (*ideſt nongentos quinquaginta annos*) poſteà ſuſtulit eos diluvium; & ipſi *erant* iniquè agentes. 15. Et liberavimus eum, & ſocios Arcæ (*ideſt eos, qui erant cum illo in Arca*) & poſuimus eam in ſignum *d* omnibus creaturis. 16. Et *commemora* Abraham, cùm dixit genti ſuæ: ſervite Deo, & timete eum. Hoc *erit* melius vobis, ſi ſcieritis. 17. Profectò colitis præter Deum Idola, & componitis mendacium. Porrò illi, quos colitis præter Deum, non poſſident, *ut dent* vobis, alimentum. Exquirite ergo apud Deum alimentum, & ſervite illi, & gratias agite illi: ad eum reducemini. 18. Quodſi mendacii arguatis *me*, *ò Meccani*: jam porrò mendacii arguerunt gentes ante vos *Prophetas ſuos*, & non *e* incumbit Legato, niſi prædicatio manifeſta. 19. An non viderunt adhuc, quomodò producat Deus creaturam (*ideſt creet homines?*) Deindè redire faciet eam (*ideſt reſuſcitabit eos*) Certè hoc apud Deum eſt facile. 20. Dic: Peragrate terram, & videte, quomodò produxerit creaturas: deindè Deus producet productionem alteram (*ideſt alias creaturas*): quippe Deus *eſt* ad omnem rem potens. 21. Puniet, quem voluerit, & miſerebitur, cujus voluerit, & ad eum revoluemini (*ideſt redibitis in die judicii*). 22. Neque vos infirmaturi *eſtis Deum*, *ne puniat vos* in terra, neque in Cælo: neque *erit* vobis præter Deum aliquis Patronus, neque adjutor. 23. Qui verò non credunt in ſigna Dei, & occurſum ejus, illi deſperabunt de miſericordia mea, & illis *erit* pœna dolorifica. 24. Et non fuit reſponſio gentis ejus (*nempe Abrahæ*) niſi, quòd dixerunt: Occidite eum, vel comburite eum. Sed liberavit eum Deus ab igne. Porrò in hoc *fuerunt* certè ſigna hominibus, qui credebant. 25. Et dixit *illis Abraham*: Profectò accepiſtis præter Deum Idola *cum* amore inter

a Mundis.

b Mundorum.

c Interrogabuntur.

d Mundis.

e eſt ſuper Legatum [*i. non ſpectat ad Legatum*.

vos (*ideſt certantes inter vos de affectu in cultu eorum*) in vita mundana: deindè die reſurrectionis negabunt alii veſtrum alios, & maledicent alii veſtrum aliis, & receptaculum veſtrum *erit* ignis, neque *erunt* vobis ulli adjutores. 26. Credidit autem illi (*nempè Abrahæ*) Lot, & dixit *Abraham*: Certè ego tranſmigraturus ſum *à gente mea* ad Dominum meum (*ideſt ad locum, quem ipſe mihi præceperit*) quippe ipſe *eſt* Præpotens, Sapiens. 27. Et donavimus illi Iſaac, & Jacob, & poſuimus in progenie *a* ejus Prophetiam, & Librum (*ideſt Pentateuchum, Euangelium, Pſalterium, & Alcoranum*) & dedimus ei mercedem ſuam in hoc mundo, & quidem ipſe in futuro ſæculo *erit* ex Probis. 28. Et *memento* Lot, cùm dixit populo ſuo: Ergo ne vos ſanè perpetratis flagitium, in quo non præivit vos ullus ex *b* omnibus creaturis? 29. Ergo ne vos *impudicè* accedítis ad viros; & abſcinditis viam, *ne ullus veniat ad vos, quin hanc injuriam ſuſtineat*, & patratis in conſeſſu veſtro nefarium? Atqui non fuit reſponſio gentis illius, niſi, quòd dixerunt: Fac, ut veniat ad nos punitio Dei, ſi es ex veracibus. 30. Dixit *Lot*: Domine mi, adjuva me adverſus homines corruptores. 31. Cùm autem veniſſent *Angeli* Legati noſtri ad Abraham cum fauſto nuncio, dixerunt: Nos ſanè perdituri *ſumus* habitatores hujus urbis (*ideſt Sodomæ*) nam habitatores ejus ſunt iniqui. 32. Reſpondit *Abraham*: Certè in ea *eſt* Lot. Dixerunt *illi*: Nos ſcientiſſimi *ſumus*, quiſnam *ſit* in ea: certè liberabimus eum, & familiam ejus. Sed uxor ejus erit ex remanentibus *in ſupplicio*. 33. Cùm verò veniſſent Legati noſtri ad Lot, triſtatus eſt propter eos, & anguſtiatus eſt propter eos, brachio (*ideſt anguſtiam ſenſit in corde, timens, ne Cives conſueta eos injuria afficerent*). At *illi* dixerunt: Ne timeas, neque contriſteris: nam nos liberaturi *ſumus* te, & familiam tuam: ſed uxor tua erit ex remanentibus *in pœna*. 34. Nos porrò demiſſuri *ſumus* ſuper hanc urbem ſupplicium è Cœlo ob illud, quod flagitiosè operantur. 35. Et jam quidem reliquimus ex ea ſignum manifeſtum (*ideſt veſtigia ruinæ ejus ad exemplum*) hominibus, *qui* intelligunt. 36. Et ad Madianitas *miſimus* fratrem eorum Scioaib, & dixit *eis*: O populè meus ſervite Deo, & expectate diem noviſſimum, & ne prævaricemini in terra corrumpentes. 37. Sed mendacii incuſaverunt eum: quamobrem ſuſtulit eos terræmotus magnus, & inventi ſunt mane in habitaculo ſuo in genua provoluti. 38. Et *perdidimus quoque* Adæos, & Themudæos, & jam innotuit *hoc* vobis ex *veſtigiis relictis* habitationum ipſorum. Et adornavit eis Satanas opera eorum, avertitque eos à ſemita *recta*: *c* licèt eſſent perſpicaces. 39. Et *d* Caronem, & Pharaonem, & Holman. Et jam quidem venerat ad eos Moyſes cum evidentiis *miraculorum*: ſed ſuperbè ſe extulerunt in terra, & non fuerunt prævenientes (*ideſt, & non potuerunt præcavere, & effugere vindictam noſtram*). 40. Omnes ergo ſuſtulimus in peccatis eorum. Et ex ipſis aliquis miſimus ſuper eum ventum vehementem, & ex ipſis aliquis ſuſtulit eum vox cum clamore *è Cœlo*: & ex ipſis aliquis dehiſcere fecimus ſub eo terram. Et ex ipſis aliquem demerſimus *in mare*. Neque fuit Deus *talis*, ut iniquè tractaret eos: ſed *ipſi* fuerunt, qui ſe ipſos iniquè tractaverunt. 41. Similitudo eorum, qui acceperunt præter Deum patronos, *eſt*, ſicut ſimilitudo Araneæ, *quæ* conſtruxit *ſibi* domum: ſed profectò imbecillima domorum *eſt* ſanè domus Araneæ. Si ſciviſſent *hoc*, *nunquam alios præter Deum coluiſſent*. 42. Porrò Deus novit, quid invocent præter ipſum ex rebus: nam ipſe eſt Præpotens, Sapiens. 43. Et hujuſmodi ſimilitudines proponimus eas hominibus: ſed non intelligunt eas, niſi ſcientes. 44. Creavit Deus Cœlos, & terram cum veritate: certè in hoc *eſt* ſanè ſignum Fidelibus. 45. Recita id, quod revelatum fuit tibi de libro *Alcorani*, & perſolve orationem; quippe oratio removet à flagitiis, & illicito: & certè recordatio Dei *eſt* res maxima; & Deus ſcit id, quod facitis. 46. Et ne diſputetis cum familia Libri (*i. cum Judæis, & Chriſtianis*) niſi cum eo, quod eſt pulcherrimum (*i. verbis humanis, hortando eos ad religionem veſtram*) exceptis illis, qui iniqui fuerint ex eis *contra vos*: *cum his enim non verbis, ſed gladio diſputandum eſt*. Et dicite: Credimus in illud, quod demiſſum fuit ad nos (*ideſt Alcoranum*) & *in id, quod* demiſſum fuit ad vos (*ideſt Pentateuchum, & Euangelium*) & Deus noſter, & Deus veſter unus eſt, & nos *ſumus* ei *e* devoti.

duplex lectio. ذريته ذريتها

a utriuſque.

b Mundis.

c & tamen erant.

d Core.

الجزء الحادى والعشرون Pars vigeſima prima.

e addicti.

ti. 47. Et ita demiſimus ad te librum, & illi, quibus dedimus Librum *Pentateuchi*, credunt in illum (*ideſt Alcoranum*). Et ex his (*ideſt Meccanis*) aliquis credit in eum, & non inficiantur ſigna noſtra, niſi infideles (*ideſt Judæi*). 48. Et non legebas ante hunc ullum librum, neque ſcribebas eum dextera tua: alioquin ſanè dubitaſſent *de veritate illius* Annullantes (*ideſt illi, qui vanitatis inſimulant Alcoranum*). 49. Atqui hic *Alcoranus habet* ſigna evidentia in pectoribus eorum, qui donati ſunt ſcientia: neque inficiantur ſigna noſtra, niſi iniquè agentes (*ideſt Judæi*). 50. Et dicunt *Meccani*: Niſi demiſſa fuerint ſuper eum ſigna *miraculoſa* à Domino ſuo, *non credemus ei*. Reſponde: Certè ſigna *ſunt* penes Deum, & certè ego *ſum tantummodò* Prædicator manifeſtus. 51. An nondùm ſufficit eis, quòd nos miſerimus ſuper te librum, *ut* legatur illis? Certè in hoc *libro* eſt ſanè miſericordia, & commonitio hominibus, *qui* credunt. 52. Dic: Sufficit *a* Deus inter me, & inter vos teſtis. *Ipſe* ſcit id, quod *eſt* in Cœlis, & terra, &, qui credunt in vanitatem (*ideſt in Idola*) & non credunt in Deum, hi ſunt perituri (53. Et petent à te celeritatem pœnæ *à te comminatæ*: quòd ſi non *eſſet* meta *b* determinata certè veniſſet ad eos *hujuſmodi* pœna. Sed profectò adveniet illis repentè, & ipſi non animadvertent. 54. Petent à te accelerationem pœnæ: ſed profectò gehenna ſanè circumdatura *eſt undique* Infideles. 55. Die *quadam* cooperiet eos pœna deſuper eos, & de ſub pedibus eorum, & dicet *illis*: *Deus*. Guſtate id, quod fuiſtis operati. 56. O ſervi mei, qui crediderunt: certè terra mea eſt ſpatioſa: itaque me colite, me. 57. Omnis anima guſtatura *eſt* mortem: deindè ad nos reducemini. 58. Et, qui crediderint, & operati fuerint recta, certè habitare faciemus eos in Paradiſo cœnacula, current de ſub illis flumina, perpetuò moraturos in eis. Euge merces Operantium. 59. Qui patientes fuerunt, & ſuper Dominum ſuum innitebantur. 60. Et quot ex beſtiis, quæ non portant (*ideſt non parant ſibi*) victum ſuum, Deus nutrit illas, & vos, & ipſe eſt Auditor, Cognitor. 61. Et profectò, ſi interroges eos, quis creaverit Cœlos, & terram, & ſubegerit ſervituti *hominum* Solem, & lunam: certè reſpondebunt: Deus. Quomodò ergo mentiuntur, *dùm colunt alios deos*? 62. Deus amplum facit proventum, cui vult de ſervis ſuis, & coarctat illi: quippe Deus in omni re *eſt* ſciens. 63. Et certè, ſi interroges eos: Quis demittit è Cœlo aquam, & vivificat ea terram poſt mortem ejus? Sanè reſpondebunt: Deus. Dic: Laus Deo. Verùm plerique eorum non intelligunt. 64. Et non eſt hæc vita mundana, niſi ludus, & jocus, & profectò Palatium noviſſimum ſanè eſt vita. Si ſcirent *hoc*, *non præferrent illi vitam mundanam*. 65. Cùm autem conſcenderint navim, invocabunt Deum, purè offerentes illi religionem. Poſtquàm autem ſalvos reduxerit eos ad *c* terram, ecce ipſi aſſociabunt *illi alios deos*. 66. Ut ingratos ſe exhibeant pro eo, quod dedimus illis, &, ut fruantur *bonis mundanis*: ſed mox ſcient, *quid ſibi eventurum ſit*. 67. An adhuc non viderunt, quòd nos fecerimus *urbem eorum Meccam*, aſylum ſecurum, cùm diripiantur homines, *qui ſunt in regionibus* circa eos? An ergo in Vanitatem credunt, & beneficiis Dei ſunt ingrati? 68. Quis verò *eſt* iniquior, quàm, qui comminiſcitur adverſus Deum mendacium, vel mentitur contra veritatem, poſtquàm venit ad eum? Nonne erit in gehenna receptaculum Infidelibus? 69. Qui verò pugnaverint pro nobis, profectò dirigemus eos per ſemitas noſtras, & quidem Deus ſanè *eſt* cum benefacientibus.

a In Deō.

b nominata.

c continentem.

NOTÆ.

Nihil eſt Mahumetanis inſulſius, aut inceptius. Ex una dictione, quæ incidenter, & propè extra rem in Sura occurrat, epigraphen Suræ, tamquam illius argumentum præponunt: quemadmodùm vides in præſenti, quæ ex eo; quòd verſu quadrageſimo primo, Infidelium opera Araneæ telis comparentur, Aranea inſcribitur. Et fortaſsè, quæ ſequitur Sura, Muſca inſcriberetur, ſi aliqua illius mentio contigiſſet. Excuſandi nihilominùs ſunt Moslemi: quia, cùm nullus propè verſiculus cum alio coaleſcat; impoſſibile prorsùs erat alicui Suræ argumentum conveniens, & adæquatum præfigere. Habetur hæc Sura cõmuniter Meccana: verùm in codice Baſileenſi legitur: سورة مكّية وروى عن قتادة ان اوّلها الى قوله وليعلمن المنافقين فهو مدنى: *Sura eſt Meccana: ſed habetur ex dicto Cottadæ, principium ejus, uſque ad ea verba: & certiſſimè cognoſcet impios* (verſu undecimo) *eſſe Medinæ traditum*. De numero Verſuum non videtur eſſe controverſia. Præmium Lectoris erit: مـــن قرا

انه عمر الف سنة لم ينقص له سنّ ولم ينقص له قوة ولم تشيب له شعرة : *Ipſe vixit mille annos : non defecit ei dens ullus, neque imminutum eſt ei robur, neque incanuit ei pilus.* In libello, qui inſcribitur باب شرايع الاسلام *Caput de legibus Sectæ Eslamiticæ* ita legimus : واذا قيل لك اخبرنى عن نوح كم عاش فقل عاش الف سنة واربعماية سنة واثنان وعشرون سنة : *Ubi interrogatus fueris : Dic mihi, quandiù vixit Noe ? Reſponde : vixit mille, quadringentos, ac viginti duos annos.*

XXIX. *Acceditis ad viros, & abſcinditis viam.*] Modeſtè innuit flagitia hujus gentis, quam etiam vias abſcidiſſe affirmat, quia, ut exponit Jahias : كنوا يتعرضون للطريق ياخذون الغرباء فيأتونهم فى ادبارهم ولا بفعله بعضهم ببعض . *Obſervabant vias, ut, ſi inde tranſiſſent peregrini, eos caperent, & cum eis præpoſterè coirent, omittentes interim hoc flagitium inter ſeſe perpetrare.*

XLVI. *Et ne diſputetis cum familia libri.*] Gelal: اذا خبروكم بشئ مما فى كتبهم ولا تصدقوهم ولا تكذبوهم فى ذلك : *Cùm allegaverint vobis aliquid è Sacris Libris ſuis : neque credatis illis, tamquam veracibus, neque rejiciatis illos, tamquam mendaces.*

XLVIII. *Et non legebas ante hunc.*] Ratio, ob quam Judæi dubitaturi fuiſſent de Mahumeti veracitate, ſi ante Alcoranum editum ſcribendi, legendique peritus fuiſſet, hæc affertur à Gelale: لو كنت قاريًا كاتبًا لشك اليهود فيك وقالوا الذى فى التوراة امى لا يقراء ولا يكتب : *Si peritus fuiſſes legendi, aut ſcribendi, certè dubitaſſent de te Judæi : dixiſſent enim : Propheta ille, qui in Pentateucho promittitur, aſſeritur futurus eſſe idiota, & legendi, ſcribendique ignarus.*

Qui legerit Suram Araneæ, habebit pro meroede decem bona, pro numero ſingulorum fidelium, & impiorum. Sed faciliùs erit, ut toridem muſcas aucupetur.

XVI. *Manſitque cum eis mille annos, præter quinquaginta.*] Hoc erit verum, ſi computemus vitam Noe univerſam, quæ nongentos quinquaginta annos complexa eſt. Sed Alcoranus nimis apertè loquitur de illis tantùm annis, quibus Noe uſque ad diluvium legationem inter ſuos exercuit. Hanc autem, nonniſi anno ætatis ſuæ quadrageſimo exorſus eſt juxta ſententiam Gelalis, cui adhæret Zamchaſcerius ita ſcribens كان عمر نوح عمّ الفا وخمسين سنة بُعث على راس اربعين ولبث فى قومه تسعماية وخمسين وعاش بعد الطوفان ستين وعن وهب انه عاش الفا واربعماية سنة : *Fuit vita Noe mille, & quinquaginta annorum. Miſſus fuit ad prædicandum in principio anni quadrageſimi, & moratus eſt in gente ſua nongentos, quinquaginta annos : & vixit poſt diluvium ſexaginta annos. Et habetur ex dicto Vahebi, illum vixiſſe mille, quadringentos annos.* Jahias habet aliquid amplius ex Caab : قال كعب لبث نوح فى قومه الفا سنة الا خمسين عامًا ثم لبث بعد الطوفان ستماية سنة : *Dixit Caab : Moratus eſt Noe inter ſuos nongentos, quinquaginta annos : deindè vixit poſt diluvium ſexcentos annos.* His, ſi addas annos quadraginta, qui præceſſerunt prædicationem, conficient ſummam annorum ferè mille ſexcentorum. Iſmael filius Aly aſſerit, Deum miſiſſe Noe ad prædicandum genti ſuæ: وله من العمر ماينتان وخمسون سنة : *cùm eſſet ætatis ducentorum, quinquaginta annorum.* Totam verò vitam Noe facit nongentorum, quinquaginta annorum. Eodem modo Maſaudius Abul-haſanus, Thalebienſis autem in Suram 4. quæ eſt *de Mulieribus* verſ. 126. ſcribit

REFUTATIONES.

I. QUemadmodùm in Notis præmonui, manifeſtè colligitur ex verbis Alcorani, ut etiam meliores interpretes agnoſcunt, Noe ad multos ſupra mille annos perveniſſe. Nam, ut ponamus, eum quadragenarium ad prædicandam populis ſuis pœnitentiam à Deo miſſum fuiſſe (quamvis, cùm jam quingentorum eſſet annorum, hoc illi contigiſſe, ex ſacris literis manifeſtiſſimè habeatur) ſi his nongenti quinquaginta anni addantur, quibus Alcoranus aſſerit illum moratum fuiſſe in prædicatione ante diluvium: erunt jam nongenti nonaginta anni. His ſi trecentos, quinquaginta, quos poſt diluvium Moyſes illum vixiſſe ſcribit, fiet ſumma annorum mille trecentorum, quadraginta. Porrò dubium non eſt, quin Alcoranus annos nongentos, quinquaginta intelligat eos, quibus Noe perſeveravit in prædicatione poſt legationem uſque ad diluvium; id enim patet ex particula ف, quæ eſt conſecutiva alicujus temporis, ſaltem immediatè ſequentis, & ponitur in Alcorano poſt legationem in ordine ad prædicationem, & poſt prædicationem in ordine ad diluvium; & ita intellexerunt Zamchaſcerius, Vahebus, Jahias, & alii. Hinc apparet, quantùm aberraverit à vero Mahumetus in Noe vitam recenſendo.

II. Dùm Mahumetus vetat ſuis aſſeclis, ne diſputent cum Judæis, & Chriſtianis, ſed placidé

dè pacificiquè eos alloquantur, affirmando, se credere in eorum Sacros libros, & unum, eumdemque esse suum, & illorum Deum, & præterea edicit illis, ne aliquid approbent, vel reprobent eorum, quæ è Sacris libris suis ipsi allegant: ostendit manifestè, se in mala causa versari, & velle veram Religionem cum superstitione sua confundere, ac permiscere, & Dagonem cum Arca Dei in eodem Templo associare. Porrò, cùm Scripturales, Judæi, scilicet, & Christiani, clarissimè ostenderent ex Pentateucho, & Euangelio, Mahumetum mentiri, neque esse Prophetam, qualem se jactabat: pessimè consulebat suis, dùm illis vetabat, ne approbarent, neque reprobarent, quæ ab illis dicebantur: per hoc enim apertè monstrabat, se nihil certi, solidique habere ad Sectam suam probandam, & Scripturalium Religionem rejiciendam.

III. Mahumetum fuisse idiotam, ac legendi, scribendique ignarum, qualem Mahumetani faciunt, non pauci negant; ego tamen ultrò illis concedo. At verò promitti in Pentateucho Prophetam hujusmodi idiotam, & prorsùs asinum: absolutè nego. Proferant illi Pentateuchum, in quo hoc legatur: non tamen Pentateuchum aliquem è cerebro suo confictum.

IV. Rursum affirmat, se miracula nulla patrare. Nam de illis à Meccanis requisitus, respondet more suo, miracula apud Deum reperiri: inde sibi illa Meccani arripiant: munus suum non Thaumaturgi, sed Concionatoris esse. Attamen, ne omninò fidem sibi abrogare velle videatur, miraculum unum, quod instar omnium esse possit, à se factum obtrudit, scilicet Alcoranum. Verùm, quid de hoc stramineo miraculo dicendum sit, videat lector suprà, ubi de eo ex professo differui. Immò videat hunc ipsum Alcoranum à capite ad calcem, & susque, deque versèt, ac revolvat, & videbit, quale miraculum sit.

سورة الروم مكيّة وهى ستّون آية

SURA XXX.

ROMANI.

MECCANA:

COMMATUM SEXAGINTA.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 الم ۞ 2 غلبت الروم ۞ 3 في ادنى الارض وهم من بعد غلبهم سيغلبون ۞ 4 في بضع
سنين لله الامر من قبل ومن بعد ويومئذ يفرح المومنون ۞ 5 بنصر الله ينصر من يشاء وهو
العزيز الرحيم ۞ 6 وعد الله لا يخلف الله وعده ولكن اكثر الناس لا يعلمون ۞
7 يعلمون ظاهرا من الحيوة الدنيا وهم عن الاخرة هم غافلون ۞ 8 اولم يتفكروا في انفسهم ما
خلق الله السموات والارض وما بينهما الا بالحق واجل مسمى وان كثيرا من الناس بلقاء ربهم
لكافرون ۞ 9 اولم يسيروا في الارض فينظروا كيف كان عاقبة الذين من قبلهم كانوا
اشد منهم قوة واثاروا الارض وعمروها اكثر مما عمروها وجاءتهم رسلهم بالبينات فما كان الله
ليظلمهم ولكن كانوا انفسهم يظلمون ۞ 10 ثم كان عاقبة الذين اساوا السوء ان كذبوا
بايات الله وكانوا بها يستهزون ۞ 11 الله يبدا الخلق ثم يعيده ثم اليه ترجعون ۞
12 ويوم تقوم الساعة يبلس المجرمون ۞ 13 ولم يكن لهم من شركايهم شفعاء وكانوا
بشركايهم كافرين ۞ 14 ويوم تقوم الساعة يومئذ يتفرقون ۞ 15 فاما الذين امنوا وعملوا
الصالحات فهم في روضة يحبرون ۞ 16 واما الذين كفروا وكذبوا بايتنا ولقاء الاخرة
فاولايك في العذاب محضرون ۞ 17 فسبحان الله حين تمسون وحين تصبحون ۞ 18 وله
الحمد في السموات والارض وعشيا وحين تظهرون ۞ 19 يخرج الحي من الميت ويخرج الميت من
الحي ويحيي الارض بعد موتها وكذلك تخرجون ۞ 20 ومن ايته ان خلقكم من تراب ثم
اذا انتم بشر تنتشرون ۞ 21 ومن ايته ان خلق لكم من انفسكم ازواجا لتسكنوا اليها
وجعل

وجعل بينكم مودة ورحمة إن في ذلك لآيات لقوم يتفكرون ۝ 22 ومن آياته خلق
السموات والارض واختلاف ألسنتكم وألوانكم إن في ذلك لآيات للعالمين ۝ 23 ومن آياته
منامكم بالليل والنهار وابتغاؤكم من فضله إن في ذلك لآيات لقوم يسمعون ۝ 24 ومن آياته
يريكم البرق خوفا وطمعا وينزل من السماء ماء فيحيي به الارض بعد موتها إن في ذلك لآيات
لقوم يعقلون ۝ 25 ومن آياته إن تقوم السماء والارض بأمره ثم إذا دعاكم دعوة من الارض
إذا أنتم تخرجون ۝ 26 وله من في السموات والارض كل له قانتون ۝ 27 وهو الذي
يبدأ الخلق ثم يعيده وهو أهون عليه وله المثل الاعلى في السموات والارض وهو العزيز
الحكيم ۝ 28 ضرب لكم مثلا من أنفسكم هل لكم من ما ملكت أيمانكم من
شركاء في ما رزقناكم فأنتم فيه سواء تخافونهم كخيفتكم أنفسكم كذلك نفصل الآيات
لقوم يعقلون ۝ 29 بل اتبع الذين ظلموا أهواءهم بغير علم فمن يهدي من أضل الله وما
لهم من ناصرين ۝ 30 فأقم وجهك للدين حنيفا فطرة الله التي فطر الناس عليها لا
تبديل لخلق الله ذلك الدين القيم ولكن أكثر الناس لا يعلمون ۝ 31 منيبين إليه
واتقوه وأقيموا الصلوة ولا تكونوا من المشركين ۝ 32 من الذين فرقوا دينهم وكانوا شيعا كل
حزب بما لديهم فرحون ۝ 33 وإذا مس الناس ضر دعوا ربهم منيبين إليه ثم إذا أذاقهم
منه رحمة إذا فريق منهم بربهم يشركون ۝ 34 ليكفروا بما آتيناهم فتمتعوا فسوف تعلمون ۝
35 أم أنزلنا عليهم سلطانا فهو يتكلم بما كانوا به يشركون ۝ 36 وإذا أذقنا الناس
رحمة فرحوا بها وإن تصبهم سيئة بما قدمت أيديهم إذا هم يقنطون ۝ 37 أولم يروا أن
الله يبسط الرزق لمن يشاء ويقدر إن في ذلك لآيات لقوم يؤمنون ۝ 38 فآت ذا القربى
حقه والمسكين وابن السبيل ذلك خير للذين يريدون وجه الله وأولئك هم المفلحون ۝
39 وما آتيتم من ربا ليربا في أموال الناس فلا يربوا عند الله وما آتيتم من زكوة تريدون
وجه الله فأولئك هم المضعفون ۝ 40 الله الذي خلقكم ثم رزقكم ثم يميتكم ثم
يحييكم هل من شركائكم من يفعل من ذلكم من شيء سبحانه وتعالى عما يشركون ۝
41 ظهر الفساد في البر والبحر بما كسبت أيدي الناس ليذيقهم بعض الذي عملوا لعلهم
يرجعون ۝ 42 قل سيروا في الارض فانظروا كيف كان عاقبة الذين من قبل كان
أكثرهم مشركين ۝ 43 فأقم وجهك للدين القيم من قبل أن يأتي يوم لا مرد له من الله
يومئذ يصدعون ۝ 44 من كفر فعليه كفره ومن عمل صالحا فلانفسهم يمهدون ۝
45 ليجزي الذين آمنوا وعملوا الصالحات من فضله إنه لا يحب الكافرين ۝ 46 ومن آياته
أن يرسل الرياح مبشرات وليذيقكم من رحمته ولتجري الفلك بأمره ولتبتغوا من فضله
ولعلكم

وَلَعَلَّكُمْ تَشْكُرُونَ ۝ 47 وَلَقَدْ أَرْسَلْنَا مِنْ قَبْلِكَ رُسُلًا إِلَىٰ قَوْمِهِمْ فَجَاءُوهُمْ بِالْبَيِّنَاتِ فَانْتَقَمْنَا
مِنَ الَّذِينَ أَجْرَمُوا وَكَانَ حَقًّا عَلَيْنَا نَصْرُ الْمُؤْمِنِينَ ۝ 48 اللَّهُ الَّذِي يُرْسِلُ الرِّيَاحَ فَتُثِيرُ سَحَابًا
فَيَبْسُطُهُ فِي السَّمَاءِ كَيْفَ يَشَاءُ وَيَجْعَلُهُ كِسَفًا فَتَرَى الْوَدْقَ يَخْرُجُ مِنْ خِلَالِهِ فَإِذَا أَصَابَ بِهِ مَنْ
يَشَاءُ مِنْ عِبَادِهِ إِذَا هُمْ يَسْتَبْشِرُونَ ۝ 49 وَإِنْ كَانُوا مِنْ قَبْلِ أَنْ يُنَزَّلَ عَلَيْهِمْ مِنْ قَبْلِهِ لَمُبْلِسِينَ ۝
50 فَانْظُرْ إِلَىٰ آثَارِ رَحْمَتِ اللَّهِ كَيْفَ يُحْيِي الْأَرْضَ بَعْدَ مَوْتِهَا إِنَّ ذَٰلِكَ لَمُحْيِي الْمَوْتَىٰ وَهُوَ عَلَىٰ
كُلِّ شَيْءٍ قَدِيرٌ ۝ 51 وَلَئِنْ أَرْسَلْنَا رِيحًا فَرَأَوْهُ مُصْفَرًّا لَظَلُّوا مِنْ بَعْدِهِ يَكْفُرُونَ ۝
52 فَإِنَّكَ لَا تُسْمِعُ الْمَوْتَىٰ وَلَا تُسْمِعُ الصُّمَّ الدُّعَاءَ إِذَا وَلَّوْا مُدْبِرِينَ ۝ 53 وَمَا أَنْتَ بِهَادِ
الْعُمْيِ عَنْ ضَلَالَتِهِمْ إِنْ تُسْمِعُ إِلَّا مَنْ يُؤْمِنُ بِآيَاتِنَا فَهُمْ مُسْلِمُونَ ۝ 54 اللَّهُ الَّذِي خَلَقَكُمْ
مِنْ ضَعْفٍ ثُمَّ جَعَلَ مِنْ بَعْدِ ضَعْفٍ قُوَّةً ثُمَّ جَعَلَ مِنْ بَعْدِ قُوَّةٍ ضَعْفًا وَشَيْبَةً يَخْلُقُ مَا يَشَاءُ
وَهُوَ الْعَلِيمُ الْقَدِيرُ ۝ 55 وَيَوْمَ تَقُومُ السَّاعَةُ يُقْسِمُ الْمُجْرِمُونَ مَا لَبِثُوا غَيْرَ سَاعَةٍ كَذَٰلِكَ كَانُوا
يُؤْفَكُونَ ۝ 56 وَقَالَ الَّذِينَ أُوتُوا الْعِلْمَ وَالْإِيمَانَ لَقَدْ لَبِثْتُمْ فِي كِتَابِ اللَّهِ إِلَىٰ يَوْمِ الْبَعْثِ فَهَٰذَا
يَوْمُ الْبَعْثِ وَلَٰكِنَّكُمْ كُنْتُمْ لَا تَعْلَمُونَ ۝ 57 فَيَوْمَئِذٍ لَا تَنْفَعُ الَّذِينَ ظَلَمُوا مَعْذِرَتُهُمْ وَلَا هُمْ
يُسْتَعْتَبُونَ ۝ 58 وَلَقَدْ ضَرَبْنَا لِلنَّاسِ فِي هَٰذَا الْقُرْآنِ مِنْ كُلِّ مَثَلٍ وَلَئِنْ جِئْتَهُمْ بِآيَةٍ لَيَقُولَنَّ
الَّذِينَ كَفَرُوا إِنْ أَنْتُمْ إِلَّا مُبْطِلُونَ ۝ 59 كَذَٰلِكَ يَطْبَعُ اللَّهُ عَلَىٰ قُلُوبِ الَّذِينَ لَا
يَعْلَمُونَ ۝ 60 فَاصْبِرْ إِنَّ وَعْدَ اللَّهِ حَقٌّ وَلَا يَسْتَخِفَّنَّكَ الَّذِينَ لَا يُوقِنُونَ ❋

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. A L. M. 2. Victi ſunt Romani. 3. In viciniſſimo Terræ *(ideſt in terra Perſarum ipſis viciniſſima)*. Et ipſi *Romani* poſt victoriam ſuam *(ideſt poſtquàm victi ſunt)* vincent *Perſas*. 4. Intra *a* decem annos. Dei *eſt hoc* negotium ante, & poſt *(ideſt tàm victoria Perſarum, quàm Romanorum)*. Et die illa, *qua vincent Romani*, lętabuntur Fideles. 5. In auxilio Dei *erga Romanos*. *Nam Deus* adjuvat, quem vult, & ipſe *eſt* Prępotens, Miſericors. 6. Promiſſio Dei: Non adverſabitur Deus promiſſioni ſuæ: ſed plerique hominum neſciunt. 7. Sciunt apparens de vita mundana, & ipſi de noviſſima vita ſunt negligentes. 8. An verò nondùm recogitaverunt in animabus ſuis, quòd non creaverit Deus Cœlos, & terram, & quæ *ſunt* inter hæc duo, niſi cum veritate, & *cum* meta *b* determinata *durationi eorum*? Et profectò multi ex hominibus in occurſum Domini ſui certè non *ſunt* credentes. 9. An verò nondùm perambulaverunt terram, & viderunt, cujuſmodi fuerit finis eorum, qui *fuerunt* ante ipſos? Erant validiores ipſis robore; & excolebant terram, & habitaverunt eam diuturniùs, quàm *ipſi* habitaverint eam. Veneruntque ad eos Legati eorum cum demonſtrationibus *veritatis*: neque fuit *talis* Deus, ut injuſtè tractaret eos: ſed ipſi animas ſuas injuſtè tractabant. 10. Tùm fuit finis eorum, qui malè egerant, malum: quia mendacii inſimulaverunt ſigna Dei, & ipſa irridebant. 11. Deus producit creaturam: deindè faciet eam redire *ad vitam poſt mortem*: deindè ad eum reducemini. 12. Et *c* quandò ſtabit Hora *(ideſt die Judicii)* deſperantes obmuteſcent ſcelerati. 13. Et non erunt ipſis ab aſſociatis ſuis *(ideſt idolis ſuis)* interceſſores, & erunt aſſociatos ſuos abnegantes.

a aliquot.

b nominata.

c die quadã.

tes. 14. Et die, *qua* ſtabit Hora: die illa ſeparabuntur *fideles ab infidelibus*. 15. Porrò, qui crediderint, & fecerint recta; ipſi in prato ameno oblectabuntur. 16. At verò, qui increduli fuerint, & mendacii inſimulaverint ſigna noſtra, & occurſum alterius vitæ: illi in ſupplicio præſentandi *ſunt*. 17. Laus itaque Deo *detur à vobis*, quandò ad veſperam perveneritis, & quandò mane conſurgetis. 18. Et ipſi laus in Cœlis, & terra, & veſpere *prope occaſum ſolis*, &, cùm ad meridiem perveneritis. 19. Educit vivum ex mortuo, & educit mortuum ex vivo, & vivificat terram poſt mortem ejus, & ita educemini *vos è Sepulchris*. 20. Et inter ſigna ejus *unum eſt*, quòd creaverit vos ex pulvere: deindè ecce vos homines, *qui* diſpergitis vos *per terram*. 21. Et inter ſigna ejus *eſt*, quòd creaverit vobis ex vobis ipſis conjuges, ut habitaretis cum illis, & poſuit inter vos amorem, & miſericordiam. Certè in hoc *ſunt* ſanè ſigna hominibus, *qui* recogitant. 22. Et inter ſigna ejus *eſt* creatio Cœlorum, & terræ, & diverſitas linguarum veſtrarum, & colorum veſtrorum. Certè in hoc *ſunt* ſanè ſigna *a* creaturis univerſis. 23. Et inter ſigna ejus *eſt* ſomnus veſter in nocte, & die, & exquiſitio veſtra de abundantia ejus (*ideſt induſtria veſtra in comparandis neceſſariis ad vitam ex bonis à Deo creatis*) Certè in hoc *ſunt* ſanè ſigna hominibus, *qui* audiunt. 24. Et inter ſigna ejus *eſt*, *quòd* oſtendat vobis fulgur *ad* timorem *fulminis*, & *ad* ſpem *pluviæ*, & demittat è Cœlo aquam, & vivificet per eam terram poſt mortem ejus. Certè in hoc *ſunt* ſanè ſigna hominibus, *qui* intelligunt. 25. Et inter ſigna ejus *eſt*, quòd ſtet Cœlum, & Terra *ſine ullo fulcimento* per imperium ejus. Deindè, cùm vocaverit vos vocando è terra *in die Judicii*, ecce vos *ex illa* egredimini. 26. Et ipſius *eſt* quicunque in Cœlis, & terra *reperitur*: omnes illi *ſunt* reverenter obſequentes. 27. Et ipſe *eſt*, qui producit creaturam; deindè redire faciet eam *poſt mortem ad vitam*, & hoc *erit* facilius apud eum, *quàm creare*, & ipſi *convenit* ſimilitudo altiſſima in Cœlis, & Terra, & ipſe eſt Præpotens, Sapiens. 28. Propoſuit vobis ſimilitudinem *deſumptam* ex vobis ipſis. *Eſt* ne vobis inter eos, quos poſſident dexteræ veſtræ (*ideſt inter mancipia veſtra*) ullus conſors in eo, quòd ditavimus vos? Itaut vos in eo *habeatis cum illo* æqualitatem, & timeatis eos juxta timere vos (*ideſt eo timore, quo timetis*) vos ipſos. Ita diſtinctè proponimus ſigna hominibus, qui intelligunt. 29. Verùm ſectantur ii, qui iniquè agunt, cupiditates ſuas ſine ſcientia: Quis autem diriget eum, quem errare fecerit Deus? Et non *erunt* illis ulli adjutores. 30. Statue ergo faciem tuam ad Religionem orthodoxus (*ideſt cum inclinatione ad illam*) opus Dei, ad quod condidit homines. Non *eſt* commutatio creaturæ Dei (*ideſt religionis ejus*). Hæc *eſt* religio recta, ſed plerique hominum ignorant *eam*. 31. *Eſtote* convertentes vos ad eum, & timete eum, & perſolvite orationem, & ne ſitis ex Aſſociantibus. 32. Inter illos, qui diviſerunt religionem ſuam, & fuerunt *ſciſſi* in ſectas: omnis ſecta de eo, quod *eſt* apud ſe (*ideſt de opinione ſua*) *ſunt* lætantes. 33. Cùm autem tetigerit homines nocumentum: invocabunt Dominum ſuum convertentes ſe ad eum. Deindè, ubi guſtare fecerit eos ex ſe miſericordiam: ecce pars ex illis in Domino ſuo aſſociant. 34. Ut ingratos exhibeant ſe pro eo, quod dedimus eis. Fruimini ſanè: Sed mox ſcietis, *quid vobis eveniet*. 35. Nunquid demiſimus ſuper vos poteſtatem, itaut hæc loquatur de eo, quod in illo aſſociant? (*ideſt nunquid præcepimus per aliquem ſacrum librum, cultum plurimum deorum*)? 36. Cùm autem guſtare fecerimus homines miſericordiam, lætabuntur in ea. Quodſi inciderit eis malum ob id, quod præmiſerunt manus eorum (*ideſt propter peccata anteà perpetrata*) ecce ipſi deſperabunt. 37. An nondùm viderunt, quòd Deus ampliat proventum, cui vult, & coarctat, *cui vult*? Certè in hoc *ſunt* ſanè ſigna hominibus, *qui* credunt. 38. Et tribue habenti propinquitatem debitum ſuum, & pauperibus, & filio viæ (*ideſt viatori, ſeu peregrino*) hoc eſt melius iis, qui cupiunt faciem Dei (*ideſt præmium à Deo*) & hi erunt felices. 39. Quod autem dederitis ex uſura, ut multiplicetur in facultatibus hominum, profectò non multiplicabitur apud Deum. Quod autem dederitis de

a Mundis.

eleemo-

eleemosyna, *ut* exquiratis faciem Dei: illi sanè erunt duplicantes (*ideſt duplum recipiunt à Deo*). 40. Deus *eſt*, qui creavit vos: tùm alimenta præbuit vobis: deindè morti tradet vos: posteà vivificabit vos. Numquid ex Associatis vestris *est*, qui faciat de hoc aliquid? Laus ejus, & longè absit ab eo, quod associant *illi*. 41. Apparuit corruptio in terra, & mari (*ideſt sterilitas terræ, & exsiccatio fontium*) ob id, quod perpetraverunt manus hominum, ut *a* gustare faceremus eos partem ejus *mali*, quod operati sunt, si fortè ipsi converterentur. 42. Dic *Meccanis*: Peragrate terram, & videte, cujusmodi fuerit finis eorum, qui fuerunt anteà. Erant plerique eorum associantes. 43. Statue ergo faciem tuam ad religionem rectam, antequàm veniat dies, cui non erit retrovertens à Deo (*ideſt, quam nullus poterit impedire, quin Deus adducat eam*) die illa separabuntur *boni à malis*. 44. Qui infidelis fuerit, super eum *erit* infidelitas ejus. Qui verò operatus fuerit rectum, sibiipsis lucrabuntur. 45. Ut retribuat illis, qui crediderint, & operati fuerint recta, *mercedem* de liberalitate sua: quippe ipse non amat infideles. 46. Et inter signa ejus *est*, quòd mittat ventos fausta nunciantes (*ideſt pluviam*) &, ut gustare faciat vos de misericordia sua: &, ut decurrant naves ad imperium ipsius, & ut exquiratis de abundantia ejus *per mercaturam*: & ut vos gratias agatis. 47. Et jam quidem misimus Legatos ad populos suos; veneruntque ad eos cum evidentibus probationibus, & ultionem sumpsimus de illis, qui scelestè egerunt, & fuit debitum super nos adjuvare fideles. 48. Deus *est*, qui mittit ventos, & agitat *b* nubes, & expandit *c* eas in Cœlo, quomodò vult, & ponit eas in frusta (*ideſt disgregat eas*). Tùm videbis imbrem emanantem ex intimo *d* earum: cùmque effuderit eum, super quem voluerit de servis suis; ecce ipsi lętitia perfundentur. 49. Et quidem erant, antequàm demitteretur super eos, anteà sanè desperantes. 50. Inspice porrò ad vestigia misericordiæ Dei, quomodò vivificet terram post mortem ejus. Certè hic *idem* sanè vivificaturus *est* mortuos: & ipse *est* ad omnem rem potens. 51. Et certè, si miserimus ventum *noxium super sata*, & propterea viderint ea flavescentia, certè *e* erunt post hoc ingrati *beneficio pluviæ anteà accepto*. 52. Tu porrò non facies, ut audiant mortui; neque facies, ut audiant surdi prædicationem, cùm retrocesserint terga vertentes. 53. Neque tu *eris* dirigens cœcos ab errore suo. *f* Non facies, ut audiat, nisi, qui credit in signa nostra: atque hi *sunt* Moslemi. 54. Deus *est*, qui creavit vos ex imbecillitate: deindè dedit post imbecillitatem robur: deindè dedit post robur imbecillitatem, & canitiem. Creat, quod vult, & ipse est Sciens, Potens. 55. Et die, *qua* stabit Hora (*ideſt die Judicii*) jurabunt peccatores, *quòd* non morati fuerint *in sepulchris*, nisi unam horam. Ita mentiebantur *anteà, dùm viverent, sicut nunc mentientur*. 56. Et dicent *illis* ii, quibus data fuit scientia, & fides: Jam quidem morati estis in libro Dei (*i. in præscientia ejus*) usque ad diem resurrectionis. Hæc porrò est dies resurrectionis: sed vos nesciebatis. 57. Die autem illa non proderit iis, qui iniquè egerint, excusatio eorum: neque ipsi requirentur de beneplacito (*ideſt, ut faciant id, quod placet Deo*). 58. Et jam quidem proposuimus hominibus in hoc Alcorano de omni similitudine. Et quidem, si protuleris eis aliquod signum (*ideſt miraculum*) certè dicent ii, qui sunt increduli: Si vos *estis*, nisi *g* nugatores. 59. Ita sigillum imprimit Deus super corda eorum, qui nesciunt. 60. At *tu* patienter sustine, quia promissio Dei *est* vera, & ne ad inconstantiæ levitatem adducant te illi, qui non firmiter credunt.

duplex lect. *a* يذيقهم نذيقهم

gustare faceret, & gustare faciemus.

b nubem. *c* eam.

d ejus.

e ظلوا pergent, continuabunt esse; per errorem est in quibusdam صاروا.

f Si.

g vana effutientes.

NOTÆ.

VOx Arabica الروم, quæ est epigraphe hujus Suræ, videtur propriè significare Græcos Romano Imperio subjectos, qui Græcè dicuntur: Ῥωμαῖοι, *Rhomæi*. Ipsa porrò Sura Meccana communiter censetur. Excipiunt quidam versiculum 15. qui incipit: *Laus itaque Deo*. De numero versuum non videtur esse disceptatio. Magni faciunt hanc Suram Mahumetani (si credimus Hottingero) tanquam fatidicam de Romano Imperio expugnando. Præmium lectoris statuunt سبح لله بين السما والارض وادرك ما ضيع فى يومه وليلته كل ملك عشر حسنات بعدد

وليلته : *Decem bona juxta numerum cujuslibet Angeli ex iis, qui laudant Deum inter Cœlum, & terram, & aßecutio*, seu reperitio *illius, quod deperditum fuerit ea die, eaque nocte.*

II. *Victi sunt Romani.*] Gelal: وهم اهل كتاب غلبتها فارس وليسوا اهل كتاب بل يعبدون الاوثان ففرح كفار مكة بذلك وقالوا للمسلمين نحن نغلبكم كما غلبت فارس الروم .

Hi (scilicet Romani) *sunt scripturales* (idest acceperunt à Deo Sacras Scripturas, vel illis studet) *& victi sunt à Persis, qui non sunt scripturales, sed adorant idola. Quamobrem gavisi sunt de hoc Meccani infideles, & dixerunt Moslemis: Nos etiam vincemus vos, quemadmodùm Persæ vicerunt Romanos.*

III. *In viciniſſimo terræ.*] Jahias: باذراعات من الشام : *In Adraat Urbe Syriæ.* Gelal: اى اقرب ارض الروم الى فارس بالجزيرة التقى فيها الجيشان :

Idest in terra Romæorum viciniſſima Perſis in Meſopotamia, ubi duæ acies conflixere. Zamchaſcerius: القرية المشهورة الكثيرة غلبت بضم الغين وسيغلبون بفتح الياء والارض ارض العرب لان الارض المعمورة عند العرب ارضهم والمعنى غلبوا فى ادنى ارض العرب منهم وهى اطراف الشام او اراد ارضهم على اناية اللام مناب المضاف اليه اى فى ادنى ارضهم الى عدوهم قال مجاهد هى ارض الجزيرة وهى ادنى ارض الروم الى فارس وعن ابن عباس الاردن وفلسطين وقرئ فى ادانى .

Lectio communiter vulgata, ac recepta eſt: Victi ſunt Romani, & ipſi vincent (quidam ſcilicet legebant è conversò: Vicerunt Romani, & ipſi vincentur.) *Terra autem hæc erat terra Arabum; quia terra habitata apud Arabes eſt terra ipſorum. Et ſenſus eſt: Victi ſunt in terra Arabum propinquiſſima ipſis Romanis; & hæc eſt in confinibus Syriæ. Vel intelligit terram ipſorum, terram Romanorum propinquam Arabibus hoſtibus ipſorum. Sed Mogiahed cenſet, terram hanc fuiſſe in Meſopotamiæ viciniſſima Perſis. Ebn-Abbas autem in Jordanis regione, ſeu Paleſtina. Aliqui legunt: In viciniſſimis terræ.*

IV. *Intra decem annos.*] Vox Arabica بضع juxta Gelal: هو ما بين الثلاث الى التسع او العشر فالتقى الجيشان وفى السنة السبعة من الالتقا غلبت الروم فارس . *Eſt ſpatium, quod intercedit inter tres, & novem, vel decem annos: itaut conflixerint duo exercitus: & anno ſeptimo conflictus Romani vicerint Perſas.* Addit Zamchaſcerius وهذه الاية من الايات البينة الشاهدة على صحة النبوة وان القران من عند الله لانها انباء عن علم الغيب الذى لا يعلمه الا الله : *Hic autem verſiculus eſt ex illis, qui evidenter teſtantur, Mahumetum fuiſſe verum Prophetam, & Alcoranum datum fuiſſe à Deo, cùm prædicant occulta, quæ nullus alius ſcire poterat, niſi Deus.* Idem Author aſſignans tempus victoriæ Romanorum ſupra Perſas, ſcribit فظهرت الروم على فارس يوم الحديبية وذلك عند راس سبع سنين وقيل كان النصر يوم بدر للفريقين . : *Vicerunt Romani Perſas in prælio Hadibiæ, ineunte ſeptimo anno. Alii volunt hanc victoriam contigiſſe in prælio Bedrenſi, pugnantibus duobus exercitibus.* Gelal etiam ponit in prælio Bedrenſi.

XXII. *Creaturis univerſis.*] Eſt hìc duplex lectio: لِلْعَالَمِينَ *omnibus creaturis*: Et لِلْعَالِمِينَ *Scientibus.*

XXVII. *Ipſi convenit ſimilitudo altiſſima*]. Idest, ut prædicetur de eo, & attribuatur illi, quidquid maximum, & digniſſimum poteſt excogitari.

XXX. *Orthodoxus*] Arabicè حنيفًا poteſt referri tùm ad Mahumetum, tùm ad Religionem, & verti tàm Orthodoxus, quàm Orthodoxam.

XLIV. *Lucrabuntur*] Arab. يمهدون exponitur à Gelal: يوطئون منازلهم فى الجنة *component*, seu ſternent *ſibi molles habitationes*, seu cubilia *in Paradiſo*. Propriè ſonat: *Component ſibi lectulos.*

LII. *Flaveſcentia.*] Idest languentia, ac pallentia ob venti aduſtionem.

REFUTATIONES.

NIhil propè eſt in hac Sura, quod confutationem requirat: ſunt enim omnia in ea, vel inania, vel jam ſuperiùs ſufficienter rejecta, quippe ſexcenties à Mahumeto recocta, & obtruſa. Caſtigandus eſt nihilominùs Zamchaſcerius, qui exiſtimat ſatis comprobari Mahumetum verum eſſe Prophetam, & Alcoranum verè datum eſſe à Deo, ex eo, quòd hìc manifeſtè prædicatur victoria à Romanis de Perſis, à quibus victi fuerant, referenda.

Quòd Romani à Perſis victi fuerint: vel, ut alii, vocalibus commutatis, legunt, Perſæ victi fuerint à Romanis; nunc in dubium non revoco: Neque enim, ut puto, tàm impudens Mahumetus fuiſſet, ut in re, quæ omnibus debuit eſſe notiſſima, mentiretur. Quòd verò ex eo, quòd addidit, eoſdem Perſas à Romanis, vel Romanos à Perſis intra decennii ſpatium eſſe vincendos, poſſit apertè probari illum verum Prophetam fuiſſe: prorſùs nego. Primò, quia de hac ſecunda victoria ab eo prædicta nihil certi habetur, neque in hiſtoriis noſtris, neque in libris Mahumetanorum: neque Scriptores ipſi Moslemi in tempore, vel loco illius conveniunt. Quidam enim referunt eam ad annum ſecundum Hegiræ, quandò commiſſum eſt prælium Bedrenſe. Alii verò ad annum ſextum, in quem incidit prælium Hadi-

Hadibiæ. De loco verò hujus victoriæ nullus mentionem facit: itaut incertum sit, utrum evenerit id, quod Mahumetus ariolatus fuerat. Huc accedit, dubium esse inter scriptores Arabes, utrum hæc bella, & hæ victoriæ contigerint Romanis cum Persis, an verò cum Arabibus. Verùm, quidquid sit, etiamsi concederemus eveniſſe, quod Mahumetus prædixerat: nonne potuit hoc casu, vel ex probabilibus conjecturis ab eo prædici? Videbat quippe Romanos esse potentissimos, & facilè posse cladem illam à Persis acceptam vindicare, deque illis victoriam referre. Neque verò Mahumetus præfixum huic victoriæ tempus determinavit, quod sanè boni Prophetæ munus erat. Sed posuit terminum dubium, nempe usque ad annum nonum, vel decimum. Quis verò Prophetam illum esse dicat, qui videns potentissimum Regem de alio æquè potenti victoriam retulisse, asserat, post non multos annos Regem victum, copiis viribusque instauratis, victorem esse futurum? Postremò, cùm ex varia Alcorani lectione incertum sit, vicerint ne primò Perse, an Romani, & secunda vice victi fuerint illi, an isti: imò, cùm non constet, utrum bellum commissum sit tàm prima, quàm secunda vice à Romanis cum Persis, an cum Arabibus: quis non videt, vaticinium hoc omni ex parte captiosum esse, atque inane? Valeat igitur cum hac prophetia sua Mahumetus, vel potius abeat in malam rem. Vide. Pro. p. 2. cap. 5. pag. 22.

سورة لقمان مكية وهى اربع وثلاثون آية

SURA XXXI.

LOCMAN.

MECCANA:

COMMATUM TRIGINTA QUATUOR.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 الم ۞ 2 تلك ايات الكتاب الحكيم ۞ 3 هدي ورحمة للمحسنين ۞
4 الذين يقيمون الصلوة ويوتون الزكوة وهم بالاخرة هم يوقنون ۞ 5 اولايك على هدي من
ربهم واولايك هم المفلحون ۞ 6 ومن الناس من يشتري لهو الحديث ليضل عن سبيل الله
بغير علم ويتخذها هزوا اولايك لهم عذاب مهين ۞ 7 واذا تتلى عليه ايتنا ولى مستكبرا
كان لم يسمعها كان في اذنيه وقرا فبشره بعذاب اليم ۞ 8 ان الذين امنوا وعملوا
الصالحات لهم جنات النعيم ۞ 9 خالدين فيها وعد الله حقا وهو العزيز الحكيم ۞
10 خلق السموات بغير عمد ترونها والقى في الارض رواسي ان تميد بكم وبث فيها من كل
دابة وانزلنا من السماء ماء فانبتنا فيها من كل زوج كريم ۞ 11 هذا خلق الله فاروني
ماذا خلق الذين من دونه بل الظالمون في ضلل مبين ۞ 12 ولقد اتينا لقمان الحكمة
ان اشكر لله ومن يشكر فانما يشكر لنفسه ومن كفر فان الله غني حميد ۞ 13 واذ قال
لقمان لابنه وهو يعظه يا بني لا تشرك بالله ان الشرك لظلم عظيم ۞ 14 ووصينا الانسان
بوالديه حملته امه وهنا على وهن وفصاله في عامين ان اشكر لي ولوالديك الي المصير ۞
15 وان جاهداك على ان تشرك بي ما ليس لك به علم فلا تطعهما وصاحبهما في الدنيا
معروفا واتبع سبيل من اناب الي ثم الي مرجعكم فانبئكم بما كنتم تعملون ۞ 16 يا بني
انها ان تك مثقال حبة من خردل فتكن في صخرة او في السموات او في الارض يات بها
الله ان الله لطيف خبير ۞ 17 يا بني اقم الصلوة وامر بالمعروف وانه عن المنكر واصبر على
ما

مَا أَصَابَكَ إِنَّ ذَٰلِكَ مِنْ عَزْمِ الْأُمُورِ ﴿ 18 وَلَا تُصَعِّرْ خَدَّكَ لِلنَّاسِ وَلَا تَمْشِ فِي الْأَرْضِ مَرَحًا
إِنَّ اللَّهَ لَا يُحِبُّ كُلَّ مُخْتَالٍ فَخُورٍ ﴿ 19 وَاقْصِدْ فِي مَشْيِكَ وَاغْضُضْ مِنْ صَوْتِكَ إِنَّ أَنْكَرَ
الْأَصْوَاتِ لَصَوْتُ الْحَمِيرِ ﴿ 20 أَلَمْ تَرَوْا أَنَّ اللَّهَ سَخَّرَ لَكُمْ مَا فِي السَّمَاوَاتِ وَمَا فِي الْأَرْضِ
وَأَسْبَغَ عَلَيْكُمْ نِعَمَهُ ظَاهِرَةً وَبَاطِنَةً وَمِنَ النَّاسِ مَنْ يُجَادِلُ فِي اللَّهِ بِغَيْرِ عِلْمٍ وَلَا هُدًى وَلَا كِتَابٍ
مُنِيرٍ ﴿ 21 وَإِذَا قِيلَ لَهُمُ اتَّبِعُوا مَا أَنْزَلَ اللَّهُ قَالُوا بَلْ نَتَّبِعُ مَا وَجَدْنَا عَلَيْهِ آبَاءَنَا أَوَلَوْ
كَانَ الشَّيْطَانُ يَدْعُوهُمْ إِلَىٰ عَذَابِ السَّعِيرِ ﴿ 22 وَمَنْ يُسْلِمْ وَجْهَهُ إِلَى اللَّهِ وَهُوَ مُحْسِنٌ فَقَدِ
اسْتَمْسَكَ بِالْعُرْوَةِ الْوُثْقَىٰ وَإِلَى اللَّهِ عَاقِبَةُ الْأُمُورِ ﴿ 23 وَمَنْ كَفَرَ فَلَا يَحْزُنْكَ كُفْرُهُ إِلَيْنَا
مَرْجِعُهُمْ فَنُنَبِّئُهُمْ بِمَا عَمِلُوا إِنَّ اللَّهَ عَلِيمٌ بِذَاتِ الصُّدُورِ ﴿ 24 نُمَتِّعُهُمْ قَلِيلًا ثُمَّ نَضْطَرُّهُمْ إِلَىٰ
عَذَابٍ غَلِيظٍ ﴿ 25 وَلَئِنْ سَأَلْتَهُمْ مَنْ خَلَقَ السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضَ لَيَقُولُنَّ اللَّهُ قُلِ الْحَمْدُ لِلَّهِ بَلْ
أَكْثَرُهُمْ لَا يَعْلَمُونَ ﴿ 26 لِلَّهِ مَا فِي السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضِ إِنَّ اللَّهَ هُوَ الْغَنِيُّ الْحَمِيدُ ﴿ 27 وَلَوْ
أَنَّمَا فِي الْأَرْضِ مِنْ شَجَرَةٍ أَقْلَامٌ وَالْبَحْرُ يَمُدُّهُ مِنْ بَعْدِهِ سَبْعَةُ أَبْحُرٍ مَا نَفِدَتْ كَلِمَاتُ اللَّهِ إِنَّ
اللَّهَ عَزِيزٌ حَكِيمٌ ﴿ 28 مَا خَلْقُكُمْ وَلَا بَعْثُكُمْ إِلَّا كَنَفْسٍ وَاحِدَةٍ إِنَّ اللَّهَ سَمِيعٌ بَصِيرٌ ﴿
29 أَلَمْ تَرَ أَنَّ اللَّهَ يُولِجُ اللَّيْلَ فِي النَّهَارِ وَيُولِجُ النَّهَارَ فِي اللَّيْلِ وَسَخَّرَ الشَّمْسَ وَالْقَمَرَ
كُلٌّ يَجْرِي إِلَىٰ أَجَلٍ مُسَمًّى وَأَنَّ اللَّهَ بِمَا تَعْمَلُونَ خَبِيرٌ ﴿ 30 ذَٰلِكَ بِأَنَّ اللَّهَ هُوَ الْحَقُّ وَأَنَّ
مَا يَدْعُونَ مِنْ دُونِهِ الْبَاطِلُ وَأَنَّ اللَّهَ هُوَ الْعَلِيُّ الْكَبِيرُ ﴿ 31 أَلَمْ تَرَ أَنَّ الْفُلْكَ تَجْرِي فِي
الْبَحْرِ بِنِعْمَتِ اللَّهِ لِيُرِيَكُمْ مِنْ آيَاتِهِ إِنَّ فِي ذَٰلِكَ لَآيَاتٍ لِكُلِّ صَبَّارٍ شَكُورٍ ﴿ 32 وَإِذَا
غَشِيَهُمْ مَوْجٌ كَالظُّلَلِ دَعَوُا اللَّهَ مُخْلِصِينَ لَهُ الدِّينَ فَلَمَّا نَجَّاهُمْ إِلَى الْبَرِّ فَمِنْهُمْ مُقْتَصِدٌ وَمَا
يَجْحَدُ بِآيَاتِنَا إِلَّا كُلُّ خَتَّارٍ كَفُورٍ ﴿ 33 يَا أَيُّهَا النَّاسُ اتَّقُوا رَبَّكُمْ وَاخْشَوْا يَوْمًا لَا
يَجْزِي وَالِدٌ عَنْ وَلَدِهِ وَلَا مَوْلُودٌ هُوَ جَازٍ عَنْ وَالِدِهِ شَيْئًا إِنَّ وَعْدَ اللَّهِ حَقٌّ فَلَا تَغُرَّنَّكُمُ الْحَيَاةُ
الدُّنْيَا وَلَا يَغُرَّنَّكُمْ بِاللَّهِ الْغَرُورُ ﴿ 34 إِنَّ اللَّهَ عِنْدَهُ عِلْمُ السَّاعَةِ وَيُنَزِّلُ الْغَيْثَ وَيَعْلَمُ مَا فِي
الْأَرْحَامِ وَمَا تَدْرِي نَفْسٌ مَاذَا تَكْسِبُ غَدًا وَمَا تَدْرِي نَفْسٌ بِأَيِّ أَرْضٍ تَمُوتُ إِنَّ اللَّهَ
عَلِيمٌ خَبِيرٌ ✻

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. A L. M. 2. Hæc *ſunt* ſigna Libri ſapientis. 3. *Ad* directionem, & miſeri-
a Sacrum cenſum. cordiam benefacientibus. 4. Qui perſolvunt orationem, & dant *a* eleemoſinam, & ipſi in noviſſimum ſæculum ipſi firmiter credunt. 5. Hi *erunt* ſuper directionem (*ideſt dirigentur*) à Domino ſuo, & hi erunt felices. 6. Et
b novellæ. ex hominibus *eſt*, qui mercatur ludicrum *b* novę hiſtoriæ, ut errare faciat *alios* à ſemita Dei ſine ſcientia, & accipiat eam (*ideſt ſemitam*) *in* jocum. His erit pœna ignominioſa. 7. Cùm verò recitantur illi ſigna noſtra, terga vertit in ſuperbiam elatus, quaſi non audiſſet ea; non ſecùs, ac ſi *eſſet* in auribus ejus gravedo. Atqui annuncia illi pœnam dolorificam. 8. Porrò, qui crediderint, &

ope-

operati fuerint recta, *erunt* ipsis horti voluptatis. 9. Perpetuò moraturis in eis. *Hæc est* promissio Dei vera, & ipse *est* Præpotens, Sapiens. 10. Creavit Cœlos sine columnis *illud sustinentibus*, quas videatis, & conjecit in terra montes stabiles, ne commoveretur vobiscum, & sparsit in ea de omni bestia, & demittimus è Cœlo aquam, & germinare facimus in ea ex omni specie pulchra. 11. Hæc est creatio Dei. Ostendite porrò mihi, quid creaverint illi, qui *sunt* præter eum? Atqui Iniqui *sunt* in errore manifesto. 12. Et jam quidem dedimus *a* τῷ Locman sapientiam, *& diximus illi*: Gratus esto Deo: Nam, qui gratus fuerit, profectò gratus erit animæ suæ. Qui autem ingratus fuerit; certè Deus est dives, laudatus. 13. Et *memento*, cùm dixit Locman filio suo, dùm ipse hortaretur eum: O filiole mi, ne ponas socium cum Deo: nam *hujusmodi* associatio *est* sanè iniquitas magna. 14. Et præcepimus homini erga parentes suos *honorificentiam*. Portavit eum Mater ejus *in utero* cum labore supra laborem, & ablactatio ejus *fuit* intra duos annos. Itaque gratus esto mihi, & parentibus tuis. Ad me *erit* reditus *omnium in die judicii*. 15. Quòdsi *parentes* contenderint à te, ut socium ponas in me id, de quo non est tibi scientia: ne obedias illis. Et comitare illos in mundo, *b tribuens utrique*, *quod* justum *est*, & sectare viam illius, qui conversus fuerit ad me. Deindè ad me erit reditus vester, & tunc enarrabo vobis id, quod fueritis operati. 16. O filiole mi, certè, si fuerit pondus grani synapis, & fuerit *absconditum* in petra, aut in Cœlis, aut in terra: proferet illud Deus: quippe Deus *est* perspicax, peritus 17. O filiole mi persolve orationem, & præcipe justum, & prohibe injustum, & patiens esto in eo, quod acciderit tibi: quippe hoc *erit* ex decreto rerum. 18. Et ne detorqueas genam tuam hominibus (*idest*, *ne superbè avertas vultum tuum ab eis*) & ne incedas in terra cum fastu: quippe Deus non amat omnem arrogantem, gloriabundum. 19. Et esto moderatus in incessu tuo (*idest neque nimis lentus*, *neque nimis velox*) & deprime vocem tuam (*idest loquere submissa voce*) nam fœdissima vocum utique *est* vox asinorum. 20. An non animadvertistis, quòd Deus coegit servire vobis id, quod *est* in Cœlis, & id, quod *est* in terra, & copiosè effudit super vos beneficia sua externa, & interna (*idest bona corporis*, *& bona animi*)? Et inter homines *est*, qui disceptat de Deo sine scientia, & sine directione, & sine libro illuminante. 21. Cùmque dicitur illis: Sequimini, quod demisit Deus: Respondent: Imò sequemur id, in quo invenimus patres nostros. An verò *sequerentur illud*, etiamsi Satanas advocasset eos ad pœnam Tartari? 22. Qui autem traddiderit faciem suam Deo, & ipse fuerit benefaciens, jam porrò apprehendit ansam firmam, & ad eum erit finis rerum. 23. Qui verò infidelis fuerit, ne contristet te infidelitas ejus: ad nos erit reditus eorum: tunc enarravimus illis id, quod fuerint operati: nam Deus sciens *est* essentiam pectorum (*idest interiora cordis*). 24. Frui faciemus eos aliquantulùm: deindè adigemus eos ad pœnam atrocem. 25. Si porrò interroges eos: Quis creavit Cœlos, & terram? Certè respondebunt; Deus. Dic: Laus Deo. At verò plerique eorum ignorant. 26. Dei *est*, quod in Cœlis, & terra *reperitur*: quippe Deus est Dives, Laudatus. 27. Et, si porrò quidquid est in terra de arboribus *essent* calami, & mare extenderet *Deus* post illud, *quod est in* septem maria *atramenti*; non exhaurirentur verba Dei (*idest semper remaneret aliquid*, *quod scribi posset*) quippe Deus *est* præpotens, sapiens. 28. Non *est* creatio vestra, neque resuscitatio vestra, nisi juxta animam unam: quippe Deus *est* audiens, intuens. 29. Nonne consideraști, quòd Deus immittit noctem in diem, & immittit diem in noctem (*idest succedere facit unum alteri*) & coegit servire *vobis* Solem, & Lunam. Quodlibet *ex his duobus* currit ad metam *c* determinatam, &, quòd Deus de eo, quod facitis *est* plenè instructus? 30. Hoc *fit* ex eo, quòd Deus est veritas, & quia id, quod *d* invocatis præter eum, est vanitas, & quia Deus est Excelsus, Magnus. 31. Nonne vidisti, quòd naves decurrunt per Mare ex beneficio Dei, ut ostendat vobis de signis suis? Certè in hoc *sunt* sanè signa omni patienter sustinenti, grato. 32. Cùm verò

a Locmani.

b conveniēter debito.

c nominatam.

d invocant.

rò cooperuerint eos, unde velut montes umbrescentes invocabunt Deum, sincerам offerentes illi religionem. At verò, ubi salvos eduxerit eos ad terram, *erit* ex illis hæsitans *inter fidem, & infidelitatem*. Sed non negabit signa nostra, nisi omnis perfidus, ingratus. 33. O homines *Meccani*, timete Dominum vestrum, & pavete diem, *in quo* non retribuet genitor pro nato suo, neque natus erit retribuens pro genitore suo quidquam *(ideſt nulla in re poterunt se invicem adjuvare)* quippe promissio Dei *est* veritas. Ne ergo decipiat vos vita mundana, neque decipiat vos in Deo *(ideſt* * *ut avertat vos à religione Dei)* Deceptor, *(ideſt Satanas)*. 34. Certè Deus, apud eum *est* scientia Horæ *(ideſt diei judicii)* & descendere facit imbrem, & scit, quid *sit* in vulvis; neque comprehendit anima quidnam acquisitura sit die crastina *(ideſt quid eventurum sit illi)* neque comprehendit anima, in qua terra moritura sit: quippe Deus est sciens, plenè instructus.

* Zamchas. الغرة بالله ان ينادى الرجل فى المعفيـــة ويتمنى على الله المغفره Deceptio in Deo, ut adjuvet hominem in peccato, & optet apud Deum indulgentiā.

NOTÆ.

INscriptio Suræ desumpta est ex versiculo 13. & sequentibus, in quibus agitur de quodam sapiente, qui Locman appellabatur: de quo ibidem fusiùs differemus. Meccanam esse Suram omnes conveniunt. Nonnulli tamen excipiunt versus 27. & 28. quibus initium est: *Et, si porrrò quidquid, &c.* Quidam etiam 29. excipiunt. De numero versuum non video, esse inter Authores dissidium; Præmium lectoris est: من قرء سورة لقمان كان له لقمان رفيقًا يوم القيمة واعطى من الحسنات عشرًا عشرًا بعدد من عمل بالمعروف ونهى عن المنكر: *Qui legerit Suram Locman, habebit in die Resurrectionis ipsum Locman socium, & recipiet dena bona pro singulorum numero, qui, vel justa egerunt, vel ab injustis alios prohibuerunt.*

XII. *Et jam quidem dedimus τῷ Locman.*] Quis fuerit iste Locman, non satis conveniunt inter se Moslemi Expositores. Ita de illo Gelal: كان يُفتى قبل بعث داوود وادرك زمانه واخذ عنه العلم وترك الفتيا وقال فى ذلك اكتفى اذا كفيت وقيل له اىّ الناس شرٌ قال الذى لا يبالى ان يراه الناس مسيئًا.

Exercebat jurisprudentiam, antequam mitteretur David, & assequutus est partem ætatis ejus, & accepit ab eo scientiam: & reliquit Judiciariam, & dixit circa hoc: Nonne satis esse debet mihi, cùm satis habuerim? Et dictum fuit illi: Quis est pessimus hominum? Respondit, qui non curat, si videatur ab hominibus, cùm malè operatur. Zamchascerius autem hæc de illo fusiùs. هو لقمان بن باعور ابن اخت ايوب او ابن خالته وقيل كان من اولاد ازر وعاش الف سنة وادرك داوود عمّ واخذ منه العلم وقيل يفتى قبل مبعث داوود. فلما بُعث قطع الفتوى فقيل له ... فقال الا اكتفى اذا كفيت. وقيل كان قاضيًا فى بنى اسراييل واكثر الاقاويل انه كان حكيمًا ولم يكن نبيًا. وعن ابن عباس لقمان لم

* deest aliquid

يكن نبيًا ولا ملكًا وكان راعيًا اسود فرزقه الله العتور رضى قوله ووصيته فقص امره فى القران ليتمسكوا بوصيته: وقال عكرمة والشعبى كان نبيًا وقيل خير بين النبوة والحكمة فاختار الحكمة: وعن ابن المسيب كان اسود من سودان مصر خياطًا: وعن مجاهد كان عبدًا اسود غليظ الشفتين متشقق القدمين: وقيل كان نجارًا وقيل راعيًا وقيل كان يحتطب لمولاه كل يوم حزمة: وعنه انه قال لرجل ينظر اليه ان كنت ترانى غليظ الشفتين فانه يخرج من بينهما كلام رقيق وان كنت ترانى اسود فقلبى ابيض: وروى ان رجلًا وقف عليه فى مجلسه فقال الست الذى ترعى معى فى مكان كذا قال بلى قال ما بلغ بك ما ارى قال صدق الحديث والصمت عما لا يعينى وروى انه دخل الى داوود وهو يسرد الدرع وقد لين الله له الحديد كالطين فاراد ان يسأله فادركته الحكمة فسكت فلما اتمها لبسها وقال نعم لبوس الحرب انت * فقال الصمت حكم وقليل فاعله فقال له داوود بحق ما سميت حكيمًا: وروى ان مولاه امره بذبح شاة وبان يخرج اطيب مضغتين فاخرج اللسان والقلب ثم امره مثل ذلك بعد ايام وان يخرج اخبث مضغتين فاخرج اللسان والقلب فساله عن ذلك فقال هما اطيب ما فيها اذا طابا واخبث ما فيها

ازر بن اخت ايوب او خالته وعاش حتى ادرك داود واخذ منه العلـــم

filium Bauræ ex filiis Azar filii Sororis Job, vel materteræ ejus: & vixiſse uſque ad tempora David, à quo etiam accepit ſcientiam.

Ex dictis colligitur non obſcurè, Locman Alcoranicum eumdem eſſe, ac Æſopum: eadem quippè utrique ferè conveniunt. De Æſopo enim ſcribit Maximus Planudes: Acuminato fuit capite, preſſis naribus, depreſſo collo, prominentibus labris, nigro vultu, unde & nomen adeptus eſt (Æſopus enim idem ſonat, quod Æthiops) ventroſus, ideſt cruribus diſtortis, varicus, & incurvus. Fortaſsè verò vocatur in Alcorano Locman, ideſt helluo, vel vorax, quia erat ventre pinguiſſimus. Quamobrem, cùm à Zena venditioni exponeretur, Mercator eum rogavit: Unde tibi hæc olla? Utrum truncus eſt arboris, an homo? Æſopi etiam cognomen, teſte Gellio lib. 2. cap. 29. & aliis Scriptoribus, fuit ſapientis cujuſdam, quemadmodùm Locman. Nec refert, quòd Mahumetani faciant Locman coævum Davidi: omnes enim norunt, quàm turpiter hi in Chronologia hallucinentur; inter eos tamen nonnulli multò Davide poſteriorem illum faciunt. Prætereà exhortatio Æſopi ad filium non multum abludit ab ea, qua utitur Locman ad filium ſuum. Nomen quoque ipſius filii انعم *Anaam*, ſimile eſt *Enno* filio Æſopi.

Hùc accedit, eaſdem penè fabulas legi apud Arabes Authore Locman, quæ apud Græcos Authore Æſopo leguntur: ut de ſene, & morte: de muliere, & Gallina, de leone, & vulpe, &c. Poſtremò id, quod narrant de Locman, quòd nimirùm extraxerit ex ove duas illas partes, primò tanquam optimas, deindè tanquam peſſimas, ſimillimum eſt illi, quod de Æſopo refertur. Illa etiam reſponſa arguta Locman Æſopicum ſapiunt.

XXII. *Jam apprehendit anſam firmiſſimam.*] Quia ſcilicet adhæret Deo, ejuſque religioni; ducta ſimilitudine ab eo, qui firmiter tenet ſe, vel aliquam rem, apprehenſa anſa illius.

XXVIII. *Non eſt creatio veſtra.*] Gelal: كنفس واحدة خلقا وبعثا لانه بكلمة كُـــن فيكون:

Juxta animam unam in creatione, & ſuſcitatione, quia utraque fuit per verbum, Eſto, & Erit; Itaut, *juxta animam unam*, idem ſit, ac eodem modo, & ratione. Jahias aliquantò fuſiùs: قال المشركون يـا محمد خلقنا الله اطوارًا نطفًا ثم علقًا ثم مضغًا ثم عظامًا ثم لحمًا ثم انشاءنا خلقا اخر كما تزعـــم وتزعم اننا نبعث فى ساعة واحدة فانزل الله جوابًـا لقولهـــم لا خُلْقكم ولا بعثكم الا كنفس واحدة انما يقول له كُن فيكون: *Dixerunt Infideles: O Mahumete, Deus creavit nos multiformiter, & quaſi per plures vices. Primò per ſperma: ſecundò per ſanguinem coagulatum: tertiò per fruſtum carneum, ſeu molam: quartò per oſsa: quintò per carnem: poſtremò produxit nos in creaturam aliam, ut tu dicis. Et nunc aſseris, nos reſuſcitandos eſse in hora una. Deus verò reſpondit illis: Non fuit creatio veſtra, neque erit ſuſcitatio, niſi juxta animam unam.* Zamchaſcerius verba illa كنفس واحدة *juxta animam unam*, exponit كخلقها وبعثها: *Sicut fuit creatio ejus, ita erit reſuſcitatio ejus*: nempè per verbum كن *Eſto*, vel verte: *juxta rationem, & ſuſcitationem animæ unius*: nempè velociſſimè.

فيها اذا خبثا. وعن سعيد بن المسيب انـــه قال لا سود لا تحزن فانه كان من خير الناس ثلثة مـــن السودان: قيل كان اسم ابنه انعـــم وقال الكلبى اشكم وقيل كان ابنه وامراته كافرين فما زال بهمـــا حتى اسلمـــا

Fuit Locman filius Bauri filii ſororis Job, vel filius materteræ ejus: & dicitur fuiſſe ex filiis Azar (hic fuit pater Abrahæ) & vixiſſe mille annos, & attigiſſe ætatem David fauſtæ memoriæ, & accepiſſe ab eo ſcientiam. Exercebat autem, ut fertur, Juriſprudentiam, antequam mitteretur David: ſed, poſtquam miſſus eſt, deſtitit ab ea exercenda. Cùm verò hujus rei ratio ab eo quæreretur, reſpondit: Nonne contentus eſse debeo, quandò jam mihi ſatis eſt? Quidam dicunt, eum fuiſſe Judicem filiorum Iſrael. Plerique verò conveniunt, eum fuiſſe ſapientem, non tamen Prophetam. Authore autem Ebnabas, Locman non fuit Propheta, neque Rex: ſed fuit paſtor nigri coloris. Contulerat autem ei Deus vim, & gratiam in verbis, & præceptis ejus: propterea Alcoranus meminit illius, ut retinerentur præcepta ejus. Acrama, & Sciabienſis dicunt, eum fuiſſe Prophetam. Addunt alii, cùm data ſuiſſet illi optio, ſive Prophetiæ, ſive Sapientiæ, eum elegiſſe ſapientiam. Et habetur ex Ebnolmoſaieb, eum fuiſſe nigrum ex nigris Ægypti, & Sartorem, ſeu ſutorem. Mogiahed aſſerit, illum fuiſſe mancipium nigri coloris, craſſis labiis, pedibus fiſſis. Alii volunt, fuiſſe fabrum lignarium: alii paſtorem. Fertur, eum conſueviſse quotidie portare faſcem lignorum Domino ſuo. Ex eodem Authore habetur, illum dixiſſe cuidam, qui eum fixis oculis intuebatur: Si vides me habere labia craſſa, ſcito tamen ex illis egredi ſermonem ſubtilem. Et, ſi vides, me eſſe facie nigrum, ſcito tamen, me habere cor album. Ferunt hominem quemdam aſſediſse juxta eum, eique dixiſse: An non es tu, qui paſcebas mecum oves in tali loco? reſpondit: Ego ille ſum. At ille, quid pervenire fecit te ad id, quod video? Reſpondit Locman: Vera dicere, & tacere ea, quæ mihi prodeſse non poterant. Dicitur illum veniſse ad David, dùm occupatus eſſet in texenda lorica: jamque Deus mollefecerat ei ferrum, ſicut lutum. Voluit ergo Locman interrogare eum: & ingreſsa eſt in eum ſapientia, & tacuit. Cùm autem David loricam abſolviſſet, induit ſe illa, & dixit: Quàm pulchrum indumentum ad prælium! Quid tibi videtur? Reſpondit Lochman: Silentium eſt ſapientia: & pauci ſunt, qui obſervent illud. Tùm dixit illi David: Juſtè nominatus es Sapiens. Fertur etiam præcepiſse ei Dominum ipſius, ut mactata ove, extraheret ab ea duas optimas partes ejus. Ille verò extraxit linguam, & cor. Deindè præcepit ei poſt aliquot dies, ut iterùm maclaret ovem, & extraheret ab ea duas peſſimas partes ejus. At ille extraxit ſimiliter linguam, & cor. Interrogatus verò de hac re, reſpondit: Hæc duo optima ſunt, cùm bona ſunt: ſed ſunt peſſima, cùm mala ſunt inter partes ovis. Refert Said filius Moſajeb, illum dixiſse cuidam nigro, qui de ſua nigredine triſtabatur: Ne triſteris, quia tertia pars hominum meliorum eſt ex nigris. Ferunt nomen filii ejus fuiſse Anaam: ſed Calebius vocat illum Aſcam. Habetur etiam tàm filium, quàm uxorem ejus fuiſse infideles. Sed ipſe non ceſsavit commonere, & hortari eos, donec religionem Eslamiticam amplexi ſunt. Hactenùs Zamchaſcerius. Iſmael Ebn-Aly meminit in ſuo Chronico cujuſdam Locman, qui miſſus fuit ab Aadæis ad Meccam cum aliis ſeptuaginta, pluviæ poſtulandæ cauſa. Addit tàmen وهو غير لقمـــان الحكيم الذى كان علـــى عهد داوود. *Sed hic fuit alius ab illo Locman, cognomento Sapienti, qui vixit temporibus David.* De hoc eodem refert, vixiſse longiſſimam ætatem, nempè ſeptem aquilarum, quarum ſingulæ vixerant octoginta annos. Bedavius in hunc locum ſcribit eum fuiſſe ابن باعورا من اولاد

XXXIV. *Scientia Horæ.*] Enumerat Alcoranus quinque res, quarum ſcientia penes Deum tantùm eſt: nempe: quandò futura ſit dies ſupremi Judicii: quandò pluvia ventura ſit: quid ſit in utero prægnantium, maſculuſne, an fœmina (alii addunt, quantum creſcant, vel decreſcant vulvæ) quid futurum ſit die craſtino; in qua terra, quis moriturus ſit:

Hæ vocantur apud Arabes خمس مفاتح الغيب

Quinque claves Arcani. Sed aliquæ harum clavium videntur eſſe aliquo modo etiam apud homines.

REFUTATIONES.

I. VAldè craſſi ingenii oſtendit ſe Mahumetus, cùm putat Cœlum inviſibilibus columnis ſuſtineri, vel ſaltem miraculum eſſe, quòd ſine columnarum fulcimento non corruat: terram verò impoſitis montibus ſiſti immobilem, ne homines circummoveantur cum ea. Riſum merentur hæc, non refutationem. Tàm enim contra Cœli naturam eſt deorsùm ruere ſuper terram, quàm contra naturam terræ aſcendere ſursùm in Cœlum. Porrò etiamſi terra motu circulari ageretur, non tamen hominibus ex hoc incommodi quicquam proveniret, quemadmodùm nullum provenit eis, qui itinerantes, vel navigantes, terram ipſam circumgirant.

II. Cùm ex ipſo Mahumetanorum teſtimonio evidenter habeatur, Locmanem nullum alium eſſe, quàm Æſopum; gratulandum eſt Mahumeto, quòd in Alcorani ſui ſcenam tàm bellas perſonas inducat, &, quòd inter ſectæ ſuæ ſanctos Æſopum annumeret: quem, licèt apud omnes conſtet idololatram fuiſſe, Mahumetus tamen unius Dei cultorem, veræque religionis aſſeclam, & quidem ſanctiſſimum, ac ſapientiſſimum facit. Libet interim hìc Mahumetum, ut ſtultum contemnere, ac relinquere, & Joannem Henricum Hottingerum ſtultum ſimul, & impium convenire. Hic in hiſtoria ſua Orientali, lib. pri. cap. 3. cùm de hoc Mahumeti errore diù egiſſet, hæc pro coronide ſubjecit: *Prolixiùs in hujus Therſitis προσωποποιΐαφίαν morati ſumus: quia, quod ſciam, hactenùs nemini in mentem venit, adeò inſulſum, & incautum Muhammedem in blaſphemę ſuæ religionis collocandis fundamentis fuiſſe, ut cum Scriptura Sacra haberet fabulas Æſopi. Sed, quid miremur huc inſaniæ prorupiſſe eum, qui in ſenſum planè reprobum datus erat à Deo ποιῆσαι τὰ μὴ καθήκοντα; quique nec literas norat, nec nare? Id potiùs admirationi excitet in nobis, multos inter Chriſtianos, &, quod majus eſt, inter Doctores eorum ita caligare, ut abſque Eccleſiæ conſpicillo non videant, quid diſtent æra Lupinis: qui putant, pio ſenſu, dici poſſe, tantum ſcripturas valere, quantum valeant fabulæ Æſopi, ſi deſtituantur auctoritate Eccleſiæ. Verùm & hìc, & alibi, Eccleſiæ Romanæ cum Antichriſto Orientali convenire, infrà pluribus docebimus.* Addit, vel ipſe Hottingerus, vel aliquis ejus diſcipulus, in margine libri; *Idem Turcarum, & Pontificiorum de Æſopo judicium.* Has nebulonis Tigurini impias, ac blaſphemas inſanias hìc retuli, ut cognoſcant omnes, quanta ſit in Eccleſiæ Romanæ perduellibus, ac rebellibus impudentia, & quàm effecta fronte mentiantur. Quis enim Catholicorum Æſopi fabulas cum ſcripturis ſacris unquam comparavit, vel compararet modò, etiamſi Eccleſia nondùm nobis eas, tanquam Dei eloquia, credendas propoſuiſſet. Cęterùm nemo dubitare poteſt, veteris, novique teſtamenti libros à quolibet Orthodoxo in tantum recipi, ut verbum Dei, atque adeò in cultu haberi, in quantum ab Eccleſia univerſali illi proponuntur. Alioquin eſſet in libertate cujuslibet, Sacras Scripturas dignoſcere, atque ad libitum eligere. Verùm quid miramur, impium hunc heterodoxum in rebus ſacris ita ineptire, ac cæcutire, qui in Mahumetanorum nugis, in quibus ſe facit archimandritam, ſæpiſſimè hallucinatur? Aſſerit hoc loco, Antonium Giggejum, virum pietate, ac doctrina inſignem, toto Cœlo aberrare, quòd dicat in ſuo Theſauro Arabico: *Fuit porrò Locman ſapientia præditus fabularum, non diſſimilis Æſopo. Fuit etiam alter apud Arabes prophetæ loco cultus.* Regerit hic hiſtrio Tigurinus: *Neque enim Lucmanus Propheta fuit: vel ipſe Beidavi monet: neque duo hoc nomine apud Arabes occurrunt celebres.* Hæc Thraſo Tigurinus ex tripode. At, ſi ita in Arabicis peritus fuiſſet, qualem ſe jactat, legiſſet ſanè in Zamchaſcerio, non deeſſe, qui Locman velint Prophetam fuiſſe. Et apud Iſmaelem filium Aly item legiſſet, præter hunc Locman, fuiſſe alium inſignem ejuſdem nominis virum, quemadmodum ſuperiùs à nobis commemoratum fuit.

سورة

سورة السجدة مكيّة ثلاثون آية

SURA XXXII.

ADORATIO.

MECCANA:

COMMATUM TRIGINTA.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 الم ۞ 2 تنزيل الكتاب لا ريب فيه من رب العالمين ۞ 3 أم يقولون افتريه بل
هو الحق من ربك لتنذر قوما ما أتيهم من نذير من قبلك لعلهم يهتدون ۞ 4 الله الذي
خلق السموات والارض وما بينهما في ستة أيام ثم استوى على العرش ما لكم من دونه من ولي
ولا شفيع أفلا تتذكرون ۞ 5 يدبر الامر من السماء الى الارض ثم يعرج اليه في يوم كان
مقداره ألف سنة مما تعدون ۞ 6 ذلك عالم الغيب والشهادة العزيز الرحيم ۞ 7 الذي
أحسن كل شيء خلقه وبدأ خلق الانسان من طين ۞ 8 ثم جعل نسله من سلالة من
ماء مهين ۞ 9 ثم سويه ونفخ فيه من روحه وجعل لكم السمع والابصار والافيدة قليلا
ما تشكرون ۞ 10 وقالوا أإذا ضللنا في الارض أإنا لفي خلق جديد ۞ 11 بل هم بلقاء ربهم
كافرون ۞ 12 قل يتوفيكم ملك الموت الذي وكل بكم ثم الى ربكم ترجعون ۞
13 ولو ترى إذ المجرمون ناكسوا رؤسهم عند ربهم ربنا أبصرنا وسمعنا فارجعنا نعمل صالحا انا
موقنون ۞ 14 ولو شئنا لاتينا كل نفس هديها ولكن حق القول مني لاملان جهنم
من الجنة والناس أجمعين ۞ 15 فذوقوا بما نسيتم لقاء يومكم هذا انا نسيناكم وذوقوا
عذاب الخلد بما كنتم تعملون ۞ 16 انما يؤمن بآياتنا الذين اذا ذكروا بها خروا سجدا
وسبحوا بحمد ربهم وهم لا يستكبرون ۞ 17 تتجافى جنوبهم عن المضاجع يدعون ربهم خوفا
وطمعا ومما رزقناهم ينفقون ۞ 18 فلا تعلم نفس ما أخفي لهم من قرة أعين جزاء بما كانوا
يعملون ۞ 19 أفمن كان مؤمنا كمن كان فاسقا لا يستون ۞ 20 أما الذين آمنوا وعملوا

الصالحات

الصّالحات فلهم جنّات المأوى نزلا بما كانوا يعملون ۝ 21 واما الّذين فسقوا فمأويهم النّار
كلّما أرادوا أن يخرجوا منها أعيدوا فيها وقيل لهم ذوقوا عذاب النّار الّذي كنتم به
تكذّبون ۝ 22 ولنذيقنّهم من العذاب الأدنى دون العذاب الأكبر لعلّهم يرجعون ۝
23 ومن أظلم ممّن ذكّر بآيات ربّه ثمّ أعرض عنها إنّا من المجرمين منتقمون ۝ 24 ولقد
آتينا موسى الكتاب فلا تكن في مرية من لقائه وجعلناه هدى لبني إسرائيل وجعلنا
منهم أئمّة يهدون بأمرنا لمّا صبروا وكانوا بآياتنا يوقنون ۝ 25 إنّ ربّك هو يفصل بينهم يوم
القيمة فيما كانوا فيه يختلفون ۝ 26 أولم يهد لهم كم أهلكنا من قبلهم من القرون
يمشون في مساكنهم إنّ في ذلك لآيات أفلا يسمعون ۝ 27 أولم يروا أنّا نسوق الماء إلى
الأرض الجرز فنخرج به زرعا تأكل منه أنعامهم وأنفسهم أفلا يبصرون ۝ 28 ويقولون متى
هذا الفتح إن كنتم صادقين ۝ 29 قل يوم الفتح لا ينفع الّذين كفروا إيمانهم ولا هم
ينظرون ۝ 30 فأعرض عنهم وانتظر إنّهم منتظرون ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. A L. M. 2. Demiſſio Libri *Alcorani* (non dubitandum de eo) *fuit* à Domino fæculorum. 3. An dicent: Mendaciter confinxit illum *Mahumetus?* atqui ipſe eſt veritas à Domino, ut prædices *eum* hominibus, ad quos non venerat ullus prædicator ante te; ut ipſi dirigantur. 4. Deus *eſt*, qui creavit Cœlos, & terram, & quod *eſt* inter hæc duo, in ſex diebus. Deindè *a* conſedit ſuper thronum. Non *eſt* vobis præter eum ullus patronus, neque interceſſor. An ergo non *b* recogitabitis? 5. Gubernat res à Cœlo uſque ad terram: Deindè redibunt ad eum in die, cujus menſura erit mille annorum ex iis, quos enumeratis. 6. Hic *eſt* cognitor Arcani, & Manifeſti: Præpotens, Miſericors. 7. Qui optimè fecit omnem rem, quam creavit, & exorſus eſt creationem hominis ex luto. 8. Deindè conſtituit generationem ejus ex ſanguine coagulato, ex aqua vili. 9. Deindè conformavit eum, & inſufflavit in eum de ſpiritu ſuo, & fecit vobis auditum, & viſum, & corda. Quàm pauci *ſunt*, *qui* gratias agant! 10. Et dicunt: An, poſtquàm latuerimus in terra *ſepulti*, an nos ſanè *educendi ſumus* in creaturam novam? 11. Atqui ipſi in occurſum Domini ſui non *ſunt* credentes. 12. Dic: Defungi faciet vos Angelus mortis, qui præpoſitus fuit vobis: tùm ad Dominum veſtrum reducemini. 13. Et ſi videres, cùm ſcelerati humiliter demittentes capita ſua coram Domino ſuo, *dicent*: Domine noſter, vidimus, & audivimus *veritatem*: fac porrò redire nos *in mundum*, ut operemur rectum: nos certè ſumus firmiter credentes: *videres utique rem miram*. 14. Quòd ſi voluiſſemus, certè dediſſemus omni animæ directionem ejus: Sed verificari debet dictum à me. Profectò implebo gehennam ex Geniis, & hominibus *c* ſimul collectis. 15. Guſtate ergo *pœnam ignis*, eò, quòd obliti fueritis adventum diei hujus: nos quoque obliviſcemur vos, & guſtate pœnam æternitatis ob id, quod operati fuiſtis. 16. Profectò credunt in ſigna noſtra illi, qui, cùm commoniti fuerint de eis, procidunt adorantes, celebrant laudem Domini ſui, & ipſi non efferuntur in ſuperbiam. 17. Elevantur latera eorum è cubilibus (*ideſt ſurgunt è ſtratis ſuis*) & invocant Dominum ſuum cum timore, & ſpe, & ex eo, quod tribuimus illis in alimentum, dilargiuntur. 18. Neſcit autem anima, quid abſconditum ſit ipſis de hilaritate oculorum *in* mercedem ob id, quod fuerunt opera-

a adequavit ſe.

b reminiſcemini.

c univerſis.

operati. 19. An ergo, qui fuerit fidelis, *tractabitur* ſicut ille, qui fuerit prævaricator? Non erunt in pari conditione. 20. Etenim, qui crediderint, & fecerint recta, ipſis erunt horti, receptaculrm *ad* hoſpitium, ob id, quod fuerunt operati. 21. At, qui prævaricati fuerint, receptaculum eorum *erit* ignis. Quotieſcunque voluerint exire ab eo, regredi fient in illum, & dicetur illis: Guſtate pœnam ignis, quem ut mendacium negabatis. 22. Et quidem guſtare faciemus eos *anteà in hoc mundo* de pœna leviori præter pœnam graviſſimam *gehennæ*; Si fortè ipſi convertantur. 23. Quis verò *eſt* iniquior, quàm ille, cui prædicata ſunt ſigna Domini ſui, deindè receſſit ab eis? Nos ſanè de ſceleſtis ultionem ſumpturi *ſumus*. 24. Et jam quidem dedimus Moyſi Librum: ne porrò ſis in dubitatione de occurſu ejus (*ideſt quandò occurrit ei: Moyſes in Cœlo in nocte raptus ejus*) & poſuimus eum directionem filiis Iſrael, & conſtituimus ex eis Antiſtites, *qui* dirigerent *reliquos* per imperium noſtrum, poſtquam patienter ſuſtinuiſſent, & in ſigna noſtra firmiter credidiſſent. 25. Certè Dominus tuus ipſe decidet inter eos in die reſurrectionis circa id, in quo diſcordes fuerant. 26. An nondùm innotuit illis, quot perdiderimus ante eos ex generationibus, ambulant *nunc ipſi* in habitationibus eorum? Certè in hoc ſanè *ſunt* ſigna: An ergo non audiunt? 27. An etiam non vident, quòd nos adducimus aquam in terram ſterilem, & aridam, & educimus per eam ſemen, ex quo comedunt pecora eorum, & animæ eorum? An ergo non aſpiciunt? 28. Et dicunt *infideles fidelibus*: Quandò *erit* hæc diviſio *Dei inter nos, & vos*, ſi eſtis veraces. 29. Responde: *In* die *hujus* deciſionis non proderit iis, qui fideles fuerint, fides eorum: neque ipſi *a* expectabuntur *ad pœnitentiam*. 30. Recede ergo ab eis, & expecta *pœnam eorum*: Certè ipſi expectantes *ſunt malum aliquod de te.*

a aſpicientur.

NOTÆ.

EX eo, quòd habetur verſ. 16. de Neophytis Mahumetanis audientibus lectionem Alcorani خروا سجدًا *procidunt adorantes*, deſumitur Suræ hujus inſcriptio; quam Meccanam eſſe, & triginta verſus continere Scriptores conveniunt. Quiſquis eam legerit لم يدخل الشيطان ببيته ثلثة ايام, *non ingredietur Satanas in domum ejus per tres dies.* Zamchaſcerius aliud refert præmium, nempè اعطى من الاجر كانما احيى ليلة القدر *dabitur ei merces, ac ſi vivificatus fuiſſet in nocte Alcadar.*

V. *Cujus menſura erit mille annorum.*] Gelal: وفى سورة سأل خمسين الف سنة وهو يوم القيمة لشدة هوالـه بالنسبة الى الكافر امّا المومن فيكون اخف عليه. *Et in Sura, quæ inſcribitur, interrogavit: ponuntur quinquaginta millia annorum. Erit autem hic dies reſurrectionis, qui adeò prolixus futurus dicitur propter magnitudinem terroris reſpectu infidelium: ſed fidelibus erit levior.* Alibi vidimus Mahumetanos communiter ſentire ſupremum judicium in dimidia parte diei naturalis eſſe abſolvendum.

XXIV. *Ne porrò ſis in dubitatione de occurſu ejus.*] Vide, quæ dicta ſunt circa hunc occurſum Moyſis, & Mahumeti Sura 17. in principio. Porrò verba illa, *& poſuimus eum*, refert Gelal, tàm ad Moyſen, quàm ad Pentateuchum: ſed rectiùs referas ad Pentateuchum.

XXVII. *Quandò erit hæc deciſio?*] Arabicè الفتح eſt propriè *aperitio*: aliquandò ſumitur pro *victoria*. Hoc loco Gelal videtur accepiſſe pro pœna infligenda infidelibus, qua decidet Deus litem inter eos, & fideles. Ita etiam Jahias explicat القضى بعذابهم *deciſionem per ſupplicium eorum*; ſeu ſententiam definitivam pœnæ eorum.

REFUTATIONES.

I. SUpponit Mahumetus id, quod probare debuiſſet; nempè nullam eſſe dubitationem, quin Alcoranus demiſſus ſit è Cœlo à Deo, & omnimodam contineat veritatem. Ex defectu ſecundæ aſſertionis arguitur manifeſtè falſitas primæ. Certum eſt enim, Alcoranum habere multa, quæ ſacrarum ſcripturarum veritati, & naturali ipſi lumini repugnant: quamobrem nullo modo poteſt eſſe à Deo.

II. Quòd diem judicii mille annorum ſpatium occupaturum eſſe pronunciet, vel ipſe mendax eſt, vel facit ſuos omnes mendaces: hi enim unanimi conſenſu dimidium diei tantummodò expleturum eſſe affirmant. Laudo ingenium Gelalis, dùm hanc tantam unius diei longitudinem impiorum timori, & anguſtiæ attribuit. Sed verba Alcorani ſunt nimis aperta, nec tàm piam patiuntur interpretationem. Miror verò, quòd, cùm Moslemi pro impio, atque hæretico habeant illum, qui Alcorani verba ad metaphoram detorquet, neque ea prout ſonant, accipit: hìc ſuam ipſi regulam tranſgrediantur.

III.

III. Magnam Divinæ Bonitati, & juſtitiæ infert injuriam Mahumetus, dùm aſſerit, Deum noluiſſe dirigere omnes homines ad Salutem, quia anteà promiſerat, ſe impleturum gehennam Geniis, & hominibus: quaſi verò Deus neceſſitet homines ad peccandum, & impellat eos in gehennam, ut poſſit promiſſum ſuum verificare de implenda gehenna damnatis. Repugnat hoc Deo, ejuſque æquitati. Quòdſi dicant Mahumetani, etiam in Euangelio reperiri hujuſmodi formulas loquendi: ut, cùm Chriſtus loquens cum Patre in Euangelio S. Joannis cap. 11. dixit de Juda: *Quos dediſti mihi, cuſtodivi, & nemò ex eis periit, niſi filius perditionis, ut Scriptura impleatur*. Reſpondemus, non ideò periiſſe Judam, quia Scriptura hoc prædixerat: ſed, quia ſua culpa periturus erat, Scripturam hoc prædixiſſe: neque enim res eveniunt, quia Prophetæ anteà eas vaticinati fuerint, ſed Prophetæ res ipſas prævidentes futuras, illas vaticinati ſunt. Quòdſi in hoc ſenſu explicentur verba Alcorani, videntur poſſe aliquo modo tolerari. Verùm, ſi rectè conſiderentur, hujuſmodi explicationem non admittunt. Cùm enim aſſerunt, Deum non dirigere homines, ut eos damnet ad gehennam, conſtat manifeſtè, Deum eſſe Auctorem damnationis eorum: neque ideò Deum prædixiſſe eorum perditionem, quia videbat eos propria culpa damnandos, ſed quia jam decreverat eos ipſe damnare, atque ideò noluiſſe eos ad ſalutem dirigere, ut in gehennam detruderentur. Et ita intelligunt verba Alcorani non pauci inter Mahumetanos ſapientiores: imò hæc ſententia communis eſt inter eos, & articulus fidei, dùm certò tenent, hominem neceſſitate ad malum impelli ex vi decreti, ſeu prædeſtinationis divinæ, ut conſtat ex profeſſione fidei edita à Mohammedo filio Mohammedi patre Hamedi, cognomine Algazelo, ubi agens de Voluntate Dei aſſerit: ولا يجرى في الملك والملكوت قليل ولا كثير صغير او كبير خير او شر نفع او ضر ايمان او كفر عرفان او نكر فوز او خسر زيادة او نقصان طاعة او عصيان الا بقضايه وقدره وحكمة ومشيته: *Non evenire in regno terreſtri, & Cæleſti parum, aut multum; exiguum, aut magnum: bonum, aut malum; utile, aut noxium; fidem, aut infidelitatem: ſcientiam, aut inſcitiam; ſalutem, aut perditionem; augmentum, aut defectum: obedientiam, aut inobedientiam, niſi per determinationem Dei, & decretum ejus, & ſententiam, ſeu judicium ejus, & voluntatem ejus*

سورة الاحزاب مدنية ثلاث وسبعون آية

SURA XXXIII.

CONJURATI.

MEDINENSIS:

COMMATUM TRIUM, & SEPTUAGINTA.

بسم الله الرحمن الرحيم ❋

1 يا أيها النبي اتق الله ولا تطع الكافرين والمنافقين ان الله كان عليما حكيما ۝
2 واتبع ما يوحى اليك من ربك ان الله كان بما تعملون خبيرا ۝ 3 وتوكل على الله
وكفى بالله وكيلا ۝ 4 ما جعل الله لرجل من قلبين في جوفه وما جعل ازواجكم اللائي
تظاهرون منهن امهاتكم وما جعل ادعياءكم ابناءكم ذلكم قولكم بافواهكم والله
يقول الحق وهو يهدي السبيل ۝ 5 ادعوهم لابائهم هو اقسط عند الله فان لم تعلموا آباءهم
فاخوانكم في الدين ومواليكم وليس عليكم جناح فيما اخطاتم به ولكن ما تعمدت
قلوبكم وكان الله غفورا رحيما ۝ 6 النبي اولى بالمومنين من انفسهم وازواجه امهاتهم
واولوا الارحام بعضهم اولى ببعض في كتاب الله من المومنين والمهاجرين الا ان تفعلوا الى
اوليائكم معروفا كان ذلك في الكتاب مسطورا ۝ 7 واذ اخذنا من النبيين ميثاقهم
ومنك ومن نوح وابرهيم وموسى وعيسى ابن مريم واخذنا منهم ميثاقا غليظا ۝ 8 ليسئل
الصادقين عن صدقهم واعد للكافرين عذابا اليما ۝ 9 يا ايها الذين امنوا اذكروا نعمة
الله عليكم اذ جاءتكم جنود فارسلنا عليهم ريحا وجنودا لم تروها وكان الله بما يعملون
بصيرا ۝ 10 اذ جاوكم من فوقكم ومن اسفل منكم واذ زاغت الابصار وبلغت القلوب
الحناجر وتظنون بالله الظنونا ۝ 11 هنالك ابتلي المومنون وزلزلوا زلزالا شديدا ۝ 12 واذ
يقول المنافقون والذين في قلوبهم مرض ما وعدنا الله ورسوله الا غرورا ۝ 13 واذ قالت طايفة
منهم يا اهل يثرب لا مقام لكم فارجعوا ويستاذن فريق منهم النبي يقولون ان بيوتنا عورة
وما

وما هي بعورة إن يريدون إلا فرارا ۞ 14 ولو دخلت عليهم من أقطارها ثم سئلوا الفتنة
لأتوها وما تلبثوا بها إلا يسيرا ۞ 15 ولقد كانوا عاهدوا الله من قبل لا يولون الأدبار
وكان عهد الله مسؤلا ۞ 16 قل لن ينفعكم الفرار إن فررتم من الموت أو القتل وإذا
لا تمتعون إلا قليلا ۞ 17 قل من ذا الذي يعصمكم من الله إن أراد بكم سوءا أو أراد
بكم رحمة ولا يجدون لهم من دون الله وليا ولا نصيرا ۞ 18 قد يعلم الله المعوقين منكم
والقائلين لإخوانهم هلم إلينا ولا يأتون البأس إلا قليلا ۞ 19 أشحة عليكم فإذا جاء الخوف
رأيتهم ينظرون إليك تدور أعينهم كالذي يغشى عليه من الموت فإذا ذهب الخوف سلقوكم
بألسنة حداد أشحة على الخير أولئك لم يؤمنوا فأحبط الله أعمالهم وكان ذلك على الله
يسيرا ۞ 20 يحسبون الأحزاب لم يذهبوا وإن يأت الأحزاب يودوا لو أنهم بادون في الأعراب
يسألون عن أنبائكم ولو كانوا فيكم ما قاتلوا إلا قليلا ۞ 21 لقد كان لكم في رسول الله
أسوة حسنة لمن كان يرجو الله واليوم الآخر وذكر الله كثيرا ۞ 22 ولما رأ المؤمنون
الأحزاب قالوا هذا ما وعدنا الله ورسوله وصدق الله ورسوله وما زادهم إلا إيمانا وتسليما ۞ 23 من
المؤمنين رجال صدقوا ما عاهدوا الله عليه فمنهم من قضى نحبه ومنهم من ينتظر وما بدلوا
تبديلا ۞ 24 ليجزي الله الصادقين بصدقهم ويعذب المنافقين إن شاء أو يتوب عليهم إن الله
كان غفورا رحيما ۞ 25 ورد الله الذين [illegible] بغيظهم لم ينالوا خيرا وكفى الله المؤمنين
القتال وكان الله قويا عزيزا ۞ 26 وانزل الذين ظاهروهم من أهل الكتاب من صياصيهم
وقذف في قلوبهم الرعب فريقا تقتلون وتأسرون فريقا وأورثكم أرضهم وديارهم وأموالهم وأرضا
لم تطؤها وكان الله على كل شيء قديرا ۞ 27 يا أيها النبي قل لأزواجك إن كنتن
تردن الحيوة الدنيا وزينتها فتعالين أمتعكن وأسرحكن سراحا جميلا ۞ 28 وإن كنتن
تردن الله ورسوله والدار الآخرة فإن الله أعد للمحسنات منكن أجرا عظيما ۞ 29 يا نساء
النبي من يأت منكن بفاحشة مبينة يضاعف لها العذاب ضعفين وكان ذلك على
الله يسيرا ۞ 30 ومن يقنت منكن لله ورسوله وتعمل صالحا نؤتها أجرها مرتين وأعتدنا لها
رزقا كريما ۞ 31 يا نساء النبي لستن كأحد من النساء إن اتقيتن فلا تخضعن بالقول
فيطمع الذي في قلبه مرض وقلن قولا معروفا ۞ 32 وقرن في بيوتكن ولا تبرجن تبرج
الجاهلية الأولى وأقمن الصلوة وآتين الزكوة وأطعن الله ورسوله إنما يريد الله ليذهب عنكم
الرجس أهل البيت ويطهركم تطهيرا ۞ 33 واذكرنا ما يتلى في بيوتكن من آيات الله
والحكمة إن الله كان لطيفا خبيرا ۞ 34 إن المسلمين والمسلمات والمؤمنين والمؤمنات والقانتين
القانتات والصادقين والصادقات والصابرين والصابرات والخاشعين والخاشعات والمتصدقين والمتصدقات
والصائمين

وَالصَّائِمِينَ وَالصَّائِمَاتِ وَالْحَافِظِينَ فُرُوجَهُمْ وَالْحَافِظَاتِ وَالذَّاكِرِينَ اللَّهَ كَثِيرًا وَالذَّاكِرَاتِ أَعَدَّ اللَّهُ
لَهُمْ مَغْفِرَةً وَأَجْرًا عَظِيمًا ۝ 35 وَمَا كَانَ لِمُؤْمِنٍ وَلَا مُؤْمِنَةٍ إِذَا قَضَى اللَّهُ وَرَسُولُهُ أَمْرًا أَنْ
يَكُونَ لَهُمُ الْخِيَرَةُ مِنْ أَمْرِهِمْ وَمَنْ يَعْصِ اللَّهَ وَرَسُولَهُ فَقَدْ ضَلَّ ضَلَالًا مُبِينًا ۝ 36 وَإِذْ تَقُولُ
لِلَّذِي أَنْعَمَ اللَّهُ عَلَيْهِ وَأَنْعَمْتَ عَلَيْهِ أَمْسِكْ عَلَيْكَ زَوْجَكَ وَاتَّقِ اللَّهَ وَتُخْفِي فِي نَفْسِكَ مَا اللَّهُ مُبْدِيهِ
وَتَخْشَى النَّاسَ وَاللَّهُ أَحَقُّ أَنْ تَخْشَاهُ فَلَمَّا قَضَى زَيْدٌ مِنْهَا وَطَرًا زَوَّجْنَاكَهَا لِكَيْلَا يَكُونَ
عَلَى الْمُؤْمِنِينَ حَرَجٌ فِي أَزْوَاجِ أَدْعِيَائِهِمْ إِذَا قَضَوْا مِنْهُنَّ وَطَرًا وَكَانَ أَمْرُ اللَّهِ مَفْعُولًا ۝
37 مَا كَانَ عَلَى النَّبِيِّ مِنْ حَرَجٍ فِيمَا فَرَضَ اللَّهُ لَهُ سُنَّةَ اللَّهِ فِي الَّذِينَ خَلَوْا مِنْ قَبْلُ
وَكَانَ أَمْرُ اللَّهِ قَدَرًا مَقْدُورًا ۝ 38 الَّذِينَ يُبَلِّغُونَ رِسَالَاتِ اللَّهِ وَيَخْشَوْنَهُ وَلَا يَخْشَوْنَ أَحَدًا إِلَّا
اللَّهَ وَكَفَى بِاللَّهِ حَسِيبًا ۝ 39 مَا كَانَ مُحَمَّدٌ أَبَا أَحَدٍ مِنْ رِجَالِكُمْ وَلَكِنْ رَسُولَ اللَّهِ
وَخَاتَمَ النَّبِيِّينَ وَكَانَ اللَّهُ بِكُلِّ شَيْءٍ عَلِيمًا ۝ 40 يَا أَيُّهَا الَّذِينَ آمَنُوا اذْكُرُوا اللَّهَ
ذِكْرًا كَثِيرًا وَسَبِّحُوهُ بُكْرَةً وَأَصِيلًا ۝ 41 هُوَ الَّذِي يُصَلِّي عَلَيْكُمْ وَمَلَائِكَتُهُ
لِيُخْرِجَكُمْ مِنَ الظُّلُمَاتِ إِلَى النُّورِ وَكَانَ بِالْمُؤْمِنِينَ رَحِيمًا ۝ 42 تَحِيَّتُهُمْ يَوْمَ يَلْقَوْنَهُ سَلَامٌ وَأَعَدَّ
لَهُمْ أَجْرًا كَرِيمًا ۝ 43 يَا أَيُّهَا النَّبِيُّ إِنَّا أَرْسَلْنَاكَ شَاهِدًا وَمُبَشِّرًا وَنَذِيرًا وَدَاعِيًا إِلَى اللَّهِ بِإِذْنِهِ
وَسِرَاجًا مُنِيرًا ۝ 44 وَبَشِّرِ الْمُؤْمِنِينَ بِأَنَّ لَهُمْ مِنَ اللَّهِ فَضْلًا كَبِيرًا ۝ 45 وَلَا تُطِعِ الْكَافِرِينَ
وَالْمُنَافِقِينَ وَدَعْ أَذَاهُمْ وَتَوَكَّلْ عَلَى اللَّهِ وَكَفَى بِاللَّهِ وَكِيلًا ۝ 46 يَا أَيُّهَا الَّذِينَ آمَنُوا
إِذَا نَكَحْتُمُ الْمُؤْمِنَاتِ ثُمَّ طَلَّقْتُمُوهُنَّ مِنْ قَبْلِ أَنْ تَمَسُّوهُنَّ فَمَا لَكُمْ عَلَيْهِنَّ مِنْ عِدَّةٍ
تَعْتَدُّونَهَا فَمَتِّعُوهُنَّ وَسَرِّحُوهُنَّ سَرَاحًا جَمِيلًا ۝ 47 يَا أَيُّهَا النَّبِيُّ إِنَّا أَحْلَلْنَا لَكَ أَزْوَاجَكَ اللَّاتِي
آتَيْتَ أُجُورَهُنَّ وَمَا مَلَكَتْ يَمِينُكَ مِمَّا أَفَاءَ اللَّهُ عَلَيْكَ وَبَنَاتِ عَمِّكَ وَبَنَاتِ عَمَّاتِكَ وَبَنَاتِ خَالِكَ
وَبَنَاتِ خَالَاتِكَ اللَّاتِي هَاجَرْنَ مَعَكَ وَامْرَأَةً مُؤْمِنَةً إِنْ وَهَبَتْ نَفْسَهَا لِلنَّبِيِّ إِنْ أَرَادَ النَّبِيُّ أَنْ
يَسْتَنْكِحَهَا خَالِصَةً لَكَ مِنْ دُونِ الْمُؤْمِنِينَ قَدْ عَلِمْنَا مَا فَرَضْنَا عَلَيْهِمْ فِي أَزْوَاجِهِمْ وَمَا مَلَكَتْ
أَيْمَانُهُمْ لِكَيْلَا يَكُونَ عَلَيْكَ حَرَجٌ وَكَانَ اللَّهُ غَفُورًا رَحِيمًا ۝ 48 تُرْجِي مَنْ تَشَاءُ مِنْهُنَّ وَتُؤْوِي
إِلَيْكَ مَنْ تَشَاءُ وَمَنِ ابْتَغَيْتَ مِمَّنْ عَزَلْتَ فَلَا جُنَاحَ عَلَيْكَ ذَلِكَ أَدْنَى أَنْ تَقَرَّ أَعْيُنُهُنَّ وَلَا يَحْزَنَّ
وَيَرْضَيْنَ بِمَا آتَيْتَهُنَّ كُلُّهُنَّ وَاللَّهُ يَعْلَمُ مَا فِي قُلُوبِكُمْ وَكَانَ اللَّهُ عَلِيمًا حَلِيمًا ۝ 49 لَا تَحِلُّ
لَكَ النِّسَاءُ مِنْ بَعْدُ وَلَا أَنْ تَبَدَّلَ بِهِنَّ مِنْ أَزْوَاجٍ وَلَوْ أَعْجَبَكَ حُسْنُهُنَّ إِلَّا مَا مَلَكَتْ يَمِينُكَ
وَكَانَ اللَّهُ عَلَى كُلِّ شَيْءٍ رَقِيبًا ۝ 50 يَا أَيُّهَا الَّذِينَ آمَنُوا لَا تَدْخُلُوا بُيُوتَ النَّبِيِّ إِلَّا أَنْ
يُؤْذَنَ لَكُمْ إِلَى طَعَامٍ غَيْرَ نَاظِرِينَ إِنَاهُ وَلَكِنْ إِذَا دُعِيتُمْ فَادْخُلُوا فَإِذَا طَعِمْتُمْ فَانْتَشِرُوا وَلَا مُسْتَأْنِسِينَ
لِحَدِيثٍ إِنَّ ذَلِكُمْ كَانَ يُؤْذِي النَّبِيَّ فَيَسْتَحْيِي مِنْكُمْ وَاللَّهُ لَا يَسْتَحْيِي مِنَ الْحَقِّ وَإِذَا
سَأَلْتُمُوهُنَّ مَتَاعًا فَاسْأَلُوهُنَّ مِنْ وَرَاءِ حِجَابٍ ذَلِكُمْ أَطْهَرُ لِقُلُوبِكُمْ وَقُلُوبِهِنَّ وَمَا كَانَ لَكُمْ أَنْ

تؤذوا

قَوْلُوا رَسُولَ ٱللَّهِ وَلَا أَن تَنكِحُوا أَزْوَاجَهُ مِن بَعْدِهِ أَبَدًا إِنَّ ذَٰلِكُمْ كَانَ عِندَ ٱللَّهِ عَظِيمًا ۝
51 إِن تُبْدُوا شَيْئًا أَوْ تُخْفُوهُ فَإِنَّ ٱللَّهَ كَانَ بِكُلِّ شَيْءٍ عَلِيمًا ۝ 52 لَّا جُنَاحَ عَلَيْهِنَّ فِي ءَابَآئِهِنَّ
وَلَآ أَبْنَآئِهِنَّ وَلَآ إِخْوَٰنِهِنَّ وَلَآ أَبْنَآءِ إِخْوَٰنِهِنَّ وَلَآ أَبْنَآءِ أَخَوَٰتِهِنَّ وَلَا نِسَآئِهِنَّ وَلَا مَا مَلَكَتْ أَيْمَٰنُهُنَّ
وَٱتَّقِينَ ٱللَّهَ إِنَّ ٱللَّهَ كَانَ عَلَىٰ كُلِّ شَيْءٍ شَهِيدًا ۝ 53 إِنَّ ٱللَّهَ وَمَلَٰٓئِكَتَهُۥ يُصَلُّونَ عَلَى ٱلنَّبِيِّ
يَٰٓأَيُّهَا ٱلَّذِينَ ءَامَنُوا صَلُّوا عَلَيْهِ وَسَلِّمُوا تَسْلِيمًا ۝ 54 إِنَّ ٱلَّذِينَ يُؤْذُونَ ٱللَّهَ وَرَسُولَهُۥ لَعَنَهُمُ ٱللَّهُ
فِي ٱلدُّنْيَا وَٱلْءَاخِرَةِ وَأَعَدَّ لَهُمْ عَذَابًا مُّهِينًا ۝ 55 وَٱلَّذِينَ يُؤْذُونَ ٱلْمُؤْمِنِينَ وَٱلْمُؤْمِنَٰتِ بِغَيْرِ مَا
ٱكْتَسَبُوا۟ فَقَدِ ٱحْتَمَلُوا۟ بُهْتَٰنًا وَإِثْمًا مُّبِينًا ۝ 56 يَٰٓأَيُّهَا ٱلنَّبِيُّ قُل لِّأَزْوَٰجِكَ وَبَنَاتِكَ وَنِسَآءِ
ٱلْمُؤْمِنِينَ يُدْنِينَ عَلَيْهِنَّ مِن جَلَٰبِيبِهِنَّ ذَٰلِكَ أَدْنَىٰٓ أَن يُعْرَفْنَ فَلَا يُؤْذَيْنَ وَكَانَ ٱللَّهُ غَفُورًا
رَّحِيمًا ۝ 57 لَّئِن لَّمْ يَنتَهِ ٱلْمُنَٰفِقُونَ وَٱلَّذِينَ فِي قُلُوبِهِم مَّرَضٌ وَٱلْمُرْجِفُونَ فِي ٱلْمَدِينَةِ لَنُغْرِيَنَّكَ بِهِمْ
ثُمَّ لَا يُجَاوِرُونَكَ فِيهَآ إِلَّا قَلِيلًا ۝ 58 مَّلْعُونِينَ أَيْنَمَا ثُقِفُوٓا۟ أُخِذُوا۟ وَقُتِّلُوا۟ تَقْتِيلًا ۝
59 سُنَّةَ ٱللَّهِ فِي ٱلَّذِينَ خَلَوْا۟ مِن قَبْلُ وَلَن تَجِدَ لِسُنَّةِ ٱللَّهِ تَبْدِيلًا ۝ 60 يَسْـَٔلُكَ ٱلنَّاسُ عَنِ
ٱلسَّاعَةِ قُلْ إِنَّمَا عِلْمُهَا عِندَ ٱللَّهِ وَمَا يُدْرِيكَ لَعَلَّ ٱلسَّاعَةَ تَكُونُ قَرِيبًا ۝ 61 إِنَّ ٱللَّهَ لَعَنَ
ٱلْكَٰفِرِينَ وَأَعَدَّ لَهُمْ سَعِيرًا ۝ 62 خَٰلِدِينَ فِيهَآ أَبَدًا لَّا يَجِدُونَ وَلِيًّا وَلَا نَصِيرًا ۝ 63 يَوْمَ
تُقَلَّبُ وُجُوهُهُمْ فِي ٱلنَّارِ يَقُولُونَ يَٰلَيْتَنَآ أَطَعْنَا ٱللَّهَ وَأَطَعْنَا ٱلرَّسُولَا۠ ۝ 64 وَقَالُوا۟ رَبَّنَآ إِنَّآ أَطَعْنَا
سَادَتَنَا وَكُبَرَآءَنَا فَأَضَلُّونَا ٱلسَّبِيلَا۠ ۝ 65 رَبَّنَآ ءَاتِهِمْ ضِعْفَيْنِ مِنَ ٱلْعَذَابِ وَٱلْعَنْهُمْ لَعْنًا كَبِيرًا ۝
66 يَٰٓأَيُّهَا ٱلَّذِينَ ءَامَنُوا۟ لَا تَكُونُوا۟ كَٱلَّذِينَ ءَاذَوْا۟ مُوسَىٰ فَبَرَّأَهُ ٱللَّهُ مِمَّا قَالُوا۟ وَكَانَ عِندَ
ٱللَّهِ وَجِيهًا ۝ 67 يَٰٓأَيُّهَا ٱلَّذِينَ ءَامَنُوا۟ ٱتَّقُوا۟ ٱللَّهَ وَقُولُوا۟ قَوْلًا سَدِيدًا ۝ 68 يُصْلِحْ لَكُمْ
أَعْمَٰلَكُمْ وَيَغْفِرْ لَكُمْ ذُنُوبَكُمْ وَمَن يُطِعِ ٱللَّهَ وَرَسُولَهُۥ فَقَدْ فَازَ فَوْزًا عَظِيمًا ۝ 69 إِنَّا عَرَضْنَا
ٱلْأَمَانَةَ عَلَى ٱلسَّمَٰوَٰتِ وَٱلْأَرْضِ وَٱلْجِبَالِ فَأَبَيْنَ أَن يَحْمِلْنَهَا وَأَشْفَقْنَ مِنْهَا وَحَمَلَهَا ٱلْإِنسَٰنُ إِنَّهُۥ كَانَ
ظَلُومًا جَهُولًا ۝ 70 لِّيُعَذِّبَ ٱللَّهُ ٱلْمُنَٰفِقِينَ وَٱلْمُنَٰفِقَٰتِ وَٱلْمُشْرِكِينَ وَٱلْمُشْرِكَٰتِ وَيَتُوبَ ٱللَّهُ عَلَى
ٱلْمُؤْمِنِينَ وَٱلْمُؤْمِنَٰتِ وَكَانَ ٱللَّهُ غَفُورًا رَّحِيمًا ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. O Propheta: time Deum, & ne obedias infidelibus, & impiis: quippè Deus eſt ſciens, ſapiens. 2. Et ſequere id, quod revelatur tibi à Domino tuo: nam Deus eſt de eo, quod facitis, *perfectè* inſtructus. 3. Et innitere ſuper Deum: nam ſufficiens eſt in Deo procurator. 4. Non dedit Deus viro duo corda in interiori ejus: neque fecit uxores veſtras (quarum *a* aliquibus dicitis: Tu es apud me, ſicut dorſum matris meæ) matres veſtras: *ita, ut non poſſitis eas repudiare*: neque fecit filios veſtros adſcititios, filios veſtros *veros*. Hoc dictum veſtrum in oribus veſtris: Sed Deus dicit veritatem, & ipſe dirigit viam *ad illam*. 5. Revocate eos (*ideſt adſcititios*) ad patres eorum: hoc *eſt* juſtius apud Deum. Quòdſi non noveritis patres eorum: *ſint* fratres veſtri: neque erit ſuper vos piaculum in eo, quod erraveritis

a aliquas vocatis dorſum matrum veſtrarum.

circa

circa hoc: Sed in eo, quod intenderint corda veſtra (*ideſt in eo, quod non per errorem, ſed mala intentione feceritis*) & eſt Deus Indulgens, Miſericors. 6. Propheta (*ideſt Mahumetus*) propinquior eſt fidelibus, quàm animæ eorum (*ideſt, quàm ſint ſibi ipſis*) & uxores *ejus* ſunt matres eorum, & conſanguinei, alii eorum *ſunt* propinquiores aliis in libro Dei, quàm ſint Fideles, & tranſmigratores. Verùm, quòd faciatis erga propinquos veſtros juſtum, erit hoc in Libro ſcriptum (*ideſt in Tabula cuſtodita*). 7. Et *memento*, cùm accepimus à Prophetis pactum eorum, & à te, & à Noe, & Abraham, & Moyſe, & Jeſu filio Mariæ, & accepimus ab eis pactum craſſum (*ideſt inivimus cum illis fœdus firmiſſimum*). 8. Ut interroget *Deus* veraces de veracitate eorum, & præparavit infidelibus pœnam diſcruciantem. 9. O, qui credidiſtis, mementote gratiæ Dei erga vos, quandò venerunt ad vos exercitus *infidelium*, & miſimus contra eos ventum, & exercitus *Angelorum*, quos non videbatis, & erat Deus in id, quod faciebatis, inſpiciens. 10. Cùm venerunt ad vos à parte ſuperiori veſtrum, & à parte, quæ erat inferior vobis, & quandò avertebantur aſpectus *veſtri ab omni alia re, intenti tantummodò ad hoſtes*, & perveniebant corda *veſtra ob timorem* uſque ad guttura, & cogitabatis de Deo cogitationes *varias*. 11. Ibi tentati ſunt fideles, & exagitati ſunt agitatione vehementi. 12. Et, cùm dicerent impii, & quorum in cordibus *erat* morbus *infidelitatis*: Non promiſit nobis Deus, & legatus ejus, niſi fallaciam. 13. Et, cùm dixit pars ex illis: O familia Jathreb (*ideſt Medinenſes*) non *erit* locus ſtabilis *hic* vobis: itaque revertemini. Et petierunt facultatem *redeundi* pars ex eis à Propheta, *a* dicentes: Sanè domus noſtræ ſunt debiles: Sed non *b* erant debiles: Si volebant *aliud*, niſi fugere *à prælio*. 14. Quòdſi intratum fuiſſet ad eos ab extremis partibus ejus, (*nempè Medinæ*) & rogati fuiſſent, *ut amplecterentur* ſchiſma: Certè acceſſiſſent ad illud; Sed non permanſiſſent in eadem *Medina*, niſi modicum *tempus* (*quia ſcilicet Deus perdidiſſet eos*). 15. Et jam quidem promiſerant Deo anteà, *quòd* non retroverterent terga, & eſt promiſſio *facta* Deo exigenda (*ideſt reddenda erit ratio de ea*). 16. Dic: Nullatenùs proderit vobis fuga. Si fugieritis à morte, vel à cæde: nihilominùs non fruemini *in hoc mundo*, niſi parùm. 17. Dic: Quis *eſt* ille, qui tueatur vos à Deo, ſi voluerit *inferre* vobis malum, aut voluerit *uti* vobiſcum miſericordia? Et non invenient ſibi, præter Deum, Patronum, neque defenſorem. 18. Jam novit Deus impedientes ex vobis *alios*, *ne eant ad prælium*, & dicentes fratribus ſuis: Venite ad nos (*ideſt ad partem noſtram*) neque veniunt ad certamen, niſi pauci. 19. Avari erga vos. Cùm verò venerit timor; videbis eos reſpicientes ad te: circumvolvuntur oculi eorum veluti illius, ſuper quem venit obtenebratio ex morte. Cùm verò abſceſſerit timor; proſcindunt vos linguis acutis: avari (*ideſt cupidi*) ſuper id, quod melius *eſt in ſpoliis, & prædis*. Hi non crediderunt: ideò inutilia reddidit Deus opera eorum, & fuit hoc apud Deum facile. 20. Exiſtimant, Conjuratos non iviſſe *ad Meccam ob timorem ipſorum*. Quòd ſi venerint Conjurati *alia vice*, deſiderabunt ipſi eſſe incolæ deſerti inter Arabas *ſcenitas*, *ne cogantur pugnare contra eos*. Interrogabunt, *requirendo*, nuncia de vobis. Quòd ſi fuerint vobiſcum, non pugnabunt, niſi *c* parùm. 21. Jam quidem fuit vobis in Legato Dei exemplum pulchrum ei, qui ſperaverit in Deum, & diem noviſſimum, & meminerit Dei plurimùm. 22. Cùm autem vidiſſent Fideles Conjuratos, dixerunt: Hoc *eſt*, quod promiſerat nobis Deus, & Legatus ejus. Et non auxit eis *hoc*, niſi fidem, & firmitatem. 23. Ex fidelibus viri *quidam* veraces fuerunt in *obſervando*, quod promiſerant Deo, & ex ipſis *d* quidam abſolverunt metam ſuam (*ideſt mortui, vel occiſi ſunt*) & ex ipſis *e* quidam expectant *hoc idem*, & non commutaverunt commutando *promiſſionem ſuam*. 24. Ut remuneret Deus veraces ob veracitatem ipſorum, & puniat impios, ſi voluerit, vel propitietur eis: nam Deus eſt Indultor, Miſericors. 25. Et repulit Deus eos, qui fuerunt infideles (*nempè Conjuratos*) cum furore ſuo non obtinuerunt bonum *ullum*, & ſufficiens fuit Deus Fidelibus ad prælium: nam eſt Deus Fortis, Præpotens.

a dixerunt.
b ipſi.
c pauci.
d aliquis abſolvit.
e aliquis expectat.

familia libris.

26. Et descendere fecit eos, qui adjuverant eos ex *a* Scripturalibus, ex arcibus suis (*nempe Coraidenses*) & conjecit in cordibus eorum terrorem: partem *eorum* occidistis, & captivastis partem *eorum*, & hæreditare fecit vos *Deus* terram eorum, & habitacula eorum, & facultates eorum, & terram, quam nunquam calcaveratis: Nam est Deus ad omnem rem Potens. 27. O Propheta, dic uxoribus tuis: Si vultis vitam mundanam, & ornamentum ejus; venite, dabo vobis utensilia, *quæ vultis*; & dimittam vos dimissione pulchra (*idest repudiabo vos honestè, & sine vi*). 28. Sed, si vultis Deum, & Legatum ejus, & Palatium novissimum (*idest Paradisum*) certè Deus præparavit benefacientibus ex vobis mercedem magnam. 29. O uxores Prophetæ, quæcunque perpetraverit ex vobis flagitium manifestum: duplicabitur illi pœna, duabus duplicationibus, & erit hoc apud Deum facile. 30. Quæ autem devoverit se ex vobis Deo, & Legato ejus, & operata fuerit rectum: dabimus illi mercedem ejus duabus vicibus, & præparavimus illi proventum honorificum *in Paradiso*. 31. O Uxores Prophetæ, non estis, sicut una ex *reliquis* mulieribus. Si timetis *Deum*, ne molliores sitis in verbis, ne speret *expugnare* vos is, in cujus corde *est* morbus *amoris*: Sed dicite dictum conveniens (*idest humaniter, sed non nimis blandè respondeatis*). 32. Et residete in Domibus vestris: & ne adornetis vos ornatu ignorantiæ prioris (*idest, quo utebamini tempore idolatriæ*) & persolvite orationem, & facite eleemosynam; & obedite Deo, & Legato ejus: utique vult Deus removere à vobis abominationem (*idest vanitatem ornamentorum*) *cùm sitis* familia Domus (*idest è Domo Prophetæ*) & purificare vos purificando. 33. Et mementote illius, quod legitur in domibus vestris de signis Dei, & sapientia (*idest de Alcorano, & Sonna*) quippe Deus est Perspicax, perfectè instructus. 34. Certè Moslemi; & Moslemæ, & Fideles *viri*, & fideles *mulieres*, & devoti, & devotæ, & veridici, & veridicæ, & patientes *viri*, & patientes *fœminæ*, & qui se humiliter demittunt, & quæ se humiliter demittunt, & eleemosynarii, & eleemosynariæ, & jejunatores, & jejunatrices, & custodientes mentulas suas, & custodientes *cunnos suos ab illicito coitu*, & qui mentionem faciunt Dei plurimam, & quæ mentionem faciunt *Dei plurimam*: præparavit illis Deus indulgentiam, & mercedem magnam. 35. Et non est *conveniens viro* fideli, neque *mulieri* fideli, ubi decreverit Deus, & Legatus ejus rem aliquam, ut sit ipsis electio ullius rei suæ *diversa ab eo, quod illi decreverint*. Et, qui contumax fuerit Deo, & Legato ejus, jam porrò errabit errore manifesto. 36. Et *memento*, cùm dixisti *Zeido filio Harethæ*, in quem beneficus fuerat Deus; & *tu quoque* beneficia contuleras in eum: Tene tibi uxorem tuam, & time Deum *in ea repudianda*: Et *tu, ò Mahumete*, abscondebas in animo tuo id, quod Deus *erat* manifestaturus (*idest amorem tuum erga illam, ob quem duxisses eam in uxorem, si Zeidus eam repudiasset*) sed timebas homines, *ne obloquerentur de te propter hoc*: At Deum justius *erat*, ut timeret. Postquam autem decrevit Zeidus de ea intentum (*idest id, quod volebat, repudiando scilicet eam*) copulavimus tibi eam; ne esset apud fideles piaculum in *accipiendis* uxoribus adoptivorum suorum, cùm decreverint de ipsis intentum (*idest, cùm repudiaverint eas.*) Est autem præceptum Dei exequendum. 37. Non fuit super Prophetam ullum piaculum in *faciendo* id, quod statuit Deus illi, *conforme* statuto Dei erga illos, qui præcesserunt anteà: est enim præceptum Dei mensura mensurata (*idest omninò justum*). 38. Qui (*nempe Prophetæ præcedentes*) prædicabant mandata Dei, & timebant eum, & non timebant ullum, nisi Deum, & sufficiens est in Deo computator (*idest sufficit, ut Deus aliquid probet*). 39. Non est Mahumetus pater ullius ex viris vestris, *itaut non possit ducere uxorem illius*: Sed *est* Legatus Dei, & sigillum Prophetarum, & est Deus in omni re Sciens. 40. O, qui crediderunt, mementote Dei memoria plurima, & laudate eum mane, & vespere. 41. Ipse *est*, qui orat super vos, & Angeli ejus *idem faciunt*: ut educat vos de tenebris in lucem, & est erga Fideles Misericors. 42. Salutatio eorum, die, *qua* occurrent ei (*idest die resurrectionis*) eri Pax, & præparavit illis mercedem honorificam. 43. O Propheta, certè nos mi

الجزء الثانى والعشرون
Pars Vigesima secunda.

simus

ſimus te teſtem, & fauſta annunciantem, & infauſta comminantem, & advocantem ad Deum per voluntatem ejus, & lucernam illuminantem. 44. Annuncia ergo Fidelibus, quòd ipſis *erit* à Deo abundantia magna *(ideſt Paradiſus)*. 45. Et ne obedias infidelibus, & impiis, & omitte nocere eis, & innitere ſuper Deum, ſufficiens eſt cum Deo *(ideſt Deus)* procurator. 46. O, qui crediderunt, cùm nupſeritis *fœminis* fidelibus, deindè repudiaveritis eas, antequam tetigeritis eas: non *erit* vobis ſuper eas ex meta perſcripta, *quòd* tranſgrediamini illam *(ideſt non licebit vobis eas retinere ultra terminum à lege perſcriptum retentioni earum poſt repudium.)* Itaque date eis utenſilia *(ideſt, quod debetis dare juxta legem)* & dimittite eas dimiſſione pulchra *(ideſt honorificè, & ſine noxa, aut vi.* 47. O Propheta, nos certè licitas fecimus tibi uxores tuas, quibus dediſti mercedes *(ideſt dotes)* earum; Et *licitas etiam fecimus ancillas*, quas poſſedit dextera tua ex eo, quod conceſſit Deus tibi *(ideſt ex præda hoſtium)* & filias patrui tui, & filias amitarum tuarum; & filias avunculi tui; & filias materterarum tuarum, quæ tranſmigraverunt tecum *è Mecca*, & *quamlibet* mulierem fidelem, ſi donaverit ſe ipſam Prophetæ, dummodò voluerit Propheta ducere eam in uxorem. *Hoc eſt* privilegium *conceſſum* tibi præter cæteros Fideles. Jam novimus, quid ſanxerimus iiſdem *Fidelibus* circa uxores eorum, & id, quod poſſederunt dexteræ eorum *(ideſt circa ancillas eorum)* ne ſit ſuper te piaculum *(ideſt ne ſcrupulis angaris in eo, quod conceſſimus tibi)* & eſt Deus Indultor, Miſericors. 48. Expectare facies, quam volueris ex iiſdem *uxoribus tuis, amplexus tuos*, & recipies ad te, quam volueris, & quam concupieris ex iis, quas rejeceris *anteà à concubitu tuo*: neque *erit id* piaculum ſuper te. Hoc *erit* magis idoneum ad hoc, ut exhilarentur oculi earum, & *ipſæ* non triſtentur, ſed contentæ ſint eo, quod contuleris eis, unaquæque earum; Et Deus ſcit id, quod *eſt* in cordibus veſtris: nam eſt Deus ſciens, ſolers. 49. Non *a* erit licitum tibi *accipere* uxores poſthac, *præter novem*, *quas habes*: neque commutare *licebit tibi* cum illis *alias* uxores, etiam ſi placuerit tibi pulchritudo earum: præter eas, quas poſſedit dextera tua *(ideſt præter captivas, ſeu ancillas)* eſt autem Deus ſuper omnem rem Obſervator. 50. O, qui crediderunt, ne ingrediamini domos Prophetæ, niſi annuatur vobis, ad *ſumendum* cibum, non expectantes tempus illi opportunum: Sed, cùm vocati fueritis, ingredimini. Cùm verò cibum ſumpſeritis, diſcedite ſeparatim: neque *moremini* familiariter miſcentes inter vos confabulationem: nam hoc offenderet Prophetam: etenim verecundatur ex vobis *(ideſt ex modeſtia veretur vos ejicere)* ſed Deus non verecundatur de *manifeſtanda vobis* veritate. Cùm autem petieritis ab eis *(ideſt ab uxoribus Prophetæ)* aliquid ad uſum *veſtrum*, petite ab eis de poſt velamen. Hoc erit purius *(ideſt ſecurius ad puritatem ſervandam)* cordibus veſtris, & cordibus earum, neque *expediens* eſt vobis, ut lædatis Legatum Dei, neque, ut nubatis uxoribus ejus poſt eum *(ideſt poſt mortem ejus, ſeu poſtquam ipſe accepit eas)* unquam: nam hoc eſſet apud Deum *ſcelus* magnum. 51. Si propalaveritis quidpiam, aut celaveritis illud: profectò Deus eſt in omni re ſciens. 52. Non erit piaculum ſuper eaſdem *uxores*, *ſi videri ſinant ſe, & loquantur ſublato velamine* cum patribus ſuis, neque filiis ſuis, neque fratribus ſuis, neque filiis fratrum ſuorum, neque filiis ſororum ſuarum, neque fœminis ſuis *fidelibus*, neque iis, quos poſſederint dexteræ earum *(ideſt cum ſervis, & ancillis)* Et timete Deum, *ò uxores Prophetæ*: nam Deus eſt ſuper omnem rem teſtis. 53. Certè Deus, & Angeli ejus orant ſuper Prophetam. O, qui crediderunt, orate *etiam vos* ſuper eum, & ſalutate *eum* ſalutem apprecando. 54. Porrò, qui offenderint Deum, & legatum ejus, maledicet illis Deus in hoc Mundo, & in altero ſæculo, & præparavit illis pœnam ignominioſam. 55. Et, qui læſerint *viros* Fideles, & *fœminas* fideles abſque eo, quod id commeruerint: jam certè portabunt mendacium, & delictum manifeſtum. 56. O Propheta, dic uxoribus tuis, & filiabus tuis, & mulieribus Fidelium, ut laxent ſuper ſe ex palliis ſuis *(ideſt demittant partem eorum ſuper faciem, quandò exeunt foràs, relicto tantùm foramine pro uno oculo)* hoc *erit* facilius, ut cognoſcantur *eſſe nobiles, & ingenuæ*: & non offendantur *actibus, & verbis minùs honeſtis*. Eſt autem Deus indultor, Mi-

a Non erunt licitæ tibi.

Misericors. 57. Certè, si non abstinuerint *ab impietate sua* impii, & quorum in cordibus est morbus *lascivia*, & tumultum excitantes in Medina: Profectò incitabimns te contra eos, *ut reprimas illos*: hinc non cohabitabunt tecum in ea, nisi parùm. 58. Maledicti *erunt*: ubicunque deprehensi fuerint, capientur, & occidentur internecione. 59. Statutum Dei *fuit hoc* contra eos, qui præcesserunt antea, & nequaquam invenies statuto Dei immutationem. 60. Interrogabunt te homines *Meccani* de Hora (*idest de die judicii*). Respondè: Profectò scientia ejus *est* penes Deum; & non finit, te scire, utrum Hora sit propinqua. 61. Porrò Deus maledixit infidelibus, & præparavit illis ignem vehementem. 62. Perennaturis in eo semper: non invenient patronum, neque adjutorem. 63. Die, *qua* revolventur facies eorum in igne, dicent; O utinam nos obedissemus Deo, & obedissemus Legato. 64. Et dicent: Domine noster, certè nos obedivimus Principibus nostris, & Magnatibus nostris, & errare fecerunt à via *recta*. 65. Domine noster da illis duplum de pœna *nostra*, & maledic illis maledictione gravi. 66. O, qui crediderunt, ne sitis sicut illi, qui læserunt Moysem, *detrahendo illi*: Sed purgavit eum Deus ab eo, quod dixerant *contra illum*, & fuit apud Deum illustris. 67. O, qui crediderunt, timete Deum, & dicite dictum solidum (*idest loquimini recta, ac vera*). 68. *Ut* prosperet vobis *Deus* opera vestra, & condonet vobis peccata vestra. Et, qui obedierit Deo, & Legato ejus, jam porrò felicitabitur felicitate magna. 69. Nos sanè proposuimus fidem Cœlis, & terræ, & montibus: sed renuerunt portare eam, & formidaverunt ab ea, & portavit eam homo: atqui ipse fuit iniquus, stultus. 70. Ut puniat Deus impios, & impias, & associatores, & associatrices, & propitius sit Deus super *fideles* viros, & fideles *mulieres*: est enim Deus Indultor, Misericors.

NOTÆ.

INscriptio Suræ desumitur ab eo, quod Mahumetus contra quosdam è suis, qui adversum se conjuraverant, revelatum sibi fuisse confingit: quamvis hoc non ex professo, sed obiter, & quasi per transennam in ea tractetur. Gelal, & Jahias faciunt hanc Suram Medinensem. Meccanam ponit Hottingerus: sed fides ejus nihili facienda. Versus communiter tres supra septuaginta numerantur: sed numerus à me positus verior videtur. De præmio lectoris hæc habe. من قراء سورة الاحزاب وعلّمها اهله وما ملكت يمينه أُعطى الامان من عذاب القبر. *Qui legerit Suram Conjuratorum, & docuerit eam domesticos suos, & servos suos, habebit securitatem à tormento sepulchri*: De quo alibi vide à me dicta.

IV. *Non dedit Deus viro duo corda.*] Si credimus Gelal; dictum fuit hoc ردّا على من قال من الكفار ان له قلبين يعقل بكل منهما افضل من عقل محمد: *ad respondendum cuidam ex infidelibus, qui asserebat se habere duo corda, quorum quolibet intelligebat melius, quàm intelligeret Mahumetus.*

* *Neque fecit uxores vestras.*] Tempore Idololatriæ ante Mahumetum, cùm quis nollet uxorem suam repudiare, vel impedire, ne consanguinei sui eam jam dimissam ducerent, dicebat ei (inquit Gelal: انت علىّ كظهر أمّى *Tu es apud me, sicut dorsum matris meæ*. Per quod profitebatur, se habere uxorem in eodem gradu, quo matrem suam. Hoc autem nunc Mahumetus abrogat: quemadmodùm etiam abrogat alium usum, quo filii adscititii, seu adoptivi habebantur, tamquam veri filii, & ex eorum adoptione oriebatur impedimentum dirimens matrimonium. Huic Mahumeticæ Sanctioni dedit occasionem, quòd, ut ait Gelal, اليهود والمنافقون قالوا لما تزوّج النبىّ زينب بنت جحش التى كانت امراة زيد بن حارثة الذى تبنّه قالوا تزوّج محمّد امراة ابنه فكذّبهم الله فى ذلك. *Judæi, & impii Mahumetæni, cùm Mahumetus duxisset in uxorem Zeinebam filiam Giahhsci, quæ erat uxor Zeidi filii Harethæ, quem Zeidum adoptaverat Mahumetus ex liberto in filium: cœperunt obloqui de Propheta, ac dicere: Mahumetus duxit in uxorem conjugem filii sui. Verùm mendacii redarguit eos Deus hoc loco.*

V. *Revocate eos ad patres eorum.*] Idest, restituite adoptatos à vobis patribus eorum naturalibus. Quodsi eos non inveneritis: habete illos, ut fratres, & propinquos in religione tantùm: itaut nullum inferant matrimonio impedimentum.

VI. *Propheta propinquior est Fidelibus.*] Hanc majorem Mahumeti propinquitatem ponit Gelal: فيما دعاهم ودعتهم انفسهم الى خلافه: *in eo, quòd vocavit eos ad fidem, & ipsi sponte amplexi sunt sequelam illius*. Itaut hæc propinquitas non impediret eum, quin posset ducere in uxores, quas vellet ex affectis suis. Contra verò, cùm dicit, uxores suas esse matres fidelium, explicat idem Auctor, eum significare حرمة نكاحهن عليهم *prohibitionem conjugii earum cum iisdem*. Sensus verò verborum illorum: *& consanguinei, alii eorum sunt propinquiores*, est: Hereditates

tes ſpectant ad propinquos conſanguinitatis, cuique juxta gradum ſuum: non autem ad propinquos in fide ex Religione. Per hoc autem abrogatur id, quod ſtatutum erat in Sacra octava de manubiis: quòd nimirùm in hæreditatibus, & legatis non haberetur ratio conſanguineorum; niſi eorum, qui crediderant, & è Mecca emigraverant. Ita Gelal, Jahias, & alii expoſitores.

VII. *Et memento, cùm accepimus à Prophetis.*] Videtur Mahumetus fuiſſe in errore Thalmudiſtarum, quòd nimirùm Prophetæ omnes, & ipſe etiam, fuerint in monte Synai unà cum Moyſe; ubi acceperint à Deo munus propheticum, quod hìc pactum appellatur. Attamen Gelal mavult, hujuſmodi pactum initum fuiſſe cum Prophetis omnibus: حين اخرجوا من صلب ادم كالذر وهى اصغر النمل: *cum ſimul egreſſi ſunt ex lumbis Adæ tamquam formiculæ minutiſſimæ.*

IX. *Quandò venerunt ad vos exercitus.*] Evenit hoc, ſi credimus, Gelal: فى ايام حفر الخندق *in diebus, ſeu prælio Foveæ Candanenſis.* Vide, quæ dicta ſunt in Vita Mahumeti. Idem cenſet Zamchaſcerius: Sed Jahias id refert ad bellum Bedrenſe.

XIII. *O familia Jathreb.*] Ideſt ò Medinenſes. Eſt enim يثرب *Jathreb* regio, ſeu territorium Medinæ.

XX. *Exemplum pulchrum.*] Hujuſmodi exemplum Mahumetus exhibuit in ſtrenuè, conſtanterque pugnando. Ita cenſet Gelal.

XXXV. *Et non eſt conveniens viro fideli.*] Cauſam hujus verſiculi affert Gelal his verbis نزلت فى عبد الله بن جحش واخته زينب خطبها النبى وعندى لزيد بن حارثة فكرها ذلك حين علمه لظنّهما قبل ان النبى خطبها لنفسه. *Dicta ſunt hæc pro Abdallah filio Giahſci, & Zeinaba ſorore ejus, quam ſibi uxorem arripuerat Mahumetus, & ſignificaverat Zeido filio Harethæ: & ambo moleſtè hoc acceperunt, eo tempore, quo ipſe agnovit, quòd ambo putabant, antequam Propheta duceret eam in uxorem.* Nolebat itaque Mahumetus Abdallah, & Zeidum ſibi adverſari in conjugio Zainebæ, ſeu Zenobiæ.

XXXVI. *At Deum juſtiùs erat, ut timeres.*] Quia ſcilicet Deus præceperat ei, ut illam duceret: Deoque debebat obedire, neque hominum dicta curare. Ita Gelal: qui etiam refert, Mahumetum, cùm ſibi Zeinebam deſponſaſſet دخل عليها بغير اذن واشبع المسلمين خبزًا ولحمًا; *ingreſſum fuiſſe ad eam ſine facultate* (ideſt abſque eo, quod Zeidus id concederet) *& pane, & carne Moslemos ſatiaſſe.*

XXXIX. *Et ſigillum Prophetarum.*] Ita vocatur Mahumetus apud Arabes, ſeque ipſum Mahumetus vocat, quia credunt, fuiſſe ultimum Prophetarum: Quamobrem ſcribit hìc Gelal: فلم يكن له ابن رجل بعده يكون نبيًّا فكان خاتم النبيّين اى ختموا به وكان الله بكل شى عليمًا بان لا يبى بعده واذا نزل السيد عيسى يحكم بشريعته.

—*Propterea nullum habuit filium maſculum poſt obitum ſuum, qui eſſet Propheta. Unde ipſe fuit ſigillum Prophetarum, quia per eum ſigillati ſunt quodammodò Prophetæ. Dicitur verò hìc, Deum omnia ſcire, nimirùm pertinentia ad Mahumetum: quòd, ſcilicet nullus foret Propheta poſt eum. Cùm autem è Cælo deſcenderit Dominus Jeſus, judicabit juxta legem ejus.*

XLI. *Ipſe eſt, qui orat ſuper vos.*] Explicat Gelal: يرحمكم *miſeretur veſtri*. Verùm, cùm hoc idem dicatur de Angelis, immò de ipſis Mahumetanis reſpectu Mahumeti; non videtur admitti poſſe ſignificatio miſerendi. Certè verbum hoc صلّى propriè, ac legitimè ſignificat *orare*. Sed expoſitores ad Mahumeti inſcitiam excuſandam, voluerunt reſpectu Angelorum, laudare, ſeu benedicere; reſpectu verò hominum orare, ſeu benè precari.

XLVIII. *Expectare facies, quam volueris.*] Nempe, ut exponit Gelal: عن نوبتها *à vice ſua*: itaut, etiamſi nox concubitus debeatur uni, poſſis tamen illa rejecta, admittere aliam ad libitum tuum, quamvis eidem anteà negaveris nocturnos congreſſus ipſi debitos. Hoc autem magis idoneum putavit ad omnes illas in pace continendas: ne qua earum putaret ſibi fieri injuriam, ſi à Propheta ſuo rejiceretur.

XLIX. *Non erit licitum tibi accipere uxores poſthac.*] Verſus iſte penitùs deſtruit verſum quadrageſimum ſeptimum præcedentem. Quamobrem Expoſitores reponunt hos duos verſus inter eos, qui dicuntur الناسخ *Abrogans*, & المنسوخ *Abrogatus*. Et ita recenſet eos Abul-kaſem Habat-Allah in hac Sura, his verbis: الاية الثانية قوله تعلى لا يحلّ لك انسآ من بعد ولا ان تبدّل بهنّ من ازواج وهى من اعجايب المنسوخ نسخها الله باية قبلها فى النظم وهى قوله يا ايها النبى انّا احللنا لك ازواجك. *Secundus verſus*, qui abrogatur in hac Sura: *Non erit licitum tibi accipere uxores poſthac, &c. Eſt ex iis, qui inter abrogatos afferunt majorem admirationem: abrogatur enim per verſiculum in ordine præcedentem, nempè: O Propheta, nos certè licitas fecimus tibi uxores tuas.*

LXVI. *Sicut illi, qui læſerunt Moyſen.*] Comminiſcuntur hìc expoſitores ſatis lepidam fabellam, quàm ita refert Gelal: اذوا موسى بقولهم مثلًا ما يمنعه ان يغتسل معنا الا انه آدر وتبراءه الله ممّا قالوا بان وضع ثوبه على حجر ليغتسل ففرّ الحجر به حتى وقف به بين ملاء من بنى اسرايبل فادركه موسى فاخذ ثوبه واستتر به فراوه لا ادرة به وهى نفخة فى الخصية: ومما اوذى به نبيّنا انه قسم قسمًا فقال رجل هذه قسمة لم يُرد بها وجه الله فغضب النبى من ذلك وقال يرحم الله اخى موسى لقد اوذى باكثر من هذا فصبر رواه البخارى. *Læſerunt Moyſen, proverbiantes eum, ac dicentes; Non retinet eum, ne lavet ſe nobiſcum* (lavabat enim ſe ſeparatim à cæteris) *niſi, quia hernioſus eſt. Deus autem liberavit eum ab hoc probro: quia, cùm lavaturus ſe, poſuiſſet veſtimenta ſua ſupra quamdam petram, petra cæpit fugere; auferens ſecum veſtimenta Moyſis: & cucurrit cum illis, donec pervenit in medium populi Israelitarum. Moyſes etiam cucurrit poſt eam, donec aſſecutus eſt eam: & acceptis veſtibus ſuis* (non advertens, ſe nudum eſſe in medio populi) *veſtivit ſe. Viderunt itaque omnes, illum non eſſe hernioſum. Inter ea autem,*

in quibus læſus fuit Propheta noſter, illud eſt, quod, eùm partiretur quamdam prædam, vir quidam (dolens, ſibi obtigiſſe partem nimis exiguam) *dixit: Hac portione non quærit Mahumetus faciem Dei* (ideſt placere Deo). *Quamobrem iratus Mahumetus dixit: Deus miſereatur Moyſis fratris mei: jam quidem majorem læſionem accepit, quàm ſit hæc, & ita patienter ſuſtinuit. Refert hoc Albocharius.*

LXIX. *Nos ſanè propoſuimus fidem Cœlis.*] Nomine fidei intelligit hìc Gelal orationem, & alia opera, quibus, ſi fiant, acquiritur præmium; ſin autem omittantur, pœna. Ideò autem dicitur Deus propoſuiſſe hæc Cœlis, terræ, & montibus بان خلـــق فيها فهما ونطقا, *quia creaverat in eis intelligentiam, & locutionem.* Cùm autem renuiſſent ob timorem ea ſuſcipere; propoſuit ea Adæ, qui, cùm illa acceptaſſet, poſteà dereliquit, nec pro debito adimplevit: ideò ſibiipſi iniquus fuiſſe dicitur.

REFUTATIONES.

I. INter alia, quæ manifeſtè demonſtrant, Alcoranum non eſſe à Deo, illud eſt præcipuum, quòd in eo Mahumetus omnia ferè ad commodum ſuum metitur: id, quod in hac ſura maximè apparet, in qua legem alioqui laude, & imitatione dignam, naturęque valdè congruam, de non ducendis in matrimonium uxoribus adoptivorum, ea tantummodò ex cauſa abrogat, quia Zeinabam, ſeu Zenobiam uxorem Zeidi adoptivi ſui, quam inſanè deperibat, cum ſcandalo totius populi, & non ſine magna ipſius Zeidi offenſione, matrimonio ſibi copulaverat. Id verò, quod ſine horrore audiri non poteſt, fingebat, Deum ſuum eſſe lenonem, effrenateque libidinis ſuæ patrocinatorem. Quia, namque Zeidus nolebat Zeinabam dimittere, eo, quòd juxta morem laudabilem, qui tunc vigebat, ſe tamquam matrem illam habiturum, ſemperque retenturum promiſerat: bonus iſte Propheta, conſuetudinem hujuſmodi reprobat, quò unicuique liberiùs uxoris ſuæ repudium faciat, ut illa, cuicunque voluerit, poſſit ſe proſtituere, atque novæ hujus legis authorem facit Deum. Uxores tamen ſuas ſatis cautè cuſtodit, atque in tuto collocat, dùm eas Mahumetanorum omnium matres conſtituit, itaut nullus unquam, etiam eo defuncto, poſſet illas in uxores accipere. Probant hæc omnia, Mahumetum, non Prophętam, ſed ganeonem magnum fuiſſe, legemque ſuam ad libidinem propriam explendam direxiſſe. De conjugio autem cum Zeinaba aliàs redibit ſermo.

II. Non ſemel in Alcorano commemoratur pactum illud chimericum, quod Deus cum Prophetis omnibus inivit. Jam verò notavimus, eſſe hoc commentum Rabbinicum, quod tamen Expoſitores Moslemi novo commento commiſcent, ut in Notis apparet. Vide circa hoc commentum Rabbinicum eruditiſſimum P. Raymundum Martinum Ordinis Prædicatorum in Pugione fidei p. 3. diſt. 1. c. 4.

III. Miraculum illud, quo Mahumetani pugnantes in prælio Chandacenſi, ſeu Bedrenſi (nam non conveniunt in eo Expoſitores) adjuti ſunt exercitu Angelorum, inter pueriles nenias computari poteſt. Angelos enim illos à nullo homine viſos fuiſſe Alcoranus ipſe teſtatur. Porrò, ſi de bello Bedrenſi loquamur, Angelorum opem ſuperfluam prorsùs fuiſſe, jam vidimus alibi. In pręlio autem Chandacenſi, ſeu Foveæ, vel Lacunæ ita res ſe habuerunt, ut impertinens fuerit Angelorum auxilium. Primò enim conflictu victoria ſtetit pro hoſtibus, ex quibus tres tantùm cecidere, Mahumetanis ſex interfectis. Deindè nihil aliud geſtum legimus in eo prælio. Vide Vitam Mahumeti. Ex ipſis autem Alcorani verbis manifeſtè apparet, Mahumetanos nihil in eo certamine præclarè geſſiſſe, ſed tantùm in animi conſternatione, ac trepidatione fuiſſe. Illud verò, quod verſu vigeſimo ſexto de victoria ex Coraidenſibus relata innuitur, ſubſecutum eſt ad Bellum Chandacenſe: neque aliud in eo factum fuit, niſi, quòd Mahumetus per dies viginti quinque Coraidenſes obſedit. Cùm verò illi ſeſe dedidiſſent, eſſentque inermes, ab armatis hoſtibus trucidati ſunt ad ſexcentos, vel ſeptingentos: fœminis, ac pueris ductis in captivitatem. Ad quid autem hìc Angelorum exercitus?

IIII. In iis legibus, quas Mahumetus uxoribus ſuis præſcribit, quilibet, qui eas attentè perpendat, agnoſcere poteſt, illum avaritiæ potiùs, ac Zelotypiæ ſuæ, quàm earum pudicitiæ, & honeſtati conſuluiſſe.

V. Plus nimio indulget ſibi, ſuæque libidini liberalis eſt, dùm fingit, conceſſam ſibi eſſe à Deo libertatem accipiendi quaſcunque vellet in uxotes, nulla conſanguinitatis, vel affinitatis, vel alieni thori violandi habita ratione. Hanc tantam in re venerea licentiam, quam ſibi uni à Deo conceſſam fuiſſe mentitur, non ſolùm Prophetico muneri, ſed etiam omnibus legibus Temperantiæ, Modeſtiæ, atque honeſtatis repugnare, quis non videt? Putabit aliquis, Mahumetum ipſum conſcientia ſtimulatum hac in re ſententiam mutaſſe: quia videlicet ferè immediatè poſt prædictam conceſſionem, inducit Deum prohibentem ſibi, ne impoſterum uxores alias, præter novem, quas habebat, acciperet, vel eaſdem in alias commutaret: ancillis exceptis, quarum nullus ei numerus præſcribebatur. Hoc ipſum ſatis eſſe poterat ad effrænatam cujuſlibet proſtibularii libidinem exſaturandam. Nihilominùs oppoſitum contigit: nam verſus hic poſterior revocatur, & abrogatur per verſum priorem, quod meritò Abulcaſem, tanquam monſtrum admiratur. Quis enim legiſlator, niſi vacuus omninò cerebro ſit, legem abrogat, quam nondùm tulit, & deindè laturus eſt? Neque dicant Moslemi, in Alcorano ordinem verſiculorum ordini temporum non reſpondere. Quædam enim priùs in eo ſcribuntur, quæ poſteriùs facta ſunt; & quædam poſteriùs referuntur, quæ anteà contigere. Nulla enim hìc perverſionis hujus cauſa apparet, vel poteſt rationabiliter aſſignari: cùm ferè immediatè verſum anteriorem poſterior ſubſequatur. Zamchaſce-

chaſcerius licèt admittat abrogationem hìc eſſe præpoſteram: conatur tamen, Alcoranum à contradictione ſalvare, imò nullam hìc abrogationem eſſe demonſtrare: Ait enim: وقيل لا تحلّ لك النساء من بعد النساء التي نصّ احلالهنّ لك من الاجناس الاربعة من الاعرابيات * والغريب او من الكتابيات او من الاماء بالنكاح: وقيل في تحريم التبديل هو من البدل الذي كان في الجاهلية كان يقول الرجل للرجل بادلني بامراتك وابادلك بامرتي * فينزل كل واحد منهما عن امراته لصاحبه: وعن عايشة رضي الله عنها ما مات رسول الله ص حتى أحلّ له النساء يعني انه الاية قد نسخت ولا يخلو نسخها اما ان يكون بالسنّة واما بقوله انا احللنا لك ازواجك وترتيب النزول ليس على ترتيب المصحف: *Quidam dicunt, ſignificationem ſecundi verſus eſſe hanc; Non erit tibi licitum poſthàc accipere uxores, neque commutare cum illis alias; præter eas, quarum conceſſio tibi ſpecialiter facta eſt intra quatuor genera: nimirum, Arabicarum, peregrinarum, Scripturalium, & ancillarum. In eo verò, quod attinet ad prohibitionem commutationis uxorum, dicunt hìc intelligendum eſſe de commutatione, quæ fieri conſueverat tempore idololatriæ, quo aliquis vir dicebat alii viro: Commuta mecum uxorem tuam, & ego commutabo tecum uxorem meam, & ita alter eorum cedebat alteri uxorem ſuam. Verùm ex dicto Aiſæ fel: mem: hæc habemus: Non mortuus eſt Legatus Dei fauſtæ mem: donec conceſſa fuit illi facultas libera circa mulieres matrimonio ſibi jungendas. Per quod ſignificavit, abrogatum fuiſſe verſiculum illum, quo ipſi hæc facultas adimebatur. Abrogatio verò, vel eſt in Sonna, vel in verbis illis: Nos certè licitas fecimus tibi uxores tuas. Ordo verò, quo traditi ſunt à Deo hi verſus, non convenit cum ordine, quo diſpoſiti ſunt in Alcorano.* Sed quocunque ſe vertant Moslemi in hujus loci explicatione; ſemper Mahumeti laſcivia, & effrænata libido ſe prodit manifeſtè.

VI. Illud verò tolerari minimè poteſt, quòd Mahumetus inducat Deum in negotio muliebri pædagogum ſuum; qui nimirùm non modò alienas uxores ſibi concedat, verùm etiam ipſum doceat nullum ordinem in congreſſu cum uxoribus ſervare, ſed ad libidinem ſuam noctes illis impertiri, quantumvis vel debitum, vel promiſſio aliud requirat. Quod verò ſine riſu audiri non poteſt, hac ratione ſe illas hilares, & contentas facturum eſſe ſibi pollicetur.

VII. Non deſinit novus Epicurus commodis, ac deliciis ſuis omni ratione conſulere. Hinc præcipit aſſeclis, ne moleſti ſibi ſint, importunè ipſum interpellando: ne prandio ſecum abſoluto, domi ſuæ ad confabulandum commorentur: ne ſibi meridianam quietem perturbent: ne, ſi quid ab uxoribus ſuis petendum ſit, niſi intermedio velamine, quod mutuum impediat aſpectum, id faciant: ne ſe ulla in re lædant; & ſuper omnia caveant, tamquam maximum piaculum, uxores ſuas etiam poſt mortem ſuam attingere; & alia hujuſmodi, quæ libro tàm ſancto, qualem jactat Alcoranum, &, qui non ad unius hominis commoda, & delicias, ſed creaturarum omnium bonum datus fingitur à Deo, indigna omninò exiſtimanda ſunt.

VIII. Quamvis Alcoranus tantummodò innuat fabulam illam de hernia Moyſis: nihilominùs, cùm Expoſitores conveniant, eam ab illo comprobari: patet, quantæ fidei ſit liber ille, qui hujuſmodi commenta pro ſacris hiſtoriis recenſet.

IX. Poſtremò riſu dignum eſt illud, quod dicitur, Deum propoſuiſſe Cœlis, terræ, ac montibus fidem, ſeu, ut explicat Gelal, exercitia Religionis, tamquam ratione, ac locutione præditis: quo nihil inſulſius dici potuit: Non ignoro, aliquos Expoſitores hæc allegoricè accipere: Sed Mahumetani Orthodoxi allegorias ab Alcorano tamquam hæreſim rejiciunt.

* an الغرايب

* an ينزل vel فيقول

سورة سبا مكّية وهي اربع وخمسون آية

SURA XXXIV.

SABA.

MECCANA:

COMMATUM QUINQUAGINTA QUATUOR.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 الحمد لله الذي له ما في السموات وما في الارض وله الحمد في الاخرة وهو الحكيم الخبير ۞
2 يعلم ما يلج في الارض وما يخرج منها وما ينزل من السماء وما يعرج فيها وهو الرحيم
الغفور ۞ 3 وقال الذين كفروا لا تاتينا الساعة قل بلى وربي لتاتينكم عالم الغيب لا يعزب
عنه مثقال ذرة في السموات ولا في الارض ولا اصغر من ذلك ولا اكبر الا في كتاب مبين ۞
4 ليجزي الذين امنوا وعملوا الصالحات اولايك لهم مغفرة ورزق كريم ۞ 5 والذين سعوا في
اياتنا معاجزين اولايك لهم عذاب من رجز اليم ۞ 6 ويرى الذين اوتوا العلم الذي انزل اليك
من ربك هو الحق ويهدي الى صراط العزيز الحميد ۞ 7 وقال الذين كفروا هل ندلكم على
رجل ينبيكم اذا مزقتم كل ممزق انكم لفي خلق جديد ۞ 8 افترى على الله كذبا
ام به جنة بل الذين لا يومنون بالاخرة في العذاب والضلال البعيد ۞ 9 افلم يروا الى
ما بين ايديهم وما خلفهم من السماء والارض ان نشا نخسف بهم الارض او نسقط عليهم كسفا
من السماء ان في ذلك لاية لكل عبد منيب ۞ 10 ولقد اتينا داود منا فضلا يا جبال اوبي
معه والطير والنا له الحديد ۞ 11 ان اعمل سابغات وقدر في السرد واعملوا صالحا اني بما
تعملون بصير ۞ 12 ولسليمان الريح غدوها شهر ورواحها شهر واسلنا له عين القطر ومن الجن
من يعمل بين يديه باذن ربه ومن يزغ منهم عن امرنا نذقه من عذاب السعير ۞ 13 يعملون
له ما يشاء من محاريب وتماثيل وجفان كالجواب وقدور راسيات اعملوا ال داود شكرا
وقليل من عبادي الشكور ۞ 14 فلما قضينا عليه الموت ما دلهم على موته الا دابة
الارض

الأرض تأكل من سأته فلما خر تبينت الجن أن لو كانوا يعلمون الغيب ما لبثوا في العذاب
المهين ۞ 15 لقد كان لسبأ في مسكنهم آية جنتان عن يمين وشمال كلوا من
رزق ربكم واشكروا له بلدة طيبة ورب غفور ۞ 16 فاعرضوا فارسلنا عليهم سيل العرم
وبدلناهم بجنتيهم جنتين ذواتي أكل خمط وأثل وشيء من سدر قليل ۞ 17 ذلك جزيناهم
بما كفروا وهل نجازي إلا الكفور ۞ 18 وجعلنا بينهم وبين القري التي باركنا فيها
قرى ظاهرة وقدرنا فيها السير سيروا فيها ليالي وأياما آمنين ۞ 19 فقالوا ربنا باعد بين أسفارنا
وظلموا أنفسهم فجعلناهم أحاديث ومزقناهم كل ممزق إن في ذلك لآيات لكل صبار شكور ۞
20 ولقد صدق عليهم إبليس ظنه فاتبعوه إلا فريقا من المؤمنين ۞ 21 وما كان له عليهم من
سلطان إلا لنعلم من يؤمن بالآخرة ممن هو منها في شك وربك علي كل شيء حفيظ ۞
22 قل ادعوا الذين زعمتم من دون الله لا يملكون مثقال ذرة في السموات ولا في الأرض
وما لهم فيهما من شرك وما له منهم من ظهير ۞ 23 ولا تنفع الشفاعة عنده إلا لمن أذن له
حتى إذا فزع عن قلوبهم قالوا ماذا قال ربكم قالوا الحق وهو العلي الكبير ۞ 24 قل من
يرزقكم من السموات والأرض قل الله وإنا أو إياكم لعلي هدي أو في ضلال مبين ۞
25 قل لا تسلون عما أجرمنا ولا نسل عما تعملون ۞ 26 قل يجمع بيننا ربنا ثم
يفتح بيننا بالحق وهو الفتاح العليم ۞ 27 قل أروني الذين ألحقتم به شركاء كلا
بل هو الله العزيز الحكيم ۞ 28 وما أرسلناك إلا كافة للناس بشيرا ونذيرا ولكن أكثر
الناس لا يعلمون ۞ 29 ويقولون متي هذا الوعد إن كنتم صادقين ۞ 30 قل لكم
ميعاد يوم لا تستاخرون عنه ساعة ولا تستقدمون ۞ 31 وقال الذين كفروا لن نؤمن بهذا
القرآن ولا بالذي بين يديه ولو تري إذ الظالمون موقوفون عند ربهم يرجع بعضهم إلى بعض القول
يقول الذين استضعفوا للذين استكبروا لولا أنتم لكنا مؤمنين ۞ 32 وقال الذين استكبروا
للذين استضعفوا أنحن صددناكم عن الهدي بعد إذ جاءكم بل كنتم مجرمين ۞
33 وقال الذين استضعفوا للذين استكبروا بل مكر الليل والنهار إذ تامروننا أن نكفر
بالله ونجعل له أندادا وأسروا الندامة لما رأوا العذاب وجعلنا الأغلال في أعناق الذين كفروا
هل يجزون إلا ما كانوا يعملون ۞ 34 وما أرسلنا في قرية من نذير إلا قال مترفوها إنا بما
أرسلتم به كافرون ۞ 35 وقالوا نحن أكثر أموالا وأولادا وما نحن بمعذبين ۞ 36 قل
إن ربي يبسط الرزق لمن يشاء ويقدر ولكن أكثر الناس لا يعلمون ۞ 37 وما أموالكم
ولا أولادكم بالتي تقربكم عندنا زلفي إلا من آمن وعمل صالحا فأولئك لهم جزاء الضعف بما
عملوا وهم في الغرفات آمنون ۞ 38 والذين يسعون في آياتنا معاجزين أولئك في العذاب
محضرون ۞

محضرون ۞ 39 قل إن ربي يبسط الرزق لمن يشاء من عباده ويقدر له وما أنفقتم من شيء
فهو يخلفه وهو خير الرازقين ۞ 40 ويوم نحشرهم جميعا ثم نقول للملائكة أهؤلاء إياكم
كانوا يعبدون ۞ 41 قالوا سبحانك أنت ولينا من دونهم بل كانوا يعبدون الجن أكثرهم
بهم مؤمنون ۞ 42 فاليوم لا يملك بعضكم لبعض نفعا ولا ضرا ونقول للذين ظلموا ذوقوا
عذاب النار التي كنتم بها تكذبون ۞ 43 وإذا تتلى عليهم آياتنا بينات قالوا ما هذا إلا
رجل يريد أن يصدكم عما كان يعبد آباؤكم وقالوا ما هذا إلا إفك مفتري وقال الذين
كفروا للحق لما جاءهم إن هذا إلا سحر مبين ۞ 44 وما آتيناهم من كتب يدرسونها وما
أرسلنا إليهم قبلك من نذير ۞ 45 وكذب الذين من قبلهم وما بلغوا معشار ما آتيناهم فكذبوا
رسلي فكيف كان نكير ۞ 46 قل إنما أعظكم بواحدة أن تقوموا لله مثنى وفرادى ثم
تتفكروا ما بصاحبكم من جنة إن هو إلا نذير لكم بين يدي عذاب شديد ۞ 47 قل
ما سألتكم من أجر فهو لكم إن أجري إلا على الله وهو على كل شيء شهيد ۞
48 قل إن ربي يقذف بالحق علام الغيوب ۞ 49 قل جاء الحق وما يبدئ الباطل وما
يعيد ۞ 50 قل إن ضللت فإنما أضل على نفسي وإن اهتديت فبما يوحي إلي ربي إنه
سميع قريب ۞ 51 ولو ترى إذ فزعوا فلا فوت وأخذوا من مكان قريب وقالوا آمنا به وأنى
لهم التناوش من مكان بعيد ۞ 52 وقد كفروا به من قبل ويقذفون بالغيب من مكان
بعيد ۞ 53 وحيل بينهم وبين ما يشتهون ۞ 54 كما فعل بأشياعهم من قبل إنهم كانوا
في شك مريب ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. LAus Deo, cujus *eſt* id, quod *eſt* in Cœlis, & id, quod in terra, & ipſi laus in noviſſimo ſæculo, & ipſe *eſt* Sapiens, Peritus. 2. Scit *id*, quod intrat in terram, & *id*, quod egreditur ex ea, & *id*, quod deſcendit è Cœlo, & *id*, quod aſcendit ad illud, & ipſe *eſt* Miſericors, Indultor. 3. Et dicunt, qui ſunt infideles: Non veniet ad nos Hora. Reſponde: Immò per Dominum meum certiſſimè veniet ad vos, cognitor occulti; non abſcondetur ab eo pondus *unius* formiculæ in Cœlis, neque in terra: neque *eſt* aliquid minutius hoc, neque grandius, niſi *ſcriptum ſit* in libro manifeſto. 4. Ut mercedem rependat illis, qui crediderunt, & operati ſunt recta: his erit indulgentia, & proventus honorificus. 5. Qui verò ſtuduerint in ſignis noſtris infirmantes (*ideſt vanum, & infirmum oſtendere Alcoranum*) his erit pœna ſupplicii dolorifici. 6. Et vident ii, quibus data eſt ſcientia (*ideſt Scripturales*) id, quod demiſſum fuit ad te à Domino tuo, eſſe veritatem, & dirigere ad viam Præpotentis, Laudati. 7. Et dicunt, qui ſunt infideles, *ad invicem cum irriſione*: An oſtendemus vobis virum, *qui* vaticinatur vobis, *quòd*, poſtquàm comminuti fueritis omni comminutione (*ideſt in pulverem redacti*) vos certè *reducendi eſtis* in creaturam novam? 8. Confinxit de Deo mendacium; vel in eo *eſt* mania. Verùm, qui non credunt in noviſſimum ſæculum, *erunt* in ſupplicio, & *ſunt* in errore longinquo *à veritate*. 9. An ergo non inſpe-

inſpexerunt in id, quod *eſt* ante eos, &, quod eſt poſt eos de Cœlo, & terra (*ideſt in Cœlum ſupra ſe, & in terram ſub ſe*). Si voluerimus dehiſcere faciemus ſub eis terram, aut cadere faciemus ſuper eos fruſtum Cęli: Certè in hoc erit ſanè ſignum omni ſervo ſe convertenti *ad Deum*. 10. Et jam quidem dedimus Davidi ex nobis excellentiam (*ideſt Prophetiam, & Pſalterium, & diximus*:) O montes reciprocate voces laudis cum eo, & ad hoc etiam *advocavimus* volucres. Et molle fecimus ei ferrum, *& diximus*. 11. Fac *ex eo* loricas longas, ac latas; & diſpone *illud ad conjunctionem annulorum* in loricis, & *vos domeſtici ejus* operamini rectè: nam ego in id, quod facitis *ſum* intuens. 12. Et Salomoni *ſubjecimus* ventum. Matutinum ejus (*ideſt venti*) menſis, & veſpertinum ejus, menſis (*ideſt flabat per menſem mane, & per menſem veſpere.*) Et fluere fecimus ei fontem æris. Et ex geniis quidam opera exercebant coram eo per voluntatem Domini ſui, &, qui declinabat ex eis à præcepto noſtro, *nolens ei obedire, vel opus ſuum negligens*, guſtare faciebamus eum de pœna incendii. 13. Faciebant ei id, quod volebat de habitaculis excelſis, & ſtatuis, & paropſidibus amplis, ſicut piſcinis magnis, & ollis firmatis *ſuper pedes ſuos, & diximus*: Operamini familia David cum gratiarum actione: nam pauci ſunt *ex* ſervis meis grati. 14. Cùm autem decreviſſemus ſuper eum mortem, *& jam mortuus eſſet*, non oſtendit eis mortem ejus, niſi vermis terræ (*ideſt terredo*) *qui* roſit baculum ejus, *ſuper quem corpus ejus mortuum innitebatur*. Cùm verò *cadaver ejus* cecidiſſet, cognoverunt Genii, quòd, ſi ſciviſſent arcanum, non morati fuiſſent in pœna vili (*ideſt in opere ſervili*). 15. Jam quidem fuit *genti* Sabæ in habitatione ipſorum ſignum: *nimirùm* duo horti ad dexteram, & ſiniſtram *cujuſdam torrentis*, *dictumque fuit illis*: Comedite de proventu Domini veſtri, & gratias agite illi. Regio *eſt* bona, & Dominus indulgens. 16. At *illi* longè receſſerunt *à gratitudine, & fide*. Quamobrem immiſimus contra eos impetum aquarum collectarum *ex eo torrente, quæ ſubmerſerunt duos hortos*, & commutavimus eis duos hortos eorum in duos hortos *alios* afferentes cibum amariſſimum, & tamaricas, & quidpiam de loto * parum. 17. Hoc rependimus eis eo, quòd ingrati fuerunt. An verò remuneramus *hoc modo*, niſi ingratos? 18. Et poſuimus inter eoſdem *Sabęos*, & inter civitates *Syriæ*, quibus benediximus, civitates *alias* notas, & diſpoſuimus per eas iter, *& diximus*: Ambulate per eas noctibus, & diebus ſecuri. 19. Et dixerunt: Domine noſter pone diſtantiam *majorem* inter itinera noſtra. Et iniqui fuerunt in ſe ipſos; & poſuimus eos in fabulas, & diſperſimus eos omni diſperſione. Certè in hoc *ſunt* ſanè ſigna omni patienti, grato. 20. Et jam quidem veram comprobavit de eis diabolus opinionem ſuam: ſecutique ſunt eum, excepta parte ex Fidelibus. 21. Neque fuit illi ſuper eos *à nobis* aliquid poteſtatis, niſi, ut ſciremus quis crederet in noviſſimum ſæculum, *& diſcerneremus eum* ab eo, qui *eſſet* de illo in dubitatione; Et Dominus tuus *eſt* ſuper omnem rem obſervator. 22. Dic *Meccanis*: Invocate eos, quos exiſtimatis *eſſe Deos* præter Deum. *a* Non poſſunt *juvare, vel nocere quantum eſt* pondus unius formiculæ in Cœlis, neque in terra: neque eſt illis in his (*nempe Cœlis, & terra*) ulla participatio. Neque eſt illi (*ideſt Deo*) ab eis (*ideſt Diis*) ullus adjutor. 23. Neque proderit interceſſio apud eum, niſi cui *ipſe* annuerit. Quandò ſublatus fuerit timor à cordibus eorum *eo, quòd Deus annuerit interceſſioni pro eis*, dicent *ad invicem gratulantes*: Quid dixit Dominus veſter? reſpondebunt: Veritatem, & ipſe *eſt* Excelſus, Magnus. 24. Dic: Quis alit vos de Cœlis, & terra? Reſponde Deus. Et certè nos, aut vos ſanè *ſumus* in directione, vel in errore manifeſto. 25. Dic: Non interrogabimini de eo, quod *nos* deliquerimus: neque interrogabimur de eo, quod *vos* feceritis. 26. Dic: Congregabit nos Dominus noſter: deindè judicabit inter nos cum veritate, & ipſe eſt Judicator, Cognitor. 27. Dic: Oſtendite mihi illos, quos appoſuiſtis ei ſocios. Vah! quin potius ipſe *eſt* Deus Præpotens, Sapiens. 28. Et non miſimus te, niſi communiter hominibus *fauſtorum* nunciatorem, & *pœnarum* comminatorem: Sed plerique hominum neſciunt. 29. Et dicunt: Quandò *complebitur* hæc promiſſio *pœnæ à Deo infligendæ*, ſi eſtis veraces. 30.

* eſt arbor, quæ gignit fructus ſuaves.

a Non poſſident.

Reſponde: Vobis *ſtat* certa promiſſio diei, quem non differetis unam horam neque prævenietis. 31. Et dicunt, qui ſunt infideles: Nunquam credemus in hunc Alcoranum, neque in illud, quod *traditum fuit* ante illum (*ideſt in Pentateuchum, & Euangelium*) At ſi videres, cum iniqui ſiſtendi erunt ante Dominum ſuum! regerent alii eorum in alios ſermonem. Dicent illi, qui fuerunt imbecilles (*ideſt homines viles, & ignari*) illis, qui in ſuperbiam efferebantur (*ideſt Magiſtris errorum, qui ipſos deceperant*) *decepiſſetis nos*, certè fuiſſemus fideles. 32. Reſpondebunt illi, qui in ſuperbiam ſe extulerant illis, qui imbecilles æſtimati fuerant: An nos avertimus vos à directione unquam, quandò *illa* venit ad vos? Atqui fuiſtis ſceleſti *per vos ipſos*. 33. Et dicent ii, qui imbecilles habiti erant illis, qui cùm faſtu ſe geſſerant: Immò doloſa machinatio noctis, & diei, *qua vos ſtudebatis nos decipere. fuit cauſa noſtri mali*: cùm præciperetis nobis, ut non crederemus in Deum, & poneremus illi ſimiles *ipſi*. Et celabunt pœnitentiam (*ideſt neutri volent oſtendere ſe pœnitere facti ſui, ne alteri alteris cauſam mali improperent*) poſtquàm videbunt pœnam *inſtare*. Et conjiciemus catenas in colla eorum, qui fuerunt infideles. An retribuetur eis, niſi, quod fuerint operati? 34. Et non miſimus in *ullam* Civitatem aliquem comminatorem, quin dicerent Opulenti ejus: Nos certè in id, pro quo miſſi eſtis, non *ſumus* credentes. 35. Et dixerunt: Nos copioſiores ſumus opibus, & filiis: neque nos *ſumus* puniendi *pœna, quam comminamini*. 36. Reſponde: Profectò Dominus meus ampliabit proventum, cui voluerit, & arctabit *illum, cui voluerit*: Sed plerique hominum neſciunt. 37. Et non *ſunt* opes veſtræ, neque filii veſtri ex *rebus*, quæ propinquos faciant vos apud nos ulla vicinitate. Verùm, qui crediderit, & operatus fuerit rectum, his porrò *erit* merces dupli pro eo, quod operati ſunt, & ipſi in cœnaculis *Paradiſi erunt* ſecuri. 38. Qui autem conati fuerint in ſignis noſtris infirmantes (*ideſt infirmare Alcoranum*) hi ad ſupplicium *Gehennæ ſunt* præſentandi. 39. Dic; Certè Dominus meus ampliabit proventum, cui voluerit de ſervis ſuis, & arctabit *eum* illi, & quidquid erogaveritis ex rebus *veſtris pro Deo*: ipſe ſanè rependet illud, & ipſe *eſt* Optimus providentium victualia. 40. Et die quadam congregabit eos univerſos. Tùm dicet Angelis: Iſti ne vos coluerunt. 41. Reſpondebunt *Angeli*: Laus tua: tu es herus noſter ſine iſtis. Verùm adoraverunt Genios: plerique eorum in eos *erant* credentes. *Tunc dicet Deus*: 42. Hodie porrò non poterit afferre alter veſtrum alteri juvamen, neque noxam. Et dicemus illis, qui iniqui fuerunt; Guſtate pœnam ignis, quam inficiabamini. 43. Cùm autem leguntur illis ſigna noſtra evidentia, dicunt: Non *eſt* hic, niſi vir, *qui* vult abducere vos ab eo, quod coluerunt Patres veſtri. Et dicunt *de Alcorano*: Non *eſt*, niſi mendacium blaſphemè confictum. Et dicunt, qui ſunt infideles, veritati (*ideſt Alcorano*) poſtquàm venit ad eos: Si hæc *eſt*, niſi præſtigium manifeſtum.

a ex libris quos. 44. At non dedimus eis *a* ullum librum, *quem* ſtudiosè legerent: neque miſimus ad eos ante te ullum Prædicatorem: *quo ergo teſtimonio probant, te eſſe mendacem?* 45. Et mendacii inſimulaverunt *Prophetas ſuos* ii, qui fuerunt *ante* eos, & *iſti* non pervenerunt ad decimam partem illius, quod dederamus illis, & mendacii inſimulaverunt Legatos meos, & quomodò fuit punitio mea? (*ideſt, quàm vehemens.* 40. Dic: Certè adhortor vos ad unum: *nimirùm*, ut ſtetis coram Deo bini, &

b Si. ſinguli: deindè recogitetis non *eſſe* in ſocio veſtro *Mahumeto* ullam maniam: *b* non *eſt* ille, niſi comminator vobis ante *quam adveniat* ſupplicium terribile. 47. Dic: Non petii à vobis *pro prædicatione mea* aliquid mercedis. *Sit* porrò ipſa *merces* vo-

c Si. bis (*ideſt habetote illam vobis*) *c* non *eſt* merces mea, niſi apud Deum, & ipſe *eſt* ſuper omnem rem teſtis. 48. Dic: Certè Dominus meus mittit veritatem *ad Prophetas ſuos*: cognitor arcanorum. 49. Dic: Venit Veritas, & *ultra* non apparet vanitas, & *deindè* non revertetur. 50. Dic: Si erravero, profectò errabo contra animam meam: ſi autem directus fuero, certè *id erit* ob id, quod revelat mihi Dominus meus: quippe ipſe *eſt* audiens, propinquus. 51. Et ſi videres: quandò *infideles* contremiſcere fient, neque *erit illis* effugium, & tollentur de loco vicino (*ideſt de ſepulchris*) & dicent: Credimus in eum (*ideſt Mahumetum, ſeu Alcoranum*) Sed unde nam *eſſe poterit* ipſis appropinquatio *ad fidem* è loco longinquo (*quia ſcilicet*

ſcilicet fides eſt in hoc mundo, & ipſi tunc erunt in altero ſæculo). 52. Et jam abnegaverant eum *(ideſt Mahumetum, ſeu Alcoranum anteà)* & irridebant Arcanum *(ideſt Myſteria fidei)* de loco longinquo. 53. Et poſita erit diſtantia inter eos, & inter id, quod deſiderabunt *(ideſt fidem)*. 54. Quemadmodùm factum fuit cum ſimilibus eorum anteà; *ita fiet cum eis*; quippe ipſi fuerunt in dubitatione hæſitare faciente *eos*.

NOTÆ.

SAba eſt Regio, ſeu Tribus quædam in Arabia felici, unde venit Regina Balcaiſa ad Salomonem. Hinc ſortita eſt hæc Sura epigraphen, quia ſcilicet de Saba mentio fit verſu decimoquinto. Cenſetur autem Meccana: quamvis Gelal, & alii verſum ſextum, qui incipit: *Et vident ii, quibus data eſt ſcientia*: velint eſſe Medinenſem. De numero verſuum non videtur eſſe controverſia. Nonnulli tamen unum addunt ſupra jam enumeratos. Præmium lectoris erit, quod لم يبق رسول ولا نبى الا كان له يوم القيمة رفيقا ومصافحا:

nullus erit Legatus, neque Propheta, qui in die reſurrectionis non ſit futurus illi ſocius, & propitius.

X. *O montes reciprocate voces laudis cum eo*,] ideſt, alternatim canite laudes Dei cum David, ſeu velut echo facta repetite voces laudis illius. Ita communiter Interpretes, & præſertim Zamchaſcerius, qui hìc ſubdit: ومعنى تسبيح الجبال ان الله يخلق فيها تسبيحا كما خلق الكلام فى الشجرة فيسمع منها ما يسمع من التسبيح معجزة لداود وكانت الجبال تسعده على نوحه باصدائها والطير باصواتها;

Et per laudationem montium ſignificatur, Deum creaſſe in illis voces laudis, quemadmodùm creavit ſermonem in arboribus: itaut audiretur ex his id, quod audiebatur de laudatione Dei cum admiratione ipſius David. Itaque montes adjuvabant illum, dùm pſalleret, echo ſua, & aves cantibus ſuis.

Et mollefecimus ei ferrum.] Zamchaſcerius: جعلنا له لينا كالطين والعجين والشمع يصرفه كما يشاء من غير نار ولا ضرب بالمطرقة: وقيل لان الحديد فى يده لما اوتى من شدة القوة:

Reddidimus ei illud molle, ſicut lutum, aut paſtam, ſive ceram: itaut verſaret illud, quemadmodùm vellet ſine ope ignis, aut mallei. Quidam verò dicunt, molle factum fuiſſe in manu ejus, ob magnum robur, quo præditus erat.

XII. *Matutinum ejus, menſis*.] Audi expoſitionem Gelalis: غدوها سيرها من الغدوة بمعنى الصباح الى الزوال شهر ورواحها من الزوال الى الغروب شهر اى مسيرته:

Matutinum ejus, ideſt ſpiratio ejus ab aurora uſque ad declinationem diei, erat per unum menſem: & veſpertinum ejus, ſeu ſpiratio à declinatione diei uſque ad occaſum Solis, item erat per curſum unius menſis. Itaut uno menſe ſpiraret à mane uſque ad meridiem: altero verò à meridie uſque ad occaſum ſolis, ſeu uſque ad noctem.

Et fluere fecimus ei fontem æris.] Zamchaſcerius. وقيل كان يسيل فى الشهر ثلثة ايام باذن ربه:

Dicitur, hunc fontem fluxiſſe tres dies per menſes ſingulos ex voluntate Domini ſui. Eodem modo Gelal.

Guſtare faciebamus eum de pœna inferni.] Gelal: duplicem affert duplicationem: تذقه النار فى الاخرة وقيل فى الدنيا بان يضربه ملك بسوط ضربة تحرقه: *Guſtare facturi eramus eum ignem Gehennæ in futuro ſæculo: vel guſtare faciebamus eum in mundo incendium per verbera, quæ Angelus ſcutica infligebat illi.*

XIII. *Faciebant ei id, quod volebat*.] Exponit Gelal hæc omnia opera, quæ Genii Salomoni conficiebant: محاريب ابنية مرتفعة يصعد اليها بدرج تماثيل اى صورا من نحاس وزجاج ورخام ولم يكن اتخاذ الصور حراما فى شريعته وجفان كالجوابى هى حوض كبير يجتمع على الجفنة الف رجل ياكلون منها وقدور راسيات ثابتات لها قوايم لا تحرك عن اماكنها تتخذ من الجبال باليمن يصعد اليها بالسلاليم: *Habitacula excelſa, erant quædam ædificia ſublimia, ad quæ per gradus aſcendebatur. Statuæ autem erant figuræ ex ære, vel vitro, vel marmore candido. Non erant autem figuræ ex genere earum, quæ à lege prohibebantur. Paropſides verò erant velut piſcinæ, vel ampliſſima vaſa aquarum, quarum ſingulæ erant tàm amplæ, ut mille homines ex unaquaque cibum ſimul ſumerent. Ollæ verò firmatæ erant ſuper pedes, ne moveri poſſent è loco ſuo: & erant exciſæ è montibus Arabiæ Felicis, & ad eas per ſcalas aſcendebatur.*

XIV. *Cùm autem decreviſſemus ſuper eum mortem*.] Gelal: اى مات ومكث قايما على عصاه حولا ميتا والجن تعمل تلك الاعمال الشاقة على عادتها لا تشعر بموته حتى اكلت الارضة عصاه فخر ميتا: *Mortuus eſt Salomon, & remanſit ſtans innixus ſuper baculum ſuum ita mortuus per annum: & interim Genii faciebant opera illa difficilia, ut conſueverant: nec cognoverunt, illum eſſe mortuum, donec teredo corroſit baculum ejus, & ita cecidit mortuus.*

XV. *Regio eſt bona*.] Nimirùm, utſcribit Gel. ليس فيها سباخ ولا بعوضة ولا ذبابة ولا برغوث ولا عقرب ولا حية ويمر الغريب بها وفى ثيابه قمل فيموت لطيب هوائها: *Non reperitur in hac regione terra ſalſuginoſa, neque culices, neque mures, neque pulices, neque ſcorpiones, neque ſerpentes. Si peregrinus per eam tranſeat, & habeat in veſtibus pediculos, ſtatim moriuntur ob aeris fragrantiam.*

XVI. *Et tamaricas, & quidpiam de loto parum*.]

Ideſt, & paucas arbores Loti. Eſt autem tamarica, ſeu myrica arbor ſalſuginoſa, gignitque fructus ingrati ſaporis, & vocatut hìc Arabicè أثل *Athlus*. Lotus autem (pro quo exponitur hoc loco à quibuſdam vox Arabica سدر *Sedrus*, gignit fructus dulces, ac ſuaves: propterea inter arbores Paradiſi collocatur. Homerus etiam fingit, Lotum Deorum voluptati inſervire.

XVIII. *Et diſpoſuimus per eas iter.*] Gelal: حيث يقيلون فى واحدة ويبيتون فى اخرى الى انتها سفرهم ولا يحتاجون فيه الى حمل زاد وماء: *Ut in una tempore meridiano requieſcerent: & in alia noctu dormirent uſque ad terminum itineris ſui: neque cogerentur ferre ſecum in itinere viaticum, & aquam.* Per quod notatur non multa diſtantia harum urbium inter ſe ad commoditatem itinerantium. Quamobrem indigenæ voluiſſent, has urbes inter ſe magis diſtare ex motivo avaritiæ, ut quælibet earum poſſet majus lucrum à viatoribus accipere.

XX. *Veram comprobavit de iis Diabolus opinionem ſuam.*] Quia ſcilicet, ut ait Gelal, Diabolus ariolatus fuerat, ipſos ingratos fore Deo, & ſe ſecuturos,

REFUTATIONES.

I. NOn ceſſat Impoſtor mentiri, dùm aſſerit, Scripturales (Judæos ſcilicet, & Chriſtianos) agnoſcere, ac fateri, Alcoranum continere veritatem, & dirigere ad viam ſalutis. Et quamvis Expoſitores tribuant hoc aliquibus tantùm Scripturalibus: hoc ipſum nihilominùs falſum exiſtimandum eſt, niſi Scripturales illi craſſiſſima inſcitia laboraverint; vel impiè mentiri, ut Mahumeto aſſentarentur, voluerint.

II. Redit ad puerilem errorem ſuum, quo ſibi perſuadet, poſſe Cœlum in fruſta confractum cadere ſuper terram: non ſecus, ac ſi ex vitro, vel creta confectum eſſet, & violenter, contraque propriam naturam ſupra terram ſuſtineretur.

III. Quod fabulatur de montibus, ac volucribus Divinas laudes alternatim cum Davide canentibus, quòd Deus eidem Davidi ferrum ad faciendas loricas, quaſi hic ferrariam exerceret, mollefecerit, quòd Salomoni ventos ſubegerit, atque æris fontem effluere fecerit, & Geniorum operam præſtiterit, quòd idem Salomon, licèt mortuus eſſet, per annum tamen integrum baculo ſuo innixus ſteterit, non ſecus, ac ſi viveret, neque id Genii unquam ſenſerint, neque hominum ullus animadverterit, & aliæ hujuſmodi nugæ, ſeu veriùs monſtra; adeò per ſe vana ſunt, & abſurda, ut nullius confutationis indigeant. Sunt autem hæc ferè omnia eruta ex Thalmud, ut alibi indicavimus. Porrò jam ſuprà oſtendimus, non ſine magna Salomonis injuria dici de eo, quòd Geniorum, ideſt Dæmonum opera, & ope uſus fuerit, & aſſiduam cum illis conſuetudinem habuerit.

IV. Non eſt prætereundum, Gelalem concedere ſtatuas, ſeu ſimulacra, quæ Genii fabricabant Salomoni, non fuiſſe ex prohibitis à lege. Sed quare? Nihil aliud reſpondere poterit, niſi quia non fiebant, ut cultus illis tanquam diis exhiberetur, ſed vel ad ornamentum, vel ad memoriam Majorum conſervandam, vel ad alium honeſtum finem. Hoc autem probat uſum ſimulacrorum, vel imaginum non eſſe per ſe illicitum, niſi ex pravo fine talis reddatur.

سورة الملايكة مكيّة وهي خمس واربعون آية

SURA XXXV.

ANGELI.

MECCANA:

COMMATUM QUADRAGINTA SEX.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 الحمد لله فاطر السموات والارض جاعل الملايكة رسلا اولى اجنحة مثنى وثلاث ورباع يزيد
في الخلق ما يشاء ان الله على كل شيء قدير ۞ 2 ما يفتح الله للناس من رحمة فلا ممسك
لها وما يمسك فلا مرسل له من بعده وهو العزيز الحكيم ۞ 3 يا ايها الناس اذكروا
نعمة الله عليكم هل من خالق غير الله يرزقكم من السماء والارض لا اله الا هو فانى
تؤفكون ۞ 4 وان يكذبوك فقد كذبت رسل من قبلك والى الله ترجع الامور ۞
5 يا ايها الناس ان وعد الله حق فلا تغرنكم الحيوة الدنيا ولا يغرنكم بالله الغرور ۞
6 ان الشيطان لكم عدو فاتخذوه عدوا انما يدعو حزبه ليكونوا من اصحاب السعير ۞
7 الذين كفروا لهم عذاب شديد والذين امنوا وعملوا الصالحات لهم مغفرة واجر كبير ۞
8 افمن زين له سوء عمله فراه حسنا فان الله يضل من يشاء ويهدي من يشاء فلا تذهب
نفسك عليهم حسرات ان الله عليم بما يصنعون ۞ 9 والله الذي ارسل الرياح فتثير سحابا
فسقناه الى بلد ميت فاحيينا به الارض بعد موتها كذلك النشور ۞ 10 من كان يريد
العزة فلله العزة جميعا اليه يصعد الكلم الطيب والعمل الصالح يرفعه والذين يمكرون
السيات لهم عذاب شديد ومكر اولايك هو يبور ۞ 11 والله خلقكم من تراب ثم من
نطفة ثم جعلكم ازواجا وما تحمل من انثى ولا تضع الا بعلمه وما يعمر من معمر ولا ينقص
من عمره الا في كتاب ان ذلك على الله يسير ۞ 12 وما يستوي البحران هذا عذب
فرات سايغ شرابه وهذا ملح اجاج ومن كل تاكلون لحما طريا وتستخرجون حلية تلبسونها وترى
الفلك

ٱلفلك فيه مواخر لتبتغوا من فضله ولعلكم تشكرون ۝ 13 يولج ٱلليل في ٱلنهار ويولج
ٱلنهار في ٱلليل وسخر ٱلشمس والقمر كل يجري لأجل مسمى ذلكم ٱلله ربكم له ٱلملك
والذين تدعون دونه ما يملكون من قطمير ۝ 14 إن تدعوهم لا يسمعوا دعاءكم ولو سمعوا
ما ٱستجابوا لكم ويوم ٱلقيمة يكفرون بشرككم ولا ينبيك مثل خبير ۝ 15 يا أيها
ٱلناس أنتم ٱلفقراء إلى ٱلله والله هو ٱلغني ٱلحميد ۝ 16 إن يشأ يذهبكم ويأت بخلق
جديد ۝ 17 وما ذلك على ٱلله بعزيز ۝ 18 ولا تزر وازرة وزر أخرى وإن تدع مثقلة
إلى حملها لا يحمل منه شيء ولو كان ذا قربى إنما تنذر ٱلذين يخشون ربهم بالغيب وأقاموا
ٱلصلوة ومن تزكى فإنما يتزكى لنفسه وإلى ٱلله ٱلمصير ۝ 19 وما يستوي ٱلأعمى والبصير ۝
20 ولا ٱلظلمات ولا ٱلنور ۝ 21 ولا ٱلظل ولا ٱلحرور ۝ 22 وما يستوي ٱلأحياء ولا ٱلأموات إن ٱلله
يسمع من يشاء وما أنت بمسمع من في ٱلقبور ۝ 23 إن أنت إلا نذير ۝ 24 إنا أرسلناك
بالحق بشيرا ونذيرا وإن من أمة إلا خلا فيها نذير ۝ 25 وإن يكذبوك فقد كذب ٱلذين
من قبلهم جاءتهم رسلهم بالبينات وبالزبر وبالكتاب ٱلمنير ۝ 26 ثم أخذت ٱلذين
كفروا فكيف كان نكير ۝ 27 ألم تر أن ٱلله أنزل من ٱلسماء ماء فأخرجنا به
ثمرات مختلفا ألوانها ومن ٱلجبال جدد بيض وحمر مختلف ألوانها وغرابيب سود ۝ 28 ومن
ٱلناس وٱلدواب وٱلأنعام مختلف ألوانه كذلك إنما يخشى ٱلله من عباده ٱلعلماء إن ٱلله عزيز
غفور ۝ 29 إن ٱلذين يتلون كتاب ٱلله وأقاموا ٱلصلوة وأنفقوا مما رزقناهم سرا وعلانية يرجون
تجارة لن تبور ۝ 30 ليوفيهم أجورهم ويزيدهم من فضله إنه غفور شكور ۝ 31 والذي
أوحينا إليك من ٱلكتاب هو ٱلحق مصدقا لما بين يديه إن ٱلله بعباده لخبير بصير ۝ 32 ثم
أورثنا ٱلكتاب ٱلذين أصطفينا من عبادنا فمنهم ظالم لنفسه ومنهم سابق بالخيرات بإذن ٱلله
ذلك هو ٱلفضل ٱلكبير ۝ 33 جنات عدن يدخلونها يحلون فيها من أساور من ذهب
ولؤلؤ ولباسهم فيها حرير ۝ 34 وقالوا ٱلحمد لله ٱلذي أذهب عنا ٱلحزن إن ربنا لغفور
شكور ۝ 35 ٱلذي أحلنا دار ٱلمقامة من فضله لا يمسنا فيها نصب ولا يمسنا فيها لغوب ۝
36 والذين كفروا لهم نار جهنم لا يقضى عليهم فيموتوا ولا يخفف عنهم من عذابها كذلك
نجزي كل كفور ۝ 37 وهم يصطرخون فيها ربنا أخرجنا نعمل صالحا غير ٱلذي كنا
نعمل أولم نعمركم ما يتذكر فيه من تذكر وجاءكم ٱلنذير فذوقوا فما للظالمين من
نصير ۝ 38 إن ٱلله عالم غيب ٱلسموات وٱلأرض إنه عليم بذات ٱلصدور ۝ 39 هو ٱلذي
جعلكم خلائف في ٱلأرض فمن كفر فعليه كفره ولا يزيد ٱلكافرين كفرهم عند ربهم
إلا مقتا ولا يزيد ٱلكافرين كفرهم إلا خسارا ۝ 40 قل أرأيتم شركاءكم ٱلذين

تدعون

تَدْعُونَ مِن دُونِ ٱللَّهِ أَرُونِي مَاذَا خَلَقُوا مِنَ ٱلْأَرْضِ أَمْ لَهُمْ شِرْكٌ فِي ٱلسَّمَٰوَٰتِ أَمْ ءَاتَيْنَٰهُمْ كِتَٰبًا
فَهُمْ عَلَىٰ بَيِّنَتٍ مِّنْهُ بَلْ إِن يَعِدُ ٱلظَّٰلِمُونَ بَعْضُهُم بَعْضًا إِلَّا غُرُورًا ۞ 41 إِنَّ ٱللَّهَ يُمْسِكُ ٱلسَّمَٰوَٰتِ
وَٱلْأَرْضَ أَن تَزُولَا وَلَئِن زَالَتَآ إِنْ أَمْسَكَهُمَا مِنْ أَحَدٍ مِّنۢ بَعْدِهِۦٓ إِنَّهُۥ كَانَ حَلِيمًا غَفُورًا ۞ 42 وَأَقْسَمُوا
بِٱللَّهِ جَهْدَ أَيْمَٰنِهِمْ لَئِن جَآءَهُمْ نَذِيرٌ لَّيَكُونُنَّ أَهْدَىٰ مِنْ إِحْدَى ٱلْأُمَمِ فَلَمَّا جَآءَهُمْ نَذِيرٌ مَّا زَادَهُمْ
إِلَّا نُفُورًا ۞ 43 ٱسْتِكْبَارًا فِي ٱلْأَرْضِ وَمَكْرَ ٱلسَّيِّئِ وَلَا يَحِيقُ ٱلْمَكْرُ ٱلسَّيِّئُ إِلَّا بِأَهْلِهِۦ فَهَلْ
يَنظُرُونَ إِلَّا سُنَّتَ ٱلْأَوَّلِينَ فَلَن تَجِدَ لِسُنَّتِ ٱللَّهِ تَبْدِيلًا ۞ 44 وَلَن تَجِدَ لِسُنَّتِ ٱللَّهِ
تَحْوِيلًا ۞ 45 أَوَلَمْ يَسِيرُوا فِي ٱلْأَرْضِ فَيَنظُرُوا كَيْفَ كَانَ عَٰقِبَةُ ٱلَّذِينَ مِن قَبْلِهِمْ كَانُوا
أَشَدَّ مِنْهُمْ قُوَّةً وَمَا كَانَ ٱللَّهُ لِيُعْجِزَهُۥ مِن شَيْءٍ فِي ٱلسَّمَٰوَٰتِ وَلَا فِي ٱلْأَرْضِ إِنَّهُۥ كَانَ عَلِيمًا
قَدِيرًا ۞ 46 وَلَوْ يُؤَاخِذُ ٱللَّهُ ٱلنَّاسَ بِمَا كَسَبُوا مَا تَرَكَ عَلَىٰ ظَهْرِهَا مِن دَآبَّةٍ وَلَٰكِن يُؤَخِّرُهُمْ
إِلَىٰٓ أَجَلٍ مُّسَمًّى فَإِذَا جَآءَ أَجَلُهُمْ فَإِنَّ ٱللَّهَ كَانَ بِعِبَادِهِۦ بَصِيرًا ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. LAus Deo conditori Cœlorum, & terræ, facienti Angelos Legatos *ſuos*, præditos alis binis, & ternis, & quaternis. Augebit in creatura, quod voluerit: nam Deus *eſt* ad omnem rem Potens. 2. Quod aperit Deus hominibus de miſericordia, non *eſt* retinens illud, &, quod retinet, non eſt mittens illud poſt eum (*ideſt nullus impedire poteſt Deum, ſi voluerit benefacere alicui: neque ullus poteſt ea beneficia alicui obtinere, quæ ipſe noluerit*) & ipſe *eſt* Præpotens, Sapiens. 3. O homines; mementote gratiæ Dei erga vos. An *eſt* ullus creans præter Deum, *qui* alat vos è Cœlo, & terra? Non *eſt* Deus, niſi ipſe: quomodò ergo avertimini *à veritate*? 4. Quòd ſi mendacii arguerint te: jam porrò mendacii inſimulati ſunt Legati ante te. Sed ad Deum reducentur res. 5. O homines certè promiſſio Dei vera *eſt*: ne ergo decipiat vos vita mundana, neque decipiat vos circa Deum (*ideſt circa miſericordiam, & juſtitiam ejus*) Deceptor (*ideſt Satanas*). 6. Quippè Satanas *eſt* vobis hoſtis: itaque habetote eum hoſtem. Profectò invitat aſſeclas ſuos, ut ſint ex habitatoribus Tartari. 7. Qui infideles fuerint, *erit* ipſis pœna vehemens. Qui verò crediderint, & fecerint recta: *erit* ipſis indulgentia, & merces grandis. 8. An ergo ille, cui adornatum fuerit malum operis ſui, & propterea viſum fuerit illi ſpecioſum, *erit ſicut ille, quem Deus direxerit*? Profectò Deus errare faciet, quem voluerit, & diriget, quem voluerit. Ne ergo abeat anima tua pro eis in ſuſpiria (*ideſt te affligas propter incredulitatem eorum*) nam Deus *eſt* Cognitor illius, quod faciunt. 9. Et Deus *eſt*, qui mittit ventos, & agitat nubes, & adducimus eas ad regionem mortuam (*ideſt aridam, & ſterilem*) & vivificamus illis terram poſt mortem ejus, ſic *erit* Reſurrectio. 10. Qui deſideraverint excellentiam: Dei *eſt* excellentia omnis. Ad eum aſcendit ſermo bonus, & opus bonum *ipſe* exaltat. Qui verò dolosè machinantur mala, ipſis *erit* pœna vehemens, & dolus eorum erit irritus. 11. Et Deus creavit vos è pulvere: deindè ex ſpermate: deindè fecit vos conjuges (*ideſt maſculos, & feminas.*) Et non geſtat *in utero* ulla fœmina, neque parit, niſi cum ſcientia ejus. Neque *a* producitur in ætate ullus, cui in longum vita protrahatur, neque minuitur aliquid de ætate ejus, niſi *ſcriptum ſit* in libro, *qui eſt apud Deum*. Porrò hoc apud Deum *eſt* facile. 12. Et non coequabuntur duo maria: *b* alterum dulce, admodùm ſuave, facilis potus ejus: *c* alterum verò ſalſum, valdè amarum. Ex *d* utroque comeditis carnem recentem (*ideſt piſces*) & extrahitis margaritas, quibus adornamini. Et videbis

a prorogatur ætate ullus longævus.
b hoc
c hoc
d omni-

debis naves in eo *utroque* currentes, ut exquiratis *per mercaturam* de abundantia ejus (*ideſt Dei*) ut vos grati ſitis. 13. Immittit noctem in diem, & immittit diem in noctem, & ſervire facit gratis Solem, & Lunam. Quodlibet *ex his duobus* currit ad metam determinatam. Hic *eſt* Deus, Dominus veſter: Ipſius *eſt* Regnum. Illi autem, quos invocatis præter eum *a*, non habent poteſtatem *ne* putaminis quidem unius dactyli. 14. Si invocaveritis eos, non audient invocationem veſtram, & etiamſi audirent, non exaudirent vos: & die reſurrectionis negabunt aſſociationem veſtram (*ideſt ſe cultos fuiſſe à vobis, tamquam ſocios Dei*) & non enarrabit tibi *ullus res futuri ſæculi*, ſicut peritus (*ideſt ſicut Deus*). 15. O homines, vos *eſtis* pauperes penes Deum; Deus autem eſt Dives, Laudatus. 16. Si voluerit, auferet vos, & producet creaturam novam. 17. Neque *erit* hoc apud Deum *aliquid* arduum. 18. Et non portabit *anima* portans *iniquitatem ſuam* pondus alterius. Quod ſi invocaverit *ea, quæ eſt* gravata, *aliam* ad *portandum* onus ſuum, non portabitur de eo quidquam, etiamſi ſit habens cognationem *cum ea*. *Tu* porrò commonebis eos, qui timent Dominum ſuum in occulto (*ideſt abſque eo, quòd alii videant eum*) & perſolvunt orationem, &, qui eleemoſynam erogaverit, utique eleemoſynam erogabit ſibi ipſi. Et ad Deum *erit* profectio (*ideſt reditus in die Judicii*). 19. Et non æquiparabitur cæcus *b*, & videns. 20. Neque tenebræ, neque lux. 21. Neque umbra, neque jubar ſolis. 22. Neque æquiparabuntur vivi, neque mortui. Porrò Deus audire faciet, quem voluerit: neque tu audire facturus es eos, qui *ſunt* in ſepulchris. 23. *c* Non *es* tu, niſi commonitor. 24. Nos certè miſimus te cum veritate annunciatorem *boni*, & comminatorem *mali*. Et *d* non *eſt* gens ulla, quin præceſſerit in ea Prædicator. 25. Quòdſi mendacii inſimulaverint te, jam porrò, ut mendaces redarguerunt *Legatos ſuos* ii, qui *fuerunt* ante eos. Venerunt ad eos Legati eorum cum demonſtrationibus *miraculorum*, & cum codicibus, *præſertim Abrahæ*, & cum libro illuminante (*ideſt Pentateucho, & Euangelio*). 26. Deindè ſuſtuli eos, qui erant infideles, & cujuſmodi fuit punitio mea (*ideſt, quàm magna*). 27. An non conſideraſti, quòd Deus demittat è Cœlo aquam: tum educamus per eam fructus, quorum varii ſunt colores? Et in montibus *ſint* tramites albi, & rubri differentibus coloribus eorum. Corvi verò ſunt nigri *toti*. 28. Et in hominibus, & beſtiis, & pectoribus varii *ſunt* colores eorum eodem modo. Profectò timent Deum è ſervis ejus ſcientia prædíti. Quippe Deus *eſt* Præpotens, Indultor. 29. Certè, qui legunt librum Dei, & perſolvunt orationem, & erogant in eleemoſynam ex eo, quod in proventum dedimus eis, occultè, & palam ſperant mercaturam, *quæ* nunquam peribit (*ideſt Paradiſum*). 30. Ut rependat illis *Deus* mercedes eorum, & augeat eos de liberalitate ſua: quippe ipſe eſt indulgens, gratus. 31. Illud autem, quod revelavimus tibi de libro *Alcorani*, eſt veritas confirmans id, quod *traditum fuit à Deo* ante illum: quippe Deus in ſervis ſuis *eſt* ſanè inſtructus, intuens. 32. Deindè in hæreditatem dedimus librum *Alcorani* illis, quos elegimus de ſervis noſtris. Porrò ex his *eſt* iniquè agens in animam ſuam: & ex his *eſt* benè plerumque operans, & ex his *eſt* præveniens in bonis *operibus alios* per voluntatem Dei. Hæc eſt *e* abundantia magna. 33. Horti Eden: Introducentur in eos: ornabuntur in illis armillis ex auro, & margaritis, & amictus eorum in illis *erit* ſericum. 34. Et dicent: Laus Deo, qui abſtulit à nobis mœrorem: profectò Dominus noſter verè *eſt* indulgens, gratus. 35. Qui collocavit nos in palatio ſtabilitatis ex liberalitate ſua: non tanget nos in eo labor: neque tanget nos in eo laſſitudo. 36. Qui autem infideles fuerint, ipſis *erit* ignis gehennæ: non ponetur finis ſuper eos, itaut moriantur: neque alleviabitur ab eis *quidquam* de pœna illius. Ita *f* remunerabitur omnis infidelis. 37. Et ipſi validè clamabunt in eadem *gehenna*, Domine noſter, educ nos *hinc*: operabimur rectè diverſimodè ab eo, quod operati ſumus. *Sed reſpondebitur illis*: Nonne protraximus ætatem vobis, quantum *opus erat*, *ut* commonefieret in ea, qui commonefaciendus erat, & venit ad vos Prædicator? Guſtate ergo *ignem*, neque *erit* iniquis ullus adjutor. 38.

Profe-

a non poſſident putamen unius dactyli.

b neque.

c Si.

d Si.

e excellentia.

يجزى al. نجزى *f* remunerabimus.

profectò Deus *est* cognitor arcani Cœlorum, & terræ: quippè ipse *est* cognitor essentiæ pectorum *(ideſt illius, quod latet in cordibus)*. 39. Ipse est, qui posuit vos successores *alios aliis* in terra. Porrò, qui infidelis fuerit, super ipsum *erit* infidelitas ejus: neque augebit infidelibus infidelitas sua apud Dominum suum, nisi indignationem: neque augebit infidelibus infidelitas sua, nisi ruinam. 40. Dic: Quid vobis videtur de sociis vestris *(ideſt de diis vestris)* quos invocatis præter Deum? Ostendite mihi, quid creaverint *a* in terra. An *fuit* illis participatio *cum Deo* in Cœlis *creandis*? An tradidimus ipsis librum ita, ut ipsi *b* habeant probationem *opinionis suæ* ex eo? Atqui *c* non promittunt iniqui, alii eorum aliis, nisi fallaciam. 41. Certè Deus tenet firmiter Cœlos, & terram, ne deficiant. Et profectò, si deficerent *(ideſt corruerent)* *d* non retineret ipsos ullus post eum *(ideſt præter eum)*: quippe ipse est Clemens, Indulgens. 42. Et juraverunt per Deum toto conatu juramentorum suorum, quòd certè, si veniſſet ad eos prædicator, omninò forent directiores, quàm ulla gentium. Sed, postquàm venit ad eos prædicator *(ideſt Mahumetus)* non auxit illis, nisi fugam; 43. *Propter* superbiam *eorum* in terra, & dolosam machinationem mali. Sed non circundabit dolosa machinatio mali, nisi authorem suum. An verò expectant, nisi statutum Priorum *(ideſt pœnam statutam à Deo Prioribus infidelibus?)* Nullatenùs autem invenies statuto Dei immutationem. 44. Nequaquam, *inquam*, invenies statuto Dei variationem. 45. An nondum peragraverunt terram, & viderunt, cujusmodi fuerit exitus eorum, qui *fuerunt* ante eos? & fuerunt valentiores illis robore. Sed non est Deus *talis*, ut imbecillitet eum ulla res in Cœlis, neque in terra: quippè ipse est Sciens, Potens. 46. Quodsi puniret Deus homines ob id, quod operati sunt, non relinqueret super dorsum ejus *(ideſt terræ)* ullam bestiam. Verùm differet eos ad metam determinatam. Cùm autem venerit meta eorum, profectò Deus erit in servos suos intuens.

a ex terra [*i. ex rebus terræ*]
b sint in probatione
c Si.
d Si.

NOTÆ.

DUplicem habet Sura hæc epigraphen, utramque ex primo illius versu desumptam: alteram الملايكة *Angeli*: alteram الفاطر *Conditor*. Meccæ traditam fuisse, omnes consentiunt. Versus alii quinque, alii sex supra quadraginta recensent. Lectoris præmium: من قراء سورة الفاطر تفتح له ثمانية ابواب الجنة يدخلها بباب يشاء منها. *Illi, qui legerit Suram Conditoris, aperientur octo portæ Paradisi, & ingredietur, per quam voluerit ex eis.* Vel, ut habet Zamchascerius: ان دعته ثمانية ابواب الجنة ادخل من اى باب شيت: *Invitabunt eum octo portæ Paradisi, dicentes ei: Ingredere, per quam portam volueris.*

XIX. *Et non æquiparabitur cæcus, ut videns.*] Antitheses quatuor positæ in his versiculis applicantur ab expositoribus infidelitati, & fidei: vel infidelibus, & fidelibus.

XXXII. *Plerumque benè operans.*] Vox Arabica مقتصد exponitur à Gelale: : من يعمل به فى اغلب الاوقات *Qui operatur illud* (scilicet bonum opus) *plerumque*. Alii explicant: *Qui mediocriter se habet in bono opere exercendo*. Sed simpliciùs videtur exponi posse: Qui bona intentione operatur, seu opus rectum intendit, & aggreditur.

XL. *An tradidimus ipsis librum?*] Refertur hoc non ad socios, vel ad deos, sed ad homines cultores eorum.

REFUTATIONES.

I. QUamvis in Sacris litteris non semel Angelis alæ tribuantur: non tamen censendum est, illos revera alas habere. Cùm enim sint purissimi spiritus, ac simplicissimę intelligentiæ, non possunt illis materiales hujusmodi res convenire. Sed ideò alæ illis tribuuntur, quia in corporibus aereis assumptis alati aliquandò apparuisse in Sacris literis leguntur: unde etiam veteres Idololatræ Genios suos alatos effingebant. Ideò autem Beatis illis Spiritibus, aut etiam Dæmonibus alæ tribuuntur, ut per eas eorumdem velocitas, & agilitas exprimatur. At Mahumetus, & Mahumetani, erratica Thalmudistarum disciplina imbuti, veras, ac materiales alas Angelis attribuunt: quemadmodùm etiam ex loco Alcorani manifestè apparet.

II. Adeò effricta fronte est Mahumetus, ut non semel, sed multotiès (velut etiam in hac Sura) affirmet, Alcoranum suum conformem esse Sacris libris à Deo traditis, nempè Pentateucho, & Euangelio, seu veteri, novoque Testamento. Id verò impudentissimum esse mendacium, & jam ostendimus, & per se res ipsa demonstrat.

III. Hìc etiam protestatur Mahumetus, se non esse nisi prædicatorem, & commonitorem: quia scilicet nondùm viribus pollebat ad cogendos homines, ut susciperent sectam suam.

IV. Comparatione præcedentium Prophetarum, qui mendaces à populis suis habebantur: vellet ipse etiam propheta censeri. Sed illi habebantur mendaces, cùm tales non essent: at Mahumetus, & habebatur, & erat mendax.

سورة يسّ مكيّة ثلاث وثمانون آية

SURA XXXVI.

J A S.

M E C C A N A:

COMMATUM OCTOGINTA TRIUM.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 يس ۞ 2 والقرآن الحكيم ۞ 3 إنك لمن المرسلين ۞ 4 على صراط مستقيم ۞
5 تنزيل العزيز الرحيم 6 لتنذر قوما ما أنذر آباؤهم فهم غافلون ۞ 7 لقد حق القول
على أكثرهم فهم لا يؤمنون ۞ 8 إنا جعلنا في أعناقهم أغلالا فهي إلى الأذقان فهم مقمحون ۞
9 وجعلنا من بين أيديهم سدا ومن خلفهم سدا فأغشيناهم فهم لا يبصرون ۞ 10 وسواء عليهم
أأنذرتهم أم لم تنذرهم لا يؤمنون ۞ 11 إنما تنذر من اتبع الذكر وخشي الرحمن بالغيب
فبشره بمغفرة وأجر كريم ۞ 12 إنا نحن نحيي الموتى ونكتب ما قدموا وآثارهم وكل
شيء أحصيناه في إمام مبين ۞ 13 واضرب لهم مثلا أصحاب القرية إذ جاءها المرسلون ۞ 14 إذ
أرسلنا إليهم اثنين فكذبوهما فعززنا بثالث فقالوا إنا إليكم مرسلون ۞ 15 قالوا ما أنتم
إلا بشر مثلنا وما أنزل الرحمن من شيء إن أنتم إلا تكذبون ۞ 16 قالوا ربنا يعلم إنا
إليكم لمرسلون ۞ 17 وما علينا إلا البلاغ المبين ۞ 18 قالوا إنا تطيرنا بكم لئن لم تنتهوا
لنرجمنكم وليمسنكم منا عذاب أليم ۞ 19 قالوا طائركم معكم أئن ذكرتم بل
أنتم قوم مسرفون ۞ 20 وجاء من أقصا المدينة رجل يسعى قال يا قوم اتبعوا المرسلين ۞
21 اتبعوا من لا يسألكم أجرا وهم مهتدون ۞ 22 وما لي لا أعبد الذي فطرني وإليه
ترجعون ۞ 23 أأتخذ من دونه آلهة إن يردن الرحمن بضر لا تغن عني شفاعتهم شيئا ولا ينقذون ۞
24 إني إذا لفي ضلال مبين ۞ 25 إني آمنت بربكم فاسمعون ۞ 26 قيل ادخل الجنة
قال يا ليت قومي يعلمون ۞ 27 بما غفر لي ربي وجعلني من المكرمين ۞ 27 وما أنزلنا
على

عَلَى قَوْمِهِ مِنْ بَعْدِهِ مِنْ جُنْدٍ مِنَ السَّمَاءِ وَمَا كُنَّا مُنْزِلِينَ ۝ 28 إِنْ كَانَتْ إِلَّا صَيْحَةً وَاحِدَةً
فَإِذَا هُمْ خَامِدُونَ ۝ 29 يَا حَسْرَةً عَلَى الْعِبَادِ مَا يَأْتِيهِمْ مِنْ رَسُولٍ إِلَّا كَانُوا بِهِ يَسْتَهْزِئُونَ ۝
30 أَلَمْ يَرَوْا كَمْ أَهْلَكْنَا قَبْلَهُمْ مِنَ الْقُرُونِ أَنَّهُمْ إِلَيْهِمْ لَا يَرْجِعُونَ ۝ 31 وَإِنْ كُلٌّ لَمَّا
جَمِيعٌ لَدَيْنَا مُحْضَرُونَ ۝ 32 وَآيَةٌ لَهُمُ الْأَرْضُ الْمَيْتَةُ أَحْيَيْنَاهَا وَأَخْرَجْنَا مِنْهَا حَبًّا فَمِنْهُ
يَأْكُلُونَ ۝ 33 وَجَعَلْنَا فِيهَا جَنَّاتٍ مِنْ نَخِيلٍ وَأَعْنَابٍ وَفَجَّرْنَا فِيهَا مِنَ الْعُيُونِ ۝ 34 لِيَأْكُلُوا
مِنْ ثَمَرِهِ وَمَا عَمِلَتْهُ أَيْدِيهِمْ أَفَلَا يَشْكُرُونَ ۝ 35 سُبْحَانَ الَّذِي خَلَقَ الْأَزْوَاجَ كُلَّهَا مِمَّا تُنْبِتُ
الْأَرْضُ وَمِنْ أَنْفُسِهِمْ وَمِمَّا لَا يَعْلَمُونَ ۝ 36 وَآيَةٌ لَهُمُ اللَّيْلُ نَسْلَخُ مِنْهُ النَّهَارَ فَإِذَا هُمْ مُظْلِمُونَ ۝
37 وَالشَّمْسُ تَجْرِي لِمُسْتَقَرٍّ لَهَا ذَلِكَ تَقْدِيرُ الْعَزِيزِ الْعَلِيمِ ۝ 38 وَالْقَمَرَ قَدَّرْنَاهُ مَنَازِلَ حَتَّى
عَادَ كَالْعُرْجُونِ الْقَدِيمِ ۝ 39 لَا الشَّمْسُ يَنْبَغِي لَهَا أَنْ تُدْرِكَ الْقَمَرَ وَلَا الَّيْلُ سَابِقُ النَّهَارِ
وَكُلٌّ فِي فَلَكٍ يَسْبَحُونَ ۝ 40 وَآيَةٌ لَهُمْ أَنَّا حَمَلْنَا ذُرِّيَّتَهُمْ فِي الْفُلْكِ الْمَشْحُونِ ۝ 41 وَخَلَقْنَا
لَهُمْ مِنْ مِثْلِهِ مَا يَرْكَبُونَ ۝ 42 وَإِنْ نَشَأْ نُغْرِقْهُمْ فَلَا صَرِيخَ لَهُمْ وَلَا هُمْ يُنْقَذُونَ ۝ 43 إِلَّا رَحْمَةً
مِنَّا وَمَتَاعًا إِلَى حِينٍ ۝ 44 وَإِذَا قِيلَ لَهُمُ اتَّقُوا مَا بَيْنَ أَيْدِيكُمْ وَمَا خَلْفَكُمْ لَعَلَّكُمْ
تُرْحَمُونَ ۝ 45 وَمَا تَأْتِيهِمْ مِنْ آيَةٍ مِنْ آيَاتِ رَبِّهِمْ إِلَّا كَانُوا عَنْهَا مُعْرِضِينَ ۝ 46 وَإِذَا قِيلَ لَهُمْ
أَنْفِقُوا مِمَّا رَزَقَكُمُ اللَّهُ قَالَ الَّذِينَ كَفَرُوا لِلَّذِينَ آمَنُوا أَنُطْعِمُ مَنْ لَوْ يَشَاءُ اللَّهُ أَطْعَمَهُ إِنْ أَنْتُمْ
إِلَّا فِي ضَلَالٍ مُبِينٍ ۝ 47 وَيَقُولُونَ مَتَى هَذَا الْوَعْدُ إِنْ كُنْتُمْ صَادِقِينَ ۝ 48 مَا يَنْظُرُونَ إِلَّا
صَيْحَةً وَاحِدَةً تَأْخُذُهُمْ وَهُمْ يَخِصِّمُونَ ۝ 49 فَلَا يَسْتَطِيعُونَ تَوْصِيَةً وَلَا إِلَى أَهْلِهِمْ يَرْجِعُونَ ۝
50 وَنُفِخَ فِي الصُّورِ فَإِذَا هُمْ مِنَ الْأَجْدَاثِ إِلَى رَبِّهِمْ يَنْسِلُونَ ۝ 51 قَالُوا يَا وَيْلَنَا مَنْ بَعَثَنَا مِنْ
مَرْقَدِنَا هَذَا مَا وَعَدَ الرَّحْمَنُ وَصَدَقَ الْمُرْسَلُونَ ۝ 52 إِنْ كَانَتْ إِلَّا صَيْحَةً وَاحِدَةً فَإِذَا هُمْ جَمِيعٌ
لَدَيْنَا مُحْضَرُونَ ۝ 53 فَالْيَوْمَ لَا تُظْلَمُ نَفْسٌ شَيْئًا وَلَا تُجْزَوْنَ إِلَّا مَا كُنْتُمْ تَعْمَلُونَ ۝ 54 إِنَّ
أَصْحَابَ الْجَنَّةِ الْيَوْمَ فِي شُغُلٍ فَاكِهُونَ ۝ 55 هُمْ وَأَزْوَاجُهُمْ فِي ظِلَالٍ عَلَى الْأَرَائِكِ مُتَّكِئُونَ ۝
56 لَهُمْ فِيهَا فَاكِهَةٌ وَلَهُمْ مَا يَدَّعُونَ ۝ 57 سَلَامٌ قَوْلًا مِنْ رَبٍّ رَحِيمٍ ۝ 58 وَامْتَازُوا
الْيَوْمَ أَيُّهَا الْمُجْرِمُونَ ۝ 59 أَلَمْ أَعْهَدْ إِلَيْكُمْ يَا بَنِي آدَمَ أَنْ لَا تَعْبُدُوا الشَّيْطَانَ إِنَّهُ لَكُمْ
عَدُوٌّ مُبِينٌ ۝ 60 وَأَنِ اعْبُدُونِي هَذَا صِرَاطٌ مُسْتَقِيمٌ ۝ 61 وَلَقَدْ أَضَلَّ مِنْكُمْ جِبِلًّا كَثِيرًا
أَفَلَمْ تَكُونُوا تَعْقِلُونَ ۝ 62 هَذِهِ جَهَنَّمُ الَّتِي كُنْتُمْ تُوعَدُونَ ۝ 63 اصْلَوْهَا الْيَوْمَ بِمَا كُنْتُمْ
تَكْفُرُونَ ۝ 64 الْيَوْمَ نَخْتِمُ عَلَى أَفْوَاهِهِمْ وَتُكَلِّمُنَا أَيْدِيهِمْ وَتَشْهَدُ أَرْجُلُهُمْ بِمَا كَانُوا
يَكْسِبُونَ ۝ 65 وَلَوْ نَشَاءُ لَطَمَسْنَا عَلَى أَعْيُنِهِمْ فَاسْتَبَقُوا الصِّرَاطَ فَأَنَّى يُبْصِرُونَ ۝ 66 وَلَوْ نَشَاءُ
لَمَسَخْنَاهُمْ عَلَى مَكَانَتِهِمْ فَمَا اسْتَطَاعُوا مُضِيًّا وَلَا يَرْجِعُونَ ۝ 67 وَمَنْ نُعَمِّرْهُ نُنَكِّسْهُ فِي الْخَلْقِ
أَفَلَا يَعْقِلُونَ ۝ 68 وَمَا عَلَّمْنَاهُ الشِّعْرَ وَمَا يَنْبَغِي لَهُ إِنْ هُوَ إِلَّا ذِكْرٌ وَقُرْآنٌ مُبِينٌ ۝

69 لِيُنْذِرَ

69 لِيُنذِرَ مَن كَانَ حَيًّا وَيَحِقَّ الْقَوْلُ عَلَى الْكَافِرِينَ ۝ 70 أَوَلَمْ يَرَوْا أَنَّا خَلَقْنَا لَهُم مِّمَّا
عَمِلَتْ أَيْدِينَا أَنْعَامًا فَهُمْ لَهَا مَالِكُونَ ۝ 71 وَذَلَّلْنَاهَا لَهُمْ فَمِنْهَا رَكُوبُهُمْ وَمِنْهَا يَأْكُلُونَ ۝
72 وَلَهُمْ فِيهَا مَنَافِعُ وَمَشَارِبُ أَفَلَا يَشْكُرُونَ ۝ 73 وَاتَّخَذُوا مِن دُونِ اللَّهِ آلِهَةً لَّعَلَّهُمْ
يُنصَرُونَ ۝ 74 لَا يَسْتَطِيعُونَ نَصْرَهُمْ وَهُمْ لَهُمْ جُندٌ مُّحْضَرُونَ ۝ 75 فَلَا يَحْزُنكَ قَوْلُهُمْ إِنَّا نَعْلَمُ
مَا يُسِرُّونَ ۝ 76 وَمَا يُعْلِنُونَ ۝ 77 أَوَلَمْ يَرَ الْإِنسَانُ أَنَّا خَلَقْنَاهُ مِن نُّطْفَةٍ فَإِذَا هُوَ خَصِيمٌ
مُّبِينٌ ۝ 78 وَضَرَبَ لَنَا مَثَلًا وَنَسِيَ خَلْقَهُ قَالَ مَن يُحْيِي الْعِظَامَ وَهِيَ رَمِيمٌ ۝ 79 قُلْ
يُحْيِيهَا الَّذِي أَنشَأَهَا أَوَّلَ مَرَّةٍ وَهُوَ بِكُلِّ خَلْقٍ عَلِيمٌ ۝ 80 الَّذِي جَعَلَ لَكُم مِّنَ الشَّجَرِ
الْأَخْضَرِ نَارًا فَإِذَا أَنتُم مِّنْهُ تُوقِدُونَ ۝ 81 أَوَلَيْسَ الَّذِي خَلَقَ السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضَ بِقَادِرٍ عَلَىٰ أَن
يَخْلُقَ مِثْلَهُم بَلَىٰ وَهُوَ الْخَلَّاقُ الْعَلِيمُ ۝ 82 إِنَّمَا أَمْرُهُ إِذَا أَرَادَ شَيْئًا أَن يَقُولَ لَهُ كُن
فَيَكُونُ ۝ 83 فَسُبْحَانَ الَّذِي بِيَدِهِ مَلَكُوتُ كُلِّ شَيْءٍ وَإِلَيْهِ تُرْجَعُونَ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. I A. S. 2. Per Alcoranum ſapientem *juro*. 3. Quòd tu certè *es* ex Miſſis *à Deo*, *& es*. 4. In via recta. 5. *Et* demiſſio *hujus Alcorani eſt* Præpotentis, Miſericordis. 6. Ut commoneas homines *de eo*, *de quo* non fuerunt commoniti Patres eorum, & ipſi *ſunt* in ſocordia viventes. 7. Jam quidem competit dictum *noſtrum de punitione infidelium a* pleriſque eorum: ideò ipſi non credunt. 8. Nos porrò poſuimus in collis eorum catenas, & ipſæ *pertingunt* uſque ad barbas: ipſi verò conantes *ſunt* caput erigere, *nec poſſunt*. 9. Et poſuimus ante eos repagulum, & poſt eos repagulum, *ne moveri poſſint*, & cooperuimus eos, atque ideò ipſi non videbunt. 10. Et *b* unum, idemque *eſt* apud eos, ſive prædicaveris illis, ſive non prædicaveris illis: non credent. 11. Porrò prædicabis ei, qui ſectatus fuerit commonitionem *(ideſt Alcoranum)* & timuerit Miſeratorem in occulto (*ideſt*, *quamvis non videat eum.*) Annuncia ſanè huic indulgentiam, & mercedem honorificam. 12. Nos ſanè vivificabimus mortuos, & ſcribemus id, quod præmiſerunt, *dùm viverent bonorum operum*, & veſtigia eorum, & omnem rem computavimus eam in libro manifeſto. 13. Et propone illis in parabolam cives urbis *Antiochiæ*, cùm venerunt ad eam Legati, *Diſcipuli Jeſu*. 14. Cùm miſimus ad eos duos *ex illis*, ſed mendacii inſimulaverunt utrumque: atqui roboravimus *eos* per tertium. Dixerunt itaque: Nos certè ad vos miſſi *ſumus*. 15. Reſponderunt *Cives*: Vos non eſtis, *niſi* homines, ſicut nos: neque demiſit Miſerator quidquam *(ideſt nihil vobis Deus revelavit)* *c* ſed vos tantummodò mentimini. 16. Dixerunt *Legati*: Dominus noſter ſcit, quòd nos ad vos ſanè miſſi *ſumus*. 17. Et non *ſpectat* ad nos, niſi prædicatio manifeſta. 18. Reſponderunt *cives*.: Nos certè *malum* auguramur vobis. Profectò, ſi non abſtinueritis *à prædicando*, omninò lapidabimus vos, & certè tanget vos à nobis pœna dolorifica. 19. Dixerunt *Legati*: Augurium veſtrum *ſit* vobiſcum. An verò; ſi commoniti fueritis, *perſeverabitis in errore veſtro*? Atqui vos *eſtis* homines exorbitantes. 20. Venit autem ab extremis partibus civitatis vir quidam *d* currens, *qui* dixit: O populе meus, ſequimini Legatos. 21. Sequimini eum, qui non petit à vobis *ullam* mercedem; nam hi ſunt *directi*. 22. Neque mihi eſt *ulla ratio*, ut non colam eum, qui creavit me, & ad eum reducemini. 23. An ſuſcipiam præter eum deos *alios*? Si voluerit mihi Miſerator nocere, non proderit mihi interceſſio eorum quidquam, neque liberabunt *me*. 24. Ego igitur ſanè *eſſem* in erro

a contra plerosque.

b æquale.

c ſi vos non niſi.

d qui currebat.

re

re manifesto, *si illos adorarem*. 25. Certè ego credidi in Dominum vestrum: itaque audite me. *At illi lapidaverunt eum, & dùm moreretur*. 26. Dictum fuit *illi à Deo*: Ingredere in Paradisum. *Ille verò* dixit: O utinam gens mea sciret, quid indulserit mihi Dominus meus! Nam constituit me inter Honoratos. 27. Et non demisimus super gentem ejus post eum (*idest post mortem ejus*) ullum exercitum è Cœlo, *ut perderemus eos*: neque fuimus demittentes (*idest consueti demittere*). 28. Non *a* fuit *pœna eorum*, nisi vociferatio una *Gabrielis è Cœlo*, & ecce ipsi *ceciderunt* extincti. 29. O exitium super servos (*idest ò infelicitas hominum?*) Non venit ad eos ullus Legatus, nisi sint de eo risum captantes. 30. Nonne viderunt, quot perdiderimus ante eos ex generationibus? certè ipsæ ad eos non revertentur. 31. Et quidem omnes profectò universi coram nobis *sunt* præsentandi. 32. Et signum (*idest argumentum resurrectionis*) *est* ipsis terra mortua: vivificavimus eam *pluvia*, & eduximus ex ea granum, & ex eo comedunt. 33. Et posuimus in ea hortos ex palmis, & vitibus, & erumpere fecimus in ea *b* fontes. 34. Ut comedant ex fructibus ejus, & quod operatæ sunt manus eorum. An ergo non agent gratias? 35: Laus illi, qui creavit species omnes ex eo, quod producit terra, & ex animabus earum (*idest masculos, & fœminas*) & ex eo, quod *ipsi* non noverunt. 36. Et signum *divinæ potentiæ est* ipsis nox; subtrahimus ex ea diem, & ecce ipsi *remanent* obtenebrati. 37. Et sol currit ad locum quietis sibi *assignatum*: Hæc *est* dispositio Præpotentis, Scientis. 38. Et lunam dispositimus eam in mansiones *viginti, & octo*, donec redeat sicut spadix palmarum vetustus. 39. Non est sol, *ut* competat ei, ut assequatur lunam *in cursu suo*: neque nox *est* præveniens diem; & omnia *hæc* in gyrum decurrunt. 40 Et signum est ipsis, quòd nos portaverimus progeniem eorum in Arca plena: 41. Et creaverimus eis *c* aliquid simile ipsi (*idest naves*) quod conscenderent *ad navigandum*. 42. Quòd si voluerimus, demergemus eos, neque *erit* adjuvans eos: neque ipsi liberabuntur. 43. Nisi per misericordiam ex nobis, & ad fruendum *vita* usque ad tempus *destinatum*. 44. Cùm verò dicitur illis: Timete id, quod est ante vos, & id, quod est post vos (*idest pœnam præsentis, & futuri sæculi*) ut vos misericordiam consequamini: *terga vertunt, & longiùs recedunt*. 45. Et non afferes eis ullum signum ex signis Domini sui, nisi sint ab eo longè recedentes. 46. Et, cùm dicitur illis: Erogate eleemosynam ex eo, quo ditavit vos Deus: respondent ii, qui sunt infideles, illis, qui credunt: An cibabimus eum, quem si voluerit, Deus cibabit illum? *d* Vos non *estis*, nisi in errore manifesto. 47. Et dicunt: Quandò *complebitur* hæc promissio *de resurrectione*, si estis veraces? 48. Non expectant, *dùm ita loquuntur*, nisi clamorem unum (*idest primum sonitum tubæ Asraphelis*) *qui* è medio tollat eos, & ipsi *interim* inter se disceptant (*idest otiosè confabulantur*). 49. Et non poterunt *concedere* testamentum: neque ad familiam suam revertentur. 50. Et insuflabitur in tubam *secundam*, & ecce ipsi è sepulchris ad Dominum suum properantes egredientur. 51. Dicent: O væh nobis quis excitavit nos à cubili nostro? hoc *est*, quod promisit Miserator, & veraces fuerunt *in hoc* Legati. 52. Non *e* erit, nisi clamor unicus, *qui excitabit eos*, & ecce ipsi omnes ante nos præsentandi. 53. Hodie ergo non tractabitur injustè anima in ulla re: neque rependetur vobis, nisi, quod fueritis operati. 54. Porrò habitatores Paradisi hodie *erunt* in occupatione *voluptuosa* sese deliciantes. 55. Ipsi, & uxores eorum *morabuntur* in umbraculis super lectulos recumbentes. 56. Ipsis *erunt* in eis poma, & ipsis *erit*, quod postulabunt. 57. Pax: dictum (*idest dicetur illis*) à Domino Misericordi. 58. Et *dicetur peccatoribus*) separamini hodie ò scelerati *à piis*. 59. Nonne contestatus sum vos, ò filii Adam, ne coleretis Satanan; quippe ipse *est* vobis hostis manifestus? 60. Et *dixi*: Colite me: hæc *est* via recta. 61. Et jàm quidem *Satanas* seduxit ex vobis turbam multam: An ergo non intellexistis? 62. Hæc *est* Gehenna, quę vobis promittebatur. 63. Ingredimini comburendi illam hodie, propterea, quòd fuistis increduli. 64. Hodie sigillum imprimemus super ora eorum, *ne possint se excusare*, & alloquentur nos manus eorum, & testificabuntur pedes

الجزو الثالث والعشرون
Pars vigesima tertia.

a Si.

b de fontibus.

c de similitudine ejus.

d Si vos.

eorum illud, quod perpetraverunt. 65. Quòd ſi vellemus, certè deleremus oculos eorum. Et quidem properantes currerent per viam. Sed quomodò viderent? 66. Et, ſi vellemus, certè tranſformaremus eos *in ſimias, ſues, aut lapides* in locis eorum: neque poſſent abire, neque reverterentur. 67. Cui autem longam conceſſimus vitam, inclinabimus eum in creatione (*ideſt ad ſenilem, & imbecillem ætatem reducemus.*) An ergo non intelligunt? 68. Neque docuimus
a Si. eum (*ideſt Mahumetum*) artem verſificatoriam: neque competebat ei *hoc*. Non *a* eſt id, *quod prædicat*, niſi commonitio, & lectio manifeſta. 69. Ut commoneſaciat eum, qui eſt vivus (*ideſt fidelis*) & juſtè competat Dictum (*ideſt condemnatio*) infidelibus. 70. Nonne vident, quòd nos creavimus illis, inter ea, quę fecerunt manus noſtræ, pecora, & ipſi illa poſſidentes *ſunt*. 71. Et ſubjecimus ea illis, & ex eis *quædam ſunt ad* æquitationem eorum, & ex eis quibuſdam veſcuntur. 72. Et ipſis in eis *ſunt* utilitates *vellerum*, & potationes *lactis*: An ergo non erunt grati? 73. Et acceperunt præter Deum *alios* deos, ut ipſi adjuventur *ab illis*. 74. Non poterunt adjuvare eos, & ipſis (*nempè diis*) ſunt exercitus præſentandi *ſimul cum illis in Gehennam*. 75. Ne ergo contriſtet te dictum eorum: nos quippe ſcimus id, quod occultant 76. Et id, quod manifeſtant. 77. An nondùm cognovit homo, quòd nos creaverimus illum ex ſpermate? Et ecce ipſe *eſt* diſceptator manifeſtus, *negando reſurrectionem*; 78. Et proponit nobis ſimilitudinem (*ideſt objicit argumentum in contrarium*) & obliviſcitur
b Et ipſe. creationis ſuæ. Dicit: Quis vivificabit oſſa, *b* cùm ſint pulvis comminutus? 79. Reſponde: Vivificabit ea, qui produxit ea prima vice, & ipſe *eſt* in omni creatione ſciens: 80. Qui poſuit vobis ex arbore viridi ignem, & ecce vos ex ea ignem excipitis. 81. An etiam non erit, qui creavit Cœlos, & terram, potens ad hoc, ut creet ſimile ipſis (*ideſt alios homines ſimiles ipſis?*) Utique *erit potens*: nam ipſe *eſt* Creator, Sciens. 82. Porrò imperium ejus, cùm voluerit aliquid *efficere*, *eſt*, ut dicat ei: Eſto, & fuit. 83. Laus ergo illi, cujus in manu *eſt* Regnum omnis rei, & ad eum *in die Judicii* reducemini.

NOTÆ.

Compendium duorum primorum characterum يـــس IAS, dedit Suræ titulum. Quid autem hi ſignificent, incertum, ut alii ſimiles; niſi, quòd ex traditione Ebn-Abbaſi, ut ſcribit Zamchaſcerius, exponunt nonnulli, يا انسان *O homo*. Sed ineptè: prima enim Suræ verba diriguntur ad Mahumetum, non ad hominem. Verſus illius tres ſupra octoginta à pleriſque enumerantur: Meccana cenſetur. Vocabatur hæc Sura à Mahumeto قلب القران *Cor Alcorani*. Utuntur ea Mahumetani maximè in funere ſuorum mortuorum: quamobrem Zamchaſcerius agens de præmio illam legentis, ita ſcribit: من قراء يس يريد بها وجه الله غفر الله له واعطى له من الاجر كانما قرء القران اثنى وعشرين مرّة وانما مسلم قرى عنده اذا نزل به ملك الموت سورة يسّ نزل بكل حرف منها عشرة املاك يقومون بين يديه صفوفًا يصلون عليه ويستغفرون ويشهدون غسله ويتبعون جنازته ويصلون عليه ويشهدون دفنه وانما مسلم قراء يسّ وهو فى سكرات الموت لم يقبض ملك الموت روحه حتى يحييه رضوان خازن الجنة بشربة من شراب الجنة فشربها وهو على فراشه فيقبض ملك الموت روحه وهو ريان ويمكث فى قبره لا يحتاج الى حوض من حياض الانبياء حتى يدخل الجنة وهو ريان: وقال عليه السلام ان فى القران سورة تشفع قاريها وتغفر لمستمعها الا وهى سورة يس.

Qui legerit Suram Jas, exquirens per eam vultum Dei: Deus parcet illi peccata, & dabit illi mercedem, ac ſi legiſſet Alcoranum viginti duabus vicibus. Porrò Moslemus, cui lecta fuerit Sura hæc in adventu ad eum Angeli mortis, pro qualibet littera ejus, deſcendent decem Angeli, qui ſtabunt diſpoſiti in ordines ante eum, orantes pro eo, & veniam pro illo deprecantes, & aſſiſtent lotioni cadaveris ejus, & aſſectabuntur funus ejus, & orabunt pro eo, & aſſiſtent ſepelitioni ejus. Porrò, ſi Moslemus legerit Suram Jas, cùm erit in anguſtiis mortis, non accipiet Angelus mortis animam ejus, donec vivificet eum beneplacitum Cuſtodis Paradiſi cum potione ex potionibus Paradiſi. Ipſe verò bibet illam ſtans ſuper ſtratum ſuum, & tunc Angelus mortis accipiet animam ejus, & ipſe erit ſatur bibendo, & morabitur in ſepulchro ſuo, & non indigebit piſcina ullâ ex piſcinis Prophetarum, ut ingrediatur Paradiſum: jam enim potu expletus erit. Et dixit Mahumetus: Non eſt in Alcorano Sura alia, quæ intercedat pro lectore ſuo, & ignoſcat peccata auditori ſuo, niſi Sura Jas.

XIV. *Cùm miſimus ad eos duos ex illis.*] Totam hanc hiſtoriam, ſeu fabulam refert Author quidam Mahumetanus ex authoritate Amrui, Alambati Alſaddii, & aliorum in libello Arabico, qui apud me

ne manuſcriptus aſſervatur, his verbis, quæ ex Arabicis fideliter tranſtuli: *Miſit Jeſus filius Mariæ felicis memoriæ, Paulum, & Bicam ad urbem Antiochiam, ut ibi prædicarent. Verùm Antiocheni eos comprehenſos, & cruciatos carceri incluſerunt, & raſerunt medietatem capitis eorum. Cùm hoc audiſſet Jeſus, miſit eò Simonem Cepham, qui ignotus urbem ingreſsus eſt: cæpitque intrare in Delubra deorum, quos colebant, & ex verrere, & expolire Idola eorum, & orare in iiſdem Delubris. Putabant illi, eum præcari idola ſua: Sed preces ejus dirigebantur ad Deum. Cùm autem viderent, eum adeò pium eſſe, ac religioſum, ſignificaverunt id Regi, qui vocavit eum. At ille laudavit religionem ipſius, & amorem ejus erga eam: itaut Rex admiratus dixerit ei, ſe habere duos viros carceri incluſos, quia voluiſſent prædicare ei aliam religionem meliorem ſua: ſeque de illis occidendis cogitaſſe. Tunc Simon: Voca, inquit, utrumque, ut videamus, utrùm velint reſipiſcere. Juſſit igitur Rex, eos adduci ante ſe. Miſerat autem anteà Simon ad Paulum, & Bicam in carcere nuncium, qui præmoneret eos, ne oſtenderent ſe illum agnoſcere, vel ab eo ſe ipſos cognoſci. Cùm autem coram Rege uterque adeſſet, dixit illis Simon Cepha: Quam religionem prædicatis? at illi dixerunt: Religionem Jeſu filii Mariæ. At verò Simon eos redarguens, dixit: Quam probationem affertis hujus veſtræ Religionis? At illi dixerunt: Habemus nobiſcum collyrium, quo ſi cæcum liniverimus, ſtatim videbit. Hoc audito, extimuit Rex cum hominibus, qui aderant, & ait illis: Si demonſtraveeritis aliquid, cui nihil ſimile apud nos reperiatur, ſequemur vos. Cùm autem cæcum advocaſſent, & eum leniviſſent, ſtatim vidit. Quod cum vidiſſet Rex, & adſtantes, timuerunt. Dixit autem illi Simon Cepha: Ne te terreat hoc: ego tibi aliquid ſimile huic oſtendam. Advocatumque alium cæcum linivit, qui eodem modo vidit. Admiratus autem Rex, magis confirmatus in Secta ſua, & valdè honorans Simonem, voluit occidere Paulum, Bicam. Cui Simon: Ne occidas, inquit, eos, fortaſſe enim reſipiſcent, & convertentur. Reſtituit igitur utrumque Rex carceri: cùmque iterùm eos advocaſſet ad ſe, dixit eis: Vos nihil feciſtis, quod etiam apud nos non fiat. At illi reſponderunt: Nos curabimus leproſos. Adductum igitur leproſum medicamine ſuo mundaverunt. Tunc Simon ait Regi: Ego quoque idem faciam. Adduxerunt igitur alium leproſum, quem Simon medicatum emundavit. Decrevit itaque Rex occidere Saulum, & Bicam, niſi ad Sectam ſuam converſi fuiſſent. Sed illi hoc recuſaverunt: ſuaſu tamen Simonis, cum ſpe reſipiſcentiæ, carceri reſtituti ſunt. Simon verò crevit in æſtimatione apud Regem, & populum. Deindè, cùm Rex iterum eos advocaſſet, dixit illis Simon: Uſquequò perſiſtitis in obſtinatione veſtra? Niſi aliquod miraculum diverſum ab iis, quæ feciſtis, efficiatis; Rex interficiet vos. Illi verò reſponderunt: Nos ſuſcitabimus mortuos. Tunc Simon: Si prodigium hoc feceritis, juro, me fore primum, qui vos ſequatur. Rex etiam promiſit, ſe idem facturum, & ad exemplum Regis etiam cæteri. Fortè autem fortuna viderunt hominem mortuum deferri ad ſepulturam, ſuper quem cum invocaſſent Deum in nomine Jeſu, ſtatim ſurrexit vivus. Tunc Simon accepta bipenni cucurrit ad Idola, quæ colebant, & confregit ea, & populus in hoc ſecutus eſt eum. Dixit Alſaddius: Prima civitas, quæ amplexa eſt Religionem Jeſu, fuit Antiochia, ſed civitas illa, ad quam dicitur in Alcorano Deum miſiſſe duos, & roboraſſe eos tertio, non fuit Antiochia, ſed alia civitas Nam Antiocheni crediderunt: illa autem civitas ob incredulitatem ſuam punita fuit à Deo.* Hactenùs Fabula Authoris Mahumetani, ex qua Alcorani verba faciliùs intelliguntur. Eadem ferè habet Zamchaſcerius: Sed contra Alſaddium, vult, urbem fuiſſe Antiochiam (ut etiam vult Jahias). Et illius objectioni reſpondet: Non civitatem totam, ſed eos tantùm, qui credere noluerunt, Gabrielis voce extinctos fuiſſe.

XX. *Venit autem ab extremis partibus civitatis vir quidam.*] Gelal: هو حبيب النجّار كان قد امُـــن بالرسل ومنزله باقصى البلد; *Hic vocabatur Habib faber lignarius: jamque crediderat in Legatos. Habitabat autem in extremis partibus civitatis.* De hoc plura Zamchaſcerius. Tertium autem illum, quo Deus duos Legatos roboraſſe fingitur, idem Author Simonem Cepham fuiſſe pronunciat.

XXXVIII. *Donec redeat ſicut ſpadix palmarum vetuſtus*]. Quia ſcilicet, ut ait Gelal, hujuſmodi ſpadix, ſeu ramus, اذا عُتق فانّـه يدقّ ويتقوّس ويصفر *ubi ad vetuſtatem pervenerit, attenuatur, & in arcum curvatus flaveſcit.*

XLIX. *Et inſufflabitur in tubam ſecundam*]. Notat hìc, ut etiam alibi, Gelal سنة بين النفختين اربعون *inter utrumque tubarum ſonitum interceſſurum ſpatium quadraginta annorum.* Videtur Mahumetus duplicem hanc tubam ad ſupremum judicium vocantem, ex verbis S. Pauli Epiſt. 1. c. 15. ad Cor. & in Epiſt. 1. ad Theſſal. deſumpſiſſe: quibus in locis de ſonitu tubæ, & de noviſſima tuba, qua mortui è ſepulcris excitandi ſunt, fit mentio. Verùm Mahumetani nimis craſſè, & materialiter Apoſtoli verba accipiunt, & ſexcentis fabulis permiſcent.

L. *Quis non excitavit à cubili noſtro*]? Gelal: لانهم كانوا بيـــن النفختيـــن نايمين لم يعذبوا: *quia ipſi eo tempore, quod intercedet inter ſonum utriuſque tubæ, ſemper dormient: neque pœna ullæ afficientur.*

LXXVII. *Et ipſe eſt in omni creatione ſciens*]. Id-eſt, ſcit omnia creare: vel, ut explicat Gelal: novit quidquid pertinet ad creaturas, tàm ante, quàm poſt creationem earum.

REFUTATIONES.

I. Stomninò riſu dignum, quòd Deus juret per Alcoranum, Mahumetum eſſe Prophetam, & Alcoranum ipſum à ſe miſſum fuiſſe. Quis enim adeò hebes eſt, ut juret, rem aliquam veram eſſe, per ipſam rem, quam jurat? Prætereà nemo convenienter jurat per id, quod eſt ſe inferius. Atque ideò in ſacris litteris non legimus, Deum jurare, niſi per ſemetipſum, quia ſcilicet nullum habet ſe ipſo majorem, per quem juret; & ipſe, utpote ſumma, & infallibilis Veritas, eſt ſufficiens teſtis omnis veritatis. Quòd ſi quis objiciat locum illum Hamos. cap. 8. *Juravit Dominus per ſuperbiam Jacob*; vel juxta Vulgatam: *in ſuperbiam*, ubi videtur Deus jurare per creaturam: Reſpondeo, ibi ſuperperbiam accipi pro celſitudine, ſeu amplitudine, & ſignificare ipſam Divinam Majeſtatem, juxta conſuetum Sacrarum Scripturarum morem, quo Deus appellatur Gloria, Honor, & Celſitudo populi ſui. Sed de hoc, & aliis juramentis Dei in ſequentibus Suris vide, quæ dixi in Prodr. p. 4. cap. ult. pag. 76. Et dicam infra ſuis locis. Cæterùm etiam apud ſcriptores profanos *ſuperbia*, & *ſuperbus* in hoc ſignificatu accipiuntur. Vel dicendum

est, si propriè accipiatur, superbiam Jacob ibi à Deo detestari, idem esse, ac contra superbiam.

II. Quòd hìc, quemadmodùm alibi, dicat Mahumetus, quosdam non recipere fidem, quia ita Deus decrevit, qui posuit catenas in collis eorum, ne possint caput erigere, neque se movere, additis ante, & retro repagulis, seu obstaculis, & undique tenebris offusis, ne possint videre: confirmat errorem suum, & suorum, dùm credunt, homines ex necessitate peccare, & impossibile esse illis fidem suscipere.

III. Falsum prorsùs est, Christum Dominum misisse Legatos ullos Antiochiam, vel in aliam idololatrarum civitatem. Quandiù enim vixit, nullis, nisi Israelitis, vel unius Dei cultoribus Legem suam promulgavit. Adde, S. Paulum, nonnisi post Christi ad Cœlos ascensum, fuisse illius asseclam, & Apostolum, Bitam verò nunquam, & nusquam apud nos Christi discipulum repertum fuisse. Nec minùs falsæ censendæ sunt collusiones illæ Simonis Cephæ cum Rege, & duobus Discipulis Christi, quibus se non solùm ridiculum, sed etiam impium ostendisset: nemo enim sanè mentis probabit, posse sine summa impietate exteriùs Idololatriam, falsamque religionem simulari, dùm in corde fides vera retineatur, etiamsi id bona cum intentione, & cum animo veræ Religionis propagandæ fiat. Quamobrem si Alcorani verba illud significent, quod Expositores ejus affirmant: falsus est Alcoranus; insanus, & impius Mahumetus. Sed non est hìc dissimulanda Impostoris malitia: nam ita omnia enarrat, ut non possit intelligi, quibus personis, locis, vel temporibus conveniant. Hac enim ratione in tuto se ponit, ne possit mendacis, vel falsarii à quoquam redargui. Id etiam alibi facit in Alcorano, ut in eo, quod refert de mortuis suscitatis ab Ezechiel.: de morte, & suscitatione Nehemiæ, vel Ezræ; de Bicorni, seu Alexandro magno, & aliis. Hinc etiam factum puto, ut vera nomina plerumque corrumpat, appellans v. g. Henoch; Edris: Jethro, Scioaib: Saul, Talut; Goliam, Gialut: Jesum, Isa, &c. Ut, si quid in referendis horum rebus erraret, vel mentitus fuisset; semper posset se defendere per mutationem personæ, In hoc autem multum debemus Alcorani expositoribus, qui (sive ariolentur, sive vera, ac certa depromant) Pseudoprophetæ sui hallucinationes, seu veriùs mendacia nobis manifestant. Aliàs, quid dicere potuissemus contra eum, vel in hac, vel in aliis hujusmodi ambiguis, & versatilibus narrationibus, quæ velut Proteus, possunt in sexcentas formas mutari?

IV. Si Alcorani Author ganeam aliquam, vel meretriciam domum describere voluisset, aptioribus verbis uti non poterat, quàm iis, quibus hìc Paradisum suum describit; dùm illius incolis nullam aliam, quàm cum fœminis luxuriandi, & inter mensas deliciandi occupationem assignat. Philosophi ipsi Ethnici, naturæ lumine ducti, agnoverunt, non posse in corporeis voluptatibus hominis felicitatem, præsertim summam consistere, sed in spiritualibus animæ operationibus esse collocandam. Sed vide, quæ alibi diximus, & dicemus.



سورة الصافات مكيّة مائة واثنان وثمانون آية

SURA XXXVII.

ORDINATRICES.

MECCANA:

COMMATUM CENTUM OCTOGINTA DUORUM.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 والصافات صفا ۞ 2 فالزاجرات زجرا ۞ 3 فالتاليات ذكرا ۞ 4 إن إلهكم لواحد ۞
5 رب السموات والأرض وما بينهما ورب المشارق ۞ 6 إنا زينا السماء الدنيا بزينة
الكواكب ۞ 7 وحفظا من كل شيطان مارد ۞ 8 لا يسمعون إلى الملإ الأعلى ويقذفون
من كل جانب دحورا ۞ 9 ولهم عذاب واصب ۞ 10 إلا من خطف الخطفة فاتبعه
شهاب ثاقب ۞ 11 فاستفتهم أهم أشد خلقا أم من خلقنا إنا خلقناهم من طين لازب ۞
12 بل عجبت ويسخرون ۞ 13 وإذا ذكروا لا يذكرون ۞ 14 وإذا رأوا آية يستسخرون ۞
15 وقالوا إن هذا إلا سحر مبين ۞ 16 أإذا متنا وكنا ترابا وعظاما أإنا لمبعوثون ۞
18 أو آباؤنا الأولون ۞ 19 قل نعم وأنتم داخرون ۞ 20 فإنما هي زجرة واحدة فإذا هم
ينظرون ۞ 21 وقالوا يا ويلنا هذا يوم الدين ۞ 22 هذا يوم الفصل الذي كنتم به
تكذبون ۞ 23 احشروا الذين ظلموا وأزواجهم وما كانوا يعبدون من دون الله فاهدوهم إلى
صراط الجحيم ۞ 24 وقفوهم إنهم مسئولون ۞ 25 ما لكم لا تناصرون ۞ 26 بل هم اليوم
مستسلمون ۞ 27 وأقبل بعضهم على بعض يتساءلون ۞ 28 قالوا إنكم كنتم تأتوننا عن
اليمين ۞ 29 قالوا بل لم تكونوا مؤمنين ۞ 30 وما كان لنا عليكم من سلطان ۞ 31 بل
كنتم قوما طاغين ۞ 32 فحق علينا قول ربنا إنا لذائقون ۞ 33 فأغويناكم إنا كنا
غاوين ۞ 34 فإنهم يومئذ في العذاب مشتركون ۞ 35 إنا كذلك نفعل بالمجرمين ۞
36 إنهم كانوا إذا قيل لهم لا إله إلا الله يستكبرون ۞ 37 ويقولون أئنا لتاركوا
آلهتنا

آلِهَتِنَا لِشَاعِرٍ مَجْنُونٍ ۞ 38 بَلْ جَاءَ بِالْحَقِّ وَصَدَّقَ الْمُرْسَلِينَ ۞ 39 إِنَّكُمْ لَذَائِقُوا الْعَذَابِ
الْأَلِيمِ ۞ 40 وَمَا تُجْزَوْنَ إِلَّا مَا كُنْتُمْ تَعْمَلُونَ ۞ 41 إِلَّا عِبَادَ اللَّهِ الْمُخْلَصِينَ ۞ 42 أُولَئِكَ
لَهُمْ رِزْقٌ مَعْلُومٌ ۞ 43 فَوَاكِهُ وَهُمْ مُكْرَمُونَ ۞ 44 فِي جَنَّاتِ النَّعِيمِ ۞ 45 عَلَى
سُرُرٍ مُتَقَابِلِينَ ۞ 46 يُطَافُ عَلَيْهِمْ بِكَأْسٍ مِنْ مَعِينٍ ۞ 47 بَيْضَاءَ لَذَّةٍ لِلشَّارِبِينَ ۞
48 لَا فِيهَا غَوْلٌ وَلَا هُمْ عَنْهَا يُنْزَفُونَ ۞ 49 وَعِنْدَهُمْ قَاصِرَاتُ الطَّرْفِ عِينٌ ۞ 50 كَأَنَّهُنَّ بَيْضٌ
مَكْنُونٌ ۞ 51 فَأَقْبَلَ بَعْضُهُمْ عَلَى بَعْضٍ يَتَسَاءَلُونَ ۞ 52 قَالَ قَائِلٌ مِنْهُمْ إِنِّي كَانَ لِي
قَرِينٌ ۞ 53 يَقُولُ أَئِنَّكَ لَمِنَ الْمُصَدِّقِينَ ۞ 54 أَإِذَا مِتْنَا وَكُنَّا تُرَابًا وَعِظَامًا أَإِنَّا لَمَدِينُونَ ۞
55 قَالَ هَلْ أَنْتُمْ مُطَّلِعُونَ ۞ 56 فَاطَّلَعَ فَرَآهُ فِي سَوَاءِ الْجَحِيمِ ۞ 57 قَالَ تَاللَّهِ إِنْ كِدْتَ
لَتُرْدِينِ ۞ 58 وَلَوْلَا نِعْمَةُ رَبِّي لَكُنْتُ مِنَ الْمُحْضَرِينَ ۞ 59 أَفَمَا نَحْنُ بِمَيِّتِينَ ۞ 60 إِلَّا
مَوْتَتَنَا الْأُولَى وَمَا نَحْنُ بِمُعَذَّبِينَ ۞ 61 إِنَّ هَذَا لَهُوَ الْفَوْزُ الْعَظِيمُ ۞ 62 لِمِثْلِ هَذَا فَلْيَعْمَلِ
الْعَامِلُونَ ۞ 63 أَذَلِكَ خَيْرٌ نُزُلًا أَمْ شَجَرَةُ الزَّقُّومِ ۞ 64 إِنَّا جَعَلْنَاهَا فِتْنَةً لِلظَّالِمِينَ ۞
65 إِنَّهَا شَجَرَةٌ تَخْرُجُ فِي أَصْلِ الْجَحِيمِ ۞ 66 طَلْعُهَا كَأَنَّهُ رُءُوسُ الشَّيَاطِينِ ۞ 67 فَإِنَّهُمْ
لَآكِلُونَ مِنْهَا فَمَالِئُونَ مِنْهَا الْبُطُونَ ۞ 68 ثُمَّ إِنَّ لَهُمْ عَلَيْهَا لَشَوْبًا مِنْ حَمِيمٍ ۞ 69 ثُمَّ
إِنَّ مَرْجِعَهُمْ لَإِلَى الْجَحِيمِ ۞ 70 إِنَّهُمْ أَلْفَوْا آبَاءَهُمْ ضَالِّينَ ۞ 71 فَهُمْ عَلَى آثَارِهِمْ يُهْرَعُونَ ۞
72 وَلَقَدْ ضَلَّ قَبْلَهُمْ أَكْثَرُ الْأَوَّلِينَ ۞ 73 وَلَقَدْ أَرْسَلْنَا فِيهِمْ مُنْذِرِينَ ۞ 74 فَانْظُرْ كَيْفَ
كَانَ عَاقِبَةُ الْمُنْذَرِينَ ۞ 75 إِلَّا عِبَادَ اللَّهِ الْمُخْلَصِينَ ۞ 76 وَلَقَدْ نَادَانَا نُوحٌ فَلَنِعْمَ الْمُجِيبُونَ ۞
77 وَنَجَّيْنَاهُ وَأَهْلَهُ مِنَ الْكَرْبِ الْعَظِيمِ ۞ 78 وَجَعَلْنَا ذُرِّيَّتَهُ هُمُ الْبَاقِينَ ۞ 79 وَتَرَكْنَا عَلَيْهِ
فِي الْآخِرِينَ ۞ 80 سَلَامٌ عَلَى نُوحٍ فِي الْعَالَمِينَ ۞ 81 إِنَّا كَذَلِكَ نَجْزِي الْمُحْسِنِينَ ۞
82 إِنَّهُ مِنْ عِبَادِنَا الْمُؤْمِنِينَ ۞ 83 ثُمَّ أَغْرَقْنَا الْآخَرِينَ ۞ 84 وَإِنَّ مِنْ شِيعَتِهِ لَإِبْرَاهِيمَ ۞
85 إِذْ جَاءَ رَبَّهُ بِقَلْبٍ سَلِيمٍ ۞ 86 إِذْ قَالَ لِأَبِيهِ وَقَوْمِهِ مَاذَا تَعْبُدُونَ ۞ 87 أَئِفْكًا آلِهَةً
دُونَ اللَّهِ تُرِيدُونَ ۞ 88 فَمَا ظَنُّكُمْ بِرَبِّ الْعَالَمِينَ ۞ 89 فَنَظَرَ نَظْرَةً فِي النُّجُومِ ۞ 90 فَقَالَ
إِنِّي سَقِيمٌ ۞ 91 فَتَوَلَّوْا عَنْهُ مُدْبِرِينَ ۞ 92 فَرَاغَ إِلَى آلِهَتِهِمْ فَقَالَ أَلَا تَأْكُلُونَ ۞ 93 مَا
لَكُمْ لَا تَنْطِقُونَ ۞ 94 فَرَاغَ عَلَيْهِمْ ضَرْبًا بِالْيَمِينِ ۞ 95 فَأَقْبَلُوا إِلَيْهِ يَزِفُّونَ ۞ 96 قَالَ
أَتَعْبُدُونَ مَا تَنْحِتُونَ ۞ 97 وَاللَّهُ خَلَقَكُمْ وَمَا تَعْمَلُونَ ۞ 98 قَالُوا ابْنُوا لَهُ بُنْيَانًا فَأَلْقُوهُ فِي
الْجَحِيمِ ۞ 99 فَأَرَادُوا بِهِ كَيْدًا فَجَعَلْنَاهُمُ الْأَسْفَلِينَ ۞ 100 وَقَالَ إِنِّي ذَاهِبٌ إِلَى رَبِّي
سَيَهْدِينِ ۞ 101 رَبِّ هَبْ لِي مِنَ الصَّالِحِينَ ۞ 102 فَبَشَّرْنَاهُ بِغُلَامٍ حَلِيمٍ ۞ 103 فَلَمَّا بَلَغَ
مَعَهُ السَّعْيَ قَالَ يَا بُنَيَّ إِنِّي أَرَى فِي الْمَنَامِ أَنِّي أَذْبَحُكَ فَانْظُرْ مَاذَا تَرَى قَالَ يَا أَبَتِ افْعَلْ مَا
تُؤْمَرُ سَتَجِدُنِي إِنْ شَاءَ اللَّهُ مِنَ الصَّابِرِينَ ۞ 104 فَلَمَّا أَسْلَمَا وَتَلَّهُ لِلْجَبِينِ ۞ 105 وَنَادَيْنَاهُ

أَنْ

أن يا إدريس ۞ 106 قد صدقت الرؤيا إنا كذلك نجزي المحسنين ۞ 107 إن هذا لهو
البلاء المبين ۞ 108 وفديناه بذبح عظيم ۞ 109 وتركنا عليه في الآخرين ۞ 110 سلام
على إدراهيم ۞ 111 كذلك نجزي المحسنين ۞ 112 إنه من عبادنا المومنين ۞ 113 وبشرناه
بإسحاق نبيا من الصالحين ۞ 114 وباركنا عليه وعلى إسحاق ومن ذريتهما محسن وظالم
لنفسه مبين ۞ 115 ولقد منا على موسى وهرون ۞ 116 ونجيناهما وقومهما من الكرب
العظيم ۞ 117 ونصرناهم فكانوا هم الغالبين ۞ 118 وآتيناهما الكتاب المستبين ۞
119 وهديناهما الصراط المستقيم ۞ 120 وتركنا عليهما في الآخرين ۞ 121 سلام على موسى
وهارون ۞ 122 إنا كذلك نجزي المحسنين ۞ 123 إنهما من عبادنا المومنين ۞ 124 وإن
إلياس لمن المرسلين ۞ 125 إذ قال لقومه ألا تتقون ۞ 126 أتدعون بعلا وتذرون أحسن
الخالقين ۞ 127 الله ربكم ورب آبائكم الاولين ۞ 128 فكذبوه فإنهم لمحضرون ۞
129 إلا عباد الله المخلصين ۞ 130 وتركنا عليه في الآخرين ۞ 131 سلام على إل ياسين ۞
132 إنا كذلك نجزي المحسنين ۞ 133 إنه من عبادنا المومنين ۞ 134 وإن لوطا لمن
المرسلين ۞ 135 إذ نجيناه وأهله أجمعين ۞ 136 إلا عجوزا في الغابرين ۞ 137 ثم
دمرنا الآخرين ۞ 138 وإنكم لتمرون عليهم مصبحين ۞ 139 وبالليل أفلا تعقلون ۞
140 وإن يونس لمن المرسلين ۞ 141 إذ أبق إلى الفلك المشحون ۞ 142 فساهم فكان من
المدحضين ۞ 143 فالتقمه الحوت وهو مليم ۞ 144 فلولا أنه كان من المسبحين ۞
145 للبث في بطنه إلى يوم يبعثون ۞ 146 فنبذناه بالعراء وهو سقيم ۞ 147 وأنبتنا عليه
شجرة من يقطين ۞ 148 وأرسلناه إلى مائة ألف أو يزيدون ۞ 149 فامنوا فمتعناهم إلى
حين ۞ 150 فاستفتهم ألربك البنات ولهم البنون ۞ 151 أم خلقنا الملايكة إناثا وهم
شاهدون ۞ 152 ألا إنهم من إفكهم ليقولون ۞ 153 ولد الله وإنهم لكاذبون ۞ 154 أصطفى
البنات على البنين ۞ 155 ما لكم كيف تحكمون ۞ 156 أفلا تذكرون ۞ 157 أم لكم
سلطان مبين ۞ 158 فاتوا بكتابكم إن كنتم صادقين ۞ 159 وجعلوا بينه
وبين الجنة نسبا ولقد علمت الجنة إنهم لمحضرون ۞ 160 سبحان الله عما يصفون ۞
161 إلا عباد الله المخلصين ۞ 162 فإنكم وما تعبدون ۞ 163 ما أنتم عليه بفاتنين ۞
164 إلا من هو صال الجحيم ۞ 165 وما منا إلا له مقام معلوم ۞ 166 وإنا لنحن الصافون ۞
167 وإنا لنحن المسبحون ۞ 168 وإن كانوا ليقولون لو إن عندنا ذكرا من الاولين ۞
169 لكنا عباد الله المخلصين ۞ 170 فكفروا به فسوف يعلمون ۞ 171 ولقد سبقت
كلمتنا لعبادنا المرسلين ۞ 172 إنهم لهم المنصورون ۞ 173 وإن جندنا لهم الغالبون ۞

174 فتول

173 قتولى عنهم حتي حين ۞ 174 وابصرهم فسوف يبصرون ۞ 175 افبعذابنا يستعجلون ۞
176 فاذا نزل بساحتهم فساء صباح المنذرين ۞ 177 وتولى عنهم حتي حين ۞ 178 وابصر
فسوف يبصرون ۞ 179 سبحان ربك رب العزة عما يصفون ۞ 180 وسلام على المرسلين ۞
181 والحمد لله رب العالمين ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr *a* Ordinantes ordinando. 2. Et *b* Agitantes agitando. 3. Et *c* Legentes commonendo. 4. Certè Deus veſter ſanè *eſt* unus. 5. Dominus Cœlorum, & terræ, & illius, quod inter hæc duo, & Dominus Orientium. 6. Nos certè adornavimus Cœlum propinquum ornamento ſtellarum. 7. Et cuſtodiam *poſuimus in eo, ut ſecurum ſit* ab omni Satana rebelli. 8. Non audient *Satanæ* Proceres excelſos (*ideſt collocutionem Angelorum*:) nam appetuntur *flammis* ab omni latere, repulſione (*ideſt quibus repelluntur ab Orbibus Cœleſtibus*). 9. Et ipſis *erit* pœna perſeverans *in Gehenna*. 10. Præter illum, qui ſubripuit ſubreptionem (*ideſt furtim audivit voces Angelorum*:) ſed ſecuta eſt eum flamma penetrans, & *ideò ſtatim fugit*. 11. Interroga igitur *Meccanos*, utrum ipſi *ſint* valentiores natura: an ii, quos creavimus (*ideſt Angeli, & Cœli*.) Certè nos creavimus illos ex luto tenaci. 12. Atqui *tu* admiraris *perfidiam eorum*, & *ipſi* irrident *admirationem tuam*. 13. Cùm verò commoniti fuerint *d*, commonitionem non recipient. 14. Et, cùm viderint *aliquod* ſignum, ſubſannabunt *illud*. 15. Et dicent; Si hoc *eſt*, niſi præſtigium manifeſtum. 16. An, poſtquàm mortui erimus, & fuerimus pulvis, & oſſa. 17. An utique nos *ſumus* verè ſuſcitandi? 18. An etiam Patres noſtri priores? 19. Reſponde: Ita, & vos *eſtis* humiliandi. 20. Et profectò hæc *erit* vociferatio una, & ecce ipſi videbunt *ſe ſuſcitari*. 21. Et dicent: O væh nobis? hæc *eſt* dies judicii. 22. Hæc *eſt* dies diviſionis, quam ut falſam negabatis. 23. Congregate eos, qui iniqui fuerunt, & conjunctos eorum (*ideſt diabolos*) & quos coluerunt præter Deum, & dirigite eos in viam Inferni. 24. Et ſiſtite eos: quippe ipſi *ſunt* examinandi. 25. Quid *eſt* vobis, *quòd* non defenditis vos mutuò? 26. Atqui ipſi hodie humiliati adducti *ſunt*. 27. Et accedent alii eorum ad alios, inter ſe verbis diſceptantes. 28. Dicent *Seducti Seductoribus ſuis*: Vos certè veniebatis ad nos à parte dextera (*ideſt oſtentantes veritatem, quam porrecta dextera jurabatis*). 29. Reſpondebunt *ſeductores*: Atqui non eratis *verè* credentes. 30. Neque erat nobis ſuper vos ulla poteſtas *ad vos cogendos*. 31. Verùm eratis homines tranſgreſſores, *ſicut nos*. 32. Quamobrem juſtè competit ſuper nos *omnes* dictum Domini noſtri, *quo deſtinavit nos ad pœnam, quàm* certè nos ſanè guſtaturi *ſumus*. 33. Porrò in errorem induximus vos: *Sed* nos certè eramus errantes. 34. Utique *omnes* hi die illa in pœna *ſunt* aſſociandi. 35. Certè nos ita agimus cum ſceleratis. 36. Quippe ipſi, cùm dicitur illis: Non *eſt* Deus, niſi Deus: in ſuperbiam efferuntur. 37. Et dicunt: An verò nos *erimus* deſertores deorum noſtrorum propter Poetam demoniacum? 38. Atqui *hic* venit cum veritate, & confirmavit Legatos (*ideſt id, quod prædicaverant Legati anteriores*). 39. Vos ſanè guſtaturi *eſtis* pœnam dolorificam. 40. Neque retribuetur vobis, niſi, quod fueritis operati. 41. Sed ſervi Dei ſinceri *diverſo modo remunerabuntur*. 42. His erit cibus conſtitutus (*mane, & veſpere in Paradiſo*. 43. Poma, & ipſi honorati *erunt*. 44. In hortis voluptatis. 45. Super lectulos ſeſe invicem reſpicientes. 46. Circumferetur illis calix ex fonte. 47. Limpidus *e* ad voluptatem bibentium. 48. Non *erit* in eo offuſcatio intellectus: neque ipſi inebriabuntur. 49. Et juxta eos *accubabunt puell* cohibentes obtutum, *ne alios reſpiciant, quàm amaſios ſuos*; amplis oculis prædi

a Ordinatrices.
b Agitatrices.
c Lectrices.
d non commonefient.
e Albus.

ta.

tæ. 50. Quaſi ipſæ *ſint* ovum coopertum. 51. Et convertentur alii eorum ad alios, & ſeſe mutuò interrogabunt. 52. Dicet dicens ex illis: Equidem fuit mihi *in Mundo quidam* conjunctus. 53. Dicebat *mihi*: An verò tu *es* ex aſtruentibus veritatem *reſurrectionis*? 54. An, poſtquam obierimus, & fuerimus pulvis, & oſſa, & an certè nos ſanè judicandi *ſumus*? 55. *Tunc* dicet *ſociis*: Num vos *vultis mecum venire* proſpecturi *illum in Gehenna*? 56. Sed, *recuſantibus illis*, proſpiciet *ipſe ſolus è feneſtra quadam Paradiſi*, & videbit eum in medio Inferni. 57. Dicet *illi*: Per Deum propè fuiſti, ut in ruinam traheres me. 58. Et, niſi *fuiſſet* gratia Domini mei: certè fuiſſem ex præſentatis *Gehennæ*. 59. *Dicent habitatores Paradiſi*: An ergo nos non ſumus mortui? 60. *Sumus ſanè*: ſed mors noſtra fuit *mors* prima (*ideſt naturalis*) neque nos *ſumus in Gehenna* cruciandi. 61. Sanè hæc *eſt* certè beatitudo magna. 62. Propter hujuſmodi *felicitatem* operentur ſanè operantes. 63. Utrum hoc, *quod diximus*, melius *eſt* ad hoſpitandum, an arbor Zacum? 64. Nos certè poſuimus eam (*ideſt mentionem fecimus de ea in Alcorano*) ad contentionem iniquorum. 65. Porrò ipſa *eſt* arbor, *quæ* egreditur in imo Inferni. 66. Productio (*ideſt fructus*) ejus *ſunt* veluti capita Diabolorum. 67. Porrò ipſi (*ideſt damnati*) certè comeſturi *ſunt* ex eis, & impleturi ex eis ventres. 68. Deindè ſanè *dabitur* illis ſuper eos (*ideſt poſt comeſtionem eorum*) *a* potus ex aqua ferventiſſima. 69. Tùm certè reditus eorum *erit* ſanè in Infernum. 70. Profectò ipſi invenient patres ſuos, *qui fuerunt* errantes. 71. Ipſi verò ſuper veſtigia eorum ad currendum incitabuntur. 72. Et jam quidem erraverunt ante eos plerique Primorum. 73. Et jam quidem miſimus inter eos commonitores. 74. Vide porrò, cujuſmodi fuerit finis eorum, qui fuerunt commoniti. 75. Præter ſervos Dei ſinceros. 76. Et jam quidem invocavit nos Noe, & ſanè euge exauditores (*ideſt promptè exaudivimus illum*). 77. Et liberavimus eum, & familiam ejus ex anguſtia magna. 78. Et poſuimus generationem ejus, *ut* ipſi *eſſent* reſſidui. 79. Et reliquimus ſuper eum *celebrem famam* apud *b* poſteros. 80. Pax ſuper Noe in *omnibus c* ſæculis. 81. Nos certè ita remuneramus benefacientes. 82. Quippe ipſe *fuit* ex ſervis noſtris fidelibus. 83. Deindè demerſimus reliquos. 84. Et quidem è Secta ejus ſanè *fuit* Abraham. 85. Cùm acceſſit ad Dominum ſuum cum corde perfecto. 86. Cùm dixit Patri ſuo, & genti ſuæ: Quid *eſt*, *quod* colitis? 87. An mendaciter deos præter Deum vultis? 88. Quæ porrò *eſt* opinio veſtra de Domino *d* ſæculorum? 89. Aſpexit intuitu in ſtellas. 90. Et dixit *ſuis*: Certè ego *ſum* infirmus (*ideſt cognoſco ex aſpectu ſtellarum mox me ægrotaturum*; *quare non poſſum venire ad ſacrificia veſtra*). 91. At *illi* diſceſſerunt ab eo terga vertentes, *profecturi ad feſtivitatem quamdam*. 92. *Abraham* verò perrexit clam ad Deos eorum, *ante quos erat menſa cum cibis*, & dicebat *illis per jocum*. An non comeditis? 93. Quid *eſt* vobis, quòd non loquimini? 94. Et inſiluit in eos verberando *manu* dextera. 95. Et reverſi ſunt ad eum feſtinantes *poſt feſtum ſuum*. 96. Dixit *illis Abraham*: An ne colitis id, quod ſculpitis? 97. Deus verò creavit vos, & id, quod *ſculpendo* facitis. 98. Dixerunt *illi inter ſe*, *cùm vidiſſent idola ſua ab eo confracta*. Conſtruite illi ædificium (*ideſt fornacem*) & projicite eum in Infernum (*ideſt in ignem profundum*). 99. Voluerunt igitur in eum ſtruere dolum: Sed *nos* poſuimus eos infirmos (*ideſt victos, & confuſos*) *liberando Abraham ab igne*. 100. Et dixit illis Abraham: Ego ſanè *e* abibo ad Dominum meum, *qui* diriget me. 101. Domine mi, da mihi *filium*, *qui ſit* ex Probis. 102. Annuntiavimus igitur ei adoleſcentem prudentem. 103. Cùm igitur perveniſſet cum eo ad *ætatem*, *cui competit operandi* ſtudium; Dixit *ei Pater*: O filiole mi, certè ego videbam in ſomnio, quòd ego ſacrificarem te. Vide ergo, quid ſentias. Reſpondit: O Pater mi, fac, quod juſſus es. Invenies me, ſi voluerit Deus, ex patientibus. 104. Cùm autem ambo ſubjeciſſent ſe *Divino imperio*, & proſtravit eum *pater* in frontem (*ideſt fronte ad terram converſa*, *eum ſacrificaturus*); 105. Et clamavimus ad eum, ò Abraham. 106. Jam verificaſti viſionem. Nos ſanè ita remuneramus benefacientes. 107. Certè hæc ſanè fuit tentatio manifeſta. 108. Et redemimus

eum

a certè potus impurus.

b ultimos.

c Mundis.

d Mundorũ.

e vadens.

eum (*nempè Iſmael, ſive Iſaac*) hoſtia magna. 109. Et reliquimus ſuper eum
a ultimos. apud *a* poſteros *nomen celebre*. 110. Pax ſuper Abraham. Ita remuneramus benefacientes. 111. Quippe ipſe *fuit* ex ſervis noſtris fidelibus. 112. Et annuntiavimus ei Iſaac Prophetam ex Probis. 113. Et benediximus ſuper eum, & ſuper Iſaac, & ex progenie utriuſque *fuit* benefaciens, & malefaciens animæ ſuæ manifeſtus. 114. Et jam quidem benefici fuimus erga Moyſen, & Aaron. 115. Et liberavimus utrumque, & populum utriuſque ab anguſtia magna. 116. Et adjuvimus eos *contra Ægyptios*, itaut fuerint ipſi victores. 117. Et dedimus utrique librum apertiſſimè manifeſtantem Divinas leges. 118. Et direximus utrumque in viam rectam. 119. Et reliquimus utrique apud poſteros *gloriam*. 120. Pax ſuper Moyſem, & Aaron. 121. Nos ſanè ita remuneramus benefacientes. 122. Quippè ambo fuerunt ex ſervis noſtris fidelibus. 123. Et quidem Elias certè *fuit* ex miſſis *à nobis*. 124. Cùm dixit genti ſuæ: An non timebitis *Deum*? 125. An invocatis Baal, & relinquitis optimum creantium? 126. Deus *eſt* Dominus veſter, & Dominus patrum veſtrorum primorum. 127. Et mendacii inſimulaverunt eum: quippe ipſi *erant* ſanè præſentandi *in Gehennam*. 128. Præter ſervos Dei ſinceros. 129. Et reliquimus ſuper eum apud poſteros *gloriam*. 130. Pax ſuper Elias (*ideſt ſuper Eliam, & ſimiles illi*). 131. Nos certè ita remuneramus benefacientes. 132. Quippe ipſe *fuit* ex ſervis noſtris fidelibus. 133. Et profectò Lot *fuit* ſanè ex miſſis *à nobis*. 134. Cùm liberavimus eum, & familiam ejus univerſam. 135. Præter Vetulam: *quæ periit* cum remanentibus *ad pœnam*. 136. Deindè perdidimus cæteros. 137. Et vos certè tranſitis per eos (*ideſt per regiones eorum*) mane proficiſcentes. 138. Et in nocte: An ergo non intelligitis? 139. Et quidem Jonas ſanè *fuit* ex miſſis *à nobis*. 140. Cùm fugit ad navem plenam. 141. Et ejecerunt *Nautæ* ſortes, & fuit ex *b* victis per ſortem. 142. Et
b rejectis. deglutivit eum piſcis: nam ipſe *erat* reus. 143. Quodſi ipſe non *fuiſſet* ex laudantibus Deum. 144. Profectò manſiſſet in ventre ejus uſque ad diem, *qua homines* ſuſcitabuntur. 145. Et ejecimus eum *è ventre piſcis* in littus, & ipſe *erat* malè vexatus. 146. Et produximus ſuper eam plantam ex cucurbita. 147. Et miſimus eum ad centies mille *homines Ninivitarum*, aut etiam erant plures. 148. Crediderunt igitur: propterea vitam fruendam dedimus eis uſque ad tempus. 149. Pete porrò ab illis (*ideſt Meccanis*) an Domino tuo *ſint* filiæ, ipſis verò filii: *dicunt enim, Angelos eſſe filias Dei*. 150. An ne creavimus Angelos fœminas; & ipſi *ſunt hujus rei* teſtes. 151. Nonne ipſi ex mendacio ſuo ſanè dicunt. 152. Genuit Deus, & profectò ſanè *ſunt* mendaces. 153. An elegit *Deus* filias præ filiis? 154. Non eſt vobis *ratio*, cur *ita* judicetis. 155. An ergo non commonefietis (*ideſt non agnoſcetis hanc veritatem*). 156. An *eſt* vobis *aliqua* authoritas manifeſta *de eo, quod dicitis*? 157. Afferte ergo librum veſtrum, ſi eſtis veraces. 158. Et poſuerunt inter eum (*ideſt Deum*) & inter Genios (*ideſt Angelos*) affinitatem, & jam quidem norunt Genii, quòd ii, *qui hæc dicunt*, ſanè præſentandi *ſunt in Gehennam*. 159. Laus Deo (*ideſt procul abeſt Deus*) ab eo, quod prædicant *de illo*. 160. Præter ſervos Dei ſinceros. 161. Vos porrò, & id, quod colitis. 162. Nequaquam vos ad illud *colendum* eſtis ſeducturi. 163. Niſi eum, qui *eſt* comburendus in Inferno. 164. Et non *eſt* ex nobis *ullus*, niſi ipſi *ſit* locus deſtinatus *in Cœlo*. 165. E nos ſanè certè nos *ſumus* Ordinantes *Choros Cęleſtes ad laudandum Deum*. 166. E nos ſanè nos certè *ſumus* laudantes *Deum*. 167. Et quidem ſanè dicebant *ante Meccani*. 168. Si quidem *fuiſſet* apud nos commonitio ex Prioribus (*ideſt liber datus à Deo Patribus noſtris*). 169. Certè fuiſſemus ſervi Dei ſinceri. *At datus fuit illis Alcoranus*. 170. Verùm noluerunt credere in illum. Sed mox ſcient, *quid ſibi propterea eventurum ſit*. 171. Et jam quidem præceſſit dictum noſtrum ad ſervos noſtros miſſos *à nobis*. 172. Quòd ipſi ſanè *c* forent adjuvandi *à nobis contra*
c ipſi. *infideles*. 173. Et, quòd certè exercitus noſtri ſanè *d* forent victores. 174. Rec
d ipſi. de ergo ab eis uſque ad tempus. 175. Et aſpice eos: mox porrò aſpicient *ipſi*
e in pœna noſtra cupiunt acceleratio- *quid mali ſit ſibi eventurum*. 176. An ergo *e* pœnam noſtram cupiunt *ſibi* acceleri-
nem.

ri. 177. Atqui, cùm deſcenderit in atria eorum, mala ſanè erit aurora commonefactis. 178. Sed recede ab eis uſque ad tempus. 179. Et aſpice: mox porrò *ipſi* aſpicient, *quid ſibi eventurum ſit*. 180. Laus Domino tuo, Domino potentiæ *(ideſt procul abeſt)* ab eo, quod prædicant *falsò de illo*. 181. Et pax ſuper Legatos. 182. Et laus Deo Domino ſæculorum.

NOTÆ.

INſcribitur Sura Arabicè à prima ſui dictione الصافات *Ordinatrices*, ſeu *Ordinantes* in genere fœmineo. Perperam Hoctingerus vertit *Ordines*. Eſt Meccana. Verſus habet, juxta communiorem computum, centum octoginta tres, omnes ferè breviſſimos. Mihi unus defuit, vel non adverti. De Lectoris præmio hæc habe: من قراء سورة الصافات اعطى عشر حسنات بعدد كل جنى وشيطان وتباعدت عنه مردة الشياطين وبرئ من الشرك وشهد له حافظاه يوم القيمة انه كان مؤمنًا بالمرسلين. *Qui legerit Suram Ordinantium, dabuntur ei decem bona juxta numerum omnis genii, & Satanæ, & elongabitur ab eo rebellio Satanarum, & purus ſervabitur à polytheia: & teſtes erunt ei duo cuſtodes ejus die reſurrectionis, quòd ipſe crediderit in legatos.*

I. *Per ordinantes.*] Gelal: الملايكة تصف نفوسها فى العبادة او اجنحتها فى الهوى تنتظر ما تؤمر به: *Per Angelos, qui ordinant ſeipſos in cultu Dei: vel qui diſponunt alas ſuas in aere, expectantes, quid ſibi à Deo præcipiatur.*

II. *Et agitantes.*] Gelal: الملايكة تزجر السحاب اى تسوقه. *Per Angelos, qui agitant nubes: ideſt agunt, ſeu adducunt eas.*

III. *Per legentes.*] Gelal: جماعة قرّاء القران تتلوه: *Per cœtum Angelorum, qui legunt Alcoranum.* Jahias الملايكة تتلوا الوحى الذى تاتى به الانبياء *Per Angelos, qui legunt* [ideſt audiunt à Deo] *revelationem, quam communicant Prophetis.*

V. *Dominus Orientium.*] Jahias juxta expoſitionem Cottadæ. هو ثلاثة مايـة وستون مشرقا وثلاثة مايـة وستون مغربـا: *Orientes ſunt trecenti ſexaginta: & totidem Occidentes.* Errat in pluralitate Mundorum cum ſuo Propheta.

VII. *Et cuſtodiam poſuimus in eo.*] Vide, quæ de hoc figmento fuſiùs alibi dixi. Fingunt ſcilicet Moſlemi, ita docente Alcorano, ante Mahumeti adventum dæmonas conſueviſſe in orbibus cœleſtibus aſſidere, unde, auriculis ad Cœlorum foramina admotis, furtivè excipiebant, quæ vel Deus Angelis revelaret, vel Angeli ipſi inter ſe colloquerentur: & hæc deindè Magis, ariolis, ac Divinis manifeſtabant; ut ea ratione faciliùs homines deciperent. Exorto autem Mahumeto, Deus, flammis injectis, dæmonas curioſiùs Angelorum ſermones auribus excipientes à tergo invaſit, atque à cœleſtibus Orbibus eliminavit.

X. *Præter illum, qui ſubripuit ſubreptionem.*] Explicat Gelal: اى لا يسمع الا الشيطان الذى سمع الكلمة من الملايكة فاخذها بسرعة, Ideſt, *non audient Angelicos ſermones, niſi Satanas, qui audivit neſcio quid ex colloquio Angelorum, & excepit illud cum velocitate.* Idem igitur eſt, *ſubripuit ſubreptionem*, ac furtivè ſemel feſtinanter audivit. Hìc ibiter repeto, quod alibi ex profeſſo dixi: nempè Mahumetanos putare flammas illas, quibus dæmones à Cœlis arcentur, eſſe ſtellas, ſeu exhalationes ignitas, quas ſæpè videmus in aere cum ſumma velocitate diſcurrere.

XIV. *Et cùm viderint aliquod ſignum.*] Accipit hìc Gelal *ſignum* pro miraculo: & putat hujuſmodi miraculum fuiſſe انشقاق القمر *ſciſſionem lunæ*, de qua fit mentio in Alcorano. Verùm manifeſtè patet ex contextu, non agi hìc de ullo miraculo, ſed de ſignis, ſeu verſiculis Alcorani.

XX. *Vociferatio una.*] Erit hæc vociferatio juxta Jahiam النفخة الاخرة *ultimus clangor* tubæ vocantis ad judicium.

XLIII. *Poma.*] Hæc ſcilicet erunt cibus illis conſtitutus ad prandium, & cœnam: de quibus ita Gelal: وهو ما يوكل تلذذا لا لحفظ صحة لان اهل الجنة مستغنون عن حفظها لخلق اجسادهم للابد: *Hæc autem comedent ad delectationem, non ad conſervandam ſanitatem. Nam habitatores Paradiſi non indigebunt præſervativis ad ſanitatem, cùm habeant corpora æterna, & immortalia.*

XLV. *Seſe invicem reſpicientes.*] Itaut, juxta Gelal: لا يرى بعضهم قفا بعض *non videant alii occipitia aliorum*: ſeu non vertant ſibi terga.

XLVI. *Circumferetur illis calix ex fonte.*] Notat Gelal acumine Epicureo, hujuſmodi fontem fore: من خمر تجرى على وجه الارض كانهار الماء *ex vino, defluente ſuper faciem terræ, veluti flumina aquarum.*

XLVII. *Limpidus.*] Arabicè بيضاء *candidus*. Gel. اشد بيضا من اللبن *magis candidus, quàm ſit lac.* Zamchaſcerius videtur referre ad calicem, non ad fontem.

L. *Quaſi ipſæ ſint ovum coopertum.*] Gelal: كانهن فى اللون بيض النعام مستور بريشه لا يصل اليه غبار ولونه وهو البياض فى صفرة احسن الوان النسا. *Quaſi ipſæ in colore ſint ovum ſtruthionis coopertum plumis ejus; itaut non perveniat ad eum pulvis: & color ejus eſt albus mixtus flavedine, qui eſt color in fœminis laudatiſſimus.*

LXIII. *Utrum hoc melius eſt ad hoſpitandum.*] Fit hìc comparatio inter cibos, ſeu xenia hoſpitalia Paradiſi, & Gehennæ, in qua damnati veſcuntur fructibus arboris الزقوم *Zacum*, quæ, ut ait Gelal:

المعدّة

CXXIII. *Et quidem Elias.*] Ita cæcutiunt ſapientes Moslemi in rebus etiam notiſſimis, ut de Elia ita ſcribat Gelal: قيل هو ابن اخى هرون اخى موسى وقيل غيرهٗ أرسل الى قوم ببعلبك ونواحيها : *Dicitur fuiſſe filius fratris Aaron, fratris Moyſi: alii tamen aliter ſentiunt. Miſſus fuit ad populos, qui erant in Baalbac* (eſt regio Meſopotamiæ) *& viciniis ejus.*

CXLIII. *Quòd ſi ipſe non fuiſſet ex laudantibus.*] Gelal: بقوله كثيراً فى بطن الحوت لا اله الاّ انت سبحانك انى كنت من الظالمين : *Sæpè enim dùm eſſet in ventre piſcis, dicebat: Non eſt alius Deus præter te. Laus tibi. Certè ego iniquè egi.*

CXLVI. *Et produximus ſuper eum plantam ex cucurbita.*] Jahias: تظلّه بورقها ويشرب من لبنها فاظلّته فنام واستيقظ وقد يبست فحزن عليها فاوحى الله اليه : *Umbra foliorum ſuorum tegebat eum, & bibebat de lacte ejus: cùmque ſub umbra ejus quieſceret, obdormivit. Sed, cùm evigilaſſet, vidit eam exaruiſſe. Cùmque propterea triſtaretur, dixit ei Deus per revelationem, &c.* In eo, quod ſcribit Jahias, illum bibiſſe de lacte cucurbitæ, videtur addendum id, quod habet Gelal: وكانت تاتيه وعلة صباحاً ومساءً يشرب من لبنها حتى قوى : *& veniebat ad eum capra ſilveſtris mane, & veſpere, & bibebat de lacte ejus, donec convaleſceret, ac vires reſumeret.* Cùm autem dicat Alcoranus, piſcem evomuiſſe Jonam in nudo, vel in nuditate, Arabicè بالعرى, quod communiter exponitur, *in littore*, Jahias tamen vult Alcorani ſenſum eſſe, quòd Jonas nudus à piſce ejectus fuerit: Ita enim ſcribit: قد بكر لحمه وكل شى منه مثل صى المولود وهو سقيم يريه الصبى المولود وقال محمد هو المكان الخالى وانما قيل له عراء لانه لا شجر فيه ولا شى يغطيه وكانه عرا من الشى. *Innovata eſt caro ejus, &, quidquid erat in eo, erat veluti pueri recenter nati: & hoc ſignificat, in nudo; Sed Mohamed vult ſignificare locum vacuum, qui ideò dicitur nudus, quia in eo nulla erat arbor, vel alia res, quæ cooperiret eum: quaſi ipſe nudus eſſet ab omni re.* Notandum autem, Alcoranum ponere *cucurbitam pro hedera*, ex verſione ſeptuaginta Interpretum, quæ Chriſtiani in Orientali Eccleſia utebantur.

CLXXV. *Et aſpice eos.*] Ideſt attende finem illorum. Ita infrà v. 179.

CLXXVII. *Atqui cùm deſcenderit.*] Nimirùm, cùm flagellum Dei advenerit ſuper domos eorum, miſerum experientur illum diem, de quo anteà commonefacti fuerant.

العدّة لاهل النار وهى من اخبث الشجر المرّ بتهامة ينبتها الله فى الجحيم كما سيانى : *præparata eſt damnatis, peſſima omnium arborum Deſerti ob amaritudinem: quam Deus naſci fecit in Tartaro, ut mox ſequitur in Alcorano.*

LXIV. *Ad contentionem iniquorum.* Ideſt, ut de ea inter ſe contenderent, ac diſceptarent Infideles. Gel. اذ قالوا النار تحرق الشجر فكيف تنبته : *dùm dicebant: Ignis comburit arbores: quomodò ergo naſci poteſt arbor in illo?*

LVI. *Veluti capita Diabolorum.*] Gelal: اى الحيات القبيحة المنظر, *Ideſt ſerpentes, turpiſſimi aſpectu.*

LIX. *Tùm certè reditus eorum.*] Gelal: يعنى انهم يخرجون منها لشرب الحميم. *Proderit ipſis, quòd egredientur ex Gehenna ad bibendam aquam ferventem.*

LXXV. *Præter ſervos Dei ſinceros.*] Nimirùm, horum finis, ſeu ſucceſſus erit diverſus. Quidam hìc, & alibi legunt المخلصين *Salvatos:* quidam verò المخلصين *Sinceros;* ſed utrumque recidit in idem.

CIV. *Et proſtravit eum pater in frontem.*] Videlicet ſuper ſtruem lignorum facie ad terram converſa: deindè inquit Gelal: امرّ السكين على حلقه فلم يعمل شيئاً بمنع من القدرة الالهية *applicuit gladium gutturi ejus: ſed nihil potuit efficere, impediente eum divina potentia.*

CVIII. *Et redemimus eum hoſtia magna.*] Loquens Gelal de hoc Abrahæ facto, ita habet وهو اسمعيل او اسحق : قولان : بذبح عظيم بكبش من الجنة وهو الذى قربه هابيل جاء به جبرائيل فذبحه الله السيد ابراهيم مكبّراً . *Ille:* quem voluit offerre Abraham, *fuit Iſmael, vel Iſaac: nam duplex eſt ſententia. Hoſtia verò magna fuit aries Paradiſi, quem obtulerat Habel Deo. Adduxit autem eum Gabriel, & Dominus Abraham immolavit eum, magnificans Deum.* Suſpicor, Mahumetum uſum hìc fuiſſe ea forma loquendi, quam audiebat à Chriſtianis uſurpari; ſcilicet Iſaac redemptum fuiſſe hoſtia magna, nempè Chriſto: ſed nihil tale hominem inſanum cogitaſſe.

CXII. *Et annuntiavimus ei Iſaac.*] Notanda explicatio Gelalis, qua clarè aſſeritur error Mahumeti, & Mahumetanorum استدلّ بذلك على ان الذبيح غيره : *Voluit* (inquit) *per hoc oſtendere, eum, qui immolari juſſus fuerat, fuiſſe alium ab Iſaac:* nempè Iſmaelem. Quia ſcilicet poſt commemoratam immolationem ponitur annunciatio nativitatis Iſaac. Verùm hoc ipſum oſtendit oſcitantiam, ſeu errorem Mahumeti, & falſitatem Alcorani.

* videtur corrigendum بالعراء

REFUTATIONES.

I. INducitur hìc ſtatim primis verbis Deus ter jurare per tres ordines Angelorum, ſe eſſe Deum unum. Ignoſci poteſt antiquis Poetis, ſi aſſerebant, Jovem, ac cæteros deos, per ſtygiam paludem, & per infernа flumina, juramenta ſua concipere: quandoquidem Mahumeteus tàm frequenter Deum per res creatas jurare confingit; quantumvis abſurdiſſimum ſit, alium præter Summam Veritatem in teſtimonium veri per juramentum adducere. De quo jam ſuprà. Illud verò mirabile, ſeu potiùs ridiculum eſt, Deum ad lectionem

ctionem Alcorani Angelorum ordinem deſtinaſſe.

II. Figmentum illud de ejectione Dæmonum ab orbibus Cæleſtibus poſt adventum Mahumeti, ne porrectis auriculis Angelorum ſermocinationes, & Cœlicolarum arcana curioſiùs exciperent, jam ſuperiùs exploſum eſt, præſertim quoad eam partem, in qua hujuſmodi ejectionis, ſeu expulſionis non alii teſtes, quàm ſtellæ, ſeu flammæ illæ volantes, quas ſæpè per Cœlum aereum diſcurrere videmus, adducuntur.

III. Crambem recoquit, dùm aſſeclis ſuis Paradiſi loco cauponam, ſeu veriùs ganeam proponit, in qua aliud nihil, quàm de epulando, crapulando, & ſcortando cogitetur. Modeſtiùs certè Homerus lib. 1. iliad. inducit deos in Cœlo ſcyphos, quos Vulcanus ſingulis mero ſpumantes porrigebat, exhaurientes, & in profuſos riſus erumpentes. Mirum verò, quòd, cùm Mahumetus vinum, utpote Diaboli inventum, & rem abominabilem prædicet, atque adeò ſuis rigidè interdicat: illud nihilominùs in Paradiſo ſuo adeò largiter, benignèque concedat. At enim vinum illud neque inebriabit, neque mentem perturbabit. Eſto: ſed neque hìc quodlibet vinum inebriat, vel mentem perturbat: quædam enim vina ſunt ſuaviſſima quidem, ſed nullam in mente, vel cerebro perturbationem gignunt. Quin & ea ipſa, quæ generoſiora ſunt, ſi moderatè, temperatèque ſumantur, corpus, & animum recreant, non lædunt. Non ſolùm autem in vino, ſed etiam, multòque magis, in venere exceſſus nocet, quemadmodùm in qualibet alia re, quamvis optima. Debebat igitur Mahumetus non vinum, ſed immoderatum illius uſum prohibere, quantumvis illum non prohibuerit in fœminis: quas neſcio cur ſingulas ſingulis Mahumetanis in Paradiſo conjuges aſſignet. Cùm enim nunquam eas parituras, aut prolem edituras apud Mahumetanos indubitatum ſit, ad ſolam libidinem, & ſuam, & alienam explendam deſervient. Hìc verò notandum eſt, fœminas haſce Paradiſi ibidem creatas fuiſſe. Quamobrem uxores, quas hìc in terris Mahumetani habuerunt, vel à Paradiſo excludentur, vel in eo morabuntur quidem, ſed perpetuò viduæ, & cum aſſidua Zelotypia, ac rabie, dùm videbunt antiquos maritos ſuos, ſingulos cum ſua puella deliciari, & ſeipſas minimè curare. Si hæc mulieres Mahumetanę attentiùs animadverterent, non dubito, quin Prophetæ ſuo quantocyùs vel Vale, vel Male dicerent.

IV. Quantum ſe in ſuo Paradiſo ſpurcum; tantum in Inferno ſuo ridiculum ſe Mahumetus oſtendit: dùm, & in eo arbores verè germinare, & earum fructus Diabolorum capitibus ſimiles eſſe pronunciat: potum verò aquæ fervidæ damnatis præbendum extra Gehennam: cibum autem ex fructibus arboris Zacum intra ipſam Gehennam miniſtrandum fabulatur. Quæ ſi metaphoricè, vel allegoricè dicerentur, aliquo modo poſſent excuſari. Verùm, ut jam monuimus, hæreticum eſt apud Mahumetanos, ea, quæ in Alcorano dicuntur, non litteraliter, &, ut verba ſonant, ſed myſticè, figuratèque intelligere.

V. Ea, quæ de Abraham nugatur, cum riſu explodenda lectori relinquo. Omnia olent Thalmudica Figmenta. Non poſſum tamen diſſimulare inſcitiam tàm craſſam Mahumeti, & Mahumetanorum, dùm non ſolùm dubitant, uter filiorum Abrahæ, Iſmael ne ſcilicet, an Iſaac, ad ſacrificium deſtinatus fuerit: ſed in Iſmaelem plerique propendent: quaſi verò de hoc in Pentateucho dubium vel minimum eſſe poſſit. Porrò ex Alcorano manifeſtè colligitur, ut notat etiam Gelal, Mahumetum in hoc errore fuiſſe, dùm ponit ortum Iſaac poſt hiſtoriam ſacrificii. Illud verò prorsùs novum, & incredibile: Angelum Gabrielem adduxiſſe è Paradiſo, ubi in paſcuis ſpatiabatur, arietem, quem olim Habel immolaverat; ut Abraham illum pro filio ſuo ſacrificaret. Ita explicant Mahumetani verba illa Alcorani, *Hoſtiam magnam*. Et nihilominùs certò credunt Mahumetani, hunc arietem, ſicut etiam camelam Mahumeti, & camelam Saleh, & aſinam Chriſti, & canem ſeptem Dormientium hodie quoque in Paradiſo reperiri. Et profectò non erat, cur Mahumetus communem arietem hoſtiam magnam vocaret: nec dubitandum eſt, quin novum aliquid, ac mirabile innuere voluerit: niſi fortè, ut in Notis indicavi, cùm Chriſtianis, quid diceret ignorans, loqui voluerit.

VI. Poſtremò notandum eſt hìc, & alibi, quanta ſit Mahumeti calliditas: dùm, ut ſe Prophetam venditet, infligendam â Deo Meccanis pœnam prędicit. Illud ſcilicet prędicebat, quod ipſe animo moliebatur: Et non ſolum ſperabat, ſed ferè certò eventurum ſciebat, cùm quotidie partes ſuas augeri, & Mahumetanorum imminui videret.

سورة صٓ مكيّة ثمان وثمانون آية

SURA XXXVIII.

S A D.

M E C C A N A:

COMMATUM OCTO SUPRA OCTOGINTA.

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ *

ص ۞ 2 وَٱلْقُرْآنِ ذِي ٱلذِّكْرِ ۞ 3 بَلِ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا فِي عِزَّةٍ وَشِقَاقٍ ۞ 4 كَمْ أَهْلَكْنَا
مِن قَبْلِهِم مِّن قَرْنٍ فَنَادَوا وَّلَاتَ حِينَ مَنَاصٍ ۞ 5 وَعَجِبُوا أَن جَاءَهُم مُّنذِرٌ مِّنْهُمْ وَقَالَ ٱلْكَافِرُونَ
هَٰذَا سَاحِرٌ كَذَّابٌ ۞ 6 أَجَعَلَ ٱلْآلِهَةَ إِلَٰهًا وَاحِدًا إِنَّ هَٰذَا لَشَيْءٌ عُجَابٌ ۞ 7 وَٱنطَلَقَ
ٱلْمَلَأُ مِنْهُمْ أَنِ ٱمْشُوا وَاصْبِرُوا عَلَىٰ آلِهَتِكُمْ إِنَّ هَٰذَا لَشَيْءٌ يُرَادُ ۞ 8 مَا سَمِعْنَا بِهَٰذَا فِي ٱلْمِلَّةِ
ٱلْآخِرَةِ إِنْ هَٰذَا إِلَّا ٱخْتِلَاقٌ ۞ 9 أَءُنزِلَ عَلَيْهِ ٱلذِّكْرُ مِن بَيْنِنَا بَلْ هُمْ فِي شَكٍّ مِّن ذِكْرِي بَل
لَّمَّا يَذُوقُوا عَذَابِ ۞ 10 أَمْ عِندَهُمْ خَزَائِنُ رَحْمَةِ رَبِّكَ ٱلْعَزِيزِ ٱلْوَهَّابِ ۞ 11 أَمْ لَهُم مُّلْكُ
ٱلسَّمَٰوَاتِ وَٱلْأَرْضِ وَمَا بَيْنَهُمَا فَلْيَرْتَقُوا فِي ٱلْأَسْبَابِ ۞ 12 جُندٌ مَّا هُنَالِكَ مَهْزُومٌ مِّنَ ٱلْأَحْزَابِ ۞
13 كَذَّبَتْ قَبْلَهُمْ قَوْمُ نُوحٍ وَعَادٌ وَفِرْعَوْنُ ذُو ٱلْأَوْتَادِ ۞ 14 وَثَمُودُ وَقَوْمُ لُوطٍ وَأَصْحَابُ ٱلْأَيْكَةِ
أُولَٰئِكَ ٱلْأَحْزَابُ ۞ 15 إِن كُلٌّ إِلَّا كَذَّبَ ٱلرُّسُلَ فَحَقَّ عِقَابِ ۞ 16 وَمَا يَنظُرُ هَٰؤُلَاءِ إِلَّا
صَيْحَةً وَاحِدَةً مَّا لَهَا مِن فَوَاقٍ ۞ 17 وَقَالُوا رَبَّنَا عَجِّل لَّنَا قِطَّنَا قَبْلَ يَوْمِ ٱلْحِسَابِ ۞ 18 ٱصْبِرْ عَلَىٰ
مَا يَقُولُونَ وَٱذْكُرْ عَبْدَنَا دَاوُودَ ذَا ٱلْأَيْدِ إِنَّهُ أَوَّابٌ ۞ 19 إِنَّا سَخَّرْنَا ٱلْجِبَالَ مَعَهُ يُسَبِّحْنَ
بِٱلْعَشِيِّ وَٱلْإِشْرَاقِ ۞ 20 وَٱلطَّيْرَ مَحْشُورَةً كُلٌّ لَّهُ أَوَّابٌ ۞ 21 وَشَدَدْنَا مُلْكَهُ وَآتَيْنَاهُ ٱلْحِكْمَةَ
وَفَصْلَ ٱلْخِطَابِ ۞ 22 وَهَلْ أَتَىٰكَ نَبَأُ ٱلْخَصْمِ إِذْ تَسَوَّرُوا ٱلْمِحْرَابَ ۞ 23 إِذْ دَخَلُوا عَلَىٰ
دَاوُودَ فَفَزِعَ مِنْهُمْ قَالُوا لَا تَخَفْ خَصْمَانِ ۞ 24 بَغَىٰ بَعْضُنَا عَلَىٰ بَعْضٍ فَٱحْكُم بَيْنَنَا بِٱلْحَقِّ وَلَا تُشْطِطْ
وَٱهْدِنَا إِلَىٰ سَوَاءِ ٱلصِّرَاطِ ۞ 25 إِنَّ هَٰذَا أَخِي لَهُ تِسْعٌ وَتِسْعُونَ نَعْجَةً وَلِيَ نَعْجَةٌ وَاحِدَةٌ فَقَالَ
أَكْفِلْنِيهَا وَعَزَّنِي فِي ٱلْخِطَابِ ۞ 26 قَالَ لَقَدْ ظَلَمَكَ بِسُؤَالِ نَعْجَتِكَ إِلَىٰ نِعَاجِهِ وَإِنَّ كَثِيرًا

مِنَ

من الخلطاء ليبغي بعضهم على بعض الا الذين امنوا وعملوا الصالحات وقليل ما هم وظن
داود انما فتناه فاستغفر ربه وخر راكعا واناب ۞ 27 فغفرنا له ذلك وان له عندنا لزلفى
وحسن مآب ۞ 28 يا داود انا جعلناك خليفة في الارض فاحكم بين الناس بالحق ولا تتبع
الهوى فيضلك عن سبيل الله ان الذين يضلون عن سبيل الله لهم عذاب شديد بما نسوا يوم
الحساب ۞ 29 وما خلقنا السماء والارض وما بينهما باطلا ذلك ظن الذين كفروا فويل للذين
كفروا من النار ۞ 30 ام نجعل الذين امنوا وعملوا الصالحات كالمفسدين في الارض ام
نجعل المتقين كالفجار ۞ 31 كتاب انزلناه اليك مبارك ليدبروا آياته وليتذكر اولوا
الالباب ۞ 32 ووهبنا لداود سليمان نعم العبد انه اواب ۞ 33 اذ عرض عليه بالعشي
الصافنات الجياد ۞ 34 فقال اني احببت حب الخير عن ذكر ربي حتى توارت بالحجاب ۞
35 ردوها علي فطفق مسحا بالسوق والاعناق ۞ 36 ولقد فتنا سليمان والقينا على كرسيه
جسدا ثم اناب ۞ 37 قال رب اغفر لي وهب لي ملكا لا ينبغي لاحد من بعدي انك
انت الوهاب ۞ 38 فسخرنا له الريح تجري بامره رخاء حيث اصاب ۞ 39 والشياطين
كل بناء وغواص ۞ 40 واخرين مقرنين في الاصفاد ۞ 41 هذا عطاؤنا فامنن او امسك
بغير حساب ۞ 42 وان له عندنا لزلفى وحسن مآب ۞ 43 واذكر عبدنا ايوب اذ نادى ربه
اني مسني الشيطان بنصب وعذاب ۞ 44 اركض برجلك هذا مغتسل بارد وشراب ۞
45 ووهبنا له اهله ومثلهم معهم رحمة منا وذكرى لاولي الالباب ۞ 46 وخذ بيدك ضغثا
فاضرب به ولا تحنث انا وجدناه صابرا نعم العبد انه اواب ۞ 47 واذكر عبادنا ابرهيم
واسحاق ويعقوب اولي الايدي والابصار ۞ 48 انا اخلصناهم بخالصة ذكرى الدار ۞
49 وانهم عندنا لمن المصطفين الاخيار ۞ 50 واذكر اسماعيل واليسع وذا الكفل
وكل من الاخيار ۞ 51 هذا ذكر وان للمتقين لحسن مآب ۞ 52 جنات عدن مفتحة
لهم الابواب ۞ 53 متكئين فيها يدعون فيها بفاكهة كثيرة وشراب ۞ 54 وعندهم
قاصرات الطرف اتراب ۞ 55 هذا ما توعدون ليوم الحساب ۞ 56 ان هذا لرزقنا ما له من
نفاد ۞ 57 هذا وان للطاغين لشر مآب ۞ 58 جهنم يصلونها فبئس المهاد ۞ 59 هذا
فليذوقوه حميم وغساق ۞ 60 واخر من شكله ازواج ۞ 61 هذا فوج مقتحم معكم لا مرحبا
بهم انهم صالوا النار ۞ 62 قالوا بل انتم لا مرحبا بكم انتم قدمتموه لنا فبئس
القرار ۞ 63 قالوا ربنا من قدم لنا هذا فزده عذابا ضعفا في النار ۞ 64 وقالوا ما لنا لا
نرى رجالا كنا نعدهم من الاشرار ۞ 65 اتخذناهم سخريا ام زاغت عنهم الابصار ۞ 66 ان
ذلك لحق تخاصم اهل النار ۞ 67 قل انما انا منذر وما من اله الا الله الواحد القهار ۞

67 رَبِّ ٱلسَّمٰوٰتِ وَٱلْأَرْضِ وَمَا بَيْنَهُمَا ٱلْعَزِيزُ ٱلْغَفَّارُ ۞ 68 قُلْ هُوَ نَبَؤٌا عَظِيمٌ ۞ 69 أَنتُمْ عَنْهُ
مُعْرِضُونَ ۞ 70 مَا كَانَ لِيَ مِنْ عِلْمٍ بِٱلْمَلَإِ ٱلْأَعْلَىٰ إِذْ يَخْتَصِمُونَ ۞ 71 إِنْ يُوحَىٰ إِلَيَّ إِلَّآ أَنَّمَا
أَنَا۠ نَذِيرٌ مُّبِينٌ ۞ 72 إِذْ قَالَ رَبُّكَ لِلْمَلَٰٓئِكَةِ إِنِّي خَٰلِقٌۢ بَشَرًا مِّن طِينٍ ۞ 73 فَإِذَا سَوَّيْتُهُۥ
وَنَفَخْتُ فِيهِ مِن رُّوحِي فَقَعُوا۟ لَهُۥ سَٰجِدِينَ ۞ 74 فَسَجَدَ ٱلْمَلَٰٓئِكَةُ كُلُّهُمْ أَجْمَعُونَ ۞
75 إِلَّآ إِبْلِيسَ ٱسْتَكْبَرَ وَكَانَ مِنَ ٱلْكَٰفِرِينَ ۞ 76 قَالَ يَٰٓإِبْلِيسُ مَا مَنَعَكَ أَن تَسْجُدَ لِمَا
خَلَقْتُ بِيَدَيَّ ۖ ٱسْتَكْبَرْتَ أَمْ كُنتَ مِنَ ٱلْعَالِينَ ۞ 77 قَالَ أَنَا۠ خَيْرٌ مِّنْهُ خَلَقْتَنِي مِن نَّارٍ
وَخَلَقْتَهُۥ مِن طِينٍ ۞ 78 قَالَ فَٱخْرُجْ مِنْهَا فَإِنَّكَ رَجِيمٌ ۞ 79 وَإِنَّ عَلَيْكَ لَعْنَتِيٓ إِلَىٰ يَوْمِ ٱلدِّينِ ۞
80 قَالَ رَبِّ فَأَنظِرْنِيٓ إِلَىٰ يَوْمِ يُبْعَثُونَ ۞ 81 قَالَ فَإِنَّكَ مِنَ ٱلْمُنظَرِينَ ۞ 82 إِلَىٰ يَوْمِ ٱلْوَقْتِ
ٱلْمَعْلُومِ ۞ 83 قَالَ فَبِعِزَّتِكَ لَأُغْوِيَنَّهُمْ أَجْمَعِينَ ۞ 84 إِلَّا عِبَادَكَ مِنْهُمُ ٱلْمُخْلَصِينَ ۞ 85 قَالَ
فَٱلْحَقُّ وَٱلْحَقَّ أَقُولُ لَأَمْلَأَنَّ جَهَنَّمَ مِنكَ وَمِمَّن تَبِعَكَ مِنْهُمْ أَجْمَعِينَ ۞ 86 قُلْ مَآ أَسْـَٔلُكُمْ
عَلَيْهِ مِنْ أَجْرٍ وَمَآ أَنَا۠ مِنَ ٱلْمُتَكَلِّفِينَ ۞ 87 إِنْ هُوَ إِلَّا ذِكْرٌ لِّلْعَٰلَمِينَ ۞ 88 وَلَتَعْلَمُنَّ
نَبَأَهُۥ بَعْدَ حِينٍ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

2. SAD. 2. Per Alcoranum continentem commonitionem. 3. At verò *Meccani*, 5. qui ſunt increduli, *vivunt* cum faſtu, & ſchiſmate *contra Mahumetum*. 4. Quot perdidimus ante eos ex generationibus, & inclamaverunt *petentes auxilium*; ſed non fuit tempus fugæ *ab ira Dei*. 5. Et admirati ſunt *Meccani*, quòd venerit ad eos commonitor ex ipſis, & dixerunt infideles: Hic *eſt* mendaciorum architectus. 6. An facit deos Deum unum? certè hæc *eſt* ſanè res mirabilis. 7. Et abierunt Primates ex illis, *dicentes mutuò*: Pergite, & conſtantes eſtote erga deos veſtros. Profectò hæc ſanè eſt res, quæ intenditur *ab illo (nempè, ut relinquatis Deos veſtros, & adoretis Deum unum)*. 8. Nihil audivimus de hoc in religione ultima (*ideſt in Euangelio.*) *a* Non eſt hoc, niſi commentum. 9. An demiſſa eſt ſuper eum commonitio inter nos? Atqui ipſi *ſunt* in dubitatione de commonitione mea: Sed nondùm guſtaverunt pœnam meam. 10. An *ſunt* apud eos promptuaria miſericordiæ Domini tui, Præpotentis, Donatoris? 11. An *eſt* ipſis Regnum Cœlorum, & terræ, & eorum, quæ ſunt inter hæc duo? Aſcendant porrò per funes *in Cœlum*. 12. Exercitus eorum, quicunque *ſit*, ibi diſſipandus eſt ex conjuratis (*ideſt ſicut exercitus conjuratorum*). 13. Mendacii inſimulaverunt ante eos *Legatos ſuos* populus Noe, & *Adæi*, & Pharao Author paxillorum. 14. Et Themudæi, & populus Lot, & habitatores *Alaicæ* (*ideſt Madianitæ.*) Hi *fuerunt* conjurati *contra Legatos ſuos*. 15. Omnes *b iſti* nonniſi mendacii incuſaverunt Legatos: quamobrem juſtè competiit *illis* pœna mea. 16. Et non expectant hi *Meccani*, niſi clamorem unum *noviſſimæ tubæ c* nullum erit ab eo effugium. 17. Et dixerunt *Meccani*: Domine noſter, accelera nobis portionem noſtram ante diem Rationis (*ideſt ſupremi judicii.*) *18. Patiens eſto ſuper id, quod dicunt, & memento ſervi noſtri David præditi *d* virtute; quippe ipſe *erat* ſæpè convertens ſe *ad Deum*. 19. Nos ſanè adegimus montes, *ut* cum illo laudes canerent veſpere, & mane. 20. Et aves congregatas *cum eo ad laudandum Deum*. Omnia *hæc* ad ipſum *erant* ſe frequenter convertentia, *ut ei obſequerentur*. 21. Et roboravimus Regnum ejus, & dedimus ei ſapientiam, & diſtinctionem ſermonis, *ut ſapienter loqui poſſet de omni re*. 22. An verò pervenit ad te (*ideſt*

a Si.

b ſi omnes.

c non erit ab eo ullum.

* notat Gel. hæc per irriſionem dicta fuiſſe.

d manibus.

eſt ad notitiam tuam) hiſtoria Litigantium, cùm aſcenderunt per murum in Oratorium *David*. * 23. Cùm intraverunt ad David, & *ipſe* extimuit ab eis. Dixerunt *ei*: Ne timeas: *ſumus* duo Litigantes. 24. Injuſtè inſurrexit alter noſtrum adverſus alterum. Judica ergo inter nos cum veritate: & ne iniquè agas: & dirige nos in æquitatem viæ *(ideſt decerne, quid conveniat unicuique noſtrum.)* 25. Porrò huic fratri meo erant novem, ac nonaginta oves: mihi verò ovis unica: & dixit *mibi*: Da mihi eam cuſtodiendam, & prævaluit contra me in ſermone. 26. Reſpondit *David*: Jam porrò iniquus fuit erga te in petitione ovis tuæ, , *ut adjungeret eam* ad oves ſuas. Et quidem multi ex ineuntibus ſocietatem in negotiis, ſanè violenter agunt alii eorum adverſus alios, qui crediderunt, & operantur recta. Sed quàm pauci *ſunt* hi! Et cenſuit David *(ideſt cognovit)* quòd profectò *nos* tentaveramus eum *per uxorem Uriæ*: & veniam petiit à Domino ſuo; & procidit in genua provolutus, & reverſus eſt *ad Deum*. 27. Ignovimus itaque illi hoc: & quidem *fuit* illi apud nos ſanè argumentum bonorum *temporalium*; & pulchritudo reditus *(ideſt felicitas Paradiſi.)* 28. O David: nos ſanè conſtituimus te *a* Imperatorem in terra: judica ergo inter homines cum veritate: & ne ſequaris concupiſcentiam, ne errare faciat te à via Dei: nam qui erraverint à via Dei, ipſis *erit* pœna vehemens, eo quòd obliti fuerint diem paſſionis. 29. Et non creavimus Cœlum, & terram, & quæ *ſunt* inter hęc duo, fruſtrà. Hæc *eſt* opinio eorum, qui non credunt. Sed væh illis, qui non credunt, ab Igne. 30. An tractabimus eos, qui crediderint, & operati fuerint, ſicut corrumpentes in terra? Aut tractabimus Pios, ſicut ſceleſtos? 31. *b* Librum miſimus ad te *c* benedictum; ut ſedulò pertractent ſigna ejus: & ut commonefiant prædíti cordibus. 32. Et donavimus David Salomonem. Euge ſervum! *(ideſt probum ſervum noſtrum)* quippè ipſe *erat* ſæpè ſe convertens *ad laudandum Deum*. 33. Cùm expoſiti fuiſſent coram eo veſpere equi, qui ſtantes ſupra tres pedes, extrema quarti pedis ungula terram tangebant, curſu velociſſimi. 34. Dixit: Certè ego amavi amorem boni *terreni (ideſt equos)* pluſquàm memoriam Domini mei, *non proſequendo orationem veſpertinam*, donec abſconderetur *ſol* in velamine *noctis*, *ut curioſiùs equos inſpicerem*. 35. Reducite eoſdem *equos* ad me. *Cùmque reducti fuiſſent*, cœpit præcidere crura, & colla *eorum*. 36. Et jam quidem tentavimus Salomonem, & poſuimus ſupra thronum ejus corpus *(ideſt Dæmonem ſub figura corporea)*. Deindè convertit ſe *ad Deum*. 37. Dixit: Domine mi, parce mihi, & da mihi Regnum, *quod* non competat ulli poſt me: tu quippe tu *es* Donator. 38. Et ſubegimus illi ventum, *qui* currebat ad imperium ejus leniter, quocunque *ipſe Salomon* impuliſſet. 39. Et *ſubegimus illi* Satanas *ad* omne ædificium *conſtruendum*, & piſcationem *margaritarum in mari*. 40. Et alios *ex illis tradidimus ei* vinctos in compedibus. 41. *Et diximus ei*: Hoc *eſt* donum noſtrum: elargire ergo, vel retine: ſine ſupputatione *(ideſt quantum tibi placuerit)*. 42. Et quidem *fuit* illi apud nos ſanè incrementum *bonorum mundanorum*, & pulchritudo regreſſus *(ideſt Paradiſus)*. 43. Et memento ſervi noſtri Job, cùm invocavit Dominum ſuum, *dicens*: Equidem tetigit me Satanas calamitate, & pœna. 44. *Reſpondit illi Deus*: Percute pede tuo *terram*, & *emanabit fons*: hic erit in lavacrum refrigeratorium, & potum. 45. Et donavimus ei familiam ſuam, & ſicut ipſam cum ea *(ideſt reſtituimus ei duplicatos domeſticos ejus)* per miſericordiam ex nobis, & ad commonitionem eorum, *d* qui prædíti ſunt cordibus. 46. Et *diximus ei*: Cape manu tua faſciculum *virgarum*, & percute eo *uxorem tuam*, & ne violes jusjurandum. Certè nos invenimus eum patientem. Euge ſervum *(ideſt ò bonum ſervum!)* Quippe ipſe *erat* ſæpè convertens ſe *ad nos*. 47. Memento etiam ſervorum noſtrorum Abraham, & Iſaac, & Jacob, prædítorum manibus, & oculis *(ideſt bonis operibus, & prudentia)*. 48. Nos certè puros fecimus eos cum ſincera *religione per e* commonitionem Domus *(ideſt Paradiſi)*. 49. Et quidem ipſi apud nos *fuerunt* ſanè ex Electis Optimis. 50. Et memento Iſmaelis, & Eliſei, & Dulkephli. Omnes *hi fuerunt* ex Optimis. 51. Hæc eſt memoria *eorum in hoc mundo*, & quidem timentibus *Deum erit* ſanè pulchritudo regreſſus *(ideſt Paradiſus)*. 52. Horti Eden, *quo-*

*Notat Gel. eos aſcēdiſſe per murum, quia prohibebātur intrare per januam in Oratoriū, ne exturbarent David orātem.

a ſucceſſorē

b Liber, quē.
c Eſt benedictus.

d habētium corda.

e recordationem.

quorum aperiendæ *ſunt* illis portæ. 53. Diſcumbentes in illis poſcent in iis
a obtutum. poma multa, & potum, & juxta illos *puellæ* continentes *a* oculos, *ne reſpiciant alios, quàm amaſios ſuos*; coævæ *illis (ideſt triginta, ac trium annorum)*. 54. Hoc *eſt*, quod vobis promittitur ad diem Rationis. 55. Certè hoc *eſt* ſanè alimentum noſtrum *(ideſt id, quo alemus illos)* non *erit* illi ullus finis. 56. Hoc *erit pro piis*. Sed profectò iniquis *erit* ſanè peſſimum regreſſus *(ideſt peſſimus finis)*. 57. Gehenna: deſcendent comburendi in illam, & miſerum erit cubile. 58. Hoc *erit alimentum eorum*) (guſtent porrò illud:) aqua fervens, & ſanies. 59. Et alia ex genere hujus varia. 60. Hæc caterva detrudenda *eſt* vobiſcum *in Gehen-*
* Italicè: Non ſarà detto il benvenuto. *nam*: non *erit* benigna exceptio * erga eos: Quippe ipſi ingredientur comburendi in Ignem. 61. Dicent *ſeducti ſeductoribus*: Imò non *convenit* benigna exceptio vobis. Vos præiviſtis in eo *(ſcilicet errore)* nobis. Atqui infelix erit habitatio *veſtra, & noſtra*. 62. Dicent: Domine noſter, qui præivit nobis in hoc *(ideſt in peccato infidelitatis)* auge illi pœnam duplicatam in igne. 63. Et dicent *Meccani infideles in Gehenna*: Quid *eſt* nobis, quòd non videmus viros, *quos* numerabamus inter malos, *cùm tamen verè eſſent boni*? 64. Excipiebamus eos cum deriſu. An aberrarunt ab eis oculi *noſtri*? 65. Certè hæc ſanè *eſt* veritas: *nempè* diſceptatio habitatorum Ignis. 66. Dic *Meccanis*: Profectò ego *ſum* commonitor, & non *eſt* ullus Deus præter Deum Unum, Victorem. 67. Dominum Cœlorum, & terræ, & eorum, quæ *ſunt* inter hæc duo: Prævalentem, Indultorem. 68. Dic: Hæc *eſt* narratio magna *(ideſt hic Alcoranus)*. 69. Vos *autem eſtis* ab ea longè recedentes. 70. Non erat mihi ulla ſcientia de Proceribus excelſis *(ideſt de Angelis)* quandò diſceptaverunt *inter ſe de creatione Adæ*. 71.
b Si. *b* Non fuit revelatum mihi, niſi, quòd ego certè *ſum* Prædicator manifeſtus. 72. *Memento*, cùm dixit Dominus tuus Angelis: Ego ſanè creaturus *ſum* hominem de luto. 73. Cùm ergo conformavero eum, & inſufflavero in eum de ſpiritu meo, procidite illum adorantes. 74. Adoraverunt ergo *eum* Angeli omnes ipſi univerſi. 75. Sed Eblis *(ideſt Diabolus)* in ſuperbiam elatus eſt *nolens eum adorare*, & fuit ex infidelibus. 76. Dixit *illi Deus*: O Eblis, quid prohibuit te, ne adorares id, quod creaveram manibus meis? an ſuperbè dedignatus es *illum adorare*? an fuiſti *(ideſt putaſti te eſſe* ex excelſis)? 77. Reſpondit: Ego *ſum* præſtantior illo: creaſti *enim* me ex igne, & creaſti eum ex luto. 78. Dixit *illi Deus*: Egredere ergo ex eo *(ideſt Paradiſo, vel Cœlo)* nam tu profectò *eris* lapidatus *(ideſt ejectus hinc, vel maledictus)*. 79. Et quidem ſuper te *erit* maledictio mea uſque ad diem judicii. 80. Reſpondit *ille*: Domine mi. Expecta porrò me uſque ad diem, *in qua homines* ſuſcitabuntur. 81. Dixit *illi Deus*: Utique tu *eris* ex expectandis. 82. Uſque ad diem temporis determinati *(ideſt uſque ad ſonitum primę tubę)*. 83. Reſpondit *Eblis*: Atqui per potentiam tuam *juro*, *quòd* certè decipiam illos univerſos. 84. Præter ſervos tuos ex ipſis ſinceros. 85. Dixit *illi Deus*: *Ego* autem *ſum* Veritas, & veritatem dico, *quòd* certè implebo Gehennam ex te, & ex iis, qui ſecuti fuerint te ex illis univerſis. 86. Dic, *ò Mahumete*, *Meccanis*: Non peto à vobis pro eo; *quod vobis prædico*, ullam mercedem: nam non ego *ſum* ex ſtudiosè laborantibus *(ideſt*
c Si. *non prædico aliquid comparatum ex labore, & induſtria ingenii mei)*. 87. *c* Non eſt
d Mundis. hic *Alcoranus*, niſi commonitio *d* ad omnes creaturas. 88. Et ſanè cognoſcetis, narrationem ejus *eſſe veram* poſt *aliquid* tempus.

NOTÆ.

Character ſolitarius Surę præfixus, nempè ص *Sad*, qui eſt in Arabico Alphabeto decimus quartus, & reſpondet צ Hebraico, dedit titulum ipſi Suræ, quæ Meccana eſt, & verſiculis octoginta, & octo conſtare communiter cenſetur. Quid autem Character hujuſmodi ſignificet, Interpretes doctiores ſe neſcire fatentur. Quidam divinant, ſignificare صدق, *Veritates*, alii المصادات, *Reſiſtentias*. Sed abſque ullo fundamento. Qui Suram hanc legerit, كان لـــه من الاجر بوزن كل جبـــل سخر الله لداوود عشر حسنات وعصمه الله ان يصير علـــى ذنب كبير او صغير: *habebit pro mercede, juxta pondus uniuſcujuſque montis, quem Deus Davidis imperio ſubegit, decem bona: & cuſtodiet eum Deus*

Deus, ne incidat in peccatum magnum, vel parvum.

II. *Per Alcoranum.*] Jurat Deus per Alcoranum: sed nescitur, quid juret. Gelal supplet ex suo cerebro. وجواب هذا القسم محذوف اى لا الامر كما قال كفّار مكّة من تعدد الالهة *Pars responsiva hujus juramenti tacetur. Sed subauditur non est ita, sicut dicunt infideles Meccani, quòd scilicet sint plures Dei.* Jahias, & Zamchascerius conantur Prophetæ sui oscitantiam sexcentis ineptiis defendere.

XIII. *Et Pharao author paxillorum.*] Gelal: كان يمدّ لكل من يغضب عليه اربعة او تاد يشدّ اليه يديه ورجليه ويعذبه *Figebat Pharao, si quandò alicui iratus fuisset, quatuor paxillos in terra: & alligabat illis manus, & pedes ejus, & ita eum discruciabat.*

XVIII. *Præditi virtute.*] Arabicè ذا الايد: potest & verti *habentis manus.* Explicat Gelal: اى القوة فى العبادة كان يصوم يومًا ويفطر يومًا ويقوم نصف الليل وينام ثلثه *Ideſt virtutem, & constantiam in operibus piis. Jejunabat enim alternis diebus: & stabat per medietatem noctis, & dormiebat tertiam partem ejus.*

XXII. *Historia Litigantium.*] Ita pervertit, & figmentis permiscet nebulo Sacram Historiam, quæ habetur lib. 2. Regum cap. 11. & 12. Dilucidat Gelal verba Alcorani, & auget figmentum: وهما ملاكان جآءا فى صورة خاصمين وقع لها ما ذكر على سبيل العرض لينتبه داود على ما وقع منه وكان له تسع وتسعون امراة وطلب امراة شخص ليس له غيرها وتزوجها ودخل بها: *Erant autem hi duo litigantes duo Angeli, qui venerunt ad David in hujusmodi figura, fingentes sibi accidisse id, quod hìc narratur per modum parabolæ: ut excitaretur David ad pœnitentiam pro peccato suo. Cùm enim haberet nonaginta novem uxores, appetivit uxorem cujusdam viri, qui habebat eam solam, & concubuit cum ea, postquam sibi in uxorem copulasset.* Imò verò priùs concubuit, & deindè uxorem accepit.

XXVIII. *Constituimus te Imperatorem.*] Arabicè خليفة, quæ vox propriè significat *Successorem*: & hoc nomine appellati sunt Principes, qui Mahumeto in imperio successerunt, quos etiam nos vulgò *Chaliphas* vocamus.

XXXIII. *Cùm expositi fuissent coram eo.*] Ideſt, coram Salomone, ut exponunt Jahias, & Zamchascerius, qui hæc habet: وروى ان سليمن غزا اهل دمشق ونصيبين واصاب الف فرس وقيل ورثها من ابيه واصابها ابوه من العمالقة وقيل خرجت من البحر لها اجنحة فقعد يومًا بعد ما صلى الاولى على كرسيه واستعرضها فلم يزل تعرض عليه حتى غربت الشمس وغفل عن العصر او عن ورد من الذكر كان له وقت العشى وتهيوه فلم يعلموه فاغتم لما فاته واستردها وعقرها مقرّبًا لله وبقى مائة فما فى ايدى الناس من الجياد فمن نسلها وقيل لما عقرها ايد الله خيرًا منها وهو الريح تجرى بامره.

Ferunt, Salomonem, expugnata Damasco, & Nisibi, retulisse inde mille equos. Alii dicunt, illum accepisse eos à Patre suo, qui ceperat eos ab Amalecitis. Alii volunt, eos è mari egressos fuisse alis præditos. Sedens igitur die quadam Salomon in throno suo post orationem matutinam jussit eos equos traduci in cursu coram se: nec cessavit transitus eorum, donec occubuit Sol, & neglexit Orationem vespertinam, seu preces, quas vespere persolvere solebat, neque de hoc commonuerunt eum. Id igitur egrè ferens, jussit equos illos, qui jam transierant in cursu, coram se reduci, & immolavit eos Deo. Remanserunt autem centum ex generosissimis eorum equorum. Deus verò compensavit eum majori bono, quàm essent equi illi, quos immolaverat, dùm illius imperio ventos subegit.

XXXVI. *Et jam quidem tentavimus Salomonem.*] Paucis verbis longam fabulam innuit, quæ apud Mahumetanos hoc præsertim loco fusiùs refertur, & magna ex parte ex Thalmud in libro עין יעקב parte 2. Tractatu ניטן cap. פרק שאחזו: & in libro ילקוט super libros Regum cap. 182. desumpta est. Ego illam prout apud Ismaelem filium Aly, & alios Expositores Arabicè legitur, hìc latinè fideliter referam. *Habebat* (inquit) *Salomon puellam, cui tradebat anulum suum, cùm ingrediebatur in secessum, seu, ut alii dicunt, in balneum. Tradiditque illi die quadam, & ingressus est in latrinam. Venit autem ad eam Dæmon quidam, seu Genius nomine Sacar in figura Salomonis: & accepit ab ea anulum, projecitque eum in mare. Et sedit Sachar super sedem Salomonis, assumpta figura ejus, & mutata sunt statuta, ac judicia ejus super filios Israel. Porrò Salomon exiit quærens anulum suum (in eo quippe sita erat stabilitas Regni ejus) & non invenit eum. Et cognovit, quòd Deus Excelsus ipsum punire voluisset: cœpitque circumire terram, ac dicere: Ego sum Salomon. At ipsi negabant, eum esse, usquequò dies quadraginta (alii majus spatium ponunt) pertransissent: & ipse interea non comedit quidquam. Deindè transiens, incidit in quosdam piscatores, & petiit ab eis cibum. Illi verò piscem dederunt: cujus ventrem cùm aperuisset, invenit in eo anulum suum. Recuperato igitur hoc modo Regno, comprehendit Dæmonem Sacar, & alligatum eum magno lapide projecit in lacum Tyberiadis.* Hactenùs Ismael in suo Chronico.

Alii fabulam corollariis augent, quæ non est hìc operæ pretium referre. Solùm noto causam, obquam Deus ita Salomonem Regno privavit, hanc afferri à Gelale لتزوجه بامراة هواها وكانت تعبد الصنم فى داره من غير علمه وكان ملكه فى خاتمه فنزعه مرّة عند ارادة الخلاء ووضعه عند امراته المسمّاة بالامينة على عادته فجاءها جنّى فى صورة سليمان فاخذه منها: *quia nupserat cum quadam muliere à se concupita, quæ colebat Idola in Palatio Salomonis, ipso insscio. Erat autem Regnum alligatum anulo prædicto, quem quondam digito detractum eo, quòd vellet in latrinam intrare, dedit servandum uni ex fœminis suis, nomine Alamina, ut aliàs consueverat. Venit autem ad eam Genius quidam in figura Salomonis, & recepit illum ab ea.* Vult autem Jahias, Sacar

Vide in Prodromo par. 4. cap. ult. pag. 116.

car fedisse pro Salomone in Throno ejus dies quadraginta.

XL. *Vinctos in compedibus*.] Addit Gelal : بجمع ايديهم الى اعناقهم *alligatis manibus junctis ad colla eorum*.

XLVI. *Cape manu tua fasciculum virgarum*.] Dictionem ضغثا Exponit Gelal : حزمة من حشيش او قضبان *fasciculum stipularum, seu virgarum*. Suprà autem posuerat ramum palmarum : ubi etiam dixit, Job jurasse, se inflicturum uxori suæ centum ictus, ob culpam ab ea admissam : &, ut servaret jusjurandum, ubi convaluit, semel tantùm percussit (ita Deo consulente) ramo palmæ, in quo erant centum folia : vel, ut hìc scribitur fasciculum centum virgarum من الاذخر او غيره *ex junco odorato, vel alia re*. Causam autem, ob quam Job ita juraverit, ait Gelal, fuisse لابطائها عليه يوما *quia per diem unam*, aliis rebus occupata, *morata fuisset ad eum venire*. Jahias autem ex Alhasan causam affert, quia امراة ايوب كانت قربت الشيطان فى بعض الامر ودعت ايوب الى قاربته *uxor Job in quibusdam rebus adhærebat Satanæ, & hortata est maritum, ut ipse etiam illi adhæreret*.

XLVIII. *Nos certè puros fecimus eos*.] Locus perobscurus. Arabicè legitur: انا اخلصناهم بخالصة ذكرى الدار : Verior interpretatio videtur esse : *Nos peculiarizavimus eos peculiari* gratia, nimirùm, *monimento*, idest dono, *domus*; idest Paradisi. Ita videtur probare Gelal, qui ذكرى الدار accepit tanquam appositionem ad خالصة. Zamchascerius : معناه اخلصناهم بسبب هذه الخلصة و بانهم من اهلها او اخلصناهم بتوفيقهم لها واللطف بهم فى اختيارها.

Sensus est : peculiarizavimus, seu sincerizavimus propter hoc, ut scilicet ipsi essent ex habitatoribus ejus (nempè Paradisi.) *Vel purificavimus eos aptando illos ad eum, & benignè agendo cum eis, ut eligerent illum*.

L. *Et Elisei*.] Arabicè اليسع : *Aliasao*. Gelal : هو نبى واللام زايدة *Hic fuit Propheta : & littera est superflua*. Nimirùm legendum est juxta eum, *Aiasa*. Zamchascerius habet similia. Sed puto, utrumque falli : & hìc agi de Propheta Elisæo. Alioqui erit propheta aliquis fictus.

LX. *Hæc caterva detrudenda est vobiscum*.] Hæc verba, juxta Gelal, dicuntur magistris errorum in ingressu Gehennæ, quia cum ipsis detrudatur in eam etiam discipulorum eorum caterva.

LXXX. *Ego autem sum Veritas, & verè dico*.] Arabicè legitur فالحق والحق اقول : *Et Veritas, & Veritatem dico*. Quidam legunt utrobique cum rapho : *Et Veritas, & Veritas dico* : Alii cum Nasbo: *& Veritatem, & veritatem dico*, quæ videtur esse vera lectio ; quemadmodùm etiam in Euangelio Arabicè sæpè legimus الحق الحق اقول لكم *Veritatem, Veritatem* (seu Amen, Amen) *dico vobis*.

LXXX. *Post aliquod tempus*.] Arabicè بعد حين : Gelal : اى يوم القيامة : *idest die resurrectionis*. Sed potiùs videtur significare post breve tempus.

REFUTATIONES.

I. IMpiè inducit Deum jurantem per Alcoranum: ridiculè verò obliviscitur commemorare, quid juret. Deum itaque, seu potiùs se ipsum eodem tempore, & impium, & stolidum, stultumque facit Mahumetus.

II. Iterum redit ad fabulas de subjectione; & obedientia montium, & avium imperio Davidis. Et præterea fabulas miscet mendaciis, & perversa historiarum sacrarum narratione. Cùm enim ex Sacris literis lib. 2. Regum cap. 12. habeamus, Deum misisse Nathan Prophetam, ut commoneret Regem David de peccato suo, proposita parabola duorum virorum: alterius divitis, qui habebat oves, & boves plurimos: alterius, qui nihil habebat præter unam ovem: quam dives, ut exhiberet convivium cuidam hospiti, parcens sumere de ovibus, & de bobus suis, à paupere rapuit, & mactavit, ut hospiti comedendam apponeret: fingit nebulo impudentissimum commentum; duos scilicet Angelos, litigantium hominum forma assumpta, introisse per fenestras consenso muro in Oratorio David, eumque de peccato suo commonuisse.

III. Fingit novum commentum, nullius veritatis, aut verisimilitudinis. Refert, Salomonem immolasse Deo nongentos equos, eo, quòd, ut in cursu transeuntes illos aspiceret, vespertinas preces neglexisset. Erant equi juxta Divinam legem, animalia immunda: nec licebat Salomoni ea offerre Deo, neque pauperibus in cibum eorum carnes distribuere, quemadmodùm illum distribuisse refert Gelal. Quòd verò hujusmodi equos duxerit Salomon in prædam expugnata Damasco: vel jidem equi alis præditi, velut totidem Pegasi è mari prodierint, quemadmodùm referunt expositores, inter ineptissimas nugas reponendum est: præsertim, quia Salomon fuit Rex pacificus, nec ullum bellum contra Damascum, vel alias urbes gessisse legitur.

IV. Illud, quod Mahumetus tantummodò innuit obscurioribus verbis; Expositores verò Alcorani diffusiùs referunt: nimirùm Salomonem à Deo spoliatum Regno fuisse, eo, quòd annulum, cui Regia illius potestas, ac Dignitas alligata erat, amisisset, & interim dùm Salomon exul, & mendicus vagabatur, Dæmonem vices illius in administrando Regno expleviss, & alia hujusmodi monstra : totum, ut diximus è Thalmudica cloaca erutum est: neque in Sacris literis ullum, vel levissimum vestigium illius apparet. Quamobrem non est, quòd in hujusmodi ineptiis confutandis tempus teramus, quemadmodùm neque in aliis, quæ addit, de traditis à Deo Dæmonibus Salomoni in fabros, urinatores, & mancipia manicis, & compedibus alligata. Vid. prod. p. 4. c. ult. pag.

V. Ea

V. Ea etiam, quæ de Job commemorat, ferè omnia fabulosa sunt, neque ullum in Sacris litteris habent fundamentum. Illud verò insignem Dei injuriam continet, & quodammodò illum versipellem, ac nugatorem facit, dùm singitur præcepisse eidem Job, ut ad complendum jusjurandum, quo is juraverat, se infligturum uxori centum ictus, seu plagas, ob culpam nescio quàm ab ea admissam, si convaluisset: præcepisse, inquam, ei ut stipularum fasciculo, vel ramo palmæ centum stipulas, seu centum folia continente, uxorem semel tantum verberaret. Hoccine est juramentum complere? An non est hoc ridiculum subterfugium, & scurrilis æquivocatio, &, quod Esopicæ fabulæ persimile videatur; in qua rusticus pauper, cui unicus bos erat, ægrotans, vovit Jovi Hecatomben, idest centum boves, si convalesceret? Ubi verò convaluit, centum exiguos boves è creta compactos, eidem Jovi obtulit, ac per hoc se voto satisfeciisse sibi persuasit.

VI. Iterùm Paradisum suum in scenam reducit, qualem toties hactenùs repræsentavit: nimirùm, cujus summa felicitas in conviviis, ac libidinibus sita sit. Vide, quæ suprà dicta sunt.

VII. Concludit Suram obsoleto, putidoque figmento, toties decantato, de creatione Adę, & de Angelorum adoratione, qua illum Dei jussu venerati sunt: itemque de Ebliso, seu Diaboli protervia, dùm eumdem adorare recusavit: quæ omnia se per specialissimam Dei revelationem cognovisse (quippe anteà tàm arcani misterii infantissimus erat) affirmat. Vide, quę de hujusmodi commento dicta sunt in Sura 2.

سورة الزُّمر مكيّة وهي خمس وسبعون آية

SURA XXXIX.

CATERVÆ.

MECCANA:

COMMATUM SEPTUAGINTA QUINQUE.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 تنزيل الكتاب من الله العزيز الحكيم ۞ 2 انا انزلنا اليك الكتاب بالحق فاعبد
الله مخلصا له الدين ۞ 3 الا لله الدين الخالص والذين اتخذوا من دونه اولياء ما نعبدهم
الا ليقربونا الى الله زلفى ان الله يحكم بينهم في ما هم فيه يختلفون ۞ 4 ان الله لا
يهدي من هو كاذب كفار ۞ 5 لو اراد الله ان يتخذ ولدا لاصطفى مما يخلق ما يشاء
سبحانه هو الله الواحد القهار ۞ 6 خلق السموات والارض بالحق يكور الليل على النهار
ويكور النهار على الليل وسخر الشمس والقمر كل يجري لاجل مسمى الا هو العزيز
الغفار ۞ 7 خلقكم من نفس واحدة ثم جعل منها زوجها وانزل لكم من الانعام
ثمانية ازواج يخلقكم في بطون امهاتكم خلقا من بعد خلق في ظلمات ثلث ذلكم الله
ربكم له الملك لا اله الا هو فانى تصرفون ۞ 8 ان تكفروا فان الله غني عنكم ولا
يرضى لعباده الكفر وان تشكروا يرضه لكم ولا تزر وازرة وزر اخرى ثم الى ربكم
مرجعكم فينبئكم بما كنتم تعملون ۞ 9 انه عليم بذات الصدور ۞ 10 واذا مس
الانسان ضر دعا ربه منيبا اليه ثم اذا خوله نعمة منه نسي ما كان يدعوا اليه من قبل
وجعل لله اندادا ليضل عن سبيله قل تمتع بكفرك قليلا انك من اصحاب النار ۞
11 امن هو قانت اناء الليل ساجدا وقايما يحذر الاخرة ويرجو رحمة ربه قل هل يستوي
الذين يعلمون والذين لا يعلمون انما يتذكر اولوا الالباب ۞ 12 قل يا عباد الذين
امنوا اتقوا ربكم للذين احسنوا في هذه الدنيا حسنة وارض الله واسعة انما يوفى الصابرون
اجرهم

أجرهم بغير حساب ۞ 13 قل إني أمرت أن أعبد الله مخلصا له الدين ۞ 14 وأمرت لأن
أكون أول المسلمين ۞ 15 قل إني أخاف إن عصيت ربي عذاب يوم عظيم ۞
16 قل الله أعبد مخلصا له ديني فاعبدوا ما شئتم من دونه قل إن الخاسرين الذين خسروا
أنفسهم وأهليهم يوم القيمة ألا ذلك هو الخسران المبين ۞ 17 لهم من فوقهم ظلل من النار ومن
تحتهم ظلل ذلك يخوف الله به عباده يا عباد فاتقون ۞ 18 والذين اجتنبوا الطاغوت أن
يعبدوها وأنابوا إلى الله لهم البشرى فبشر عباد الذين يستمعون القول فيتبعون أحسنه
أولئك الذين هديهم الله وأولئك هم أولوا الألباب ۞ 19 أفمن حق عليه كلمة العذاب أفأنت
تنقذ من في النار ۞ 20 لكن الذين اتقوا ربهم لهم غرف من فوقها غرف مبنية تجري من
تحتها الأنهار وعد الله لا يخلف الله الميعاد ۞ 21 ألم تر أن الله أنزل من السماء ماء
فسلكه ينابيع في الأرض ثم يخرج به زرعا مختلفا ألوانه ثم يهيج فتريه
مصفرا ثم يجعله حطاما إن في ذلك لذكرى لأولي الألباب ۞ 22 أفمن شرح الله صدره
للإسلام فهو على نور من ربه فويل للقاسية قلوبهم من ذكر الله أولئك في ضلال مبين ۞
23 الله نزل أحسن الحديث كتابا متشابها مثاني تقشعر منه جلود الذين يخشون ربهم ثم
تلين جلودهم وقلوبهم إلى ذكر الله ذلك هدى الله يهدي به من يشاء ومن يضلل الله
فما له من هاد ۞ 24 أفمن يتقي بوجهه سوء العذاب يوم القيمة وقيل للظالمين ذوقوا ما
كنتم تكسبون ۞ 25 كذب الذين من قبلهم فأتيهم العذاب من حيث لا يشعرون ۞
26 فأذاقهم الله الخزي في الحيوة الدنيا ولعذاب الآخرة أكبر لو كانوا يعلمون ۞ 27 ولقد
ضربنا للناس في هذا القرآن من كل مثل لعلهم يتذكرون ۞ 28 قرآنا عربيا غير ذي عوج
لعلهم يتقون ۞ 29 ضرب الله مثلا رجلا فيه شركاء متشاكسون ورجلا سالما
لرجل هل يستويان مثلا الحمد لله بل أكثرهم لا يعلمون ۞ 30 إنك ميت وإنهم
ميتون ۞ 31 ثم إنكم يوم القيمة عند ربكم تختصمون ۞ 32 فمن أظلم ممن
كذب على الله وكذب بالصدق إذ جاءه أليس في جهنم مثوى للكافرين ۞
33 والذي جاء بالصدق وصدق به أولئك هم المتقون ۞ 34 لهم ما يشاءون عند ربهم ذلك جزؤا
المحسنين ۞ 35 ليكفر الله عنهم أسوأ الذي عملوا ويجزيهم أجرهم بأحسن الذي كانوا
يعملون ۞ 36 أليس الله بكاف عبده ويخوفونك بالذين من دونه ومن يضلل الله فما له
من هاد ۞ 37 ومن يهد الله فما له من مضل أليس الله بعزيز ذي انتقام ۞ 38 ولئن
سألتهم من خلق السموات والأرض ليقولن الله قل أفرأيتم ما تدعون من دون الله إن أرادني
الله بضر هل هن كاشفات ضره أو أرادني برحمة هل هن ممسكات رحمته قل حسبي
الله

اللّٰه عليه فليتوكّل المتوكّلون ۞ 39 قل يا قوم اعملوا على مكانتكم إني عامل
فسوف تعلمون ۞ 40 من يأتيه عذاب يخزيه ويحل عليه عذاب مقيم ۞ 41 إنا أنزلنا
عليك الكتاب للناس بالحق فمن اهتدى فلنفسه ومن ضل فإنما يضل عليها وما أنت عليهم
بوكيل ۞ 42 اللّٰه يتوفى الأنفس حين موتها والتي لم تمت في منامها فيمسك التي
قضى عليها الموت ويرسل الأخرى إلى أجل مسمى إن في ذلك لآيات لقوم يتفكرون ۞ 43 أم
اتخذوا من دون اللّٰه شفعاء قل أولو كانوا لا يملكون شيئا ولا يعقلون ۞ 44 قل لله
الشفاعة جميعا له ملك السموات والأرض ثم إليه ترجعون ۞ 45 وإذا ذكر اللّٰه وحده
اشمأزت قلوب الذين لا يؤمنون بالآخرة وإذا ذكر الذين من دونه إذا هم يستبشرون ۞
46 قل اللهم فاطر السموات والأرض عالم الغيب والشهادة أنت تحكم بين عبادك في ما كانوا
فيه يختلفون ۞ 47 ولو أن للذين ظلموا ما في الأرض جميعا ومثله معه لافتدوا به من
سوء العذاب يوم القيمة وبدا لهم من اللّٰه ما لم يكونوا يحتسبون ۞ 48 وبدا لهم سيئات
ما كسبوا وحاق بهم ما كانوا به يستهزؤن ۞ 49 فإذا مس الإنسان ضر دعانا ثم إذا خولناه
نعمة منا قال إنما أوتيته على علم بل هي فتنة ولكن أكثرهم لا يعلمون ۞ 50 قد قالها
الذين من قبلهم فما أغنى عنهم ما كانوا يكسبون ۞ 51 فأصابهم سيئات ما كسبوا والذين
ظلموا من هؤلاء سيصيبهم سيئات ما كسبوا وما هم بمعجزين ۞ 52 أولم يعلموا أن اللّٰه يبسط
الرزق لمن يشاء ويقدر إن في ذلك لآيات لقوم يؤمنون ۞ 53 قل يا عبادي الذين أسرفوا
على أنفسهم لا تقنطوا من رحمة اللّٰه إن اللّٰه يغفر الذنوب جميعا إنه هو الغفور الرحيم ۞
54 وأنيبوا إلى ربكم وأسلموا له من قبل أن يأتيكم العذاب ثم لا تنصرون ۞ 55 واتبعوا
أحسن ما أنزل إليكم من ربكم من قبل أن يأتيكم العذاب بغتة وأنتم لا تشعرون ۞
56 أن تقول نفس يا حسرتي على ما فرطت في جنب اللّٰه وإن كنت لمن الساخرين ۞
57 أو تقول لو أن اللّٰه هداني لكنت من المتقين ۞ 58 أو تقول حين ترى العذاب لو أن لي
كرة فأكون من المحسنين ۞ 59 بلى قد جاءتك آياتي فكذبت بها واستكبرت
وكنت من الكافرين ۞ 60 ويوم القيمة ترى الذين كذبوا على اللّٰه وجوههم مسودة
أليس في جهنم مثوى للمتكبرين ۞ 61 وينجي اللّٰه الذين اتقوا بمفازتهم لا يمسهم السوء ولا
هم يحزنون ۞ 62 اللّٰه خالق كل شيء وهو على كل شيء وكيل ۞ 63 له
مقاليد السموات والأرض والذين كفروا بآيات اللّٰه أولئك هم الخاسرون ۞ 64 قل أفغير اللّٰه
تأمروني أعبد أيها الجاهلون ۞ 65 ولقد أوحي إليك وإلى الذين من قبلك لئن أشركت
ليحبطن عملك ولتكونن من الخاسرين ۞ 66 بل اللّٰه فاعبد وكن من الشاكرين ۞
67 وما

67 وما قدروا الله حق قدره والارض جميعا قبضته يوم القيمة والسموات مطويات بيمينه سبحانه
فتعالى عما يشركون ۞ 68 ونفخ في الصور فصعق من في السموات ومن في الارض الا من
شاء الله ثم نفخ فيه اخرى فاذا هم قيام ينظرون ۞ 69 واشرقت الارض بنور ربها ووضع
الكتاب وجيء بالنبيين والشهداء وقضي بينهم بالحق وهم لا يظلمون ۞ 70 ووفيت كل
نفس ما عملت وهو اعلم بما يفعلون ۞ 71 وسيق الذين كفروا الى جهنم زمرا حتى اذا
جاوها فتحت ابوابها وقال لهم خزنتها الم ياتكم رسل منكم يتلون عليكم ايات ربكم
وينذرونكم لقاء يومكم هذا قالوا بلى ولكن حقت كلمة العذاب على الكافرين ۞
72 قيل ادخلوا ابواب جهنم خالدين فيها فبيس مثوى المتكبرين ۞ 73 وسيق الذين اتقوا
ربهم الى الجنة زمرا حتى اذا جاوها وفتحت ابوابها وقال لهم خزنتها سلام عليكم طبتم
فادخلوها خالدين ۞ 74 وقالوا الحمد لله الذي صدقنا وعده واورثنا الارض نتبوا من الجنة
حيث نشاء فنعم اجر العاملين ۞ 75 وترى الملايكة حافين من حول العرش يسبحون بحمد
ربهم وقضي بينهم بالحق وقيل الحمد لله رب العالمين ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. DEmiſſio Libri *hujus eſt* à Deo Præpotente, Sapiente. 2. Nos quidem demiſimus ad te *hunc* librum cum veritate: itaque cole Deum, purè exhibens illi religionem. 3. Nonne *competit* Deo religio ſincera? Sed, qui acceperunt præter eum patronos, *dicentes*: Non colimus illos, niſi ut appropinquare faciant nos ad Deum cum incremento (*ideſt propiùs*) certè Deus judicabit inter eos, & *inter Fideles* circa id, in quo ipſi fuerunt diſcrepantes. 4. Profectò Deus non diriget eum, qui fuerit mendax, infidelis. 5. Si voluiſſet Deus habere prolem: profectò elegiſſet ex eo, quod creat, id, quod voluiſſet. Laus ejus. Ipſe eſt Deus Unus, Prædominator. 6. Creavit Cœlos, & terram cum veritate. Immittit noctem in diem, & immittit diem in noctem (*ideſt ſuccedere facit alteram alteri per vices*) & ſervire facit Solem, & lunam: quodlibet *horum* currit ad metam determinatam. An non ipſe *eſt* Præpotens, Indultor? 7. Creavit vos ex anima una (*ideſt ex Adam*) deindè fecit ex ea conjugem ejus (*ideſt Hevam*) & demiſit vobis ex pecudibus octo paria. Creat vos in uteris matrum veſtrarum, creatione poſt creationem (*ideſt in varias formas commutando, ut in molam, carnem &c.*) in tenebris tribus (*ideſt in ventre, in matrice, & in ſecundinis.*) Iſte *eſt* Deus, Dominus veſter: ipſius *eſt* Regnum: non *eſt* Deus, niſi ipſe. Quomodò ergo avertimini *à ſervitute ejus*? 8. Si ingrati fueritis, certè Deus *eſt* dives ſine vobis: Sed non placet illi in ſervis ſuis ingratitudo. Si autem grati fueritis, complacebit ſibi de vobis, & non portabit portatrix onus alterius (*ideſt una anima non punietur pro peccato alterius.*) Deindè ad Dominum veſtrum *erit* reditus veſter, & enarrabit vobis id, quod fueritis operati. 9. Ipſe enim *eſt* Cognitor eſſentiæ pectorum (*ideſt arcanorum animi*). 10. Cùm autem tetigerit hominem *aliquod* damnum, invocabit Dominum ſuum reverſus ad eum. Deindè ubi compotem fecerit eum *alicujus* beneficii ex ſe: obliviſcetur illius, quem precatus fuerat anteà, & ponet Deo *alios Deos* ſimiles, ut errare faciat *homines* à ſemita ejus. Dic *homini hujuſmodi*: Fruere in infidelitate tua modicum; namque tu *eris* ex habitatoribus Ignis. 11. An qui eſt ſedulò devotus in horis noctis, adorans, & ſtans, & metuit noviſſimum

ſæculum, & ſperat miſericordiam Domini ſui, *æſtimabitur apud Deum ſicut ille, qui eſt infidelis, & tranſgreſſor?* Dic: an adæquabuntur, qui ſciunt, & qui neſciunt? Profectò commonefient prædíti cordibus. 12. Dic: O ſervi mei, qui credidiſtis, timete Dominum veſtrum. Illis, qui benefecerint in hoc mundo, *erit* bonum, & terra Dei *eſt* ſpatioſa. Profectò retribuetur patienter ſuſtinentibus merces eorum ſine computatione (*ideſt ſine menſura*). 13. Dic: Equidem juſſus ſum colere Deum, puram exhibens illi religionem. 14. Et juſſus ſum eſſe primus Moslemorum. 15. Dic: Equidem timeo, ſi inobediens fuero Domino meo, pœnam diei magnæ. 16. Dic: Deum colo, puram exhibens illi religionem meam. Colite porrò, quod vultis præter eum. Dic: Certè pereuntes, qui perdunt animas ſuas, & familias ſuas in die reſurrectionis; nonne hæc eſt perditio manifeſta? 17. His *erunt* deſuper ipſos umbracula ex igne; & deſubtus ipſos umbracula *ex igne*. Per hoc deterrebit Deus ſervos ſuos, *dicens*: O ſerui mei, timete ergo me. 18. Qui autem declinaverint Idola, ne colant ea, & converſi fuerint ad Deum: his *erit* fauſtum nuncium. Euangeliza ergo ſervis meis: Qui obedierint dicto meo, & ſecuti fuerint optimum ejus, hi *ſunt*, quos direxit Deus, & hi ſunt prædíti cordibus. 19. An ergo, cui juſtè competit verbum pœnæ (*ideſt damnatio in Gehennam*) an, *inquam*, tu liberabis eum, qui *eſt* in Igne *Gehennæ*? 20. Verùm, qui timuerit Dominum ſuum, ipſis *erunt* cœnacula, ſupra quæ *erunt alia* cœnacula fabricata; current ſubtus ipſa fluvii: promiſſio Dei: non adverſabitur Deus promiſſioni *ſuæ*. 21. Nonne vides, quòd Deus demittit è Cœlo aquam, & immittit eam per rivos in terram: deindè educit per eam ſemen diverſum coloribus ſuis? Deindè arefacit *illud*; quamobrem videbis illud flavefactum: Deinde redigit illud in fruſta. Profectò in hoc certè *eſt* eruditio prædítis cordibus. 22. An ergo ille, cujus dilataverit Deus pectus ad religionem Eslamiticam, ac proinde ipſe *fuerit* ſuper lucem à Domino ſuo: *erit ſicut ille, cujus induratum eſt cor*? atqui væh duris cordibus ſuis à memoria Dei: hi *ſunt* in errore manifeſto. 23. Deus demiſit pulcherrimum narrationis (*ideſt Alcoranum*) librum inter ſe ſimilem (*ideſt, in quo omnia ſibi optimè reſpondent, & conveniunt*) iterata continentem. Horrore percelluntur ex eo, *dum legitur*, pelles eorum, qui timent Dominum ſuum. Deindè molleſcunt pelles eorum, & corda eorum ad commemorationem Dei. Hæc *eſt* directio Dei; diriget per eam, quem voluerit: quem autem errare fecerit Deus, non *erit* ei ullus director. 24. An ergo, qui timuerit in facie ſua malum pœnæ in die reſurrectionis, *erit ſicut ille, qui ſecurus fuerit ab eodem malo*? Et dicetur iniquis: Guſtate, quod fuiſtis lucrati. 25. Mendacii arguerunt *Legatos ſuos* ii, qui *fuerunt* ante eos (*ſcilicet Meccani*) quamobrem venit ad eos pœna de unde non animadvertebant. 26. Et guſtare fecit eos Deus ignominiam in vita mundana: Sed certè pœna alterius vitæ *erit* gravior. Si ſcirent *hoc, non ita agerent*. 27. Et jam quidem propoſuimus hominibus in hoc Alcorano de omni ſimilitudine, ut ipſi commonefiant. 28. Lectione Arabica, non habente diſtorſionem (*ideſt ſine errore, vel contrarietate*) ut ipſi timeant *Deum*. 29. Propoſuit Deus parabolam: virum, cui *ſint* ſocii (*ideſt plures Domini*) inter ſe diſſidentes, & virum addictum *uni tantùm* viro (*ideſt uni Domino.*) An æquabuntur *bi duo* in ſimilitudine? Laus Deo. Verùm plerique eorum neſciunt. 30. Profectò tu moriturus *es*, & illi ſanè morituri *ſunt*. 31. Deindè vos ſanè die reſurrectionis apud Dominum veſtrum diſceptabitis. 32. Quis porrò *eſt* iniquior, quàm, qui mendacium profert de Deo, & mendacii redarguit veritatem cum venit ad eum? nonne eſt in Gehenna receptaculum infidelibus? 33. Qui autem venit cum veritate, & credit in eam: hi ſunt timorati. 33. Ipſis *erit*, quod voluerint apud Dominum ſuum. Hæc *erit* retributio benefacientium. 35. Ut expiet Deus ab eis peſſimum, quod fecerunt, & rependat eis mercedem eorum propter optimum, quod fuerint operati. 36. Nonne & Deus ſufficiens ſervo ſuo? Sed perterrebunt te metu eorum, qui *ſunt* præter eum (*ideſt deorum ſuorum.*) Et quem errare fecerit Deus, non *erit* illi ullus director. 37. Quem verò direxerit Deus, non *erit* illi ullus errare faciens *eum*. An non eſt Deus Præpotens, habens vim ulciſcendi? 38. Et profectò, ſi

الجزو الرابع والعشرون
Pars vigeſima quarta.

inter-

interrogaveris eos, quis creaverit Cœlos, & terram, certè respondebunt: Deus: Dic: An ergo putatis, *ea Numina*, quæ invocatis præter Deum, si voluerit mih[1] Deus nocere: utrum ipsa relevatura *sint* nocumentum ejus? vel, *si* voluerit mihi misereri, utrum ipsa impeditura *sint* misericordiam ejus? Dic: sufficientia mea Deus: super eum confidant Confidentes. 39. Dic: O populе meus, operamini secundum statum vestrum: certè ego operaturus *sum juxta statum meum*: mox porrò scietis. 40. Ad quem veniat pœna ignominia perfundens eum, & descendat super eum pœna stabilis (*idest Gehennæ*). 41. Nos certè demisimus super te librum ad *commonendos* homines cum veritate. Porrò, qui directus fuerit, sibi ipsi *erit directus*. Qui verò erraverit: utique errabit contra se ipsum. Neque tu *es* super eos procurator. 42. Deus fato fungi faciet animas tempore mortis earum, & quæ nondum mortuæ sunt, *fato fungi faciet eas* in somno earum, & *a* recipiet *ad se*, quas decrevit super eas mortem, & mittet alias ad metam determinatam (*idest relinquet eas in corpore usque ad veram mortem.*) Certè in hoc *sunt* sanè signa (*idest argumenta resurrectionis*) hominibus, *qui* recogitant. 43. An susceperunt præter Deum intercessores? Dic: An *feciſtis hoc*, etiamsi non *b* possint obtinere quidquam, neque intelligant? 44. Dic: Deo *competit* intercessio universa (*idest concedere aliis facultatem intercedendi.*) Ipsius est Regnum Cœlorum, ac terræ. Deindè ad eum reducemini. 45. Cùm verò commemoratus fuerit Deus unus ipse, coarctantur ob horrorem corda eorum, qui non credunt in alterum sæculum. Cùm verò commemorantur ii, qui *sunt* præter eum; ecce ipsi lætitia perfunduntur. 46. Dic: O Deus Conditor Cœlorum, & terræ, Cognitor Arcani, & manifesti: tu judicabis inter servos tuos circa id, in quo erant inter se diffidentes. 47. Quòdsi porrò iis, qui sunt iniqui, *esset* id, quod est in terra totum, & tantumdem cum eo: profectò redimerent seipsos eo à malo pœnæ die resurrectionis, & apparebit illis à Deo id, quod nunquam fuerant opinati. 48. Et apparebunt illis mala illius, quod fuerint operati; & circundabit eos id, quod irridebant. 49. Cùm autem tetigerit hominem damnum, invocabit nos. Deindè, cùm compotem fecerimus eum *alicujus* beneficii ex nobis, dicet: Profectò datum fuit mihi hoc propter scientiam (*idest, quia Deus sciebat, me esse dignum eo*). Verùm hæc *est* tentatio, *qua Deus homines experitur*: verumtamen plerique eorum nesciunt. 50. Jam dixerunt hoc illi, qui fuerunt ante eos: Sed non profuit illis id, quod fuerunt lucrati. 51. Inciderunt itaque eis mala illius, quod operati fuerant. Qui autem iniquè egerint ex illis (*idest Meccanis*) incident illis mala illius, quod operati fuerint: Neque ipsi *erunt* infirmantes *Deum*, *ne puniat illos*. 52. An nondùm noverunt, quòd Deus dilatat opes, cui vult, & coarctat? certè in hoc *sunt* sanè signa hominibus, *qui* credunt. 53. Dic: O servi mei, qui prævaricati *c* estis contra animas *d* vestras, ne desperetis de misericordia Dei: quippe Deus ignoscit delictis omnibus: Nam ipse est Indultor, Misericors. 54. Et revertimini ad Dominum vestrum, & tradite vos illi, antequam adveniat vobis pœna: deindè non adjuvabimini. 55. Et sectamini optimum illius, quod demissum est ad vos à Domino vestro (*idest Alcoranum*) antequam adveniat vobis pœna repentè, & vos animadvertatis. 56. *Et* e *ante* quàm dicat anima: O dolor, pro eo, quod negligens fui in latere Dei (*idest in obediendo ei, quasi ejus lateri assistens*) & profectò fuisti sanè ex illudentibus. 57. Vel dicat: Si quidem Deus direxisset me, certè fuissem ex timoratis. 58. Vel dicat, cùm videbit pœnam: Si porrò mihi *foret* reditus *in mundum*, essem ex benefacientibus. 60. Atqui jam venerunt ad te signa mea (*idest Alcoranus*) &, ut mendacia insimulasti ea, & in superbiam elatus es, *ne crederes in ea*, & fuisti ex infidelibus. 60. Et die resurrectionis videbis eos, qui mendacium protulerunt de Deo: facies eorum nigræ. An non erit in gehenna receptaculum efferentibus sese in superbiam? 61. Et liberabit Deus eos, qui timorati fuerint, *ponetque eos* in loco felicitatis eorum: non tanget eos malum, neque ipsi contristabuntur. 62. Deus *est* creator omnis rei, & ipse super omnem rem *est* procurator. 63. Ipsius sunt claves Cœlorum, & terræ: qui autem

[1] retinebit?

[a] possideat?

[c] sunt.
[d] suas.

[e] ne dicat anima.

tem non crediderint in ſigna Dei, hi erunt pereuntes. 64. Dic: An ergo præter Deum præcipitis mihi, ut colam *alios Deos*, ò ſtulti? 65. Et jam quidem dictum fuit per revelationem ad te, & ad eos, qui *fuerunt* ante te: Certè ſi aſſociaveris *Deo alios deos*, erit omninò inutile, ac vanum opus tuum, & omninò eris ex pereuntibus. 66. Quin imò Deum cole, & eſto ex agentibus gratias. 67. Sed non menſuraverunt Deum veritate menſuræ ejus, & terra univerſa *erit* pugillus ejus in die reſurrectionis; & Cœli *erunt* convoluti in dextera ejus. Laus ejus; & exaltetur ab eo, quod aſſociant *illi*. 68. Et inſufflabitur in tubam *prima vice*, & *a* corruent exanimes, qui *ſunt* in Cœlis, & qui *ſunt* in terra, præter eos, quos voluerit Deus. Deinde inſufflabitur in eam ſecunda *vice*, & ecce ipſi, *qui erant mortui*, ſurgentes aſpicient, *expectantes*, *quid futurum ſit*. 69. Et coruſcabit terra ex luce Domini ſui, & ponetur Liber, & adducentur Prophetæ, & martyres teſtes, & judicabitur inter eos cum veritate, & ipſi non tractabuntur iniquè. 70. Et ſatisfiet omni animæ pro eo, quod operata fuerit, & ipſe *erit* ſcientiſſimus de eo, quod fecerint. 71. Et ducentur, qui infideles fuerint in gehennam per catervas, donec, ubi pervenerint ad eam, aperiantur portæ ejus. Et dicent illis Cuſtodes illius: Nonne venerunt ad vos Legati ex vobis, *qui* recitabant vobis ſigna Domini veſtri, & comminabantur vobis adventum diei hujus? Reſpondebunt: Utique: Sed competit verbum pœnæ (*ideſt prædeſtinatio ad Gehennam*) ſuper infideles. 72. Dicetur *illis*: Ingredimini portas gehennæ perpetuò commoraturi in ea. Miſerum porrò erit receptaculum ſeſe ſuperbè efferentium. 73. Et ducentur illi, qui timuerint Dominum ſuum, in Paradiſum per catervas, donec perveniant ad eum, & aperientur portæ ejus, & dicent illis cuſtodes ejus. Pax ſuper vos: felices eſtis: ingredimini ergo in eum, perpetuò commoraturi. 74. Et reſpondebunt: Laus Deo, qui verificavit nobis promiſſionem ſuam, & tradidit nobis in hæreditatem terram, *ut* habitemus in Paradiſo, ubi voluerimus. Et euge merces operantium. 75. Et videbis Angelos nudatos pedibus in circuitu Throni, celebrantes laudem Domini ſui, & deciſum erit inter eos (*ſcilicet homines*) cum veritate, & dicetur: Laus Deo Domino *a* ſæculorum.

a cadent mortui.

b Mundorum.

NOTÆ.

INſcribitur Sura Arabicè الزمر *Catervæ*; quia verſu 70. & 72. inducuntur impii in Gehennam, Pii autem in Paradiſum catervatim introire. Meccanam facit Gelal, præter verſum 52. qui incipit: *Dic*: *O ſervi mei*: cui nonnulli addunt duos ſubſequentes. Cur verò hos præ cæteris? Caſu hæc mihi, ac temerè videntur à Moslemis aſſeri. Certè Jahias notat: وهى مكية كلها : *& hæc eſt tota Meccana*.

Cuinam fides habenda? Verſus ſeptuaginta quinque vulgò ponuntur: alii pauciores enumerant. Nihil in hoc certum, aut conſtans. Præmium Lectoris: من قراء سورة الزمر لم يقطع الله رجاه يوم القيمة واعطاه الله ثواب الخائفين وعنه انه عليه السلام كان يقرء كل ليلة بنى اسرايل والزمر : *Qui legerit Suram Catervarum, non præcidet Deus ſpem ejus in die reſurrectionis, & dabit illi præmium Timoratorum. Refertur autem, Mahumetum conſuevisſe ſingulis noctibus legere Suram, quæ inſcribitur Filii Iſrael, & hanc de Catervis.*

VII. *Et demiſit vobis ex pecudibus octo paria.*] Ita explicat hæc verba Zamchaſcerius: قيل خلقها فى الجنة ثم انزلها ثمانية ازواج ذكرا وانثى من الابل والبقر والضان والمعز والزوج اسم الواحد معه اخر واذا انفرد فهو فرد ووتر : *Dicitur Deus creaſſe eas in Paradiſo, deindè deſcendere feciſſe earundem octo paria, maſculum, & fœminam: nimirùm par Camelorum, par boum, par ovium, & par caprarum: itaut hic, par dicat ſingula, quatenùs accipiuntur cum alio pari, ſeu referuntur ad illud, cùm alioqui ſint ſingularia, & individua.* Nimirùm, ut ſint octo relativè conjuncta, ſeu conjugata.

XXIII. *Iterata continente.*] Arabicè مثانى eſt numeri pluralis, & ſignificat *Iterata*, ſeu duplicata, vel ſæpiùs repetita. Hoc autem nomine vocatur Alcoranus, ut ait Gelal, quia ثنى فيه الوعد والوعيد وغيرهما : *repetuntur ſæpè in eo, promiſſa, & minæ, & alia, quæ in eo continentur.* Nullo alio nomine aptiùs appellatur putidiſſimus Alcorani liber, quàm hoc. Toties enim in eo repetuntur, ac recoquuntur, quæ ſemel dicta ſunt, ut vomitum, nedum nauſeam excitent legentibus. Alioquin, ſi ea, quæ Alcoranus continet, ſemel tantùm dicerentur, vix tres, aut quatuor pagellas implerent.

XXIV. *An ergo, qui timuerit in facie ſua malum.*] Gelal: اى اشده بان يلقى بوجهه فى النار مغلولة يداه الى عنقه : *Ideſt ſummam illius vehementiam, eo quod projiciendus ſit obverſa facie in ignem, manibus ad collum alligatis.*

XLVII. *Profectò redimerent ſeipſos.*] Eſt argumentum ab impoſſibili: impoſſibilis enim eſt propoſita conditio.

LVI. *Et profectò fuiſti ex illudentibus.*] Notanda hic ſubita, & inepta mutatio perſonæ primæ in ſecundam: quaſi verò hæc ultima verba exprobrentur homini à Deo, vel ab Angelis: vel ab ipſo homine animæ ſuæ.

LXIX. *Præter eos, quos voluerit Deus.*] Gelal: من الحور و الولدان وغيرهما *præter puellas nigrioculas, pueros, & alios hujuſmodi.* Jahias: تفسير الحسن

استثنى طوايف اهل السماء يموتون بين النفختين: قال يحيى وبلغنى ان اخر من يبقى منهم جبريل وميكايل واسرافيل وملك الموت ثم يموت جبرائيل وميكايل واسرافيل ثم يقول الله لملك الموت مُت

فيموت ثم نفخ فيه اخرى فاذا هم قيام ينظرون وبين النفختين اربعون يومًا. *Expoſitio Alhaſani: Excipit quoſdam ex Cœlitibus, qui morientur inter ſpatium ſoni utriuſque tubæ. Dixit Jahias: Et pervenit ad meam notitiam, remanſuros vivos ex eis, Gabrielem, Michaelem, Aſraphelem, & Angelum mortis. Deindè morientur Gabriel, & Michael, & Aſraphel. Tùm dicet Deus Angelo mortis: Morere: & morietur. Deindè dabitur ſecundum ſignum tubæ, & reſurgent. Erit autem inter utrumque ſonum ſpatium quadraginta dierum.*

LXXIX. *Et ponetur liber, & adducentur Prophetæ, & teſtes.*] Hic liber intelligitur ab expoſitoribus eſſe ille, in quo cujuſque opera deſcripta erunt. Ponitur autem in manu uniuſcujuſque liber ſuus. Quod autem dicitur adducendos eſſe Prophetas, & teſtes: videntur nomine teſtium intelligendi eſſe Legati. Porrò vox Arabica شهداء & teſtes, & Martyres ſignificat.

REFUTATIONES.

I. QUòd toties Deus affirmet, ſe authorem eſſe Alcorani, ut hìc in principio hujus Suræ; & hoc prætereà juret per eundem Alcoranum: nimis ſuſpicioſum eſt. Ne viro quidem bono convenit fidem ſuam præſertim cum juramento in eadem re ſæpius exhibere: quanto minus Deo, qui de ſeipſo ait: *ſemel juravi in ſancto meo*, vel per *ſanctitatem meam?* Si Deo ſemel juranti non credimus; neque ſi millies juret, credemus. Nullos magis mendaces, aut perjuros experimur, quàm eos, qui aſſerta, ac juramenta ſua nimis frequenter, atque importunè ingerunt. Puerorum hoc, & muliercularum vitium eſt; quæ cùm maximè mentiuntur, maximè jurant, ſe vera proferre.

II. Incuſat eos, qui patronos præter Deum accipiunt ad hoc, ut ſeſe apud ipſum Deum adjuvent interceſſionibus ſuis. Sed jam ſuprà oſtendi, nullum eſſe errorem, quòd aliquis interceſſione Sanctorum Virorum, tamquàm patronorum apud Deum, utatur. Hoc fecerunt fideles Iſraelitæ ante Chriſtum, hoc faciunt Chriſtiani: hoc Mahumetani ipſi facere conſueverunt. In eo ſitus eſt error, quòd quis patronos malos, vel ineptos adhibeat, & in hoc Meccani revera errabant. Quòd verò deindè pronunciet, Deo interceſſionem omnem convenire: inſulsè, ne dicam blaſphemè, impièque loquitur. Deo enim repugnat pro aliquo intercedere, cùm nullum habeat ſuperiorem, quem meditatione ſua pro aliquo poſſit interpellare. Hanc Prophetæ ſui craſſitiem agnoſcens Gelal, violenta interpretatione, ut vidimus, nititur excuſare. Sed faciem Æthiopis lavat.

III. Sæpiſſimè aſſeritur in Alcorano, & præſertim hìc verſu quarto, Deum non dirigere infideles, alioſque homines malos. Quòd, quàm falſum ſit, experientia ipſa perpetuò docuit. Quoquot enim inter mortales à Deo directi ſunt, plerique anteà fuere infideles, vel mali. Mahumetus ipſe fatetur, ſe infidelem, & errantem, à Deo directum fuiſſe. Quòd ſi reſpondeant Moslemi, infideles non dirigi à Deo, dùm in infidelitate ſua obſtinatè perſeverant: frivola prorsùs, & ridicula erit reſponſio. Et nihilominùs Moslemi ipſi referunt non paucos infideles, Mahumeto infenſiſſimos, etiam dùm illum vellent occidere, à Deo mutatos, directoſque ad illius Sectam fuiſſe.

IV. Dùm affirmat Mahumetus, Deum, ſi filium habere voluiſſet, electurum ex creaturis ſuis eum, qui ſibi magis placuiſſet, apertè oſtendit inſcitiam, ſtultitiamque ſuam. Si enim putabat, Chriſtianos, dùm credebant, Deum habere filium, intelligere de filio naturali, ut revera intelligebant, quomodò poterat Deus eligere illum ex creaturis, cùm filius naturalis eſſe non poſſit, niſi ex ſubſtantia, & natura patris? Si verò de filio electivo, vel adoptivo loquebatur, quis ignorat, juſtos omnes, ac Sanctos viros dici poſſe, & eſſe filios Dei electivos? Immò, dùm Mahumetani non audent negare, Chriſtum in Euangelio ſæpiſſimè filium Dei appellari; fatentur quidem illum eſſe filium Dei, ſed electum in filium per ſpecialem gratiam, & adoptionem. Sed adeò vecors erat Mahumetus, ut crederet Deum, ſi filium naturalem habiturus eſſet, poſſe quidem illum habere, ſed nonniſi per congreſſum cum aliqua fœmina à ſe creata; ut de Jove, ſuiſque Diis fabulantur Poetæ. Ideò enim negat alibi in Alcorano Deum habere filium naturalem, quia nullam hactenùs habuit ſociam, ſeu uxorem, ex qua illum ſuſcipere potuerit.

V. Delirium Mahumeti cenſendum eſt id, quod aſſeritur, Deum demiſiſſe ad homines ex terreſtri Paradiſo octo paria pecudum: hoc enim nullum habet neque in ſcripturis, neque in hominum fide, vel traditione fundamentum. Neſcio verò, quid Zamchaſcerium moverit, ut crederet, iſta octo paria fuiſſe par Camelorum, par boum, par Ovium, & par caprarum. Jam enim non eſſent octo, ſed quatuor tantùm paria: quamvis ipſe violenter explicans verba Alcorani, velit octo paria idem ſignificare, ac octo pecudes, partim mares, partim fœminas in quatuor ſpeciebus: ita ut pro octo paribus intelligi

telligi debeant octo pecudes conjugatæ, unaquæque in ſpecie ſua, Verùm, ut ridiculam hanc Zamchaſcerii expoſitionem admitteremus: eſſet tamen nobis ab eo quærendum, cur inter has pecudes, non etiam aſinos, & equos Deus è Paradiſo demiſerit, cùm hi quoque inter الانعام comprehendantur? Hujuſmodi enim vox pecudes omnes, quæ paſcuntur, homini ſubjectas in Arabico idiomate ſignificat.

VI. Quod ſuprà non ſemel aſſeruit, hìc repetit, nimirùm, ſe eſſe primum Moslemorum. In hoc autem, ut jam vidimus, ridiculè ſibi contradicit. Non enim tantummodò Abraham, ſed omnes etiam Prophetas, imò & Apoſtolos, & qui ante ipſum in religione Chriſtiana ſancti fuerunt, Moslemos fuiſſe, tam ipſe, quàm Mahumetani contendunt. Quomodò ergo jactat nebulo, ſe fuiſſe primum Moslemorum?

VII. Si, quæ in Alcorano de Paradiſo, vel Gehenna dicuntur, figuratam loquutionem admitterent, poſſent aliquo modo tolerari. Sed omnia illa propriè, & ut ſonant, intelligenda eſſe Moslemi Orthodoxi contendunt, allegorias omnes, ac metaphoras hæreſeos in Alcorano condemnantes. Quamobrem verè in Cœlo cænacula ſupra cænacula conſtructa reperiri credendum eſt, in quibus Beati lætos dies inter pocula tranſigant. Atqui adeòne angusta ſunt ſupremi Cœli ſpatia, ut ad habitatorum commodum, cænacula ſupra cænacula conſtruenda ſint, quaſi verò nequeant omnes in paribus ædibus ſub eodem tecto commorari?

VIII. Duplici nomine, vel titulo exornat Author Alcoranum ſuum. Aſſerit primò, illum eſſe متشبها ideſt *inter ſe ſimilem*. Explicat Jahias: يشبه بعضه بعضا فى نوره وصدقه وعدله *Cujus una pars ſimilis eſt alteri in claritate, veritate, & rectitudine*. Gelal: يشبه بعضه بعضا فى النظم وغيره: *Cujus quæque pars ſimilis eſt alteri in ſtructura ſermonis, & rebus cæteris*. Eodem modo Zamchaſcerius, & alii, quos vidi. Ultrò concedi poteſt Moslemis, Alcoranum eſſe ſemper ſibi ſimilem in fabulis, nugis, mendaciis, & abſurdis. Cæterùm adeò ſibi ipſi diſſimilis, diſcors, & contrarius eſt Alcoranus, ut nihil in eo æquale, nihil conſonum, nihil ulla ex parte compaginatum liceat reperire. Res per ſe patet. Satis eſt Alcoranum ipſum legiſſe: Æquiori jure tribuitur Alcorano nomen مثانى *Iterata*, ſeu Repetita. Adeò enim omnia in eo repetuntur, refricantur, ac retruduntur, ut jam dixi, ut eadem res decies, vicies, quinquagies, ac centies in ſcenam redeat. Nonnulla exempli cauſa referam. Hiſtoriam Abrahæ novies circiter repetit. Adæ creationem cum Angelorum adoratione, & ejuſdem lapſu, ſupra ſepties. Hiſtoriam Noe, & Diluvii, ſupra duodecies. Prædicationem Lot, & incendium Sodomæ circiter decies. Totidem vicibus geſta David, & Salomonis; & legationem Hud, Themud, & Saleh. Moyſis verò, & Pharaonis hiſtoriam ſupra vicies. Paradiſi pecuinam felicitatem ſupra quinquagies. Fabuloſum Gehennæ figmentum circiter trigeſies. Judicium finale multis fabulis admixtum ſupra ſeptuagies. Nihil dico de Epithetis illis, quæ Deo tribuit, *Miſerator*, *Miſericors*: *Sciens*, *Sapiens*: *Indultor*, *Condonator*; *Super omnia Potens*: *Ultor*: *Inſpector pectorum*, & aliis hujuſmodi: his enim ad rythmi conſonantiam omnes ferè Alcorani verſiculi opportunè, importunè, ad rem, extra rem concluduntur. Nihil etiam de ſententiis quibuſdam, qualis eſt illa: *Deus dirigit, quem vult*; *& errare facit, quem vult*, quibus pleræque Alcorani paginæ reſperſæ ſunt. Reſpondebunt Mahumetani, etiam in Sacris litteris, & præſertim in libro Pſalmorum, inveniri earumdem rerum repetitionem, & ſæpè eoſdem verſus iterari, Verùm Sacræ Scripturæ continent varios libros ſcriptos à diverſis Authoribus, diverſiſque temporibus: Quamobrem non mirum, ſi in uno libro, vel Authore inveniantur aliqua ſcripta ab alio Autore; ut contingit in libris Regum, & paralipomenon: in libris primo, & ſecundo Machabæorum, & in quatuor Euangeliis. In nullo tamen libro, vel Authore ſacro invenies ineptiſſimam hanc Alcorani tautologiam. In libro Pſalmorum ſæpè repetuntur laudes Dei iiſdem, vel ſimilibus verbis: Sed hoc fit rationabiliter, & uſu ab omnibus nationibus recepto tàm Chriſtianis, quàm Mahumetanis. Adde, non omnes pſalmos cenſeri à multis eſſe ejuſdem Authoris. Quòd verò in illis idem verſus ſæpiùs repetatur, pertinet ad venuſtatem Sacræ poeſeos, & dicitur figura Intercalaris, quæ etiam à poetis antiquis græcis, & latinis magna cum laude uſurpatur. Hoc fit in Pſalmis. Job 135. Et aliis nonnullis; & etiam in quibuſdem Prophetis. Quin, & Mahumetus in Alcorano ſura. 55. *Miſerator*, & aliis, voluit ſimiam Davidi agere: utens hujuſmodi intercalatione: ſed adeò inſulsè, & ineptè, ut riſum Heraclito ipſi poſſet excitare.

IX. Quàm falsò autem, & quanto cum mendacio aſſeratur, Alcoranum non ſolùm continere omne genus ſimilitudinum, & carere omni diſtorſione, errore, & contrarietate; non eſt, quod hìc iterùm oſtendamus; cùm, & per ſe pateat, & nos ſuprà evidenter probaverimus.

X. Illud verò ſine riſu audiri non poteſt, nimirùm, poſt ſonitum primæ tubæ morituros omnes, qui ſunt in Cœlo, & in Terra, præter nonnullos, quos voluerit Deus vivos ſervare: inter quos ponit Gelal puellas nigriocu-las, & pueros Paradiſi cum neſcio quibus aliis. Jahias verò Gabrielem, Michaelem, Aſraphelem, & Angelum mortis. Hos tamen omnes ante ſonum ſecundæ tubæ morituros eſſe pronunciat. Quis, oro, ſomniavit unquam Angelos mori? Sed Mahumetus, & Mahumetani adeò pecuini ſunt ingenii, ut nullo modo intelligant, Spiritus mori non poſſe, præſertim, quia Angelos ex igne à Deo creatos eſſe credunt, & fortaſsè etiam ex anima, & corpore compoſitos eſſe opinantur. Non negamus ſanè etiam nos, Angelos de potentia Dei abſoluta deſtrui,

deſtrui, atque deficere omninò poſſe: nihil enim eſt creatum, quod Deus omnipotentia ſua ad nihilum redigere nequeat. Verùm, naturaliter loquendo, cùm Angeli ſint puri ſpiritus, nec habeant in ſe qualitates contrarias, ut homines, nullo modo mori, vel deficere poſſunt.

XI. Ex hactenùs dictis poteſt unuſquiſque etiam tenuis ingenii intelligere, Utrum Alcoranus ſit, quemadmodùm jactat Mahumetus, demiſſus à Deo: Utrum puram contineat, ac doceat religionem: Utrum ad veritatem agnoſcendam lucem mentibus infundat; & ad veram, æternamque felicitatem homines dirigat. At enim ex lectione ejus, *Sacro horrore percellebantur* (ita enim ſcribitur hìc verſu 23.) *pelles eorum, qui timebant Dominum ſuum: deindè molleſcebant pelles eorum, & corda eorum ad commemorationem Domini ſui*. Sed nugæ ſunt hæ, quæ à Mahumeto callidè confinguntur. Eſto verò aliqui è ſimplicioribus, ac rudioribus, audiendo ea, quæ de Gehenna, vel de Judicii ſupremi die, vel de Paradiſo, quantumvis ſexcentis fabulis admixta, Alcoranus habet, aliquantiſper commoverentur; non tamen hoc probat, illum eſſe librum à Deo traditum. Nam hujuſmodi myſteria ante Alcoranum in Sacris Chriſtianorum libris legebantur; Et talia ſunt, ut in quocunque Authore etiam impio, & damnato, referantur, meliùs fortaſsè, quàm in Alcorano, poſſint audientium, vel legentium animos, & pelles etiam percellere, atque ad horrorem, vel delectationem permovere. Id quotidie experientia docet, nec magnis opus eſt argumentis, ut probetur. Immò hujuſmodi artificio errorum Magiſtri ſimplicioribus ſuum virus propinant,

سورة المؤمن مكيّة خمس وثمانون آية

SURA XL.

FIDELIS.

MECCANA:

COMMATUM OCTOGINTA QUINQUE.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 حم ۞ 2 تنزيل الكتاب من الله العزيز العليم ۞ 3 غافر الذنب وقابل التوب
شديد العقاب ۞ 4 ذي الطول لا اله الا هو اليه المصير ۞ 5 ما يجادل في ايات الله الا
الذين كفروا فلا يغررك تقلبهم في البلاد ۞ 6 كذبت قبلهم قوم نوح والاحزاب من
بعدهم وهمت كل امة برسولهم لياخذوه وجادلوا بالباطل ليدحضوا به الحق فاخذتهم فكيف
كان عقاب ۞ 7 وكذلك حقت كلمة ربك على الذين كفروا انهم اصحاب النار ۞
8 الذين يحملون العرش ومن حوله يسبحون بحمد ربهم ويومنون به ويستغفرون للذين
امنوا ربنا وسعت كل شيء رحمة وعلما فاغفر للذين تابوا واتبعوا سبيلك وقهم عذاب الجحيم ۞
9 ربنا وادخلهم جنات عدن التي وعدتهم ومن صلح من ابايهم وازواجهم وذرياتهم انك انت العزيز
الحكيم ۞ 10 وقهم السيات ومن تق السيات يومئذ فقد رحمته وذلك هو الفوز العظيم ۞
11 ان الذين كفروا ينادون لمقت الله اكبر من مقتكم انفسكم اذ تدعون الى الايمان
فتكفرون ۞ 12 قالوا ربنا امتنا اثنتين واحييتنا اثنتين فاعترفنا بذنوبنا فهل الى خروج من
سبيل ۞ 13 ذلكم بانه اذا دعي الله وحده كفرتم وان يشرك به تومنوا فالحكم لله
العلي الكبير ۞ 14 هو الذي يريكم اياته وينزل لكم من السماء رزقا وما يتذكر الا
من ينيب ۞ 15 فادعوا الله مخلصين له الدين ولو كره الكافرون ۞ 16 رفيع الدرجات
ذو العرش يلقي الروح من امره على من يشاء من عباده لينذر يوم التلاق ۞ 17 يوم هم
بارزون لا يخفى على الله منهم شيء لمن الملك اليوم لله الواحد القهار ۞ 18 اليوم تجزى
كل

كُلُّ نَفْسٍ بِمَا كَسَبَتْ لَا ظُلْمَ الْيَوْمَ إِنَّ اللَّهَ سَرِيعُ الْحِسَابِ ۞ 19 وَأَنْذِرْهُمْ يَوْمَ الْآزِفَةِ إِذِ
الْقُلُوبُ لَدَى الْحَنَاجِرِ كَاظِمِينَ ۞ 20 مَا لِلظَّالِمِينَ مِنْ حَمِيمٍ وَلَا شَفِيعٍ يُطَاعُ يَعْلَمُ خَائِنَةَ الْأَعْيُنِ
وَمَا تُخْفِي الصُّدُورُ ۞ 21 وَاللَّهُ يَقْضِي بِالْحَقِّ وَالَّذِينَ يَدْعُونَ مِنْ دُونِهِ لَا يَقْضُونَ بِشَيْءٍ إِنَّ اللَّهَ
هُوَ السَّمِيعُ الْبَصِيرُ ۞ 22 أَوَلَمْ يَسِيرُوا فِي الْأَرْضِ فَيَنْظُرُوا كَيْفَ كَانَ عَاقِبَةُ الَّذِينَ كَانُوا
مِنْ قَبْلِهِمْ كَانُوا هُمْ أَشَدَّ مِنْهُمْ قُوَّةً وَآثَارًا فِي الْأَرْضِ فَأَخَذَهُمُ اللَّهُ بِذُنُوبِهِمْ وَمَا كَانَ لَهُمْ
مِنَ اللَّهِ مِنْ وَاقٍ ۞ 23 ذَلِكَ بِأَنَّهُمْ كَانَتْ تَأْتِيهِمْ رُسُلُهُمْ بِالْبَيِّنَاتِ فَكَفَرُوا فَأَخَذَهُمُ اللَّهُ
إِنَّهُ قَوِيٌّ شَدِيدُ الْعِقَابِ ۞ 24 وَلَقَدْ أَرْسَلْنَا مُوسَى بِآيَاتِنَا وَسُلْطَانٍ مُبِينٍ ۞ 25 إِلَى فِرْعَوْنَ
وَهَامَانَ وَقَارُونَ فَقَالُوا سَاحِرٌ كَذَّابٌ ۞ 26 فَلَمَّا جَاءَهُمْ بِالْحَقِّ مِنْ عِنْدِنَا قَالُوا اقْتُلُوا أَبْنَاءَ الَّذِينَ
آمَنُوا مَعَهُ وَاسْتَحْيُوا نِسَاءَهُمْ وَمَا كَيْدُ الْكَافِرِينَ إِلَّا فِي ضَلَالٍ ۞ 27 وَقَالَ فِرْعَوْنُ ذَرُونِي
أَقْتُلْ مُوسَى وَلْيَدْعُ رَبَّهُ إِنِّي أَخَافُ أَنْ يُبَدِّلَ دِينَكُمْ أَوْ أَنْ يُظْهِرَ فِي الْأَرْضِ الْفَسَادَ ۞ 28 وَقَالَ
مُوسَى إِنِّي عُذْتُ بِرَبِّي وَرَبِّكُمْ مِنْ كُلِّ مُتَكَبِّرٍ لَا يُؤْمِنُ بِيَوْمِ الْحِسَابِ ۞ 29 وَقَالَ رَجُلٌ
مُؤْمِنٌ مِنْ آلِ فِرْعَوْنَ يَكْتُمُ إِيمَانَهُ أَتَقْتُلُونَ رَجُلًا أَنْ يَقُولَ رَبِّيَ اللَّهُ وَقَدْ جَاءَكُمْ بِالْبَيِّنَاتِ مِنْ
رَبِّكُمْ وَإِنْ يَكُ كَاذِبًا فَعَلَيْهِ كَذِبُهُ وَإِنْ يَكُ صَادِقًا يُصِبْكُمْ بَعْضُ الَّذِي يَعِدُكُمْ إِنَّ اللَّهَ
لَا يَهْدِي مَنْ هُوَ مُسْرِفٌ كَذَّابٌ ۞ 30 يَا قَوْمِ لَكُمُ الْمُلْكُ الْيَوْمَ ظَاهِرِينَ فِي الْأَرْضِ
فَمَنْ يَنْصُرُنَا مِنْ بَأْسِ اللَّهِ إِنْ جَاءَنَا قَالَ فِرْعَوْنُ مَا أُرِيكُمْ إِلَّا مَا أَرَى وَمَا أَهْدِيكُمْ إِلَّا سَبِيلَ
الرَّشَادِ ۞ 31 وَقَالَ الَّذِي آمَنَ يَا قَوْمِ إِنِّي أَخَافُ عَلَيْكُمْ مِثْلَ يَوْمِ الْأَحْزَابِ ۞ 32 مِثْلَ
دَأْبِ قَوْمِ نُوحٍ وَعَادٍ وَثَمُودَ وَالَّذِينَ مِنْ بَعْدِهِمْ وَمَا اللَّهُ يُرِيدُ ظُلْمًا لِلْعِبَادِ ۞ 33 وَيَا قَوْمِ إِنِّي
أَخَافُ عَلَيْكُمْ يَوْمَ التَّنَادِ ۞ 34 يَوْمَ تُوَلُّونَ مُدْبِرِينَ مَا لَكُمْ مِنَ اللَّهِ مِنْ عَاصِمٍ وَمَنْ يُضْلِلِ اللَّهُ
فَمَا لَهُ مِنْ هَادٍ ۞ 35 وَلَقَدْ جَاءَكُمْ يُوسُفُ مِنْ قَبْلُ بِالْبَيِّنَاتِ فَمَا زِلْتُمْ فِي شَكٍّ مِمَّا
جَاءَكُمْ بِهِ حَتَّى إِذَا هَلَكَ قُلْتُمْ لَنْ يَبْعَثَ اللَّهُ مِنْ بَعْدِهِ رَسُولًا ۞ 36 كَذَلِكَ يُضِلُّ اللَّهُ
مَنْ هُوَ مُسْرِفٌ مُرْتَابٌ ۞ 37 الَّذِينَ يُجَادِلُونَ فِي آيَاتِ اللَّهِ بِغَيْرِ سُلْطَانٍ أَتَاهُمْ كَبُرَ مَقْتًا
عِنْدَ اللَّهِ وَعِنْدَ الَّذِينَ آمَنُوا كَذَلِكَ يَطْبَعُ اللَّهُ عَلَى كُلِّ قَلْبِ مُتَكَبِّرٍ جَبَّارٍ ۞ 38 وَقَالَ
فِرْعَوْنُ يَا هَامَانُ ابْنِ لِي صَرْحًا لَعَلِّي أَبْلُغُ الْأَسْبَابَ أَسْبَابَ السَّمَاوَاتِ فَأَطَّلِعَ إِلَى إِلَهِ مُوسَى وَإِنِّي
لَأَظُنُّهُ كَاذِبًا وَكَذَلِكَ زُيِّنَ لِفِرْعَوْنَ سُوءُ عَمَلِهِ وَصُدَّ عَنِ السَّبِيلِ وَمَا كَيْدُ فِرْعَوْنَ إِلَّا فِي
تَبَابٍ ۞ 39 وَقَالَ الَّذِي آمَنَ يَا قَوْمِ اتَّبِعُونِ أَهْدِكُمْ سَبِيلَ الرَّشَادِ ۞ 40 يَا قَوْمِ إِنَّمَا
هَذِهِ الْحَيَاةُ الدُّنْيَا مَتَاعٌ وَإِنَّ الْآخِرَةَ هِيَ دَارُ الْقَرَارِ ۞ 41 مَنْ عَمِلَ سَيِّئَةً فَلَا يُجْزَى إِلَّا مِثْلَهَا
وَمَنْ عَمِلَ صَالِحًا مِنْ ذَكَرٍ أَوْ أُنْثَى وَهُوَ مُؤْمِنٌ فَأُولَئِكَ يَدْخُلُونَ الْجَنَّةَ يُرْزَقُونَ فِيهَا بِغَيْرِ
حِسَابٍ ۞ 42 وَيَا قَوْمِ مَا لِي أَدْعُوكُمْ إِلَى النَّجَاةِ وَتَدْعُونَنِي إِلَى النَّارِ ۞ 43 تَدْعُونَنِي لِأَكْفُرَ
بِاللَّهِ

بِٱللَّهِ وَأُشْرِكَ بِهِۦ مَا لَيْسَ لِي بِهِۦ عِلْمٌ وَأَنَا أَدْعُوكُمْ إِلَى ٱلْعَزِيزِ ٱلْغَفَّارِ ۞ 44 لَا جَرَمَ أَنَّمَا
تَدْعُونَنِي إِلَيْهِ لَيْسَ لَهُۥ دَعْوَةٌ فِي ٱلدُّنْيَا وَلَا فِي ٱلْآخِرَةِ وَأَنَّ مَرَدَّنَا إِلَى ٱللَّهِ وَأَنَّ ٱلْمُسْرِفِينَ هُمْ
أَصْحَابُ ٱلنَّارِ ۞ 45 فَسَتَذْكُرُونَ مَا أَقُولُ لَكُمْ وَأُفَوِّضُ أَمْرِي إِلَى ٱللَّهِ إِنَّ ٱللَّهَ بَصِيرٌ بِٱلْعِبَادِ ۞
46 فَوَقَىٰهُ ٱللَّهُ سَيِّئَاتِ مَا مَكَرُوا۟ وَحَاقَ بِـَٔالِ فِرْعَوْنَ سُوٓءُ ٱلْعَذَابِ ۞ 47 ٱلنَّارُ يُعْرَضُونَ عَلَيْهَا غُدُوًّا
وَعَشِيًّا وَيَوْمَ تَقُومُ ٱلسَّاعَةُ أَدْخِلُوٓا۟ ءَالَ فِرْعَوْنَ أَشَدَّ ٱلْعَذَابِ ۞ 48 وَإِذْ يَتَحَآجُّونَ فِي ٱلنَّارِ فَيَقُولُ
ٱلضُّعَفَٰٓؤُا۟ لِلَّذِينَ ٱسْتَكْبَرُوٓا۟ إِنَّا كُنَّا لَكُمْ تَبَعًا فَهَلْ أَنتُم مُّغْنُونَ عَنَّا نَصِيبًا مِّنَ ٱلنَّارِ ۞ 49 قَالَ
ٱلَّذِينَ ٱسْتَكْبَرُوٓا۟ إِنَّا كُلٌّ فِيهَآ إِنَّ ٱللَّهَ قَدْ حَكَمَ بَيْنَ ٱلْعِبَادِ ۞ 50 وَقَالَ ٱلَّذِينَ فِي ٱلنَّارِ
لِخَزَنَةِ جَهَنَّمَ ٱدْعُوا۟ رَبَّكُمْ يُخَفِّفْ عَنَّا يَوْمًا مِّنَ ٱلْعَذَابِ ۞ 51 قَالُوٓا۟ أَوَلَمْ تَكُ تَأْتِيكُمْ رُسُلُكُم
بِٱلْبَيِّنَٰتِ ۞ 52 قَالُوا۟ بَلَىٰ قَالُوا۟ فَٱدْعُوا۟ وَمَا دُعَٰٓؤُا۟ ٱلْكَٰفِرِينَ إِلَّا فِى ضَلَٰلٍ ۞ 53 إِنَّا لَنَنصُرُ
رُسُلَنَا وَٱلَّذِينَ ءَامَنُوا۟ فِي ٱلْحَيَوٰةِ ٱلدُّنْيَا وَيَوْمَ يَقُومُ ٱلْأَشْهَٰدُ ۞ 54 يَوْمَ لَا يَنفَعُ ٱلظَّٰلِمِينَ مَعْذِرَتُهُمْ
وَلَهُمُ ٱللَّعْنَةُ وَلَهُمْ سُوٓءُ ٱلدَّارِ ۞ 55 وَلَقَدْ ءَاتَيْنَا مُوسَى ٱلْهُدَىٰ وَأَوْرَثْنَا بَنِىٓ إِسْرَٰٓءِيلَ ٱلْكِتَٰبَ
هُدًى وَذِكْرَىٰ لِأُو۟لِى ٱلْأَلْبَٰبِ ۞ 56 فَٱصْبِرْ إِنَّ وَعْدَ ٱللَّهِ حَقٌّ وَٱسْتَغْفِرْ لِذَنۢبِكَ وَسَبِّحْ بِحَمْدِ
رَبِّكَ بِٱلْعَشِىِّ وَٱلْإِبْكَٰرِ ۞ 57 إِنَّ ٱلَّذِينَ يُجَٰدِلُونَ فِىٓ ءَايَٰتِ ٱللَّهِ بِغَيْرِ سُلْطَٰنٍ أَتَىٰهُمْ إِن فِى
صُدُورِهِمْ إِلَّا كِبْرٌ مَّا هُم بِبَٰلِغِيهِ فَٱسْتَعِذْ بِٱللَّهِ إِنَّهُۥ هُوَ ٱلسَّمِيعُ ٱلْبَصِيرُ ۞ 58 لَخَلْقُ ٱلسَّمَٰوَٰتِ
وَٱلْأَرْضِ أَكْبَرُ مِنْ خَلْقِ ٱلنَّاسِ وَلَٰكِنَّ أَكْثَرَ ٱلنَّاسِ لَا يَعْلَمُونَ ۞ 59 وَمَا يَسْتَوِي ٱلْأَعْمَىٰ
وَٱلْبَصِيرُ وَٱلَّذِينَ ءَامَنُوا۟ وَعَمِلُوا۟ ٱلصَّٰلِحَٰتِ وَلَا ٱلْمُسِىٓءُ قَلِيلًا مَّا تَتَذَكَّرُونَ ۞ 60 إِنَّ ٱلسَّاعَةَ لَءَاتِيَةٌ
لَّا رَيْبَ فِيهَا وَلَٰكِنَّ أَكْثَرَ ٱلنَّاسِ لَا يُؤْمِنُونَ ۞ 62 وَقَالَ رَبُّكُمُ ٱدْعُونِىٓ أَسْتَجِبْ لَكُمْ إِنَّ
ٱلَّذِينَ يَسْتَكْبِرُونَ عَنْ عِبَادَتِى سَيَدْخُلُونَ جَهَنَّمَ دَاخِرِينَ ۞ 63 ٱللَّهُ ٱلَّذِى جَعَلَ لَكُمُ
ٱلَّيْلَ لِتَسْكُنُوا۟ فِيهِ وَٱلنَّهَارَ مُبْصِرًا إِنَّ ٱللَّهَ لَذُو فَضْلٍ عَلَى ٱلنَّاسِ وَلَٰكِنَّ أَكْثَرَ ٱلنَّاسِ لَا
يَشْكُرُونَ ۞ 64 ذَٰلِكُمُ ٱللَّهُ رَبُّكُمْ خَٰلِقُ كُلِّ شَىْءٍ لَّآ إِلَٰهَ إِلَّا هُوَ فَأَنَّىٰ تُؤْفَكُونَ كَذَٰلِكَ
يُؤْفَكُ ٱلَّذِينَ كَانُوا۟ بِـَٔايَٰتِ ٱللَّهِ يَجْحَدُونَ ۞ 65 ٱللَّهُ ٱلَّذِى جَعَلَ لَكُمُ ٱلْأَرْضَ قَرَارًا
وَٱلسَّمَآءَ بِنَآءً وَصَوَّرَكُمْ فَأَحْسَنَ صُوَرَكُمْ وَرَزَقَكُم مِّنَ ٱلطَّيِّبَٰتِ ذَٰلِكُمُ ٱللَّهُ رَبُّكُمْ فَتَبَارَكَ ٱللَّهُ
رَبُّ ٱلْعَٰلَمِينَ ۞ 66 هُوَ ٱلْحَىُّ لَآ إِلَٰهَ إِلَّا هُوَ فَٱدْعُوهُ مُخْلِصِينَ لَهُ ٱلدِّينَ ۞ 67 ٱلْحَمْدُ لِلَّهِ
رَبِّ ٱلْعَٰلَمِينَ ۞ 68 قُلْ إِنِّى نُهِيتُ أَنْ أَعْبُدَ ٱلَّذِينَ تَدْعُونَ مِن دُونِ ٱللَّهِ لَمَّا جَآءَنِىَ ٱلْبَيِّنَٰتُ
مِن رَّبِّى وَأُمِرْتُ أَنْ أُسْلِمَ لِرَبِّ ٱلْعَٰلَمِينَ ۞ 69 هُوَ ٱلَّذِى خَلَقَكُم مِّن تُرَابٍ ثُمَّ مِن نُّطْفَةٍ
ثُمَّ مِنْ عَلَقَةٍ ثُمَّ يُخْرِجُكُمْ طِفْلًا ثُمَّ لِتَبْلُغُوٓا۟ أَشُدَّكُمْ ثُمَّ لِتَكُونُوا۟ شُيُوخًا وَمِنكُم مَّن يُتَوَفَّىٰ
مِن قَبْلُ وَلِتَبْلُغُوٓا۟ أَجَلًا مُّسَمًّى وَلَعَلَّكُمْ تَعْقِلُونَ ۞ 70 هُوَ ٱلَّذِى يُحْىِۦ وَيُمِيتُ فَإِذَا
قَضَىٰٓ أَمْرًا فَإِنَّمَا يَقُولُ لَهُۥ كُن فَيَكُونُ ۞ 71 أَلَمْ تَرَ إِلَى ٱلَّذِينَ يُجَٰدِلُونَ فِىٓ ءَايَٰتِ ٱللَّهِ

أَنَّى يُصْرَفُونَ ﴿ 72 ٱلَّذِينَ كَذَّبُوا بِٱلْكِتَٰبِ وَبِمَآ أَرْسَلْنَا بِهِۦ رُسُلَنَا فَسَوْفَ يَعْلَمُونَ ﴿ 73 إِذِ
ٱلْأَغْلَٰلُ فِىٓ أَعْنَاقِهِمْ وَٱلسَّلَٰسِلُ يُسْحَبُونَ ﴿ 74 فِى ٱلْحَمِيمِ ثُمَّ فِى ٱلنَّارِ يُسْجَرُونَ ﴿ 75 ثُمَّ
قِيلَ لَهُمْ أَيْنَمَا كُنتُمْ تُشْرِكُونَ ﴿ 76 مِن دُونِ ٱللَّهِ قَالُوا۟ ضَلُّوا۟ عَنَّا بَل لَّمْ نَكُن نَّدْعُوا۟ مِن قَبْلُ
شَيْـًٔا كَذَٰلِكَ يُضِلُّ ٱللَّهُ ٱلْكَٰفِرِينَ ﴿ 77 ذَٰلِكُم بِمَا كُنتُمْ تَفْرَحُونَ فِى ٱلْأَرْضِ بِغَيْرِ ٱلْحَقِّ
وَبِمَا كُنتُمْ تَمْرَحُونَ ﴿ 78 ٱدْخُلُوٓا۟ أَبْوَٰبَ جَهَنَّمَ خَٰلِدِينَ فِيهَا فَبِئْسَ مَثْوَى ٱلْمُتَكَبِّرِينَ ﴿
78 فَٱصْبِرْ إِنَّ وَعْدَ ٱللَّهِ حَقٌّ فَإِمَّا نُرِيَنَّكَ بَعْضَ ٱلَّذِى نَعِدُهُمْ أَوْ نَتَوَفَّيَنَّكَ فَإِلَيْنَا يُرْجَعُونَ ﴿
79 وَلَقَدْ أَرْسَلْنَا رُسُلًا مِّن قَبْلِكَ مِنْهُم مَّن قَصَصْنَا عَلَيْكَ وَمِنْهُم مَّن لَّمْ نَقْصُصْ عَلَيْكَ وَمَا كَانَ
لِرَسُولٍ أَن يَأْتِىَ بِـَٔايَةٍ إِلَّا بِإِذْنِ ٱللَّهِ فَإِذَا جَآءَ أَمْرُ ٱللَّهِ قُضِىَ بِٱلْحَقِّ وَخَسِرَ هُنَالِكَ ٱلْمُبْطِلُونَ ﴿
80 ٱللَّهُ ٱلَّذِى جَعَلَ لَكُمُ ٱلْأَنْعَٰمَ لِتَرْكَبُوا۟ مِنْهَا وَمِنْهَا تَأْكُلُونَ ﴿ 81 وَلَكُمْ فِيهَا مَنَٰفِعُ
وَلِتَبْلُغُوا۟ عَلَيْهَا حَاجَةً فِى صُدُورِكُمْ وَعَلَيْهَا وَعَلَى ٱلْفُلْكِ تُحْمَلُونَ ﴿ 82 وَيُرِيكُمْ ءَايَٰتِهِۦ فَأَىَّ ءَايَٰتِ
ٱللَّهِ تُنكِرُونَ ﴿ 83 أَفَلَمْ يَسِيرُوا۟ فِى ٱلْأَرْضِ فَيَنظُرُوا۟ كَيْفَ كَانَ عَٰقِبَةُ ٱلَّذِينَ مِن
قَبْلِهِمْ كَانُوٓا۟ أَكْثَرَ مِنْهُمْ وَأَشَدَّ قُوَّةً وَءَاثَارًا فِى ٱلْأَرْضِ فَمَآ أَغْنَىٰ عَنْهُم مَّا كَانُوا۟ يَكْسِبُونَ ﴿
84 فَلَمَّا جَآءَتْهُمْ رُسُلُهُم بِٱلْبَيِّنَٰتِ فَرِحُوا۟ بِمَا عِندَهُم مِّنَ ٱلْعِلْمِ وَحَاقَ بِهِم مَّا كَانُوا۟ بِهِۦ يَسْتَهْزِءُونَ ﴿
85 فَلَمَّا رَأَوْا۟ بَأْسَنَا قَالُوٓا۟ ءَامَنَّا بِٱللَّهِ وَحْدَهُۥ وَكَفَرْنَا بِمَا كُنَّا بِهِۦ مُشْرِكِينَ ﴿ 86 فَلَمْ يَكُ
يَنفَعُهُمْ إِيمَٰنُهُمْ لَمَّا رَأَوْا۟ بَأْسَنَا سُنَّتَ ٱللَّهِ ٱلَّتِى قَدْ خَلَتْ فِى عِبَادِهِۦ وَخَسِرَ هُنَالِكَ ٱلْكَٰفِرُونَ ﴿

In Nomine Dei Miſeratois, Miſericordis.

1. HM. 2. Demiſſio Libri *hujus eſt* à Deo Præpotente, Sciente. 3. Condonante delictum, & acceptante pœnitentiam, vehementi in puniendo. 4. Habente longitudinem (*ideſt amplitudinem beneficentiæ.*) Non *eſt* Deus, niſi ipſe: ad eum *erit* reditus *in die Judicii*. 5. Non diſceptant de ſignis Dei (*ideſt de Alcorano*) niſi, qui ſunt infideles: Atqui, ne deſpiciat te revolutio eorum per Regionem (*ideſt, quòd diſcurrant per Emporia cum proſpera negotiatione*). 6. Mendacii arguerunt *Legatos ſuos* ante hos populus Noe, & Sectæ, *quæ fuerunt* poſt eos, & animo agitavit quælibet gens contra Legatum ſuum, ut tollerent eum *è medio*, & diſceptaverunt cum vanitate, ut exploderent cum ea veritatem. Quamobrem ſuſtuli eos *è medio*, & cujuſmodi fuit punitio mea? 7. Atque ita juſtè convenit verbum (*ideſt prædeſtinatio ad Gehennam*) Domini tui ſuper eos, qui fuerunt increduli: quippe ipſi *facti ſunt* habitatores Ignis. 8. Qui portant Thronum, & qui *ſunt* circa eum, concinunt laudem Domini ſui, & credunt in eum, & veniam precantur pro iis, qui crediderunt, *dicentes*: Domine noſter complecteris omnem rem miſericordia, & ſcientia: ignoſce ergo illis, qui converſi ſunt, & ſectati ſunt ſemitam tuam, & libera eos à pœna inferni. 9. Domine noſter, etiam introduc eos in hortos Eden, quos promiſiſti eis, & ei, qui rectè egerit ex patribus eorum, & conjugibus eorum, & prolibus eorum: Quippe tu es Præpotens, Sapiens. 10. Et libera eos à malis: Nam, quem liberaveris à malis die illa, jam porrò miſertus eris ejus, & hæc erit Salus magna. 11. Porrò, qui infideles fuerint, inclamabitur eis: Profectò odium Dei *contra vos*, gravius eſt, quàm odium veſtrum contra vos ipſos; cùm vocabamini ad fidem, & credere noluiſtis. 12.

Reſpon-

Reſpondebunt: Domine noſter, mori feciſti nos bis; & vivificaſti nos bis, & confeſſi ſumus delicta noſtra. An ergo ad exitum *ab hoc igne erit* ulla ſemita? 13. Hoc *evenit* vobis, quia, cùm prædicaretur *vobis* Deus unus, incredduli fuiſtis. Quòd ſi aſſociatum fuiſſet in eo *(ideſt plures dii prædicati fuiſſent vobis)* credidiſſetis. Itaque judicium *eſt nunc contra vos* Deo excelſo, Magno. 14. Ipſe *eſt*, qui oſtendit vobis ſigna ſua, & demittit vobis è Cœlo alimoniam: Sed non commonefiet, niſi qui converſus fuerit. 15. Invocate ergo Deum, puram exhibentes illi religionem, quamtumvis ægrè ferant infideles 16. Excelſus gradibus *a* reſidens in Throno, mittit ſpiritum *(ideſt revelationem)* per imperium ſuum, ſuper quem voluerit de ſervis ſuis, ut prædicet diem Occurſus *(ideſt Judicii)*. 17. Diem, *in qua* ipſi certatim properantes *erunt exeuntes è ſepulchris*. Non abſcondetur Deo ex illis quidquam. Cujus *eſt* Regnum hodie? Dei unius Dominatoris. 18. Hodie retribuetur omni animæ id, quod lucrata fuerit. Non *fiet ulli* injuſtitia hodie. Porrò Deus velox *erit in* computando *opera hominum*. 19. Et comminare illis diem Appropinquantis *(ideſt ſupremi Judicii)* cum corda *ſubſilientia* uſque ad guttura oppreſſura ſunt *homines*. 20. Non *erit* iniquis ullus carus amicus, neque interceſſor, qui exaudiatur. Sciet *Deus* fraudolentiam oculorum, & quid celaverint pectora. 21. Et Deus judicabit cum veritate: illi verò, quos *homines* invocant præter eum, non judicabunt quidquam: quippe Deus *eſt* Auditor, inſpector. 22. An non ambulaverunt per terram, & viderunt, cujuſmodi fuerit finis eorum, qui fuerunt ante ipſos? Erant illi valentiores, quàm hi robore, & veſtigiis *(ideſt monimentis, & ædificiis)* in terra: ſuſtulit tamen eos Deus in peccatis eorum, & non fuit illis à Deo ullus eripiens *(ideſt ullus, qui eriperet eos à Deo)*. 23. Hoc *evenit illis*, quia venerant ad eos Legati eorum cum evidentibus argumentis, & increduli fuerant: ſuſtulit itaque eos Deus: quippe *eſt* Fortis, Validus in puniendo. 24. Et jam quidem miſimus Moyſen cum ſignis noſtris, & poteſtate manifeſta. 25. Ad Pharaonem, & Haman, & Chore, & dixerunt: *Hic eſt* magus, mentitor. 26. Cùm autem veniſſet ad eos cum veritate de apud nos, dixerunt: Occidite filios eorum, qui crediderunt cum eo, & vivas reſervate mulieres eorum. Sed non *fuit* aſtus infidelium, niſi in errore *(ideſt inanis, & caſſus)*. 27. Et dixit Pharao: Sinite me, occidam Moyſen: invocet porrò Dominum ſuum. Certè ego timeo, ne immutet religionem veſtram; vel ne apparere faciat in terra corruptionem *(ideſt, ne devaſtet terram cædibus, & rapinis)*. 28. Dixit autem Moyſes *genti ſuæ*: Certè ego confugio ad Dominum meum, & Dominum veſtrum, *ut liberet me* ab omni arrogante, *qui* non credit in diem Rationis. 29. Et dixit vir *quidam* fidelis de familia Pharaonis, *qui* occultabat fidem ſuam: An occidetis virum, eo quòd dicat: Dominus meus *eſt* Deus? Et jam veni ad vos cum argumentis evidentibus à Domino veſtro. Quòd ſi fuerit mendax, ſuper ipſum *erit* mendacium ejus. Si autem fuerat verax, incidet vobis aliquid eorum, quæ comminatur vobis. Porrò Deus non diriget eum, qui fuerit prævaricator, mentitor. 30. O populo meus, vobis *eſt* Regnum hodie conſpicuis in terra. Quis verò defenſabit nos à flagello Dei, ſi venerit ad nos? Dixit Pharao: Non oſtendo vobis, niſi, quod video, *eſſe juſtum*: neque dirigo vos, niſi in ſemitam rectæ inſtitutionis. 31. Dixit autem ille, qui crediderat: O populo meus, certè ego timeo ſuper vos ſimilitudinem diei Sectarum *(ideſt pœnam inflictam à Deo ſectis infidelibus)*. 32. Similitudinem ſtatus gentis Noæ, & Adæorum, & Themudæorum, & eorum, qui fuerunt poſt eos: neque Deus vult oppreſſionem ſervorum *(ideſt, ut injuſtè tractentur homines)*. 33. Et ò populo meus, certè ego timeo ſuper vos diem mutuæ alloquutionis *(ideſt ſupremi judicii)*. 34. Diem, in qua repellemini terga verſi *in Gehennam*: non *erit* vobis à Deo *(i. ab ira ejus)* ullus defenſor. Quem autem errare fecerit Deus, non *erit* illi ullus director. 35. Et jam quidem venit ad vos Joſeph anteà cum evidentibus argumentis: ſed non deſtitiſtis à dubitando de eo, cum quo venit ad vos *(ideſt de prædicatione ejus)* donec, poſtquam periit, dixiſtis: Nunquam mittet Deus poſt eum, *alium* Legatum. 36. Ita errare facit

Deus

a poſſeſſor Throni.

Deus eum, qui eſt prævaricator, dubitator *de veritate*. 37. Qui diſceptant de ſignis Dei, ſine authoritate, *quæ a* data ſit eis, grave erit odio *(ideſt odioſiſſimum erit hoc)* apud Deum, & apud eos, qui crediderunt. Ita ſigillum imprimit Deus ſuper omne cor arrogantis, ſuperbi. 38. Et dixit Pharao: O Haman, ædifica mihi turrim excelſam, ut ego perveniam ad vias, vias Cœlorum, & ſuperior aſpiciam Deum Moyſi: etiamſi ego ſanè exiſtimem eum mendacem, *dum deblaterat alium Deum præter me*. Et ita adornatum fuit Pharaoni malum operis ſui, & averſus eſt à ſemita *recta*: neque *fuit* aſtus Pharaonis, niſi in perditionem *ipſius*. 39. Et dixit ille, qui crediderat: O populе meus, ſequimini me, dirigam vos per ſemitam rectæ inſtitutionis. 40. O populе meus, profecto hæc vita mundana *eſt* *b* res ad uſum, & quidem altera vita eſt palatium permanentię. 41. Qui operatus fuerit malum, non remunerabitur, niſi juxta illud. Qui autem operatus fuerit bonum, ſive maſculus, ſive fœmina, & is *fuerit* fidelis; hujuſmodi profectò ingredientur Paradiſum: alentur in illo ſine ſupputatione *(ideſt copioſiſſimè)*. 42. Et, ò populе, quid mihi, *quod* advoco vos ad ſalutem, & *vos* advocatis me ad Ignem? 43. Invitatis me, ut abnegem Deum *unum*, & aſſociem in eo id, de quo non eſt mihi ſcientia: ego verò invito vos ad Præpotentem, Condonatorem. 44. Non eſt dubium, quòd illud, ad quod me invitatis, non ſit illi precatio *(ideſt exaudio precationis)* in *hoc* mundo, neque in altera vita, & quòd reditus noſter *futurus ſit* ad Deum, & quòd prævaricatores ipſi futuri ſint habitatores Ignis. 45. Porrò reminiſcemini, *quandò puniemini* id, quod dico vobis. Sed committo negotium meum Deo: nam Deus *eſt* intuens in ſervos. 46. Eripuit igitur eum Deus à malis illius, quod dolosè machinati fuerant, & circumdedit familiam Pharaonis malum pœnæ. 47. Ignis ante quem præſentantur *aducendi* manè, & veſperè. Et die, qua ſtabit hora *(ideſt die Judicii)* *dicetur illis*: Ingredimini familia Pharaonis in terribiliſſimum ſupplicii *(ideſt in Gehennam)*. 48. Et *memento*, cùm *infideles* ſimul colloquentur in Igne, & dicent imbecilles iis, qui ſeſe tumidè efferebant *(ideſt homines vulgares ſeducti magiſtris ſuis, qui eos ſeduxerunt)*, Nos certè fuimus vobis aſſeclæ: An ergo vos prohibituri eſtis à nobis *aliquam* partem ex Igne? 49. Reſpondebunt, qui ſeſe tumidè extulerunt: Nos certè omnes *ſumus* in eo: quippe Deus jam judicavit inter ſervos. 50. Et dicent, qui *erunt* in igne Cuſtodibus Gehennæ: Precamini Dominum veſtrum, *ut* alleviet à nobis *unum* diem ex pœna. 51. Reſpondebunt *Cuſtodes*: An verò non venerunt ad vos Legati veſtri cum claris argumentis? 52. Reſpondebunt *illi*: Utique. Dicent *eis Cuſtodes*: Precamini ergo *vos per vos ipſos*. Sed non *erit* precatio infidelium, niſi in errore *(ideſt inanis)*. 53. Nos certè adjuvabimus ſanè Legatos noſtros, & eos, qui crediderunt, in vita mundana; & in die, *qua* ſtabunt teſtes *(ideſt die Reſurrectionis)*. 54. Die, *qua* non proderit iniquis excuſatio illorum, & ipſis *erit* maledictio, & ipſis *erit* malum Domus *(ideſt pœna Gehennæ)*. 55. Et jam quidem dedimus Moyſi Directionem, & hæreditare fecimus filios Iſrael Librum *Pentateuchi*. 56. *Ad* Directionem, & commonitionem præditorum cordibus. 57. Patienter igitur ſuſtine, nam promiſſio Dei eſt vera, & veniam precare pro peccato tuo, & celebra laudem Domini tui veſpere, & mane. 58. Profectò, qui diſputant de ſignis Dei *(ideſt de Alcorano)* ſine authoritate, *quæ* venerit eis, *c* non *eſt* in pectoribus eorum, niſi ſuperbia. Non ipſi pervenient ad hoc. Confugito ergo ad Deum: quippe ipſe *eſt* Auditor, Inſpector. 59. Certè creatio Cœlorum. & terræ major *eſt*, quàm creatio hominum. Veruntamen plerique hominum *hoc* neſciunt. 60. Et non adæquabitur cæcus, ac videns, & qui crediderint, & fecerint recta *d*, neque male agens *(ideſt, & qui male operatus fuerit)*. Quàm pauci *ſunt, qui hæc* mente revolvant! 61. Certè Hora ſanè ventura *eſt*: non *eſt* dubitandum de ea. Sed plerique hominum non credunt. 62. Et dixit Dominus veſter: Invocate me: exaudiam vos. Porrò, qui ſuperbè dedignantur ſervitutem meam: ingredientur Gehennam vilificati. 63. Deus *eſt*, qui poſuit vobis noctem, ut quieſceretis in ea, & diem *e* facientem videre, *quid acturi ſitis*: porrò Deus *eſt* ſanè præditus liberalitate erga homines: Sed plerique hominum non agunt gratias. 64. Hic *eſt* Deus Dominus

a venerit ad eos.

b utenſile.

c Si.

d Et.

e conſpicuę.

veſter; Creator omnis rei: non *eſt* Deus præter eum: quomodò ergo avertimini *ab eo?* ita avertuntur, qui ſigna Dei inficiantur. 65. Deus *eſt*, qui poſuit vobis terram ad *a* quieſcendum (*ideſt in pavimentum*) & Cœlum in ædificium (*ideſt in tectum*) & formavit vos, & pulchras fecit formas veſtras; & *b* aluit vos ex rebus bonis. Iſte *eſt* Deus Dominus veſter. Benedictus ſit ergo Deus Dominus *c* ſæculorum. 66. Ipſe eſt Vivens: non *eſt* Deus, niſi ipſe. Invocate ergo eum, puram exhibentes illi religionem. 67. Laus Deo Domino *d* ſæculorum. 68. Dic: Ego ſanè prohibitus ſum, ne colam, quos invocatis præter Deum, poſtquàm venerunt ad me evidentia argumenta *Divinæ unitatis* à Domino meo, & præceptum eſt mihi, ut tradam me Domino *e* ſæculorum. 69. Ipſe *eſt*, qui creavit vos ex pulvere: deinde ex ſpermate: deindè ex ſanguine coagulato: deindè eduxit vos infantes. Poſteà *dedit vobis*, ut perveniretis ad firmam ætatem veſtram: poſteà, ut eſſetis ſenes. Sed ex vobis aliquis defungitur anteà, & ut perveniretis ad metam conſtitutam (*ideſt ad mortem*). Et *hoc fecit*, ut vos intelligatis *ejus unitatem*. 70. Ipſe *eſt*, qui vivificat, & mortificat. Et, cùm decreverit *facere* rem *aliquam*: profectò dicet ei: Eſto, & erit. 71. An non reſpexiſti ad eos, qui diſceptant de ſignis Dei (*ideſt de Alcorano*) quomodò avertuntur *à fide*? 72. Qui mendacii inſimulaverunt Librum *Alcorani*, & id, cum quo miſimus Legatos noſtros: mox ſcient, *qua pœna puniendi ſint*. 73. Cùm *injecta fuerint* vincula in colla eorum, & catenæ, *quibus* trahentur in Tartarum. 74. Deindè in igne incendentur. 75. Deindè dicetur illis: Ubi *ſunt*, quos aſſociabatis præter Deum? reſpondebunt: Abſconderunt ſe à nobis. Verùm non invocavimus anteà quidquam. Ita errare facit Deus infideles. 76. Hoc *evenit vobis* ob id, de quo lætabamini in terra ſine veritate, & ob id, de quo exultabatis. 77. Ingredimini portas Gehennæ, perennaturi in ea. Miſerum verò erit receptaculum protervorum. 78. Patienter itaque ſuſtine, nam promiſſio Dei eſt vera. Porrò ſive fecerimus te videre partem illius, quod comminamur illis: ſive fato fungi te fecerimus *anteà*: *nihilominùs* ad nos *univerſi* reducentur. 79. Et jam quidem miſimus Legatos ante te: ex his aliquos narravimus tibi, & ex his *aliquos* non narravimus tibi. Et non fuit Legati *ullius*, ut veniret cum *aliquo* ſigno, niſi per nutum Dei. Cùm ergo venerit imperium Dei (*ideſt flagellum ab eo comminatum*) decidetur *lis inter Legatos, & infideles*, cum veritate, & peribunt ibi, vanitatis arguentes *ſigna Dei*. 80. Deus *eſt*, qui dedit vobis pecudes, ut conſcendatis *ad iter habendum*, *quaſdam* ex ipſis, & ex ipſis *quaſdam* comedatis. 81. Et *ſunt* vobis in illis utilitates *aliæ*, & ut perveniatis *advecti* ſuper eas ad opus neceſſarium, *deſtinatum* in pectoribus veſtris, & ſuper eas, & ſuper naves vehimini. 82. Et oſtendit vobis ſigna ſua: quodnam ergo ſignorum Dei inficiabimini? 83. An ergo non perambulaverunt in terra, & inſpexerunt, cùjuſmodi fuerit exitus eorum, qui *fuerunt* ante ipſos? Erant *hi* plures ipſis, & valentiores robore, & monimentis *ædificiorum* in terra. At non profuit eis id, quod ſibi comparaverant. 84. Cùm ergo veniſſent ad eos legati eorum cum evidentibus argumentis, lætati ſunt ob id, quod *erat* penes eoſdem *legatos*, de ſcientia (*ideſt irriſerunt eam*). Sed comprehendit eos id, quod irridebant (*ideſt pœna à Deo comminata*). 85. Poſtquàm verò experti ſunt flagellum noſtrum, dixerunt: Credimus in Deum unum, & abnegamus id, quod fuimus cum eo aſſociantes. 86. Sed non profuit illis fides ſua, poſtquàm ſenſerunt flagellum noſtrum. Statutum Dei, quod jam præceſſit in ſervis ſuis, & perierunt illic infideles.

a firmiter ſtandum.
b dedit vobis in alimentum.
c Mūdorum.
d Mundorū.
e Mundorū.

NOTÆ.

NOTÆ.

SOrtita est hæc Sura titulum *Fidelis*, à viro quodam fideli, qui Moysi crediderat, eratque è familia Pharaonis, immò juxtà nonnullos, patruelis ipsius Pharaonis: & de eo agitur à versu 29. & deinceps. Inscribitur à quibusdam سورة الغافر *Sura Condonans*, quæ est prima dictio versus tertii. Ab aliis verò سورة الطول *Sura Longitudo*: quæ vox legitur in quarto versu. Tribuuntur illi quinque supra octoginta versiculi. Quidam tamen pauciores enumerant, sed mihi unus abundat.

Jahias facit مكية كلها Meccanam totam. Gelal excipit duos versus, nempè trigesimum septimum, & quinquagesimum octavum, quorum uterque incipit: *Qui disceptant de signis Dei*. Præmium legentis hanc Suram, erit, quòd لم يبق روح نبي ولا صديق ولا شهيد ولا مؤمن الا صلى عليه واستغفر له: *Non remanebit anima ullius Prophetæ, neque justi, neque martyris, neque fidelis, quin oret pro eo, & veniam precetur pro eo.*

XII. *Mori fecisti nos bis.*] Explicat Gelal: لانهم كانوا نطفا اموات فاحيوا ثم اميتوا ثم احيوا للبعث: *quia ipsi fuerunt mortui in spermate; deindè vivificati sunt: tùm secundò verè mortui; ad vitam revocati sunt in Resurrectione.* Ænigma prorsus siculneum: cùm nullo modo dici possit homo mortuus in spermate, in quo vita nulla præcessit, nisi virtualis tantùm, quæ tamen non defecit, sed perfecta est per actualem.

XVI. *Diem Occursus.*] Videtur Mahumetus alludere ad verba S. Pauli à Christianis audita: Ephes. 4. *donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis, plenitudinis Christi.* Et Philipp. 3. *Si quomodò occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis.* Et 1. Thessalon. 4. *Simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera.* Cur autem dies Resurrectionis appelletur Dies Occursus, Arabicè يوم التلاقي ratiónem reddit Gelal: لتلاقي اهل السماء والارض والعابد والمعبود والظالم والمظلوم فيه: *Quia in eo occurrent sibi mutuò Cælicolæ, & Terrigenæ: Servus, & Dominus* (seu Colens, & Cultus: nimirùm Idololatra, & Dæmon ab eo adoratus) *Opprimens injustè, & oppressus.*

XXXIII. *Diem mutuæ alloquutionis.*] Arabicè يوم التنادى est propriè actus, quo aliqui mutuis interrogationibus, ac responsionibus in conventu sese interpellant. Idcò autem dies Resurrectionis ita appellatur juxta Gelalem, quia يكثر فيه نداء اصحاب الجنة اصحاب النار وبالعكس والنداء بالسعادة لاهلها والشقاوة لاهلها وغير ذلك: *multiplicabitur allocutio habitatorum Paradisi ad habitatores Gehennæ, & è conversò. Erit autem collocutio de horum felicitate, & illorum infelicitate, & aliis rebus.*

L. *Custodibus Gehennæ.*] De his Custodibus, quos Angelos bonos, & septem numero esse credunt Arabes, alibi in Alcorano redibit sermo.

LIV. *Et ipsis erit malum Domus.*] Vox Arabica الدار: Domum amplam, vel Palatium significat: & in Alcorano præsertim accipitur pro Paradiso, vel Gehenna: quasi hæ sint propriæ domus hominum.

LVIII. *Sine authoritate, quæ venerit eis.*] Vox Arabica سلطان significat propriè potestatem, vel imperium: sed sæpiùs accipitur pro ipso Imperatore, vel Principe supremo. In Alcorano verò non rarò sumitur pro certò, & evidenti argumento, seu probatione ex Divina authoritate desumpta: veluti in hoc loco: in quo verba illa: *Non ipsi pervenient ad hoc*, indigent, juxta Gelalis expositionem, additamento أن يعلوا عليك, *ut superiores sint te.* Sed fortè veriùs exponeretur, *ut certam inveniant authoritatem contra Alcoranum.*

LXIII. *Et diem facientem videre.*] Arabicè مبصرا significat tam eum, qui facit videre, quàm, qui videt: & in hac secunda significatione accipit Gelal, quasi dùm homines vident beneficio diei, dies ipse videat per homines.

LXXVIII. *Misimus Legatos antè.*] Circa numerum Legatorum, & Prophetarum, hæc habet Gelal: روى انه تعالى بعث ثمانية الاف نبي اربعة الاف نبي من بني اسرايل واربعة الاف من سائر الامم: *habetur ex traditione, Deum misisse octo millia Prophetarum: quatuor millia ex filiis Israel: & quatuor millia ex reliquis hominibus.*

LXXXV. *Statutum Dei, quod jam præcessit in servis suis.*] Idest hunc morem semper observavit Deus erga homines infideles.

REFUTATIONES.

I. PRæmittuntur suræ duo characteres ignoti, de quorum sensu nihil adhuc Doctores Moslemi certi aliquid statuere potuerunt, nec statuent in posterum. Idem de his, quod de aliis similibus judicium esto: Vanos scilicet, & inutiles, Divinoque magisterio indignos esse, dùm ad hominum eruditionem, ac documentum nihil inserviunt. Sed de hoc alibi jam dixi.

II. Quod Alcoranus per omnes ferè pagìnas testimonium de se ipso perhibeat, seque à Deo traditum esse affirmet: nullam meretur fidem, ut superiùs etiam probatum est; quippe nullus à Deo Liber recenter prodire credendus est, qui vel à præteritis Sacris libris, vel ab apertis, certisque miraculis testimonium non habeat, vel saltem doctrinam jam à Deo in sacris scripturis traditam non contineat. Nullum autem hujusmodi testimonium Alcoranum pro se habere, jam evidentissimè demonstratum est.

III. Cum timeret Mahumetus, ne, si Alcoranus suus ad examen revocaretur, ejusdem mendacia, atque impostura detegerentur, infideles, atque incredulos pronunciat eos, qui de illius veritate disceptant. Immò cum videret ab iis, qui illum attentiùs legebant, ac

diſcutiebant mendacia ſua, atque ineptias, propalari, ſeque ut nebulonem, ac deceptorem vulgò derideri, & contemni: fingit impudenter idem ſibi evenire, quod præteritis Legatis, ac Prophetis, qui Veritatis, religionis prædicandæ cauſa, impoſtores, ac mendaces ab infidelibus habiti fuiſſent.

IV. Nihil frequentiùs in Alcorano, quàm temporum, ac perſonarum confuſio, ac perverſio. Id præſertim in hac Sura conſpicitur, in qua Pharaonem, Haman, & Core, ejuſdem facit ætatis: cùm Pharao plura ſæcula vixerit ante Haman, qui fuit Regis Aſſueri præcipuus miniſter; Core etiam à Pharaone ſejunctus tempore fuerit. Et quamvis non adeò ab eodem remotus, non tamen Moyſen Legatum ſuum habuit: erat quippe unus è populo Iſraelitico, ſimulque cum Moyſe vitam traduxit in Ægypto, & in deſerto.

V. Recoquit crambem, dùm fabulatur, Pharaonem exegiſſe ab Haman, ut ædificaret Turrim adeò excelſam, ut ab ejus cacumine poſſet ingredi Cœlorum ſemitas, & per eas aſcendere ſupra Deum Moyſi in locum, ex quo eumdem ſe inferiorem videret. Niſi Pharao erat omninò fatuus, fatuiſſimus; non poterat hęc ab Haman exigere. Quomodò enim ſibi perſuaderet, turrim tàm ſublimem conſtrui poſſe, quę vel ad infimum Cœlum perveniret? Ut verò poſſibile hoc exiſtimaret, quomodò non intelligebat multas annorum centurias, atque immenſas opes ad eam conſtruendam eſſe neceſſarias? At enim non novum eſt, Reges magnos, ac Monarchas, qualis erat Pharao, ita inſanire. Eſto, ſed cæterorum inſaniæ nullum ſucceſſum habere potuerunt. At verò Alcorani Expoſitores audacter affirmant, turrim illam ab Haman conſtructam fuiſſe, & Pharaonem ex illius cacumine contra Deum Moyſi ſagittam conjeciſſe. Sed nemo eſt, qui non videat, Mahumetum Babelicam turrim cum iſta; quam Haman extruxiſſe fingitur, confundiſſe. Vide quæ ſuperiùs dicta ſunt: tædet enim, ac pudet toties eaſdem ineptias refutare.

VI. Id, quod refertur de Fideli illo ex familia Pharaonis, qui Moyſem defendere ſtudebat, quamvis nullam habeat repugnantiam: nihilominùs, ſi verum fuiſſet, non videtur illud Moyſes in hiſtoria ſua prætermiſſurus fuiſſe. Adde, ea, quæ fidelis iſte genti ſuæ prædicabat, excedere capacitatem Ægyptiorum illius ætatis. Quid enim noverant illi de die ſupremi judicii, de Noe, de Themud, & aliis hujuſmodi, quę habentur hìc in Alcorano.

VII. Dum Mahumetus exponit animas Pharaonis, & Ægyptiorum, mane, & veſpere uſtulandos coram igne Gehennæ, & tantummodò poſt diem judicii intra gehennam detrudendas, atque in ipſo igne diſcruciandas pronunciat; videtur hauſiſſe errorem hæreticorum quorumdam, qui eo quoque tempore vivebant, nimirùm neque animas Juſtorum in Paradiſum, neque peccatorum in Gehennam admittendas eſſe, niſi poſt diem Judicii jam corpori ſuo conjunctas. Et certè ex hujuſmodi hæreticorum erroribus, admixtis Thalmudiſtarum figmentis, Alcoranum pene totum confarciminatum eſſe nemo non videt.

VIII. Dum fingit Mahumetus, præcipi ſibi à Deo, ut veniam precetur pro peccato ſuo, fatetur manifeſtè, ſe fuiſſe, & eſſe peccatorem. Hoc etiam alibi, ut videbimus, & quidem apertiùs affirmat: Neque valdè laborandum eſt in indagando, quænam fuerint illius peccata, cum certum ſit, illum majori vitæ ſuę tempore idola coluiſſe, ut alibi probavimus: atque etjam poſt acceptum (ut ipſe mentitur) propheticum munus, graviſſima ſcelera, ac flagitia perpetraſſe. En igitur qualem prophetam, ac legislatorem habeant infelices Mahumetani, qui tamen uno ore fatentur, Chriſtum Dominum, ejuſque matrem Virginem Mariam, ab omni, vel leviſſimi peccati etiam originalis labe ſemper immunes fuiſſe.

IX. Jugulat ſeipſum Mahumetus verſu 71. dum ita fingit ſibi dici à Deo: أَلَمْ تَرَ إِلَى الَّذِينَ يُجَادِلُونَ فِي آيَاتِ اللَّهِ أَنَّى يُصْرَفُونَ : *Nonne vidiſti eos, qui diſputant de ſignis Dei,* (Explicat Gelal في القرآن *de Alcorano*) *quomodo avertuntur* nempe, ut exponit Gelal; عن الايمان, *à credendo?* ſcilicet, in illum. Ita prorsùs eſt. Si quis attentiùs legerit, rectèque diſcuſſerit, atque examinaverit Alcoranum, non poterit non averti à credendo in illum. Refert Sanctus Eulogius Epiſcopus Toletanus, & Martyr in opere, cui titulus eſt: *Memoria Sanctorum*: eo tempore, quo Hiſpania Mauris ſubjecta erat, juvenem Cordubenſem Mahumetanum ſæpè rogatum eſſe ab Amita Chriſtiana, ut Chriſtianam Fidem amplecteretur: ejus autem conſanguineos Mahumetanos ſollicitè curaſſe, ut linguam Arabicam addiſceret. Quod cùm ille feliciter præſtitiſſet, legiſſe Alcoranum, & ex ejus lectione clarè cognoviſſe ſectam Mahumetanam falſam, & inventionem hominum eſſe, & idcircò illam ex intimo cordis affectu execratum fuiſſe: Chriſtianam Religionem cum Baptiſmo ſuſcepiſſe, & eam palam profeſſum fuiſſe, & ob eam cauſam illuſtre martyrium ſubiiſſe à Mauris, qui illum crudeliter trucidarunt, quia cum eſſet à parente Mahumetano genitus, à religione parentis diſceſſerat. Addidit-que Sanctus Eulogius, *ſi aliquis Catholicus velit falſitatem ſectæ Mahumetanæ clarè deprehendere, nullo alio opus ipſi eſſe, quàm cum ſapientioribus Mahumetanorum ſermones de Religione miſcere, & ab iis interrogare, quid credant: eis enim auditis, quæ ipſorum lex docet, ſtatim cognoſcet, illam eſſe mendacem, & Deo authore indignam.* Placuit hoc exemplum referre ex parte ſecunda lib. 2. cap. 9. Manuductionis ad converſionem Mahumetanorum Reverendiſſimi Patris Thyrſi Gonzalez de Santalla è Societate Jeſu, olim in Salmaticenſi Academia Sac: Theologiæ Primarii Anteceſſoris emeriti: nunc Societatis ſuæ digniſſimi Præpoſiti Generalis: quo nullus alius hactenùs magis eruditè, majorique cùm fundamento ſcripſit in hac materia: itaut pręclariſſimum illius opus univerſam Mahumetanicam ſectam radicitùs evellat, & à fundamentis evertat, & huic meo operi lucem magam poſſit afferre.

سورة

سورة فصلت مكية اربع وخمسون آية

SURA XLI.

DISTINCTA SUNT.

MECCANA:

COMMATUM QUINQUAGINTA QUATUOR.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 حم ۞ 2 تنزيل من الرحمن الرحيم ۞ 3 كتاب فصلت آياته قرانا عربيا لقوم
يعلمون ۞ 4 بشيرا ونذيرا فاعرض اكثرهم فهم لا يسمعون ۞ 5 وقالوا قلوبنا في اكنة مما
تدعونا اليه وفي اذاننا وقر ومن بيننا وبينك حجاب فاعمل انا عاملون ۞ 6 قل انما
انا بشر مثلكم يوحى الى انما الهكم اله واحد فاستقيموا اليه واستغفروه وويل للمشركين ۞
7 الذين لا يوتون الزكوة وهم بالاخرة هم كافرون ۞ 8 ان الذين امنوا وعملوا الصالحات
لهم اجر غير ممنون ۞ 9 قل اينكم لتكفرون بالذي خلق الارض في يومين
وتجعلون له اندادا ذلك رب العالمين ۞ 10 وجعل فيها رواسي من فوقها وبارك فيها وقدر
فيها اقواتها في اربعة ايام سواء للسايلين ۞ 11 ثم استوى الى السماء وهي دخان فقال لها
وللارض ايتيا طوعا او كرها قالتا اتينا طايعين ۞ 12 فقضيهن سبع سموات في يومين واوحى
في كل سماء امرها وزينا السماء الدنيا بمصابيح وحفظا ذلك تقدير العزيز العليم ۞ 13 فان
اعرضوا فقل انذرتكم صاعقة مثل صاعقة عاد وثمود ۞ 14 اذ جاءتهم الرسل من بين ايديهم ومن
خلفهم لا تعبدوا الا الله قالوا لو شاء ربنا لانزل ملايكة فانا بما ارسلتم به كافرون ۞
15 فاما عاد فاستكبروا في الارض بغير الحق وقالوا من اشد منا قوة اولم يروا ان الله الذي
خلقهم هو اشد منهم قوة وكانوا بايتنا يجحدون ۞ 16 فارسلنا عليهم ريحا صرصرا في ايام
نحسات لنذيقهم عذاب الخزي في الحيوة الدنيا ولعذاب الاخرة اخزى وهم لا ينصرون ۞
17 واما ثمود فهديناهم فاستحبوا العمى على الهدى فاخذتهم صاعقة العذاب الهون بما كانوا
يكسبون ۞

يكسبون ۝ 18 ونجينا الذين امنوا وكانوا يتقون ۝ 19 ويوم يحشر اعداء الله الى النار
فهم يوزعون ۝ 20 حتى اذا ما جاؤها شهد عليهم سمعهم وابصارهم وجلودهم بما كانوا
يعملون ۝ 21 وقالوا لجلودهم لم شهدتم علينا قالوا انطقنا الله الذي انطق كل شيء وهو
خلقكم اول مرة واليه ترجعون ۝ 22 وما كنتم تستترون ان يشهد عليكم سمعكم ولا
ابصاركم ولا جلودكم ولكن ظننتم ان الله لا يعلم كثيرا مما تعملون ۝ 23 وذلكم
ظنكم الذي ظننتم بربكم ارديكم فاصبحتم من الخاسرين ۝ 24 فان يصبروا فالنار مثوى
لهم وان يستعتبوا فما هم من المعتبين ۝ 25 وقيضنا لهم قرناء فزينوا لهم ما بين ايديهم وما
خلفهم وحق عليهم القول في امم قد خلت من قبلهم من الجن والانس انهم كانوا خاسرين ۝
26 وقال الذين كفروا لا تسمعوا لهذا القران والغوا فيه لعلكم تغلبون ۝ 27 فلنذيقن
الذين كفروا عذابا شديدا ولنجزينهم اسوء الذي كانوا يعملون ۝ 28 ذلك جزاء اعداء الله
النار لهم فيها دار الخلد جزاء بما كانوا بايانتا يجحدون ۝ 29 وقال الذين كفروا ربنا
ارنا اللذين اضلانا من الجن والانس نجعلهما تحت اقدامنا ليكونا من الاسفلين ۝ 30 ان
الذين قالوا ربنا الله ثم استقاموا تتنزل عليهم الملايكة الا تخافوا ولا تحزنوا وابشروا بالجنة
التي كنتم توعدون ۝ 31 نحن اولياؤكم في الحيوة الدنيا وفي الاخرة ولكم فيها ما
تشتهي انفسكم ولكم فيها ما تدعون نزلا من غفور رحيم ۝ 32 ومن احسن
قولا ممن دعا الى الله وعمل صالحا وقال انني من المسلمين ۝ 33 ولا تستوي الحسنة ولا السيئة
ادفع بالتي هي احسن فاذا الذي بينك وبينه عداوة كانه ولي حميم ۝ 34 وما يلقيها الا
الذين صبروا وما يلقيها الا ذو حظ عظيم ۝ 35 واما ينزغنك من الشيطان نزغ فاستعذ بالله
انه هو السميع العليم ۝ 36 ومن اياته الليل والنهار والشمس والقمر لا تسجدوا للشمس ولا
للقمر واسجدوا لله الذي خلقهن ان كنتم اياه تعبدون ۝ 37 فان استكبروا فالذين عند
ربك يسبحون له بالليل والنهار وهم لا يسئمون ۝ 38 ومن اياته انك ترى الارض خاشعة
فاذا انزلنا عليها الماء اهتزت وربت ان الذي احياها لمحيي الموتى انه على كل شيء قدير ۝
39 ان الذين يلحدون في اياتنا لا يخفون علينا افمن يلقى في النار خير ام من ياتي
امنا يوم القيمة اعملوا ما شيتم انه بما تعملون بصير ۝ 40 ان الذين كفروا بالذكر لما جاءهم
وانه لكتاب عزيز ۝ 41 لا ياتيه الباطل من بين يديه ولا من خلفه تنزيل من حكيم حميد ۝
42 ما يقال لك الا ما قد قيل للرسل من قبلك ان ربك لذو مغفرة وذو عقاب اليم ۝
43 ولو جعلناه قرانا اعجميا لقالوا لولا فصلت اياته اعجمي وعربي قل هو للذين امنوا
هدى وشفاء ۝ 44 والذين لا يومنون في اذانهم وقر وهو عليهم عمى اولايك ينادون من مكان
بعيد ۝

بعيد ۞ 45 ولقد اتينا موسى الكتاب فاختلف فيه ولولا كلمة سبقت من ربك لقضي
بينهم وانهم لفي شك منه مريب ۞ 46 من عمل صالحا فلنفسه ومن اساء فعليها وما ربك بظلام
للعبيد ۞ 47 اليه يرد علم الساعة وما تخرج من ثمرات من اكمامها وما تحمل من انثى
ولا تضع الا بعلمه ويوم يناديهم اين شركائي قالوا اذناك ما منا من شهيد ۞ 48 وضل عنهم ما
كانوا يدعون من قبل وظنوا ما لهم من محيص ۞ 49 لا يسأم الانسان من دعاء الخير وان مسه
الشر فيؤس قنوط ۞ 50 ولئن اذقناه رحمة منا من بعد ضراء مسته ليقولن هذا لي وما اظن
الساعة قائمة ولئن رجعت الى ربي ان لي عنده للحسنى فلننبئن الذين كفروا بما عملوا
ولنذيقنهم من عذاب غليظ ۞ 51 واذا انعمنا على الانسان اعرض ونأى بجانبه واذا مسه الشر فذو
دعاء عريض ۞ 52 قل ارايتم ان كان من عند الله ثم كفرتم به من اضل ممن
هو في شقاق بعيد ۞ 53 سنريهم اياتنا في الافاق وفي انفسهم حتى يتبين لهم انه الحق اولم
يكف بربك انه على كل شيء شهيد ۞ 54 الا انهم في مرية من لقاء ربهم الا انه
بكل شيء محيط ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

HM. 2. Demiſſio à Miſeratore, Miſericorde: 3. Liber; diſtincta ſunt ſigna ejus *(ideſt materies ejus in Judicia, Hiſtorias, & Paræneſes)* lectione arabica hominibus, *qui* ſciunt. 4. Annunciator *fauſtorum*, & comminator *pœnarum*. Sed longè receſſerunt plerique eorum, & ipſi non audiunt. 5. Et dixerunt *per jocum*: Corda noſtra *ſunt* in operimento *(ideſt obdurata)* *a* circa id, ad quod nos vocas: & in auribus noſtris gravedo, & inter nos, & inter te velamen: itaque operare *tu*, *ut tibi placet*: nam nos operaturi *ſumus*, *ut nobis placuerit*. 6. Dic: Certè ego *ſum* homo ſicut vos: revelatur mihi, quòd profectò Deus veſter Deus unus eſt. Recti igitur eſtote erga eum; & veniam precamini ab eo, & væh Aſſociantibus. 7. Qui non dant eleemoſynam ſtatutam, & ipſi in alteram vitam ſunt increduli. 8. Porrò, qui crediderint, & fecerint recta; ipſis *erit* merces immenſurabilis. 9. Dic: An verè vos ſanè non creditis in eum, qui creavit terram duobus diebus, & ponitis illi ſimiles? Hic eſt Dominus *b* ſæculorum. 10. Et poſuit in ea montes ſtabiles de ſupra eam, & benedixit in ea; & diſpoſuit in ea victualia ejus in quatuor diebus *pro hominibus*, *& beſtiis*, æqualiter *fruenda* petentibus *ea*. 11. Deindè adæquatus eſt *(ideſt mentem direxit)* in Cœlum, & ipſum *erat* fumus. Dixitque ei, & terræ: Venite ſpontè, vel invitò. Reſponderunt: Venimus obedientes. 12. Et effecit eos ſeptem Cœlos in duobus diebus, & *c* revelavit unicuique Cœlo negotium ejus *(ideſt officium, & munus ejus.)* Et adornavimus Cœlum propinquum luminaribus, & cuſtodia *Angelorum*, *& flammarum*. Hæc *fuit* diſpoſitio Præpotentis, Scientis. 13. Quòdſi *Meccani ad hæc* longè receſſerint, dic: Comminor vobis ſupplicium, velut ſupplicium Ad, & Themud. 14. Cùm veniſſent ad eos Legati ante eos, & poſt eos, *dicentes illis*: Ne colatis, niſi Deum: reſponderunt: Si voluiſſet Dominus noſter *mittere Legatos*, certè miſiſſet Angelos. Porrò nos in id, pro quo miſſi eſtis, non *ſumus* credentes. 15. Itaque Adæi ſuperbè ſe geſſerunt in terra, ſine veritate, & dixerunt: Quis *eſt* valentior, quàm nos robore? An verò non videbant, quòd Deus, qui creaverat eos ipſe *erat* valen-

a ab eo.

b Mundorum.

c & inſpiravit.

lentior, quàm robore? Et ſigna noſtra abnegaverunt. 16. Propterea miſimus ſuper eos ventum vehementem in diebus infauſtis, ut faceremus guſtare eos pœnam ignominiæ in vita mundana: Sed ſanè pœna alterius vitæ *erit* ignominioſior, & ipſi non adjuvabuntur. 17. Porrò Themudæi, direximus illos: Sed dilexerunt cæcitatem, *a* pluſquam directionem. Propterea ſuſtulit eos ſupplicium pœnæ *b* ignominiosæ propter id, quod fuerant operati. 18. Et liberavimus eos, qui crediderant, & timebant *Deum*. 19. Et *memento* diei, quo congregabuntur inimici Dei ad Ignem, & ipſi violenter ducentur *ad illum*. 20. Donec, ubi pervenerint ad eum, teſtificabuntur contra eos aures eorum, & oculi eorum, & pelles eorum de eo, quod fuerint operati. 21. Et dicent pellibus ſuis: Quare teſtificamini contra nos? Reſpondebunt: Loqui facit nos Deus, qui loquelam dedit omni rei, & ipſe creavit vos prima vice, & ad eum reducemini. 22. Et non abſcondebatis vos, *quandò peccabatis*, ne eſſent teſtes contra vos aures veſtræ *c*, & oculi veſtri, *d* & pelles veſtræ: Sed exiſtimabatis, quòd Deus neſciret multa ex iis, quæ faciebatis. 23. Hæc autem opinio veſtra, quam opinabamini de Domino veſtro, perdidit vos, & facti eſtis ex pereuntibus. 24. Sive autem ſuſtinuerint, ignis tamen *erit* receptaculum eorum: ſive indulgentiam petierint, non tamen ipſi *erunt* ex indulgentiam conſequentibus. 25. Et adjunximus illis ſocios *dæmones*, & *hi* adornaverunt eis id, quod erat ante eos, & id, quod erat poſt eos (*ideſt deceperunt eos in falſa repræſentatione vitæ præſentis, & futuræ*) & juſtè convenit eis dictum de gentibus, *quæ* jam præceſſerant ante eos ex Geniis, & hominibus (*ideſt id, quod prædixerat Deus de pœna hujuſmodi gentium*) quippe ipſi fuerunt perditi. 26. Et dixerunt, qui erant infideles: Ne aures præbeatis huic Alcorano: Sed ſcurrilia verba loquimini de eo, *dùm legit eum Mahumetus*: ut vos *jocis, & cachinnis veſtris* vincatis *vocem illius legentis*. 27. Atqui certiſſimè faciemus guſtare eos, qui ſunt infideles, pœnam vehementem, & profectò rependemus eis malum illius, quod fuerint operati. 28. Hæc *erit* retributio inimicorum Dei: Ignis, *erit* ipſis in eo domus æternitatis: remuneratio ob id, quod ſigna noſtra abnegaverunt. 29. Et dicent, qui fuerunt infideles, *quandò erunt in Gehenna*: Domine noſter, oſtende nobis eos duos, qui errare fecerunt nos ex Geniis, & hominibus (*nimirùm diabolum, & Cain*) *ut* ponamus eos ſub pedibus noſtris, ut ſint ex infimis. 30. Porrò, qui dixerint: Dominus noſter *eſt* Deus, & recti fuerint *in religione*: deſcendent ſuper eos Angeli *in morte eorum, & dicent illis*: Ne timeatis, neque contriſtemini, ſed lætamini *e* in Paradiſo, qui promiſſus fuit vobis. 31. Nos *fuimus* protectores veſtri in vita mundana, & *erimus* in altera vita, & vobis *erit* in ea id, quod deſideraverint animæ veſtræ, & *erit* vobis in ea, quod poſtulaveritis xenium *præparatum vobis* ab Indultore, Miſericorde. 32. Quis verò melior eſt in ſermone, quàm, qui vocat ad Deum, & operatur rectum, & dicit: Ego *ſum* ex Moslemis. 33. Et non adæquabitur bonum, & *f* malum: Rejice *malum* per id, quod eſt optimum. Et ecce, qui, inter te, & inter eum *erat* inimicitia, *fiet*, quaſi ipſe *eſſet* amicus *g* cariſſimus. 34. Sed non nanciſcentur hoc, niſi qui patientes fuerint: neque aſſequetur hoc, niſi præditus felicitate magna. 35. Quòdſi excitata fuerit tibi à Satana ſugeſtio *mala*: confuge ad Deum: ipſe enim eſt Auditor, Cognitor. 36. Et inter ſigna *potentiæ* ejus, ſunt nox, & dies, & Sol, & Luna. Ne adoretis Solem, neque Lunam: Sed adorate Deum, qui creavit ea, ſi eum colitis. 37. Quòdſi ſuperbè renuerint *hoc facere*: certè illi, qui ſunt apud Dominum tuum, laudant illum nocte, & die, neque ipſi tædio afficiuntur. 38. Et inter ſigna ejus *eſt*, quòd tu ſanè videas terram humilem (*ideſt aridam, & ſterilem.*) Ubi verò demiſerimus ſuper eam aquam, commovetur, & turgeſcit. Porrò, qui vivificavit illam, ſanè vivificaturus *eſt* mortuos; quipppè ipſe *eſt* ad omnem rem Potens. 39. Certè, qui malignantur in ſignis noſtris (*ideſt, qui obloquuntur de Alcorano*) non latent nos. An ergo, qui projicietur in ignem, melior *erit*, an qui venerit ſecurus die reſurrectionis? Operamini, quod vultis, quippe ipſe in id, quod operamini, *eſt* intuens. 40. Certè, qui non credunt in commoni-

a ſupra.
b vilis.
c neque.
d neque.
e de.
f neque.
g calidus.

tio-

tionem (*ideſt Alcoranum*) poſtquàm venit ad eos, & quidem ipſe *eſt* ſanè liber excellens. 41. Non venit ad eum vanitas ante ipſum, neque poſt ipſum (*ideſt à nullo ſacro libro anteriori, vel poſteriori, vanitatis, vel mendacii convincitur*) demiſſio à Sapiente, Laudato (*ideſt demiſſus à Deo*). 42. Non dicitur tibi *ab infidelibus*, niſi, quod jam dictum fuit Legatis ante te. Porrò Dominus tuus *eſt* ſanè prædítus indulgentia, & prædítus punitione dolorifica. 43. Et, ſi feciſſemus eum (*ideſt Alcoranum*) in lectione (*ideſt idiomate*) barbara certè dixiſſent: Niſi diſtincta fuerint ſigna ejus (*ideſt, niſi ſcriptus ſit idiomate nobis noto, & ita diſtinctè, ut intelligamus illum*) *non recipiemus eum*. An barbarus *eſt liber*, & Arabs *eſt Author ejus*? Reſponde: Ipſe *eſt* illis, qui crediderunt, directio, & ſanitas. 44. Qui autem non credunt: in auribus eorum *eſt* gravedo; & eſt ſuper eos cæcitas: his inclamatur de loco longinquo (*ideſt non audient*). 45. Et jam quidem dedimus Moyſi Librum; Sed diſſenſio orta eſt circa eum. Quòdſi non verbum præceſſiſſet à Domino tuo (*ideſt, ſi Deus aliter non decreviſſet*) certè deciſum fuiſſet inter eos, & quidem illi *ſunt* ſanè in dubitatione de eo (*ideſt Pentateucho*) ſuſpicioſa. 46. Qui fecerit rectum, *faciet illud* animæ ſuæ, qui autem malè egerit, *id erit* contra eam. Et non *eſt* Dominus tuus injuſtus erga ſervos. 47. Ad Deum reducitur ſcientia Horæ, & non egredietur ullus ex fructibus à folliculis ſuis: neque geſtabit *utero* ulla fœmina, neque deponet *fœtum*, niſi cum ſcientia ejus. Et die, qua advocabit eos, *dicens*: Ubi ſunt ſocii mei (*ideſt dii, quos mihi aſſociabatis*)? Reſpondebunt: Indicavimus tibi: Non *eſt* ex nobis ullus teſtis *hujus rei*. 48. Et abſcondet ſe ab eis id, quod invocabant anteà (*ideſt nullum deorum ſuorum videbunt*) & exiſtimabunt non *eſſe* ſibi ullum effugium *ab igne Gehennæ*. 49. Non afficitur tædio homo à petendo bonum *mundanum*: Si verò tetigerit eum malum, *evadit* deſperatus, diffidens. 50. Si porrò guſtare feeerimus eum miſericordiam ex nobis poſt nocumentum, *quod* tetigit eum: profectò dicet: Hoc mihi *debitum eſt*; & non puto Horam *eſſe a* ventu-
ram. Quòdſi ſanè reductus fuero ad Dominum meum, certè mihi apud eum *erit* ſanè optimum (*ideſt Paradiſus*). Sed profectò *tunc* enarrabimus iis, qui fuerint infideles, id, quod operati fuerint, & proculdubio guſtare faciemus eos de pœna atrociſſima. 51. Ubi verò beneficia contulerimus homini: longè recedet, & diſcedet cum latere ſuo (*ideſt latus obvertet nobis*). Cùm autem tetigerit eum malum, *erit* habens precem prolixam. 52. Dic: Quid vobis videtur? Si fuerit *hic Alcoranus* de apud Deum: tùm non credideritis in eum: quis *erit* errantior, quàm, qui fuerit in ſchiſmate longinquo *à veritate*? 53. Mox oſtendemus eis ſigna noſtra in extremis terminis *Cœli*, & *terræ*, & in animabus eorum: donec notum fiat illis, quòd hic *Alcoranus eſt* veritas *b*. An non ſatis fuit *illis ad credendum* in Dominum tuum, quòd ipſe *eſt* ſuper omnem rem teſtis (*ideſt, quòd nihil eum latet*)? 54. An non ipſi certè *ſunt* in dubitatione de *c* adventu Domini ſui? An non certè ipſe *eſt* omnem rem circumdans (*ideſt comprehendens ſcientia ſua*)?

الجزء الخامس والعشرون
Pars vigeſima quinta.

a ſtaturam.

b An non ſatis eſt in Domino tuo [*i. pro parte Domini tui*?

c occurſu.

NOTÆ.

INſcribitur à nonnullis hæc Sura السجدة, Adoratio, ea fortaſsè de cauſa, quòd verſu trigeſimo ſexto moneantur infideles, ut, ſolis, ac lunæ cultu rejecto, unum Deum adorent. Verùm, quia Sura trigeſima ſecunda titulus idem præſcribitur: ideò à pleriſque huic præponitur epigraphe فصلت, *diſtincta ſunt*, quæ dictio in tertio verſu continetur. In nonnullis codicibus reperio titulum hujus مصابيح, *Luminaria*, quæ dictio verſu duodecimo legitur. Perperam Hottingerus Exemplari Spahanenſi innixus inſcribit سورة غافر *Suram ignoſcens*: quamvis ipſe inſulſiſſimè interpretetur *Caput de Explicatione*. Hujuſmodi, ſcilicet Arabicæ linguæ Doctores habent Novatores Tigurini. Hanc tamen epigraphen quidam, ut notavimus, tribuunt Suræ Superiori. Verſus hìc quidam tres, quidam quatuor ſupra quinquaginta enumerant. Alii plures, alii pauciores faciunt. Meccanam eſſe Suram omnes conveniunt.

Lectoris præmium erit: بكل حرف عشر حسنات: *pro ſingulis characteribus, decem bona.*

IX. *Creavit terram duobus diebus.*] Nempè, ut aiet Gelal: الاحد والاثنين *die prima*, ſeu Dominica, & *feria ſecunda*.

X. *In quatuor diebus æqualiter petentibus.*] Communior explicatio, & quidem juxta Alcoranum vera eſt, Deum duobus primis diebus terram creaſſe. Feria verò tertia, & quarta creaſſe ea, quæ opus erant ad victum hominibus, & beſtiis, æqualiter petentibus, ideſt omnibus æqualiter, juxta cujuſque indi-

indigentiam, & prout appetiiſſet. Nonnulli referunt سواء *æqualiter*, ad quatuor dies: ut ſenſus ſit, quatuor diebus perfectis, & integris Deum creaſſe ea, quæ ante dixi.

XI. *Adæquatus eſt.*] Hoc propriè ſignificat verbum Arabicum استوى: quod hoc loco communiter exponitur قصد, animum applicuit, ſeu intendit, nempè ad creandum Cœlum, quod ante erat tantùm fumus, ſeu vapor fumeus. Sed libet audire Zamchaſcerium ثم دعا داعى الحكمة الى خلق السما بعد خلق الارض وما فيها من غير صارف يصرفه عن ذلك قبل كان عرشه قبل خلق السموات والارض الماء فاخرج من الماء دخانًا فارتفع فوق الماء وعلىّ عليه فيبس الماء فجعله ارضًا واحدة ثم فتقها فجعلها ارضين ثم خلق الهما من الدخان المرتفع:

Deindè advocavit advocans Sapientiam ad creandum Cælum poſt creationem terræ, & eorum, quæ ſunt in ea, abſque eo, quod eſſet aliquid, quod diverteret eum ab hoc. Dicitur ante creationem Cælorum, & terræ, Thronum Dei fuiſſe aquam. Produxit autem ex aqua hàc fumum, qui elevatus eſt, & aſcendit ſuper aquam: & exſiccata eſt aqua. Fecitque eam terram unam, quam deinde diffidit, ac diviſit in terras multas. Deinde creavit Cælum ex illo fumo, qui in ſublime elatus fuerat.

XII. *Et effecit eos ſeptem cælos in duobus diebus.*] Gelal: الخميس والجمعة فرغ منها فى اخر ساعة منه وفيها خلق ادم عم ولذلك لم يقل هنا سواء ووافق ايات خلق السموات والارض فى ستة ايام:

Feria quinta, & ſexta; in cujus ultima hora abſolvit eos: & in illa (ſcilicet hora) *creavit Adam fælicis memoriæ. Et ideò non dicitur hìc, æqualiter* (id-eſt duobus diebus integris, & perfectis, ut dixerat ſupra in creatione terræ: quia in his præter Cœlos, creavit etiam Adam, ac proinde creatio Cœli non occupavit duos dies integros.) *Et conſonat hoc cum aliis locis Alcorani, in quibus dicitur, Deum creaſſe Cælos, & terram ſex diebus.* Quod autem additur hìc, *Deum adoraſſe Cælum propinquum luminaribus, & cuſtodiam*, partim repugnat veritati, partim ipſi Alcorano. Veritati quidem, quia luminaria, nempe ſtellæ, ut explicat Gelal, non ſunt creata à Deo in Cœlo propinquo, nempe ultimo, & proximo terris, in quo creata fuit tantummodò luna: nam السما الدنيا *Cælum propinquum* dicitur Cœlum lunæ. Alcorano autem repugnat, quia cuſtodia illa Angelorum flammas ejaculantium (de hac enim eſt ſermo) non fuit poſita in Cœlis, juxta eundem, & Mahumetanos, niſi quandò natus eſt Mahumetus. Quòd verò agatur hìc de hujuſmodi, & non alia cuſtodia, patet ex ipſa Gelalis gloſſa اى حفظناها عن استراق الشياطين السمع بالشهب: *ideſt cuſtodia munivimus eos, ne Satanæ furtim audirent colloquia Angelorum, mediantibus flammis.*

XV. *Quis eſt valentior, quàm nos robore.*] Hoc dicebant, quia, ut ait Gelal: كان واحدهم يقلع الصخرة العظيمة من الجبال يجعلها حيث يشاء: *unus ex illis evellebat ſaxum magnum è montibus; & ponebat illud ubicunque volebat.*

XXIX. *Oſtende nobis eos duos.*] Conſentiunt Expoſitores, hos duos fuiſſe ابليس وقابيل *Ebliſum*, ſeu Diabolum, & *Cain*: nam hi duo, ut ait Gelal: سنّا الكفر والقتل *fuerunt authores infidelitatis, & homicidii.*

XXXI. *Et erimus in altera vita.*] Pro الاخرة, nempe *altera vita*, ſeu *noviſſimo ſæculo*, intelligitur in Alcorano totum illud, quod morti ſuccedit: nempè tàm ſpatium temporis à morte ad reſurrectionem; quàm ipſa reſurrectio, & æternitas poſt reſurrectionem, ſive in Paradiſo, ſive in Gehenna. Hoc loco accipitur pro ſpatio poſt mortem uſque ad reſurrectionem: in quo quia juxta errorem Mahumetanorum, animæ juſtorum non ingrediuntur in Paradiſum, retinent Angelorum ſuorum cuſtodiam. Quamobrem explicat hìc Gelal: نكون معكم فيها حتى تدخلوا الجنة: *erimus vobiſcum in eo* (nempè ſpatio temporis, ſeu ſepulchro) *donec ingrediamini Paradiſum.* Eo autem tempore morantur animæ cum corporibus intrà eorum ſepulcra. In hoc etiam Hebræi conſentiunt, niſi quòd ad certum tantùm tempus volunt animas cum corporibus in ſepulcris commorari.

XL. *Certè, qui non credunt in Commonitionem.*] Non eſt pars reſpondens: id quod ſæpiſſimè evenit in Alcorano; hanc autem veriùs oſcitantiam, quàm Apoſiopeſin, ſeu Reticentiam dixeris. Supplet hìc Gelal: لجازيهم الله *certè Deus puniet eos*, ſeu retribuet eis.

LIII. *Mox oſtendemus eis ſigna.*] Hæc ſigna enumerat Gelal: من النيرات والنبات والاشجار ومن لطيف الصنعة وبديع الحكمة: *ex luminibus*, ſeu ſtellis: *ex germinibus, & arboribus: ex ingenioſo in artibus: & ex inventore Sapientiæ*, ſeu ſcientiarum. Hæc enim omnia ſigna ſunt, & argumenta potentiæ, ac Sapientiæ Dei.

REFUTATIONES.

I. CUm intelligeret Mahumetus, neminem fore, qui, ſi Alcoranum ipſius ſolerter diſcuteret, plura in eo falſa, & abſurda non inveniret; fidem eidem conciliare nititur ex authoritate Divina, proteſtatione ita frequenti in principio Surarum, illum eſſe librum à Deo cœlitùs demiſſum: ut per hoc ſimpliciores quæcunque in eo ſunt, bona fide, & abſque ulla erroris ſuſpicione deglutirent. Verùm quæ in Surarum decurſu ſequuntur, oſtendunt manifeſtè, non à Deo, ſed à Diabolo hujuſmodi librum compoſitum, traditumque fuiſſe.

II. Toto aberrat Cœlo, totaque terra Authior Alcorani, dùm primò Terram duobus diebus creatam fuiſſe: deindè res ad victum hominibus, brutiſque animalibus neceſſarias, duobus aliis diebus ſubſequentibus productas: demum duobus poſtremis diebus Cœlum unà cum homine creatum fuiſſe, veluti ex tripode pronunciat. Adverſantur hæc omninò Pentateucho, ut alibi etiam notavimus. Ex eo enim liquidò conſtat, prima die Cœlum, Terramque

que una cum aquis, itemque lucem Deum creasse; & lucem à tenebris divisisse. Secunda verò die Firmamentum condidisse, & aquas, quæ sub ipso erant, ab iis, quæ super ipsum residebant, separasse: Tertia autem aquas, quæ terram operiebant, in unum locum redegisse: itaut terræ pars aquis denudata, siccaque appareret: in qua eadem die herbas, arboresque produxit. Quarta autem die Solem, ac Lunam creasse; ac Stellas in Firmamento collocasse. Quinta verò die pisces, & aves produxisse. Sexta denique die animalia terrestria una cum homine condidisse. Confer hunc Pentateuchi ordinem cum Alcoranica syntaxi; & nulla ex parte inter se convenire reperies. Omitto disquirere, quo fundamento asserat Mahumetus, Cœlum ex fumo creatum fuisse: itemque in septem orbes fuisse distinctum. Certum porrò est apud peritos Astrologos, esse plusquam septem Orbes Cœlestes, & saltem octo reperiri.

III. Jam in Notis indicavi, Mahumetum nec veritati, nec sibi ipsi constare, dùm scribit, stellas positas à Deo fuisse in Cœlo lunę: atque ibidem custodiam volantium flammarum, ad arcendos inde Satanas, ne Angelorum colloquia furtivis auribus exciperent, appositam fuisse. Constat enim, stellas non in Cœlo lunæ, sed in Firmamento supra septem Planetarum orbes reperiri, quod etiam Pentateuchus testatur. Præterea ex Alcorano, omniumque Mahumetanorum authoritate, seu potiùs figmento, habetur, custodiam illam volantium flammarum, nonnisi post Mahumeti adventum in omnibus Cœlis, & non in Cœlo lunæ tantùm appositam fuisse: cùm anteà Satanæ, seu Dæmones impunè, liberèque in Orbibus Cœlestibus residerent, & admotis ad eorum foramina, seu rimas auriculis, Angelorum colloquia, atque arcana Cœlestia, quæ deindè Magis, & Ariolis patefaciebant, furtivè exciperent:

IV. Non est dissimulandus valdè crassus Mahumeti, & Mahumetanorum error, dum credunt, Angelos apponi custodes hominibus non solùm in hac vita mortali; sed etiam post mortem ipsam usque ad diem resurrectionis. Pro certo: quippe habent, animas defunctorum remanere unà cum corporibus in sepulchris suis: atque ideò tutelaris Angeli custodiam ibidem retinere. Hoc verò sine ullo fundamento asseritur, cùm certum sit ex sacris scripturis animas à corpore in morte separatas ad loca sibi in altera vita præparata proficisci, non autem in sepulchris remanere. Unde Salomon in Ecclesiaste cap. 12. *Ibit homo in domum æternitatis suæ, & revertatur pulvis in terram suam, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum*

V. Impudenter asserit versu 41. à nullo ex sacris Libris, sive ante ipsum, sive post ipsum à Deo traditis, Alcoranum vanitatis, idest falsitatis, atque erroris posse convinci: cùm vix ulla pagina in eo reperiatur, in qua non plura sint, quæ vel ex Pentateucho, vel ex Euangelio, aliisque Veteris, ac Novi Testamenti libris, manifestissimi mendacii convincantur.

VI. Ad probandam Alcorani veritatem, fingitur Deus ipse Versu 53. afferre pro argumento ea, quæ creavit in Cœlo, & in terra, & in ipsis hominibus: nempe, ut exponit Gelal; stellas, germina, arbores, acumen ingenii ad artes exercendas, Novasque scientias inveniendas. Sed quàm stramineum sit hoc argumentum, & quàm nihil probet, nemo non videt. Quæ enim consequentia est: Deus creavit stellas, & germina, & arbores, & indidit hominibus ingenium, & acumen ad artes, & scientias inveniendas, & exercendas: ergo Alcoranus Mahumeti continet veritatem? eadem ratione argumentari liceret; Deus creavit bestias, & pisces, & volucres: ergo Mahumetus est lapis. Verum tamen est, facilius, Mahumetum lapidem esse posse, quàm Alcoranum continere veritatem, cùm à calce ad caput totum scateat mendaciis.

سورة الشورى مكيّة وهي ثلاث وخمسون آية

SURA XLII.

CONSULTATIO.

MECCANA:

COMMATUM QUINQUAGINTA TRIUM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 حم ۞ عسق ۞ 2 كذلك يوحي إليك وإلى الذين من قبلك الله العزيز
الحكيم ۞ 3 له ما في السموات وما في الأرض وهو العلي العظيم ۞ 4 تكاد السموات
يتفطرن من فوقهن والملايكة يسبحون بحمد ربهم ويستغفرون لمن في الأرض ألا إن الله هو
الغفور الرحيم ۞ 5 والذين اتخذوا من دونه أولياء الله حفيظ عليهم وما أنت عليهم
بوكيل ۞ 6 وكذلك أوحينا إليك قرانا عربيا لتنذر أم القرى ومن حولها وتنذر يوم الجمع
لا ريب فيه فريق في الجنة وفريق في السعير ۞ 7 ولو شاء الله لجعلهم أمة واحدة ولكن
يدخل من يشاء في رحمته والظالمون ما لهم من ولي ولا نصير ۞ 8 أم اتخذوا من دونه أولياء
فالله هو الولي وهو يحيي الموتى وهو على كل شيء قدير ۞ 9 وما اختلفتم فيه من شيء
فحكمه إلى الله ذلكم الله ربي عليه توكلت وإليه أنيب ۞ 10 فاطر السموات والارض
جعل لكم من أنفسكم أزواجا ومن الانعام أزواجا يذروكم فيه ليس كمثله شيء وهو السميع
البصير ۞ 11 له مقاليد السموات والأرض يبسط الرزق لمن يشاء ويقدر إنه بكل شيء
عليم ۞ 12 شرع لكم من الدين ما وصى به نوحا والذي أوحينا إليك وما وصينا به
إبراهيم وموسى وعيسى أن أقيموا الدين ولا تتفرقوا فيه كبر على المشركين ما تدعوهم
إليه الله يجتبي إليه من يشاء ويهدي إليه من ينيب ۞ 14 وما تفرقوا إلا من بعد ما جاءهم
العلم بغيا بينهم ولولا كلمة سبقت من ربك إلى أجل مسمى لقضي بينهم وإن الذين أورثوا
الكتاب من بعدهم لفي شك منه مريب ۞ 15 فلذلك فادع واستقم كما أمرت ولا تتبع
أهواءهم

أهواءهم وقل آمنت بما أنزل الله من كتاب وأمرت لأعدل بينكم الله ربنا وربكم لنا
أعمالنا ولكم أعمالكم لا حجة بيننا وبينكم الله يجمع بيننا وإليه المصير ۞ 16 والذين
يحاجون في الله من بعد ما استجيب له حجتهم داحضة عند ربهم وعليهم غضب ولهم عذاب
شديد ۞ 17 الله الذي أنزل الكتاب بالحق والميزان وما يدريك لعل الساعة قريب ۞
18 يستعجل بها الذين لا يؤمنون بها والذين آمنوا مشفقون منها ويعلمون أنها الحق ألا إن
الذين يمارون في الساعة لفي ضلال بعيد ۞ 19 الله لطيف بعباده يرزق من يشاء وهو القوي
العزيز ۞ 20 من كان يريد حرث الآخرة نزد له في حرثه ومن كان يريد حرث الدنيا نؤته
منها وما له في الآخرة من نصيب ۞ 21 أم لهم شركاء شرعوا لهم من الدين ما لم يأذن
به الله ولولا كلمة الفصل لقضي بينهم وإن الظالمين لهم عذاب أليم ۞ 22 ترى الظالمين
مشفقين مما كسبوا وهو واقع بهم والذين آمنوا وعملوا الصالحات في روضات الجنات لهم
ما يشاؤن عند ربهم ذلك هو الفضل الكبير ۞ 23 ذلك الذي يبشر الله عباده الذين آمنوا
وعملوا الصالحات قل لا أسألكم عليه أجرا إلا المودة في القربى ومن يقترف حسنة نزد له
فيها حسنا إن الله غفور شكور ۞ 24 أم يقولون افترى على الله كذبا فإن يشأ الله
يختم على قلبك ويمح الله الباطل ويحق الحق بكلماته إنه عليم بذات الصدور ۞ 25 وهو
الذي يقبل التوبة عن عباده ويعفوا عن السيات ويعلم ما تفعلون ۞ 26 ويستجيب الذين آمنوا
وعملوا الصالحات ويزيدهم من فضله والكافرون لهم عذاب شديد ۞ 27 ولو بسط الله الرزق
لعباده لبغوا في الأرض ولكن ينزل بقدر ما يشاء إنه بعباده خبير بصير ۞ 28 وهو الذي ينزل
الغيث من بعد ما قنطوا وينشر رحمته وهو الولي الحميد ۞ 29 ومن آياته خلق السموات والأرض
وما بث فيهما من دابة وهو على جمعهم إذا يشاء قدير ۞ 30 وما أصابكم من مصيبة فبما
كسبت أيديكم ويعفوا عن كثير ۞ 31 وما أنتم بمعجزين في الأرض وما لكم من دون
الله من ولي ولا نصير ۞ 32 ومن آياته الجوار في البحر كالأعلام إن يشأ يسكن الريح
فيظللن رواكد على ظهره إن في ذلك لآيات لكل صبار شكور ۞ 33 أو يوبقهن بما
كسبوا ويعف عن كثير ۞ 34 ويعلم الذين يجادلون في آياتنا ما لهم من محيص ۞
35 فما أوتيتم من شيء فمتاع الحيوة الدنيا وما عند الله خير وأبقى للذين آمنوا وعلى ربهم
يتوكلون ۞ 36 والذين يجتنبون كبائر الإثم والفواحش وإذا ما غضبوا هم يغفرون ۞
37 والذين استجابوا لربهم وأقاموا الصلوة وأمرهم شورى بينهم ومما رزقناهم ينفقون ۞
38 والذين إذا أصابهم البغي هم ينتصرون ۞ 39 وجزاء سيئة سيئة مثلها فمن عفا وأصلح
فأجره على الله إنه لا يحب الظالمين ۞ 40 ولمن انتصر بعد ظلمه فأولئك ما عليهم من سبيل ۞
41 إنما

41 إِنَّمَا ٱلسَّبِيلُ عَلَى ٱلَّذِينَ يَظْلِمُونَ ٱلنَّاسَ وَيَبْغُونَ فِي ٱلْأَرْضِ بِغَيْرِ ٱلْحَقِّ أُولَٰئِكَ لَهُمْ عَذَابٌ
أَلِيمٌ ۞ 42 وَلَمَنْ صَبَرَ وَغَفَرَ إِنَّ ذَٰلِكَ لَمِنْ عَزْمِ ٱلْأُمُورِ ۞ 43 وَمَنْ يُضْلِلِ ٱللَّهُ فَمَا لَهُ مِنْ
وَلِيٍّ مِنْ بَعْدِهِ وَتَرَى ٱلظَّالِمِينَ لَمَّا رَأَوُا ٱلْعَذَابَ يَقُولُونَ هَلْ إِلَىٰ مَرَدٍّ مِنْ سَبِيلٍ ۞ 44 وَتَرَاهُمْ
يُعْرَضُونَ عَلَيْهَا خَاشِعِينَ مِنَ ٱلذُّلِّ يَنْظُرُونَ مِنْ طَرْفٍ خَفِيٍّ وَقَالَ ٱلَّذِينَ آمَنُوا إِنَّ ٱلْخَاسِرِينَ ٱلَّذِينَ
خَسِرُوا أَنْفُسَهُمْ وَأَهْلِيهِمْ يَوْمَ ٱلْقِيَٰمَةِ أَلَا إِنَّ ٱلظَّالِمِينَ فِي عَذَابٍ مُقِيمٍ ۞ 45 وَمَا كَانَ لَهُمْ مِنْ أَوْلِيَاءَ
يَنْصُرُونَهُمْ مِنْ دُونِ ٱللَّهِ وَمَنْ يُضْلِلِ ٱللَّهُ فَمَا لَهُ مِنْ سَبِيلٍ ۞ 46 ٱسْتَجِيبُوا لِرَبِّكُمْ مِنْ قَبْلِ
أَنْ يَأْتِيَ يَوْمٌ لَا مَرَدَّ لَهُ مِنَ ٱللَّهِ مَا لَكُمْ مِنْ مَلْجَإٍ يَوْمَئِذٍ وَمَا لَكُمْ مِنْ نَكِيرٍ ۞ 74 فَإِنْ
أَعْرَضُوا فَمَا أَرْسَلْنَاكَ عَلَيْهِمْ حَفِيظًا إِنْ عَلَيْكَ إِلَّا ٱلْبَلَاغُ وَإِنَّا إِذَا أَذَقْنَا ٱلْإِنْسَانَ مِنَّا رَحْمَةً فَرِحَ بِهَا
وَإِنْ تُصِبْهُمْ سَيِّئَةٌ بِمَا قَدَّمَتْ أَيْدِيهِمْ فَإِنَّ ٱلْإِنْسَانَ كَفُورٌ ۞ 48 لِلَّهِ مُلْكُ ٱلسَّمَوَاتِ وَٱلْأَرْضِ
يَخْلُقُ مَا يَشَاءُ يَهَبُ لِمَنْ يَشَاءُ إِنَاثًا وَيَهَبُ لِمَنْ يَشَاءُ ٱلذُّكُورَ ۞ 49 أَوْ يُزَوِّجُهُمْ ذُكْرَانًا وَإِنَاثًا
وَيَجْعَلُ مَنْ يَشَاءُ عَقِيمًا إِنَّهُ عَلِيمٌ قَدِيرٌ ۞ 50 وَمَا كَانَ لِبَشَرٍ أَنْ يُكَلِّمَهُ ٱللَّهُ إِلَّا وَحْيًا أَوْ مِنْ
وَرَاءِ حِجَابٍ ۞ 51 أَوْ يُرْسِلَ رَسُولًا فَيُوحِيَ بِإِذْنِهِ مَا يَشَاءُ إِنَّهُ عَلِيٌّ حَكِيمٌ ۞
52 وَكَذَٰلِكَ أَوْحَيْنَا إِلَيْكَ رُوحًا مِنْ أَمْرِنَا مَا كُنْتَ تَدْرِي مَا ٱلْكِتَابُ وَلَا ٱلْإِيمَانُ وَلَٰكِنْ
جَعَلْنَاهُ نُورًا نَهْدِي بِهِ مَنْ نَشَاءُ مِنْ عِبَادِنَا وَإِنَّكَ لَتَهْدِي إِلَىٰ صِرَاطٍ مُسْتَقِيمٍ ۞ 53 صِرَاطِ ٱللَّهِ
ٱلَّذِي لَهُ مَا فِي ٱلسَّمَوَاتِ وَمَا فِي ٱلْأَرْضِ أَلَا إِلَى ٱللَّهِ تَصِيرُ ٱلْأُمُورُ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. HM. A. S. Q. 2. Ita revelat tibi, & illis, qui *fuerunt* ante te, Deus Præpotens, Sapiens. 3. Ipſius *eſt* id, quod in Cœlis, & quod in Terra *reperitur*, & ipſe *eſt* Excelſus, Magnus. 4. Parùm abeſt, *quin* Cœli ſcindantur deſuper ſe, *præ Majeſtate ejus*: Angeli verò decantant laudem Domini ſui, & indulgentiam precantur pro iis, qui *ſunt* in terra. Nonne certè Deus eſt Indultor, Miſericors? 5. Verùm, qui acceperunt præter eum *alios Deos* in patronos, Deus *erit* obſervator ſuper eos: neque tu *es* ſuper eos in procuratorem. 6. Et ita revelavimus tibi Coranum Arabicum, ut commoneas Metropolin (*ideſt Meccam*) & eos, qui *ſunt* circa eam, & commineris diem Congregationis (*ideſt ſupremi Judicii*) non *eſt* dubium de eo. Pars *hominum die illa collocabitur* in Paradiſo, & pars in Tartaro. 7. Quòdſi voluiſſet Deus, certè feciſſet eos gentem unam (*ideſt unius religionis.*) Sed introducit, quem vult in miſericordiam ſuam. Iniqui verò, non *erit* illis ullus patronus, neque adjutor. 8. An acceperunt præter eum patronos? Atqui Deus ipſe *eſt* Patronus, & ipſe vivificat mortuos, & ipſe *eſt* ſuper omnem rem Potens. 9. Et *a* quod diſcordes fueritis in eo circa aliquid (*ideſt, & id, quod erit, in quo cum infidelibus diſcordes fueritis*) judicium ejus *ſpectabit* ad Deum. Ille *eſt* Deus, Dominus meus: ſuper eum innitor, & ad eum revertar. 10. Conditor Cœlorum, & Terræ: poſuit vobis ex vobis ipſis conjuges, & ex pecudibus conjuges *maſculum, fœminam*. Diſſeminat (*ideſt multiplicat*) vos per hoc *conjugium*. No eſt ſicut ille res *ulla*, & ipſe *eſt* Auditor, Inſpector. 11. Ipſi ſunt claves Cœlorum, & Terræ: ampliat opem, cui vult, & coarctat, *cui vult*: quippe ipſe *e* in Omni re Cognitor. 12. Sanxit vobis de religione, quod præceperat τῷ Noe

a & in quo diſcordes fueritis.

&,

&, quod revelavimus tibi, & quod præcepimus Abrahæ, & Moysi, & Jesu, *dicentes*: Rectè custodite Religionem, & ne dividamini in ea. Grave erit super Associantes (*ideſt ægrè ferent Idololatræ, ſi hoc feceritis*). 13. Id, ad quod vocas eos, Deus eliget ad illud, quem voluerit, & diriget ad illud eum, qui conuersus fuerit *ad ſe*. 14. Et non diviserunt se, *qui erant unius religionis*, *in ſectas*, nisi postquàm venit ad eos scientia *de unitate Dei*, *ob* æmulationem inter se. Et nisi verbum (*ideſt Decretum*) præcessisset à Domino tuo *de dilatione Judicii* usque ad terminum præfinitum; cettè decisa fuisset *lis* inter eos. Et quidem illi, qui hæreditaverunt Librum post eos (*ideſt Judæi, & Christiani*) certè *ſunt* in dubitatione de eo (*ideſt de Mahumeto*) suspicioſa. 15. Ad hoc ergo advoca *homines* (*ideſt ad hanc unitatem Dei*) & rectus esto *in eo*, quemadmodum jussus es: & ne sequaris desideria eorum, & dic: Credidi in id, quod demisit Deus de Libro (*ideſt Sacrarum Scripturarum*) & præceptum est mihi, ut justè judicem inter vos. Deus *est* Dominus noster, & Dominus vester. Nobis sunt opera nostra, & vobis opera vestra. Ne *sit* disceptatio inter nos, & inter vos. Deus congregabit (*ideſt litem componet*) inter nos, & ad eum erit reditus. 16. Qui verò disceptabunt de Deo (*ideſt de Religione*) postquàm responsum fuit illi (*ideſt Mahumeto de Religione manifeſtanda*) disceptatio eorum *erit* vana apud Dominum suum, & super eos *adveniet* ira, & ipsis *erit* pœna vehemens. 17. Deus *est*, qui demisit Librum *Alcorani* cum veritate; & stateram (*juſtum judicium.*) Quid verò scire faciet te, utrum Hora *sit* propinqua? 18: Accelerare cupiunt eam, qui non credunt in eam. Qui verò crediderunt, *sunt* formidantes de ea, & sciunt, quòd ipsa *est* veritas. Nonne porrò, qui disputant de Hora, sanè *sunt* in errore longinquo? (*ideſt errant toto Cœlo*). 19. Deus benignus *est* in servos suos: opes largitur, cui vult, & ipse *est* Fortis, Præpotens. 20. Qui voluerit agrum sativum lucrum alterius vitæ, augebimus illi in lucro suo. Qui autem voluerit lucrum Mundi, dabimus ei ex eo (*Mundo*) sed non *erit* illi in altera vita ulla pars. 21. An *sunt* illis (*ideſt Meccanis*) socii (*ideſt Dii*), *qui* sanciverint illis de religione id, quod non approbavit Deus? At, si non dictum Divisionis (*ideſt, ſi non obſtaſſet decretum Dei, de differenda mercede uniuſcujuſque uſque ad Diem Judicii, quo dividentur boni à malis*) certè decisa fuisset lis inter eos. Sed profectò iniquis erit pœna dolorifica. 22. Videbis *die Judicii* iniquos timentes ob id, quod perpetraverunt, & ipse (*nempe Dies judicii, vel timor ejus*) *erit* cadens super eos. Qui verò crediderint, & fecerint recta, *collocabuntur* in viridariis Paradisorum: *erit* ipsis id, quod voluerint apud Dominum suum. Hæc *erit* excellentia magna. 23. Hoc *est* quod annunciat Deus servis suis, qui crediderunt, & fecerunt recta. Dic: Non peto à vobis pro hoc, *quod vobis prædico*, mercedem *ullam*, nisi charitatem erga propinquos. Qui autem acquisierit *unum* bonum, augebimus illi in eo *aliud* bonum: nam Deus *est* Indulgens, Gratus. 24. An dicent: *Mahumetus* blasphemè commentus est de Deo mendacium? Porrò, si voluerit Deus, imprimet sigillum super cor tuum (*ideſt muniet te patientia in contumeliis eorum*). Et abolebit Deus vanitatem, & confirmabit veritatem in verbis suis: quippe ipse *est* cognoscens essentiam pectorum. 25. Et ipse *est*, qui suscipit pœnitentiam à servis suis, & indulget malis (*ideſt peccatis*) & scit id, quod operamini. 26. Et exaudiet eos, qui crediderint, & operati fuerint recta, & augebit eos ex liberalitate sua: infideles autem, ipsis *erit* pœna vehemens. 27. Quòdsi ampliasset Deus opes servis suis: certè intemperanter se gererent in terra. Verùm demittit (*ideſt tribuit unicuique*) in mensura, quod vult: quippe ipse *est* in servis suis plenè instructus, inspector (*ideſt perfectè novit, quid unicuique homini conveniat*). 28. Et ipse *est*, qui demittit pluviam, posteaquam desperaverunt *homines de illa*, & expandit misericordiam suam, & ipse *est* Patronus, Laudatus. 29. Et inter signa *potentiæ* ejus *est* creatio Cœlorum, & Terræ, & id, quod disperſit in utrisque de animantibus, & ipse ad congregandos eos, ubi voluerit, *est* Potens. 30. Et id, quod incidit vobis de infortunio, *est* propter id, quod operatæ sunt manus

veſtræ, & *tamen* condonat *vobis* multa. 31. Neque vos imbecillem reddetis *Deum* in terra: neque *erit* vobis præter Deum Patronus, neque adjutor. 32. Et inter ſigna ejus, *ſunt* naves in mari, ſicut montes alti. Si voluerit, ceſſare faciet ventum, & *illę* reſidebunt immobiles ſupra dorſum ejus. Certè in hoc *ſunt* ſanè ſigna omni patienter ſuſtinenti, grato. 33. Vel demerget eas propter id, quod patraverunt (*ideſt peccaverunt homines, qui ſunt in illis*) & *tamen* condonabit multa. 34. Et ſcient, qui diſceptant de ſignis noſtris, non *fore* ſibi ullum effugium *è manibus noſtris*. 35. Quod datum eſt vobis de rebus, *eſt* utenſile vitæ mundanæ, & id, quod *eſt* apud Deum, *eſt* melius, & permanentius pro illis, qui crediderunt, & ſuper Dominum ſuum innituntur. 36. Et, qui declinant gravia iniquitatis (*ideſt peccata gravia*) & flagitia: & ſi quandò irati fuerint eis (*ideſt idololatris*) *tamen* condonant *illis*. 37. Et, qui obediunt Domino ſuo, & perſolvunt preces; & negotium eorum conſultatio (*ideſt, & conſultant inter ſe negotia ſua, nihilque agunt ſine conſilio*) & ex eo, quo ditavimus eos, dilargiuntur *in eleemoſynam*. 38. Et, qui, cùm inciderit eis injuria *ab aliquo*, ipſi ſeſe ulciſcuntur *paria reddendo*. 39. Compenſatio autem mali, *quod infertur*, *debet eſſe* malum, ſicut illud, *quod illatum eſt* (*ideſt par pari reddendum.*) Porrò, qui condonaverit *injuriam*, & reconciliatus fuerit *inimico*, merces ejus *erit* apud Deum; quippe ipſe non amat iniqua agentes. 40. Et ſanè, qui vindicaverit ſe poſt injuriam ſuam (*ideſt ſibi illatam*) hi, non *eſt* ſuper eos ulla ſemita (*ideſt nulla lex propter hoc punit eos*). 41. Profectò ſemita *eſt* ſuper eos, qui iniquè tractant homines, & inſoleſcunt in terra ſine juſtitia: his erit pœna dolorifica. 42. Et quidem, qui patienter ſuſtinuerit, & condonaverit *injuriam*, certè hoc *erit* ſanè ex decreto rerum (*ideſt juxta ſtatuta legis*). 43. Quem autem errare fecerit Deus, non *erit* illi ullus Patronus, poſt *a* hoc, *qui dirigat eum*. Et videbis iniquos, *qui*, poſtquàm aſpexerint pœnam *Gehennæ*, dicent: An *eſt* ad regreſſum *in vitam* aliqua ſemita? 44. Et videbis eos, dum præſentabuntur ante illam (*ideſt ante pœnam ignis Gehennæ*) humiles ob ignominiam: aſpicient *ignem* obtutu obliquo, furtivo, *utpote inviti*. Et dicent, qui crediderunt: Certè pereuntes erunt, qui perdiderunt animas ſuas, & familias ſuas, die reſurrectionis. Nonne porrò iniqui *cruciabuntur* in ſupplicio permanenti. 45. Et non erunt ipſis ulli patroni, qui adjuvent eos præter Deum. Quem verò errare fecerit Deus, non erit ei ulla ſemita, *per quam dirigatur ad veritatem*. 46. Obaudite Domino veſtro, antequàm veniat dies, cujus non *eſt* repulſio à Deo (*ideſt, quem nemo poteſt impedire, quin Deus adducat illum.*) Non *erit* vobis ullum refugium die illa: neque *erit* vobis ulla negatio (*ideſt nullatenùs negare poteritis peccata veſtra*). 47. Quòdſi *infideles hæc audientes* tergiverſati fuerint: profectò non miſimus te ſuper eos cuſtodem. Non *b* *ſpectat* ad te, niſi prædicatio. Et nos quidem, ubi guſtare fecerimus hominem ex nobis miſericordiam, lætabitur de ea. Si autem inciderit illis malum, propter id, quod præmiſerunt manus eorum (*ideſt propter peccata antecedentia*) profectò homo *fiet* ingratus. 48. Dei *eſt* Regnum Cœlorum, & Terræ: creat id, quod vult, donat cui vult fœminas, & largitur cui vult maſculos. 49. Aut conjunctim tribuit illis maſculos, & fœminas, & efficit, quem vult, ſterilem: quippe ipſe *eſt* ſciens, Potens. 50. Et non eſt homini (*ideſt in poteſtate hominis*) ut alloquatur eum Deus, niſi per revelationem, aut de poſt velamen (*ideſt itaut tantùm audiat, ſed non videat illum*). Aut mittat Legatum (*ideſt Angelum*) qui revelet *homini* per voluntatem ejus (*ideſt Dei*) id, quod voluerit: quippe ipſe *eſt* Sublimis, Sapiens. 52. Et ita revelavimus tibi ſpiritum (*ideſt Alcoranum, qui eſt ſpiritus, ſeu vita animarum*) ex mandato noſtro. Non intelligebas *anteà*, quid eſſet Liber *Alcorani*: neque, *quid eſſet* fides. Verùm dedimus illum ad lucem; *ut* dirigeremus per eum, quem voluiſſemus de ſervis noſtris. Et tu quidem ſanè diriges *per eum alios* ad viam rectam, 53. Viam Dei, cujus eſt id, quod in Cœlis, & id, quod in terra. Nonne ad Deum revertuntur res *univerſæ*?

a poſt hũc, (*nẽpè Deũ*)

b Si.

NOTÆ.

NOTÆ.

NIhil in hac Sura, tamquam novum, notandum occurrit (nam pleraque in ea contenta, in superioribus Suris habentur) nisi, epigraphen illius duplicem reperiri. Alteram شورى *Consultatio*, quæ dictio versu 37. legitur: alteram حم عسق *Ham-Asac*, continentem quinque characteres Alphabeti Arabici singulares, seu solitarios, qui, ut in linguam Latinam conversi, ita in Arabica nullam habent significationem; similes fictæ à Logicis voci, *Elitri*. Hujusmodi characteres soli Deo noti, primum Suræ versum constituunt. Hæc verò Meccana tota est. Sed Gelal excipit versum, seu partem versus 24. *Dic*: *Non peto à vobis*, *&c.* cum tribus versiculis sequentibus. Hujusmodi autem versiculorum numerus in tota Sura ad tres, & quinquaginta à plerisque protrahitur: quamvis alii plures enumerent. Qui hanc Suram legerit كان ممن يصلّى عليه الملائكة ويستغفرون له ويترحمون له: *erit ex illis, pro quibus orabunt Angeli, & veniam precabuntur pro illo, & miserebuntur illius.*

REFUTATIONES.

I. COnstat, ut vidimus, primus Suræ hujus versus quinque characteribus Arabicis solitariis, &, qui nullam inter se connexionem habent, nullamque lectori exhibent significationem. Mox verò subditur sequenti versu: *Ita revelat tibi, & iis, qui fuerunt ante te, Deus Præpotens, Sapiens.* Quòd ita Deus Mahumeto revelaverit, sibi habeat. Nobis tamen certum est, non Deum, sed Diabolum hujusmodi superstitiosis, Magicisque characteribus fucum Mahumeto fecisse. Quòd verò Deus per similes solitarios characteres Sacris Scriptoribus præcedentibus aliquid revelaverit, impudentissimum mendacium est. Ostendant nobis Mahumetus, & Mahumetani aliquem Prophetam, cui hoc revelationis genus à Deo factum sit. Afferent fortasse pro se Ezechielem, apud quem cap. 9. legimus, Deum jussisse, Angelum scribere, seu signare characterem Hebraicum *Thau* super frontes quorumdam justorum, ad eos ab injustis separandos. Verùm nihil hoc ad rem facit. Primò enim non fuit ille character solitarius ת: sed תו, quæ est dictio significans *signum*, & ideo septuaginta Interpretes, qui apud Mahumetanos plurimæ sunt auctoritatis, verterunt, σημεῖον *signum*. Quodcunque autem fuerit illud signum, parùm refert; satis erat, ut distingueret bonos à malis. Deindè etiamsi fuisset simplex character ת, hujusmodi character erat apud Hebræos signum salutis; quemadmodum apud Græcos litera Θ erat nota damnationis: Quamobrem hujusmodi character, quamvis solitarius, claram habuisset significationem. Postremò non agitur de revelatione facta Ezechieli per characteres singulares proponendos hominibus ad eorum eruditionem: sed de præcepto, quo Deus jussit, Angelum scribere, vel notare in frontibus justorum unum characterem, vel signum, quod, sive intelligeretur, sive non, satis erat ad distinguendos illos à malis. Afferent etiam authoritatem S. Joannis Apostoli in Apocalipsi cap. 1. Ubi Christus, vel Deus asserit, se esse A. & Ω; qui sunt duo characteres Græci solitarii, qui per se nihil significant. Sed facilè respondetur, cùm A. sit primus character, at verò Ω. postremus in Alphabeto Græco, unumquemque, vel rudis ingenii cognoscere posse, per hos characteres significari, Deum esse principium, & finem omnium rerum, quemadmodùm Deus ipse se explicat, dicens: *Ego sum* A. *&* Ω. *Principium, & finis: primus, & novissimus.* Postremò proferent id, quod habetur in eadem Apocalipsi cap. 13. ubi scribitur, nomen Antichristi formaturum characteribus suis numerum sexcenta sexaginta sex. Sed respondemus, nihil hìc à Deo Prophetæ revelari per singulares characteres: sed tantummodò illum edoceri, nomen Antichristi per suos characteres numerum illum efformaturum. Quia enim plures adventuri erant (inter quos Mahumetus primariò recensendus) qui ob suam impietatem potentiæ adjunctam, Antichristi credi possent: ut faciliùs homines illius ætatis illum agnoscere possent, voluit Deus, illos præmoneri per hoc signum, nempe per numerum, quem characteres nominis ejus essent effecturi. Hoc autem cognosci non poterit (neque enim expedit, vel est utile, vel necessarium) nisi cum Antichristus advenerit. Notandum autem est hìc, licèt nomen Antichristi hunc numerum sit formaturum, non tamen sequi, si cujus nomen eundem numerum efficiat, hunc fore Antichristum, nisi etiam cætera Antichristi signa illi conveniant.

II. Modus ille loquendi, quo hìc, & alibi utitur Mahumetus: *Si Deus voluisset, fecisset homines gentem unam, seu unius Religionis, & fidei*: etiamsi, ut alibi notavimus, possit aliquo modo tolerari, loquendo de voluntate Dei absoluta; repugnat tamen modo consueto loquendi Sacrarum Scripturarum, ex quibus habemus, Deum velle, omnes homines salvos fieri, & quantum est ex parte sua, conferre illis auxilia omnia ad hoc necessaria. Non tamen vult in hoc homines cogere: Sed relinquit illis liberam voluntatem, ita ut, si velint, possint omnes veram Religionem sibi propositam amplecti, sicut eamdem etiam rejicere. Quamobrem homines non errant in hoc, quia Deus ita velit: sed quia ita ipsi volunt: neque per illum stat, quin omnes veram Religionem amplectantur, æternamque salutem consequantur. Porrò modus ille loquendi Alcoranicus videtur causam in Deum refundere, quòd omnes homines non rectè credant: immò ansam iisdem præbere putandi, se non peccare, si non credant, quia Deus non vult, eos credere, & quodamodò cogit illos ad infidelitatem.

III. Vix credi poteſt, tàm effrictæ frontis eſſe Mahumetum, ut fidenter affirmet, Alcoranum ſuum eadem continere, quæ Noe, Abrahæ, & Jeſu revelata ſunt. Ut enim de Noe, & Abraham nihil dicam, ſi Pentateuchum Moyſi, & Euangelium Jeſu cum Alcorano componamus, manifeſtè videbimus, nihil propè huic cum illis eſſe commune: immò plerumque illis adverſari; nec poſſe illis, niſi ut lutum auro, tenebras luci comparari.

IV. Nullo modo intelligi poteſt id, quod aſſerit Mahumetus hìc, & alibi: nimirum profeſſores unius, verèque Religionis, cujuſmodi erant omnes homines, vel ſaltem Judæi, & Chriſtiani, non diviſiſſe ſeſe in varias ſectas, niſi poſtquam venit ad eos ſcientia de unitate Dei: ſupponitur enim omnes, antequam haberent hujuſmodi ſcientiam, unius Dei cultum profeſſos fuiſſe. Alioquin, ſi fuiſſent inter eos, qui plures Deos colerent, diviſi fuiſſent à ſe mutuò, antequam hæc ſcientia ad eos perveniret: quod ex ſuppoſitione prorſus repugnat. Porrò, ſi omnes unum Deum credebant, & colebant: ad quid adventus illius ſcientiæ de unitate Dei? Nemo enim indiget ſcientia, vel cognitione illius rei, quam jam ſcit, & cognoſcit. Pernicioſa igitur fuit hominibus nova illa ſcientia veritatis circa Religionem, quæ eoſdem à vera Religione in varias ſectas, & errores diſtraxit. Vide alibi dicta.

V. Illud porrò ſine riſu audiri non poteſt, quòd hæredes Sacrarum Scripturarum, nempè Judæi, & Chriſtiani in aliqua dubitatione, vel ſuſpicione de Mahumeto fuiſſe referuntur: ita ut aliqua ex parte crederent, illum eſſe Prophetam in Sacris Scripturis prænunciatum. Quomodò enim poſſet illis hujuſmodi dubitatio ſuboriri, cùm in jiſdem Sacris Scripturis, ne minimum quidem de illo veſtigium reperiatur? Quòd verò non pauci tàm Judæorum, quàm Chriſtianorum tunc ad Mahumetiſmum tranſirent, vel etiam nunc tranſeant: non fit, quia de Mahumeti impoſtura tantillum dubitent: vel quia illum verum eſſe Prophetam ſuſpicentur, ſed quia libertinam vitam amant, & auſteriorem veræ Religionis diſciplinam refugiunt.

VI. Dum Mahumetus oſtendit, ſe à commodis propriis alienum, verbis illis, quæ non ſemel in Alcorano leguntur: *Non peto à vobis pro hoc* (nempe pro prædicatione mea) *ullam mercedem*: obliquè rem ſuam aſtutiſſimè curat addendo, *niſi charitatem erga propinquos*: quod ſic explicat Gelal: لكن اسالكم ان تودوا قرابتي التي هي قرابتكم ايضا فان له في كل بطن قريش قرابة: *Sed peto à vobis, ut charitatem exhibeatis erga cognationem meam, quæ eſt etiam cognatio veſtra. Habebat enim in unaquaque familia Coraiſitarum cognatos.* Hoc profectò nihil aliud eſt, quàm verbis ludere, & illudere. Qui enim pro cognatis petit, pro ſe etiam petere cenſetur, præſertim, ſi, qui petit, cognatus ſit eorum, à quibus petit. Quamobrem malignè apponit Gelal pronomen, *meam*, quaſi Mahumetus ſe excluderet, dùm pro cognatis petebat.

VII. Reponit inter actus egregiæ virtutis, magnique apud Deum meriti ultionem ſumptam ex iis, à quibus lædimur par pari reddendo. Verùm non modò ex doctrina Chriſti, & Apoſtolorum; ſed etiam ex Ethnicorum Sapientum placito, privata ultio, etiam, cùm quis iniuſtè lædítur, ab actu virtutis excluditur, immò inter ignobiliora vitia recenſetur. Quin Mahumetus ipſe, conſcientia victus, laudat hìc, & alibi eos, qui ultione poſthabita, inimicis ultrò ignoſcunt, vel etiam illis benefaciunt. Quamvis expoſitores aſſerant, hunc verſum de condonatione fuiſſe abrogatum. Porrò, ſi inimico ignoſcere, & injuriam patienter ſuſtinere eſt, ut ipſe ait, *ex decreto rerum*: nimirum, quemadmodum explicat Gelal, معزوماتها بمعني المطلوبات شرعا *intenta*, ſeu connexa *cum iiſdem* rebus: *nempe requiſita à legibus*: oppoſitum facere erit contra eaſdem leges. Et profectò ſtatutum Legis Divinæ Levit. cap. 19. eſt: *Non queras ultionem; nec memor eris injuriæ civium tuorum*. Et tàm in Pentateucho, & Prophetis, quàm in Euangelio, & libris Apoſtolorum vindicta improbatur. Vide ſuperiùs dicta.

VIII. Cùm habeamus in hac Sura, quemadmodum etiam in aliis ex teſtimonio ipſius Mahumeti, illum, antequam Alcoranum acciperet, ignoraſſe, quid eſſet Fides; conſtat manifeſtè, eumdem per quadraginta annos infidelem, Ethnicumque fuiſſe. Non enim accepit Alcoranum, niſi poſt annum ætatis ſuæ quadrageſimum: immo nonniſi extremo vitæ ſuæ anno, nempe ſexageſimo tertio, totum illum, integrumque accepiſſe, Moslemi omnes fatentur. Quid ergo tot de Mahumeto puero, vel juvene, religionis, & Sanctitatis prodigia Mahumetani jactant? Mirum eſt, quantùm in hoc Alcorani loco, aliiſque ſimilibus, torqueant ſe, ac diſtorqueant Interpretes, ac Doctores Mahumetani. Sed Alcorani verba adeò clara, & aperta ſunt, ut nullum relinquant interpretationi locum. Fuſiùs hìc argumentum iſtud pertractarem, niſi in Vita Mahumeti in Digreſſione cap. 8. de illo ſatis prolixè diſſeruiſſem. Vide, quæ ibi à me dicta ſunt.

سورة الزخرف مكيّة تسع وثمانون آية

SURA XLIII.

ORNAMENTUM.

MECCANA:

COMMATUM OCTOGINTA NOVEM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 حم ۞ 2 والكتاب المبين ۞ 3 انا جعلناه قرانا عربيا لعلكم تعقلون ۞
4 وانه في ام الكتاب لدينا لعلي حكيم ۞ 5 افنضرب عنكم الذكر صفحا ان كنتم
قوما مسرفين ۞ 6 وكم ارسلنا من نبي في الاولين ۞ 7 وما ياتيهم من نبي الا كانوا به
يستهزون ۞ 8 فاهلكنا اشد منهم بطشا ومضى مثل الاولين ۞ 9 ولين سالتهم من خلق
السموات والارض ليقولن خلقهن العزيز العليم ۞ 10 الذي جعل لكم الارض مهدا
وجعل لكم فيها سبلا لعلكم تهتدون ۞ 11 والذي نزل من السماء ماء بقدر فانشرنا به
بلدة ميتا كذلك تخرجون ۞ 12 والذي خلق الازواج كلها وجعل لكم من الفلك
والانعام ما تركبون ۞ 13 لتستوا على ظهوره ثم تذكروا نعمة ربكم اذا استويتم
عليه وتقولوا سبحان الذي سخر لنا هذا وما كنا له مقرنين ۞ 14 وانا الى ربنا لمنقلبون ۞
15 وجعلوا له من عباده جزءا ان الانسان لكفور مبين ۞ 16 ام اتخذ مما يخلق بنات
واصفيكم بالبنين ۞ 17 واذا بشر احدهم بما ضرب للرحمن مثلا ظل وجهه مسودا وهو
كظيم ۞ 18 اومن ينشؤا في الحلية وهو في الخصام غير مبين ۞ 19 وجعلوا الملايكة
الذين هم عباد الرحمن اناثا اشهدوا خلقهم ستكتب شهادتهم ويسالون ۞ 20 وقالوا لو شاء
الرحمن ما عبدناهم ما لهم بذلك من علم ان هم الا يخرصون ۞ 21 ام اتيناهم كتابا من
قبله فهم به مستمسكون ۞ 22 بل قالوا انا وجدنا ابآءنا على امة وانا على اثرهم
مهتدون ۞ 23 وكذلك ما ارسلنا من قبلك في قرية من نذير الا قال مترفوها انا وجدنا
ابآءنا

آباءنا على أمة وإنا على آثارهم مقتدون ۝ 23 قل أولو جئتكم بأهدى مما وجدتم
عليه آباءكم قالوا إنا بما أرسلتم به كافرون ۝ 24 فانتقمنا فانظر كيف كان عاقبة
المكذبين ۝ 25 وإذ قال إبراهيم لأبيه وقومه إنني برآء مما تعبدون ۝ 26 إلا الذي فطرني
فإنه سيهدين ۝ 27 وجعلها كلمة باقية في عقبه لعلهم يرجعون ۝ 28 بل متعت
هؤلاء وآباءهم حتى جاءهم الحق ورسول مبين ۝ 29 ولما جاءهم الحق قالوا هذا سحر وإنا به
كافرون ۝ 30 وقالوا لولا نزل هذا القرآن على رجل من القريتين عظيم ۝ 31 أهم
يقسمون رحمة ربك نحن قسمنا بينهم معيشتهم في الحيوة الدنيا ورفعنا بعضهم
فوق بعض درجات ليتخذ بعضهم بعضا سخريا ورحمة ربك خير مما يجمعون ۝ 32 ولولا أن
يكون الناس أمة واحدة لجعلنا لمن يكفر بالرحمن لبيوتهم سقفا من فضة ومعارج عليها
يظهرون ولبيوتهم أبوابا وسررا عليها يتكئون ۝ 33 وزخرفا وإن كل ذلك لما متاع
الحيوة الدنيا والآخرة عند ربك للمتقين ۝ 34 ومن يعش عن ذكر الرحمن نقيض له شيطانا
فهو له قرين ۝ 35 وإنهم ليصدونهم عن السبيل ويحسبون أنهم مهتدون ۝ 36 حتى إذا
جاءنا قال يا ليت بيني وبينك بعد المشرقين فبئس القرين ۝ 37 ولن ينفعكم اليوم إذ ظلمتم
أنكم في العذاب مشتركون ۝ 38 أفأنت تسمع الصم أو تهدي العمي ومن كان في ضلال
مبين ۝ 39 فإما نذهبن بك فإنا منهم منتقمون ۝ 40 أو نرينك الذي وعدناهم فإنا عليهم
مقتدرون ۝ 41 فاستمسك بالذي أوحي إليك إنك على صراط مستقيم ۝ 42 وإنه لذكر
لك ولقومك وسوف تسألون ۝ 43 وسئل من أرسلنا من قبلك من رسلنا أجعلنا من دون
الرحمن آلهة يعبدون ۝ 44 ولقد أرسلنا موسى بآياتنا إلى فرعون وملائه فقال إني رسول رب
العالمين ۝ 45 فلما جاءهم بآياتنا إذا هم منها يضحكون ۝ 46 وما نريهم من آية إلا هي
أكبر من أختها وأخذناهم بالعذاب لعلهم يرجعون ۝ 47 وقالوا يا أيه الساحر ادع لنا ربك
بما عهد عندك إننا لمهتدون ۝ 48 فلما كشفنا عنهم العذاب إذا هم ينكثون ۝
49 ونادى فرعون في قومه قال يا قوم أليس لي ملك مصر وهذه الأنهار تجري من تحتي أفلا
تبصرون ۝ 50 أم أنا خير من هذا الذي هو مهين ۝ 51 ولا يكاد يبين ۝ 52 فلولا
ألقي عليه أساورة من ذهب أو جاء معه الملائكة مقترنين ۝ 53 فاستخف قومه فأطاعوه إنهم
كانوا قوما فاسقين ۝ 54 فلما آسفونا انتقمنا منهم فأغرقناهم أجمعين ۝ 55 فجعلناهم
سلفا ومثلا للآخرين ۝ 56 ولما ضرب ابن مريم مثلا إذا قومك منه يصدون ۝ 57 وقالوا
أآلهتنا خير أم هو ما ضربوه لك إلا جدلا بل هم قوم خصمون ۝ 58 إن هو إلا عبد
أنعمنا عليه وجعلناه مثلا لبني إسرائيل ۝ ولو نشاء لجعلنا منكم ملائكة في الأرض
يخلفون ۝

يخلفون ۞ 59 وإنه لعلم للساعة فلا تمترن بها واتبعون هذا صراط مستقيم ۞ 60 ولا
يصدنكم الشيطان انه لكم عدو مبين ۞ 61 ولما جاء عيسى بالبينات قال قد جيتكم
بالحكمة ولأبين لكم بعض الذي تختلفون فيه فاتقوا الله واطيعون ۞ 62 إن الله هو ربي
وربكم فاعبدوه هذا صراط مستقيم ۞ 63 فاختلف الاحزاب من بينهم فويل للذين ظلموا من
عذاب يوم اليم ۞ 64 هل ينظرون الا الساعة ان تاتيهم بغتة وهم لا يشعرون ۞
65 الاخلاء يومئذ بعضهم لبعض عدو الا المتقين ۞ 66 يا عبادي لا خوف عليكم اليوم
ولا انتم تحزنون ۞ 67 الذين امنوا بآياتنا وكانوا مسلمين ۞ 68 ادخلوا الجنة انتم
وازواجكم تحبرون ۞ 69 يطاف عليهم بصحاف من ذهب واكواب وفيها ما تشتهيه الانفس
وتلذ الاعين وانتم فيها خالدون ۞ 70 وتلك الجنة التي اورثتموها بما كنتم تعملون ۞
71 لكم فيها فاكهة كثيرة منها تاكلون ۞ 72 إن المجرمين في عذاب جهنم
خالدون ۞ 73 لا يفتر عنهم وهم فيه مبلسون ۞ 74 وما ظلمناهم ولكن كانوا هم
الظالمين ۞ 75 ونادوا يا مالك ليقض علينا ربك قال انكم ماكثون ۞ 76 لقد
جيناكم بالحق ولكن اكثركم للحق كارهون ۞ 77 ام ابرموا امرا فانا مبرمون ۞
78 ام يحسبون انا لا نسمع سرهم ونجويهم بلى ورسلنا لديهم يكتبون ۞ 79 قل إن
كان للرحمن ولد فانا اول العابدين ۞ 80 سبحان رب السموات والارض رب العرش عما
يصفون ۞ 81 فذرهم يخوضوا ويلعبوا حتى يلاقوا يومهم الذي يوعدون ۞ 82 وهو الذي في
السماء اله وفي الارض اله وهو الحكيم العليم ۞ 83 وتبارك الذي له ملك السموات
والارض وما بينهما وعنده علم الساعة واليه ترجعون ۞ 84 ولا يملك الذين يدعون من دونه
الشفاعة الا من شهد بالحق وهم يعلمون ۞ 85 ولين سالتهم من خلقهم ليقولن الله فاني
يوفكون ۞ 86 وقيله يا رب إن هؤلاء قوم لا يومنون ۞ 87 فاصفح عنهم وقل سلام
فسوف يعلمون ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. HM. 2. Per Librum *Alcorani* manifeſtum. 3. Nos certè fecimus eum lectionem Arabicam, ut vos intelligeretis. 4. Et certè ipſe *eſt* in matre Libri (*ideſt in Tabula cuſtodita*) apud nos ſanè ſublimis, ſapiens. 5. An ergo retinebimus à vobis Commonitionem (*ideſt Alcoranum*) avertendo *eam à vobis*, eo quòd ſitis homines prævaricatores? 6. Et quot miſimus Prophetas in primis *ſæculis*? 7. At non veniebat ad eos ullus Propheta, niſi illum deriderent. 8. Itaque perdidimus potentiores, quàm hos *Meccanos* robore, & præceſſit exemplum Primorum. 9. Et quidem ſi interrogaveris eos, quis creaverit cœlos, & terram: certè reſpondebunt: Creavit eos Præpotens, ſciens. 10. Qui poſuit vobis terram, *tanquam* cunabulum, & fecit vobis in ea ſemitas, ut vos dirigeremini. 11. Et, qui demittit è Cœlo aquam in menſura, & vegetamus per eam regionem mortuam: ita educemini *è ſepulchris*. 12. Et, qui creavit ſpecies *rerum* univerſas, & poſuit vobis è navibus, & jumentis,

quod

quod conſcenderetis. 13. Ut conſideatis ſupra dorſa ejus: tùm recordaremini beneficentiæ Domini veſtri, quandò conſederetis ſuper illud, & diceretis; Laus illi, qui ſubegit *ad ſerviendum* nobis hoc: nam non eramus illud *noſtris juribus* aſſecuturi. 14. Et nos ſanè ad Dominum noſtrum certè revolvendi *ſumus*. 15. Et ſtatuerunt ei è ſervis ejus partem (*ideſt prolem*) profectò homo *eſt* ſanè ingratus manifeſtus. 16. An accepit ex eo, quod creavit, filias (*nempe Angelos*) & elegit vos ad filios? 17. Cum autem annunciatum fuerit alicui eorum id, quod tribuit Miſeratori in ſimilitudinem (*ideſt ſimile illi, quod ſibi annunciatur, nempe fœmina*) apparet facies ejus tetra, & ipſe *eſt* mærore oppreſſus (*quia ſcilicet annunciata eſt ei nativitas fœminæ.*) 18. An verò *tribuunt Deo prolem fœmineam*, quæ adoleſcit inter ornamenta, & ipſa *eſt* in litigio non manifeſto (*ideſt iraſcitur, & rixatur ſine ulla cauſa*) & fecerunt Angelos, qui ſunt ſervi Miſeratoris, fœminas: An fuerunt præſentes creationi eorum? Scribetur teſtimonium eorum *de viſu*: & interrogabuntur *de eo in die Judicii*. 19. Et dixerunt: Si voluiſſet Miſerator, non coluiſſemus eos (*ideſt Angelos.*) Non *eſt* illis in hoc ulla ſcientia: *a* ipſi tantummodò mentiuntur. 20. An dedimus illis *aliquem* librum ante hunc *Alcoranum*, & ipſi illum penes ſe *ſunt* retinentes? 21. Sed dicunt: Nos ſanè invenimus Patres noſtros ſuper *hanc* ſectam, & nos ſanè ſuper veſtigia eorum directi *ſumus*. 22. Atque ita non miſimus de ante te in *ullam* urbem *aliquem* Prædicatorem, quin dicerent Proceres ejus: Nos ſanè invenimus Patres noſtros in *hac* ſecta, & nos certè veſtigia eorum *ſumus* imitaturi. 23. Reſpondit *illis prædicator*: An *ſequemini eos*, etiamſi attulero vobis aliquid rectius, quàm id, in quo inveniſtis Patres veſtros? Dixerunt: Nos certè id, ad quod *prædicandum* miſſi eſtis, *ſumus abnegantes*. 24. Itaque ultionem cepimus de illis. Vide porrò, cujuſmodi fuerit exitus inſimulantium mendacii *Legatos noſtros*. 25. Et *memento*, cùm dixit Abraham Patri ſuo, & genti ſuæ: Certè ego immunis *ſum* ab eo, quod colitis. 26. *Et non colo*, *b* niſi eum, qui creavit me: quippe ipſe diriget me. 27. Et ſtatuit hoc, dictum permanens in poſteris ſuis, ut ipſi converterentur *ab errore ad veritatem*. 28. Verùm proſperè vivere ſivi illos, & Patres eorum, donec veniret ad eos Veritas, & Legatus manifeſtus (*ideſt Alcoranus, & Mahumetus*). 29. Poſtquam autem venit ad eos Veritas, dixerunt: Hoc *eſt* præſtigium, & nos ſanè in illud non *ſumus* crediturí. 30. Et dixerunt: Niſi demiſſus fuerit hic Alcoranus ſuper virum ex duabus urbibus magnum, *non recipiemus eum*. 31. An ipſi diſtribuunt miſericordiam Domini tui? Nos diſtribuimus inter eos victualia eorum in vita mundana, & extulimus alios eorum ſuper alios gradibus, ut accipiant alii eorum alios ad ſerviendum *ſibi*, & miſericordia Domini tui melior *eſt*, quàm id, quod congregant *divitiarum*. 32. Quòdſi non futuri eſſent homines gens una (*ideſt, niſi periculum foret, ne omnes fierent unius Sectæ infidelis*) profectò dediſſemus illis, qui non credunt in Miſeratorem, domibus eorum tecta ex argento; & ſcalas *argenteas*, per quas aſcenderent, & domibus eorum portas *argenteas*, & lectulos *argenteos*, ſuper quos diſcumberent. 33. Et ornamentum *ex auro*. Et quidem totum hoc *eſſet* ſanè ſupellex vitæ mundanæ, & altera *vita erit* apud Dominum tuum pro timentibus *eum*. 34. Qui autem averterit ſe à commonitione Miſeratoris (*ideſt Alcorano*) adjungemus ei Satanam; & ipſe *erit* ei ſocius individuus. 35. Et quidem ipſi (*ideſt Dæmones, ſeu Satanæ*) avertent certè eos à via *veritatis*, & *tamen* exiſtimabunt, ſe *eſſe* directos. 36. Donec, ubi venerit ad nos *die Reſurrectionis cum Satana ſocio ſuo*, dicat *illi*: O utinam inter me, & inter te *fuiſſet* diſtantia duorum Orientium (*ideſt, quanta eſt inter Orientem, & Occidentem.*) *c* O ſane infelicem ſocium! 37. Sed nequaquam proderit vobis hodie *pœnitentia*, cùm iniqui fueritis, ne vos in pœna *ſitis* aſſociandi. 38. An ergo tu audire facies ſurdos, aut diriges cæcos, & eum, qui fuerit in errore manifeſtus? 39. Porrò, ſive abſtulerimus te *per mortem*, nos certè ex eis ultionem ſumpturi *ſumus*. 40. Sive fecerimus, ut tu videas id, quod comminati ſumus eis: nos certè ſuper eos *ſumus* potentes (*ideſt poſſumus eos punire*). 41. Firmiter ergo tene id, quod revelatum fuit tibi,

a ſi ipſi nonniſi.

b præter eũ.

c & infelix erit ſocius.

tibi, tu quippe *es* in via recta. 42. Et quidem illud *eſt* ſanè monimentum tibi, & genti tuæ, & poſteà interrogabimini (*ideſt*, *ratio exigetur à vobis de obſervantia ejus*). 43. Interroga autem, quos miſimus ante te ex Legatis noſtris, utrum conſtituerimus præter Miſeratorem, deos, *quos* colerent. 44. Et jam quidem miſimus Moyſen cum ſignis noſtris ad Pharaonem, & Proceres ejus, & dixit: Ego ſanè ſum Legatus Domini *a* ſæculorum. 45. Cùm autem veniſſet ad eos cum ſignis noſtris, ecce ipſi de illis riſum captabant. 46. Neque oſtendebamus eis ullum ſignum, niſi eſſet majus ſorore ſua (*ideſt ſigno præcedenti.*) Et ſuſtulimus eos per pœnam, ut ipſi converterentur. 47. Et dixerunt *Moyſi*, *dum punirentur*: Heus, ò Mage, deprecare pro nobis Dominum tuum ſecundum id, quod pepigit tecum (*ideſt*, *ut liberet nos*) nam nos certè *erimus* directi. 48. Cùm autem relevaſſemus ab eis pœnam, ecce ipſi promiſſa infregerunt. 49. Et edixit Pharao in populo ſuo. Dixit: O populo meus, nonne eſt mihi Regnum Aegypti, & hæc flumina, *quæ* currunt ſub me (*ideſt ſub Palatium meum?*) An ergo non videtis? 50. Nonne *b* ego melior *ſum*, quàm hic *Moyſes*, qui eſt contemptibilis? 51. Et vix poteſt explicare *verba ob linguæ bleſitatem*. 52. An ergo conjectæ ſunt ſuper eum armillæ ex auro: aut venerunt cum eo Angeli ſeſe conjunctim ſequentes? 53. Et levitatis redarguit *Pharao* populum ſuum: quamobrem obedierunt ei: quippe ipſi erant homines pravi. 54. Cùm verò provocaſſent nos ad iram, vindictam ſumpſimus de illis, & demerſimus eos univerſos. 55. Et poſuimus eos præceſſores *in pœna*, & *in* exemplum aliis. 56. Cùm autem propoſitus fuiſſet filius Mariæ *in* exemplum: ecce gens tua propter eum vociferata eſt *præ lætitia*. 57. Et dixerunt: An dii noſtri *ſunt* meliores, an hic (*ideſt Jeſus?*) Non propoſuerunt hoc tibi, niſi ad diſceptationem. Atqui ipſi *ſunt* homines litigioſi. 58. Non *a* eſt hic (*ideſt Jeſus*) niſi ſervus; beneficia contulimus ei, & poſuimus eum *in* exemplum filiis Iſrael. Quòd, ſi voluerimus, certè ponemus ex vobis (*ideſt loco veſtri*) Angelos in terra, *qui* ſuccedant *vobis*. 59. Et quidem ipſe *Jeſus erit* ſanè ſcientia ad Horam (*ideſt*, *reditus ejus in Mundum erit ſignum*, *ut ſciant homines propinquum eſſe diem Judicii.*) Ne ergo dubites de ea. Et ſequimini me: hæc *eſt* via recta. 60. Et, ne avertat vos *ab ea* Satanas: quippe ipſe *eſt* vobis hoſtis manifeſtus. 61. Et, cùm veniſſet Jeſus cum claris argumentis *miraculorum*, dixit: Jam veni ad vos cum ſapientia; & ut declarem vobis partem illius, in quo eſtis diſcordes: Timete ergo Deum, & obedite mihi. 62. Certè Deus eſt Dominus meus, & Dominus veſter: colite ergo illum: hæc *eſt* via recta. 63. Sed diſcordes fuerunt Sectæ inter ſe. Veh porrò illis, qui iniquè egerint à pœna diei dolorificæ. 64. An expectant *infideles*, niſi Horam, ut veniat ad eos repentè, & ipſi non animadvertant? 65. Amici ſinceri, die illa alii eorum *erunt* aliis inimici, præter timentes *Deum*. 66. O ſervi mei, ne *ſit* timor ſuper vos hodie; neque vos contriſtabimini. 67. Qui crediderunt in ſigna noſtra, & fuerunt Moslemi, 68. Ingredimini Paradiſum vos, & conjuges veſtræ: exhilarabimini. 69. Circumferrentur eis paropſides ex auro, & calices ſine anſis, *ut qui bibit*, *bibat*, *ex qua parte ipſi lubet*, & in eo (*ideſt Paradiſo*) erit quidquid deſiderabunt animæ, & delectabuntur oculi, & vos in eo *eſtis* perpetuò moraturi. 70. Et hic *eſt* Paradiſus, quem hæreditatis ob id, quod operati fuiſtis. 71. *Erunt* vobis in eo poma multa: ex eis comedetis. 72. At verò peccatores *erunt* in ſupplicio Gehennæ perpetuò commoraturi. 73. Non interpolabitur ab eis (*ideſt*, *nunquam ceſſabit*, *vel alleviabitur*) & ipſi in eo mæſtè ſilentes *erunt*. 74. Neque *nos* iniquè tractavimus eos: ſed fuerunt ipſi iniquè agentes. 75. Et advocabunt *Cuſtodem Gehennæ dicentes*: O Malec, *precare*: ut definiat ſuper nos (*ideſt*, *annihilet nos*) Dominus tuus. Reſpondebit *ille poſt mille annos*: Certè vos permanſuri *eſtis hìc ſemper*. 76. Jam quidem venimus ad vos, *ò Meccani*, cum veritate: Sed plerique veſtrum *ſunt* à veritate abhorrentes. 77. An machinati ſunt negotium (*ideſt*, *ſtruxerunt dolum contra Mahumetam*)? At nos *etiam* certè machinaturi *ſumus contra eos*. 78. An exiſtimant, quòd nos non audiamus ſecretum eorum, & colloquium eorum? Utique *audimus*, & Legati noſtri (*ideſt Angeli cuſtodes*) apud eos ſcribunt *illa*. 80. Dic

a Mundorũ

b An.

d Si.

Si eſſet Miſeratori proles: Ego certè *eſſem* primus colentium *illam*. 81. Laus Domino Cœlorum, & Terræ, Domino Throni (*ideſt longè abeſt*) ab eo, quod *de illo* prædicant (*i. quòd habeat prolem*). 82. Sine igitur eos, *ut* inaniter diſceptent, & ludant, donec perveniant ad diem ſuum, qui promittitur eis. 83. Et ipſe *eſt*, qui in Cęlo eſt Deus, & in Terra Deus: & ipſe *eſt* Sapiens, Sciens. 84. Et benedictus ſit ille, cui eſt Regnum Cœlorum, & Terræ, & id, quod *eſt* inter hæc duo, & apud eum *eſt* ſcientia Horæ, & ad eum reducemini. 85. Et non habent ii, quos invocant præter eum, facultatem intercedendi: Sed *habet illam*, qui teſtificatus fuerit veritatem, & ipſi ſcierint (*ideſt, qui profeſſus fuerit unitatem Dei, & crediderit in corde ſuo*). 86. Quòdſi porrò interrogaveris eos, quis creaverit ipſos: certè reſpondebunt: Deus. Quomodò ergo ſeducuntur *à veritate ſequenda*? 87. Et dictum ejus (*ideſt, & dixit Mahumetus.*) O Domine mi, certè iſti *ſunt* homines, *qui* non credunt. *Et reſpondebit Deus*: 88. Longè igitur recede ab eis, & dic: Pax. 89. At poſtmodùm ſcient, *quid mali ſit illis eventurum.*

NOTÆ.

EX Arabica dictione الزخرف, quæ *Ornamentum*, & propriè ex auro, ſignificat; prorsùſque extra rem, & fortuitò in verſu trigeſimo tertio legitur: epigraphen ſuam hæc Sura deſumpſit. Ex quo, ut alibi diximus, agnoſcere licet Alcorani futilitatem, præſertim in eo, quod ſpectat Surarum inſcriptiones. Nonne enim ridiculus haberetur, qui primum Geneſeos caput inſcriberet, *Herba*, vel *Reptile*, quia in eo hæ dictiones leguntur? Neque ſuffragatur hujuſmodi Moslemorum levitati, quòd Hebræi ex prima librorum Pentateuchi dictione, libros ipſos inſcribant: prima enim dictio eſt veluti clavis totius libri, atque ideò non injuria eidem præponitur. Quod attinet ad locum traditionis hujus Suræ, Meccæ Mahumeto datam fuiſſe omnes conveniunt. Nonnulli tamen excipiunt verſum quadrageſimum tertium; qui incipit: *Interroga autem*. Enumerant communiter in ea verſus novem ſupra octoginta. Qui legerit hanc Suram, erit ممن يقال له يوم القيمة يا عبادى لا خوف عليكم اليوم ولا انتم تحزنون ادخلوا الجنة بغير حساب

ex illis, quibus dicetur in die Reſurrectionis: O ſervi mei, non erit ſuper vos timor hodie, neque vos contriſtabimini. Ingredimini in Paradiſum ſine redditione rationis.

II. *Librum manifeſtum*. Arabica vox مبين, modò activè, modò paſſivè accipitur: itaut tàm *manifeſtum*, quàm *manifeſtantem* ſignificet. Ubi verò de Alcorano, vel alio libro dicitur, activè plerumque meliùs redditur: quia ſcilicet manifeſtet veritatem, & falſitatem: licita, & illicita. Nihilominùs, cùm id, quod manifeſtum eſt, manifeſtet ſeipſum, & id, quod in ſe continet: ideò ſive manifeſtum, ſive manifeſtantem reddas, in idem recidet.

IV. *In matre libri*.] ideſt in libro illo, in quo omnia ſcribuntur, & vocatur اللوح المحفوظ *Tabula cuſtodita*, ſemperque manet apud Deum: de qua Mahumetani mira fabulantur, quemadmodùm alibi dictum eſt. Videtur Alcoranus alludere ad verba illa Pſalmi 138. *In libro tuo omnes* (vel omnia) *ſcribentur*.

XXX. *Super virum ex duabus urbibus*.] Explicat Gelal: اى الوليد بن المغيرة بمكة او عروة بن مسعود الثقفى بالطايف: ideſt *ſuper Validum filium Mogheire in Mecca: vel ſupra Oruam filium Maſaudi Thecaphienſem in Taipho*. Eodem modo exponit Jahias ex Cottadâ: ſed pro عروة *Orua*, habet ابو سفيان *Abu-Sophian*. Erant ſcilicet hi duo viri Magni, ac potentes in ſuis urbibus, & ſummæ authoritatis apud concives ſuos.

LII. *An verò conjectæ ſunt ſuper eum armillæ ex auro*?] Explicat Gelal: كعادتهم فيمن يسودون أن يلبسوه اسورة من ذهب ويطوقون طوق ذهب:

Juxta conſuetudinem eorum circa eos, quos Principes conſtituebant: ornabant quippe illos armillis aureis, & torquem auream circumdabant eis.

LVI. *Cùm autem propoſitus fuiſſet filius Mariæ*.] Lucem dat his, & ſequentibus verbis expoſitio Gelalis: حين نزل قوله تعالى انكم وما تعبدون من دون الله حصب جهنم فقال المشركون رضينا ان تكون الهتنا مع عيسى لانه عبد من دون الله. اذا قومك المشركون من المثل يضجون فرحا بما سمعوا وقالوا له اء الهتنا خير ام عيسى فنرضى ان تكون الهتنا معه: ما ضربوه اى المثل لك الا جدلا خصومة بالباطل لعلمهم ان ما بغير العاقل فلا يتناول عيسى عليه السلام: *Cùm revelata eſſent verba illa Alcorani: Certè vos, & ii, quos colitis præter Deum, eritis pabulum ignis in Gehenna: dixerunt infideles: Contenti ſumus, ut dii noſtri ſint unà cum Jeſu* (in Inferno) *nam etiam ipſe cultus fuit præter Deum: Ecce populus idololatra ex hoc exemplo præ lætitia exclamavit ob id, quod audierat; & dixit: ſuntne dii noſtri meliores, an Jeſus? Nam* (ſi ipſe melior eſt) *contenti ſumus, ut dii noſtri ſint cum illo. Non propoſuerunt tibi hanc comparationem, niſi ad inane litigium: cùm ſcirent hujus rei inquiſitionem eſſe hominis intellectu carentis: neque Jeſum comprehendi* (inter eos, de quibus loquitur Alcoranus.)

LV. *Jam veni ad vos cum ſapientia, &c.*] Exponit Gelal: بالنبوة وشرايع الانجيل ولابين لكم بعض الاحكام فى التوراة من امر الدين وغيره:

cum prophetia, & legibus Euangelii, & ut declarem vobis, quædam ſpectantia ad ſanctiones Pentateuchi in materia Religionis, & aliis rebus.

LVII. *Sed diſcordes fuerunt ſectæ*.] Nimirùm, ut ait Gelal: عيسى اهو الله او ابن الله او ثالث ثلاثة

ثلاثـــة *circa Jeſum, utrum ipſe eſſet Deus: an filius Dei, an verò tertius trium*: ideſt una ex tribus Perſonis Trinitatis.

LXXIII. *O Malec.*] Hoc nomine, quod Regnantem, vel Poſſeſſorem ſignificat, Gehennæ cuſtodem appellari Arabes fabulantur.

LXXXII. *Et non habent ii, quos invocant præter eum, facultatem intercedendi.*] Hi, qui habebunt jus intercedendi, etiamſi tanquam dii adorati fuerint, erunt, juxta expoſitione Gelalis: عيســـى وعزير والملايكة فانهـــم يشفعون للمومنيـــن. *Jeſus, & Ozair* (ideſt Ezra) *& Angeli: hi enim pro Fidelibus intercedent.*

REFUTATIONES.

I. NOn ſine nova impietate, ac blaſphemia inducit Deum jurantem per Alcoranum. Quid verò tandem jurat? Alcoranũ lingua Arabica ſcriptum eſſe. Exigebatur ſcilicet ad id, quod omnibus notiſſimum erat, Dei juramentum. Rationem reddit, cur Liber hic Arabicè ſcriptus fuerit: ut nimirùm Meccani poſſent eum intelligere. Verũ, cùm non ſemel aſſerat Mahumetus, Alcoranum non pro ſolis Meccanis, aut Arabibus, ſed pro العالمين, ideſt omnibus creaturis, nempe hominibus, dæmonibus, & Angelis univerſis à Deo traditum fuiſſe, parùm ad rem erat Arabico idiomate illum ſcribi, ſed alio magis communi, & hominibus noto vulgandus erat: quemadmodùm Euangelium, quod pro omnibus gentibus traditum fuerat, communiſſima, notiſſimaque omnibus lingua, Græca ſcilicet ſcriptum fuit: cùm Pentateuchus, qui pro ſolis Hebræis obſervandum erat, Hebraica lingua ſcriptus fuerit. Jurat prætereà, eumdem Alcoranum in matre Librorum apud ſe, tanquam librum prorsùs ſublimem, ac ſapientem deſcriptum reperiri. Hoc verò juramentum ad quiſquilias non pertinet. Sed operæ pretium eſt noſſe, quæ ſit hęc Mater Librorum. Fingunt Mahumetani, eſſe tabulam quamdam immenſę prope magnitudinis, in qua rerum omnium ſeries à Deo per ſcripturam digeratur: atque in ea Alcoranum primo, prȩcipuoque in loco deſcriptum eſſe. Sed fabulæ, nugæque hæ ſunt: neque otium eſt eas refutare. Quòdſi pro Matre librorum intelligant Moslemi mentem, ſeu ſcientiam Divinam, nullum peculiare Alcorani privilegium eſt in ea reperiri, cùm omnia, vel minima à Deo cognoſcantur.

II. Si verum eſt, quod habet hìc, & alibi Alcoranus, perſuaſiſſe ſibi Meccanos, Angelos fuiſſe filias Dei ab eo genitas, atq; adeò iiſdem Divinum cultum tribuiſſe: meritò contra illos invehitur, tamquam ſtultos, & impios. Sed non minùs ſtultum ſeipſum oſtendit, cùm ad eos mendacii convincendos, interrogat, utrum prȩſentes, ac teſtes fuerint creationi, vel generationi eorum. Quaſi verò oculorum teſtimonium exigendum ſit, ut alicui in rebus Divinis fides poſſit adhiberi. Poterant ſanè Meccani argumentum contra Mahumetum retorquere, interrogando, an ipſe etiam Angelorum creationi teſtis, prȩſenſq; fuiſſet, itaut poſſet è tripode pronunciare, illos non fȩminas, ſed maſculos fuiſſe.

III. Redarguit Meccanos inſcitiæ, ac mendacii, eo quod circa Angelorum cultum ſe excuſarent illis verbis: *Si voluiſſet Deus, non voluiſſemus eos*, ſed pari, immò majori ratione (quippe Meccanorum Magiſter, & Propheta) inſcius, & mendax dicendus eſt ipſe, qui non ſemel, ſed multoties hunc loquendi modum uſurpat in Alcorano, nempè: Si voluiſſet Deus, homines fuiſſent infideles. In quo ergo alios judicat, ſeipſum condemnat.

IV. Dùm Jeſum, non eſſe, niſi ſervum, ſeu hominem aſſirmat: more ſuo loquitur: ejus quippe Divinitatem, cum Arianis ſentiens, ſemper impiè negavit. Benè tamen habet, quòd quantumvis impius, de eodem Jeſu admodùm honorificè ſentiat, & loquatur. Verùm in hoc ipſo fraudem ſuam prodit, putat nimirùm, ſe ita faciliùs ſimpliciores poſſe decipere.

V. Recoquit crambem, dùm Paradiſum ſuum in ſcenam reponit. Ingreſſuros in eum Moslemos pios cum conjugibus ſuis pollicetur. Sed, ad quid conjuges in Paradiſo, ubi ſingulis Moslemis ſingulę puellæ in eodem Paradiſo creatæ in conjuges tradentur? Neceſsè ſanè erit, ut quas in Mundo habuerunt, ſolitariæ in Paradiſo commorentur: immò in perpetua vivant Zelotypia ex aſpectu puellarum, quæ maritis ſuis obvenere. Qua de re jam ſuperiùs diſſerui. Gelal, ut hanc difficultatem effugiat, ita diſtinguit verba Alcorani, ut primò dicatur viris: *Ingredimini Paradiſum*. Deindè incipiat alia pars verſiculi: *Vos, & conjuges veſtræ exhillarabimini*: itaut ſermo ſit de conjugibus, ſeu puellis in Paradiſo habendis; non de iis, quas viventes habuere. Per hoc verò, vel excludit Gelal has fœminas à Paradiſo, vel includit. Si primum, nimis rigidum, & impium erga illas ſe oſtendit. Si ſecundum, ad perpetuam eas viduitatem, & cruciatum ex aſpectu puellarum rivalium in ipſo Paradiſo condemnat. In hac verò Paradiſi deſcriptione maximè notanda eſt circumgyratio illa ſcyphorum, ſeu calicum anſis deſtitutorum. Quamobrem verò hi calices anſas non habeant? Admirandum, prorsùsque Epicureum Gelalis acumen: ليشرب الشارب من حيث شاء, *ut qui bibit, bibere poſſit ex quacunque parte calicis ſine impedimento anſarum*. Id verò Silenicam in bibendo indicat intemperantiam: quaſi nimia ſit ingluviei mora, quòd manus in quærendis, vel captandis ſcyphi anſis, tempus inſumat. At nonne commodiùs eſſet, ſi totum rictum porcino more in craterem immergerent? Ita nimirùm, & manui laborem adimerent, & bibendi libidinem celeriùs explerent. En in quo tandem Paradiſi Mahumetici felicitas ſita ſit; in effusè bibendo, & in pomis diverſi generis ad ſatietatem comedendis, & in venere ad voluptatem tantùm perpetuò exercenda. Quàm amabo, felicitatem, quàm hujus generis, potuiſſet Deus pecudibus dare, ſi illas, pro miniſterio hominibus exhibito remunerare voluiſſet.

VI. Profitetur Mahumetus, ſi Deus haberet prolem, ſe primùm futurum eſſe, qui adoraret illam. Concedat igitur nobis, qui certiſſimè ſcimus, Deum ab æterno prolem genuiſſe, ex teſtimonio irrefragabili Sacrarum Scripturarum, quas ipſe etiam divinitùs traditas fatetur, ut eamdem adoremus: ſeque impium fateatur, qui in hoc Dei teſtimonio nolit acquieſcere.

سورة الدخان مكيّة وهي ستّ وخمسون آية

SURA XLIV.

FUMUS.

MECCANA:

COMMATUM QUINQUAGINTA SEX.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 حم ۞ 2 والكتاب المبين ۞ 3 إنّا أنزلناه في ليلة مباركة إنّا كنّا منذرين ۞
4 فيها يفرق كلّ أمر حكيم ۞ 5 أمرا من عندنا إنّا كنّا مرسلين ۞ 6 رحمة من
ربّك إنّه هو السميع العليم ۞ 7 رب السموات والارض وما بينهما إن كنتم موقنين ۞ 8 لا
إله إلّا هو يحيي ويميت ربّكم ورب ابائكم الاولين ۞ 9 بل هم في شكّ يلعبون ۞
10 فارتقب يوم تأتي السماء بدخان مبين ۞ 11 يغشى الناس هذا عذاب أليم ۞ 12 ربّنا
اكشف عنّا العذاب إنّا مؤمنون ۞ 13 أنّى لهم الذكرى وقد جاءهم رسول مبين ۞ 14 ثمّ
تولّوا عنه وقالوا معلّم مجنون ۞ 15 إنّا كاشفوا العذاب قليلا إنّكم عائدون ۞ 16 يوم نبطش
البطشة الكبرى إنّا منتقمون ۞ 17 ولقد فتنّا قبلهم قوم فرعون وجاءهم رسول كريم ۞
18 أن أدّوا إلىّ عباد الله إنّى لكم رسول أمين ۞ 19 وأن لا تعلوا على الله إنّي اتيكم
بسلطان مبين ۞ 20 وإنّي عذت بربّي وربّكم أن ترجمون ۞ 21 وإن لم تؤمنوا لي
فاعتزلون ۞ 22 فدعا ربّه أنّ هؤلاء قوم مجرمون ۞ 23 فأسر بعبادي ليلا إنّكم متبعون ۞
24 واترك البحر رهوا إنّهم جند مغرقون ۞ 25 كم تركوا من جنّات وعيون ۞ 26 وزروع
ومقام كريم ۞ 27 ونعمة كانوا فيها فاكهين ۞ 28 كذلك واورثناها قوما اخرين ۞
29 فما بكت عليهم السماء والارض وما كانوا منظرين ۞ 30 ولقد نجّينا بني إسرائيل من
العذاب المهين ۞ 31 من فرعون إنّه كان عاليا من المسرفين ۞ 32 ولقد اخترناهم على علم
على العالمين ۞ 33 واتيناهم من الآيات ما فيه بلاء مبين ۞ 34 إنّ هؤلاء ليقولون

إن

إِنْ هِيَ إِلَّا مَوْتَتُنَا الْأُولَىٰ وَمَا نَحْنُ بِمُنشَرِينَ ﴿35﴾ فَأْتُوا بِآبَائِنَا إِن كُنتُمْ صَادِقِينَ ﴿36﴾ أَهُمْ
خَيْرٌ أَمْ قَوْمُ تُبَّعٍ وَالَّذِينَ مِن قَبْلِهِمْ أَهْلَكْنَاهُمْ إِنَّهُمْ كَانُوا مُجْرِمِينَ ﴿37﴾ وَمَا خَلَقْنَا السَّمَاوَاتِ
وَالْأَرْضَ وَمَا بَيْنَهُمَا لَاعِبِينَ ﴿38﴾ مَا خَلَقْنَاهُمَا إِلَّا بِالْحَقِّ وَلَٰكِنَّ أَكْثَرَهُمْ لَا يَعْلَمُونَ ﴿39﴾ إِنَّ
يَوْمَ الْفَصْلِ مِيقَاتُهُمْ أَجْمَعِينَ ﴿40﴾ يَوْمَ لَا يُغْنِي مَوْلًى عَن مَّوْلًى شَيْئًا وَلَا هُمْ يُنصَرُونَ ﴿41﴾ إِلَّا مَن
رَّحِمَ اللَّهُ إِنَّهُ هُوَ الْعَزِيزُ الرَّحِيمُ ﴿42﴾ إِنَّ شَجَرَتَ الزَّقُّومِ طَعَامُ الْأَثِيمِ ﴿43﴾ كَالْمُهْلِ
تَغْلِي فِي الْبُطُونِ ﴿44﴾ كَغَلْيِ الْحَمِيمِ ﴿45﴾ خُذُوهُ فَاعْتِلُوهُ إِلَىٰ سَوَاءِ الْجَحِيمِ ﴿46﴾ ثُمَّ
صُبُّوا فَوْقَ رَأْسِهِ مِنْ عَذَابِ الْحَمِيمِ ﴿47﴾ ذُقْ إِنَّكَ أَنتَ الْعَزِيزُ الْكَرِيمُ ﴿48﴾ إِنَّ هَٰذَا مَا
كُنتُم بِهِ تَمْتَرُونَ ﴿49﴾ إِنَّ الْمُتَّقِينَ فِي مَقَامٍ أَمِينٍ ﴿50﴾ فِي جَنَّاتٍ وَعُيُونٍ ﴿51﴾ يَلْبَسُونَ
مِن سُندُسٍ وَإِسْتَبْرَقٍ مُّتَقَابِلِينَ ﴿52﴾ كَذَٰلِكَ وَزَوَّجْنَاهُم بِحُورٍ عِينٍ ﴿53﴾ يَدْعُونَ فِيهَا بِكُلِّ
فَاكِهَةٍ آمِنِينَ ﴿54﴾ لَا يَذُوقُونَ فِيهَا الْمَوْتَ إِلَّا الْمَوْتَةَ الْأُولَىٰ وَوَقَاهُمْ عَذَابَ الْجَحِيمِ ﴿55﴾ فَضْلًا
مِّن رَّبِّكَ هُوَ الْفَوْزُ الْعَظِيمُ ﴿56﴾ فَإِنَّمَا يَسَّرْنَاهُ بِلِسَانِكَ لَعَلَّهُمْ يَتَذَكَّرُونَ ﴿57﴾ فَارْتَقِبْ
إِنَّهُم مُّرْتَقِبُونَ ﴿*﴾

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. HM. 2. Per Librum *hunc* manifeſtum. 3. Certè nos demiſimus eum in nocte benedicta: certè nos fuimus commonentes *(ideſt commonere voluimus homines per eum)*. 4. In eadem *nocte* diſtinguitur omnis res ſapiens *(ideſt ſapienter omnia diſponuntur)*. 5. Per imperium de apud nos *(ideſt per imperium noſtrum)*. Certè nos fuimus mittentes *Legatos*. 6. Per miſericordiam à Domino tuo: quippe ipſe eſt Auditor, Cognitor. 7. Domino Cœlorum, & Terræ, & eorum, quæ *ſunt* inter hæc duo: Si eſtis firmiter credentes. 8. Non *eſt* Deus, niſi ipſe: vivificat, & mortificat: Dominus veſter, & Dominus Patrum veſtrorum primorum. 9. Atqui ipſi in dubitatione ludunt *(ideſt irrident hæc de iis dubitantes)*. 10. Sed obſerva *eos* die, *qua* veniet Cœlum cum fumo manifeſto. 11. Cooperiet homines: hæc *erit* pœna dolorifica. 12. *Dicent*: Domine noſter, releva à nobis *hanc* pœnam: Certè nos *ſumus* credentes. 13. Quomodò *erit* ipſis commonitio *(ideſt quomodò poterunt reſipiſcere)* & jam venit ad eos Legatus manifeſtus *(ideſt Mahumetus)*? 14. Et averterunt ſe ab eo, & dixerunt: Edoctus: Dæmoniacus *(ideſt edoctus fuit aliis in ſcribendo Alcorano, & Dæmon exagitat eum)*. 15. Nos ſanè relevaturi *ſumus* pœnam parumper: *Sed* vos certè *ad infidelitatem eſtis* reverſuri. 16. Die, *qua* ſtrenuè aggrediemur opus ſtrenuum, maximum; certè nos ultionem ſumpturi *ſumus*. 17. Et jam quidem affliximus ante eos gentem Pharaonis, & venit ad eos Legatus honorabilis *Moyſes*, *qui dixit illis*. 18. Obtemperate mihi, ſervi Dei: quippe ego *ſum* vobis Legatus fidelis. 19. Et ne elevetis vos adverſus Deum: Ego enim venio ad vos cum poteſtate manifeſta. 20. Et quidem ego confugio ad Dominum meum, & Dominum veſtrum, ne lapidetis me *(nam voluerunt eum lapidare)*. 21. Quòd ſi non creditis mihi: ſaltem ſeparamini à me. 22. Invocavit igitur Dominum ſuum, eo, quòd *eſſent* illi homines ſcelerati. 23. *Dixit autem illi Deus*: Perge nocturnus cum ſervis meis noctu: quippe vos *ab Ægyptiis* inſequendi *eſtis*. 24. Et relinque mare quietum *(ideſt diviſum, & ſine, ut Ægyptii illud ingrediantur*: quippe ipſi *ſunt* exercitus demergendi. 25. Quot reliquerunt de hortis, & fontibus: 26. Et ſatis, habi-

tationibus honorificis. 27. Et deliciis, fuerant in his ſeſe oblectantes. 28. Ita *ſe habuit res*: & in hæreditatem dedimus ea gentibus aliis. 29. Neque flevit ſuper eos Cœlum, & Terra: neque fuerunt expectati *ad pœnitentiam*. 30. Et jam quidem liberavimus filios Iſrael à pœna ignominioſa. 31. A Pharaone: ipſe enim erat elatus, ex exorbitantibus *in impietate*. 32. Et jam quidem elegimus eos per ſcientiam (*ideſt in præſcientia noſtra*) ſuper *a* omnes gentes. 33. Et demonſtravimus eis ex ſignis id, in quo erat probatio manifeſta (*ideſt fecimus pro eis miracula in manifeſtum beneficium eorum*). 34. Profectò iſti *infideles Meccani* ſanè dicunt: Non *b* eſt, niſi mors noſtra prima: Neque nos *ſumus* reſuſcitandi. 35. Adducite porrò patres noſtros *jam mortuos*, ſi eſtis veraces. 36. *Sunt* ne hi *Meccani* præſtantiores, an populus Tobai, & illi, qui *fuerunt* ante eos? Perdidimus eos, quia ipſi erant ſceleſta patrantes. 37. Et non creavimus Cœlos, & Terram, & id, quod *eſt* inter hæc duo, ludentes (*ideſt temerè, & caſu*). 38. Non creavimus hæc duo, niſi cum veritate: Sed plerique eorum *hoc* ignorant. 39. Certè dies diviſionis (*ideſt Judicii*) *erit* terminus temporis præſtitutus eorum omnium. 40. Die *quadam* non proderit *c* herus hero quidquam; neque ipſi adjuvabuntur. 41. Præter eum, cujus miſertus fuerit Deus: quippe ipſe *eſt* Præpotens, Miſericors. 42. Certè arbor Zachum *erit* cibus Iniqui. 43 Sicut amurca nigerrima ebulliet in ventribus. 44. Juxta ebullitionem aquæ ferventiſſimæ. 45. *Dicetur Miniſtris Tartari*: 46. Capite eum, & pertrahite eum in medium Inferni. 47. Deinde effundite ſuper caput ejus de tormento aquæ ferventis. 48. *Et dicite illi*: Guſta: quippe tu es *ille* præpotens, venerabilis. 49. Certè hoc *eſt* illud, de quo dubitabatis. 50. Porrò timorati *collocabuntur* in loco ſecuro. 51. in hortis, & fontibus. 52. Induentur ex Sandice, & veſte ſerica craſſiori, ſe ſe mutuò reſpicientes, *ita ut nunquam ſibi terga vertant*. 53. Ita erit. Et conjugabimus eos cum puellis albis, amplis oculis præditis. 54. Patent in eo (*ideſt Paradiſo*) omne genus pomorum ſecuri. 55. Non guſtabunt in eo mortem *d* poſt mortem primam *in hoc mundo*: & liberabit eos *Deus* à pœna Inferni. 56. Per liberalem benignitatem à Domino tuo. Hæc erit felicitas magna. 57. Porrò facilitavimus eum (*ideſt Alcoranum*) per linguam tuam *Arabicam*, ut ipſi *faciliùs* commonefierent. 58. Porro expecta *tu perditionem eorum*: quandoquidem ipſi *ſunt* expectantes *ruinam tuam*.

a Mundos.

b Si.

c Socius, ſocio.

d niſi.

NOTÆ.

Epigraphe hujus Suræ eſt الدخان *Fumus*, quæ dictio in verſu decimo reperitur, de quo mox dicemus. Hæc ſanè verſio eſſet Surarum omnium, immò Alcorani ipſius inſcriptio: omnia enim in eo fumus ſunt, & fucus. Meccana tota cenſetur. Excipiunt nonnulli verſum decimum quintum, qui incipit: *Nos ſanè relevaturi ſumus*. Circa numerum eorumdem verſuum magna eſt inter Authores varietas: nam alii ſex, alii ſeptem, alii novem ſupra quinquaginta enumerant. Ego quinquaginta, & octo omninò reperio. De lectoris præmio, hæc habet Zamchaſcerius: عن النبى ص من قراء حم الدخان فى ليلة اصبح يستغفر له سبعون الف ملك: وعنه عليه السلام من قراء حم التى يذكر فيها الدخان فى ليلة جمعة اصبح مغفورًا لـــه. *Habetur ex traditione, dixiße Prophetam Mahumetum: Qui legerit Suram Fumi in nocte: cùm mane ſurrexerit, orabunt veniam peccatorum pro eo ſeptuaginta millia Angelorum. Præterea fertur idem dixiſſe: Qui legerit Suram in qua fit mentio de Fumo, in nocte Veneris, ſeu Feriæ ſextæ, mane ſurget expiatus à peccatis.*

III. *In nocte benedicta.*] De hac nocte, ita ſcribit Gelal: هى ليلة القدر او ليلة النصف من شعبان نزل فيها القران على الاول من اقم الكتاب من السماء السابعة الى سماء الدنيا. *Hæc fuit nox Alcadar, vel nox, quæ eſt in medio Menſis Sciaaban, in quæ primùm demiſſus fuit Alcoranus ex Tabula cuſtodita à ſeptimo Cœlo ad Cœlum lunæ.* De eadem nocte, quæ eo anno incidit in Menſem jejunii Romadan, mox ſubdit idem Author. فيها يُفصل كل امرٍ محكمٍ الارزاق والاجال وغيرهما التى تكون فى سنة الى مثل تلك الليلة: *In ea diſtinctè diſponuntur, & ordinantur à Deo univerſa ſpectantia ad vitam, & mortem hominum, & ad alia, quæ futura ſunt eo anno, uſque ad aliam noctem Alcadar ſequentis anni.*

X. *Veniet Cœlum cum fumo manifeſto.*] Non satis convenit inter expoſitores de hoc fumo. Exponit Gelal: فاجدبت الارض واشتد بهم الجوع الى ان راوا من شدته كهيئة الدخان بين السما والارض يغشى الناس: *Sterilis*

Sterilis facta eſt Terra, & graviſſima fames inde ſecuta eſt eis, adeò, ut præ illius vehementia viderent veluti ſpeciem fumi inter Cælum, & Terram, qui homines cooperiebat. Ita etiam Jajas. Sed Zamchaſcerius ex traditione Aly filii Abutaleb, qui fuit Gener Mahumeti, à quo hæc audivit Alhaſan illius filius hoc modo exponit: انّه دخان یاتی من السمآ

قبل یوم القیمة تدخل فی السماع الکفرة حتی یکون

راس الواحد کراس الحنیذ ویقری المومن کهیئة الرکام

وتکون الارض کلها کبیت اوقد فیه لیس فیه

خصاصی : وعن رمی اول الایات الدخان ونزول عیسی

ونار تخرج من قعر عدن امین بسوق الناس الی

المحشر : قال حذیفة یا رسول اللہ ما الدخان فتلی

رسول اللہ الایة وقال یمکث ما بین المشرق والمغرب

یمکث اربعین یومًا ولیلة امّا المؤمن فیصیبه کهیئة

الرکام وامّا الکافر فهو السکران یخرج من

منخریه واذنیه ودبره : *Veniet Fumus è Cælo ante diem Reſurrectionis, qui ingredietur in aures infidelium, itaut caput unius eorum fiat, ſicut caput ovis aſſæ. Fideles verò incedent in eo, ſicut in nube circumglobata. Erit autem terra tota, ſicut domus, in qua ſit incendium ſine ullo ſpiraculo, ſeu foramine, per quod evaporet. Habetur autem ex relatione, Mahumetum ipſum dixiſſe, primæ ſigna diei Judicii futura eſſe Fumum: deſcenſum Jeſu è Cælo, & ignem, qui egredietur ex profundo Eden Amin* (eſt Urbs in Arabia Felici) *& adducet homines ad locum Judicii. Dixit Kodeipha: O Legate Dei, quid eſt fumus? Ille verò legit hunc verſiculum, & addidit: Replebit totum ſpatium inter Orientem, & Occidentem, & perſeverabit quadraginta dies, ac noctes. Erit autem Fidelibus inſtar nubis circumglomeratæ: infideles verò quodammodò inebriabuntur illo, & egredietur ex navibus, auribus, & obſcœnis partibus eorum.* Hactenùs Zamchaſcerius, qui refert etiam expoſitionem Maſaudi in hæc verba: ان قریشا لما استعصت علی

رسول اللہ دعا علیهم فقال اللهم اشدد وطاتک علی

مضر واجعلها علیهم سنین کسنی یوسف فاصابهم

الجهد حتی اکلوا الجیف و انغلهز وکان الرجل یری

ما بین السما والارض وکان یحدث الرجل فیسمع

کلامه وما یراه من الدخان فمشی الیه ابو سفیان

وذفر معه وناشدوه اللہ والرحم وواعدوه . ان دعا

لهم وکشف ان یومنوا فلما کشف عنهم رجعوا الی

شرکهم : *Cùm Coraiſitæ contumaces ſe oſtendiſſent contra Mahumetum, hic maledixit illis dicens: O Deus aggrava plantam pedis tui ſuper Modhar* (ideſt Coraiſitas prognatos à Modhar) *& pone eam ſuper eos tot annos, quot fuerunt anni Joſeph* (ſeptem, ſcilicet annos ſterilitatis.) *Invaſit ergo eos penuria, itaut manducarent cadavera, & alias res corruptas. Videbant autem homines totum ſpatium inter Cœlum, & Terram fumo repletum. Cùmque inter ſe loquerentur, audiebat alter vocem alterius, ſed non videbat eum præ fumo. Venit autem ad Mahumetum Abu-Sophian, & alii cum eo: & obteſtati ſunt eum per Deum, & conſanguinitatem, quæ erat inter ipſos; promittentes, ſe credituros in eum, ſi precibus ſuis ipſos ab ea calamitate liberaſſet. Cùm verò liberati fuiſſent, redierunt nihilominùs ad infidelitatem ſuam.*

XVI. *Die, qua ſtrenuè aggrediemur opus ſtrenuum, maximum.*] Putat Gelal, hoc opus fuiſſe bellum Bedrenſe, toties in Alcorano recantatum. Conſentit Zamchaſcerius.

XXVIII. *Et in hæreditatem dedimus ea gentibus aliis.*] Has alias gentes cenſet Gelal hìc, quemadmodùm etiam ſuperiùs, fuiſſe ipſos filios Iſrael. Ita etiam Zamchaſcerius: وهم بنوا اسراییل منسخرین مبتعدین فی ایدیهم

فاهلکهم اللہ علی ایدیهم وارثهم ملکهم وداریهم .

Hi fuerunt filii Iſrael, qui oppreſſi fuerant ſervitute ab illis: perdiditque eos Deus, & in hæreditatem dedit his regnum eorum, & domos eorum. Eodem modo Jahias, & alii, quos vidi.

XXXII. *Super omnes gentes.*] Aliàs, ni fallor, notavimus, dictionem Arabicam العالمین, exponendam eſſe juxta exigentiam ſententiæ. Significat propriè Mundos: exiſtimavit, ſcilicet Author Alcorani, plures eſſe *Mundos*: quemadmodùm in Notis primæ Suræ demonſtravimus. Accipiunt communiter Interpretes pro omnibus creaturis intellectualibus, nempe Angelis, Dæmonibus, & hominibus. Hoc loco intelliguntur omnes gentes illius ætatis. Cæterùm, ubi aliud non obſtat, *ſæcula*, vel Mundos juxta linguæ Hebraicæ proprietatem, quæ eadem voce utitur, propriiſſimè convertas.

XXXIV. *Mors noſtra prima.*] Pro hac morte prima, intelligit Gelal tempus illud, quo homo erat velut mortuus in fœtu, antequam animaretur. Sed cùm in hac eadem Sura num. 55. mors prima manifeſtè intelligatur vera mors naturalis: credibile eſt, Mahumetum, ex Chriſtianorum documento, nomine mortis ſecundæ, æternam mortem, ſeu damnationem intelligere voluiſſe.

XXXVI. *An populus Tobbai.*] Autumat Gelal fuiſſe hunc Prophetam aliquem, vel Virum Sanctum. Erat autem hoc nomen تبع *Tobbaus*, commune omnibus Regibus Arabiæ Felicis; ex quibus fortaſsè erat iſte, qui hoc loco commemoratur.

XL. *Non proderit herus hero.*] Arabica vox مولًا, non ſolùm herum, ſeu dominum, ſed etiam vicinum, ſocium, & aſſeclam ſignificat, & fortè meliùs vertas, *ſocius ſocio*.

XLII. *Erit cibus Iniqui.*] Nomine Iniqui intelligitur hìc juxta Gelal: ابو جهل واصحابه *Abu-Gehel, & aſſeclæ ejus*. Ita mordet Mahumetus inimicum ſuum, quamvis eſſet eidem ſanguine conjunctus.

LII. *Induentur ex Sandyce.*] Vox Arabica سندس *Sondos*, præfert ſimilitudinem Græcè σάνδυξ *Sandyx*, & puto etiam eandem habere ſignificationem. Sed Arabes interpretantur مارق من الدیباج *Veſtis Serica ſubtilior*: quemadmodùm ex oppoſitò vox استبرق Exponitur ab iiſdem ما غلظ من الدیباج, *Veſtis Serica craſſior*. Alteram Italicè *Ormeſino*; alteram *velluto*, vel *damaſco*, dicemus.

REFUTATIONES.

I. IUrat iterùm Deus per Alcoranum, ſe miſiſſe eumdem Alcoranum in nocte Alcadar, in qua ipſemet omnia, in libro digerit, ac diſponit, quæ ſequenti anno in Mundo futura ſunt. De hujuſmodi Juramento, jam ſuprà diximus, nonniſi per ſummam impietatem Deo illud tribui: nemo enim jurare poteſt, niſi per aliquid majus ſe: Deus verò, cùm nihil majus ſe habeat, per ſemetipſum jurare in Sacris Litteris aſſeritur, quemadmodùm juravit Abrahæ. Quamobrem S. Paulus in Epiſt. ad Heb. cap. 6. ſcripſit: *Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem juraret, majorem; juravit per ſemetipſum. Homines enim per majorem ſui jurant.* Sed objicit fortè aliquis, homines etiam aliquandò jurare per aliquid minus ſe: quemadmodùm cùm jurant per Librum Euangelii, vel per Altare, & alia etiam his inferiora. Verùm facile reſpondetur, homines per hæc jurare, quatenùs in illis Divina Majeſtas elucet. Cùm enim homo Deum non videat, nec agnoſcat, niſi à poſteriori, nempe per creaturas, jurat per Deum, quatenùs in illis ſibi innoteſcit ſpeciali modo. Neque verò per quamlibet rem creatam licet Deum in teſtem Jurejurando adducere, ſed tantùm per eas, quæ illum, vel aliquod illis attributum, tamquam Divinæ Majeſtatis vicariæ repræſentant. Deus verò, qui ſibiipſi præſentiſſimus eſt, ſeque perfectè intuetur, non indiget aliquo repræſentativo ſui, ad hoc, ut per illud juret: quemadmodùm præſente Rege, non exhibetur illius Vicario honor, qui Regi debetur; cùm tamen Rege abſente illi exhibeatur. Neque Rex ipſe præſens Vicarii opera, & authoritate utitur in iis, quę reſpiciunt Perſonam Regis. Verùm quid tandem jurat hìc Deus? Se miſiſſe Alcoranum à Throno ſuo è ſeptimo Cœlo ad Cœlum lunæ. Verùm quid intererat, utrum Alcoranus eſſet in ſeptimo, an verò in infimo Cœlo, ſi nonniſi per verſiculos Mauhumeto à Gabriele tradebatur? Ommitto inquirere de nocte illa Alcadar, in qua Deus diſponit, & quaſi ſortitur, quæcunque eo anno in Mundo eventura ſunt. Quis enim non apertè agnoſcat, magnum hoc eſſe figmentum? Deus quippe omnia ab æterno diſpoſuit, nec novi quidquam in Divinam illius mentem cadere poteſt. Quòd, ſi aliquandò Deum aliquid de novo decernere, vel cognoſcere, vel recordari in Sacris literis dicitur: non propriè, ſed metaphoricè, & juxta noſtrum intelligendi modum accipiendum eſt. Alcoranus verò, quemadmodùm aliàs ſæpè monuimus propriè, & prout verba ſonant, juxta Moslemorum ſententiam, explicandus, & intelligendus eſt.

II. Varietas Expoſitorùm circa Fumum illum, à quo Sura hæc denominatur, perſuadet nobis, quàm dubiæ fidei ſint ea, quæ in Alcorano continentur. Sive enim ad diem Judicii: ſive ad ſterilitatem illam, quam Mahumeti imprecatio in Meccanos invexit, referatur, merum redolet figmentum.

III. Vocatur opus Dei maximum, ſtrenuiſſimum, juxta communem Expoſitorum ſenſum, bellum Bedrenſe, quod, ut ſæpè vidimus, nec victoriæ pro Moslemis, nec belli nomen pro adverſariis meretur.

IV. Affirmat iterùm, habitationes Ægyptiorum in Mare demerſorum; eorumque opes, ac delicias, Iſraelitis in hæreditatem, ac poſſeſſionem ceſiſſe. Quamvis verò hic Iſraelitas non exprimat, ſuperiùs tamen manifeſtè expreſſit: quamobrem Expoſitores omnes conveniunt, hoc etiam loco Iſraelitas deſſignari. At verò hoc falſum eſſe, Sacroque Pentateuchi libro prorsùs repugnare quilibet intelligit, & nos ſuperiùs evidenter probavimus.

V. Dùm Mahumetus, juxta Alcorani Expoſitores, inimicum ſuum Abugehel hìc proſcindit, & rabie pluſquam canina mordet, ac lacerat: Satyram ſcribit, non legem: lex enim, & legislator privata commoda, vel incommoda non reſpiciunt, ſed quid univerſę communitati Civium utile ſit, animadvertunt. Prętereà pietatem non mediocriter lædit, cùm hominem ſanguine ſibi conjunctum, ita palam traducit, omniumque ludibrio exponit: quod non hìc ſolùm, ſed alibi ſæpè in Alcorano facit.

VI. Spurciſſimum Paradiſum ſuum in ſcenam reponit: additque de novo tunicas, & pallia habitatoribus illius ex ſerico leviori, vel craſſiori. Quid, oro, Paradiſi incolis ſubtilitas, vel craſſitudo veſtium: cùm nullus ibi veſtium uſus futurus ſit? Hæ enim, vel ad frigus, & calorem arcendum: vel ad honeſtatem tuendam requiruntur. At ibi neque frigus erit, neque calor, neque nuditas honeſtati erit detrimento, quemadmodùm non erat in ſtatu Innocentiæ: erunt enim omnes, ut dixit Chriſtus in Euangelio, ſicut Angeli Dei.

VII. Ridicula prorsùs eſt in Alcorano rerum ſyntaxis ubique, ſed præſertim in hac Sura, ubi poſt Paradiſi deſcriptionem, aliarumque rerum confuſiſſimam farraginem, ſaltat importunè extra chorum illis verbis verſu 57. *Porrò facilitavimus eum per linguam tuam*: neque verò divinaret quiſpiam, ad quid referretur pronomen, *eum*; niſi aſſererent Interpretes ad Alcoranum, de quo tamen nulla anteà facta eſt mentio, referri.

VIII. Poſtremò non benè convenit, quòd Deus Alcoranum Arabico idiomate ſcriptum tradiderit, quò facilius Meccani illum intelligerent, ac per hoc veram fidem amplecterentur, ac ſalutem æternam conſequerentur, cum eo, quòd immediatè præcipitur Mauhumeto, ut perditionem eorum expectet, quandoquidem ipſi illius ruinam expectarent. Repugnat etiam hoc veræ charitati boni legislatoris, & Prophetę, ut docent exempla Moyſi, & Chriſti Domini: quorum alter Deum contra populum ſuum iratum etiam cum propriæ vitæ, & ſalutis diſcrimine placare ſtuduit: alter pro Judæis, qui in Crucem ſublatum opprobriis inceſſebant, Patrem exoravit.

سورة الجاثية مكيّة سبع وثلثون آية

SURA XLV.

GENUFLEXA.

MECCANA:

COMMATUM TRIGINTA SEPTEM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 حم ۞ 2 تنزيل الكتاب من الله العزيز الحكيم ۞ 3 إن في السموات والأرض
لآيات للمومنين ۞ 4 وفي خلقكم وما يبث من دابة آيات لقوم يوقنون ۞ 5 واختلاف الليل
والنهار وما أنزل الله من السماء من رزق فاحيا به الارض بعد موتها وتصريف الرياح آيات لقوم
يعقلون ۞ 6 تلك آيات الله نتلوها عليك بالحق فبأي حديث بعد الله وآياته يومنون ۞ 7 ويل
لكل أفاك أثيم ۞ 8 يسمع آيات الله تتلى عليه ثم يصر مستكبرا كان لم يسمعها فبشره بعذاب
أليم ۞ 9 وإذا علم من آياتنا شيا اتخذها هزوا أولايك لهم عذاب مهين ۞ 10 من ورايهم جهنم
ولا يغني عنهم ما كسبوا شيا ولا ما اتخذوا من دون الله أوليا ولهم عذاب عظيم ۞ 11 هذا
هدى والذين كفروا بآيات ربهم لهم عذاب من رجز أليم ۞ 12 الله الذي سخر لكم البحر
لتجري الفلك فيه بأمره ولتبتغوا من فضله ولعلكم تشكرون ۞ 13 وسخر لكم ما في
السموات وما في الارض جميعا منه إن في ذلك لآيات لقوم يتفكرون ۞ 14 قل للذين
أمنوا يغفروا للذين لا يرجون أيام الله ليجزي قوما بما كانوا يكسبون ۞ 15 من عمل صالحا
فلنفسه ومن أساء فعليها ثم إلى ربكم ترجعون ۞ 16 ولقد آتينا بني إسراييل الكتاب
والحكم والنبوة ورزقناهم من الطيبات وفضلناهم على العالمين ۞ 17 وآتيناهم بينات من الامر
فما اختلفوا إلا من بعد ما جاءهم العلم بغيا بينهم إن ربك يقضي بينهم يوم القيمة فيما كانوا
فيه يختلفون ۞ 18 ثم جعلناك على شريعة من الامر فاتبعها ولا تتبع أهواء الذين لا يعلمون ۞
19 إنهم لن يغنوا عنك من الله شيا وإن الظالمين بعضهم أولياء بعض والله ولي المتقين ۞
20 هذا

هٰذَا بَصَائِرُ لِلنَّاسِ وَهُدًى وَرَحْمَةٌ لِقَوْمٍ يُوقِنُونَ ۝ 21 أَمْ حَسِبَ الَّذِينَ اجْتَرَحُوا السَّيِّئَاتِ أَنْ
نَجْعَلَهُمْ كَالَّذِينَ آمَنُوا وَعَمِلُوا الصَّالِحَاتِ سَوَاءً مَحْيَاهُمْ وَمَمَاتُهُمْ سَاءَ مَا يَحْكُمُونَ ۝ 22 وَخَلَقَ
اللَّهُ السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضَ بِالْحَقِّ وَلِتُجْزَىٰ كُلُّ نَفْسٍ بِمَا كَسَبَتْ وَهُمْ لَا يُظْلَمُونَ ۝ 23 أَفَرَأَيْتَ مَنِ
اتَّخَذَ إِلَٰهَهُ هَوَاهُ وَأَضَلَّهُ اللَّهُ عَلَىٰ عِلْمٍ وَخَتَمَ عَلَىٰ سَمْعِهِ وَقَلْبِهِ وَجَعَلَ عَلَىٰ بَصَرِهِ غِشَاوَةً فَمَنْ يَهْدِيهِ
مِنْ بَعْدِ اللَّهِ أَفَلَا تَذَكَّرُونَ ۝ 24 وَقَالُوا مَا هِيَ إِلَّا حَيَاتُنَا الدُّنْيَا نَمُوتُ وَنَحْيَا وَمَا يُهْلِكُنَا إِلَّا
الدَّهْرُ وَمَا لَهُمْ بِذَٰلِكَ مِنْ عِلْمٍ إِنْ هُمْ إِلَّا يَظُنُّونَ ۝ 25 وَإِذَا تُتْلَىٰ عَلَيْهِمْ آيَاتُنَا بَيِّنَاتٍ مَا كَانَ
حُجَّتَهُمْ إِلَّا أَنْ قَالُوا ائْتُوا بِآبَائِنَا إِنْ كُنْتُمْ صَادِقِينَ ۝ 26 قُلِ اللَّهُ يُحْيِيكُمْ ثُمَّ يُمِيتُكُمْ
ثُمَّ يَجْمَعُكُمْ إِلَىٰ يَوْمِ الْقِيَامَةِ لَا رَيْبَ فِيهِ وَلَٰكِنَّ أَكْثَرَ النَّاسِ لَا يَعْلَمُونَ ۝ 27 وَلِلَّهِ مُلْكُ
السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضِ وَيَوْمَ تَقُومُ السَّاعَةُ يَوْمَئِذٍ يَخْسَرُ الْمُبْطِلُونَ ۝ 28 وَتَرَىٰ كُلَّ أُمَّةٍ جَاثِيَةً كُلُّ أُمَّةٍ
تُدْعَىٰ إِلَىٰ كِتَابِهَا الْيَوْمَ تُجْزَوْنَ مَا كُنْتُمْ تَعْمَلُونَ ۝ 29 هٰذَا كِتَابُنَا يَنْطِقُ عَلَيْكُمْ بِالْحَقِّ
إِنَّا كُنَّا نَسْتَنْسِخُ مَا كُنْتُمْ تَعْمَلُونَ ۝ 30 فَأَمَّا الَّذِينَ آمَنُوا وَعَمِلُوا الصَّالِحَاتِ فَيُدْخِلُهُمْ رَبُّهُمْ
فِي رَحْمَتِهِ ذَٰلِكَ هُوَ الْفَوْزُ الْمُبِينُ ۝ 31 وَأَمَّا الَّذِينَ كَفَرُوا أَفَلَمْ تَكُنْ آيَاتِي تُتْلَىٰ عَلَيْكُمْ
فَاسْتَكْبَرْتُمْ وَكُنْتُمْ قَوْمًا مُجْرِمِينَ ۝ 32 وَإِذَا قِيلَ إِنَّ وَعْدَ اللَّهِ حَقٌّ وَالسَّاعَةُ لَا رَيْبَ فِيهَا
قُلْتُمْ مَا نَدْرِي مَا السَّاعَةُ إِنْ نَظُنُّ إِلَّا ظَنًّا وَمَا نَحْنُ بِمُسْتَيْقِنِينَ ۝ 33 وَبَدَا لَهُمْ سَيِّئَاتُ مَا عَمِلُوا
وَحَاقَ بِهِمْ مَا كَانُوا بِهِ يَسْتَهْزِئُونَ ۝ 34 وَقِيلَ الْيَوْمَ نَنْسَاكُمْ كَمَا نَسِيتُمْ لِقَاءَ يَوْمِكُمْ
هٰذَا وَمَأْوَاكُمُ النَّارُ وَمَا لَكُمْ مِنْ نَاصِرِينَ ۝ 35 ذَٰلِكُمْ بِأَنَّكُمُ اتَّخَذْتُمْ آيَاتِ اللَّهِ هُزُوًا
وَغَرَّتْكُمُ الْحَيَاةُ الدُّنْيَا فَالْيَوْمَ لَا يُخْرَجُونَ مِنْهَا وَلَا هُمْ يُسْتَعْتَبُونَ ۝ 36 فَلِلَّهِ الْحَمْدُ رَبِّ السَّمَاوَاتِ
وَرَبِّ الْأَرْضِ رَبِّ الْعَالَمِينَ ۝ 37 وَلَهُ الْكِبْرِيَاءُ فِي السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضِ وَهُوَ الْعَزِيزُ الْحَكِيمُ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

Hæc centies recantat.

1. H. M. 2. Demiſſio Libri *hujus eſt* à Deo Prepotente, Sapiente. 3. Profectò in Cœlis, & Terra *ſunt* ſanè ſigna *Divinæ potentiæ* pro Fidelibus. 4. Et in creatione veſtra, & illius, quod diſperditur *ſuper terram* de beſtiis, *ſunt* ſigna hominibus, *qui* firmiter credunt. 5. Et *in* varietate noctis, & diei, *& in eo*, quod demittit Deus è Cœlo de alimonia *(ideſt pluviam)* & vivificat per illud terram poſt mortem ejus: in commutatione ventorum, *ſunt* ſigna hominibus, *qui* intelligunt. 6. Hæc *ſunt* ſigna Dei: recitamus ea tibi cum veritate. In quam ergo narrationem poſt Deum, & ſigna ejus credent? *(ideſt, niſi credant Deo, & Alcorano ab eo tradito.)* 7. Væh omni mendaci, iniquo. 8. Audit ſigna Dei, *quæ* leguntur illi: deindè obſtinatus periſiſtit, ſuperbè ſe efferens, quaſi non audiſſet illa. Annuntia ergo illi pœnam dolorificam. 9. Ubi verò ſciverit de ſignis noſtris quidpiam, accipit ea in deriſum. His erit pœna ignominioſa. 10. Ante eos *erit* Gehenna: neque proderit eis id, quod lucrati fuerint, quidquam: neque quos acceperint præter Deum in Patronos: & ipſis *erit* pœna magna. 11. Hæc *eſt* directio. Qui verò increduli fuerint in ſigna Domini ſui, ipſis *erit* pœna ex ſupplicio dolorifico. 12.

Deus

Deus eſt, qui ſubegit vobis Mare, ut currant naves in eo ad imperium ipſius; & ut exquiratis de munificentia ejus *lucrum per mercaturam*; & ut vos gratias agatis. 13. Et ſubegit vobis id, quod *eſt* in Cœlis, & id, quod *eſt* in terra univerſum *factum* à ſe. Certè in hoc *ſunt* ſanè ſigna hominibus, *qui* recogitant. 14. Dic illis, qui credunt, *ut* ignoſcant illis, qui non ſperant dies Dei (*ideſt non timent flagella ab eo immittenda*) ut retribuat hominibus juxta id, quod operati fuerint. 15. Qui fecerit bonum, porrò *faciet* animæ ſuæ: qui verò malum operatus fuerit; porrò *operabitur* contra eam: deindè ad Dominum veſtrum reducemini. 16. Et jam quidem dedimus filiis Iſrael Librum *Pentateuchi*, & Jurisprudentiam, & Prophetiam: & aluimus eos ex rebus bonis (*ideſt ex manna, & coturnicibus*) excellentes fecimus eos ſuper *a* omnes gentes. 17. Et dedimus eis claras ſanctiones circa negotium *Religionis*: neque fuerunt diſcordes *circa Mahumetum*, niſi poſtquam venit ad eos ſcientia, ob invidiam inter ſe. *b* Sed Dominus tuus decidet litem inter eos die Reſurrectionis circa id, in quo fuerunt diſcordes. 18. Deindè conſtituimus te ſuper legem circa negotium *Religionis*. Sequere ergo eam: neque ſequaris deſideria eorum, qui neſciunt. 19. Profectò ipſi non proderunt tibi à Deo quidquam (*ideſt non proderunt tibi, ſi Deus voluerit te punire*) & quidem *c* iniquorum alii patroni *ſunt* aliorum: Deus Patronus *eſt* Timoratorum. 20. Hic Alcoranus *eſt* evidentiæ (*ideſt continet præcepta clara*) hominibus: & directio, & miſericordia gentibus, *quæ* firmiter credunt. 21. An exiſtimant illi, qui perpetrant mala, quòd tractaturi ſimus ipſos, ſicut illos, qui credunt, & operantur bona? *Itaut* æquale *futurum ſit* vivere, eorum, & mori eorum? Malum eſt (*ideſt falſum*) id, quod judicant. 22. Et creavit Deus Cœlos, & terram cum veritate; & ut retribuatur omni animæ juxta id, quod operata eſt: & ipſi non tractabuntur iniquè. 23. Quid tibi videtur? Qui accepit in Deum ſuum deſiderium ſuum, & errare fecit eum Deus ſuper ſcientiam (*ideſt in cognitione ſui*) & ſigillum impreſſit ſuper aures ejus, & cor ejus; & poſuit ſuper oculos ejus operimentum: quiſnam diriget eum poſt Deum (*ideſt poſtquam Deus dereliquit eum*)? An ergo non commonefietis? 24. Et dixerunt: Non eſt *alia vita*, præter vitam noſtram mundanam: morimur, & vivimus: & non perdit nos, niſi ætas. Sed non *eſt* illis in hoc aliquid ſcientiæ: *d* ipſi tantummodò opinantur. 25. Cùm verò recitantur illis ſigna noſtra manifeſta; non eſt argumentum eorum *reſponſivum*, niſi quod dicunt: Adducite *vivos* patres noſtros *jam mortuos*, ſi eſtis veraces. 26. Dic: Deus vivificat vos, deindè mori facit vos: deindè congregabit vos in die Reſurrectionis: non *eſt* dubium de eo: ſed plerique hominum neſciunt. 27. Et Dei *eſt* Regnum Cęlorum, & Terræ: & die, *qua* ſtabit Hora, die illa peribunt vanitatis arguentes *Alcoranum*. 28. Et videbis omnem gentem genuflexam: unaquæque gens vocabitur ad librum ſuum, *in quo ſcripta ſunt opera ejus*, & *dicetur illis*: Hodie rependetur vobis id, quod fuiſtis operati. 29. Hic liber noſter loquetur ſuper vos cum veritate. Nos porrò tranſcripſimus *in eum* id, quod fuiſtis operati. 30. Verùm, qui crediderint, & fecerint recta, introducet eos Dominus eorum in miſericordiam ſuam: hæc erit felicitas manifeſta. 31. Sed, qui infideles fuerint, *dicetur illis*: An ergo ſigna noſtra non legebantur vobis? At vos in ſuperbiam efferebamini: & fuiſtis homines ſcelerati. 32. Et, cùm diceretur *vobis*: Certè promiſſio Dei *eſt* vera, & Hora, non *eſt* dubitatio de ea; reſpondebatis: Neſcimus, quid ſit Hora: *e* non opinionem *veſtram hanc eſſe*: neque nos firmiter credentes *ſumus illam*. 33. Sed *in die Judicii* apparebunt illis mala illius, quod fecerunt: & incidet in eos, quod irridebant. 34. Et dicetur *illis*: Hodie obliviſcemur veſtri, quemadmodùm obliti fuiſtis diei hujus: & receptaculum veſtrum *erit* ignis: neque *erit* vobis *ullus* ex adjuvantibus. 35. Hoc: quia vos accepiſtis ſigna Dei in deriſum, & decepit vos vita mundana. Hodie igitur non educentur ex eo (*ideſt igne*) & non requiretur ab ipſis, ut gratificentur *Deo, quia non poterunt ei placere*. 36. Deo itaque laus, Domino Cœlorum, & Dimino Terræ, Domi-

a Mundos.

b Certè.

c iniqui; alii corum.

d Si ipſi, nonniſi.

e Si

a Mundorum. Domino *a* Sæculorum. 37. Et ipsi magnificentia in Cœlis, & Terra: & ipse *est* Præpotens, Sapiens.

NOTÆ.

Titulus Suræ temerè, ut in aliis Suris, apponitur desumptus ex versu decimo octavo, estque الجاثية *Genuflexa*, quam dictionem quidam interpretantur المجتمعة *Congregata*. Tota est Meccana: quidam excipiunt versum 14. qui incipit: *Dic illis, qui credunt*. De numero versuum nulla videtur esse difficultas. Qui hanc Suram legerit; ستر الله عورته وسكن روعته يوم الحساب: *cooperiet Deus pudenda ejus, & sedabit metum ejus in die judicii.*

XXI. *Æquale erit vivere eorum, & mori eorum.*] *Æquale* Arabicè سواء in rhapho, seu casu recto: & سواء in nasbo, seu casu accusandi. Si sit in recto, exponitur à Jahia: Fideles morientur fideles, quales vixerunt: Infideles similiter infideles morientur, ut vixerunt: & ita æquale erit vivere, & mori eorum, seu mors cum vita conveniet tàm fidelis, quàm infidelis. Si autem sit in nasbo, putat Jahias, hæc connectenda cum superioribus ita: An existimant illi, qui perpetrant mala, quòd tractaturi simus illos, sicut eos, qui credunt, & operantur bona, ita ut æquale futurum sit vivere eorum, & mori eorum? Hæc secunda explicatio videtur magis naturalis, quàm ego per interrogationem expressi. Poterat fortasse addi tertia explicatio hoc modo: An putant mali, & infideles, se tractandos esse in futuro sæculo, sicut fideles, & bonos, eo quòd tractati sint æqualiter ab eo in hoc Mundo in vita, & in morte? Verùm plus nimio Mahumetum honoramus, dùm in illius ineptiis, iisque, quæ per oscitantiam effutivit, mysteria expiscamur.

REFUTATIONES.

I. VT Alcorano suo Mahumetus fidem apud simpliciores conciliet, non cessat Divinam illi authoritatem tribuere, atque illis, qui in eum non credunt, vel parvipendunt, in hoc Mundo, & in futuro sæculo atrocia tormenta comminari. Hæc verò est perpetua illius cantio in toto ferè Alcorano. Neque aliud per hoc intendit, quàm rem suam: nimirùm sub Religionis, ac pietatis specie ab assectis suis pecunias emungere, eosdemque ad bellum pro Religione à se effecta, ut hac larva regnandi libidinem cohonestaret, facilius posset allicere. Hinc mundanarum rerum contemptum sæpè suadet sub spe, nescio cujus Paradisi meretricii, ut Arabes suis se rebus spoliarent, quibus ipse mox ditesceret: ut res ipsa demonstravit. Hic est unicus, si benè consideretur, totius Alcorani scopus.

II. Cùm Mahumetus mortuorum resurrectionem Meccanis prædicaret: atque illi eam non credentes, perpetuò instarent, ut resuscitando aliquem mortuum, eam confirmaret: nunquam voluit hujusmodi miraculum efficere: sed respondit, Deum, qui dederat illis vitam, eosdem post mortem esse suscitaturum. Quid verò aliud erat hoc, quàm miseris illudere? Hujus enim rei testimonium quærebant per miraculum resurrectionis alicujus mortui.

III. Mirum est, quàm audacter asserat, Judæos nunquam circa Mahumetum, quòd verus esset Propheta, & à Deo missus, inter se discordes fuisse, nisi postquam venit ad eos scientia, ob invidiam, & pravam æmulationem inter se: seu, ut exponit Gelal: لبغي حدث بينهم حسدا له *ob iniquam æmulationem ortam inter ipsos, ex invidia erga illum*, nempè Mahumetum. Nam absurdissimum est, Judæos potuisse aliquandò in Mahumeti legatione, ac prophetia convenire, antequam aliquam de illo scientiam haberent: nemo enim convenit cum alio de re utrique ignota. Porrò, si nomine scientiæ intelligant Moslemi Mahumeti ipsius adventum jam secutum: ut nimirùm Judæi discordes fuerint inter se circa illum, quandò jam præsentem agnoverunt: interrogabo, unde hæc discordia orta fuerit: nec poterunt respondere, nisi emanasse ex invidia Judæorum erga illum: ita enim apertè colligitur ex Alcorano. Et, quia ii, qui hoc morbo laborabant, erant Primates, & cæterorum Doctores: contra infimæ conditionis homines, qui in Mahumetum credebant, illique adhærebant, graviter indignabantur, eosque redarguebant: atque ita discordes erant inter se: Sed mirum valdè est, quòd Judæi cæteris præstantiores, ac sapientiores, si sciebant, Mahumetum esse Prophetam illum, quem tamdiù expectaverant, tàmque uniformi studio desideraverant, ita in illum invidia exagitatos fuisse. Quòdsi objiciant, idem contigisse Christo Domino, qui tamdiù à Judæis expectatus, ac desideratus, nihilominùs tàm malè ab illis exceptus fuit: respondemus, Judæos Christum infectatos fuisse, quia non benè eum agnoscebant: & existimabant, illum se falsò pro Christo venditare. *Si enim utique cognovissent*, ut scribit D. Paulus ad Rom. *nunquam Dominum gloriæ crucifixissent*. At Judæi supponuntur Mahumetum benè cognovisse, venerat enim ad eos de illo scientia: & nihilominùs odio, atque invidia adversus illum commovebantur. Quam enim invidiam concipere poterant contra eum, quem non verum Prophetam, quem expectaverant, sed nebulonem, mendacem, & omninò ab eo diversum existimarent? Vide, quæ suprà dixi in 2. Sura.

سورة الاحقاف مكّية وهي خامس وثلثون آية

SURA XLVI.

ALAHKAPH.

MECCANA:

COMMATUM TRIGINTA QUINQUE.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 حم ۞ 2 تنزيل الكتاب من الله العزيز الحكيم ۞ 3 ما خلقنا السموات والارض
وما بينهما الا بالحق واجل مسمى والذين كفروا عما انذروا معرضون ۞ 4 قل ارايتم ما
تدعون من دون الله اروني ماذا خلقوا من الارض ام لهم شرك في السموات ايتوني بكتاب
من قبل هذا او اثارة من علم ان كنتم صادقين ۞ 5 ومن اضل ممن يدعو من دون الله
من لا يستجيب له الى يوم القيمة وهم عن دعايهم غافلون ۞ 6 واذا حشر الناس كانوا لهم اعداء
وكانوا بعبادتهم كافرين ۞ 7 واذا تتلى عليهم اياتنا بينات قال الذين كفروا للحق لما
جاءهم هذا سحر مبين ۞ 8 ام يقولون افتريه قل ان افتريته فلا تملكون لي من الله شيا
هو اعلم بما تفيضون فيه كفى به شهيدا بيني وبينكم وهو الغفور الرحيم ۞ 9 قل ما
كنت بدعا من الرسل وما ادري ما يفعل بي ولا بكم ان اتبع الا ما يوحى الي وما انا الا
نذير مبين ۞ 10 قل ارايتم ان كان عند الله وكفرتم به وشهد شاهد من بني اسراييل
على مثله فامن واستكبرتم ان الله لا يهدي القوم الظالمين ۞ 11 وقال الذين كفروا للذين
امنوا لو كان خيرا ما سبقونا اليه واذ لم يهتدوا به فسيقولون هذا افك قديم ۞ 12 ومن
قبله كتاب موسى اماما ورحمة وهذا كتاب مصدق لسانا عربيا لينذر الذين ظلموا وبشرى
للمحسنين ۞ 13 ان الذين قالوا ربنا الله ثم استقاموا فلا خوف عليهم ولا هم يحزنون ۞
14 اولايك اصحاب الجنة خالدين فيها جزاء بما كانوا يعملون ۞ 15 ووصينا الانسان بوالديه
حسنا حملته امه كرها ووضعته كرها وحمله وفصاله ثلاثون شهرا حتى اذا بلغ اشده وبلغ
اربعين

أربعين سنة قال رب أوزعني أن أشكر نعمتك التي أنعمت علي وعلى والدي وأن أعمل صالحا
ترضيه وأصلح لي في ذريتي اني تبت اليك واني من المسلمين ۝ 16 أولئك الذين نتقبل عنهم
أحسن ما عملوا ونتجاوز عن سيئاتهم في أصحاب الجنة وعد الصدق الذي كانوا يوعدون ۝
17 والذي قال لوالديه أف لكما أتعدانني أن أخرج وقد خلت القرون من قبلي وهما
يستغيثان الله ويلك آمن ان وعد الله حق فيقول ما هذا الا أساطير الاولين ۝ 18 أولئك الذين
حق عليهم القول في أمم قد خلت من قبلهم من الجن والانس انهم كانوا خاسرين ۝
19 ولكل درجات مما عملوا وليوفيهم أعمالهم وهم لا يظلمون ۝ 20 ويوم يعرض الذين
كفروا على النار أذهبتم طيباتكم في حياتكم الدنيا واستمتعتم بها فاليوم تجزون عذاب
الهون بما كنتم تستكبرون في الارض بغير الحق وبما كنتم تفسقون ۝ 21 واذكر أخا عاد
اذ أنذر قومه بالاحقاف وقد خلت النذر من بين يديه ومن خلفه ألا تعبدوا الا الله اني أخاف
عليكم عذاب يوم عظيم ۝ 22 قالوا أجئتنا لتأفكنا عن آلهتنا فأتنا بما تعدنا ان كنت
من الصادقين ۝ 23 قال انما العلم عند الله وأبلغكم ما أرسلت به ولكني أريكم قوما
تجهلون ۝ 24 فلما رأوه عارضا مستقبل أوديتهم قالوا هذا عارض ممطرنا بل هو ما
استعجلتم به ريح فيها عذاب أليم ۝ 25 تدمر كل شيء بأمر ربها فاصبحوا لا ترى الا
مساكنهم كذلك نجزي القوم المجرمين ۝ 26 ولقد مكناهم فيما ان مكناكم فيه
وجعلنا لهم سمعا وأبصارا وأفئدة فما أغنى عنهم سمعهم ولا أبصارهم ولا أفئدتهم من شيء ان كانوا
يجحدون بآيات الله وحاق بهم ما كانوا به يستهزؤن ۝ 27 ولقد أهلكنا ما حولكم
من القرى وصرفنا الآيات لعلهم يرجعون ۝ 28 فلولا نصرهم الذين اتخذوا من دون الله قربانا
آلهة بل ضلوا عنهم وذلك افكهم وما كانوا يفترون ۝ 29 واذ صرفنا اليك نفرا من الجن
يستمعون القرآن فلما حضروه قالوا أنصتوا فلما قضي ولوا الى قومهم منذرين ۝ 30 قالوا يا قومنا
انا سمعنا كتابا أنزل من بعد موسى مصدقا لما بين يديه يهدي الى الحق والى طريق مستقيم ۝
31 يا قومنا أجيبوا داعي الله وآمنوا به يغفر لكم من ذنوبكم ويجركم من عذاب أليم ۝
32 ومن لا يجب داعي الله فليس بمعجز في الارض وليس له من دونه أولياء أولئك في ضلال
مبين ۝ 33 أولم يروا أن الله الذي خلق السموات والارض ولم يعي بخلقهن بقادر على أن
يحيي الموتى بلى انه على كل شيء قدير ۝ 34 ويوم يعرض الذين كفروا على النار أليس
هذا بالحق قالوا بلى وربنا قال فذوقوا العذاب بما كنتم تكفرون ۝ 35 فاصبر كما صبر أولوا
العزم من الرسل ولا تستعجل لهم كأنهم يوم يرون ما يوعدون لم يلبثوا الا ساعة من نهار بلاغ
فهل يهلك الا القوم الفاسقون ۝

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

الجزء السادس والعشرت Pars vigeſima ſexta.

1. HM. 2. Demiſſio Libri *hujus eſt* à Deo Præpotente, Sapiente. 3. Non creavimus Cœlos, & Terram, & quæ *ſunt* inter hæc duo, niſi cum veritate, & meta determinata *conſumptioni eorum*. Qui verò infideles ſunt, ab eo, quod ipſis prædicatur *ex Alcorano*, *ſunt* longè recedentes. 4. Dic: Quid vobis videtur? Quos invocatis præter Deum, oſtendite mihi quidnam creaverint ex *iis, quæ ſunt in* terra? An *fuit* ipſis participatio in Cœlis *creandis cum Deo*? Afferte mihi librum *traditum à Deo* ante hunc *Alcoranum*, vel veſtigium ſcientiæ *habitæ ab antiquis de cultu deorum veſtrorum*, ſi eſtis veraces. 5. Quis verò *eſt* errantior, quàm qui invocat præter Deum *alium*, qui non reſponſurus ſit illi uſque ad diem reſurrectionis (*ideſt nunquam*)? Ipſi verò *dii, quos invocant*, de invocatione eorum non *ſunt* curantes. 6. Cùm verò congregati fuerint homines *in die Judicii*: *Dii eorum* erunt ipſis hoſtes; & erunt cultum eorum ingratè abnegantes. 7. Et, cùm leguntur illis ſigna noſtra manifeſta *ex Alcorano*: dicunt, qui ſunt increduli, Veritati (*ideſt Alcorano*) poſtquàm venit ad eos: Hoc *eſt* præſtigium manifeſtum. 8. An dicent: Confinxit eum? reſponde: Si confinxi eum, profectò non obtinebitis mihi à Deo quidquam *indulgentiæ*, *quandò voluerit me propter hoc punire*. Ipſe Scientiſſimus *eſt* de eo, quod blateratis de illo (*ideſt Alcorano*) *a* ipſe eſt ſufficiens teſtis inter me, & inter vos: & ipſe *eſt* Indultor, Miſericors. 9. Dic: non ſum primus ex legatis: & neſcio, quid acturus ſit *Deus* de me, neque de vobis. *b* Non ſequor, niſi quod revelatur mihi; neque ego *ſum*, niſi monitor manifeſtus. 10. Dic: An vobis videtur: ſi fuerit *hic Alcoranus* à Deo, & non credideritis in eum: & teſtificatus fuerit teſtis ex filiis Iſrael de *c* hujuſmodi re, ac proindè crediderit *in eum*, *vos* verò ſuperbè reſilieritis *à credendo*: *nonne eritis iniqui*? Certè Deus non diriget homines iniquos. 11. Et dicunt, qui ſunt increduli, iis, qui crediderunt. Si eſſet melius *credere in Alcoranum*: non præveniſſent nos in hoc *filii Iſrael*. Cùm verò, *qui hoc dicunt*, non fuerint directi per illum (*ideſt Alcoranum*) dicunt: Hic *Alcoranus eſt* mendacium antiquum. 12. Et ante eum *traditus fuit* liber Moyſi in ducem, & miſericordiam: & *poſteà datus fuit* hic liber *Alcorani* confirmans *eum* lingua Arabica, ut comminetur illis, qui iniquè agunt, & *ſit* fauſtum nuncium benè agentibus. 13. Certè illi, qui dixerint: Dominus noſter eſt Deus: deindè rectè ſeſe geſſerint: non *erit* timor ſuper eos, neque ipſi contriſtabuntur. 14. Hi *erunt* habitatores Paradiſi, perpetuò commoraturi in eo, in retributionem ob id, quod operati ſunt. 15. Et præcepimus homini erga parentes ſuos beneficentiam. Geſtavit eum *utero* mater ejus cum moleſtia: & peperit eum cum moleſtia: & geſtatio ejus *in ulnis matris*, & ablactatio ejus *fuit uſque ad* trigeſimum menſem, donec perveniret ad ætatem ſuam firmam *triginta circiter annorum*: & perveniret *deindè* ad quadraginta annos. Dixit *Abubacar*: Domine mi, inſpiratione tua doce me, ut gratus ſim beneficiis tuis, quibus beneficus fuiſti erga me, & erga parentes meos: & ut operer rectum, *quod* placeat tibi: & felicita me in progenie mea: quippè ego converſus ſum ad te, & ſanè ego *ſum* ex Moslemis. 16. Hi *ſunt illi*, à quibus acceptabimus optimum, quod operati fuerint, & ignoſcemus malis eorum, *&* *erunt* inter habitatores Paradiſi: promiſſio veritatis, quæ promiſſa fuerat illis. 17. Qui verò dixerit parentibus ſuis: Vah uterque veſtrum. An promittitis mihi, quòd educendus ſim *vivus è ſepulchro*? & jam præterierunt generationes ante me, *neque ſurrexerunt è ſepulchris*: uterque verò *parens* imploraverit auxilium Dei, *&* *dixerit filio*: Væh tibi: crede: quippè promiſſio Dei *eſt* vera: at *ille* reſponderit; Non *eſt* hoc, niſi fabulæ Priorum. 18. Hi *ſunt*, quibus juſtè competit dictum (*ideſt pœna exercita à Deo*) in gentibus, *quæ* jam præterierunt ante eos, ex Geniis, & hominibus. Certè ipſi *d* erunt pereuntes.

a ſufficiens eſt in eo.

b Si.

c ſimilitudine ejus (*ideſt de qualitate ejus*.

d fuerunt.

euntes. 19. Et unicuique *erunt* gradus *in Paradiſo*, *ſeu Gehenna*, *præmii*, *vel pœnæ* juxta id, quod operati fuerint: & ut ſatisfaciat illis *Deus* pro operibus eorum: & ipſi non tractabuntur iniquè. 20. Et die *quadam* præſentabuntur, qui fuerunt infideles, ante ignem *Gehennę*, *& dicetur illis*: Dilapidaſtis bona veſtra in vita veſtra mundana, & perfruiti eſtis in ea: at hodie recipietis pro mercede pœnam ignominiæ, eo, quòd ſuperbè vos geſſeritis in terra ſine juſtitia, & eo, quòd prævaricati fuiſtis. 21. Et memento *Hud* fratris Adæorum, cùm prædicavit genti ſuæ in Alahkaph, (& jam præceſſerant Prædicatores ante eum, & poſt eum) *& dixit illis*: Ne colatis, niſi Deum. Equidem timeo ſuper vos pœnam diei magnæ. 22. Reſponderunt: Veniſti ne ad nos, ut averteres nos à diis noſtris? Oſtende porrò nobis id, quod comminaris nobis, ſi es ex veracibus. 23. Dixit *Hud*: Profectò ſcientia *eſt* apud Deum: *ego* verò annuncio vobis id, pro quo miſſus ſum. Sed ego video vos homines, *qui* ignorantia laboratis. 24. Poſtquàm autem viderunt illud, *quod comminatus fuerat eis*, *nempè* nubem extenſam pertingentem ad valles eorum, dixerunt: Hæc *eſt* nubes demiſſura nobis pluviam. Atqui hoc *eſt*, quod accelerari optaviſtis: ventus *eſt* in ea, pœna dolorifica. 25. Perdet omnem rem per imperium Domini ſui, & ad mane pervenerunt, *&* non apparuerunt, niſi habitacula eorum: *nam omnes ipſi perierant*. Ita remuneramus homines ſceleſta patrantes, 26. Et quidem jam collocaveramus illos in eo *ſtatu rerum*, in quo collocavimus vos, *ò Meccani*: & dederamus eis aures, & oculos, & corda: nec tamen profuerunt illis aures eorum, neque oculi eorum, neque corda eorum ulla in re, cùm negaviſſent ſigna Dei: & incidit in eos id, quod irridebant. 27. Et quidem jam perdidimus, quod *erat* circa vos urbium: & diverſimodè propoſuimus ſigna, ut ipſi reverterentur *ab impietate ſua*. 28. Et an adjuverunt eos illi, quos acceperant præter Deum, ad appropinquandum *magis ipſi Deo*, in Deos? Immò abſconderunt ſe ab eis: & hoc fuit mendacium eorum, & id, quod blaſphemè confinxerant. 29. Et *memento*, cùm divertimus ad te quoſdam ex Geniis, *ut* audirent Alcoranum. Cùm autem præſentes fuiſſent illi (*ideſt incæpiſſent audire illum*) dixerunt *alter alteri*: Attenti eſtote. Cùmque abſolutus fuiſſet, reverſi ſunt ad gentem ſuam, *quæ erat Judaica*, prædicaturi *id*, *quod audierant*. 30. Dixerunt: O populo noſter, nos certè audivimus librum, *qui* demiſſus eſt poſt Moyſen; confirmantem id, quod *traditum fuit Sacrorum librorum* ante eum. Dirigit ad veritatem, & ad viam rectam. 31. O populo noſter obedite Prædicatori Dei, & credite in eum, *ut* ignoſcat vobis de peccatis veſtris, & eruat vos à pœna diſcruciante. 32. Qui verò non obedierit Prædicatori Dei; non tamen erit imbecillitans *Deum*, *ne puniat eum* in terra: neque erunt ipſi præter eum patroni. Hi *erunt* in errore manifeſto. 33. An non cognoſcunt, quòd Deus, qui creavit Cœlos, & Terram, & non eſt defatigatus in creatione eorum; potens *eſt* ad hoc, ut vivificet mortuos? utique *eſt Potens*: quippè ipſe *eſt* ad omnem rem Potens. 34. Et die *quadam* exponentur, qui infideles fuerunt, coram Igne, *& dicetur illis*: Nonne eſt hic *Ignis* in veritate? reſpondebunt: Utique per Dominum noſtrum. Dicet *illis Deus*: Guſtate ergo pœnam eo, quòd fuiſtis increduli. 35. Patienter itaque ſuſtine *injurias gentis tuæ*, ſicut ſuſtinuerunt prædiți conſtantia, ex legatis: neque optes, ut acceleretur illis *pœna*. Quaſi ipſi die, *qua* videbunt id, quod promittitur eis (*ideſt pœna*) non morati fuiſſent, niſi horam *unam* ex *uno* die, *ita erit in opinione eorum*. Notificatio. (*ideſt notifico*, *& prædico hæc vobis*). An ergo peribunt, niſi homines prævaricantes?

NOTÆ.

NOTÆ.

EPigraphe الاحقاف *AlahKaph* significat propriè cumulos, seu tumulos arenæ: sed hoc loco est nomen proprium loci, seu regionis Adæorum, de quo fit mentio versu 21. Sura est Meccana. Quidam tamen excipiunt versus 10. *Dic: An videtur vobis*, & 15. *Et præcepimus homini*. Et 35. *Patienter itaque sustine*: quos volunt esse Medinenses. In numero versuum videntur plerique convenire. Qui hanc Suram legerit; كُتِبَ له عشر حسنات كعدد كل رملة فى الدنيا *scribentur ei decem bona juxta numerum cujuslibet grani arenæ in Mundo*.

X. *Testis ex filiis Israel*.] Fuit hic Judæus quidam nomine Abdallah filius Salam, qui religione sua abjurata, Mahumeticam amplexus fuerat. Hujus exemplo conabatur Mahumetus inducere Meccanos ad Sectam suam sequendam. Illi verò ex hoc ipso illam rejiciendam esse non malè arguebant, quòd eam Judæi amplecterentur.

XV. *Dixit Abubacar*.] Divinant hìc temerè Expositores, neque enim apparet, quanam ex parte prosiliat hìc in scenam Abubacar: & nihilominùs pronunciat ex tripode Gelal: نزل فى ابى بكر الصديق لما بلغ اربعين سنة بعد سنتين من مبعث النبى ﷺ أمن به ثم امن ابواه ثم ابنه عبد الرحمن وابن عبد الرحمن ابو عتيق. *Revelata sunt hæc pro Abubacar Justo, qui, cùm esset quadraginta annorum, biennio post missionem Mahumeti, credidit in eum: deindè crediderunt parentes ejus: deindè filius ejus Abdalrahman, & filius Abdalrahman Abu-Oteik*. Zamcascerius etiam refert hanc opinionem: sed nihilominùs videtur magis probare, hæc verba dici, vel dicenda esse ab homine quolibet in genere, quandò pervenit ad usum rationis, vel ad ætatem virilem;

XVII. *Vah uterque vestrum*.] Particula Arabica اف est vox contemptus, fastidii, & nauseæ; ut latina Vah, apage, &c. Quamobrem explicat Gelal, فبئسا وقبحا لكما اتضجر منكما: *fætor, & fœditas utrique vestrum. Tædio, nauseaque me afficitis*.

XVIII. *Ex Geniis, & hominibus*.] Arabes constituunt populos, ac nationes non solùm ex hominibus, sed etiam ex Geniis, quos, quædam communia cum Angelis, quædam cum hominibus, ex Thalmudistarum doctrina, habere fabulantur. Vide, quę alibi dicta sunt.

XXV. *Perdet omnem rem*.] Rem ita evenisse affirmat Gelal his verbis: واهلكت رجالهم ونساءهم وصغارهم وكبارهم واموالهم بان طارت بذلك بين السماء والارض ومزقته وبقى هود ومن امن معه: *Et perdidit viros eorum, & fœminas, & pupillos, & magnos, & opes eorum: volitans per hoc inter Cœlum & Terram, & comminuens: & remansit Hud, & qui crediderant cum eo*.

XXIX. *Divertimus ad te quosdam ex Geniis*.] Erant hi, si credimus Gelali: جن نصيبين او اليمن او جن نينوى وكانوا سبعة او تسعة وكان مى بنطن نخلة يصلى باصحابه الفجر: *Genii ex regione Nisibina, vel Arabia Felici, vel ex Ninive. Erant autem septem, vel novem. Mahumetus porrò legebat Alcoranum in concavo trunci cujusdam Palmæ, tempore orationis in Aurora: eratque cum sociis suis*. Addit, hos Genios fuisse sectæ Judaicæ professores.

REFUTATIONES.

I. NUllius momenti est argumentum, quo Mahumetus putat, se convincere posse Meccanos, ad hoc, ut credant, verè Alcoranum suum à Deo traditum fuisse (quod etiam hìc in principio Suræa affirmat) atque adeò illum amplectantur. Judæus aliquis, nescio quis, credidit in illum: ergo Meccani etiam debent illi credere: quasi verò levitas, & fatuitas unius Judæi, fidem Divinam conciliare posset Alcorano. Non negamus, Judæos aliquot, tàm vivente Mahumeto, quàm post ejus obitum, Synagoga rejecta, Mahumetanicæ Sectæ adhæsisse. Verùm id fecerunt, vel metu, vel paupertate, vel fraude, ac dolo adducti, vel apparenti veritate decepti: quidam etiam suorum odio, vel desperatione acti. Id faciunt quotidie non solùm Judæi, sed & Christiani non pauci. An verò probatur hinc, Alcoranum traditum fuisse à Deo? Solidiùs, ac nervosiùs videtur esse argumentum responsivum Meccanorum: Si Alcoranus boni, seu veri aliquid contineret, nequaquam Judæi omnium primi illum recepissent, cùm sint homines pravi, atque à Deo rejecti, veritatis hostes, & ad malum tantummodò proclives.

II. Novum sanè est, & monstro simile, Genios, seu Dæmones, qui primò Judaicam Sectam fuerant professi, à Deo, ut à Mahumeto Alcoranum audirent, missos fuisse: & ex illius lectione instructos, ad alios Dæmones, ut iisdem Mahumetismum prædicarent, sese contulisse. Hujusmodi figmenta non argumentis refutanda, sed risu contemnenda sunt.

سورة القتال مدنية وهي ثمان وثلاثون آية

SURA XLVII.

BELLUM.

MEDINÆ A:

COMMATUM TRIGINTA OCTO.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 الذين كفروا وصدوا عن سبيل الله أضل أعمالهم ۞ 2 والذين آمنوا وعملوا الصالحات
وآمنوا بما نزل على محمد وهو الحق من ربهم كفر عنهم سيآتهم وأصلح بالهم ۞ 3 ذلك بأن
الذين كفروا اتبعوا الباطل وأن الذين آمنوا اتبعوا الحق من ربهم كذلك يضرب الله للناس
أمثالهم ۞ 4 فاذا لقيتم الذين كفروا فضرب الرقاب حتى اذا أثخنتموهم فشدوا الوثاق فاما منا
بعد واما فداء حتى تضع الحرب أوزارها ۞ 5 ذلك ولو يشاء الله لانتصر منهم ولكن ليبلوا
بعضكم ببعض والذين قتلوا في سبيل الله فلن يضل أعمالهم ۞ 6 سيهديهم ويصلح بالهم ۞
7 ويدخلهم الجنة عرفها لهم ۞ 8 يا أيها الذين آمنوا ان تنصروا الله ينصركم ويثبت
أقدامكم ۞ 9 والذين كفروا فتعسا لهم وأضل أعمالهم ۞ 10 ذلك بأنهم كرهوا ما
انزل الله فاحبط أعمالهم ۞ 11 أفلم يسيروا في الارض فينظروا كيف كان عاقبة الذين من
قبلهم دمر الله عليهم وللكافرين أمثالها ۞ 12 ذلك بأن الله مولى الذين آمنوا وأن
الكافرين لا مولى لهم ۞ 13 ان الله يدخل الذين آمنوا وعملوا الصالحات جنات تجري من
تحتها الانهار والذين كفروا يتمتعون ويأكلون كما تأكل الانعام والنار مثوى لهم ۞
14 وكأين من قرية هي أشد قوة من قريتك التي أخرجتك أهلكناهم فلا ناصر لهم ۞
15 أفمن كان على بينة من ربه كمن زين له سوء عمله واتبعوا أهواءهم ۞ 16 مثل
الجنة التي وعد المتقون فيها أنهار من ماء غير آسن وأنهار من لبن لم يتغير طعمه وأنهار من
خمر لذة للشاربين وأنهار من عسل مصفى ولهم فيها من كل الثمرات ومغفرة من ربهم كمن

هو

هُوَ خَالِدٌ فِي ٱلنَّارِ وَسُقُوا مَآءً حَمِيمًا فَقَطَّعَ أَمْعَآءَهُمْ ۝ 17 وَمِنْهُم مَّن يَسْتَمِعُ إِلَيْكَ حَتَّىٰٓ إِذَا
خَرَجُوا مِنْ عِندِكَ قَالُوا لِلَّذِينَ أُوتُوا ٱلْعِلْمَ مَاذَا قَالَ آنِفًا أُولَٰٓئِكَ ٱلَّذِينَ طَبَعَ ٱللَّهُ عَلَىٰ قُلُوبِهِمْ
وَٱتَّبَعُوٓا أَهْوَآءَهُمْ ۝ 18 وَٱلَّذِينَ ٱهْتَدَوْا زَادَهُمْ هُدًى وَءَاتَىٰهُمْ تَقْوَىٰهُمْ ۝ 19 فَهَلْ يَنظُرُونَ إِلَّا
ٱلسَّاعَةَ أَن تَأْتِيَهُم بَغْتَةً فَقَدْ جَآءَ أَشْرَاطُهَا فَأَنَّىٰ لَهُمْ إِذَا جَآءَتْهُمْ ذِكْرَىٰهُمْ ۝ 20 فَٱعْلَمْ أَنَّهُ لَآ إِلَٰهَ
إِلَّا ٱللَّهُ وَٱسْتَغْفِرْ لِذَنۢبِكَ وَلِلْمُؤْمِنِينَ وَٱلْمُؤْمِنَٰتِ وَٱللَّهُ يَعْلَمُ مُتَقَلَّبَكُمْ وَمَثْوَىٰكُمْ ۝ 21 وَيَقُولُ ٱلَّذِينَ
ءَامَنُوا لَوْلَا نُزِّلَتْ سُورَةٌ فَإِذَآ أُنزِلَتْ سُورَةٌ مُّحْكَمَةٌ وَذُكِرَ فِيهَا ٱلْقِتَالُ رَأَيْتَ ٱلَّذِينَ فِي قُلُوبِهِم مَّرَضٌ
يَنظُرُونَ إِلَيْكَ نَظَرَ ٱلْمَغْشِيِّ عَلَيْهِ مِنَ ٱلْمَوْتِ فَأَوْلَىٰ لَهُمْ ۝ طَاعَةٌ وَقَوْلٌ مَّعْرُوفٌ فَإِذَا عَزَمَ ٱلْأَمْرُ
فَلَوْ صَدَقُوا ٱللَّهَ لَكَانَ خَيْرًا لَّهُمْ ۝ 22 فَهَلْ عَسَيْتُمْ إِن تَوَلَّيْتُمْ أَن تُفْسِدُوا فِي ٱلْأَرْضِ وَتُقَطِّعُوٓا
أَرْحَامَكُمْ ۝ 23 أُولَٰٓئِكَ ٱلَّذِينَ لَعَنَهُمُ ٱللَّهُ فَأَصَمَّهُمْ وَأَعْمَىٰٓ أَبْصَٰرَهُمْ ۝ 24 أَفَلَا يَتَدَبَّرُونَ ٱلْقُرْءَانَ
أَمْ عَلَىٰ قُلُوبٍ أَقْفَالُهَا ۝ 25 إِنَّ ٱلَّذِينَ ٱرْتَدُّوا عَلَىٰٓ أَدْبَٰرِهِم مِّنۢ بَعْدِ مَا تَبَيَّنَ لَهُمُ ٱلْهُدَى
ٱلشَّيْطَٰنُ سَوَّلَ لَهُمْ وَأَمْلَىٰ لَهُمْ ۝ 26 ذَٰلِكَ بِأَنَّهُمْ قَالُوا لِلَّذِينَ كَرِهُوا مَا نَزَّلَ ٱللَّهُ سَنُطِيعُكُمْ
فِي بَعْضِ ٱلْأَمْرِ وَٱللَّهُ يَعْلَمُ أَسْرَارَهُمْ ۝ 27 فَكَيْفَ إِذَا تَوَفَّتْهُمُ ٱلْمَلَٰٓئِكَةُ يَضْرِبُونَ وُجُوهَهُمْ
وَأَدْبَٰرَهُمْ ۝ 28 ذَٰلِكَ بِأَنَّهُمُ ٱتَّبَعُوا مَآ أَسْخَطَ ٱللَّهَ وَكَرِهُوا رِضْوَٰنَهُ فَأَحْبَطَ أَعْمَٰلَهُمْ ۝ 29 أَمْ
حَسِبَ ٱلَّذِينَ فِي قُلُوبِهِم مَّرَضٌ أَن لَّن يُخْرِجَ ٱللَّهُ أَضْغَٰنَهُمْ ۝ 30 وَلَوْ نَشَآءُ لَأَرَيْنَٰكَهُمْ فَلَعَرَفْتَهُم
بِسِيمَٰهُمْ وَلَتَعْرِفَنَّهُمْ فِي لَحْنِ ٱلْقَوْلِ وَٱللَّهُ يَعْلَمُ أَعْمَٰلَكُمْ ۝ 31 وَلَنَبْلُوَنَّكُمْ حَتَّىٰ نَعْلَمَ ٱلْمُجَٰهِدِينَ
مِنكُمْ وَٱلصَّٰبِرِينَ وَنَبْلُوَا۟ أَخْبَارَكُمْ ۝ 32 إِنَّ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا۟ وَصَدُّوا۟ عَن سَبِيلِ ٱللَّهِ وَشَآقُّوا
ٱلرَّسُولَ مِنۢ بَعْدِ مَا تَبَيَّنَ لَهُمُ ٱلْهُدَىٰ لَن يَضُرُّوا۟ ٱللَّهَ شَيْـًٔا وَسَيُحْبِطُ أَعْمَٰلَهُمْ ۝ 33 يَٰٓأَيُّهَا ٱلَّذِينَ
ءَامَنُوٓا۟ أَطِيعُوا۟ ٱللَّهَ وَأَطِيعُوا۟ ٱلرَّسُولَ وَلَا تُبْطِلُوٓا۟ أَعْمَٰلَكُمْ ۝ 34 إِنَّ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا۟ وَصَدُّوا۟ عَن سَبِيلِ
ٱللَّهِ ثُمَّ مَاتُوا۟ وَهُمْ كُفَّارٌ فَلَن يَغْفِرَ ٱللَّهُ لَهُمْ ۝ 35 فَلَا تَهِنُوا۟ وَتَدْعُوٓا۟ إِلَى ٱلسَّلْمِ وَأَنتُمُ
ٱلْأَعْلَوْنَ وَٱللَّهُ مَعَكُمْ وَلَن يَتِرَكُمْ أَعْمَٰلَكُمْ ۝ 36 إِنَّمَا ٱلْحَيَوٰةُ ٱلدُّنْيَا لَعِبٌ وَلَهْوٌ وَإِن تُؤْمِنُوا۟
وَتَتَّقُوا۟ يُؤْتِكُمْ أُجُورَكُمْ وَلَا يَسْـَٔلْكُمْ أَمْوَٰلَكُمْ ۝ 37 إِن يَسْـَٔلْكُمُوهَا فَيُحْفِكُمْ تَبْخَلُوا۟ وَيُخْرِجْ
أَضْغَٰنَكُمْ ۝ 38 هَٰٓأَنتُمْ هَٰٓؤُلَآءِ تُدْعَوْنَ لِتُنفِقُوا۟ فِي سَبِيلِ ٱللَّهِ فَمِنكُم مَّن يَبْخَلُ وَمَن يَبْخَلْ
فَإِنَّمَا يَبْخَلُ عَن نَّفْسِهِۦ وَٱللَّهُ ٱلْغَنِىُّ وَأَنتُمُ ٱلْفُقَرَآءُ وَإِن تَتَوَلَّوْا۟ يَسْتَبْدِلْ قَوْمًا غَيْرَكُمْ ثُمَّ لَا
يَكُونُوٓا۟ أَمْثَٰلَكُم ۝

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. QUi infideles fuerint, & averterint *alios* à via Dei; errare faciet *Deus* opera eorum (*ideſt inutilia reddet*). 2. Qui verò fideles fuerint, & fecerint recta, & crediderint in id, quod demiſſum fuit ſuper Mahumetum (& ipſum eſt veritas à Domino eorum) expiabit ab eis mala eorum, & rectificabit *a* intentionem eorum. 3. Hoc *eveniet*, eo quòd, qui infideles fue- *a* proſperabit.

runt, ſecuti ſunt vanitatem : & quia, qui fideles fuerunt, ſecuti ſunt veritatem à Domino ſuo . Ita proponit Deus hominibus ſimilitudines eorum (*ideſt fidelium, & infidelium*) . 4. Cùm ego repereritis eos, qui ſunt infideles, percuſſio cervicum (*ideſt percutite cervices eorum*) donec feceritis ſtragem multam eorum . Tùm roborate vinculum (*ideſt alligate vinculis, & captivos ducite reliquos*) . Porrò ſive gratuita dimiſſio poſteà ; ſive redemptio (*ideſt, ſive liberos, & gratis dimittetis : ſive pretium pro redemptione eorum capietis*) donec deponat bellum onera ſua (*ideſt donec hoſtes arma deponant, & vel fidem, vel pactum, ſeu tributum impoſitum accipiant*) . 5. Hoc *ſervabitis*. Quòdſi vellet Deus, certè ultionem ſumeret ex illis *ſine opera veſtra* . Sed *id vult*, ut probet alios veſtrum per alios (*ideſt fideles per infideles*) . Illi porrò, qui occiſi fuerint pro via Dei, nullo modo aberrare faciet *Deus* opera eorum (*ideſt, relinquet ea ſine mercede*) . 6. Diriget eos, & rectificabit intentionem eorum . 7. Et introducet eos in Paradiſum, quem notificaverat eis. 8. O qui *a* credidiſtis, ſi adjuveritis Deum, *pugnando pro fide illius* : adjuvabit vos : & firmabit pedes veſtros. 9. Qui verò infideles fuerint, exitium *erit* eis : & aberrare faciet *Deus* opera eorum. 10. Hoc *eveniet eis*, quia ipſi abhorruerunt id, quod demiſit Deus (*ideſt præceptum pugnandi pro fide*) propterea inutilia facta ſunt opera eorum . 11. An ergo non peragraverunt terram, & inſpexerunt, cujuſmodi fuerit cultus eorum, qui fuerunt ante ipſos ? Diſperdidit Deus illos. Infidelibus autem *conveniunt* ſimilitudines ejus (*ideſt ſimilis exitus malus*) . 12. Hoc *erit*, eo quòd Deus *ſit* patronus eorum, qui crediderunt : & quòd incredulis, non ſit patronus eis. 13. Profectò Deus introducet eos, qui crediderint, & operati fuerint recta, in hortos, currunt de ſub ipſis flumina. Qui verò infideles fuerint, deliciis indulgebunt, & comedent, ſicut comedunt pecudes : & ignis *erit* receptaculum eorum. 14. Quot verò ex urbibus erant valentiores robore, quàm *ſit Mecca* urbs tua, quæ ejecit te : *& tamen* perdidimus eas : & non *fuit* adjutor illis ? 15. An ergo, qui fuerit ſuper declarationem à Domino ſuo (*ideſt, qui illuminatus fuerit à Deo in fide*) *erit*, ſicut ille, cui adornatum fuit malum operis ſui (*ideſt, ſpecioſum apparere factum fuerit à Dæmone*) & ſecuti ſunt deſideria ſua ? 16. Similitudo Paradiſi, qui promiſſus eſt timoratis : in eo *ſunt* flumina aquæ incorruptibilis : & flumina ex lacte ; cujus non immutatur guſtus, & flumina ex vino ſuavi bibentibus : & flumina ex melle defæcato : & ipſis in eo *erit copia* ex omnibus fructibus : & indulgentia à Domino ſuo. *An verò, qui hujuſmodi felicitate fruetur, erit*, ſicut ille, qui eſt perpetuò moraturus in igne ; & potabuntur aqua ferventiſſima, itaut diſcindat viſcera eorum ? 17. Et ex ipſis (*ideſt infidelibus*) quidam aures præbent tibi, donec ubi egreſſi fuerint à te, dicunt illis, quibus data eſt ſcientia : Quid *eſt*, quod dixit nunc ? Hi *ſunt*, quorum impreſſit ſigillum Deus ſuper corda eorum, & ſectati ſunt concupiſcentias ſuas . 18. Qui verò directi fuerint, augebit illis *Deus* directionem, & dabit illis timorem eorum *de igne Gehennæ* . 19. An verò expectant *infideles*, niſi Horam, ut ſuperveniat illis repentè ? Jam verò venerunt conditiones (*ideſt ſigna* illius) . Quomodò verò *erit* ipſis, poſtquam advenerit illis commonitio eorum ? (*ideſt, quomodò poterunt tunc commoneſieri, & reſipiſcere* . 20. Scito ergo, quòd non eſt Deus præter Deum : & indulgentiam poſtula pro delicto tuo, & pro fidelibus *viris*, & fidelibus *ſeminis* . Et Deus ſcit *b* occupationem veſtram (*ideſt exercitia ; & labores veſtros diurnos*) & receptaculum veſtrum (*ideſt, quò vos recipiatis ſerò ad quietem*) . 21. Et dicunt, qui crediderunt : Niſi demiſſa fuerit Sura *aliqua*, *qua præcipiatur nobis bellum ; non exibimus ad pugnam* . Ubi verò demiſſa fuerit Sura ſtabiliter diſpoſita (*ideſt non obnoxia abrogationi, ſicut cæteræ*) & commemoratum fuerit in ea bellum : videbis eos, quorum in cordibus *eſt* morbus (*ideſt infidelitas*) aſpicient ad te aſpectu ejus, qui coopertus ſit à morte (*ideſt triſti, ac veluti moribundi*) . Atqui meliùs eſſet illis obedientia, & dictum conveniens, *quo ſe promptos ad bellum exhiberent* . Ubi verò firmatum fuerit præceptum *de prælio* : ſi fideles fuerint Deo, certè meliùs *erit* illis. 22. An ergo in promptu fuiſtis, ſi deſciviſſetis

a crediderũt

b converſationem.

vissetis ab obedientia, ut corrumperetis Terram *per latrocinia*, & rescinderetis (*i. violaretis*) consanguinitates vestras? 23. Hi *sunt*, quibus maledixit Deus, & surdos reddidit eos, & excæcavit oculos eorum. 24. An ergo non perpendunt Alcoranum? An super corda sunt seræ eorum (*idest cordium*)? 25. Certè, qui retroversi fuerint super terga sua, postquam innotuit eis directio: Satanas adornabit ipsis *malum*, *quod fecerunt*, & implebit eos *opibus ad eos decipiendos*. 26. Hoc *eveniet eis*, quia ipsi dixerunt *secretò* iis, qui abhorrebant id, quod demiserat Deus (*idest præceptum de prælio*). Obediemus vobis in parte præcepti. At Deus novit secreta eorum. 27. Quomodò ergo *se habebunt*, cùm morti tradent eos Angeli, & percutient facies eorum, & terga eorum *uncis ferreis*? 28. Hoc *eveniet illis*, eo quòd ipsi secuti fuerint id, quod ad iram provocabat Deum, & aversati sunt beneplacitum ejus: propterea inutilia reddidit opera eorum. 29. An existimant illi, quorum in cordibus *est* morbus, quòd non manifestaturus sit Deus simultates eorum *contra fideles*? 30. Quòd, si vellemus, certè ostenderemus tibi eos, itaut certè cognosceres eos ex signis eorum: sed certè cognosces eos ex *a* sono vocis: & Deus novit opera vestra. 31. Et quidem tentabimus vos, donec cognoscamus strenuè certantes ex vobis, & constanter sustinentes, & probemus nuncia vestra (*idest opera vestra, seu quomodò vos geratis in bello*). 32. Porrò, qui infideles fuerint, & averterint *alios* à via Dei, & schisma fecerint contra Legatum (*idest Mahumetum*) postquam innotuit ipsis directio: non nocebunt Deo quidquam: & *ipse* vana reddet opera eorum. 33. E qui *b* credidistis, obedite Deo, & obedite Legato: & ne vana reddatis opera vestra. 34. Profectò, qui infideles fuerint, & averterint *alios* à via Dei: deindè mortui fuerint, & ipsi infideles (*idest in infidelitate*) nunquam ignoscet Deus illis. Ne ergo molles efficiamini *erga hostes vestros*, neque invitetis *eos* ad concordiam, dum vos *sitis* superiores. Deus enim *erit* vobiscum, & non imminuet vobis opera vestra. 36. Certè vita mundana *est* ludus, & jocus: si verò credideritis, & timueritis *Deum*, dabit vobis mercedes vestras. Neque exigit à vobis facultates vestras *omnes*, *sed tantùm partem earum*. 37. Si requireret à vobis eas, itaut instanter exigerent à vobis: avari fieretis, & produceret odia vestra *contra Religionem*, *quæ talia præcipit*. 38. Ecce vos *estis* illi, *qui* invitamini, ut expendatis *aliquam partem rerum vestrarum* pro via Dei: & tamen ex vobis quidam sunt avari. Sed, qui avarus fuerit certè avarus erit contra animam suam. Et Deus *est* dives: vos autem pauperes. Quòd si tergiversati fueritis, substituet *alios* homines præter vos, *qui* deindè non sint similes vestri.

a parva pronunciatione sermonis.

b credidcrũt

NOTÆ.

DUpiex titulus huic Suræ præfigitur; alter القتال *Bellum*: quia in ea contra Meccanos, & alios infideles bellum indicitur. Alter محمد *Mohammad*, seu Mahumetus: eo quòd is in secundo versu nominetur. Est autem Sura Medinensis: quidam tamen excipiunt versum decimum quartum: *Quot verò ex urbibus*. Immò nonnulli faciunt totam Meccanam: tanta est inter Expositores Moslemos de rebus Alcorani incertitudo. Versus enumerantur octo supra triginta. Quidam unum superaddunt. Qui hanc Suram legerit, كان حقًا على الله ان يسقيه من انهار الجنة

debitum erit Deo, ut potet eum ex fluminibus Paradisi.

XVI. *Similitudo Paradisi.*] Quia Mahumetani propriè, & litteraliter tenentur credere ea, quæ in Alcorano de Paradiso dicuntur: ideò Gelal, dictionem مثل quæ propriè *similitudinem* significat, exponit صفة, *Prædicatum*, seu Epitheton.

XVII. *Illis, quibus data est scientia.*] Gelal: العلما من الصحابة منهم ابن مسعود وابن عباس استهزاءً وسخريةً ماذا قال انفًا اى الساعة: اى لا نرجع اليه: *Doctiores ex societate Mahumeti: inter quos erant Ebno-Masaud, & Ebno-Abas. Irridentes, ac ludificantes dicebant his impii: Quid est, quod dicit nunc? id-est non revertemur ad illum.* Videtur accipere, *nunc*, sejunctim ab antecedentibus, ac si dicerent: Quid est, quod dicit? Nunc audiamus illum: sed deindè non ultrà redeamus.

XIX. *Conditiones illius.*] Inter hæc signa ponit Gelal: بعث النبى محمد وانشقاق القمر والدخان: *missionem Mahumeti ad prophetandum: scissionem Lunæ: & Fumum*, de quo supra dictum est.

XX. *Et indulgentiam postula pro delicto tuo.*] Gelal: قيل له ذلك مع عصمته ليستن به امته وقد فعله قال انى لاستغفر الله فى كل يوم مائة مرة: *Dictum fuit hoc illi, non obstante custodia, quam Deus promiserat illi, ut esset per hoc norma genti suæ. Jam verò Mahumetus hoc fecit: ipse enim dixit de se: Ego sanè indulgentiam peccatorum peto à Deo, centies in singulos dies.*

XXVII. *Cùm morti tradent eos Angeli.*] Alludit ad tormentum sepulchri, de quo alibi loquuti sumus.

RE-

REFUTATIONES.

I. LArvam deponit in hac Sura, ſicut etiam in Nona, ut vidimus, Mahumetus: nam ubi anteà in omnibus ferè Suris, patientiam, manſuetudinem, tolerantiam, & indulgentiam erga infideles à Deo præcipi ſibi, & commendari confinxit: in his duabus ex abrupto bellum, cædes, captivitates, ſævitiem omnem, atque barbariem ſibi adverſus eoſdem imperata fuiſſe pronunciat. Cauſa tam ſubitæ mutationis fuit, quia, cùm antea Meccæ detineretur, concivium ſuorum potentiam, iramque metuebat, nec ſibi vires ad eis reſiſtendum ſuppetere agnoſcebat. Ubi verò Meccam aufugiens, Medinam cum ſuis aſſeclis ſe tranſtulit, ibique armis ſe, ſociiſque munivit, ac potentiorem adverſariis ſuis vidit: bellum ſibi contra eoſdem à Deo præcipi ſimulavit in his Suris, quibus centum viginti quatuor verſus Alcorani abrogavit. Alibi ſanè præceperat ſuis congeronibus, ut ſi ab adverſariis laceſſerentur, ſeſe defenſarent, ac vindicarent, parique par rependerent. Hìc verò jubet, eos abſolutè, & abſque ulla prævia cauſa, ubicunque infideles (fidei pallio ſcelus tegit) nacti fuerint, ferro invadere, ac trucidare, vel captivos abducere, vel duriſſimas illis ſervitutis conditiones imponere, nulla pacis, vel induciarum conditione admiſſa, cunctiſque humanitatis legibus rejectis, niſi hoſtes ſeſe, tanquam pecudes ipſis dedidiſſent, eorumque arbitrio ſe ſubjeciſſent. Eo verò major Mahumeti impietas, ac barbaries appareat, quòd hæc omnia contra gentem ſuam, & præſertim contra Meccanos, concives, cognatoſque ſuos, exercere aggreditur, ut oppreſſione Patriæ tyrannidi ſuæ fundamenta jaciat. Vide, quæ fusè dicta ſunt in Prodromo p. 4. cap. 23. pag. 59. Et quæ ſuprà notavi in refutatione Suræ 9. Pœnitentia.

II. Ut verò ſocios ad bellum acriùs ineundum excitet, crambem recoquit, Paradiſi ſui delicias pollicendo, cum appendice fluminum, non ſolùm aquæ, ut alibi: ſed etiam lactis, vini, & mellis. Mirum verò, quòd cum non ſemel aſſeruerit, vinum rem eſſe abominandam, & inventum Diaboli, illud in Paradiſo reponat. Sed reſpondent Moslemi, vinum hoc Paradiſiacum, neque inebriare, neque incommoda alia, quæ in terreſtri vino reperiuntur, afferre. Eſto. Vinum nihilominùs eſt: & apud nos etiam vina adeò lenia, quamvis ſuavia reperiri non dubito, ut quamvis ad ſatietatem ſumantur, nulla tamen gignant in bibentibus ebrietatem. Porrò ebrietas, mentiſque perturbatio non tàm vino, quàm hominis intemperantiæ tribuendę ſunt, ut quotidiano experimento comprobatur. Quòd ſi dicant, vinum illud, ita vocari tantùm denominativè, & æquivocè; ſed revera non eſſe vinum; reſpondebimus, imprudenter Mahumetum vocaſſe potionem Paradiſi nomine rei abominabilis, & quæ eſt ex opere Satanæ non ſecùs, ac ſi cibum aliquem Paradiſi nomine الخرء ideſt *ſtercoris humani* appellaſſet. Hìc verò obiter notandum, quamvis hanc Paradiſi ſimilitudinem eſſe pronunciet; propriè tamen loqui, ut jam ex Gelale oſtendimus. Neque novum eſt in Alcorano ſimilitudinis nomine, proprietatem ſignificari.

III. Benè eſt, quòd Mahumetus fateatur, ſe eſſe peccatorem, dum fingit imponi ſibi Divinum præceptum deprecandi pro peccatis ſuis. Dedecet tamen Prophetam tantum, & de quo Mahumetani tàm mira jactant, & quem Prophetis omnibus anteponunt, eſſe peccatorem: cùm nulla major ſit excellentia, majorque laus apud Deum, quàm immunitas ab omni peccato, qualis fuit in Chriſto, quemadmodùm Mahumetani ipſi fatentur. Quòd verò Mahumetus ipſe dixerit, ſe centies in ſingulos dies indulgentiam peccatorum à Deo poſtulaſſe, quamvis figmentum eſſe dubitandum non ſit; id tamen meritò feciſſet, cùm tantus eſſet peccator, quamvis abſque ullo fructu, utpote in peccato obſtinatus, peccatorum veniam poſtulaſſet.

IV. De illo Sepulchri tormento vide, quæ ſuprà dicta ſunt, ſed ſive de eo, ſive de morte ipſa infidelium loquatur, figmentum redolet percuſſio illa Angelorum facta uncis ferreis in faciebus, & dorſis infidelium, præſertim ad extrahendas animas à corporibus eorum.

سورة الفتح مدنية تسع وعشرون آية

SURA XLVIII.

APERITIO.

MEDINENSIS:

COMMATUM VIGINTI NOVEM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 انا فتحنا لك فتحا مبينا ۝ 2 ليغفر لك الله ما تقدم من ذنبك وما تاخر ويتم نعمته
عليك ويهديك صراطا مستقيما ۝ 3 وينصرك الله نصرا عزيزا ۝ 4 هو الذي انزل السكينة
في قلوب المومنين ليزدادوا ايمانا مع ايمانهم ولله جنود السموات والارض وكان الله عليما
حكيما ۝ 5 ليدخل المومنين والمومنات جنات تجري من تحتها الانهار خالدين فيها
ابدا ويكفر عنهم سياتهم وكان ذلك عند الله فوزا عظيما ۝ 6 ويعذب المنافقين والمنافقات
والمشركين والمشركات الظانين بالله ظن السوء عليهم دايرة السوء وغضب الله عليهم ولعنهم
واعد لهم جهنم وساءت مصيرا ۝ 7 ولله جنود السموات والارض وكان الله عزيزا حكيما ۝
8 انا ارسلناك شاهدا ومبشرا ونذيرا ۝ 9 لتومنوا بالله ورسوله وتعزروه وتوقروه وتسبحوه
بكرة واصيلا ۝ 10 ان الذين يبايعونك انما يبايعون الله يد الله فوق ايديهم فمن نكث فانما
ينكث على نفسه ومن اوفى بما عاهد عليه الله فسيوتيه اجرا عظيما ۝ 11 سيقول لك
المخلفون من الاعراب شغلتنا اموالنا واهلونا فاستغفر لنا يقولون بالسنتهم ما ليس في قلوبهم قل
فمن يملك لكم من الله شيا ان اراد بكم ضرا او اراد بكم نفعا بل كان الله بما تعملون
خبيرا ۝ 12 بل ظننتم ان لن ينقلب الرسول والمومنون الى اهليهم ابدا وزين ذلك في
قلوبكم وظننتم ظن السوء وكنتم قوما بورا ۝ 13 ومن لم يومن بالله ورسوله فانا اعتدنا
للكافرين سعيرا ۝ 14 ولله ملك السموات والارض يغفر لمن يشاء ويعذب من يشاء وكان الله
غفورا رحيما ۝ 15 سيقول المخلفون اذا انطلقتم الى مغانم لتاخذوها ذرونا نتبعكم يريدون ان
يبدلوا

يبدلوا كلام الله قل لن تتبعونا كذلكم قال الله من قبل فسيقولون بل تحسدوننا
بل كانوا لا يفقهون الا قليلا ۞ 16 قل للمخلفين من الاعراب ستدعون الى قوم اولي باس
شديد تقاتلونهم او يسلمون فان تطيعوا يوتكم الله اجرا حسنا وان تتولوا كما توليتم من قبل
يعذبكم عذابا اليما ۞ 17 ليس على الاعمى حرج ولا على الاعرج حرج ولا على
المريض حرج ومن يطع الله ورسوله يدخله جنات تجري من تحتها الانهار ومن يتول يعذبه عذابا
اليما ۞ 18 لقد رضي الله عن المومنين اذ يبايعونك تحت الشجرة فعلم ما في قلوبهم فانزل
السكينة عليهم واثابهم فتحا قريبا ۞ 19 ومغانم كثيرة ياخذونها وكان الله عزيزا حكيما ۞
20 وعدكم الله مغانم كثيرة تاخذونها فعجل لكم هذه وكف ايدي الناس عنكم
ولتكون اية للمومنين ويهديكم صراطا مستقيما ۞ 21 واخرى لم تقدروا عليها قد احاط الله
بها وكان الله على كل شيء قديرا ۞ 22 ولو قاتلكم الذين كفروا لولوا الادبار ثم
لا يجدون وليا ولا نصيرا ۞ 23 سنة الله التي قد خلت من قبل ولن تجد لسنة الله
تبديلا ۞ 24 وهو الذي كف ايديهم عنكم وايديكم عنهم ببطن مكة من بعد ان
اظفركم عليهم وكان الله بما يعملون بصيرا ۞ 25 هم الذين كفروا وصدوكم عن المسجد
الحرام والهدي معكوفا ان يبلغ محله ولولا رجال مومنون ونساء مومنات لم تعلموهم ان تطوهم
فتصيبكم منهم معرة بغير علم ليدخل الله في رحمته من يشاء لو تزيلوا لعذبنا الذين كفروا
منهم عذابا اليما ۞ 26 اذ جعل الذين كفروا في قلوبهم الحمية حمية الجاهلية فانزل الله
سكينته على رسوله وعلى المومنين والزمهم كلمة التقوى وكانوا احق بها واهلها وكان الله
بكل شيء عليما ۞ 27 لقد صدق الله رسوله الرويا بالحق لتدخلن المسجد الحرام ان شاء الله
امنين محلقين رووسكم ومقصرين لا تخافون فعلم ما لم تعلموا فجعل من دون ذلك فتحا
قريبا ۞ 28 هو الذي ارسل رسوله بالهدى ودين الحق ليظهره على الدين كله وكفى
بالله شهيدا ۞ 29 محمد رسول الله والذين معه اشداء على الكفار رحماء بينهم تريهم ركعا
سجدا يبتغون فضلا من الله ورضوانا سيماهم في وجوههم من اثر السجود ذلك مثلهم في التوريه
ومثلهم في الانجيل كزرع اخرج شطاه فازره فاستغلظ فاستوى على سوقه يعجب الزراع
ليغيظ بهم الكفار وعد الله الذين امنوا وعملوا الصالحات منهم مغفرة واجرا عظيما ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. NOs certè aperuimus tibi aperitionem manifeſtam (*ideſt conceſſimus tib victoriam illuſtrem de Meccanis*). 2. Ut ignoſcat tibi Deus id, quo præceſſit de delicto tuo, & quod ſubſecutum eſt: & perficiat gratiam ſuai ſuper te, & dirigat te via recta. 3. Et adjuvet te adjutorio excellenti 4. Ipſe eſt, qui demiſit quietem ſecuram in cordibus fidelium, ut augeren

tur

tur fide cum fide ſua *(i. ad fidem, quam anteà habebant)* & Dei *ſunt* exercitus Cælorum, & terræ: & eſt Deus Sciens, Sapiens. 5. Ut introducat fideles *viros*, & fideles *mulieres* in hortos: currunt de ſub illis flumina; perpetuò commoraturos in illis: & expiet ab eis mala eorum: & erit hæc apud Deum felicitas magna. 6. Et puniat impios, & impias *ex Mahumetanis*: & Aſſociatores, & Aſſociatrices, opinantes de Deo opinionem mali. Super ipſos *erit* circulus mali *(ideſt pœna perſeverans)* & iratus eſt Deus contra eos, & maledixit illis, & præparavit illis Gehennam: & *hæc* mala eſt abitione *(i. infelices ſunt, qui abeunt in illam)*. 7. Et Dei *ſunt* exercitus Cœlorum, & Terræ: & eſt Deus Præpotens, Sapiens. 8. Certè nos miſimus te teſtem *contra gentem tuam in die Judicii*: & annunciatorem *Paradiſi*, & comminatorem *Gehennæ*. 9. Ut credatis in Deum, & Legatum ejus; & ſuppetias feratis illi, & honoretis eum, & laudetis eum mane, & veſpere. 10. Certè, qui fidelitatem jurabunt tibi, profectò jurabunt fidelitatem Deo: manus Dei *erit* ſuper manus eorum. Qui verò juramentum violaverit, utique perjurus erit contra animam ſuam. Qui autem compleverit id, quod pepigit cum Deo, mox dabit illi *Deus* mercedem magnam. 11. Dicent tibi reſides ex Arabibus *(ideſt, qui remanentes domi noluerunt proficiſci ad prælium)*. Impedimento fuerunt nobis facultates noſtræ, & familiæ noſtræ, *ne egrederemur tecum ad bellum*: precare igitur indulgentiam nobis. Dicunt linguis ſuis id, quod non eſt in cordibus eorum. Reſponde: Quis porrò obtinebit vobis à Deo quidquam, ſi voluerit vobis nocere, aut voluerit vobis prodeſſe? Atqui eſt Deus de eo, quod facitis, plenè inſtructus. 12. Quinimò exiſtimaſtis, quòd non eſſet reverſurus Legatus, & Fideles ad familias ſuas unquam: & adornatum fuit hoc in cordibus veſtris: ſed opinati eſtis opinionem mali *(ideſt falſam)* & fuiſtis homines perditi. 13. Et, qui non crediderit in Deum, & Legatum ejus, certè nos præparavimus infidelibus ignem æſtuantem. 14. Et Dei *eſt* Regnum Cœlorum, & Terræ: parcet, cui voluerit, & puniet, quem voluerit: & eſt Deus Indultor, Miſericors. 15. Dicent reſides, *(ideſt, qui domi remanſerunt, nec profecti ſunt ad prælium)* cùm perrexeritis ad prædas, ut capiatis eas; ſinite nos, *ut* ſequamur vos. Volunt immutare ſermonem Dei *(ideſt leges à Deo præſcriptas circa ſpolia inimicorum)*. Dic *illis*; Nequaquam ſequemini nos: ita dixit Deus anteà. Reſpondebunt: Atqui invidetis nobis. Sed non intelligunt *quidquam circa Religionem*, niſi pauci. 16. Dic reſidibus ex Arabibus; Vocabimini ad *pugnandum contra* gentem prædítam virtute bellica valida: pugnabitis contra eos, aut fient Moslemi *(ideſt, donec Mahumetanam Sectam amplectantur)* Quòd ſi obedieritis, dabit vobis Deus mercedem pulchram. Si verò tergiverſati fueritis, quemadmodùm tergiverſati fuiſtis anteà: puniet vos pœna diſcruciante. 17. Non erit ſuper cæcum piaculum, neque ſuper claudum piaculum, neque ſuper ægrotum piaculum, *ſi non proficiſcantur ad bellum*. Qui autem obedierit Deo, & Legato ejus: introducet eum in hortos, currunt de ſub ipſis flumina. Qui verò tergiverſatus fuerit: puniet eum pœna dolorifica. 18. Jam quidem complacuit ſibi Deus in Fidelibus, cùm jurarent fidelitatem tibi ſub arbore; & cognovit, quid *eſſet* in cordibus eorum: propterea demiſit ſecuram quietem ſuper eos, & remuneravit eos victoria propinqua *in Chaiber*. 19. Et prædis multis, quas acceperunt: & eſt Deus Præpotens, Sapiens. 20. Promiſit vobis Deus prædas multas, quas acciperetis: ſed acceleravit vobis has *Chaiberenſes* (& cohibuit manus hominum à vobis) & ut eſſent ſignum *Divini auxilii* Fidelibus: & dirigeret vos in viam rectam. 21. Et alias *prædas*, nondùm potuiſtis *capere* eas: jam circumdedit Deus illas *(ideſt tenet eas paratas pro vobis)* & eſt Deus ſuper omnem rem Potens. 22. Quòd ſi pugnaſſent contra vos illi, qui erant infideles *in Hadibia*: profectò vertiſſent terga: deindè non inveniſſent patronum, neque defenſorem. 23. Statutum Dei *eſt hoc*, quod jam præceſſit anteà: & nunquam invenies ſtatuto Dei immutationem. 24. Et ipſe *eſt*, qui cohibuit manus eorum à vobis, & manus veſtras ab eis in ventre Meccæ *(ideſt in Hadibia)* poſtquàm triumphare fecerat vos ſuper eos. Et eſt Deus in id, quod facitis intuens.

25. Hi

25. Hi *ſunt*, qui infideles fuerunt, & prohibuerunt vos ab Oratorio Meccæ: & *impedierunt* munus clauſum, ne perveniret ad locum ſuum. Quòd ſi non *fuiſſent* viri fideles, & mulieres fideles, quos non cognoſcebatis, *cùm eſſent admixti infidelibus*, ne conculcaretis eos (*ideſt*, *ne occideretis eos*) ac proindè incideret vobis ex eis (*ideſt ex eorum cæde*) peccatum ſine *veſtra* ſcientia: *certè conceſſiſſet vobis victoriam. Sed tunc voluit vobis ob hanc cauſam concedere*, ut introduceret Deus in miſericordiam ſuam, quem vellet. Si diſtincti fuiſſent *Fideles ab infidelibus*: certè puniviſſemus eos, qui erant infideles inter ipſos, pœna dolorifica. 26. Cùm poſuiſſent, qui erant infideles in cordibus ſuis, indignationem, indignationem Ignorantiæ (*i. propriam Ethnicorum*) demiſit Deus quietem ſuam ſuper Legatum ſuum, & ſuper fideles, & impreſſit illis verbum pietatis (*ideſt fidem unitatis Dei, ſeu formulam illam: Non eſt Deus, niſi Deus*) & fuerunt digniores eodem *verbo*, & meritiores illius, *quàm infideles*. Et eſt Deus in omni re Sciens. 27. Jam quidem confirmavit Deus Legato ſuo viſionem cum veritate, *qua dixit ei per ſomnium*: Certiſſimè ingrediemini Oratorium Meccæ, ſi voluerit Deus, ſecuri abraſi capita veſtra, & attonſi comas, non timebitis. Novit porrò *Deus* id, quod non noſtis *vos*: & decrevit præter hoc, *vobis* victoriam vicinam de *Choaiberenſibus*. 28. Ipſe eſt, qui miſit legatum ſuum cum directione, & religione vera, ut extollat eam ſuper religionem univerſam: & ſufficiens eſt cum Deo teſtis (*ideſt ſufficit Deus teſtis hujus rei*). 29. Mahumetus *eſt* legatus Dei: qui verò ſunt cum eo, feroces *ſunt* contra infideles; miſericordes inter ſe. Videbis eos ſeſe incurvantes, adorantes, *ut* exquirant abundantiam à Deo, & beneplacitum. Signa eorum *ſunt* in faciebus eorum ex veſtigiis adorationis (*quia ſcilicet facie terram tangunt, dùm orant*). Hæc *eſt* ſimilitudo eorum (*ideſt deſcriptio*) in Pentateucho. Et ſimilitudo eorum in Euangelio *eſt*, ſicut ſemen, quod produxit culmum ſuum: deindè corroboravit illum: tùm craſſius effectum eſt, & adæquatum eſt ſuper crura ſua (*ideſt aſſurrexit ſuper truncum ſuum*) voluptatem affert agricolæ. *Tales voluit Deus eſſe Mahumeti aſſeclas*, ut ad iram excitarentur per eos Infideles. Promiſit Deus iis, qui crediderint, & operati fuerint recta ex ipſis, indulgentiam, & mercedem magnam.

NOTÆ.

INſcriptio Suræ eſt, الفتح, quæ dictio legitur in primo ejus verſu, & ſignificat propriè *aperitionem*, metaphoricè autem *victoriam*: quaſi aperuerit Deus portas Meccæ, & aliarum urbium, ſeu arcium, quas Mahumetus cum ſuis aſſeclis expugnavit. Eſt Medinenſis: & tradita fingitur Mahumeto, cùm rediret ex Hadibia. Verſus ejus novem ſuprà viginti communiter enumerantur. Nullam hìc Beidavius ponit lectoribus mercedem: fortaſsè, quia in ultimis Suræ verbis promittitur ab Alcorano. Zamchaſcerius tamen illam his verbis aſſignat: من قراء سورة الفتح كانما كان ممن شهد مع محمد. *Qui legerit Suram Aperitionis, erit, ac ſi præſens fuiſſet cum iis, qui pugnaverunt cum Mahumeto*, quandò ſcilicet Meccam expugnavit. Primos quatuor Suræ hujus verſus ponunt Mahumetani in Vexillis ſuis militaribus ad fauſtum Victoriæ augurium capiendum. Vidimus ex his multa capta nuper à noſtris in bello contra Turcas; & præſertim unum valdè inſigne ablatum iiſdem, dùm à Viennæ obſidione repellerentur, quod à Joanne Tertio Rege Poloniæ ad Sanctiſſimum Pontificem Dominum noſtrum Innocentium Undecimum, qui tunc feliciter regnabat, tranſmiſſum fuit. Hujus hiſtoriam, & interpretationem prædictorum verſuum, & aliorum lemmatum Arabicorum à me factam, in lucem edidit Eruditiſſimus Vir Antonius Bulifonius Neapolitanus, cùm Romæ primò ex Typographia S. Collegii de Propaganda fide prodiiſſet.

1. *Aperuimus tibi aperitionem manifeſtam.*] Communis Moslemorum ſententia eſt, promitti hìc Mahumeto à Deo Meccæ expugnationem. Aliqui tamen aliter ſentiunt. Sed præſtat audire Zamchaſcerium: هو فتح مكة وقد نزلت برجع رسول الله ﷺ عن مكة عام الحديبية عدة له بالفتح وجيء به على لفظ الماضى على عادة رب العزة سبحانه فى اخباره لانها فى تحققها وفى تيقنها بمنزلة الكاينة الموجودة وفى ذلك من الفخامة والدلالة على علو شان المخبر على ما لا يخفى . . . وقيل فتح الحديبية ولم يكن فيه قتال شديد . . . وقيل هو فتح خيبر وقيل فتح الروم وقيل فتح الله له بالاسلام والنبوة والدعوة بالحجة والسيف ولا فتح ابين منه وقيل معناه قضينا لك قضآء بينا على اهل مكة ان تدخلها انت واصحابك من قابل :

Hinc

Hæc fuit victoria, ſeu expugnatio Meccæ. Revelata autem fuerant hæc verba, dùm reverteretur Prophe-ta Mahumetus ex Mecca anno, quo victa fuit Hadi-bia: per modum promiſſionis illi facta de hujuſmodi ex-pugnatione. Poſitum autem fuit Verbum temporis præ-teriti juxta conſuetudinem, quam Deus ſervare conſue-vit in promiſſionibus ſuis ad indicandam certitudinem, & veritatem earum, tamquam, ſi res promiſſæ, jam eſſent præſentes, & exiſterent: & in hoc oſtenditur magniſicentia, & amplitudo annunciantis id, quod i-pſum non latet. Alii volunt hìc agi de victoria re-lata in bello Hadibiæ, in quo tamen non fuit magni momenti concertatio. Alii volunt, ſermonem eſſe de victoria Choaiberenſi. Alii verò de victoria relata ex Romæis. Nonnulli verbum aperiendi propriè accipien-tes, volunt hìc exprimi actum, quo Deus aperuit, ſeu manifeſtavit Mahumeto religionem Eslam, & Prophe-tiam, & prædicationem peregrinationis, & belli: & non fuit victoria præclarior iſta. Alii exponunt: De-crevimus tibi decreto manifeſto contra Urbem Meccam, ut ingrediaris eam tu, & ſocii tui, qui tecum pugnabunt.

II. *Ut ignoſcat tibi Deus.*] Nimirùm labor, & in-commodum militiæ meritura erant Mahumeto ve-niam peccatorum, & alia, quæ ſequuntur. Ita Ge-lal, Zamchaſcerius, & alii. Quòd autem fuerit pec-catum hoc Mahumeti, quod præceſſit, & quod ſub-ſecutum fuit, non omnes eodem modo exponunt, ut patet ex his Zamchaſcerii verbis: ما تقدم من ذنبك وما تاخر يريد جميع ما فرط منك وعن مقاتل مـا تقدم فى الجاهلية وما بعده وقيل ما تقدم من حديث مارية وما تاخر مـن امراة زيد: *Id, quod præceſſit de delicto tuo, & id, quod ſubſecutum eſt. Senſus eſt: Omnia, quæ perperam facta ſunt à te. Explicat Mo-catel: Id, quod præceſſit tempore ignorantiæ* (ideſt Ido-lolatriæ) *& id, quod ſecutum eſt poſt illud. Alii ex-ponunt: Id, quod præceſſit circa factum Mariæ: & id, quod ſubſecutum eſt, circa uxorem Zeidi.* Hinc patet, Mahumetum per quadraginta ferè annos, ut in ejus Vita oſtendimus, Idola coluiſſe: ad quæ etiam, poſt-quam propheticum munus ſibi arrogavit, & unius Dei cultorem ſe eſſe vulgavit, peccatorem fuiſſe. Quod pertinet ad factum Mariæ, & uxoris Zeidi, ſuis in locis, & in vita Mahumeti videri poterit. Hìc tantummodò breviter indicabo. Erat Mahumeto An-cilla quædam nomine Maria, natione Ægyptia, cum qua libidine victus, in cubili Haphſæ Uxoris ſuæ In-genuæ concubuit. Interim Haphſa repentè ſuperve-niens, illum in flagitio deprehendit. Quamobrem in furias propemodùm acta eſt: at Mahumetus, ut eam placaret, ſanctè juravit, ſe numquam in poſterum cum Maria rem habiturum. Atque, ut magis eam deliniret: legem ſtatim promulgavit, quam univer-ſis commercium carnale cum Ancillis ſuis, ſeveriſſimè prohibebat. At verò, cùm homo nefarius non poſ-ſet à Mariæ concubitu ſe cohibere: finxit, ſe à Deo repræhenſum, quòd legem illam, tàm iniquam in gratiam Haphſæ condidiſſet, & ab eodem à juramen-to abſolutum fuiſſe. Quamobrem liberiùs cum Ma-ria cepit frena luxuriæ ſuæ laxare. Vide Suram ſe-xageſimam ſextam, quæ inſcribitur التحريم *Prohi-bitio*. Quod ſpectat ad uxorem Zeidi liberti ſui, & filii adoptivi; hæc vocabatur Zeineba, ſeu Zenobia, quam Mahumetus ipſe à fratre ejus Abdallah eidem obtinuerat. At verò bonus Propheta, ubi vidit Zei-nebam valdè ſpecioſam, tanto illius amore incen-ſus eſt, ut omnes agnoſcerent illum ad ejus ample-xus aſpirare. Id ſentiens Zeidus, ut Domini ſui ge-nio obſequeretur, Zeinebæ faſtidium cœpit præfer-re, eamque ſe repudiare velle ſimulavit, ut eam Ma-humetus ſine ſcrupulo poſſet accipere. Homo verſu-tus oſtendit primò ſe alienum à Zeinebæ conjugio, hortatuſque eſt, ſed valdè frigidè libertum ſuum, ut illam ſibi retineret. Sed tandem libidine victus, eam à Zeido non illibenter accepit. Id verò univerſum populum vehementer offendit, tùm, quia omnes Prophetæ ſui verſutias, & technas agnoverant, tùm, quia viderant eum cum uxore filii ſui adoptivi ma-trimonium contrahere; id, quod prorsùs nefas exiſti-mabant. At Mahumetus, ut populi querelis, ſcan-daloque ſatisfaceret, finxit, ſibi à Deo præceptum fuiſſe, ut Zeinebam ſine ullius piaculi timore duce-ret in uxorem. Vide Suram trigeſimam tertiam, quæ inſcribitur الاحزاب *Conjurati*,

X. *Certè, qui fidelitatem jurabunt tibi.*] Verbum Arabicum بايـع, propriè ſignificat inaugurare ali-quem in Principem, fidemque illi, & obedientiam ſub Sacramento promittere id, quod manibus, ut teſtatur Gelal, fieri conſueverat: & hoc innuunt verba ſequentia: *Manus ejus ſuper manus eorum:* quæ ita explicat idem Gelal: هو تعالى مطلع على مبايعتهم فيجازيهـم عليهـا: *Ipſe enim Deus proſpicit tamquam è ſublimi, juramentum fidelitatis eorum; mercedem illis pro eo redditurus.*

XI. *Dicent tibi reſides ex Arabibus.*] Explicat Ge-lal: اى الذين خلّفهم الله عن صحبتك لما طلبتهم ليخرجوا معك الى مكة خوفا من تعرض قريش لك عام الحديبية اذا رجعت منهـا: *Ideſt illi, quos Deus remanere fecit, ne ſequerentur te comites, cùm poſtulaſſes ab eis, ut egrederentur tecum ad Meccam, ob timorem, ne Coraiſitæ ſeſe ſibi opponerent, anno, quo regreſſus es ex Hadibia.*

Quis porrò obtinebit vobis à Deo quidquam.] Hic lo-quendi modus ſæpè occurrit in Alcorano: idemque valet, ac ſi dicas: Quis poterit Deum, vel tantillum impedire, ne vos puniat, aut vobis parcat, ſi voluerit.

XVI. *Gentem præditam virtute bellica.*] Hanc gen-tem, ut ſcribit Gelal, quidam volunt fuiſſe: بنـى حنيفة اصحاب اليمامة وقيل فارس والروم: *Honai-phenſes habitatores Iemame: alii verò Perſas: alii Ro-manos*, ſeu Romæos.

XVIII. *Cùm jurarent tibi fidelitatem ſub arbore.*] De hac re ita ſcribit Gel. هى سمرة وهم الف وثلثماية او اكثر ثم بايعهم على ان يناجزون قريشـا وان لا يفروا وعلى الموت: *Erat hæc arbor ſpina Ægyptiaca. Fuerunt autem mille, ac trecenti, vel plures viri, à quibus jusjurandum accepit, decertaturos ſe contra Co-raiſitas, nec fugituros, ſed uſque ad necem reſtituros.*

XX. *Et cohibuit à vobis manus hominum.*] Erant hi Judæi auxiliares Mahumetanorum, qui in profe-ctione Choaiberenſi decreverant inſurgere contra ipſos Mahumetanos: ſed Deus immiſit timorem in corda eorum, eoſque abſterruit à conſilio ſuo. Ita fingunt.

XXIV. *Cohibuit manus eorum à vobis.*] Rem ita refert Gelal: فان ثمانين منهم بعسكركم ليصيبوا منكم فاُخذوا واوتى بهم الى رسول الله صّ فعفـى عنهم وخلّى سبيلهم فكان ذلـك سبب الصلح: *Nam octoginta ex infidelibus circuierunt caſtra veſtra, ut interficerent aliquot ex vobis. Sed capti ſunt, & adducti ad Mahumetum, qui pepercit eis, & dimiſit eos liberos. Hoc autem fuit cauſa pacis, & concordiæ.*

XXV. *Et impedierunt munus clauſum.*] Erat hoc munus, ut alibi dixi, ovis, quam ducebant ad im-molandum in Meccam tempore Peregrinationis. Hanc autem illi detinuerunt, domique clauſerunt, ne poſſet reperiri, & duci ad ſacrificandum in locum ſuum, nempè in Meccam, ubi ſolemni ritu mactabatur.

Quòd ſi non fuiſſent viri fideles.] Senſus hujus perturbatæ periodi eſt: Non permiſit vobis Deus Meccam expugnare, quia, cùm ibi multi eſſent fide-les infidelibus admixti, vobiſque ignoti; occidiſſe-tis eos ignoranter, ſed non ſine culpa.

XXVII. *Viſionem cum veritate.*] Hanc viſionem, ita refert Gelal: رأى صّ فى النوم عام الحديبية قبـل خروجه

خروجه انه يدخل مكّة هو واصحابه آمنين ويحلّقون ويقصّرون فاخبر بذلك اصحابه ففرحوا فلما خرجوا معه وصدّهم الكفار بالحديبية رجعوا وشقّ عليهم ذلك : *Vidit Mahumetus anno prælii Hadibiensis, antequàm egrederetur ad expugnandam Meccam; se in somnis ingredi Meccam cum sociis suis, se tecuris, & abrasis capitibus, & attonsis comis. Cùmque hoc somnium sociis enarrasset, illi lætati sunt. Cùm verò egressi fuissent cum eo, & detinuissent eos infideles in Hadibia, & regredi cogerentur, graviter id, molestèque tulerunt.*

REFUTATIONES.

I. Actant Moslemi Prophetæ sui veracitatem ex hoc, quòd promissa ipsi à Deo Meccæ expugnatione, & de suis concivibus victoria; totum adamussim evenerit. Verùm ridiculum prorsùs est ibi prophetiam agnoscere, ubi de re futura vix ulla potest esse dubitatio. Videbat Mahumetus, se jam viribus Meccanis superiorem: habebat florentissimum exercitum paratum: Meccanos inopinantes, & imparatos sciebat: quid magnum, aut mirabile fuit, sibi de illis victoriam rectam polliceri, & ibi revelationes fingere, ubi nullo modo dubitabat rem esse eventuram? Quilibet nebulo possit hac ratione se Prophetam venditare. Hùc accedit, non omnes expositores, ut vidimus, convenire, verba illa Alcorani in primo versu, esse vaticinium de expugnatione Meccæ. Hic enim fuit semper astus Mahumeti ita confusè, & obscurè res omnes exponere, ut, quamvis nunquam veritatem continerent, rarò tamen possent de manifesta falsitate convinci. Porrò somnium illud, de quo fit mentio in versu 27. non probat Mahumetum fuisse prophetam, sæpè enim ea somniamus, quæ maximè optamus, nec rarò eadem eveniunt, quæ somniavimus. Sed vide, quæ circa hoc dixi in Prodromo p. 2. c. 5. pag. 25.

II. Confirmat iterùm Mahumetus, se magnum esse peccatorem, qui præteritis sceleribus alia in futurum adjungat. Sed illud mirum, seu prorsùs ridiculum, quòd tàm præteritorum, quàm futurorum scelerum per militarem laborem in expugnanda patria, cognatisque opprimendis, veniam sibi à Deo polliceatur. Vide, quæ suprà diximus in Notis.

III. Ex eadem verò ratione, qua ostenditur vaticinium, seu somnium de victoria Meccana ad prophetiam minimè pertinere: patet cætera etiam promissa de aliis victoriis, ac prælis, nihil propheticum continere. Id enim promittebat Mahumetus, quod quilibet alius, qui talem exercitum haberet, & hostium vires adeò inferiores nosset, sibi posset polliceri.

IV. Sed instant Mahumetani, nullo modo negari posse, Mahumetum verè fuisse Prophetam, quod hìc, & alibi prædixerit, Religionem suam supra Religiones omnes eminentem fore: cùm id naturaliter præscire non potuerit, & tamen factum esse videamus. Verùm nullam hìc prophetiam agnoscendam esse, jam superiùs demonstravimus. Nam, etiamsi ex numero professorum religionis dignitatem velimus metiri: certum est, Christianos per totum Terrarum orbem diffusos (quamvis inter eos, quemadmodùm inter Moslemos, hæretici plures, ac Schismatici sint) numero Mahumetanos superare. Sed vera Religio ex legum sanctitate, non ex sectatorum multitudine dignoscenda est. Alioquin Romanorum, aliorumque Ethnicorum superstitio, vera Religio censenda fuisset, Judæorum autem vera Religio, quia hi paucissimi erant, inanis superstitio reputanda: cùm illi totum ferè terrarum orbem occuparent. Vide, quæ alibi circa hoc vaticinium dicta sunt in Prodromo par. 2. cap. 5. pag. 24. ubi verissimè notavi, non solùm Dæmonem potuisse præscire (saltem permittente Deo) sed etiam Mahumetum ipsum sibi ferè certò polliceri ea, quæ hìc prædicuntur: talem quippè legem evulgabat, quam ob suam laxitatem, & libertatem facilè omnes amplecterentur; præsertim in ea rerum confusione, in qua tunc temporis terrarum Orbis reperiebatur.

V. Inter signa, quibus asseclas suos vult Mahumetus esse dignoscendos, quædam vera sunt: quædam falsa: quædam inania, ac ridicula. Verum est, eos contra hostes, & præsertim Christianos, barbaros, ac feroces esse: quamvis hoc tempore Christianorum Principum armis edomiti, ac perterriti, didicerint esse mitiores in eosdem, atque humaniores. Falsum est, Mahumeti asseclas esse, vel saltem olim fuisse inter se misericordes, ac pios. Confestim enim post illius mortem ita immanes, & crudeles per civilia bella inter se apparuerunt: ut non homines, sed feras fuisse existimares. Semperque, quandiù Arabes imperium obtinuerunt, atrocissima invicem prælia exercuere, ut eorum historias legentibus manifestè patet. Hodie verò, si quam Mahumetani pacem, vel charitatem mutuam habere videantur, ex eo fit, quòd sub Othomanico jugo adeò opprimantur, ut vix mutire, vel respirare illis fas sit. Neque tamen sævitiæ, atque immanitatis à natura sibi inditæ, inter sese oblivisscuntur. Illud verò inane, ac ridiculum, quod de signis in fronte ex frequenti adoratione impressis jactat; neque enim hujusmodi signa quisquam animadvertit: neque puto eos tamdiù, vel tanta vi, cùm orant, frontes humi affricare, ut vestigia in iis, vel stigmata aliqua imprimantur.

VI. Sed admiranda est, & prorsùs incredibilis hominis impudentia, qui commemorata jam asseclarum suorum signa in Pentateucho descripta esse non vereatur affirmare. Hoc tàm insigne mendacium, cujus ab universo Terrarum orbe convinci potest, satis est ad Alcoranum totum damnandum, penitùsque proscribendum. Huic simile est illud, quod tàm fidenter asserit, etiam in Euangelio, sub nescio qua seminis, vel frumenti parabola (quam nullibi est in Euangelio reperire) eosdem Mahumetanos fuisse disignatos. Quid ad hæc Mahume-

humetani ? Erant, inquiunt, hujuſmodi teſtimonia in Pentateucho, & Euangelio: ſed Judæi, & Chriſtiani illa abraſerunt. Miſerum prorsùs effugium, quod toties illis argumentis manifeſtiſſimis præcluſimus. Cur enim, vel quandò, vel quomodò hujuſmodi fraudem Judæi, vel Chriſtiani perpetravere ? Torqueant ſe, ac diſtorqueant Mahumetani, quantum poſſunt, nunquam fraudis hujus rationem, aut modum, aut tempus invenient, itaut Alcoranum, ac Prophetam ſuum ab apertiſſimo mendacio poſſint vindicare.

VII. Poſtremò non eſt prætermittenda impietas, perfidia, & barbaries Mahumeti in patria ſua Mecca armis opprimenda, ſuiſque civibus, contribulibus, & cognatis miſeræ ſervitutis jugo graviſſimo ſubigendis. Breviter hoc loco referam, quæ præcipui rerum Mahumeticarum ſcriptores de hoc memoriæ tradiderunt. Anno ſexto Hegiræ egreſſus eſt Mahumetus Medina cum mille quadringentis viris Meccam verſus ſub ſpecie ſacræ peregrinationis obeundæ. *Verùm illius aſſeclæ* (inquit Iſmael Ebn-Aly) *cùm egreſſi ſunt Medina, non dubitabant, quin expugnanda eſſet Mecca propter viſionem, quam viderat Mahumetus* (de qua jam dictum eſt). At Meccanorum Principes Coraſini, audito ejus adventu, miſerunt ad eum legatos rogantes, ut ab ingreſſu urbis cum tot armatis abſtineret. Ille verò, ſe nonniſi, ut loca ſacra inviſeret, ſtatimque, recederet, veniſſe affirmavit. Nihilominùs Coraſini de fide hominis dubitantes miſerunt ad eum unum è ſuis nomine Soheilum, qui cum illo pacis, & concordiæ conditiones formaret, inter quas fuere. Ut per decennium fierent induciæ: & unicuique libertas circa religionem concederetur: & ne Coraſini ferrent opem alicui contra Mahumetum, neque contra confœderatos illius. Ita regreſſus eſt cum ſuis Medinam. At homo nefarius jam animo conceperat patriam invadere, eamque ſibi armis ſubjicere. Cùm autem nullam tanti ſceleris patrandi cauſam haberet: hanc ei obtulit caſus. Nam, cùm quidam ex Bacrenſibus (qui etiam Cananenſes dicebantur) qui Coraſinis fœdere juncti erant, carmina quædam ſatyrica contra Mahumetum recitarent: alius neſcio quis ex Chazaenſibus cum Mahumeto fœderatis graviter eum percuſſit. Ille verò gentis ſuæ auxilium imploravit, quæ contra Chazaenſes prævaluit, eorumque injuriam à ſociis ſuis, Coraſinis adjuvantibus, coercuit; ſtatimque Coraſini legatos ad Mahumetum miſerunt, inter quos erat Abu-Sophian ſocer ipſius, ut de eo, quod evenerat, ipſum certiorem facerent: Rixam illam inter paucos ſubitò exortam eſſe: nihil ex præmeditato conſilio factum: ſe ſocios ſuos nequaquam contra illum adjuviſſe: ſed tantùm officium ſuum impendiſſe, ut ab eis adverſariorum vim, & injuriam propulſarent. Cæterùm paratos ſe Mahumeto, ſi quid ex parte ipſorum peccatum fuiſſe exiſtimaret, etiam ultra quam poſtulaſſet, ſatisfacere. At homo perfidus, qui cum lupo Æſopico non ex ratione, ſed ex propria eſurie, & ingluvie agnum judicare volebat: ne reſponſo quidem, neque aſpectu, niſi truculento legatos, ſocerumque ſuum dignatus eſt. Ommohabiba quoque filia ejus, Mahumeti uxor, cæterique magnates illum cum ſpretu rejecerunt: interim Mahumetus cum decem millibus militibus Medina egreſſus Meccam ex improviſo adorſus expugnavit, atque in poteſtatem ſuam armis redegit. Et, quamvis nonnulli ſcribant illum ſuis interdixiſſe, ut à cæde civium abſtinerent: verius tamen, ac probabilius eſt, quod referunt alii, nonniſi cum multa ſanguinis effuſione patriam ab eo occupatam fuiſſe: omneſque conveniunt, illum plures è Meccanis ſibi infenſos occidi juſſiſſe. Verùm, quidquid ſit; patriam propriam invadere, atque armis opprimere, tàm immane ſcelus eſt, ut nulla ratione poſſit in quoquam probari. Hic eſt, ſemperque fuit omnium mortalium ſenſus, ſpiritus ſancti oraculo comprobatus. Nam in lib. 2. Machab. cap. 5. ſummoperè vituperatur Jaſon patriæ ſuæ oppreſſor: de quo hæc verba ſignanter habentur: *Nec cogitabat proſperitatem adverſum cognatos malum eſſe maximum, arbitrans hoſtium, & non civium trophæa capturum*. At enim Meccani, eorumque principes Coraſini, graviter Mahumetum læſerant, illum ex urbe ejiciendo. Nihilominùs non poteſt homo perfidus excuſari. Primò enim pax compoſita fuerat inter ipſum, & Meccanos. Deindè meminiſſe debebat Mahumetus præcepti illius Divini Levit. cap. 19. *Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum*. Debebat ſaltem præ oculis habere exempla pœnè innumera præclarorum Virorum, qui lumine naturæ ducti, etiamſi graviſſimè à patria, & civibus læſi fuiſſent, omnem tamen injuriam condonare maluerunt, quàm ſuorum oppreſſione ſeſe vindicare. Ariſtides ab Athertienſibus: Epaminondas à Thebanis: Lucius Camillus à Romanis (ſuis ſcilicet concivibus) malè, & injuſtè vexati, & exilio, atque etiam pœna capitis damnati, cùm poſſent armis ſe defendere, injuriam condonare maluere. Nulla ſcilicet unquam eſſe poteſt juſta, vel probabilis cauſa patriam opprimendi: ut enim ſapientiſſimè Herodes pronunciavit: *Patria eſt velut alter quidam Deus, & primus, maximuſque parens. Præferenda eſt igitur omninò patria, non ſolùm parentibus, ſed abſolutè rebus aliis omnibus poſt Deos*. Videant igitur Mahumetani, quem Prophetam, & legislatorem habeant; qui ſcilicet ea, & docuit, & fecit, quæ mortales omnes, divinæque ipſæ leges damnant, & execrantur.

سورة الحجرات مدنية ثمانى عشرة آية

SURA XLIX.

CONCLAVIA.

MEDINENSIS:

COMMATUM DECEM, & OCTO.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 يا أيها الذين امنوا لا تقدموا بين يدي الله ورسوله واتقوا الله ان الله سميع عليم ۞
2 يا أيها الذين امنوا لا ترفعوا اصواتكم فوق صوت النبي ولا تجهروا له بالقول كجهر
بعضكم لبعض ان تحبط اعمالكم وانتم لا تشعرون ۞ 3 ان الذين يغضون اصواتهم عند رسول
الله اولايك الذين امتحن الله قلوبهم للتقوي لهم مغفرة واجر عظيم ۞ 4 ان الذين
ينادونك من وراء الحجرات اكثرهم لا يعقلون ۞ 5 ولو انهم صبروا حتي تخرج اليهم
لكان خيرا لهم والله غفور رحيم ۞ 6 يا ايها الذين امنوا ان جاءكم فاسق بنبا
فتبينوا ان تصيبوا قوما بجهالة فتصبحوا علي ما فعلتم نادمين ۞ 7 واعلموا ان فيكم رسول
الله لو يطيعكم في كثير من الامر لعنتم ولكن الله حبب اليكم الايمان وزينه في قلوبكم
وكره اليكم الكفر والفسوق والعصيان اولايك هم الراشدون ۞ 8 فضلا من الله ونعمة والله
عليم حكيم ۞ 9 وان طايفتان من المومنين اقتتلوا فاصلحوا بينهما فان بغت احديهما علي
الاخري فقاتلوا التي تبغي حتي تفيي الي امر الله فان فاءت فاصلحوا بينهما بالعدل واقسطوا ان
الله يحب المقسطين ۞ 10 انما المومنون اخوة فاصلحوا بين اخويكم واتقوا الله لعلكم
ترحمون ۞ 11 يا ايها الذين امنوا لا يسخر قوم من قوم عسي ان يكونوا خيرا منهم ولا
نساء من نساء عسي ان يكن خيرا منهن ولا تلمزوا انفسكم ولا تنابزوا بالالقاب بيس الاسم
الفسوق بعد الايمان ومن لم يتب فاولايك هم الظالمون ۞ 12 يا ايها الذين امنوا اجتنبوا
كثيرا من الظن ان بعض الظن اثم ولا تجسسوا ولا يغتب بعضكم بعضا ايحب احدكم ان
ياكل

يَأْكُلَ لَحْمَ أَخِيهِ مَيْتًا فَكَرِهْتُمُوهُ وَاتَّقُوا اللَّهَ إِنَّ اللَّهَ تَوَّابٌ رَحِيمٌ ۝ 13 يَا أَيُّهَا النَّاسُ إِنَّا
خَلَقْنَاكُمْ مِنْ ذَكَرٍ وَأُنْثَى وَجَعَلْنَاكُمْ شُعُوبًا وَقَبَائِلَ لِتَعَارَفُوا إِنَّ أَكْرَمَكُمْ عِنْدَ اللَّهِ أَتْقَاكُمْ إِنَّ
اللَّهَ عَلِيمٌ خَبِيرٌ ۝ 14 قَالَتِ الْأَعْرَابُ آمَنَّا قُلْ لَمْ تُؤْمِنُوا وَلَكِنْ قُولُوا أَسْلَمْنَا وَلَمَّا يَدْخُلِ الْإِيمَانُ
فِي قُلُوبِكُمْ وَإِنْ تُطِيعُوا اللَّهَ وَرَسُولَهُ لَا يَلِتْكُمْ مِنْ أَعْمَالِكُمْ شَيْئًا إِنَّ اللَّهَ غَفُورٌ رَحِيمٌ ۝
15 إِنَّمَا الْمُؤْمِنُونَ الَّذِينَ آمَنُوا بِاللَّهِ وَرَسُولِهِ ثُمَّ لَمْ يَرْتَابُوا وَجَاهَدُوا بِأَمْوَالِهِمْ وَأَنْفُسِهِمْ فِي سَبِيلِ
اللَّهِ أُولَئِكَ هُمُ الصَّادِقُونَ ۝ 16 قُلْ أَتُعَلِّمُونَ اللَّهَ بِدِينِكُمْ وَاللَّهُ يَعْلَمُ مَا فِي السَّمَاوَاتِ وَمَا
فِي الْأَرْضِ وَاللَّهُ بِكُلِّ شَيْءٍ عَلِيمٌ ۝ 17 يَمُنُّونَ عَلَيْكَ أَنْ أَسْلَمُوا قُلْ لَا تَمُنُّوا عَلَيَّ إِسْلَامَكُمْ
بَلِ اللَّهُ يَمُنُّ عَلَيْكُمْ أَنْ هَدَيْكُمْ لِلْإِيمَانِ إِنْ كُنْتُمْ صَادِقِينَ ۝ 18 إِنَّ اللَّهَ يَعْلَمُ غَيْبَ
السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضِ وَاللَّهُ بَصِيرٌ بِمَا تَعْمَلُونَ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. O Qui crediderunt, ne præveniatis *aliquid loquendo*, *vel agendo* ante Deum, & legatum ejus (*ideſt expectate nutum*, *& facultatem eorum*) & timete Deum; nam Deus *eſt* audiens, Sciens. 2. O qui crediderunt, ne extollatis voces veſtras ſupra vocem Prophetæ, *dùm loquimini cum illo*: neque apertiores ſitis cum eo in loquendo (*ideſt ne liberiùs cum eo loquamini*) juxta apertu-ram alterius veſtri cum altero (*ideſt*, *ſicut invicem liberè agitis in loquendo*) ne inutilia ſint opera veſtra: & vos *hoc* non animadvertitis. 3. Certè, qui deprimunt voces ſuas apud legatum Dei, illi *ſunt*, quorum probavit Deus corda eorum ad pietatem. Ipſis *erit* indulgentia, & merces magna. 4. Porrò, qui advocant te *ſtantes* poſt conclavia: plerique eorum non intelligunt, *quæ tibi reverentia debeatur*. 5. Quòd ſi ipſi patienter expectaverint, donec egrediaris ad eos: certè erit melius illis: & Deus *eſt* Indulgens, Miſericors. 6. O, qui crediderunt, ſi venerit ad vos *aliquis* Sycophanta cum nuntio (*ideſt*, *ut nuntiet vobis malum aliquod de alio*) rectè diſtinguite, *utrum verax ſit*, *an mendax*; ne noceatis alicui per ignorantiam: & poſteà efficiamini pro eo, quod feciſtis, pœnitentes. 7. Et ſcitote, quòd inter vos *eſt* legatus Dei. Si obſequeretur vobis in multis rebus: certè delinqueretis, *quia cauſa eſſetis*, *ut in multis ſine culpa ſua erraret*. Sed Deus amorem immiſit in vos fidei, & adornavit eam in cordibus veſtris: & exoſam reddidit vobis infidelitatem, & iniquitatem, & inobedientiam. Hi ſunt recta via inſiſtentes. 8. Per benignitatem à Deo, & gratiam: & Deus eſt Sciens, Sapiens. 9. Quòd ſi duæ factiones ex fidelibus rixatæ fuerint inter ſe: concordiam ponite inter utramque. Quòd ſi iniquè aſſurgat una earum adverſus alteram: pugnate contra eam, quæ violenter ſe geſſerit, donec redeat ad præceptum Dei. Quòd ſi redierit, pacem curate inter utramque cum æquitate; & juſtè vos gerite *in hoc*: nam Deus amat juſtè agentes. 10. Profectò Fideles *ſunt* fratres: itaque pacem curate inter fratres veſtros: & timete Deum, ut vos miſericordiam conſequamini. 11. O qui crediderunt: ne riſum captent alii de aliis. Facile erit, ut, *qui irridentur*, meliores ſint illis, *qui eos irrident*. Neque mulieres *jocum captent* de mulieribus: fortè eveniet, ut *quas irrident*, ſint meliores ipſis. Neque diffametis vos ipſos *mutuò*: neque cognominetis vos ipſos invicem cognominibus *vilibus*, *aut probroſis*. Peſſimum eſt nomen, improbitas poſt fidem (*ideſt*, *quòd aliquis poſt ſuſceptam fidem improbus vulgò habeatur*, *& vocetur*). Qui autem non reſipuerint *ab hoc peccato*, illi erunt iniqui. 12. O qui crediderunt, cavete multum ab opinione (*ideſt à malè ſuſpicando de aliis*): quippe quædam opinionum

sunt iniquitas. Neque curiosiùs exploretis *res alienas*: neque obloquatur in absentia alius vestrum de alio. An desiderabit aliquis vestrum manducare carnem fratris sui mortui? Certè hoc abhorretis. Et timete Deum: quippe Deus *est* placabilis, misericors. 13. O homines, nos sanè creavimus vos ex masculo, & fœmina, & posuimus vos in populos, & tribus; ut cognosceretis vos invicem (*idest*, *ut humaniter*, *& demissè inter vos ageretis*). Certè honoratior vestrum apud Deum *est* timoratior vestrum. Porrò Deus *est* Sciens, plenè instructus. 14. Dicunt Arabes: Credidimus. Responde *illis*: Nondum credidistis: verumtamen dicite: Moslemi sumus (*idest fidem exteriùs tantùm profitemur*). Et nondum ingressa est fides in corda vestra. Quòd si obedieritis Deo, & Legato ejus, non diminuet vobis de operibus vestris quidquam *mercedis*: quippe Deus *est* Indultor, Misericors. 15. Profectò Fideles, qui crediderunt in Deum, & Legatum ejus, neque posteà dubitaverunt: & decertaverunt cum facultatibus suis, & personis suis pro via Dei: illi sunt veraces. 16. Dic: An docebitis Deum de Religione vestra? At Deus scit id, quod *est* in Cœlis, & id, quod *est* in Terra: & Deus *est* in omni re sciens. 17. Exprobrant tibi, quòd Moslemi facti sunt *sponte*, *& non coactè*, *sicut cæteri*. Responde: Ne exprobretis mihi Eslamismum vestrum. Quin potius Deus exprobrabit vobis, quòd direxerit vos ad fidem, si estis veraces (*idest*, *si verè fidem tenetis*.) 18. Porrò Deus novit arcanum Cœlorum, & Terræ: & Deus est intuens in id, quod operamini.

NOTÆ.

VOx Arabica الحجرات, quæ habetur in quarto versiculo, & præfigitur titulus huic Suræ, significat Conclavia, seu habitationes secretiores Domus: in quibus scilicet Mahumetus post negotia, quietis causa commorabatur. Sura est Medinensis: & communiter decem, atque octo versus illi tribuuntur. Qui eam legerit اعطى من الاجر بعدد من اطاع الله ومن عصاه. *dabitur ei merces juxta numerum eorum, qui obedierint Deo; & eorum etiam, qui non obedierint ei.*

II. *O qui crediderunt, ne extollatis voces vestras.*] Occasionem dedit huic versui, si credimus Gelali: مجادلة ابى بكر وعمر رضى الله عنهما على النبى ص فى تامير الاقرع بن حابس او القعقاع بن معبد ونزل فى من رفع صوته عند النبى صلى الله عليه وسلم: *disceptatio Abubacri, & Omaris felicis memoriæ, coram Propheta Mahumeto circa Præfecturam Acrai filii Habesi: vel Caacai filii Moabedi. Et hæc revelata sunt contra eum, qui extulit vocem coram Propheta Mahumeto.*

Neque apertiores sitis.] Requirit à suis, ut non loquantur secum cum ea libertate, & familiaritate, qua uti consueverant inter sese: & hoc, ut ait Gelal: اجلالا له *ob honorem, & reverentiam illi debitam.*

IV. *Porrò, qui advocant te stantes post conclavia.*] Dictio Arabica وراء, significat, tàm *post*, quàm *ante*. Potest itaque hic utroque modo commodè exponi. Hæc autem verba, inquit Gelal: نزل فى قوم جاؤا وقت الظهيرة والنبى ص فى منزله فنادوه من وراء حجرات نسائه ص كان كل واحد منهم نادى خلف حجرة لانهم لم يعلموه فى ايها مناداة الاعراب بغلظة وجفاء: *dicta sunt, propter quosdam, qui venerant tempore meridiano, dùm Propheta Mahumetus esset in habitatione sua: vocaveruntque eum stantes post conclavia uxorum illius. Et, cùm nescirent in quo earum conclavi esset, singuli eorum post singula conclavia vocabant eum, sed vocibus propriis Arabum sylvestrium, nempè rustica, & prorsùs agresti.*

VI. *Si venerit ad vos aliquis Sycophanta.*] Juxta Gelalis expositionem نزل فى الوليد بن عقبة وقد بعثه ص الى بنى المصطلق متصدقا فخافهم لترة كانت بينه وبينهم فى الجاهلية فرجع وقال انهم منعوا الصدقة وهموا بقتله فهم النبى ص بغزوهم فجاؤا منكرين ما قاله عنهم: *dicta sunt hæc propter Validum filium Ocbæ, quem Propheta Mahumetus miserat ad MostalKitas, ut colligeret ab eis eleemosynas. Ille verò timens eos ob inimicitias, quas cum illis exercuerat tempore paganismi; reversus est affirmans, eos prohibuisse Eleemosynas, & voluisse ipsum occidere. Quo audito Mahumetus cogitavit expeditionem suscipere contra eos. Sed illi, cùm venissent, negaverunt, verum, esse id, quod dixerat Validus de ipsis.* Et ita erat: nam, cùm Mahumetus post illorum regressum, misisset ad eos Chaledum, reperit eos prorsùs obsequentes sibi, ac fideles.

IX. *Quòd si duæ factiones.*] Gelal: نزلت فى قضية هى ان النبى ص ركب حمارا ومر على ابن ابى فبال الحمار فسد ابن ابى انفه فقال ابن رواحة والله لبول حمارة اطيب ريحا من مسكك فكان بين قومهما

قومهما ضرب بالايدى والنعـــــل والشعـــف .
Hæc dicta ſunt ob quoddam accidens. Nam cum Prophetæ Mahumetus aſino inſidens iter ageret, tranſivit per quemdam locum, in quo erat filius Obaii. Cùm autem aſinus ejus minxiſſet, obturavit filius Obaii nares ſuas. Dixitque illi filius Ruahæ: Per Deum, lotium aſini ejus, ſuavius eſt odore muſci tui. Orta igitur inter utramque partem rixa, cæperunt ſe percutere manibus, & crepidis, & ramis palmarum. Exigebatur ſcilicet ad hujuſmodi quiſquilias Oraculum divinum.

XIV. *Nondùm credidiſtis: verumtamen dicite, Moſlemi ſumus.*] Diſcrimen, quod aſſignant Mahumetani inter الايمان *fidem*, ſeu *credere*, & الاسلام *Eſlamiſmum*, ſeu eſſe Moslemum, eſt, quòd primum ſpectet tantùm ad cor, ſeu credulitatem internam: ſecundùm autem ad profeſſionem fidei per opera externa religionis.

XVI. *An docebitis Deum de religione veſtra?*] Senſus eſt: Deus optimè novit, utrum in vobis ſit fides: neque indiget in hoc documento veſtro: neque poteſtis eum decipere verbis veſtris.

REFUTATIONES.

I. EST prorsùs contra omnem conſuetudinem, & rationem, quòd Nomothetæ in legibus condendis, non Reipublicæ bonum, ſed privata commoda ſua tantummodò curare videantur. At Mahumetus in toto ferè Alcorano, nihil aliud agit, quàm, ut vulgò dicitur, ut ad piſtrinum ſuum aquam deducat. Hoc apparet præcipuè in hac Sura, in qua, cùm animadvertiſſet, ab ſuis Arabibus, præſertim campeſtribus, non exhiberi ſibi honorem illum, & reverentiam, quam ſtudiosè nimis, ambitiosèque affectabat: peculiares leges condit de cultu, atque honorificentia ſui ipſius, decernens, ne quis coram ſe aliquid diceret, aut faceret, in quo ipſius nutum prævenire velle videretur, ne vocem ſe præſente efferret, ſed ſubmiſsè, humiliterque loqueretur: ne ſecum communi ratione, & ut homines cæteri inter ſe conſueverunt, ageret; ſed majeſtatis ſuæ rationem haberet, ſeque, ut aliquod Numen revereretur: ne proprio Mahumeti nomine, ſed vel Prophetæ, vel Legati Dei ipſum apellaret: ne denique, cùm in Conclavi cum mulierculis ſuis laſciviret, ac deliciaretur, eum interpellaret; ſed ante fores expectaret, donec libidine exſaturata, foras prodiret. Hæccine ſtatuta ſunt tanto Propheta digna? Quandònam Moyſes in Pentateucho, vel Chriſtus in Euangelio aliquid tale decrevit, quo cultum, ac venerationem hanc extrinſecam à populis exigeret? Quandònam conqueſtus eſt vel Moyſes, vel Chriſtus, ſe ab aſſeclis ſuis non honorificè tractari, niſi fortè propter honorem Dei? Quandònam recuſavit proprio nomine appellari? Quandònam intra conclavia ad proprias delicias à vulgi conſuetudine, & commercio ſe ſeduxit? Et tamen tàm Moyſi, quàm Chriſti Mahumetus ſe ſucceſſorem, & imitatorem jactavit.

II. Perſuadere vult ſuis Mahumetus, ne facilè fidem habeant cuilibet, qui de alio criminoſi aliquid enunciet. Benè res ſe habet. Verùm, dum hoc facit, ne per aliorum fraudem, vel errorem ipſe decipiatur (quemadmodùm deceptus fuit in eo, quod Validus falſo de Moſtalekitis detulerat) non ſolùm ſe malum Prophetam eſſe oſtendit, ſed etiam malum judicem, qui tàm facilem unico teſti fidem præſtiterit.

III. Ridiculum eſt, prorſuſque indignum, quòd graviſſimæ Alcorani leges aſinino lotio inquinentur. Quomodò verò Mahumetus legem de hujuſmodi nugis ſibi à Deo traditam fuiſſe, aſſerere non erubeſcit? Fuit jamdiù in proverbio, *lis de umbra aſini*: ridicula ſanè. Verùm lis Mahumeti, *de urina aſini*, in Alcorano propoſita, ac deciſa, obſcæna etiam eſt, malèque olens, itaut mereatur, ut quiſquis illam legit, vel audit, non ſolùm nares, ſed aures etiam præcludat.

Sed parùm referret, quòd ob tam frivolam occaſionem Mahumetus legem ſanxiſſet, ſi alioqui bona eſſet, & utilis. At majoris potiùs mali cauſa eſſe videtur. Nam, cùm duæ factiones inter ſe rixantur, vix invenietur tertia, quæ ipſas componat: quamvis enim multi tertii adſint; attamen experientia docet, omnes in his caſibus cum alterutra factione juxta varios affectus convenire, eique patrocinari. Quis igitur erit judex pro utra parte ſtet juſtitia? Decidetur ſanè res non per rationem, ſed per potentiam; per ſtudia partium, non per juſtitiam cauſæ; & ita remedium ipſo malo pejus invenietur.

سورة ق مكيّة خمس واربعون آية

SURA L.

Q.

MECCANA:

COMMATUM QUADRAGINTA QUINQUE.

بسم الله الرحمن الرحيم *

ق ۞ 2 والقرآن المجيد ۞ 3 بل عجبوا أن جاءهم منذر منهم فقال الكافرون هذا شيء
عجيب ۞ 4 أإذا متنا وكنا ترابا ذلك رجع بعيد ۞ 5 قد علمنا ما تنقص الأرض منهم
وعندنا كتاب حفيظ ۞ 6 بل كذبوا بالحق لما جاءهم فهم في أمر مريج ۞ 7 أفلم
ينظروا إلى السماء فوقهم كيف بنيناها وزيناها وما لها من فروج والأرض مددناها والقينا
فيها رواسي وانبتنا فيها من كل زوج بهيج ۞ 8 تبصرة وذكرى لكل عبد منيب
ونزلنا من السماء ماء مباركا فانبتنا به جنات وحب الحصيد ۞ 9 والنخل باسقات لها
طلع نضيد ۞ 10 رزقا للعباد وأحيينا به بلدة ميتا كذلك الخروج ۞ 11 كذبت قبلهم قوم
نوح وأصحاب الرس وثمود ۞ 12 وعاد وفرعون وإخوان لوط ۞ 13 وأصحاب الايكة وقوم
تبع كل كذب الرسل فحق وعيد ۞ 14 أفعيينا بالخلق الأول بل هم في لبس
من خلق جديد ۞ 15 ولقد خلقنا الانسان ونعلم ما توسوس به نفسه ونحن أقرب اليه من
حبل الوريد ۞ 16 إذ يتلقى المتلقيان عن اليمين وعن الشمال قعيد ۞ 17 ما يلفظ من قول
إلا لديه رقيب عتيد ۞ 18 وجاءت سكرة الموت بالحق ذلك ما كنت منه تحيد ۞
19 ونفخ في الصور ذلك يوم الوعيد ۞ 20 وجاءت كل نفس معها سائق وشهيد ۞ 21 لقد
كنت في غفلة من هذا فكشفنا عنك غطاءك فبصرك اليوم حديد ۞ 22 وقال قرينه هذا ما
لدي عتيد ۞ 23 ألقيا في جهنم كل كفار عنيد ۞ 24 مناع للخير معتد مريب ۞
25 الذي جعل مع الله إلها آخر فألقياه في العذاب الشديد ۞ 26 قال قرينه ربنا ما أطغيته
ولكن

وَلٰكِنْ كَانَ فِي ضَلَالٍ بَعِيدٍ ۞ 26 قَالَ لَا تَخْتَصِمُوا لَدَيَّ وَقَدْ قَدَّمْتُ إِلَيْكُمْ بِالْوَعِيدِ ۞
27 مَا يُبَدَّلُ الْقَوْلُ لَدَيَّ وَمَا أَنَا بِظَلَّامٍ لِّلْعَبِيدِ ۞ 28 يَوْمَ نَقُولُ لِجَهَنَّمَ هَلِ امْتَلَأْتِ وَتَقُولُ
هَلْ مِن مَّزِيدٍ ۞ 29 وَأُزْلِفَتِ الْجَنَّةُ لِلْمُتَّقِينَ غَيْرَ بَعِيدٍ ۞ 30 هَٰذَا مَا تُوعَدُونَ لِكُلِّ
أَوَّابٍ حَفِيظٍ ۞ 31 مَّنْ خَشِيَ الرَّحْمَٰنَ بِالْغَيْبِ وَجَاءَ بِقَلْبٍ مُّنِيبٍ ۞ 32 ادْخُلُوهَا بِسَلَامٍ ذَٰلِكَ
يَوْمُ الْخُلُودِ ۞ 33 لَهُم مَّا يَشَاءُونَ فِيهَا وَلَدَيْنَا مَزِيدٌ ۞ 34 وَكَمْ أَهْلَكْنَا قَبْلَهُم مِّن قَرْنٍ
هُمْ أَشَدُّ مِنْهُم بَطْشًا فَنَقَّبُوا فِي الْبِلَادِ هَلْ مِن مَّحِيصٍ ۞ 35 إِنَّ فِي ذَٰلِكَ لَذِكْرَىٰ لِمَن كَانَ لَهُ
قَلْبٌ أَوْ أَلْقَى السَّمْعَ وَهُوَ شَهِيدٌ ۞ 36 وَلَقَدْ خَلَقْنَا السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضَ وَمَا بَيْنَهُمَا فِي سِتَّةِ أَيَّامٍ وَمَا
مَسَّنَا مِن لُّغُوبٍ ۞ 37 فَاصْبِرْ عَلَىٰ مَا يَقُولُونَ ۞ 38 وَسَبِّحْ بِحَمْدِ رَبِّكَ قَبْلَ طُلُوعِ الشَّمْسِ وَقَبْلَ
الْغُرُوبِ ۞ 39 وَمِنَ اللَّيْلِ فَسَبِّحْهُ وَأَدْبَارَ السُّجُودِ ۞ 40 وَاسْتَمِعْ يَوْمَ يُنَادِ الْمُنَادِ مِن مَّكَانٍ
قَرِيبٍ ۞ 41 يَوْمَ يَسْمَعُونَ الصَّيْحَةَ بِالْحَقِّ ذَٰلِكَ يَوْمُ الْخُرُوجِ ۞ 42 إِنَّا نَحْنُ نُحْيِي وَنُمِيتُ وَإِلَيْنَا
الْمَصِيرُ ۞ 43 يَوْمَ تَشَقَّقُ الْأَرْضُ عَنْهُمْ سِرَاعًا ذَٰلِكَ حَشْرٌ عَلَيْنَا يَسِيرٌ ۞ 44 نَّحْنُ أَعْلَمُ بِمَا يَقُولُونَ وَمَا
أَنتَ عَلَيْهِم بِجَبَّارٍ ۞ 45 فَذَكِّرْ بِالْقُرْآنِ مَن يَخَافُ وَعِيدِ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. Q. 2. Per Alcoranum glorioſum. 3. Quinimò mirati ſunt, quòd venerit ad ſe Prædicator ex ipſis. Dixeruntque infideles: Hæc eſt *res* mirabilis. 4. An poſtquam mortui erimus, & fuerimus pulvis, *redituri ſumus in vitam*? Hic reditus *eſt* longè remotus *à veritate*. 5. Jam novimus, quid imminuat terra ex ipſis (*ideſt, quid devoret, & conſumat ex hominibus*) & apud nos eſt liber cuſtoditus. 6. Atqui mendacium affinxerunt Veritati (*ideſt Alcorano*) poſtquam venit ad ipſos: quamobrem ipſi *verſantur* in negotio perturbato. 7. An ergo non reſpexerunt ad Cœlum ſupra ſe, quomodò fabricaverimus illud, & ornaverimus illud: & non *ſunt* ei *ullæ* rimę? Et terram extendimus: & conjecimus in ea montes ſtabiles: & germinare fecimus in ea de omni ſpecie pulchra. 8. Ad proſpectum, & commonitionem omni ſervo convertenti ſe *ad nos*. Et demiſimus è Cœlo aquam benedictam, & germinare fecimus per eam hortos, & granum meſſis. 9. Et palmas ſublimes: ipſis *ſunt* ſpathæ congeſtæ aliæ ſuper alias, ad alimentum ſervorum. 10. Et vivificavimus per eam (*ideſt aquam*) regionem mortuam: ita *erit* egreſſus *mortuorum è ſepulchris*. 11. Mendacii inſimulaverunt *Legatos ſuos* ante hos *Meccanos*, populus Noe, & poſſeſſores Raſſi, & Themudęi. 12. Et Adæi, & Pharao, & fratres Loth. 13. Et habitatores Aleicæ, & populus Tobbai. Omnes *hi* mendacii inſimulaverunt Legatos: quamobrem juſtè convenit *illis* comminatio mea (*ideſt pœna à me comminata*). 14. An ergo defeſſi ſumus in creatione prima? Attamen ipſi *ſunt* in dubitatione de creatione nova (*ideſt de reſurrectione*). 15. Et jam quidem creavimus hominem; & ſcimus, quid inſuſurret in eo anima ejus (*ideſt, quid cogitet*) & nos viciniores *ſumus* illi, quàm vena cardiaca. 16. *Memento*, quandò occurrent ſibi duo occurrentes (*ideſt duo Angeli*) à dextra, & à ſiniſtra. Sedens (*i. homo jacens, & moribundus*). 17. Non proferet ullum verbum, niſi apud ipſum *ſit* cuſtos paratus (*ideſt, quin bi duo Angeli notent illud*). 18. Et veniet anguſtia mortis cum veritate: *& dicetur illi ab Angelis*: Hoc *eſt* à quo declinabas. 19. Et inſufflabitur in Tubam: hæc *erit* dies comminationis (*ideſt an-*

teà

teà comminata) . 20. Et veniet omnis anima: cum ea *erit Angelus* ducens *eam*, & teſtis *contra eam* . 21. *Et dicetur infideli* . Jam quidem fuiſti in negligentia hujus *diei* ; atqui diſcooperuimus à te operimentum tuum: proindè viſus tuus hodie *erit* acutus *(ideſt videbis, quod anteà non videbas)*. 22. Et dict *Angelus* ſocius ejus; Hoc *eſt*, quod apud me *fuit* paratum *(ideſt ego fui teſtis ejus, quod hic fecit)* . 23. *Tunc dicet Deus duobus Angelis* : Projicite in Gehennam omnem infidelem, refractarium . 24. Prohibitorem boni, tranſgreſſorem, dubium *in fide* . 25. Qui poſuit cum Deo deum alium : projicite, inquam, illum in ſupplicium atrociſſimum . Dicet ſociennus ejus *(ideſt, Satanas)* Domine noſter, non feci prævaricari eum *ego* : ſed *ipſemet* fuit in errore longinquo *(ideſt, longè remoto à veritate)* . 26. Dicet *illis Deus* : Ne litigetis coram me: & jam præveni vos cum comminatione. 27. Non immutatur dictum apud me : neque ego *ſum* iniquè tractans ſervos . 28. Die *illa* dicemus Gehennæ: An repleta es? & dicet: An *ſupereſt* aliquid augendum? 29. Et approximabitur Paradiſus Piis non longinquus *ab illis* : *& dicetur eis* . 30. Hoc *eſt*, quod promittebatur vobis, cuilibet convertenti ſe *ad Deum*, cuſtodienti *mandata ejus*: 31. Qui timuit Miſeratorem in abſentia *(ideſt, licèt non videret eum)* Et venit *ad eum* cum corde converſo . 32. Ingredimini illum *(ideſt Paradiſum)* cum pace . Hæc *eſt* dies æternitatis . 33. Vobis *erit* id, quod volueritis in eo : & apud nos *erit* augumentum *(ideſt addemus alia, quæ non poſtulatis)* . 34. Quot verò perdidimus ante eos *(ideſt Meccanos)* de generationibus, quæ *erant* valentiores his, robore? Exquirite porrò in regionibus, an *fuerit* ullum effugium *illis ab ira noſtra* . 35. Profectò in hoc *eſt* ſanè commonitio illi, cui eſt cor, vel porrexerit aures, & ipſe *fuerit* teſtis *(ideſt inſpector)* . 36. Et jam quidem creavimus Cœlos, & terram, & quod *eſt* inter hæc duo in ſex diebus : neque tetigit nos ulla defatigatio . 37. Suſtine igitur patienter ſuper id, quod dicunt *contra te* . 38. Et celebra laudem Domini tui ante ortum ſolis, & ante occaſum . 39. Et *in parte* ex nocte *(ideſt in principio noctis)* lauda illum: & *comple* poſtremas partes adorationis . 40. Et præbe auditum ad diem, *quo* advocabit Præco *(ideſt Angelus Aſraphel)* *homines ad judicium* è loco propinquo . 41. Diem, *qua* audient clamorem *(ideſt ſonum Tubæ)* cum veritate. Ille *erit* dies exitus *mortuorum è ſepulchris*. 42. Nos quippè vivificamus, & mortificamus : & ad nos erit reditus *omnium creaturarum* . 43. Diem, *qua* diſcindetur terra ipſis, *ut exeant è ſepulchris* velociter . Hæc congregatio *erit* apud nos facilis. 44. Nos ſcientiſſimi *ſumus* de eo, quod dicunt *infideles Meccani* : neque tu *eris* ſuper eos violentus coactor *ad fidem*. 45. Itaque commonefac per Alcoranum eum, qui timet comminationem meam.

NOTÆ.

CHaracter vigeſimus primus Alphabeti Arabici, qui appellatur قاف *Quaph*, eſt epigraphe, & primus verſus hujus Suræ, quæ juxta Jahiam, & alios eſt مكية كلها tota Meccana : Quamvis Gelal excipiat verſum decimum quintum : *Et jam quidem creavimus*, &c. immò relinquat in dubio, Meccana ne ſit, an Medinenſis . verſus recenſentur in ea quadraginta quinque, quamvis non omnes eodem modo illos diſtinguant. Qui hanc legerit, mercedis loco, هون الله عليه نارات الموت وسكراته *facilitabit illi Deus impetus mortis, & anguſtias ejus.*

I. Q.] Quid character iſte ſolitarius ſignificet, incertum prorsùs eſt apud Arabes: & Gelal more ſuo fatetur, Deum tantummodò ſcire ſignificationem, & myſteria illius. Jahias hæc habet : تفسير بعضهم هو جبل محيط بالدنيا : قال محمد وروى عن ابن عباس انه قال هو جبل اخضر من زمرد خضر السماء منه : *Exponunt quidam, hunc eſſe montem, qui circumdat Orbem terræ. Dixit Mohamed: Et habetur ex relatione, quod dixerit Ebn-Abas, hunc eſſe montem viridem factum ex ſmaragdis, ex quo Cælum etiam contrahit virorem*; Aliqui exponunt, قضى الامر : *deciſa eſt res*: nempè, ſupplicium Meccanorum. Sed omnes temerè divinant.

II. *Per Alcoranum glorioſum* .] Iterum jurat Deus per Alcoranum. Quid verò juret, prorsùs ignoratur. Putant quidam, juramentum cadere ſupra id, quod continetur in ſignificatione characteris illius ſolitarii. Sed Gelal refert ad aliquid ſubſequens, quod per apoſiopeſim reticetur : & putat ſubintelligi ما امن كفار مكة بمحمد *non crediderunt infideles Meccæ in Mahumetum* . Sed nihil ad hoc opus erat juramento Dei.

VI. *Verſantur in negotio perturbato.*] Quia nimirùm de Alcorano, ejuſque authore Mahumeto diverſimodè loquebantur, neſcientes aliquid certi affirmare. Ut enim ſcribit Gelal: قالوا مرّة ساحرٍ وسحر ومرّة شاعر وشعر ومرّة كاهن وكهانة: *aliquandò dicebant, Mahumetum eſſe Magum, & Alcoranum magiam: aliquandò, hunc eſſe Poetam, illum poeſin: aliquandò tandem hunc vocabant Ariolum, illum verò ariolationem.*

IX. *Ipſis ſunt ſpathæ congeſtæ.*] Vox Arabica طلع, non ſolùm ſpathas palmarum congeſtas, ſed etiam flores, & fructus, vel foliculos palmarum ſignificat.

XI. *Poſſeſſores Raſſi.*] Jam ſuprà vidimus ex Gelalis explicatione, Raſſum fuiſſe puteum quemdam, juxta quem conſiſtebant indigenæ cum pecoribus ſuis. Colebant autem Idola: & Prophetam eorum dicunt quidam fuiſſe Handhaham filium Sephuani: alii alium.

XIII. *Habitatores Aleicæ, & populus Tobbai.* Vide ſuprà, ubi diximus, Aleicam ſilvam eſſe in Madian, ubi prædicavit Scioaib, ſeu Jethro. Tobbaus verò fuit Rex in Arabia Felici, de quo aſſerit hìc Gelal, اسلم ودعا قومه الى الاسلام فكذبوه; *fuiſſe Moſlemum, & vocaſſe gentem ſuam ad ſectam Mahumetanam, ſeu Eslamiſmum: ſed à ſuis tamquam mendacem rejectum fuiſſe.*

XV. *Vena cardiaca.*] Arabicè; حبل الوريد, eſt juxta Gelalem vena in cervicis latere, ſeu planitie.

XVI. *Sedens.*] debet conjungi cum verſu ſequenti.

XXVIII. *An ſupereſt aliquid augendum?*] Arabicè: هل من مزيد *An de augmento?* Senſus eſt, juxta Gelal: Jam plena ſum: & ad hoc, ut alios capere poſſim, debet augeri ſpatium meum. Sed fortaſsè legitima explicatio eſſet, ut reſponderet Gehenna ſe nondùm eſſe plenam, & poſſe alios capere, ſi adderentur. Notandum autem eſt, quoſdam codices habere تقول, *dicet:* nempè Gehenna: ita ut hæc ſit reſponſio Gehennæ. Alii autem habent نقول *Dicemus*, nempè Deus Gehennæ. Sed prima lectio videtur verior.

XXXVI. *Neque tetigit nos ulla defatigatio.*] Gelal: دزل ردا على اليهود فى قولهم ان الله استراح يوم السبت وانتفاء التعب عنه: *Dicta ſunt hæc contra Judæos, qui dicebant, Deum requieviſſe die Sabbathi: ad negandum laborem, vel fatigationem de Deo.* Sed non eſt credibile, Judæos ita craſſos fuiſſe, ut putarent, Deum in creando Cœlum, & terram defatigatum fuiſſe, quamvis Moyſes aſſerat, illum die ſeptimo requieviſſe ab opere ſuo. Hæc enim requies Dei non fuit ex labore, vel defatigatione, ſed ex ceſſatione ab aliis operibus creandis.

XXXIX. *Et comple poſtremas partes adorationis.*] Erant hæ duæ adorationes, ſeu incurvationes ſpontaneæ, quæ non præcipiebantur à lege: & fiebant poſt alias incurvationes præceptas in Oratione veſpertina, vel matutina: ſive, ut alii dicunt, poſt quamcunque orationem de præcepto.

XL. *E loco propinquo.*] Explicat Gelal: قريب من السماء وهو صخرة بيت المقدس اقرب موضع من الارض الى السماء. *E loco, qui eſt vicinior Cælo; quàm alius locus Terræ, & eſt ſaxum, ſeu rupes Domus Sanctæ:* ideſt Jeruſalem, ſeu Templi. Ex hoc, ſcilicet loco advocabit Aſraphel mortuos ad judicium.

REFUTATIONES.

I. QUæ in hac Sura refutationem exigerent, jam ſupra non ſemel refutata ſunt. Quamobrem, ne ſæpius eadem cum lectoris nauſea, contra Alcoranum, & Mahumetum regeram: ab iis deinceps confutandis plerumque abſtinebo, quæ in ſuperioribus Suris ſatis, ſuperque rejecta ſunt.

Illud unum hìc notandum occurrit: Mahumetum, ut impietati ſuæ religionis perſonam inducat, ac perfidiæ ſuæ fidem conciliet, Divini judicii tàm particularis, quàm generalis ob oculos aliorum ſpectaculum ponere, quaſi ipſe etiam illud præ oculis ſuis haberet. Ita ſcilicet ſimpliciores, ac rudiores faciliùs fallere ſe poſſe ſperabat. Sed hoc ipſum tot nugis, ac fabulis immiſcet, ut impoſturas, ac fraudes ſuas celare non poſſit.

سورة الذّاريات مكيّة ستون آية

SURA LI.

SPARGENTES.

MECCANA:

COMMATUM SEXAGINTA.

بسم الله الرّحمن الرّحيم *

1 والذّاريات ذروا ۞ 2 فالحاملات وقرا ۞ 3 فالجاريات يسرا ۞ 4 فالمقسمات أمرا ۞ 5 إنّ ما
توعدون لصادق ۞ 6 وإنّ الدّين لواقع ۞ 7 والسّماء ذات الحبك ۞ 8 إنّكم لفي قول
مختلف ۞ 9 يؤفك عنه من أفك ۞ 10 قتل الخرّاصون ۞ 11 الّذين هم في غمرة ساهون ۞
12 يسلون أيّان يوم الدّين ۞ 13 يوم هم على النّار يفتنون ۞ 14 ذوقوا فتنتكم هذا الّذي
كنتم به تستعجلون ۞ 15 إنّ المتّقين في جنّات وعيون ۞ 16 آخذين ما آتاهم ربّهم
إنّهم كانوا قبل ذلك محسنين ۞ 17 كانوا قليلا من اللّيل ما يهجعون ۞ 18 وبالأسحار هم
يستغفرون ۞ 19 وفي أموالهم حقّ للسّائل والمحروم ۞ 20 وفي الأرض آيات للموقنين ۞
21 وفي أنفسكم أفلا تبصرون ۞ 22 وفي السّماء رزقكم وما توعدون ۞ 23 فورب السّماء والأرض
إنّه لحقّ مثل ما أنّكم تنطقون ۞ 24 هل أتيك حديث ضيف إبراهيم المكرمين ۞
25 إذ دخلوا عليه فقالوا سلاما قال سلام منكرون ۞ 26 فراغ إلى أهله فجاء بعجل سمين ۞
27 فقرّبه إليهم قال ألا تأكلون ۞ 28 وفأوجس منهم خيفة قالوا لا تخف وبشّروه بغلام
عليم ۞ 29 فأقبلت امرأته في صرّة فصكّت وجهها وقالت عجوز عقيم ۞ 30 قالوا
كذلك قال ربّك إنّه هو الحكيم العليم ۞ 31 قال فما خطبكم أيّها المرسلون ۞ 32 قالوا
إنّا أرسلنا إلى قوم مجرمين ۞ 33 لنرسل عليهم حجارة من طين ۞ 34 مسوّمة عند ربّك
للمسرفين ۞ 35 فأخرجنا من كان فيها من المؤمنين ۞ 36 فما وجدنا فيها غير بيت من
المسلمين ۞ 37 وتركنا فيها آية للّذين يخافون العذاب الأليم ۞ 38 وفي موسى إذ أرسلناه
إلى

إلى فرعون بسلطان مبين ۞ 39 فتولى بركنه وقال ساحر او مجنون ۞ 40 فاخذناه وجنوده
فنبذناهم فى اليم وهو مليم ۞ 41 وفي عاد إذ ارسلنا عليهم الريح العقيم ۞ 42 ما تذر
من شيء اتت عليه إلا جعلته كالرميم ۞ 43 وفي ثمود إذ قيل لهم تمتعوا حتي حين ۞
44 فعتوا عن امر ربهم فاخذتهم الصاعقة وهم ينظرون ۞ 45 فما استطاعوا من قيام وما كانوا
منتصرين ۞ 46 وقوم نوح من قبل إنهم كانوا قوما فاسقين ۞ 47 والسماء بنيناها بايد وإنا
لموسعون ۞ 48 والارض فرشناها فنعم الماهدون ۞ 49 ومن كل شيء خلقنا زوجين لعلكم
تذكرون ۞ 50 ففروا إلى الله إني لكم منه نذير مبين ۞ 51 ولا تجعلوا مع الله إلها
اخر إني لكم منه نذير مبين ۞ 52 كذلك ما اتي الذين من قبلهم من رسول إلا قالوا
ساحر او مجنون ۞ 53 اتواصوا به بل هم قوم طاغون ۞ 54 فتول عنهم فما انت بملوم ۞
55 وذكر فإن الذكري تنفع المومنين ۞ 56 وما خلقت الجن والانس إلا ليعبدون ۞
57 ما اريد منهم من رزق وما اريد ان يطعمون ۞ 58 إن الله هو الرزاق ذو القوة المتين ۞
59 فإن للذين ظلموا ذنوبا مثل ذنوب اصحابهم فلا يستعجلون ۞ 60 فويل للذين كفروا
من يومهم الذي يوعدون ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr Spargentes ſparſione. 2. Perque portantes onus. 3. Et currentes faciliter. 4. Et diſpertientes rem. 5. Profectò, quod vobis promittitur, *eſt* ſanè verum. 6. Et certè Judicium ſanè *eſt* eventurum. 7. Per Cœlum habens ſtrias (*ideſt ſemitas velut ſtrias in arenis*). 8. Certè vos, ò *Meccani*, ſanè *eſtis* in dicto diſcordi (*ideſt diſcordes eſtis inter vos circa Mahumetum, & Alcoranum*). 9. Avertetur ab eo (*ideſt Alcorano, vel Mahumeto*) qui averſus fuerit *jam à Deo in præſcientia ipſius*. 10. Occiſi ſunt mentitores (*occidantur*). 11. Qui *ſunt* in abyſſo aquarum (*ideſt ignorantia laborant*) negligentes *res futuri ſæculi*. 12. Interrogant *Meccani Mahumetum per jocum*: Quandonam *erit* dies Judicii? 13. *Erit* die, *qua* ipſi ſuper ignem diſcruciabuntur. 14. *Et dicetur illis*: Guſtate tormentum veſtrum: hoc *eſt*, quod *vos in Mundo ludentes* accelerari cupiebatis. 15. Porrò Pii *morabuntur* in hortis, & fontibus. 16. Accipientes id, quod dederit eis Dominus eorum: quippe ipſi fuerunt ante hoc benefacientes. 17. Erat exiguum ex nocte id, quod dormiebant. 18. Et in matutinis ipſi *peccatorum ſuorum* veniam poſtulabant. 19. Et ex facultatibus ſuis debita portio *dabatur* mendicanti, & prohibito *ob pudorem à mendicando*. 20. Et in terra *ſunt* ſigna *Divinæ potentiæ* firmiter credentibus. 21. Et *ſunt etiam ſigna* in animabus veſtris (*in creatione veſtra*) an ergo non aſpicitis? 22. Et in Cœlo *eſt* alimentum veſtrum *per pluviam*; & id, quod promittitur vobis *circa præmium, & pœnam, ſcriptum eſt in eo*. 23. Itaque per Dominum Cœli, & Terræ *juro*, quòd *hæc eſt* ſanè veritas juxta id, quod vos certè loquimini. 24. An venit ad te narratio hoſpitum Abrahæ honorificorum? 25. Cùm ingreſſi ſunt ad eum, & dixerunt: Pax. Reſpondit: Pax. *Tunc dixit intra ſe: Hi ſunt* homines ignoti. 26. Et declinavit ad uxorem ſuam *Saram*: & adduxit vitulum ſaginatum. 27. Obtulitque eum illis. *Cùm autem non comederent*, dixit: An non comeditis? 28. Concepitque ex eis timorem. Dixerunt: Ne timeas: Et annunciaverunt ei adoleſcentem ſcientem (*ideſt pro-*

الجزو السابع والعشرون
Pars vigeſima ſeptima.

miſerunt ei Iſaac, qui fuit præditus magna ſcientia) . 29. Advenit autem uxor ejus cum clamore, & palmis cædebat faciem ſuam, & dicebat: *Ego ſum* vetula ſterilis. 30. Dixerunt *ei Angeli*: Ita dixit Dominus tuus: certè ipſe eſt Sapiens, Sciens. 31. Dixit *illis Abraham*: Quodnam porrò eſt negotium veſtrum, ò Legati? 32. Reſponderunt: Nos ſanè miſſi ſumus ad homines ſceleratos (*ideſt ad gentem Sodomæ*). 33. Ut mittamus ſuper eos lapides ex luto (*ideſt lateres*). 34. Signatos apud Dominum tuum prævaricatoribus (*ideſt impreſſos nomine eorum, ſuper quos projiciendi ſunt*) . 35. Eduximus ergo, qui erant in ea *urbe* ex fidelibus. 36. Et non invenimus in ea, niſi *unam* domum ex Moslemis. 37. *Et ſubvertimus eam*, & reliquimus in ea ſignum *ruinæ illius* pro iis, qui timent pœnam dolorificam. 38. In Moyſe quoque *fuit ſignum potentiæ noſtræ*, cùm miſimus eum ad Pharaonem cum poteſtate manifeſta. 39. At *ille* tergiverſatus eſt cum exercitu ſuo, & dixit: *Hic eſt* magus, aut dæmoniacus. 40. Itaque ſuſtulimus eum, & exercitus ejus, & projicimus eos in mare, & ipſe *erat* reus. 41. Et in Adæis *etiam fuit ſignum*, cùm miſimus contra eos ventum ſterilem. 42. Non attingebat rem ullam, ſupra quam adveniſſet, quin redderet eam veluti rem putridam, & comminutam. 43. Etiam in Themudæis *fuit ſignum*, quandò dictum fuit illis: Fruimini uſque ad tempus. 44. *Illi* verò ſuperbè tranſgreſſi ſunt præceptum Domini ſui: quamobrem ſuſtulit eos clamor *Gabrielis è Cœlo*: & ipſi viderunt (*ideſt perierunt tempore diurno*) . 45. Neque potuerunt ſtare: neque fuerunt ſeſe defendentes. 46. Et gentem Noe anteà *perdideramus*: quippe ipſi erant homines prævaricantes. 47. Et Cœlum, ædificavimus illud cum potenti virtute: & nos ſanè *ſuimus* ampliantes *illud*. 48. Et Terram ſubſtravimus *illi*: & euge complanantes (*ideſt ſapientiſſimè illam in modum lectuli complanavimus*) . 49. Et ex omni re creavimus duas ſpecies, ut vos erudiremini. 50. Confugite itaque ad Deum: certè ego *ſum* vobis *miſſus* ab eo commonitor manifeſtus. 51. Et ne ponatis cum Deo Deum alium: certè ego ſum vobis *miſſus* ab eo commonitor manifeſtus. 52. Ita non venit ad eos, qui *fuerunt* ante hos ullus Legatus; quin dicerent: Magus *eſt*, aut dæmoniacus. 53. An ex teſtamento ſucceſſivè reliquerunt ſibi hoc? Atqui ipſi ſunt homines exorbitantes (*ideſt Meccani ſuperant eos in impietate*) . 54. Recede ergo ab eis: neque ideò tu *eris* culpabilis, *cùm jam ſatis commonueris eos*. 55. Et commonefac (*ideſt, & tamen ne ceſſes legere Alcoranum*) nam *hæc* commonitio proderit Fidelibus. 56. Et non creavi Genium, & Hominem, niſi ut ſevirent mihi. 57. Non volo ab eis quidquam alimenti: neque volo, ut cibent me. 58. Quippe Deus eſt Altor, habens virtutem firmam. 59. Porrò illis, qui iniquè egerint, *dabitur* portio *pœnæ*, ſicut portio ſociorum ſuorum (*ideſt ſimilium ipſis in impietate*) neque expetent accelerari *eam*, *ſicut modò expetunt id irriſoriè*. 60. Væh autem iis, qui non credunt, à die eorum (*ideſt à die Judicii, vel ſupplicii*) qui ipſis comminatur.

NOTÆ.

INſcribitur Sura à prima illius dictione: & conveniunt communiter Authores eſſe Meccanam, & verſibus ſexaginta conſtare. Promittuntur lectori, عشر حسنات بعدد كل ريح هبّت وجرت, *decem bona, juxta numerum cujuslibet venti ſpirantis, & currentis*.

1. *Per ſpargentes ſparſionem*.] Tam hoc loco, quàm in tribus ſequentibus verſiculis Arabicè ponuntur omnia in genere fœminino. Et per *ſpargentes* intelligunt communiter Interpretes ventos, qui pulverem, & alia leviora diſpergunt. Per *Portantes onus*: nubes, quæ portant aquam. Per *Currentes faciliter*: naves, quæ per mare decurrunt. Per *Diſpertientem rem*: Angelos, qui diſtribuunt ſingulis victum. Nimirùm per quatuor hæc jurat Deus, verum eſſe, quod in Alcorano promittitur de die Judicii, ac mortuorum reſurrectione: quemadmodùm mox jurat per Cœlum, Meccanos diſcordes eſſe inter ſe circa Alcoranum, & Mahumetum.

X. *Occiſi ſunt*.] Arabicè قُتِلَ exponit Gelal: لُعِنُوا *maledicti ſunt*. Puto accipiendum, more Arabico, imperativè, ſeu per modum imprecationis, *Occidantur*, vel *maledicantur*.

XXIII. *Hæc eſt veritas, juxta id, quod vos certè loquimini*.] Explicat Jahias: هذا القران لحق: *Hic Alcoranus eſt ſanè veritas*. Atqui Meccani, etiam ex confeſſione Mahumeti, numquam dixerunt, Alcoranum eſſe veritatem; immò id ſemper conſtanter negaverunt. Exponunt Gelal: نطقكم فى حقيقته

حقيقته اى معلوميته عندكم ضرورة صدوره عنكم :

juxta loquutionem, seu ratiocinationem *vestram de veritate ejus, ideſt cognoſcibilitate ejus apud vos; quæ neceſſariò provenit à vobis*: quasi non possent non illam verbis testari. Sed hoc etiam repugnat toties dictis in Alcorano.

XX. *Hospitium Abrahæ*.] Gel. وهم ملايكة اثنى عشرة او عشرة او ثلاثة منهم جبرايبل. *Erant hi Angeli duodecim, vel decem, vel tres: ex quibus unus erat Gabriel.*

XLIX. *Et ex omni re creavimus duas ſpecies*.] Dictio Arabica زوجين significat propriè *duos conjuges*, seu duo conjugata. Hic significat duo inter se relativè, vel alio modo opposita: quare exemplificat Gelal: كالذكر والانثى والسماء والارض والشمس والقمر والنور والظلمة والسهل والجبل والصيف والشتا والحلو والحامض : *exempli causa, masculum, & fœminam: Cœlum, & Terram: Solem, & Lunam, lucem, & tenebras: planitiem, & montes: æstatem, & hyemem: dulce, & amarum*. Verùm in multis non est hoc conjugium reperire.

REFUTATIONES.

I. NOn satis fuit Mahumeto, Deum per Alcoranum, per Angelos, per Cœlum jurantem inducere: per ventos etiam, per naves, per nubes, & alia viliora illium jurare facit, per quæ jusjurandum concipere nullus homo, nisi vel insanus, vel impius auderet. Si enim, quia in his Dei potentia, vel aliud attributum aliquo modo elucet, fas est per ea jurare: licebit etiam idem facere per formicas, muscas, culices, & pediculos: cùm in his fortaſsè non minùs, quàm in ventis, navibus, & nubibus Divina potentia, & sapientia suo modo refulgeat. At quis, nisi insanissimus hoc admittat, præsertim in juramento, quod ab ipso Deo concipiatur, nisi fortè expreſsè juramentum cadat super attributum Dei, quod in tali creatura eluceſcat. Sed vide, quæ de hoc fusiùs in Prodromo p. 4. cap. ult. pag. 113. & sequentibus disseruimus.

II. Illas strias, seu semitas illis similes, quas in arenis, vel aquis ventus efformat, gratis omninò, & absque ullo fundamento in Cœlis Mahumetus confingit. Neque enim hujuscemodi striæ ad stellarum itinera, ut falsò putant Arabes, exiguntur. Nam stellæ Firmamenti fixæ sunt, & immobiles. Errantia verò sydera, quæ in reliquis orbibus reperiuntur, non egent striis, vel semitis ad cursum suum peragendum, cùm juxta veriorem sententiam ab Intelligentiis moveantur: & præterea Cœli sint omninò plani, ac leves, & per quamlibet eorum partem possit esse syderibus iter expeditum. At enim, ne errarent in cursu, striis illis eguerunt. Mirùm quin Deus singulis syderibus etiam anteambulonem addiderit, cùm oculis careant, & cæco modo per Cœlum vagentur.

III. Conjugium illud, quod Alcoranus fingit in cunctis rebus, est prorsùs falsum. Nam, si sermo sit de substantia rerum, quodnam conjugium habet lapis, lignum, aurum, frumentum, nisi fortè, quia variæ, ac multiplices eorum species inveniuntur? Sed hoc non est esse زوجين *duos conjuges*, seu duas tantùm species. Si autem sermo sit de qualitatibus, seu aliis accidentibus, vel de qualibet alia oppositione: tùm verò valdè frivolum erit hujusmodi conjugium: ita enim stipula, & plumbum dici poterunt conjuges: quia hæc levis, illud grave: hæc clara, illud obscurum: hæc calidæ, vel siccæ qualitatis, illud frigidę, vel humidæ: hæc igne comburitur, illud liquescit.

IV. Non est prætereundum, cùm tàm vanum, quàm falsum juramentum suapte natura illicitum sit: utrumque tamen Deo hìc tribui. Primum, cùm jurat per Cœlum, Meccanos inter se discordes esse in judicio de Alcorano: quæ res erat per se adeò nota, ut nullo opus esset jurejurando, præsertim Divino ad eam persuadendam. Secundum, cùm jurat per Dominum Cęli, & Terræ, nempe per seipsum, Meccanos fateri Alcoranum esse veritatem: quod falsum prorsùs erat, ut constat ex perpetuo Alcorani ipsius testimonio.

V. In historia hospitum Abrahæ, duo præcipuè peccat Alcoranus. Primum, quòd hospites illi appositas dapes comedere renuerent, cùm ex Pentateucho oppositum habeatur. Secundum, quòd Sara audita promissione hospitum de conceptu filii, tanquam fanatica exierit è tabernaculo insanè vociferans, manibusque faciem verberans; non secùs, ac si ab Angelis insignem aliquam injuriam accepisset. Videamus, utrum in hoc Alcoranus cum Pentateucho conveniat. En verba Pentateuchi Gen. cap. 18. *Quo audito, Sara risit post ostium tabernaculi occultè dicens: Postquàm consenui, & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo?* Ubi hìc vociferationes illę Alcorani? Ubi percussio faciei? Figmenta hæc sunt, & deliria Mahumeti; quemadmodùm lapides illi, seu lateres signati nomine eorum, super quos in Sodomis erant projiciendi.

سورة الطور مكيّة تسع واربعون آية

SURA LII.

MONS.

MECCANA:

COMMATUM QUADRAGINTA NOVEM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 والطور ۞ 2 وكتاب مسطور ۞ 3 في رق منشور ۞ 4 والبيت المعمور ۞ 5 والسقف
المرفوع ۞ 6 والبحر المسجور ۞ 7 إن عذاب ربك لواقع ۞ 8 ما له من دافع ۞
9 يوم تمور السماء موراً ۞ 10 وتسير الجبال سيراً ۞ 11 فويل يومئذ للمكذبين ۞
12 الذين هم في خوض يلعبون ۞ 13 يوم يدعون إلى نار جهنم دعا ۞ 14 هذه النار
التي كنتم بها تكذبون ۞ 15 أفسحر هذا أم أنتم لا تبصرون ۞ 16 إصلوها فاصبروا أو
لا تصبروا سواء عليكم إنما تجزون ما كنتم تعملون ۞ 17 إن المتقين في جنات ونعيم ۞
18 فاكهين بما آتيهم ربهم ووقيهم ربهم عذاب الجحيم ۞ 19 كلوا واشربوا هنيئاً بما كنتم
تعملون ۞ 20 متكئين على سرر مصفوفة وزوجناهم بحور عين ۞ 21 والذين آمنوا
واتبعناهم ذرياتهم بإيمان ألحقنا بهم ذرياتهم وما ألتناهم من عملهم من شيء كل امرئ بما كسب
رهين ۞ 22 وأمددناهم بفاكهة ولحم مما يشتهون ۞ 23 يتنازعون فيها كأساً لا لغو فيها
ولا تأثيم ۞ 24 ويطوف عليهم غلمان لهم كأنهم لؤلؤ مكنون ۞ 25 وأقبل بعضهم على
بعض يتساءلون ۞ 26 قالوا إنا كنا قبل في أهلنا مشفقين ۞ 27 فمن الله علينا ووقانا
عذاب السموم ۞ 28 إنا كنا من قبل ندعوه إنه هو البر الرحيم ۞ 29 فذكر فما أنت
بنعمة ربك بكاهن ولا مجنون ۞ 30 أم يقولون شاعر نتربص به ريب المنون ۞ 31 قل
تربصوا فإني معكم من المتربصين ۞ 32 أم تأمرهم أحلامهم بهذا أم هم قوم طاغون ۞
33 أم يقولون تقوله بل لا يؤمنون ۞ 34 فليأتوا بحديث مثله إن كانوا صادقين ۞
35 أم

35 أَمْ خُلِقُوا مِنْ غَيْرِ شَيْءٍ أَمْ هُمُ الْخَالِقُونَ ۝ 36 أَمْ خَلَقُوا السَّمٰوٰتِ وَالْأَرْضَ بَلْ لَا يُوقِنُونَ ۝
37 أَمْ عِنْدَهُمْ خَزَائِنُ رَبِّكَ أَمْ هُمُ الْمُصَيْطِرُونَ ۝ 38 أَمْ لَهُمْ سُلَّمٌ يَسْتَمِعُونَ فِيهِ فَلْيَأْتِ
مُسْتَمِعُهُمْ بِسُلْطَانٍ مُبِينٍ ۝ 39 أَمْ لَهُ الْبَنَاتُ وَلَكُمُ الْبَنُونَ ۝ 40 أَمْ تَسْأَلُهُمْ أَجْرًا فَهُمْ مِنْ
مَغْرَمٍ مُثْقَلُونَ ۝ 41 أَمْ عِنْدَهُمُ الْغَيْبُ فَهُمْ يَكْتُبُونَ ۝ 42 أَمْ يُرِيدُونَ كَيْدًا فَالَّذِينَ كَفَرُوا
هُمُ الْمَكِيدُونَ ۝ 43 أَمْ لَهُمْ إِلٰهٌ غَيْرُ اللّٰهِ سُبْحَانَ اللّٰهِ عَمَّا يُشْرِكُونَ ۝ 44 وَإِنْ يَرَوْا
كِسْفًا مِنَ السَّمَاءِ سَاقِطًا يَقُولُوا سَحَابٌ مَرْكُومٌ ۝ 45 فَذَرْهُمْ حَتّٰى يُلَاقُوا يَوْمَهُمُ الَّذِي فِيهِ
يُصْعَقُونَ ۝ 46 يَوْمَ لَا يُغْنِي عَنْهُمْ كَيْدُهُمْ شَيْئًا وَلَا هُمْ يُنْصَرُونَ ۝ 47 وَإِنَّ لِلَّذِينَ ظَلَمُوا عَذَابًا
دُونَ ذٰلِكَ وَلٰكِنَّ أَكْثَرَهُمْ لَا يَعْلَمُونَ ۝ 48 وَاصْبِرْ لِحُكْمِ رَبِّكَ فَإِنَّكَ بِأَعْيُنِنَا وَسَبِّحْ بِحَمْدِ
رَبِّكَ حِينَ تَقُومُ ۝ 49 وَمِنَ اللَّيْلِ فَسَبِّحْهُ وَإِدْبَارَ النُّجُومِ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr Montem 2. Et librum deſcriptum. 3. In membrana expanſa. 4. Et Domum viſitatam. 5. Et Tectum elevatum (*ideſt Cœlum*). 6. Et Mare plenum. 7. Certè pœna Domini tui ſanè eſt ventura. 8. Non *erit* illi ullus repellens (*ideſt impediens eam*). 9. Die, *qua* undequaque commovebitur Cœlum hinc illinc ſe agitando. 10. Et ambulabunt montes ambulando. 11. Væh autem die illa mendacii inſimulantibus *Legatos*. 12. Qui in pervadando ludebant (*ideſt in vanis diſceptationibus circa Alcoranum tamquam in vado ludentes tempus terebant*). 13. Die, *qua* propellentur in ignem Gehennæ propulſione. 14. *Et dicetur illis*: Hic *eſt* ignis, quem tamquam fictum negabatis. 15. An ergo præſtigium *eſt* hoc? An vos non aſpicitis? 16. Ingredimini aſſandi in eum. Porrò ſive patienter feratis, ſive non patienter feratis, æquale *erit* vobis (*ideſt unum, atque idem erit*). Profectò recipietis mercedem illius, quod fuiſtis operati. 17. Porrò Pii *verſabuntur* in hortis, & deliciis. 18. Oblectantes ſeſe in eo, quod dederit illis Dominus eorum: & liberabit eos Dominus eorum à pœna Inferni. 19. *Et dicetur illis*: Comedite, & bibite jucundè ob id, quod fuiſtis operati. 20. Accumbentes ſuper lectulos in ſeriem diſpoſitos. Et conjugabimus eos cum puellis amplos, pulchroſque oculos habentibus. 21. Qui autem fideles fuerint, & ſecuta fuerit eos progenies eorum in fide; adjungemus eis *in Paradiſo* progeniem eorum; & non imminuemus eis de opere eorum quidquam *mercedis*. Omnis homo pro eo, quod acquiſierit *eſt* pignori dandus (*ideſt recipiet pœnam, vel præmium*). 22. Et amplè præbebimus eis poma, & carnem ex eo, quod deſiderabunt. 23. Præbebunt ſibi invicem in eo (*ideſt Paradiſo*) calicem *vini*: non *erit* ſermo futilis in eo, *quamvis multùm bibant*: neque impulſio ad ullum flagitium. 24. Ibunt autem in gyrum circa illos adoleſcentes illis *deſtinati*, *ita pulchri*, ac ſi ipſi eſſent margaritæ *in chonchis* cuſtoditæ. 25. Et accedent alii eorum ad alios, & ſeſe mutuò interrogabunt. 26. Dicent: Nos certè fuimus anteà *in Mundo* de familia noſtra ſolliciti. 27. Proptereà beneficus fuit Deus ſuper nos, & liberavit nos à pœna ignis ardentis. 28. Certè nos anteà invocabamus eum: quippe ipſe eſt Beneficus, Miſericors. 29. Commonefac ergo, *ò Mahumete*, *Infideles*. Porrò tu non *es* per gratiam Domini tui, ariolus, neque dæmoniacus. 30. An dicent: *Eſt* poeta? Expectabimus anxiè in eo neceſſitatem ævi. 31. Dic *illis*: Anxiè expectate *interitum meum*: quippè ego quoque *ero* vobiſcum ex anxiè expectantibus *interitum veſtrum*. 32. An præcipiunt illis ſomnia eorum hoc, *quod loquuntur contra te*? An

ipsi *sunt* homines exorbitantes? 33. An dicent: Ingeniosè confinxit eum? *a* propterea. (*ideſt Alcoranum?*) *a* Atqui non credunt. 34. Afferant porrò narrationem sicut hanc (*ideſt Alcoranum ſimilem huic*) si sunt veraces. 35. An creati sunt ex nihilo? An ipsi *sunt* creatores *ſuiipſorum?* 36. An creaverunt Cœlos, & *b* propterea. Terram? *b* Atqui non credunt firmiter, *Deum creaſſe illos*. 37. An apud eos *sunt* promptuaria Domini tui? An ipsi supremo imperio *sunt* prædíti? 38. An *est* illis scala, *ut* audiant *ascendentes in Cœlum* per eam *colloquia Angelorum*? Veniat porrò audiens eorum (*ideſt ille, qui dicat, ſe audiviſſe*) cum potestate manifesta (*ideſt cum argumentis claris hujus rei*). 39. An *sunt* illi (*ideſt Deo*) filiæ: vobis autem filii? 40. An petes ab eis mercedem *prædicationis tuæ*? Atqui ipsi ex ære alieno *sunt* gravati, *& debitores tibi*. 41. An *est* apud eos Arcanum (*ideſt Scientia rerum arcanarum*)? Atqui ipsi scribunt. 42. An volent technas struere *contra te*? At, qui infideles fuerint, ipsi superandi sunt. 43. An *est* illis Deus *aliquis* præter Deum? Laus Deo (*ideſt procul abeſt Deus*) ab eo, quod associant *illi*. 44. Quòd si viderent frustum è Cœlo decidens (*ideſt aliquam partem Cœli cadere ſupra ſe*) dicerent: *Hæc eſt* nubes conglomerata, *neque propterea crederent*. 45. Relinque ergo eos, donec incidant in diem illam, in qua pereant. 46. Diem, in qua non proderit illis techna sua quidquam: neque ipsi adjuvabuntur. 47. Et quidem illis, qui iniquè egerint, *erit* pœna alia præter hanc (*nempè fames, vel bellum*) verùm plerique eorum nesciunt. 48. Sed patienter sustine judicium Domini tui *circa eos*: tu sanè *es* in oculis nostris: & celebra laudem Domini tui, quandò *manè* consurgis. 49. Et ex nocte (*ideſt in parte, ſeu principio noctis*) lauda eum, & in postremitatibus stellarum (*ideſt in occaſu earum, circa Auroram*).

NOTÆ.

Æc item Sura, ut aliæ quædam à prima sui dictione titulum sortitur. Meccanam omnes faciunt. Versus novem supra quadraginta communiter in ea enumerantur. Præmium lectoris hoc ponit Zamchascerius: من قراء سورة والطور كان حقا على الله ان يومنه من عذابه وان ينعمه فى جنته. *Qui legerit Suram, per Montem; debitum erit Deo, ut ſecurum reddat eum à pœna ſua, & frui faciat illum in Paradiſo ſuo.*

I. *Per Montem.*] Exponit Gelal: اى جبل الذى كلم الله عليه موسى ع م *ideſt per Montem, ſuper quem Deus allocutus eſt Moyſen, cui ſit pax*: nempè Synai. Eodem modo Zamchascerius, qui addit, hunc montem situm esse in Madian. Jahias putat, intelligi Montes in genere. Vox autem طور Tur, Syriaca est, non Arabica, & communiter accipitur pro Synai, quasi per Antonomasiam. Hodie etiam Tabor hoc nomine appellatur.

II. *Et Librum deſcripsum.*] Exponit Gelal: التوراة او القران: *Pentateuchum, vel Alcoranum.* Jahias intelligit solum Alcoranum. Zamchascerius: الكتاب الذى تكتب فيه الاعمال ليوم القيمة وقيل هو ما كتبه الله لموسى وهو يسمع سرير القلم وقيل اللوح المحفوظ وقيل القران: *Librum illum, in quo ſcribuntur opera hominum, proferendum in die Reſurrectionis. Alii dicunt, eſſe librum, in quo Deus ſcripſit legem Moyſi audiente ipſo Moyſe ſtridorem calami, quo Deus ſcribebat. Alii dicunt eſſe Tabulam cuſtoditam: Alii Alcoranum.* Sed hunc ultimum negat Zamchasc.

IV. *Et domum viſitatam.*] De hac domo, ita Gelal: هو فى السماء الثالثة او السادسة او السابعة بحيال الكعبة يزوره كل يوم سبعون الف ملك بالطواف والصلاة لا يعودون اليه ابدا. *Hæc eſt in tertio, vel ſexto, vel ſeptimo Cœlo è regione Templi Meccani, quam inviſunt quotidie ſeptuaginta millia Angelorum, circumeuntes eam, & orantes in illa: & nunquam redeunt ad eam amplius.* Jahias limitat hunc reditum حتى تقوم الساعة *usque ad diem Judicii*. Et addit, hanc Domum vocari الصراح *Sarah*, ideſt *puram*, vel *omnibus patentem*. Deindè refert hæc ex Cottada: قال الله عز وجل لادم يا ادم اهبط معك بيتى يُطاف حوله كما يُطاف حول عرشى فحج ادم ومن بعده من المومنين فلما كان زمان الطوفان رفعه الله وطهره من ان تكبيه عقوبة اهل الارض فصار معمور السماء فتتبع ابراهيم الاساس فبناه على الاساس قديم كان قبله: *Dixit Deus Potens, & Glorioſus ad Adam: O Adam, deſcendere faciam tecum Domum meam, ut ſupplicatio fiat circa illam, quemadmodùm fit in circuitu Throni mei. Inviſit autem eam Adam, & poſteri ejus fideles peregrinando ad illam. Adveniente autem diluvio, elevavit eam Deus, & purificavit eam, ne in ruina extrema habitatorum*

Terræ

Terræ periret. Facta eſt igitur Domus viſitata in Cælo. Abraham verò fundamenta ejus perſcrutatus, ædificavit ſuper ea domum ſimilem antiquæ.

V. *Et Tectum elevatum.*] Jam notavimus, per hoc intelligi Cœlum, quod ſupra Terram eminet. Quantum autem Cœlum diſtet à Terra, ita pronunciat, ſed abſque ullo fundamento. Jahias: بينها وبين الارض خمسمايه عام : *A terra ad Cœlum eſt ſpatium viæ quingentorum annorum.*

VI. *Et mare plenum.*] Aſſerit Jahias, haberi ex traditione, dixiſſe Aly generum Mahumeti, hoc mare plenum non eſſe in terra, ſed in Cœlo.

XX. *Accumbentes ſuper lectulos in ſeriem diſpoſitos.*] Explicat Gelal: بعضها الى جنب بعض : *poſito uno juxta alium.* Notat hìc Jahias, haberi ex celeberrima traditione, Mahumetum dixiſſe: لرجل من اهل الجنة ليتنعّم فى تكاة واحدة سبعين عامًا فيناديه ايّها منها واحمل من غرفة اخرى امّا ان لنا منك دولة بعد فيلتفت اليها فيقول من انت فتقول انا من اللاتى قال الله فلا تعلم نفس ما اخفى لهم من قرّة اعين جزاء بما كانوا يعملون فيتحوّل اليها فينعم معها فى تكاة واحدة سبعين عامًا فهم كذلك يدورون : *Illi, qui Paradiſum obtinuerit, dabitur deliciari in uno accubitu ſeptuaginta annos. Deindè audiet dicentem ſibi: Eus ſurge hinc, & transfer te in aliud Cœnaculum, nam tecum temporis circulum expletura ſum. Ille verò ad loquentem converſus, rogabit, quænam ſit. Reſpondebit illa: Ego ſum ex illis puellis, de quibus dixit Deus, non poſſe quemquam comprehendere quantam voluptatem allaturæ ſint viris, qui bona egerunt, in Paradiſo. Tunc ille applicabit ſe ad eam, & deliciabitur cum illa in uno accubitu per ſeptuaginta annos. Et ita per gyrum mutabunt accubitus in Paradiſo*: ac proindè etiam puellas.

XXX. *Neceſſitatem ævi.*] Arabicè ريب المنون, explicatur à Gelale; حوادث الدهر فيهلك كغيره من الشعراء : *accidentia temporis, vel ævi: nam malè peribit, ſicut cæteri Poetæ.* Propriè ſignificat, *incertum ævi, vel temporis diuturni.*

XL. *At ipſi ſcribunt.*] Nimirùm, ut explicat Gelal: يكتبون ذلك حتى يمكنهم منازعة النبى فى البعث وامر الاخرة بزعمهم : *ſcribunt hoc* (ideſt arcanum) *ut poſſint diſputare cum Mahumeto de Reſurrectione, & rebus futuri ſæculi juxta propriam opinionem.* Nimirùm, ſi hæc arcana ſcirent, non egerent ſcriptione eorum.

XLIV. *Fruſtum è Cælo.*] Ad eos ſcilicet feriendos, ut explicat Gelal.

REFUTATIONES.

I. QUid facias cum illo, qui *chorda ſemper oberrat eadem*; niſi ut ei eundem ſemper exprobres errorem? Juramenta nimis frequentia, vel otioſa in homnibus vitioſa, & culpabilia eſſe, nemo unquam dubitavit. Quantò magis in Deo? præſertim facta per res leviſſimas, & Majeſtate Divina prorsùs indignas. Sed eſto, ſæpè juret Deus ad diverſa teſtanda: nonne otioſum, ac ſtultum eſt ad unicam rem confirmandam, tot juramenta congerere? Nimirùm, per Montem Synai, per librum ſcriptum, per Domum habitatam, per Tectum elevatum, per Mare plenum—? nonne, ſi hominem tot juramenta, pro una re aſſerenda proferentem audiremus: inſanum illum, vel impium exiſtimaremus? Muliercularum eſt, & puerorum, qui mendaciis delectantur, ita jurejuranda conglobare, ut ſaltem multitudine juramentorum, mendaciis ſuis fidem aliquam acquirant. Si ſemel Deum in teſtem veritatis vocaſſe non ſatis eſt ad faciendam fidem: neque, ſi millies advocetur, ſatis erit. Porrò tàm in veteri Teſtamento, quàm in novo, frequentia juramenti Divina authoritate damnatur. Quamobrem in Eccleſiaſtico cap. 23. legimus: *Vir multum jurans, implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga.* Et: *Jurationi non aſſueſcat os tuum, multi enim caſus in illa.* Et cap. 17. *Loquela multum jurans, horripilationem capiti ſtatuet: Et irreverentia illius obturatio aurium.* Chriſtus etiam non ſolùm frequentiam jurandi, ſed etiam juramentum extra neceſſitatem omninò improbavit. Quamobrem Matthæi cap. 5. legimus hæc illius verba: *Ego autem dico vobis non jurare omninò, neque per Cœlum, quia Thronus Dei eſt: neque per Terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus: neque per Jeroſolymam, quia Civitas eſt Magni Regis: neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.* Eadem prope verba habet Sanctus Jacobus in Epiſtola ſua cap. 5. Videtur autem per hoc damnari abuſus jurandi per aliud, quàm per Deum, aut nomen ejus, per quod tantùm præcepit Deus juramenta fieri in Deuter. cap. 6. *Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſervies, ac per nomen illius jurabis*, & profectò nunquam in ſacris literis legimus, homines fideles juraſſe, niſi per Deum, aut per nomen ejus. Nam per creaturas jurare eſt res valdè ſuſpicioſa: quamvis enim in illis reluceat aliquod Dei attributum, videtur tamen tribui illis aliqua Divinitas: quamobrem hujusmodi juramenta ab infidelibus, ut plurimùm uſurpari conſueverunt. Hinc poterit unuſquiſque cognoſcere, quàm conformis ſit Alcoranus, & Mahumeti doctrina Pentateucho, & Euangelio: id, quod tàm ſæpè jactat Impoſtor.

II. Redit in ſcenam Paradiſus Mahumeti, in quo ſemper aliquid novi eſt animadvertere. Etenim hìc præter lectulos, puellas, poma—, vina, aliaque hujuſmodi oblectamenta, & illecebras: carnes etiam menſis apponuntur. Verùm quaſnam, aut undenam in Paradiſo Beati carnes habebunt? erunt ne ibi greges ovium, & caprarum, & armenta boum, vel laniones, qui ea poſſint mactare? Atqui etiam ſtabula, & paſtores, & Coqui, & popinæ ibidem reperientur.

entur. Immò, & ad exonerandos ventres latrinæ erunt neceſſariæ. Sed facilè hæc omnia Mahumetani concedent, cùm videant, ex Alcorano Paradiſum à Cauponis, & macellis non differre.

III. Ut probet Mahumetus, Meccanis Alcoranum non eſſe aliquid à ſe, vel ab alio conſarcinatum, ſed à Deo traditum; provocat eos iterùm ad aliquid par, vel ſimile conficiendum: quaſi verò hoc illis prorsùs impoſſibile eſſet futurum. Hoc argumento tamquam omnium maximo, penituſque ineluctabili utuntur Moslemi ad Alcorani miraculum aſſerendum, & Mahumeti propheticum munus demonſtrandum. Verùm, quàm leve, frivolum, & ſtramineum hujuſmodi argumentum ſit, jam ſuprà ſæpiùs demonſtravimus. Sed quid ad hoc probandum rationibus opus eſt? Satis eſt, Alcoranum ipſum legere, & illius ineptias, fabulas, mendacia, perturbatum ordinem, elumbatas, mancaſque periodos, frequentiſſimas contradictiones, nullam rerum, aut verborum connexionem, earumdem rerum aſſiduam cantilenam, commata perpetuò inæqualia, & alia hujuſmodi animadvertere, ut nulli dubium eſſe poſſit, utrum Alcoranus ſit liber Dei, an verò Mahumeti, vel alicujus nebulonis figmentum.

IV. Jactant Mahumetus, ſe eſſe in oculis Dei: nimirùm, ab eo ſe ſemper videri, & tamquam pupillam oculi cuſtodiri, quemadmodùm Mahumetani Doctores exponunt. Verùm neſcio, quàm benè vidit, & cuſtodivit eum Deus ſuus, cùm in bello Ohod excuſſi ſunt illi duo dentes, & enormiter fauciata, ac fœdata facies ejus: & cùm in ovis harmo à fœmina Judæa ſibi tradito (quippe hujuſmodi harmorum aſſorum avidiſſimus erat) venenum illud incautus hauſit, quo non poſt longum tempus miſerè interiit. Neque reponant Moslemi, Chriſtum etiam, & Prophetas, qui in oculis Dei erant, hujuſmodi infortunia ſubiiſſe. Nam Chriſtus ſpontè, & pro humano genere ſalvando paſſus eſt: nullus verò Prophetarum pro ingluvie, vel libidine expienda, vel Pro imperio armis dilatando vulnera, aut necem ſubiit, quemadmodùm Mahumetus, ſed pro veritate, juſtitia, & Religione aſſerenda? pro quibus pœnas, vel mortem pati, glorioſiſſimum ſemper ab omnibus exiſtimatum eſt. Neque ullus magis eſſe poteſt in oculis Dei, quàm, qui pro illius gloria, ſanguinem ſpontè, vitamque profundit.

سورة النجم مكيّة اثنتان وستّون آية

SURA LIII.

STELLA.

MECCANA:

COMMATUM SEXAGINTA DUORUM.

بسم الله الرّحمن الرّحيم *

1 والنّجم إذا هوي ۞ 2 ما ضلّ صاحبكم وما غوي ۞ 3 وما ينطق عن الهوي ۞ 4 إن
هو إلّا وحي يوحي ۞ 5 علّمه شديد القوي ۞ 6 ذو مرّة فاستوي ۞ 7 وهو بالافق الاعلي ۞
8 ثمّ دنا فتدلّي ۞ 9 فكان قاب قوسين أو أدني ۞ 10 فاوحي إلي عبده ما اوحي ۞
11 ما كذب الفؤاد ما رأي ۞ 12 افتمارونه علي ما يري ۞ 13 ولقد راه نزلة اخري ۞
14 عند سدرة المنتهي ۞ 15 عندها جنّة المأوي ۞ 16 إذ يغشي السّدرة ما يغشي ۞
17 ما زاغ البصر وما طغي ۞ 18 لقد رأي من ايات ربّه الكبري ۞ 19 افرايتم اللّات
والعزّي ۞ 20 ومناة الثّالثة الاخري ۞ 21 الكم الذّكر وله الانثي ۞ 22 تلك إذا
قسمة ضيزي ۞ 23 إن هي إلّا أسماء سمّيتموها انتم وابآؤكم ما انزل الله بها من
سلطان إن يتّبعون إلّا الظّنّ وما تهوي الانفس ولقد جاءهم من ربّهم الهدي ۞
26 أم للانسان ما تمني ۞ 27 فلله الاخرة والاولي ۞ 28 وكم من ملك في السّموات لا
تغني شفاعتهم شيئا إلّا من بعد أن يأذن الله لمن يشاء ويرضي ۞ 29 إنّ الّذين لا يؤمنون
بالاخرة ليسمّون الملايكة تسمية الانثي ۞ 30 وما لهم به من علم إن يتّبعون إلّا الظّنّ وإنّ
الظّنّ لا يغني من الحقّ شيئا فاعرض عن من تولّي عن ذكرنا ولم يرد إلّا الحيوة الدّنيا ذلك
مبلغهم من العلم إنّ ربّك هو أعلم بمن ضلّ عن سبيله وهو أعلم بمن اهتدي ۞ 31 ولله ما
في السّموات وما في الارض ليجزي الّذين أساؤا بما عملوا ويجزي الّذين أحسنوا بالحسني ۞
32 الّذين يجتنبون كبائر الاثم والفواحش إلّا اللّمم إنّ ربّك واسع المغفرة هو أعلم بكم

إذ

إن أنشأكم من الأرض وإن أنتم أجنة في بطون أمهاتكم فلا تزكوا أنفسكم هو أعلم بمن
اتقى ۞ 33 أفرأيت الذي تولى ۞ 34 وأعطى قليلا وأكدى ۞ 35 أعنده علم الغيب
فهو يرى ۞ 36 أم لم ينبأ بما في صحف موسى ۞ 37 وإبراهيم الذي وفى ۞ 38 ألا تزر وازرة
وزر أخرى ۞ 39 وأن ليس للانسان إلا ما سعى ۞ 40 وأن سعيه سوف يرى ۞ 41 ثم
يجزيه الجزاء الأوفى ۞ 42 وأن إلى ربك المنتهى ۞ 43 وأنه هو أضحك وأبكى ۞
44 وأنه هو أمات وأحيا ۞ 45 وأنه خلق الزوجين الذكر والأنثى ۞ 46 من نطفة إذا
تمنى ۞ 47 وأن عليه النشأة الأخرى ۞ 48 وأنه هو أغنى وأقنى ۞ 49 وأنه هو رب
الشعرى ۞ 50 وأنه أهلك عادا الأولى ۞ 51 وثمود فما أبقى ۞ 52 وقوم نوح من قبل إنهم
كانوا هم أظلم وأطغى ۞ 53 والمؤتفكة أهوى ۞ 54 فغشيها ما غشى ۞ 55 فبأي آلاء ربك
تتمارى ۞ 56 هذا نذير من النذر الأولى ۞ 57 أزفة الآزفة ۞ 58 ليس لها من دون
الله كاشفة ۞ 59 أفمن هذا الحديث تعجبون ۞ 60 وتضحكون ۞ 61 ولا تبكون ۞
62 وأنتم سامدون ۞ 63 فاسجدوا لله واعبدوا ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr Stellam, cùm occubuerit. 2. Non erravit *Mahumetus* ſocius veſter,
a Si. neque deceptus eſt. 3. Neque loquitur ex ſenſu *proprio*. 4. *a* Non eſt id, *quod loquitur*, niſi revelatio, quæ revelatur *ei*. 5. Docuit eum *Gabriel*, validus robore. 6. Præditus viribus: tùm conſedit adæquatè. 7. Et ipſe in horizonte altiſſimo *ſtabat*. 8. Deindè appropinquavit *ad eum*: tùm propiùs acceſſit. 9. Tùm fuit *vicinus* per intervallum duorum arcuum, aut vicinior *hoc*. 10. Revelavitque ſervo ſuo id, quod revelavit. 11. Non finxit cor *Mahumeti* id, quod vidit. 12. An ergo diſceptabitis cum illo de eo, quod vidit? 13. Et jam quidem vidit eumdem *Gabrielem* vice altera. 14. Juxta Lotum Termini. 15. Juxta eam (*ideſt Lotum*) *eſt* hortus receptaculi. 16. Cùm cooperiret Lotum id, quod cooperiebat. 17. Non declinavit aſpectus *illius*, neque digreſſus eſt. 18. Jam quidem vidit de ſignis Domini ſui maximis. 19. Quid vobis videtur de Allata, & Aloza. 20. Et Manata tertia alia. 21. Numquid vobis *eſt* maſculus, & illi (*ideſt Deo*) fœmina? 22. Iſta
b Si. utique *eſt* partitio injuſta. 23. *b* Non *ſunt* hæc *Numina*, *quæ colitis*, niſi nomina. 24. Nominaſtis ea vos, & patres veſtri. Non demiſit Deus pro illis
c Si. *colendis* ullam poteſtatem. *c* Non ſequuntur, niſi opinionem, & quod deſiderant. 25. Animæ (*ideſt deſideria ſua*). Et jam quidem venit ad eos à Domino ſuo directio. 26. An homini *erit* id, quod deſiderat. 27. Atqui Dei *eſt* Sæculum noviſſimum, & primum. 28. Et quotquot Angeli ſunt in Cœlis, non proderit interceſſio eorum quidquam, niſi poſteaquam annuerit Deus ei, cui voluerit, ipſique placuerit. 29. Porrò, qui non credunt in noviſſimum Sæculum, certè nominant Angelos nominatione fœminæ. 30. Et
d Si. non *eſt* illis in hoc ulla ſcientia: *d* non ſequuntur, niſi opinionem: ſed certè opinio non acquiret de veritate quidquam. Recede ergo ab eo, qui ſe averterit à commonitione noſtra, & non voluerit, niſi vitam præſentem. Hęc *eſt* affecutio eorum de ſcientia (*ideſt hoc eſt ſummum ſcientiæ, ad quod perveniunt, nempè ſcire ſolùm mundana*). Certè Dominus tuus eſt Scientiſſimus de illo, qui erraverit à ſemita ſua: & eſt ſcientiſſimus de illo, qui directus fuerit.

fuerit. 31. Et Dei *eſt* id, quod in Cęlis, & id, quod in terra *reperitur*; ut retribuat iis, qui malè egerint ſecundum id, quod operati fuerint: & retribuat iis, qui benè egerint, Optimum (*i. Paradiſum*). 32. Qui evitant gravia iniquitatis, & flagitiorum, *& non committunt*, niſi peccata levia: certè Dominus tuus *erit illis* amplus indulgentia. Ipſe erat Scientiſſimus in vobis (*ideſt optimè vos norat*) cùm produxit vos è terra, & cùm vos *eſſetis* embriones in uteris matrum veſtrarum. Ne ergo juſtificetis animas (*ideſt ne gloriemini tamquam juſti*). Ipſe *eſt* Scientiſſimus de eo, qui timoratus eſt. 33. Quid tibi videtur de eo, qui averterit ſeſe *à fide*. 34. Et dederit pauxillum *facultatum ſuarum*; & avarè retinuerit *reliqua*? 35. *Eſt* ne apud eum ſcientia Arcani (*ideſt futuri Sæculi*) itaut ipſe videat (*ideſt cognoſcat, quid ſibi eventurum ſit*)? 36. An non narratum fuit illi id, quod *eſt* in Codicibus Moyſi. 37. Et Abrahæ, qui complevit *præceptum Dei*. 38. Quod *ſcilicet* non portabit *anima* portans, pondus alterius (*ideſt nullus pro alieno peccato punietur*). 39. Et quod non *erit* homini, niſi quod ſtudiosè egerit. 40. Et quod certè opus ejus mox apparebit. 41. Deindè remunerabitur pro eo remuneratione cumulatiſſima. 42. Et quòd ſanè ad Dominum tuum *erit* terminus *omnium*. 43. Et quòd certè ipſe ridere facit, & flere facit. 44. Et quòd ſanè mortificat, & vivificat. 45. Et quòd certè ipſe *a* creat duos conjuges, maſculum, & fœminam. 46. Ex ſpermate cùm ſeminatum fuerit. 47. Et quòd certè ad ipſum *ſpectat* creatio altera (*ideſt Reſurrectio, vel incrementum corporis*). 48. Et quòd ipſe certè ditat, & poſſidere facit. 49. Et quòd ipſe certè *eſt* Dominus Caniculæ. 50. Et quòd ipſe ſanè perdidit Adæos priores. 51. Et Themudęos: & non reliquit *ullum ex eis*. 52. Et Gentem Noe anteà: quippe ipſi erant iniquiſſimi, & ſceleſtiſſimi. 53. Et *Urbes* ſubverſas diruit (*ideſt Sodomam, &c.*). 54. Et operuit eas id, quod operuit (*ideſt lapides, ſeu lateres igniti miſſi è Cœlo ſuper eas*). 55. Quodnam ergo beneficiorum Domini tui, *ò homo*, revocabis in dubium? 56. Hic (*ideſt Mahumetus*) eſt Prædicator ex Prædicatoribus primis (*ideſt ſimilis illis*). 57. Appropinquavit Appropinquans (*ideſt Dies Judicii*). 58. Non eſt illi præter Deum revelatrix (*ideſt nulla creatura novit punctum ejus præter Deum*). 59. An ergo de hac narratione (*ideſt de Alcorano*) admiramini? 60. Et ridetis. 61. Et non *potiùs* flectis. 62. Et vos *eſtis* ſegniter ludentes? Adorate ergo Deum, & colite.

a creavit.

NOTÆ.

Irca titulum, & locum Suræ nulla eſt controverſia. In numero verſuum non omnes conveniunt, quamvis plerique duos ſupra ſexaginta enumerent. Prę-

mium Lectoris, erunt عشر حسنات بعدد من صدق بمحمد وحجد به بمكة:

decem bona juxta numerum tàm eorum, qui credide-runt, quàm eorum, qui credere noluerunt in Mahumetum in Mecca.

I. *Per Stellam.*] Gelal, & Zamchaſcerius volunt hìc ſignificari الثريا *Plejades*. Jahias: تفسير ابن عباس قال يقول والوحى اذا أُنزل وتفسير الحسن بعنى الكواكب اذا انتثرت والنجم عنده جماعة النجوم: *Expoſitio Ebn-abbas eſt: Per revelationem, quandò à Deo facta fuerit. Sed expoſitio Alhaſan eſt: Per Stellas, quandò ſparſæ fuerint. Itaut apud eum Stella accipiatur genericè pro omnibus ſtellis.* Nonnulli putant, eſſe hìc prædictionem de diſperſione Stellarum in die Judicii. Ita infelices Moslemi diſtillant ingenia in Prophetæ ſui nugis ad ſenſum aliquem ſerium reducendis, quem ille, ne ſomniavit quidem.

V. *Docuit eum.*] Longa eſt fabula chimericę hujus revelationis, ſeu apparitionis, quam breviter innuit Gelal in ſua expoſitione his verbis: علّمه اياه ملك شديد القوى دو مرّة قوة وشدّة او منظر حسن اى جبراييل عم فاستوى استقرّ وهو بالافق الاعلى افق الشمس اى عند مطلعها على صورة التى خُلق عليها فراءه النبى ص فخرّ مغشيًا عليه وكان قد تمالة ان يُريه نفسه على صورته التى خُلق عليها فواعده فنزل جبراييل عم فى صورة الادميين ثم دنا قرب منه فتدلّى: *Docuit eum revelationem illam Angelus validus viribus, præditus robore, virtute, & fortitudine; ſeu pulcher aſpectu (ideſt Gabriel, cui ſit pax) Conſedit enim* (ideſt firmus conſtitit) *& erat in horizonte, ſeu in plaga Cœli, in qua Sol oriebatur in forma, qua creatus fuerat. Viditque eum Prophetа Mahumetus, & deliquium paſſus corruit. Jam*

verò

verò petierat à Gabriele, ut seipsi manifestaret in ea forma, in qua creatus fuerat. Promisitque ei Gabriel: & descendit ad eum in forma humana. Tunc accessit prope ad eum, & vicinior factus est.

VII. *In horizonte.*] Vox Arabica الافق significat tàm horizontem, quàm partem quamlibet Cœli, vel Mundi: immò, & ipsum Mundum.

IX. *Duorum arcuum.*] Exponunt quidam ذراعين *duorum cubitorum*. Et quidem قوس tàm arcum, quàm cubitum significat.

X. *Revelavitque servo suo id, quod revelavit.*] Exponunt nonnulli: Revelavitque Deus Gabrieli servo suo id, quod Gabriel revelavit Mahumeto. Sed modus loquendi Arabicus videtur exigere, ut utrumque, *revelavit* ad Mahumetum referatur.

XIII. *Vidit eumdem vice altera.*] Nimirùm, ut exponit Gelal: لما اُسرى بـــه الى السموات: *cum nocturno tempore translatus est in Cœlum.*

XIV. *Juxta Locum Termini.*] Lotus, Arabicè سدرة *Sedra* est juxta Gelalem: شجرة تنبق عـــن يمين العرش لا يتجاوز احد مـــن الملايكة وغيرهـــم: *arbor Nebec, sita à dextris Throni Dei, ultra quam nulli Angelorum, vel aliorum Cœligenarum, transire fas est.* Ideò appellatur Lotus Termini. Alii tamen sentiunt ita appellari, quia ad eam scientia omnis Primorum, & novissimorum terminatur. Porrò Sedra est species arboris Loti. Sed puto, hìc esse nomen proprium arboris Paradisi.

XV. *Hortus receptaculi.*] Ita appellatur hic hortus, seu Paradisus, quia, ut ait Gelal: تاوى اليها الملايكة او ارواح الشهدا والمتقيـــن: *recipiuntur in eum Angeli, seu animæ Martyrum, & Piorum.*

XVI. *Id, quod operiebat.*] Nimirùm, ut exponit Gelal: مـــن طير وغيره *volucres, & alia animalia*, quæ super arborem Sedra considebant.

XVIII. *De signis Domini sui maximis.*] Hæc signa ita refert Gelal: فراى من عجايب الملكوت رفرفـــا خضرًا سدّ افق السمآ وجبراييل له ستماية جناح: *Vidit autem inter res mirabiles Regni Cœlestis aulæum viride, quod cooperuerat horizontem Cœli: & Gabrielem, qui habebat sexcentas alas.*

XIX. *Allata, & Aloza, & Manata.*] Erant hæc tria Idola Meccanorum, de quibus alibi dictum est.

XXIII. *An erit homini id, quod desiderat?*] Nimirùm, ut explicat Gelal: ان الاصنام تشفع لهـــم عند اللـــه: *ut Idola intercedant pro eo apud Deum.*

XLVI. *Dominus Caniculæ.*] Vox Arabica الشعرى *Canicula*: exponitur à Gelal: كوكـــب خلـــق الجوزا كانت تُعبد فى الجاهليـــة: *Stella, quæ est à tergo Geminorum, & quæ colebatur tempore Idololatriæ.*

XLVII. *Adæos priores.*] Nam, ut notat Gelal, alii fuerunt tempore Hud Prophetæ: alii verò posteriores, tempore Saleh.

REFUTATIONES.

I. Terùm propalat Mahumetus stultitiam suam. Asserebant Meccani, illum in errore versari: à Dæmone, vel nebulone aliquo deceptum fuisse: Alcoranum esse cerebri illius figmentum: nullo modo Deum res tam ineptas, atque absurdas ei revelare detulisse. Quid ille? Divinum jusjurandum interponit ad causam suam tuendam. Jurat Deus Meccanis per stellam, cum jam occubuerit, eosdem toto Cœlo errare in iis, quæ de Propheta suo deblaterabant. Nihil dico de tam impio Juramento. Unum illud inquiro, utrum Meccani Deum jurantem audierint: an verò Mahumetus solus. Primum dici non potest. Fides igitur hujus Juramenti erat penes Mahumetum: nimirùm ipse de se testimonium perhibebat, nulloque certo, vel probabili argumento utebatur, quo adversariis persuaderetur, verum esse id, quod ipse affirmabat, nullam igitur majorem rationem habebant Meccani credendi, Deum aliquid Mahumeto revelasse, quàm illud idem ipsi juravisse. Hoc verò nihil aliud erat, quàm rudibus illis hominibus illudere.

II. Eamdem notam merentur, quæ de visione Gabrielis sive in horizonte, sive in Paradiso juxta arborem Loti commemorat. Hæc enim nullum testem habebant præter ipsum Mahumetum, qui ea se vidisse affirmabat: at nullo argumento, vel testimonio, cui credi posset, confirmabat. Nihil verò impostoribus facilius est, vel usitatius, quàm Divinas visiones, ac revelationes confingere, sed objicient Mahumetani, hoc idem de veris, ac Sanctis Prophetis dici posse. At falsum est hoc: nam hi talia veracitatis revelationis à Deo sibi factæ argumenta ostendebant, ut nullo modo posset de ea, nisi temere dubitari. Hoc autem Mahumeto nullo modo convenit. Deindè tàm nos, quàm Mahumetani firmissimè credimus, nihil in Prophetis falsum esse, sed omnia divinam continere veritatem. Absit autem, ut nos hoc ipsum de Mahumeto credamus nos, quòd si illi credunt, nullum solidum credendi habent fundamentum.

سورة

سورة القمر مكيّة خمسٌ وخمسون آية

SURA LIV.

LUNA.

MECCANA:

COMMATUM QUINQUAGINTA QUINQUE.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 اقتربت الساعة وانشق القمر ۞ 2 وإن يروا آية يعرضوا ويقولوا سحر مستمر ۞ 3 وكذبوا
واتبعوا أهواءهم وكل أمر مستقر ۞ 4 ولقد جاءهم من الأنباء ما فيه مزدجر ۞ 5 حكمة
بالغة فما تغن النذر ۞ 6 فتول عنهم يوم يدع الداع إلى شيء نكر ۞ 7 خشعا أبصارهم
يخرجون من الأجداث كأنهم جراد منتشر ۞ 8 مهطعين إلى الداع يقول الكافرون هذا يوم
عسر ۞ 9 كذبت قبلهم قوم نوح فكذبوا عبدنا وقالوا مجنون وازدجر ۞ 10 فدعا ربه
أني مغلوب فانتصر ۞ 11 ففتحنا أبواب السماء بماء منهمر ۞ 12 وفجرنا الأرض عيونا
فالتقى الماء على أمر قد قدر ۞ 13 وحملناه على ذات ألواح ودسر ۞ 14 تجري
بأعيننا جزاء لمن كان كفر ۞ 15 ولقد تركناها آية فهل من مدكر ۞ 16 فكيف
كان عذابي ونذر ۞ 17 ولقد يسرنا القرآن للذكر فهل من مدكر ۞ 18 كذبت
عاد فكيف كان عذابي ونذر ۞ 19 إنا أرسلنا عليهم ريحا صرصرا في يوم نحس مستمر ۞
20 تنزع الناس كأنهم أعجاز نخل منقعر ۞ 21 فكيف كان عذابي ونذر ۞ 22 ولقد
يسرنا القرآن للذكر فهل من مدكر ۞ 23 كذبت ثمود بالنذر ۞ 24 فقالوا أبشرا
منا واحدا نتبعه إنا إذا لفي ضلال وسعر ۞ 25 ألقي الذكر عليه من بيننا بل هو كذاب
أشر ۞ 26 سيعلمون غدا من الكذاب الأشر ۞ 27 إنا مرسلوا الناقة فتنة لهم فارتقبهم
واصطبر ۞ 28 ونبئهم أن الماء قسمة بينهم كل شرب محتضر ۞ 29 فنادوا صاحبهم فتعاطى
فعقر ۞ 30 فكيف كان عذابي ونذر ۞ 31 إنا أرسلنا عليهم صيحة واحدة فكانوا

كَهشيمِ المحتظرِ ۞ 31 ولقد يسرنا القرآن للذكرِ فهل من مدكرٍ ۞ 32 كذبت
قوم لوطٍ بالنذرِ ۞ 33 انا ارسلنا عليهم حاصبا الا آل لوطٍ نجيناهم بسحرٍ ۞ 34 نعمة من
عندنا كذلك نجزي من شكر ۞ 35 ولقد انذرهم بطشتنا فتماروا بالنذرِ ۞ 36 ولقد
راودوه عن ضيفه فطمسنا اعينهم فذوقوا عذابي ونذرِ ۞ 37 ولقد صبحهم بكرة عذاب
مستقر ۞ 38 فذوقوا عذابي ونذرِ ۞ 39 ولقد يسرنا القرآن للذكرِ فهل من مدكرٍ ۞
40 ولقد جاء آل فرعون النذر ۞ 41 كذبوا بآياتنا كلها فاخذناهم اخذ عزيز مقتدرٍ ۞
42 أكفاركم خير من اولائكم ام لكم براءة في الزبرِ ۞ 43 ام يقولون نحن جميع
منتصر ۞ 44 سيهزم الجمع ويولون الدبر ۞ 45 بل الساعة موعدهم والساعة ادهى
وامر ۞ 46 ان المجرمين في ضلال وسعرٍ ۞ 47 يوم يسحبون في النار على وجوههم ذوقوا
مس سقر ۞ 48 انا كل شيء خلقناه بقدرٍ ۞ 49 وما امرنا الا واحدة كلمح بالبصرِ ۞
50 ولقد اهلكنا اشياعكم فهل من مدكرٍ ۞ 51 وكل شيء فعلوه في الزبرِ ۞ 52 وكل
صغيرٍ وكبيرٍ مستطرٍ ۞ 53 ان المتقين في جنات ونهرٍ ۞ 54 في مقعد صدقٍ ۞ 55 عند
مليك مقتدرٍ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. APpropinquavit Hora: & ſciſſa eſt Luna: 2. Quod ſi *Infideles* viderint aliquod ſignum, longè recedent, & dicent: Præſtigium potentiſſimum. 3. Et mendacii inſimulaverunt *Mahumetum*: & ſectati ſunt concupiſcentias ſuas. Sed omnis res eſt ſtabiliter permanſura. 4. Et jam quidem venit ad eos de hiſtoriis illud *notitiæ*, in quo *poteſt eſſe illis ſufficiens* inhibitio, *ut recedant ab errore ſuo*. 5. Sapientia conſummata *poſſunt eſſe illis hæc exempla*: ſed non proſunt *eis* commonitores. 6. Recede ergo ab eis. Die, qua vocabit Vocans ad rem arduam (*ideſt Aſraphel ad Judicium*). 7. Dejectis oculis ſuis exibunt *homines* ex monumentis, quaſi ipſi eſſent locuſtæ ſparſim diffuſę. 8. Accurrentes projecta cervice ad Vocantem. Dicent Infideles: Hæc eſt dies difficilis. 9. Mendacii redarguerunt ante eos (*ideſt Meccanos*) gentes Noe; mendacii, inquam, redarguerunt *ipſum Noe* ſervum noſtrum; & dixerunt: *Hic eſt* dæmoniacus. Et cum increpatione rejectus eſt. 10. Invocavit igitur Dominum ſuum, *dicens*: Ego ſanè ſum victus (*ideſt hi prævalent contra me*) vindica igitur me. 11. Itaque aperuimus portas Cœli cum aqua copiosè affluente. 12. Et erumpere fecimus terram in fontes: itaut occurreret ſibi aqua *è Cęlo*, & *è terra*, juxta decretum, quod jam ſtatutum fuerat *à nobis*. 13. Et portavimus eum ſuper *arcam* conſtantem tabulis, & compaginamentis. 14. Currebat in oculis noſtris; in remunerationem illius, qui fuerat ingratè rejectus (*ideſt Noe*). 15. Et jam quidem reliquimus eam in ſignum. An verò eſt ullus *propterèà* commonefactus? 16. Quomodò verò fuit pęna mea, & comminatio mea? 17. Et jam quidem facilitavimus Alcoranum ad commonitionem: ſed eſtne ullus commonefactus? 18. Mendacium impoſuerunt Adęi *Prophetæ ſuo Hud*. At quomodò fuit pœna mea, & comminatio mea! 19. Certè nos miſimus ſuper eos ventum perſtrepentem in die infauſtitatis perſeverantis. 20. Elevabat homines, quaſi ipſi eſſent trunci palmæ evulſę. 21. Et quomodò fuit pœna mea, & comminatio mea! 22. Et jam quidem

facili-

facilitavimus Alcoranum ad commonitionem. An verò fuit ullus commonefactus? 23. Mendacii incusaverunt Themudæi Prædicatores *suos (ideſt Saleh, & ſocios ejus)*. 24. Dixerunt enim: An hominem ex nobis unum ſequemur eum? Certè nos propterea eſſemus ſanè in errore, & amentia. 25. An conjecta eſt prædicatio ſuper eum inter nos? Quin potiùs ipſe eſt mentitor, jactator. 26. *Dixit Deus ad Saleh*; Scient porrò cras, quis ſit mentitor, jactator. 27. Nos quippe miſſuri ſumus Camelam ad probationem eorum. At *tu* obſerva eos, & patienter ſuſtine. 28. Et edic eis, quòd aqua erit partitio inter eos cuilibet potationi eſt aſſiſtendum. 29. Advocaverunt ergo ſocium ſuum *Codar, ut occideret eam*: & apprehendit *gladium*, & occidit *eam*. 30. Quomodò verò fuit pœna mea, & comminatio mea! Quippe nos miſimus ſuper eos vociferationem unam, & fuerunt veluti materies arida ad ſtabula inſtructa. 31. Et jam quidem facilitavimus Alcoranum ad commonitionem: an verò eſt ullus commonefactus? 32. Mendacii inſimulavit populus Lot prædicationem *ejus*. 33. Nos verò miſimus ſuper eos *ventum* glareas ejaculantem, *quo omnes perierunt* præter familiam Lot: liberavimus eos *(ideſt familiam Lot)* in tempore matutino. 34. Per gratiam ex nobis. Ita remuneramus eum, qui gratus fuerit. 35. Et jam quidem comminatus fuerat illis *Lot* vehementiam noſtram *in puniendo*: *at illi* diſputaverunt inter ſe de comminatione *illius*. 36. Et jam quidem requiſierunt eum pro hoſpitibus ipſius, *ut eos ſibi concederet ad uſum nefarium*: ſed delevimus oculos eorum, *itaut locus oculorum cum reliqua carne complanaretur*: & *diximus eis*: Guſtate ergo pœnam meam, & comminationem meam. 37. Et jam quidem manicavit ad eos diluculò pœna perſeverans *(ideſt manè mortui ſunt, & deſcenderunt in Gehennam)*. 38. Guſtate ergo pœnam meam, & comminationem meam. 39. Et jam quidem facilitavimus Alcoranum ad commonitionem: an verò eſt ullus commonefactus? 40. Et jam quidem venit ad familiam Pharaonis comminatio. 41. Mendacium confinxerunt in ſignis noſtris omnibus. Quamobrem ſuſtulimus eos ſublatione valida, potenti. 42. An Infideles veſtri, *ò Meccani*, meliores ſunt, quàm *fuerint* iſti? An *promittitur* vobis immunitas *ab ira Dei* in Sacris voluminibus? 43. An dicent: Nos ſumus congregatio prævalitura *contra Mahumetum*? 44. Mox diſſipabitur *hæc* congregatio, & retrò vertent terga. 45. Atqui Hora *(ideſt Dies Judicii)* eſt tempus conſtitutum promiſſioni eorum *(ideſt pœnæ illis promiſſæ.)* Et Hora erit calamitoſior, & amarior, *quàm pœna hujus Sæculi*. 46. Certè ſcelerati ſunt in errore *in hoc ſæculo*: & in igne ardenti *erunt in futuro*. 47. Die, qua trahentur per ignem ſuper facies ſuas: *& dicetur illis*: Guſtate tactum Tartari. 48. Certè nos omnem rem creavimus cum provida diſpoſitione. 49. Et non eſt imperium noſtrum, niſi unicum *verbum Eſto*, ad inſtar ictus oculi. 50. Et jam quidem perdidimus *populos* ſimiles vobis; an verò propterea eſt ullus commonefactus? 51. Omnis autem res, quam fecerint, ſcribetur in Libris. 52. Et omne *opus* parvum, & magnum deſcribendum eſt in Tabula aſſervata. 53. Porrò Pii erunt in hortis, & fluminibus. 54. In conſeſſu veritatis. 55. Apud Regem potentiſſimum.

NOTÆ.

INſcribitur hæc Sura القمر *Lunæ*, quia in primo ejus verſu fit mentio de prodigioſa Lunæ ſciſſura, de qua mox dicendum. Aliqui inſcribitur اقتربت *Appropinquavit*, à prima ejuſdem verſus dictione. Eſt tota Meccana, juxta Jahiam. Sed Gelal excipit verſum 44. qui incipit: *Mox diſſipabitur*. Tribuuntur illi communiter commata quinque ſupra quinquaginta. De præmio Lectoris hæc habet Zamchaſcerius: من قراء سورة القمر فى كل عـــــب بعثه الله فى يوم القيمة ووجهه مثل القمر ليلة القمر *Qui legerit Suram Lunæ in omni luce* (ideſt in omni ortu Lunæ, vel Solis) *ſuſcitabit eum Deus die Reſurrectionis, & habebit faciem ſimilem Lunæ in nocte Lunæ* (ideſt in plenilunio.)

I. *Et ſciſſa eſt Luna.*] Duplex eſt hìc Moslemorum expoſitio. Nonnulli enim putant, indicari hoc loco miraculum à Mahumeto patratum, dùm Lunam diſcidit in duas partes. Nonnulli verò ſentiunt, nihil tale hìc eſſe intelligendum: ſed tantummodò ſignificari, propinquam eſſe horam, ſeu diem Judicii, cujus unum ſignum erat ſciſſio Lunæ: itaut tempus præteritum, *ſciſſa eſt*; more prophetico accipi debebat pro futuro, *ſcindetur*; ſed audiamus Zamchaſcerium. انشاق القمر من ايات رسول اللـــــه معجزاته

ومعجزاته عن انس ابن مالك ان الكفار سألوا رسول الله ايةً وانشق القمر فرقتين وكذا عن ابن عباس وابن مسعد : قال ابن عباس انفلق فلقتين فلقة ذهبت وفلقة بقيت : وقال ابن مسعود رايت حراء بين فلقى القمر وعن بعض الناس ان معناه ينشق يوم القيمة : وفى قراة حذيفة وقد انشق القمر اى اقتربت الساعة وقد حصل من ايات اقترابها انه القمر قد انشق :

Scissio Lunæ fuit unum ex signis Legati Dei, & miraculis ejus illustribus. Habetur ex Anas filio Malec, infideles postulasse à Legato Dei aliquod signum: & dississa est Luna in duas partes. Et ita habetur ex Ebn-Abbas, & Ebnomasaud. Dixit Ebn-abbas: Divisa est Luna in duas partes, quarum una abiit, & altera remansit. Dixit verò Ebnomasaud: Vidi Montem Hara positum inter duas partes Lunæ divisas. Quidam verò volunt significationem horum verborum esse: Discindetur Luna in die Resurrectionis. Legit Hodeipha: Etiam scissa est Luna: ideſt; appropinquavit dies Judicii: jam enim apparuit unum ex signis appropinquationis ejus quandòquidem jam Luna scissa est. Beidavius celeberrimus Alcorani Interpres hæc habet روى ان الكفار سألوا رسول الله ايةً فانشق القمر وقيل معناه سينشق يوم القيمة :

Fertur, Infideles postulasse à Legato Dei signum: & scissa est Luna. Alii dicunt significari per hæc verba, scindendam esse Lunam in die Resurrectionis.

II. *Potentissimum.*] Vox Arabica مستمر exponitur à quibusdam hoc loco دايم *perpetuum*, seu *continuatum*. Quasi dicerent: Mahumetus perpetuò nos præstigiis suis illudit. Potest etiam exponi, *transiens*: quasi nihil habeat firmi, & stabilis; sed merum sit spectrum.

III. *Sed omnis res est stabiliter permansura.*] Idest, juxta Moslemorum explicationem, omnis res sive bona, sive mala perseverabit quoad præmium, vel pœnam cum authoribus suis, sive in Paradiso, sive in Gehenna.

V. *Commonitores.*] Vox Arabica النُّذُر, aliquandò accipitur pluraliter à singulari نذير *commonitor*, seu *comminator*, quemadmodùm in hoc loco: aliquandò singulariter pro *commonitione*, vel *commination*e, ut sæpè infrà.

XIII. *Et compaginamentis.*] Nempè ad tabulas connectendas.

XIV. *In oculis nostris.*] Ideſt à nobis custodita ad servandum Noe, ita meritum à diluvio.

XVII. *Facilitavimus Alcoranum ad commination*em.] Explicat Gelal: سهلناه للحفظ او هيأناه للذكر : *planum, ac facilem fecimus eum, & faciliùs posset custodiri, seu mandari memoriæ: vel, ut meliùs possent homines eo erudiri, & commenefieri.* Itaut الذكر duplicem hìc habeat significationem, memoriæ scilicet, & commonitionis.

XIX. *In die infaustitatis perseverantis.*] Vox Arabica مستمر duplicem habet apud Gelalem expositionem دايم الشوم *perpetuæ, seu perseverantis in infelicitate*: & قوية *fortis, seu validæ*, nimirùm in calamitate. & infortunio. Posset enim exponi, *transeuntis*, sensu contrario. Jahias: وكان ذلك يوم الاربعا الى الاربعا, *Fuit autem dies hæc feria quarta, seu Mercurii, & perseveravit infortunium usque ad feriam quartam sequentem.*

XXVII. *Nos quippe missuri sumus Camelam.*] De hac Camela, itemque de Adæis, & Themudæis, & hujusmodi nugis sexcenties decantatis, vide, quæ alibi dicta sunt.

XXVIII. *Et edic eis, quòd aqua erit partitio inter eos.*] Sensus totius versiculi est: Aqua fluminis ita destinabitur, ut una die bibat ex eo Camela tantùm cum pullo suo: altera autem populus tantùm: & tàm, quandò bibit Camela, & pullus, quàm, quandò bibit populus, sint præsentes, ne hic ordo intervertatur. Illa autem verba كل شرب محتضر, quæ ad verbum minus latinè verterentur: *Omnis bibitio præsentianda*, seu præsentiam habitura: exponuntur à Gelale: يحضره القوم يومهم والناقة يومها: *Præsens erit illi populus in die suo: & Camela in die suo.* Sed expositio jam allata videtur esse verior, & magis legitima.

REFUTATIONES.

I. IAm tandem post tot repulsas Meccanorum postulationibus à Mahumeto factas, postque tot protestationes, se missum non esse ad miracula patranda, quæ alioqui forent illis prorsùs inutilia: eorundem importunitate compulsus, patrat miraculum Mahumetus, & coram multis Lunam in duas partes discindit. Hoc scilicet, post innumeras vestigationes, toto ingenii conatu adhibito, expiscati sunt Moslemi acutiores Prophetæ sui prodigium in Alcorano. Verùm nullam hìc miraculum indicari, asserunt plures ex Mahumetanis, ut suprà vidimus, ex testimonio Zamchascerii, & Beidavii. Volunt enim hi, agi in hoc loco tantummodò de die Judicii supremi, & de uno signorum illam præcedentibus: itaut sensus sit: Appropinquavit dies Judicii: quamobrem scindetur Luna ad illius propinquitatem indicandam. Hoc apertè ostendit particula ف in verbo فانشق: quæ particula dicitur *consecutionis* ac si dicat: Appropinquavit dies Judicii, & consequenter scindetur Luna. Quòd si dicas cum quibusdam Expositoribus, Mahumetum loqui de scissione Lunæ jam à se facta, ut sensus sit: Appropinquavit dies Judicii, jam enim scissa est Luna, quod est signum proximi illius adventus: Respondeo, valdè arroganter tribuere sibi Mahumetum miraculum illud, quod ex Divina præordinatione jam statutum erat ad indicandum omnibus diem Judicii. Præterea mendacem se, vel deceptum manifestè ostenderet, assignando pro signo proximo diei Judicii scissionem Lunæ à se factam, postquam transierunt jam plusquam mille anni, nec tamen dies Judicii advenit, neque ullum illius vestigium certum apparet. Dices fortasse, etiam

iam ſanctum Gregorium Magnum, qui vixit paucis annis ante Mahumetum, exiſtimaſſe, diem Judicii jam eſſe proximam, putando, calamitates ſui temporis, & præſertim peſtes, ac bella eſſe ſigna illius. Reſpondeo, Sanctum Gregorium, tamquam hominem locutum fuiſſe, non ex Divina revelatione, ſed ex propria opinione. At Mahumetus ex Divino Oraculo ſe loqui profitetur: quamobrem, vel ipſe mendax eſt; vel mendacium Deus illi revelavit. Huc accedit, ſciſſionem Lunæ nuſquam, & nunquam in ſacris litteris ſupremi Judicii ſignum nobis aſſignari. Nihilominùs, quòd Mahumetus ſignum aliquod, vel prodigium in Luna, vel per Lunam Meccanis ſuis oſtenderit, non eſt prorsùs improbabile. Nihil ſolemnius Magis; Veneficis, ac Præſtigiatoribus, quàm hujuſmodi monſtra per Lunam oſtentare. Quamobrem Virgilius Ecl. 4. ſcripſit de hujuſmodi præſtigiis, ſeu excantationibus.

Carmina vel Cœlo poſſunt deducere Lunam. Quæ verba exponens illius interpres: *E cunctis* (inquit) *aſtris Luna veteribus ita credebatur ſubdita eſſe Veneficarum cantionibus, ut quoties his liberet, ea è Cœlo, vel invita deduceretur*. Sed de fictitio hoc Mahumeti miraculo, quod etiam apud noſtros joci gratia commemoratur, vide, quæ alibi à nobis dicta ſunt, præſertim in Prodromo par. 2. cap. 4. pag. 16.

II. Populum Lot, Sodomitas ſcilicet, punitum fuiſſe à Deo per lateres, ſeu lapides coctos miſſos è cœlo, & per ſubverſionem Urbium ejus, ſupra ſæpiùs aſſeruit. Hìc verò per حاصبا, *ventum*, ſcilicet, *glareas*, ſeu lapillos *ejaculantem* (quemadmodùm Interpretes omnes, & Lexica Arabica exponunt) perditum fuiſſe pronunciat. Ut verò in hoc inconſtantem ſe oſtendit Mahumetus; ita fide indignum ſe facit, dùm Sodomitas ita excæcatos fuiſſe ſignificat, ut ſedes oculorum cum reliqua facie complanaretur: hoc enim nullum habet in ſacris litteris fundamentum, in quibus legimus, Sodomitas tantummodò excæcatos fuiſſe, ita ut Domum Lot invenire non poſſent.

III. Pluriès hìc intercalari verſu inducit Mahumetus Deum affirmantem ſe facilem, ac planum feciſſe Alcoranum, ut omnes poſſent illum capere, ac memoria tenere, perque illum commonefieri. Hoc verò manifeſtè pugnat cum eo, quod de Divina Alcorani eloquentia, ſtylique incomparabili ſublimitate, non ſolùm Doctores Moslemi, ſed Alcoranus ipſe teſtatur: ex quorum etiam ſententia, nonniſi Deus, & quem Deus voluerit, poteſt Alcorani ſenſum percipere. Cæterùm liber iſte adeò obſcurus, confuſus, & ambiguus eſt, ut Doctiſſimi Mahumetanorum in illius ſenſu aſſequendo, & multum, & fruſtra ſæpè deſudent.

سورة الرحمٰن مكيّة ثمان وسبعون آية

SURA LV.

MISERATOR.

MECCANA:

COMMATUM SEPTUAGINTA OCTO.

بسم الله الرحمٰن الرحيم ❋

1 الرَّحْمٰنُ ۞ 2 عَلَّمَ الْقُرْآنَ ۞ 3 خَلَقَ الْإِنْسَانَ ۞ 4 عَلَّمَهُ الْبَيَانَ ۞ 5 الشَّمْسُ وَالْقَمَرُ
بِحُسْبَانٍ ۞ 6 وَالنَّجْمُ وَالشَّجَرُ يَسْجُدَانِ ۞ 7 وَالسَّمَاءَ رَفَعَهَا وَوَضَعَ الْمِيزَانَ ۞ 8 أَلَّا تَطْغَوْا فِي
الْمِيزَانِ ۞ 9 وَأَقِيمُوا الْوَزْنَ بِالْقِسْطِ وَلَا تُخْسِرُوا الْمِيزَانَ ۞ 10 وَالْأَرْضَ وَضَعَهَا لِلْأَنَامِ ۞
11 فِيهَا فَاكِهَةٌ وَالنَّخْلُ ذَاتُ الْأَكْمَامِ ۞ 12 وَالْحَبُّ ذُو الْعَصْفِ وَالرَّيْحَانُ ۞ 13 فَبِأَيِّ آلَاءِ
رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 14 خَلَقَ الْإِنْسَانَ مِنْ صَلْصَالٍ كَالْفَخَّارِ ۞ 15 وَخَلَقَ الْجَانَّ مِنْ مَارِجٍ
مِنْ نَارٍ ۞ 16 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 17 رَبُّ الْمَشْرِقَيْنِ وَرَبُّ الْمَغْرِبَيْنِ ۞ 18 فَبِأَيِّ
آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 19 مَرَجَ الْبَحْرَيْنِ يَلْتَقِيَانِ ۞ 20 بَيْنَهُمَا بَرْزَخٌ لَا يَبْغِيَانِ ۞
21 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 22 يَخْرُجُ مِنْهُمَا اللُّؤْلُؤُ وَالْمَرْجَانُ ۞ 23 فَبِأَيِّ آلَاءِ
رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 24 وَلَهُ الْجَوَارِ الْمُنْشَآتُ فِي الْبَحْرِ كَالْأَعْلَامِ ۞ 25 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا
تُكَذِّبَانِ ۞ 26 كُلُّ مَنْ عَلَيْهَا فَانٍ ۞ 27 وَيَبْقَى وَجْهُ رَبِّكَ ذُو الْجَلَالِ وَالْإِكْرَامِ ۞
28 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 29 يَسْأَلُهُ مَنْ فِي السَّمَوَاتِ وَالْأَرْضِ كُلَّ يَوْمٍ هُوَ فِي شَأْنٍ ۞
30 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 31 سَنَفْرُغُ لَكُمْ أَيُّهَ الثَّقَلَانِ ۞ 32 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا
تُكَذِّبَانِ ۞ 33 يَا مَعْشَرَ الْجِنِّ وَالْإِنْسِ إِنِ اسْتَطَعْتُمْ أَنْ تَنْفُذُوا مِنْ أَقْطَارِ السَّمَوَاتِ وَالْأَرْضِ
فَانْفُذُوا لَا تَنْفُذُونَ إِلَّا بِسُلْطَانٍ ۞ 34 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 35 يُرْسَلُ عَلَيْكُمَا
شُوَاظٌ مِنْ نَارٍ وَنُحَاسٌ فَلَا تَنْتَصِرَانِ ۞ 36 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 37 فَإِذَا انْشَقَّتِ
السَّمَاءُ فَكَانَتْ وَرْدَةً كَالدِّهَانِ ۞ 38 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 39 فَيَوْمَئِذٍ لَا يُسْأَلُ

عَنْ

عَنْ ذَنْبِهِ إِنْسٌ وَلَا جَانٌّ ۞ 40 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ 41 يُعْرَفُ الْمُجْرِمُونَ بِسِيمَاهُمْ
فَيُؤْخَذُ بِالنَّوَاصِي وَالْأَقْدَامِ ۞ 42 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 43 هَذِهِ جَهَنَّمُ الَّتِي
يُكَذِّبُ بِهَا الْمُجْرِمُونَ ۞ 44 يَطُوفُونَ بَيْنَهَا وَبَيْنَ حَمِيمٍ آنٍ ۞ 45 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا
تُكَذِّبَانِ ۞ 46 وَلِمَنْ خَافَ مَقَامَ رَبِّهِ جَنَّتَانِ ۞ 47 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞
48 ذَوَاتَا أَفْنَانٍ ۞ 49 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 50 فِيهِمَا عَيْنَانِ تَجْرِيَانِ ۞ 51 فَبِأَيِّ
آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 52 فِيهِمَا مِنْ كُلِّ فَاكِهَةٍ زَوْجَانِ ۞ 53 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا
تُكَذِّبَانِ ۞ 54 مُتَّكِئِينَ عَلَى فُرُشٍ بَطَائِنُهَا مِنْ إِسْتَبْرَقٍ وَجَنَى الْجَنَّتَيْنِ دَانٍ ۞ 55 فَبِأَيِّ
آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 56 فِيهِنَّ قَاصِرَاتُ الطَّرْفِ لَمْ يَطْمِثْهُنَّ إِنْسٌ قَبْلَهُمْ وَلَا جَانٌّ ۞
57 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 58 كَأَنَّهُنَّ الْيَاقُوتُ وَالْمَرْجَانُ ۞ 59 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا
تُكَذِّبَانِ ۞ 60 هَلْ جَزَاءُ الْإِحْسَانِ إِلَّا الْإِحْسَانُ ۞ 61 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞
62 وَمِنْ دُونِهِمَا جَنَّتَانِ ۞ 63 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 64 مُدْهَامَّتَانِ ۞ 65 فَبِأَيِّ
آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 66 فِيهِمَا عَيْنَانِ نَضَّاخَتَانِ ۞ 67 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞
68 فِيهِمَا فَاكِهَةٌ وَنَخْلٌ وَرُمَّانٌ ۞ 69 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 70 فِيهِنَّ خَيْرَاتٌ
حِسَانٌ ۞ 71 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 72 حُورٌ مَقْصُورَاتٌ فِي الْخِيَامِ ۞ 73 فَبِأَيِّ
آلَاءِ رَبِّكُمَا تُكَذِّبَانِ ۞ 74 لَمْ يَطْمِثْهُنَّ إِنْسٌ قَبْلَهُمْ وَلَا جَانٌّ ۞ 75 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا
تُكَذِّبَانِ ۞ 76 مُتَّكِئِينَ عَلَى رَفْرَفٍ خُضْرٍ وَعَبْقَرِيٍّ حِسَانٍ ۞ 77 فَبِأَيِّ آلَاءِ رَبِّكُمَا
تُكَذِّبَانِ ۞ 78 تَبَارَكَ اسْمُ رَبِّكَ ذِي الْجَلَالِ وَالْإِكْرَامِ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. MIſerator 2. Docuit Alcoranum. 3. Creavit hominem, 4. Docuit eum diſtinctionem (*ideſt diſtinctam locutionem*) 5. Sol, & Luna *currunt* cum computo (*ideſt certa regula*). 6. Et germina ſedentaria, & arbores adorant *Deum*. 7. Et Cœlum exaltavit, & poſuit trutinam. 8. Ut non prævaricemini in trutina (*ideſt in juſtitia ſervanda*). 9. Et ſervate pondus cum juſtitia: & ne imminuatis trutinam. 10. Terram verò poſuit creaturis. 11. In ea *ſunt* poma, & palmæ habentes florum involucra. 12. Et granum habens paleam, & frondes. 13. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini. 14. Creavit hominem ex luto arido velut teſta. 15. Et creavit Genium ex puro ignis. 16. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini? 17. Dominus Orientium, & Dominus Occidentium. 18. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini? 19. Liberè dimiſit duo Maria, *dulce*, & *Salſum*, ut ſibi invicem occurrerent. 20. Inter utrumque *poſuit* repagulum, *propter quod* non appetent ſeſe mutuò (*ideſt non miſcebuntur inter ſe*). 21. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini? 22. Egrediuntur ex utroque uniones, & margaritæ exiguiores. 23. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini? 24. Et ipſius *opus ſunt* naves conſtructæ in Mari ad inſtar montium. 25. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini? 26. Omnis, qui *eſt* ſuper eam (*ideſt Terram*) defecturus *eſt*.

eſt . 27. Et remanebit facies Domini tui prædita gloria , & honorificentia . 28. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 29. Rogat eum , is , qui *eſt* in Cœlis , & Terra : omni die ipſe *eſt* in opere . 30. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 31. Vacabimus vobis , ô duo pondera (*ideſt ò Genii , & homines*) . 32. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 33. O cętus Geniorum , & hominum , ſi poteſtis exire ex finibus Cœlorum , & Terræ : exite . Non exibitis , niſi cum poteſtate (*ideſt cum facultate noſtra*) . 34. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 35. Mittetur ſupra vos flamma ignis carens fumo , & fumus carens flamma : neque defendetis vos *ab eo* . 36. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 37. Quandò verò diſciſſum fuerit Cœlum , & fuerit *rubrum* , *ſicut* roſa , veluti pellis rubra : *quantus erit terror veſter* ? 38. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 39. Die autem illa non exigetur ratio de peccato ſuo ab ullo homine , neque Genio . 40. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 41. Cognoſcentur ſcelerati ex ſignis ſuis (*nempè ex nigra facie , & oculis cæſiis*) & arripientur per comas frontis , & pedes , & *projicientur in Tartarum* . 42. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 43. Hæc eſt Gehenna , quam negabant ſcelerati . Circuibunt inter eam , & inter aquam fervidam calidiſſimam . 44. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 45. Ei autem , qui timuerit præſentiam Domini ſui , *erunt* duo horti . 46. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 47. Ornati ramis (*ideſt arboribus*) . 48. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 49. In illis utriſque *erunt* duo fontes , *qui* current . 50. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 51. In horum utroque ex omni pomo *erunt* duo genera . 52. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 53. Accumbentes *erunt* ſuper lectos , quorum intrinſecę partes *erunt* ex ſerico craſſiori auro intertexto : fructus verò duorum hortorum *erit* vicinus . 54. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 55. In iiſdem *hortis erunt puellæ* cohibentes aſpectum : non defloravit eas ullus homo ante illos , *quibus tradentur* , neque ullus Genius . 56. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 57. Quaſi ipſæ eſſent hyacinthus , & Margarita . 58. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 59. An *erit* merces beneficentię , niſi beneficentia ? 60. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 61. Et pręter duos *hortos erunt alii* duo horti . 62. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 63. Intensè virentes *erunt hujuſmodi horti* . 64. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 65. In utroque eorum *erunt* duo fontes . 66. Copioſis aquis jugiter manantes . 67. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 68. In utroque *erunt* poma , & palmæ , & mala punica . 69. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 70. In iiſdem erunt *puellæ* optimæ , pulcherrimæ . 71. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 72. Oculis amplis , atque impensè nigris , & candidis prędite , cuſtodite in tabernaculis . 73. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 74. Non defloravit eas homo ante illos , *quibus tradentur* , neque Genius . 75. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 76. Accumbentes *erunt mariti earum* ſuper ſtragula viridia , & tapetes pulcherrimos . 77. Quodnam ergo beneficiorum Domini veſtri inficiabimini ? 78. Benedictum ſit nomen Domini tui prædicti gloria , & honorificentia .

NOTÆ.

EX prima dictione, quæ primum comma conſtituit, inſcribitur Sura الرحمن *Miſerator* . Hanc Jahias Meccanam totam facit: Gelal excipit verſum 39. qui incipit: *Die autem illa non interrogabitur.* Verùm tàm Gelal , quàm alii Expoſitores revocant in dubium , utrum hæc Sura ſit , مكية او مدنية *Meccana* , *an Medinenſis* , *an verò partim Medinenſis* , *partim Meccana* . Ex quo apparet , quàm incerta ſit expoſitio Alcorani à Moslemis facta , cùm plerumque hæc dependeat à loco , in quo Sura aliqua tradita eſt . Verſus habet octo ſuprà ſeptuaginta . Inter hos eſt decimus tertius , qui vicibus triginta , & una ineptiſſimè intercalatur , ſeu repetitur .

Qui hanc Suram legerit , ادى شكر ما انعم الله عليه : *ſatisfaciet gratiarum actioni pro beneficiis*

neficiis à Deo acceptis, illi debitæ.

IV. *Distinctionem.*] Vox Arabica البيان, propriè est distinctio, seu declaratio. Interpretatur hoc loco Gelal: النطق *loquelam rationalem*: Jahias: الكلام *sermonem*. Zamchascerius: المنطق الفصيح *locutionem claram, & distinctam.*

VI. *Germina sedentaria.*] Vox Arabica النجم, exponitur à Gelale: ما لاساق له من النبات *illud ex germinibus, quod non habet culmum, sive caulem.*

XIII. *Quodnam ergo beneficiorum.*] Dirigitur hic versus ad duas auditorum species, nimirùm ad homines, & ad Genios, quamobrem est in eo numerus dualis, & ponitur intercalariter, ut diximus, vicibus triginta, & una. Ridiculè verò hoc in loco Gelal: روى الحاكم عن جابر قال قرأ علينا رسول الله سورة الرحمن حتى ختمها ثم قال مالى اراكم سكوتا: للجن كانوا احسن منكم ردا: ما قرأت عليهم هذه الاية مرة فباى الاء ربكما تكذبان الا قالوا ولا بشى من نعمك نكذبه فلك الحمد: *Refert AlhaKem ex Giaber dicens: Legit nobis Legatus Dei Suram Miseratoris: cumque eam absolvisset, dixit. Quid est, quod video vos tacentes? Certè Genii sunt meliores in respondendo. Non legi illis unquam hunc versiculum: Quodnam ergo beneficiorum Domini vestri inficiabimini: quin responderent: Nullum beneficium tuum inficiamur. Sit ergo tibi laus.*

XXIX. *Omni die est in opere.*] Arabicè فى شان, *in negotio*, vel in statu aliquid faciendi. Gelal: يظهره على وفق ما قدره فى الازل من احياء واماتة واعزاز واذلال واغناء واعدام واجابة داع واعطاء سايل وغير ذلك: *Ostendit hoc in executione eorum, quæ decrevit in æternitate, vitam dando, & mortem inferendo: exaltando, & deprimendo: opes tribuendo, & eas auferendo: exaudiendo precantem, & dando petenti: & alia hujusmodi faciendo.*

XXXI. *Vocabimus vobis, ò duo pondera.*] Explicat Gelal: سنقصد لحسابكم يا ايها الانس والجن: *Intendemus animum ad rationem à vobis exigendam, ò homines, & Genii.* Cur autem homines, & Genii dicantur الثقلان *duo pondera*, multæ ab Expositoribus rationes redduntur: sed nulla ad rem.

XXXIX. *Die autem illa non exigetur ratio.*] Gelal: ويسأل عنه فى وقت اخر: *Sed exigetur ab eis ratio alio tempore.*

LI. *Duo genera.*] nempè, ut exponit Gelal: رطب ويابس *recentia, & arida.*

LIII. *Fructus verò duorum hortorum erit vicinus.*] Acutè satis hìc Gel. ينال القايم والقاعد والمضطجع: *ut capere possit illum facilius, sive stet, sive sedeat, sive jaceat.*

REFUTATIONES.

I. AFfirmat Mahumetus, hominem creatũ fuisse à Deo من صلصال كالفخار nimirùm, ut interpretatur Gel: طين يابس يسمع له صلصله اى صوت اذا نقر *ex luto, seu argilla sicca, ex qua audiatur sonitus, cùm pulsatur*, cujusmodi est testa cocta, quæ Arabicè dicitur الفخار, ut habetur hìc in Alcorano, ut alibi diximus. Fingunt enim Mahumetani ex Prophetæ traditione, Deum, cùm vellet hominem creare, formasse primùm statuam ex argilla, eamque inanimem per quadraginta annos radiis solis expositam, ut siccaretur, reliquisse: accedente interim ad eam identidem Satana, pedibusque pulsante. Verùm hæc omnia figmenta esse, & sacris literis repugnare, manifestum est. Deus enim die sexta hominem creavit, non ex arido luto, vel ex testa cocta, sed ex limo Terræ, statimque animavit, neque quadraginta annos expectavit, dùm à sole concoqueretur.

II. Illud, quod hìc asseritur, ex duobus maribus dulci, ac salso oriri uniones, ac margaritas, negant Expositores ipsi Moslemi: & præsertim Gelal, qui ait: الصادق باحدهما وهو الملح *Hoc verum est de uno eorum, nempe de dulci.* Hoc tamen excusant ex quadam loquendi figura.

III. Totus est Mahumetus in dispartiendis hortis, & fontibus, & arboribus, ac pomis Paradisi sui habitatoribus: itaut singulis quatuor hortos, totidemque fontes assignet: pomorum verò tàm recentium, quàm aridorum tantam copiam, quanta ne in silvis quidem Calabrorum reperiatur. Ut verò faciliùs his vesci possint, minimoque cum labore, ita propè à terra è ramis pendere affirmat, ut etiamsi quis suillum in morem jaceat, ore decerpere possit. Si de summa felicitate non dico agricolarum, aut rusticorum, sed pecorum, ac jumentorum ageretur: nihil carius, vel optabilius dici poterat.

IV. Revocat in scenam puellas Paradisi sui; de quibus quamvis jam multa dicta sint, semper tamen novi aliquid occurrit dicendum. Puellas hasce scribit Gelal, vel in Paradiso genitas, vel è Terra desumptas, singulas singulis Beatis in uxores esse tradendas. Hoc sanè Euangelio repugnat toto Cœlo: in quo Christus nulla in altero sæculo conjugia, nullas nuptias futuras esse pronunciat. Cæterùm tradendæ ne sunt hæ puellæ in conjuges Beatis ad prolem sucipiendam; an verò ad libidinem tantummodò explendam? Primum nullus Mahumetanorum hactenùs dixit, quantum rescire mihi licuit. Secundum verò, nemo non videt, quantam turpitudinem, & obscænitatem contineat. Quòd si dicant, ad solam socialis vitæ oblectationem, has puellas inservituras: cur puellæ istæ ita in tabernaculis clausæ, sicut Margaritæ in conchis: ita oculis demissis, atque in conjugem suum tantummodò defixis introducuntur? Nonne Cœlicolæ omnes sociatim, familiariterque versaturi sunt? Erit ne inter illos mulierum causa zelotypia? An verò mulieres ipsæ timebunt, ne in amorem suum alienos conjuges alliciant, vel ipsæ in amorem eorum alliciantur, si eos licentiùs aspiciant, vel in ipsos oculos conjiciant? Miror verò, quòd, cùm Mahumetus existimaverit, se sine numeroso mulierculorum grege in hac vita beatum vivere non posse: unam tantùm fœminam assectis suis in Paradiso polliceatur. Denique, si in mulierum, scyphorum, pomorum, carnium, viridariorum, & hujusmodi rerum oblectamentis futuram beatitudinem Mahumetus reponit: illi erunt feliciores, qui in ganeis, prostibulis, cauponis, macellis, & popinis unctioribus frequentiùs versabuntur,

V. In versiculo illo intercalari, quo fortassè Davidem imitari voluit, ita se ridiculum, ineptumque ostendit, ut, dùm prophetam simulat, simiam se tantummodò demonstret.

سورة

سورة الواقعة مكيّة ستّ وتسعون آية

SURA LVI.

CASURA

MECCANA:

COMMATUM NONAGINTA SEX.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 إذا وقعت الواقعة ۞ 2 ليس لوقعتها كاذبة ۞ 3 خافضة رافعة ۞ 4 إذا رجت الأرض رجا ۞
5 وبست الجبال بسا ۞ 6 فكانت هباء منبثا ۞ 7 وكنتم أزواجا ثلثة ۞ 8 فأصحاب
الميمنة ۞ 9 ما أصحاب الميمنة ۞ 10 وأصحاب المشامة ۞ 11 ما أصحاب المشامة ۞ 12 والسابقون
السابقون ۞ 13 أولئك المقربون ۞ 14 في جنات النعيم ۞ 15 ثلة من الأولين ۞
16 وقليل من الآخرين ۞ 17 على سرر موضونة ۞ 18 عليها متقابلين ۞
19 يطوف عليهم ولدان مخلدون ۞ 20 بأكواب وأباريق وكأس من معين ۞ 21 لا يصدعون
عنها ولا ينزفون ۞ 22 وفاكهة مما يتخيرون ۞ 23 ولحم طير مما يشتهون ۞ 24 وحور
عين ۞ 25 كأمثال اللؤلؤ المكنون ۞ 26 جزاء بما كانوا يعملون ۞ 27 لا يسمعون فيها لغوا ولا
تأثيما ۞ 28 إلا قيلا سلاما سلاما ۞ 29 وأصحاب اليمين ۞ 30 ما أصحاب اليمين ۞
31 في سدر مخضود ۞ 32 وطلح منضود ۞ 33 وظل ممدود ۞ 34 وماء مسكوب ۞
35 وفاكهة كثيرة ۞ لا مقطوعة ولا ممنوعة ۞ 36 وفرش مرفوعة ۞ 37 إنا أنشأناهن
إنشاء ۞ 38 فجعلناهن أبكارا ۞ عربا أترابا ۞ 39 لأصحاب اليمين ۞ 40 ثلة من
الأولين ۞ 41 وثلة من الآخرين ۞ 42 وأصحاب الشمال ۞ 43 ما أصحاب الشمال ۞ 44 في سموم
وحميم ۞ 45 وظل من يحموم ۞ 46 لا بارد ولا كريم ۞ 47 إنهم كانوا قبل ذلك
مترفين ۞ 48 وكانوا يصرون على الحنث العظيم ۞ 49 وكانوا يقولون أإذا متنا وكنا
ترابا وعظاما أإنا لمبعوثون ۞ 50 أو آباؤنا الأولون ۞ 51 قل إن الأولين والآخرين ۞

52 لمجموعون إلى ميقات يوم معلوم ۞ 53 ثم إنكم أيها الضالون المكذبون ۞ 54 لآكلون
من شجر من زقوم ۞ 55 فمالئون منها البطون ۞ 56 فشاربون عليه من الحميم ۞
57 فشاربون شرب الهيم ۞ 58 هذا نزلهم يوم الدين ۞ 59 نحن خلقناكم فلولا تصدقون ۞
60 أفرأيتم ما تمنون ۞ 61 أأنتم تخلقونه أم نحن الخالقون ۞ 62 نحن قدرنا بينكم الموت
وما نحن بمسبوقين ۞ 63 على أن نبدل أمثالكم في وننشئكم في ما لا تعلمون ۞
64 ولقد علمتم النشأة الأولى فلولا تذكرون ۞ 65 أفرأيتم ما تحرثون ۞ 66 أأنتم تزرعونه
أم نحن الزارعون ۞ 67 لو نشاء لجعلناه حطاما فظلتم تفكهون ۞ 68 إنا لمغرمون ۞
69 بل نحن محرومون ۞ 70 أفرأيتم الماء الذي تشربون ۞ 71 أأنتم أنزلتموه من المزن أم
نحن المنزلون ۞ 72 لو نشاء جعلناه أجاجا فلولا تشكرون ۞ 73 أفرأيتم النار التي تورون ۞
74 أأنتم أنشأتم شجرتها أم نحن المنشئون ۞ 75 نحن جعلناها تذكرة ومتاعا للمقوين ۞
76 فسبح باسم ربك العظيم ۞ 77 فلا أقسم بمواقع النجوم ۞ 78 وإنه لقسم لو تعلمون
عظيم ۞ إنه لقرآن كريم ۞ 79 في كتاب مكنون ۞ 80 لا يمسه إلا المطهرون ۞
81 تنزيل من رب العالمين ۞ 82 أفبهذا الحديث أنتم مدهنون ۞ 83 وتجعلون رزقكم
أنكم تكذبون ۞ 84 فلولا إذا بلغت الحلقوم ۞ 85 وأنتم حينئذ تنظرون ۞ 86 ونحن
أقرب إليه منكم ولكن لا تبصرون ۞ 87 فلولا إن كنتم غير مدينين ۞ 88 ترجعونها
إن كنتم صادقين ۞ 89 فأما إن كان من المقربين ۞ 90 فروح وريحان وجنات نعيم ۞
91 وأما إن كان من أصحاب اليمين ۞ 92 فسلام لك من أصحاب اليمين ۞ 93 وأما إن كان
من المكذبين الضالين ۞ 94 فنزل من حميم وتصلية جحيم ۞ 95 إن هذا لهو
حق اليقين ۞ 96 فسبح باسم ربك العظيم ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. CUm inciderit Caſura (*ideſt advenerit dies Judicii*). 2. Non erit *creatura ulla* caſum ejus inficians. 3. Depreſſura *eſt malos*: exaltatura *bonos*. 4. Cùm concuſſa fuerit terra motu vehementi. 5. Et comminuti fuerint montes in fruſta. 6. Et fuerint pulvis tenuis diſperſus. 7. Et *vos diviſi* fueritis in ſpecies tres. 8. Tunc ſocii dexteræ. 9. Quid *erunt* ſocii dexteræ? 10. Et ſocii ſiniſtræ. 11. Quid *erunt* ſocii ſiniſtrę? 12. Et prȩcedentes, prȩcedentes. 13. Hi *erunt* approximati. 14. In hortis voluptatis. 15. Multitudo ex Primis. 16. Et pauci ex Noviſſimis. 17. Et ſuper lectulos auro, gemmiſque contextos diſcumbentes. 18. Super eos ſeſe mutuò reſpicientes *erunt*. 19. Circuibunt circa eos adoleſcentes perpetuandi *in juventute*. 20. Cum ſcyphis ſine anſis, & ſcyphis anſatis; & calice ex vino jugiter fluente. 21. Non lędentur in capite propter illud, neque mente turbabuntur. 22. Et *cum* pomis ex eo, quod elegerint. 23. Et carne avium ex eo, quod appetiverint. 24. Et *erunt cum eis* puellæ nigrioculæ, amplioculæ. 25. Quaſi ſimilitudines margaritæ abſconditæ *in concha* 26. In remunerationem ob id, quod fuerint operati,

27. Non audient ibi ſermonem futilem, neque incitationem ad peccatum. 28. Sed tantumodò dictum: Pax, Pax. 29. Et ſocii dexteræ. 31. In lotos ſpinis carentes. 32. Et Arbores Mauz pulchrè diſpoſitas inter ſe. 33. Et *in* umbra protenſa. 34. Et *juxta* aquam jugiter fluentem. 35. Et *cum* pomis multis non defecturis, neque impediendis, *ne ſemper liberè capere poſſint*. 36. Et lectis excelſis. 37. Nos certè produximus has *puellas* producendo. 38. Et fecimus eas virgines conjugibus ſuis dilectas, *illiſq;* coętaneas, *quas trademus* 39. Sociis dexterę. 40. Multitudo ex Primis. 41. Et multitudo ex Noviſſimis. 42. Et ſocii ſiniſtræ. 43. Quid *erunt* ſocii ſiniſtræ? 44. In vento urente, & aqua fervente *morabuntur*. 45. Et umbra ex fumo nigerrimo. 46. Non frigida, neque pulchra. 47. Quippe hi fuerunt ante hoc deliciis fruentes *in Mundo*. 48. Et obſtinatè perſtiterunt in perfidia magna. 49. Et dicebant. An poſtquam mortui fuerimus, & fuerimus pulvis, & oſſa, an nos verè *ſumus* reſuſcitandi? 50. An etiam Patres noſtri primi *ſunt ſuſcitandi*? 51. Dic: Certè primi, & Noviſſimi. 52. Profectò congregandi ſunt ad tempus præfixum diei determinatæ *(ideſt Reſurrectionis)*. 53. Tùm certè vos, ò errantes, mendacii inſimulantes *ſigna noſtra*. 54. Certè comeſturi *eſtis* de arbore ex Zacum. 55. Et impleturi *eſtis* ex ea ventres. 56. Et bibituri ſuper illam de aqua ferventi. 57. Et bibituri bibitione (*ideſt more*) Cameli ſitientis. 58. Hoc *erit* hoſpitium eorum die Judicii 59. Nos creavimus vos: an ergo non credetis, *quod ſuſcitabimus vos?* 60. Quid vobis videtur? Id, quod ſpermatizatis. 61. An vos creatis illud (*ideſt formatis illud in corpus humanum*) an nos *ſumus* creantes *illud*? 62. Nos decrevimus inter vos mortem: neque nos *ſumus* præveniendi (*ideſt impediendi*). 63. Ne ſubſtituamus ſimiles vobis, & *iterum* producamus vos in id, quod neſcitis. 64. Et jam quidem noſtis productionem primam (*qua ſcilicet vos primò creavimus*) an ergo non commonefietis, *ut credatis ſecundam per reſurrectionem*. 65. Quid vobis videtur? Id quod aratis, 66. An vos ſeminatis illud (*ideſt facitis illud germinare*) an nos *ſumus* ſeminantes? 67. Si vellemus, certè redderemus illud germen aridum, & infœcundum: *vos verò* non ceſſaretis admirari, *dicentes*: 68. Nos certè ſanè alieno aere gravati *ſumus*, *ut ſemen emeremus*. 69. At verò nos *nunc* ſumus prohibiti *fructum colligere*. 70. Quid vobis videtur? Aquam, quam bibitis. 71. Vos ne demiſiſtis eam è nubibus, an nos *fuimus* demittentes? 72. Si voluiſſemus, effeciſſemus eam ſalſam, & amaram. An ergo non agetis gratias? 73. Quid vobis videtur? Ignem, quem, elicitis *ex arboribus viridibus*. 74. Vos ne produxiſtis arborem ejus, an nos *fuimus* producentes? 75. Nos fecimus illum ad reminiſcentiam *ignis Gehennæ*, & ad uſum itinerantium per deſerta. 76. Lauda ergo nomen Domini tui Magni. 77. Porrò non jurabo per occaſus ſtellarum: 78. Et quidem hoc *eſt* ſanè juramentum, ſi ſciatis, magnum: Quòd hic *eſt* ſanè Coranus venerandus. 79. *Scriptus* in libro Cuſtodito: 80. Non tangent illum niſi purificati. 81. Demiſſio (*ideſt de-*
a Mundorũ. *miſſus*) à Domino *a* Sæculorum. 82. An ergo hanc narrationem (*ideſt hunc librum Alcorani*) vos *eritis* vilipendentes? 83. Et ponetis alimoniam veſtram, ut vos inficiemini *eam*. Nonne, porrò cùm pervenerunt *animæ morientium* ad guttura. 84. Et vos tunc aſpicitis *eum*, *qui moritur*. 85. Et nos viciniores *ſumus* illi, quàm vos; ſed non videtis *nos*. Nonne, inquam, ſi eſtis ſine mercede remanſuri; 87. Reduceretis eam (*ideſt animam*) *à gutture in corpus*, ſi eſtis veraces? Porrò ſive *ille*, *qui moritur*, fuerit ex approximandis *Deo*: 89. Erit ſanè *illi* requies, & alimentum optimum, & hortus deliciarum. 90. Sive fuerit ex ſociis dexteræ. 91. *Dicetur illi*: Pax tibi à ſociis dexteræ. 92. Si autem fuerit ex abnegatoribus, errantibus. 93. Hoſpitium *ejus erit* ex aqua ferventi. 94. Et conjectio (*ideſt conjicietur*) ad uſtulandum in Infernum. 95. Profectò hæc *eſt* ſanè veritas certitudinis. 96. Lauda ergo nomen Domini tui Magni.

NOTÆ.

NOTÆ.

SUræ inscriptio الواقعة *Casura*, desumitur ex primo ejusdem versiculo: & de ea mox dicemus. Meccæ traditam fuisse, communis est sententia. Excipit Gelal versum 83. *An ergo hanc narrationem, &c.* Et versum 15. *Multitudo ex primis.* Commata non eodem modo ab omnibus enumerantur. Plerique sex supra nonaginta: alii septem, octo, vel novem recensent. De præmio Lectoris hæc habe: من قراء سورة الواقعة ابدًا فى كل ليلة لم يصبه

فاقة ابدًا: *Qui legerit Suram Casuræ assiduè singulis noctibus, nunquam accidet ei paupertas, aut indigentia.*

I. *Cùm inciderit Casura.*] Arabicè اذا وقعت الواقعة: meliùs sententiam exprimeret, si verteretur: *cùm irruerit Irruitura*; significatur enim dies supremi Judicii, quæ cum repentino impetu mortalibus superveniet.

VII. *In species tres.*] Arabicè ازواجًا, propriè *conjugia* significat. Sed hoc loco *species*, seu rectiùs classes, aut ordines verti potest: nimirùm, Socii dexteræ: Socii sinistræ: & Præcedentes: de quibus mox.

VIII. *Socii dexteræ.*] Hi erunt juxta Gelal, الذين يؤتون كتابهم بايمانهم: *quibus tradetur liber eorum in dextris ipsorum*: nimirùm liber, in quo scripta erunt bona opera eorum.

IX. *Quid erunt Socii dexteræ.*] Hoc dicitur per modum admirationis: nempè, ut explicat Gelal: تعظيمًا لشانهم, *ad ostendendam magnitudinem status, & conditionis eorum*: ac si diceretur: O quàm magna erit gloria, & felicitas status eorum. Eodem modo, sed ex oppositio explicanda sunt, quæ mox subjiciuntur de sociis sinistræ; nimirùm reprobis, ac damnatis.

XII. *Et præcedentes, præcedentes.*] Exponit Gelal: والسابقون الى الخير وهم الانبياء مبتدا السابقون تاكيد لتعظيم شانهم: & *qui præcesserunt alios ad bona opera, nempè Prophetæ: & repetitur, præcedentes, ad ostendendam magnitudinem, & amplitudinem status eorum*, ac si diceretur: Et præcedentes: ò quàm glorioſi erunt præcedentes. Quamobrem mox subditur de illis: *Hi erunt approximati*: nempè, propiores Deo.

XV. *Multitudo ex primis, &c.*] Sensus est juxta Gelalem: جماعة من الامم الماضية وقليل من الاخرين من امة محمد ص وهم السابقون من الامم الماضية وهذه الامة على سرير: *Multitudo ex gentibus præcedentibus: & paucitas ex novissimis, ex gente Mahumeti faustæ memoriæ. Et ipsi præcedentes, ex gentibus præteritis* ante Mahumetum; *& hæc gens* Mahumeti, *super lectulos discumbent, &c.* Præcedentes enim multi erunt, quia fuerunt ex multis gentibus: Novissimi autem pauci, quia fuerunt ex una gente Mahumeti, nempè Arabibus. Jahias accipit *Præcedentes* primo loco, pro iis, qui fuerunt ante Mahumetum: at verò *Præcedentes* secundo loco pro gente Mahumeti, quæ etiam præcessit respectu supremi Judicii: & concludit: يعني ان سابقي جميع الامم اكثر من سابقي امة محمد ص: *significatur præcedentes ex omnibus gentibus plures futuros, quàm præcedentes ex gente Mahumeti faustæ memoriæ.*

XX. *Ex vino jugiter fluente.*] Vox Arabica معين, exponitur à Gelale: خمر جارية من منبع لا يقطع ابدًا: *vinum fluens ex fonte, qui nunquam manare cessabit.*

XXIII. *Et carne avium.*] Ridiculè hìc Jahias, vel potius Author ab eo allegatus: قال سعيد بن راشد بلغنى ان الطير يصف بين يدى الرجل فاذا اشتهى احدها اضطرب ثم صار بين يديه نضيجًا.

Dixit Sahid filius Rasced: Pervenit ad notitiam meam, quòd aves ordinatim sese statuent ante unumquemque: cùmque aliquis quampiam ex iis appetierit, illa commovebit sese, deindè apparebit ante eum cocta.

XXXI. *Inter lotos.*] De his arboribus suprà dixi. Appellatur autem hæc arbor سدرة, *Sedrat* (nomine cedrum imitante) & etiam نبق *Nebac*. Sunt autem secundum Jahiam hæ arbores perpetuò virides, & umbræ perennis. Abu-Emama asseruit ارتفاعها من الارض قدر مائة سنة: *eas elevari in altum à terra per spatium, quod non posset mensurari, nisi cursu centum annorum.*

XXXII. *Mauz.*] Arabicè hæc arbor vocatur موز, *Mauz*, & طلح *Talah*. Est autem magna, & spinosa: quamobrem nescio, cur inter Paradisi delicias eam reponant, nisi fortè, quia umbrifera est, & fructus dulces parit.

XXXIX. *Et fecimus eas Virgines.*] Gelal: كلما اتاهن ازواجهن وجدوهن عذارى. *Quotiescumque accedent cituri ad eas mariti earum, invenient eas Virgines.* Et addit eas futuras من غير ولادة ولا وجع: *sine partu prolis, & sine sensu doloris*, nimirùm, quem experiuntur Virgines in coitu. Eadem habet Zamchas.

XLI. *Multitudo ex primis, &c.*] Est hìc manifesta contradictio illi, quod superiùs dixerat: Multitudo ex primis, & pauci ex Novissimis.

LXIV. *Ne substituamus similes vobis, & iterùm producamus vos in id, quod nescitis.*] Pro امثالكم *similes vobis*, explicat Gelal: مكانكم loco vestri. Eos verò, quos substituturum se minatur Deus, putat esse من الصور كالقردة والخنازير *figuras Simiarum, & porcorum, & hujusmodi.* In quo videtur tribuere Alcorano opinionem transmigrationis Pythagoricæ, nempè ttansitus animarum humanarum in bruta animalia, vel in alia corpora.

LXXIV. *Ignem, quem elicitis ex arboribus viridibus.*] Verbum Arabicum وری videtur hìc simpliciter significare, *accendere*, vel *elicere*, sed Gelal addit, من الشجر الاخضر *ex arboribus viridibus*, ex eo, quod mox sequitur in versu sequenti.

LXXVIII. *Porrò non jurabo.*] Conveniunt expositores, particulam لا *non* hoc loco esse superfluam: itaut vertendum sit: *Porrò jurabo*, vel *juro*. Quidam putant, لا *non*, referri ad aliquid præcedens occultum, in quo errarent Meccani, ac si dicat, *Non est ita, ut*

ta, ut dicitis. Et deindè incipiat nova clauſula : *Juro, &c.* nempè non eſſe id, quod dicitis. Quam verò fidem Alcorano habeamus, in quo pro eodem habetur negatio, & affirmatio, neque hæc ab illa diſtinguitur : itaut in eo eveniat, quod de quadam Italiæ civitate cecinit Dantes celeberrimus Poeta in Cantu 21. de Inferno : *Del nò per li denar vi ſi fà ita*. Hæc autem incertitudo affirmationis, & negationis alibi etiam in Alcorano reperitur.

LXXXIV. *Et ponetis alimoniam veſtram, &c.*] Senſus eſt : Et negabitis, vos accepiſſe à Deo alimoniam veſtram per pluviam vobis conceſſam, ne illi gratias agatis.

LXXXV. *Nonne porrò, cùm pervenerunt, &c.*] Obſcuriſſima verba. Gelal : والمعنى هلا ترجعونها ان نفيتم البعث صادقين فى نفيه اى لا ينتفى عن محلهما الموت والبعث . *Senſus eſt : Nonne reduceretis illas* (ideſt ſtuderetis reducere illas, nempè animas) *ſi negatis reſurrectionem, ut eßetis veraces in negatione ejus ? Nimirùm non poſſunt removeri à ſtatu ſuo mors, & reſurrectio*. Ac ſi dicat : Vos negatis reſurrectionem, quaſi poſſetis eam impedire : in quo, ſi veraces eſſetis, impediretis etiam, ne anima per mortem egrederetur à corpore. Frigida omnia, & inſulſa.

REFUTATIONES.

1. MAnifeſtè ſibi contradicit, dùm primò, multos fore ex primis, & paucos ex noviſſimis affirmat : deindè verò tàm ex primis, quàm ex noviſſimis, multos futuros eſſe pronunciat. Sed fortaſsè, cùm animadvertiſſet Mahumetus, ſe non parùm detrahere religioni ſuæ, dùm paucos in illa ſalvandos (cùm in præteritis religionibus, nempè Judaica, & Chriſtiana ingens multitudo ſalutem eſſet conſecuta) affirmabat : palinodiam recantavit, maluitque ſibi contradicere, quàm veridicus apparere : quamquam neque ſic veridicus fuiſſet, quandoquidem, neque multi, neque pauci in ſuperſtitioſa illius ſecta ſalutem conſequentur.

II. Retrudit, atque obtrudit Paradiſum ſuum cum pueris, puellis, lectulis, ſcyphis, crateribus, arboribus, pomis, ac fontibus. Semper tamen aliquid novi ad evitandam nauſeam producit. Ponit nimirùm puellas illas nigrioculas, grandioculas, albioculas, etiam virgines perpetuò futuras : nempè, juxta Moslemorum explicationem, quotieſcumque Amaſii earum cum iis coire voluerint, ſemper illas virgines reperient : neque ex coitu dolor ullus, aut partus conſequetur. Itaque, licèt millies, & millies cum iis venereum actum exerceant, nunquam tamen matres fient, ſed ſemper poſt coitum virginitatem recuperabunt ; ad unicam oblectationem Amaſiis ſuis deſtinatæ. Proh monſtra libidinis ! Quis hæc audiens non exhorreſcat ! Ergone ſumma Cœlicolarum felicitas, in perpetuo ſtupro ab Alcorano collocatur ? Et quod gentium omnium etiam barbararum legibus, ut nefarium in terris damnatur, in cœlo, & licitum, & juſtum, & honeſtum exiſtimabitur ?

III. Non ſatis fuit Mahumeto Paradiſi ſui habitatores virginum ſtupratores facere, niſi etiam faceret helluones : tales nimirùm, qualis ipſe erat. Cùm enim ſuperiùs in Paradiſiacis menſis carnes appoſuiſſet ; ſpeciatim hìc avium carnes commemorat, utpotè cæteris ſuaviores. Et ne venatoribus, coquis, & popinis opus eſſet, ipſæ aves, ſi Alcorani expoſitoribus fides habenda eſt, ante Cœlicolarum oculos per agmina volitabunt : & ad cujuſque nutum, illa ſeſe coctam in manibus ejus offeret, quam gula illius appetierit. Quem alium, quàm hunc Sardanapalus, vel Epicurus Paradiſum exoptaſſent ?

IV. Ex eo, quòd habetur hìc verſu 64. & expoſitione ſapientum Moslemorum, patet manifeſtè, Mahumetum credidiſſe μετεμψύχωσιν, nempè animarum tranſmigrationem, qua anima unius hominis non ſolùm in aliud corpus humanum tranſit ; ſed etiam in brutorum corpora transfertur. Hanc certè opinionem, cujus Pythagoras primus author fuiſſe creditur, hodie Mahumetanorum, atque Hebræorum maxima pars, ut certiſſimam amplectitur. Sed quàm falſa, abſurda, & impia ſit, non eſt, quòd hoc loco demonſtremus. Validiſſimè eam impugnavit Princeps Philoſophorum lib. 1. de Anima tom. 53. aliique doctiſſimi Philoſophi, ac Sancti Patres Græci, & Latini. Ego verò tàm Hebræis, quàm Mahumetanis unico tantùm argumento, ex ipſorum principiis deſumpto, illius falſitatem, & abſurditatem demonſtrabo. Cùm enim tàm hi, quàm illi certiſſimè credant, ſingulos homines cum ſuis corporibus, & animabus in die Judicii ſupremi reſurrecturos : hoc nullo modo eſſe poterit, ſi una anima habuerit ſucceſſivè plura corpora. Ponamus enim, verum eſſe, quod fingunt Hebræi (& refert eruditiſſimus Bartoloccius in ſua Bibliotheca Magna Rabinica tom. 1. pag. 79.) animam Adami tranſiſſe in Abrahaam, & ex Abrahaam in David, & ex David tranſituram eſſe in Meſſiam ; quæro, utrum Adam, & Abrahaam, & David in noviſſimo die ſuſcitandi ſint, necne. Negare id non poterunt. cum qua anima, ſi hęc erit in Meſſia tantùm ? Erunt igitur horum corpora inanimata, & non diſſimilia â ſtatua, vel ſimulacro fictili, vel lapideo. Idem argumentum fieri poterit Mahumetanis, dùm aſſerunt, animam Phinees filii Eleazari tranſiſſe in Eliam, & ex Elia in Alchedrum, ſeu Sanctum Georgium. Hoc verò argumentum ſaltem juxta doctrinam Mahumetanorum militat etiam in tranſmigrationem animarum rationalium in corpora brutorum : nam ipſi certò credunt (ut alibi diximus) non ſolùm homines, ſed beſtias etiam omnes cum ſuis corporibus, & animabus in die Judicii eſſe reſuſcitandas.

سورة الحديد مكيّة تسع وعشرون آية

SURA LVII.

FERRUM.

MECCANA:

COMMATUM VIGINTI NOVEM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 سبّح لله ما في السموات والارض وهو العزيز الحكيم ۞ 2 له ملك السموات والارض يحيي
ويميت وهو على كلّ شيء قدير ۞ 3 هو الاول والاخر والظاهر والباطن وهو بكلّ شيء
عليم ۞ 4 هو الذي خلق السموات والارض في ستّة ايّام ثمّ استوى على العرش يعلم
ما يلج في الارض وما يخرج منها وما ينزل من السماء وما يعرج فيها وهو معكم اين ما كنتم
والله بما تعملون بصير ۞ 5 له ملك السموات والارض والى الله ترجع الامور ۞ 6 يولج
اللّيل في النهار ويولج النهار في اللّيل وهو عليم بذات الصدور ۞ 7 امنوا بالله ورسوله
وانفقوا ممّا جعلكم مستخلفين فيه فالذين امنوا منكم وانفقوا لهم اجر كبير ۞ 8 وما
لكم لا تؤمنون بالله والرسول يدعوكم لتؤمنوا بربكم وقد اخذ ميثاقكم ان كنتم
مؤمنون ۞ 9 هو الذي ينزل على عبده ايات بيّنات ليخرجكم من الظلمات الى النور وانّ
الله بكم لرؤف رحيم ۞ 10 وما لكم الّا تنفقوا في سبيل الله ولله ميراث السموات
والارض لا يستوي منكم من انفق من قبل الفتح وقاتل اولايك اعظم درجة من الذين انفقوا من
بعد وقاتلوا وكلّا وعد الله الحسنى والله بما تعملون خبير ۞ 11 من ذا الذي يقرض الله
قرضا حسنا فيضاعفه له اجر كريم ۞ 12 يوم ترى المؤمنين والمؤمنات يسعى نورهم بين ايديهم
وبايمانهم بشريكم اليوم جنّات تجري من تحتها الانهار خالدين فيها ذلك هو الفوز العظيم ۞
13 يوم يقول المنافقون والمنافقات للذين امنوا انظرونا نقتبس من نوركم قيل ارجعوا وراءكم
فالتمسوا نورا فضرب بينهم بسور له باب باطنه فيه الرحمة وظاهره من قبله العذاب ينادونهم الم

نكن

نكن معكم قالوا بلى ولكنكم فتنتم انفسكم وتربصتم وارتبتم وغرتكم الاماني حتى
جاء امر الله وغركم بالله الغرور ۝ 14 فاليوم لا يؤخذ منكم فدية ولا من الذين كفروا
ماويكم النار هي مولاكم وبئس المصير ۝ 15 الم يأن للذين امنوا ان تخشع قلوبهم
لذكر الله وما نزل من الحق ولا يكونوا كالذين اوتوا الكتاب من قبل فطال عليهم الامد
فقست قلوبهم وكثير منهم فاسقون ۝ 16 اعلموا ان الله يحيي الارض بعد موتها قد بينا
لكم الايات لعلكم تعقلون ۝ 17 ان المتصدقين والمتصدقات واقرضوا الله قرضا حسنا يضاعف
لهم ولهم اجر كريم ۝ 18 والذين امنوا بالله ورسله اولئك هم الصديقون والشهداء
عند ربهم لهم اجرهم ونورهم والذين كفروا وكذبوا بآياتنا اولئك اصحاب الجحيم ۝
19 اعلموا انما الحيوة الدنيا لعب ولهو وزينة وتفاخر بينكم وتكاثر في الاموال والاولاد كمثل
غيث اعجب الكفار نباته ثم يهيج فتريه مصفرا ثم يكون حطاما وفي الاخرة عذاب
شديد ۝ 20 ومغفرة من الله ورضوان وما الحيوة الدنيا الا متاع الغرور ۝ 21 سابقوا الى مغفرة من
ربكم وجنة عرضها كعرض السماء والارض اعدت للذين امنوا بالله ورسله ذلك فضل الله يوتيه
من يشاء والله ذو الفضل العظيم ۝ 22 ما اصاب من مصيبة في الارض ولا في انفسكم الا
في كتاب من قبل ان نبرأها ان ذلك على الله يسير ۝ 23 لكيلا تأسوا على ما فاتكم
ولا تفرحوا بما اتاكم والله لا يحب كل مختال فخور ۝ 24 الذين يبخلون ويأمرون
الناس بالبخل ومن يتول فان الله هو الغنى الحميد ۝ 25 لقد ارسلنا رسلنا بالبينات وانزلنا
معهم الكتاب والميزان ليقوم الناس بالقسط وانزلنا الحديد فيه باس شديد ومنافع للناس
وليعلم الله من ينصره ورسله بالغيب ان الله قوي عزيز ۝ 26 ولقد ارسلنا نوحا وابراهيم وجعلنا
في ذريتهما النبوة والكتاب فمنهم مهتد وكثير منهم فاسقون ۝ 27 ثم قفينا على اثارهم
برسلنا وقفينا بعيسى ابن مريم واتيناه الانجيل وجعلنا في قلوب الذين اتبعوه رافة ورحمة
ورهبانية ابتدعوها ما كتبناها عليهم الا ابتغاء رضوان الله فما رعوها حق رعايتها فاتينا الذين
امنوا منهم اجرهم وكثير منهم فاسقون ۝ 28 يا ايها الذين امنوا اتقوا الله وامنوا
برسوله يوتكم كفلين من رحمته ويجعل لكم نورا تمشون به ويغفر لكم والله غفور
رحيم ۝ 29 ليلا يعلم اهل الكتاب الا يقدرون على شيء من فضل الله وان الفضل
بيد الله يوتيه من يشاء والله ذو الفضل العظيم ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. LAudat Deum, quod *eſt* in Cęlis, & Terra: & ipſe eſt præcellens, Sapiens. 2. Ipſius *eſt* Regnum Cœlorum, & Terræ; vivificat, & mortificat: & ipſe *eſt* ad omnem rem potens. 3. Ipſe *eſt* Primus, & Noviſ-

ſimus;

ſimus ; & Apparens , & Ocultus ; & ipſe eſt in omni re ſciens . 4. Ipſe *eſt* , qui creavit Cœlos , & Terram in ſex diebus ; deinde conſedit ſuper Thronum . Novit , quid ingrediatur in Terram , & quid egrediatur ex ea ; & quid deſcendat è Cœlo , & quid aſcendat ad illud : & ipſe *eſt* vobiſcum ubicunque fueritis : & Deus in id, quod facitis, *eſt* inſpiciens . 5. Ipſius *eſt* Regnum Cœlorum , & Terræ , & ad Deum reducentur res *omnes* . 6. Immittit noctem in diem , & immittit diem in noctem : & ipſe *eſt* ſciens eſſentiam pectorum . 7. Credite in Deum , & Legatum ejus : & erogate ex eo , in quo poſuit vos ſucceſſores (*ideſt hæredes*) . Porrò, qui crediderint ex vobis , & erogaverint , *erit* illis merces grandis . 8. Et quid vobis *eſt* , quòd non credatis in Deum, cùm Legatus hortetur vos , ut credatis in Dominum veſtrum ? Et jam accepit pactum veſtrum *de credendo* , ſi eſtis fideles . 9. Ipſe eſt, qui demittit ſuper ſervum ſuum ſigna evidentia, *(ideſt Alcoranum)* ut educat vos de tenebris in lucem . Et profectò Deus *eſt in hoc* vobiſcum ſanè pius , Miſericors . 10. Et quid vobis *eſt* , ut non erogetis *facultates veſtras* pro via Dei ? Et Dei *eſt* hæreditas Cælorum , & Terræ . Non adæquabuntur ex vobis , qui erogaverit ante victoriam , & pugnaverit : *& qui hoc fecerit poſt victoriam*. Hi erunt majores gradu, quàm, qui erogaverint poſteà, & pugnaverint ; ſed *tamen* omnibus (*ideſt utriſque*) promiſit Deus Optimum *(ideſt Paradiſum)* & Deus de eo, quod facitis, *eſt* plenè inſtructus. 11. Quis *eſt* ille , qui fœneretur Deo fœnus pulchrum , *expendendo facultates ſuas pro eo*: & duplicabit illud ei : & ipſi *erit* merces honorifica ? 12. Die *quadam* videbis fideles *viros* , ac fideles *mulieres* : diſcurret lux eorum ante eos , & in dextris eorum : *& dicetur illis* : Fauſtum nuncium vobis hodie : horti , ſub quibus currunt flumina : perpetuò commoraturi *eſtis* in illis . Hæc erit felicitas magna . 13. Die *quadam* dicent impii , & impiæ iis, qui crediderunt : Expectate nos , ut accendamus lumen de lumine veſtro . Reſpondebitur *illis* : Revertimini retrò veſtri *in mundum* , & exquirite lumen . Et firmabitur inter eos murus altus , cui *erit* porta ; in interiori parte cujus *erit* miſericordia : & interior pars illius ante ſe habebit pœnam . Inclamabunt ad eos (*ideſt impii ad Fideles* :) Nonne fuimus vobiſcum? Reſpondebunt *illi* : Utique : ſed vos ſeduxiſtis animas veſtras; & cum deſiderio expectaſtis *malum noſtrum* : & dubii fuiſtis *in fide* : & deceperunt vos concupiſcentiæ , donec advenit imperium Dei (*ideſt mors*) & decepit vos circa Deum (*ideſt circa ejus miſericordiam, & juſtitiam)* Deceptor (*ideſt Satanas)* . 14. Hodie igitur non ſuſcipietur à vobis pretium redemptionis , neque ab illis , qui fuerunt infideles . Receptaculum veſtrum *erit* Ignis : ipſe *erit* Patronus veſter : & infelix erit profectio *ad illum* . 15. An nondùm tempus advenit illis , qui crediderunt , ut humiliter ſubjiciant corda ſua commonitioni Dei , illi, quod deſcendit de veritate (*ideſt Alcorano)* & ne ſint, ſicut illi , quibus datus fuit liber anteà *(ideſt Judæi , & Chriſtiani)* prolongatumque fuit ſuper eos tempus ; ſed obdurata ſunt corda eorum : & multi ex eis *fuerunt* prævaricantes . 16. Scitote , quòd Deus vivificat terram poſt mortem ejus . Jam diſtinximus clarè vobis ſigna , ut vos intelligatis . 17. Certè eleemoſynarii , & eleemoſynariæ , & *qui* fœnerati ſunt Deo fœnus pulchrum , duplicabitur illis *id* , *quod elargiti fuerint* : & ipſis *erit* merces honorifica. 18. Et, qui crediderint in Deum , & Legatum ejus , hi erunt veraces , & teſtes apud Dominum ſuum *contra infideles* : ipſis *erit* merces eorum , & lux eorum . Qui verò increduli fuerint , & inficiati fuerint ſigna noſtra , hi *erunt* ſocii Inferni . 19. Scitote , quòd vita mundana *eſt* ludus , & jocus : ornamentum verò , & ſtudium gloriæ in vos , & æmulatio multiplicationis in divitiis , & filiis *eſt* , ſicut pluvia : delectat agricolam germen ejus *(ideſt ortum propter eam)* deinde areſcit , ita , ut videas illud flaveſcens : deinde erit ſtipula arida . Et in noviſſimo Sæculo *erit* pœna vehemens *illis* , *qui hæc ſectati fuerint* . 20. Et indulgentia à Deo , & beneplacitum *erit his* , *qui ea deſpexerint* . Et non *eſt* vita mundana , niſi ſupellex deceptionis (*ideſt ad decipiendum*) . 21. Prævenite vos invicem ad indulgentiam à Domino veſtro , & paradiſum , cujus amplitudo *eſt* , ſicut amplitudo Cœli,

& Terræ : præparatus fuit illis, qui crediderunt in Deum, & Legatos ejus. Hæc *erit* munificentia Dei : tribuet eam illi, cui voluerit : & Deus eſt prę-
a accidentis. ditus munificentia magna. 22. Non accidit quidquam *a* infortunii in terra, neque in perſonis veſtris, niſi *ſcriptum fuerit* in libro, antequam creemus illud. Porrò hoc apud Deum *eſt* facile. 23. Ne fortè contriſtemini ob id, quod aufertur vobis, neque gaudeatis ob id, quod advenit vobis. Deus autem non amat omnem ſuperbum, gloriabundum. 24. Qui avari ſunt, & prę-cipiunt hominibus avaritiam, & qui avertit ſe *ab erogando id*, *quod convenit* : profectò Deus *eſt* Dives, Laudatus. 25. Jam quidem miſimus Legatos noſtros cum evidentibus argumentis : & demiſimus cum eis Librum, & ſtateram (*ideſt legem juſtam*) ut ſtarent homines cum juſtitia : & demiſimus Ferrum (*ideſt docuimus artem illud effodiendi*) in eo *eſt* virtus ad pugnandum valida, & utilitates hominibus : & ut cognoſcat Deus, quis adjuvet eum, *pugnando pro ejus Religione*, & Legatos ipſius in abſentia *eorum* : quippe Deus eſt fortis, præpotens. 26. Et jam quidem miſimus Noe, & Abraham : & poſuimus in progenie utriuſque prophetiam, & Librum : & ex ipſis *quiſpiam fuit* directus : ſed multi ex illis *fuerunt* prævaricatores. 27. Tùm ſubſequi fecimus per veſtigia eorum Legatos noſtros : & ſubſequi fecimus Jeſum filium Mariæ, & dedimus ei Euangelium : & poſuimus in cordibus eorum, qui ſecuti ſunt eum, pietatem, & miſericordiam, & Monachiſmum : inſtituerunt eum *ipſi* : non præſcripſimus eum illis : nonniſi ob deſiderium placendi Deo. Sed non obſervaverunt eum veritate obſervationis illius. Dedimus autem illis, qui crediderunt ex ipſis, mercedem ſuam : ſed multi ex eis *fuerunt* prę-varicantes. 28. O qui crediderunt *in Jeſum* : timete Deum, & credite in Legatum ejus, *Mahumetum* : dabit vobis duas portiones de miſericordia ſua : & ponet vobis lumen, in quo ambuletis, & parcet vobis : nam Deus *eſt* indultor, Miſericors. 29. Ne fortè neſciat familia Libri (*ideſt Judęi, & Chriſtiani*) quòd non poſſunt rem ullam de liberalitate Dei : & quòd liberalitas *eſt* in manu Dei. Confert illam, cui voluerit : nam Deus eſt prędítus liberalitate magna : *doce illos hanc veritatem*.

NOTÆ.

EPigraphe deſumitur ex verſu 25. ubi de Ferro obiter fit mentio. Jahias facit hanc Suram مدنية كلّها *Medinenſem totam*. Gelal : مكيّة او مدنية *Meccanam, aut Medinenſem*. Nimirùm incertum eſt, ubi tradita fuerit : cùm tamen ex loco Surarum, ut alibi notavimus, pendeat ferè tota earumdem legitima expoſitio. De numero verſuum non invenio inter Amanuenſes diſcrimen : ubique enim novem ſupra viginti video computari. Quod ad Lectoris mercedem attinet : من قراء سورة الحديد كُتب من الذين امنوا باللّه ورسوله : *Qui legerit ſuram Ferri, deſcribetur inter eos, qui crediderunt in Deum, & Legatum ejus.*

I. *Laudat Deum.*] Arabicè سبّح *laudavit* tempore præterito : quod tamen puto hìc pro præſenti accipiendum : vel pro imperativo, *laudet*. Nam non rarò tertia præteriti perſona, imperativè, vel deprecativè deſumitur.

VI. *Immittit noctem in diem, &c.*] Primum facit augendum diem, & noctem imminuendo : ſecundum verò ex oppoſito. Ita Gelal. Sed videtur ſimpliciter exponendo : Succedere facit noctem diei, & diem nocti. Centies hæc recantat.

XII. *Lux eorum ante eos, & in dextris eorum.*] Hæc lux, ut explicat Jahias, ante eos erit veluti dux viæ in Paradiſum : in dextris verò orietur alia lux ex libro illis tradito, de quo ſuprà dictum eſt.

XXV. *Demiſimus Librum, & ſtateram.*] Zamchaſcerius putat agi hìc de ſtatera materiali, quæ à Deo tradita fuit Noe : ſic enim habet : روى ان جبرائيل نزل بالميزان فدفعه الى نوح فقال مُرْ قومك يزنوا به : *habetur ex relatione, Gabrielem deſcendiſſe è Cœlo cum ſtatera, eamque tradidiſſe Noe, ac dixiſſe illi : Præcipe genti tuæ, ut utantur ea ad res ponderandas.*

Demiſimus Ferrum.] Explicat Gelal : اخرجناه من المعادن *Eruimus illud ex fodinis*. Ita etiam Jahias ; nec diſſentit Zamchaſcerius, ſed addit fabulas dicens : قيل نزل ادم من الجنة ومعه خمسة اشياء من الحديد السندان والكلبتان والمبقعة والمطرقة والابرة وروى ومعه المرّ والمسحاة وعن النبى صَ ان اللّه تعالى انزل اربع بركات من السما الى الارض انزل الحديد والنار والما والملح : وعن الحسن وانزلنا الحديد خلقناه : *Dicitur Adam detuliſſe ſecum ex Paradiſo quinque res ex ferro confectas ; incudem, forcipem, malleum majorem, malleum minorem, & acum. Alii addunt, eum detuliſſe ſecum palam ferream majorem, & minorem.*

vem. Fertur præterea, dixisse Prophetam Mahumetum: Deus demisit è Cælo in terram quatuor benedictiones: ferrum, ignem, aquam, & sal. Sed Alhasan exponit: Demisimus ferrum, ideſt creavimus illud.

XXVI. *Propheziam, & Librum.*] Explicat Gelal: يعني الكتب الاربعة التوراة والانجيل والزبور والفرقان : *Ideſt quatuor libros: Pentateuchum, Euangelium, Psalterium, & Phorcænum*, ideſt Alcoranum.

XXVII. *Monachismum.*] Arabicè رهبانية : definitur à Gelale: رفض النساء واتخاذ الصوامع : *Rejectio fœminarum* (ideſt votum castitatis) *& habitatio in Monasteriis*. Quidam post *misericordiam* incipiunt novam sententiam: hoc modo: Monachismum verò adinvenerunt ipsi, &c. Zamchascerius probat utrumque Jahias: قال الحسن فرضها الله عليهم حين ابتدعوها : *Dixit Alhasan: Confirmavit illis eum Deus decreto suo, postquam ipsi adinvenerunt eum.* Quod autem additur: *Sed non observaverunt illum*: explicat Gelal: اذ كثير منهم تركوها وكفروا بدين عيسى ودخلوا في دين ملكهم وبقي على دين عيسى كثير منهم فامنوا بنبينا : *quia multi eorum deseruerunt illum, & abnegaverunt religionem Jesu, & amplexi sunt religionem Imperatoris sui. Multi tamen ex illis permanserunt in religione Jesu, & crediderunt in Prophetam nostrum.* Zamchascerius aliquantò modestiùs, لم يحفظوا نذرهم *non observaverunt vota sua*.

REFUTATIONES.

I. MIrum est Mahumeti ingenium ad pecuniarum aucupium. Primò enim captat popularem auram ex laudibus Dei: ut ex concepta de illius pietate opinione, nemo possit in illo fraudem suspicari. At quemadmodùm sues caudam, ita Mahumetus stylum semper ad eundem scopum revolvit. Ampullosæ Dei laudes in proprium lucrum tandem dissolvuntur, & evanescunt. Stipem de more à suis emendicat. Increpitat eos, quòd pecunias suas avidiùs retineant, neque eas sibi dilargiantur pro via Dei, nimirùm pro bello contra Patriam, & Concives suos, ac cognatos gerendo, expendendas. Concludit tandem epiphonemate, idem esse Mahumeti marsupium implere, ac Deo fœnus pulchrum, ideſt cum maxima honestate, & utilitate fœnerari. Quoniam verò Arabes, quantumvis agrestes, non erant adeò bardocuculli, ut propter hujusmodi verba, pecuniarum suarum jacturam facere vellent: addit homo vaferrimus consueta supremi judicii terriculamenta, nec cessat interim Paradisi sui merces exponere, nec artem ullam prætermittit, qua miserorum hominum marsupia possit emungere.

II. Thrasonicum in morem Paradisi sui dilatat fimbrias, dùm illius amplitudinem tantam esse, quanta Cœli totius, & terræ est, pronunciat. Atqui certissimum est apud Mahumetanos, Paradisum in septimo Cælo situm esse, & partem tantùm illius occupare. Quomodò ergo & Cœlum, & terram potest latitudine, & amplitudine æquare, nisi extra Cœlum, & terram in spaciis imaginariis collocetur?

III. Quod asserat, Monachismum fuisse laudabile Christianorum inventum, quo Deo magis placerent, non autem institutum aliquod à Deo præscriptum, ac præceptum: potest ex parte tolerari. Re enim vera Christus monasticam, seu religiosam vitam non præcepit, sed liberam reliquit. Nihilominùs dici non potest absolutè ab hominibus Christi assectis adinventam fuisse: nam Christus ipse in Euangelio illam exemplo suo, & Apostolorum docuit, quantum pertinet ad substantiam illius, licèt modum illum in cœnobiis, cum trium votorum solemnium professione vivendi, qui nunc etiam est maximè in usu, non immediatè à Christo Domino, sed ab Apostolis, eorumque successoribus, non tamen sine Dei afflatu institutum fuisse probabiliùs censeatur. Ex parte etiam verax est Mahumetus, alioqui mendacissimus, dùm Christianos Monacos institutum suum malè observasse pronunciat. Hoc tamen de aliquibus tantùm, vel etiam de multis verum est. Sed humanæ hoc imbecillitati tribuendum: in omnibus enim institutis, quantumvis optimis, & sanctissimis usu venit, ut temporum decursu in deterius prolabantur, vel à suis principiis non parùm degenerent, ac devient. Cæterùm semper fuerunt, hodieque sunt inter Christianos, monasticæ, seu regulares familiæ, in quibus exactissima morum norma, pietatis studium, vitæ austeritas, & sanctimonia, omniumque virtutum forma conspiciatur. Ex hoc loco Alcorani manifestè patet, Mahumetum approbare tanquam bonam, & veram religionem à Christo institutam; in qua propterea sola possit æterna salus reperiri. Quod verò vel Mahumetus ipse, vel Moslemi respondeant, Christianos religionem à Christo institutam mutasse, vel corrupisse, apertissimum est mendacium, ut in Prodr. par. 3. cap. 1. & 2. demonstravimus.

IV. Cùm in Alcorano verbum أنزل *demittere*, perpetuò dicatur de iis rebus, quæ è cælo, vel aere in terram à Deo mittuntur: & hoc loco dicere fingatur Deus, أنزلنا الحديد *demisimus ferrum*: manifestè patet, Mahumetum credidisse, ferrum non è terra erutum, sed vel è Cœlo, vel è Paradiso à Deo in terras demissum fuisse: quemadmodùm Mahumetanos, etiam ex Mahumeti testimonio existimavisse, non negat doctissimus Interpres Zamchascerius,

سورة المجادلة مدنيّة اثنتان وعشرون آية

SURA LVIII.

DISCEPTATRIX.

MEDINENSIS;

COMMATUM VIGINTI DUORUM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 قد سمع الله قول التي تجادلك في زوجها وتشتكي إلى الله والله يسمع تحاوركما إن الله
سميع بصير ۞ 2 الذين يظاهرون منكم من نسايهم ما هن امهاتهم إن امهاتهم إلا اللاي ولدنهم
وإنهم ليقولون منكرا من القول وزورا وإن الله لعفو غفور ۞ 3 والذين يظاهرون من نسايهم
ثم يعودون لما قالوا فتحرير رقبة من قبل أن يتماسا ذلكم توعظون به والله بما تعملون خبير ۞
4 فمن لم يجد فصيام شهرين متتابعين من قبل أن يتماسا فمن لم يستطع فاطعام ستين
مسكينا ذلك لتومنوا بالله ورسوله وتلك حدود الله وللكافرين عذاب اليم ۞ 5 إن الذين
يحادون الله ورسوله كبتوا كما كبت الذين من قبلهم وقد أنزلنا ايات بينات وللكافرين
عذاب مهين ۞ 6 يوم يبعثهم الله جميعا فينبيهم بما عملوا احصيه الله ونسوه والله على كل
شيء شهيد ۞ 7 الم تر أن الله يعلم ما في السموات وما في الارض ما يكون من نجوى
ثلثة إلا هو رابعهم ولا خمسة إلا هو سادسهم ولا أدنى من ذلك ولا أكثر إلا هو معهم اين ما
كانوا ثم ينبيهم بما عملوا يوم القيمة إن الله بكل شيء عليم ۞ 8 الم تر إلى الذين
نهوا عن النجوى ثم يعودون لما نهوا عنه ويتناجون بالاثم والعدوان ومعصيت الرسول وإذا جاوك
حيوك بما لم يحيك به الله ويقولون في انفسهم لولا يعذبنا الله بما نقول حسبهم جهنم
يصلونها فبيس المصير ۞ 9 يا ايها الذين امنوا إذا تناجيتم فلا تتناجوا بالاثم والعدوان
ومعصيت الرسول وتناجوا بالبر والتقوى واتقوا الله الذي اليه تحشرون ۞ 10 إنما النجوى من
الشيطان ليحزن الذين امنوا وليس بضارهم شيا إلا باذن الله وعلى الله فليتوكل المومنون ۞

11 يَا أَيُّهَا الَّذِينَ آمَنُوا إِذَا قِيلَ لَكُمْ تَفَسَّحُوا فِي الْمَجَالِسِ فَافْسَحُوا يَفْسَحِ اللَّهُ لَكُمْ
وَإِذَا قِيلَ انْشُزُوا فَانْشُزُوا يَرْفَعِ اللَّهُ الَّذِينَ آمَنُوا مِنْكُمْ وَالَّذِينَ أُوتُوا الْعِلْمَ دَرَجَاتٍ وَاللَّهُ بِمَا
تَعْمَلُونَ خَبِيرٌ ۞ 12 يَا أَيُّهَا الَّذِينَ آمَنُوا إِذَا نَاجَيْتُمُ الرَّسُولَ فَقَدِّمُوا بَيْنَ يَدَيْ نَجْوَاكُمْ
صَدَقَةً ذَلِكَ خَيْرٌ لَكُمْ وَأَطْهَرُ فَإِنْ لَمْ تَجِدُوا فَإِنَّ اللَّهَ غَفُورٌ رَحِيمٌ ۞ 13 أَأَشْفَقْتُمْ أَنْ
تُقَدِّمُوا بَيْنَ يَدَيْ نَجْوَاكُمْ صَدَقَاتٍ فَإِذْ لَمْ تَفْعَلُوا وَتَابَ اللَّهُ عَلَيْكُمْ فَأَقِيمُوا الصَّلَوٰةَ وَآتُوا
الزَّكَوٰةَ وَأَطِيعُوا اللَّهَ وَرَسُولَهُ وَاللَّهُ خَبِيرٌ بِمَا تَعْمَلُونَ ۞ 14 أَلَمْ تَرَ إِلَى الَّذِينَ تَوَلَّوْا قَوْمًا
غَضِبَ اللَّهُ عَلَيْهِمْ مَا هُمْ مِنْكُمْ وَلَا مِنْهُمْ وَيَحْلِفُونَ عَلَى الْكَذِبِ وَهُمْ يَعْلَمُونَ ۞ 15 أَعَدَّ
اللَّهُ لَهُمْ عَذَابًا شَدِيدًا إِنَّهُمْ سَاءَ مَا كَانُوا يَعْمَلُونَ ۞ 16 اتَّخَذُوا أَيْمَانَهُمْ جُنَّةً فَصَدُّوا عَنْ سَبِيلِ اللَّهِ
فَلَهُمْ عَذَابٌ مُهِينٌ ۞ 17 لَنْ تُغْنِيَ عَنْهُمْ أَمْوَالُهُمْ وَلَا أَوْلَادُهُمْ مِنَ اللَّهِ شَيْئًا أُولَئِكَ أَصْحَابُ
النَّارِ هُمْ فِيهَا خَالِدُونَ ۞ 18 يَوْمَ يَبْعَثُهُمُ اللَّهُ جَمِيعًا فَيَحْلِفُونَ لَهُ كَمَا يَحْلِفُونَ لَكُمْ
وَيَحْسَبُونَ أَنَّهُمْ عَلَى شَيْءٍ أَلَا إِنَّهُمْ هُمُ الْكَاذِبُونَ ۞ 19 اسْتَحْوَذَ عَلَيْهِمُ الشَّيْطَانُ فَأَنْسَاهُمْ ذِكْرَ
اللَّهِ أُولَئِكَ حِزْبُ الشَّيْطَانِ أَلَا إِنَّ حِزْبَ الشَّيْطَانِ هُمُ الْخَاسِرُونَ ۞ 20 إِنَّ الَّذِينَ يُحَادُّونَ اللَّهَ
وَرَسُولَهُ أُولَئِكَ فِي الْأَذَلِّينَ ۞ 21 كَتَبَ اللَّهُ لَأَغْلِبَنَّ أَنَا وَرُسُلِي إِنَّ اللَّهَ قَوِيٌّ عَزِيزٌ ۞
22 لَا تَجِدُ قَوْمًا يُؤْمِنُونَ بِاللَّهِ وَالْيَوْمِ الْآخِرِ يُوَادُّونَ مَنْ حَادَّ اللَّهَ وَرَسُولَهُ وَلَوْ كَانُوا آبَاءَهُمْ أَوْ
أَبْنَاءَهُمْ أَوْ إِخْوَانَهُمْ أَوْ عَشِيرَتَهُمْ أُولَئِكَ كَتَبَ فِي قُلُوبِهِمُ الْإِيمَانَ وَأَيَّدَهُمْ بِرُوحٍ مِنْهُ وَيُدْخِلُهُمْ
جَنَّاتٍ تَجْرِي مِنْ تَحْتِهَا الْأَنْهَارُ خَالِدِينَ فِيهَا رَضِيَ اللَّهُ عَنْهُمْ وَرَضُوا عَنْهُ أُولَئِكَ حِزْبُ اللَّهِ
أَلَا إِنَّ حِزْبَ اللَّهِ هُمُ الْمُفْلِحُونَ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

الجزو الثامن والعشرون
Pars vigeſima octava.

1. JAm audivit Deus dictum illius, quæ diſceptat tecum de conjuge ſuo, & conqueritur apud Deum: & Deus audit dialogiſmum utriuſque veſtrum: quippe Deus *eſt* auditor, inſpector. 2. Qui vocant dorſum *matris ſuæ* ex vobis *aliquam* ex uxoribus ſuis, *ſciant*, non eſſe eas matres ipſorum. *a* Non *ſunt* matres eorum, niſi quę genuerunt eos: & quidem ipſi, *dùm vocant uxores dorſum matris ſuæ*, certè dicunt dictum iniquum, & mendacium: & quidem Deus ſanè *eſt* indultor, condonator. 3. Qui autem vocant dorſum *matris ſuæ aliquam* ex uxoribus ſuis: deinde pœnitet eos ejus, quod dixerunt: *pœna eorum erit* liberatio cervicis (*ideſt unius captivi*) antequam ſeſe mutuò attingant *per actum conjugalem*. Hoc *eſt*, de quo commonemini: Deus autem de eo, quod facitis, *eſt* plenè inſtructus. 4. Qui verò non invenit *captivum*, *quem redimat*: *imponatur illi* jejunium duorum menſium ſeſe inſequentium (*ideſt continuatorum*) antequam ſeſe mutuò attingant. Qui verò non potuerit *jejunare*: *imponatur illi* cibatio ſexaginta pauperum. Hoc *indulgetur vobis*, ut credatis in Deum, & Legatum ejus. Hi autem *ſunt* termini (*ideſt ſtatuta*) Dei: & incredulis *erit* pœna dolorifica. 5. Certè, qui adverſabuntur Deo, & Legato ejus, deprimentur, ſicut depreſſi ſunt, qui *fuerunt* ante eos. Et jam demiſimus ſigna manifeſta. Incredulis verò *erit* pœna ignominioſa. 6. Die, *qua* reſuſcitabit eos Deus univerſos, & enarrabit illis id, quod fuerint operati.

a Si.

Compu-

Computavit illud Deus : & *ipſi* obliti ſunt ejus : & Deus ſuper omnem rem *eſt* teſtis (*ideſt præſens eſt omnibus rebus*) . 7. An non noſti, quòd Deus ſcit, quod *eſt* in Cœlis , & quod *eſt* in terra ? Non eſt ulla collocutio trium , niſi ipſe *ſit* quartus eorum : neque quinque , niſi ipſe *ſit* ſextus eorum : neque minor hoc *numero* , neque major , niſi ipſe *ſit* cum eis , ubicunque fuerint . Deinde enarrabit eis id , quod fecerint in die Reſurrectionis : quippè Deus in omni re *eſt* Sciens . 8. Nonne conſideraſti eos , qui prohibiti ſunt à collocutione clandeſtina : deinde redeunt ad id , à quo prohibiti ſunt , & clam colloquuntur inter ſe de iniquitate , & hoſtilitate , & inobedientia erga Legatum ? Cùm autem venerint ad te , ſalutant te eo *modo ſalutationis* , quo nunquam ſalutavit te Deus : & dicunt inter ſeipſos *per jocum* : Nonne puniet nos Deus ob id , quod dicimus ? Sufficientia eorum (*ideſt pœna , quæ illis ſufficiat*) *erit* Gehenna ; deſcendent comburendi in illam : & infelix erit profectio *ad eam* . 9. O , qui credidiſtis *a* , cùm clam colloquemini , ne colloquamini de iniquitate , & hoſtilitate , & inobedientia erga Legatum : ſed colloquimini de juſtitia , & pietate : & timete Deum , ad quem congregabimini *in die Judicii* . 10. Profectò clandeſtina collocutio *de rebus iniquis eſt* à Satana, ut contriſtet eos, qui crediderunt : ſed non erit *ullus* nocens eis ulla in re , niſi ex conceſſione Dei : ſuper Deum itaque innitantur Fideles . 11. O , qui *b* credidiſtis , cùm dicetur vobis : Dilatamini in conſeſſibus (*ideſt recedite hinc inde , dantes locum Mahumeto , ut ſedeat)* dilatamini : amplum ſpatium concedet Deus vobis . Et, cùm dicetur vobis : Aſſurgite : aſſurgite . Exaltabit Deus eos , qui crediderunt ex vobis , & eos , quibus data eſt ſcientia , gradibus *honoris in Paradiſo* : & Deus de eo , quod facitis, *eſt* plenè inſtructus . 12. O , qui credidiſtis , cùm allocuturi eritis Legatum , præferte ante allocutionem veſtram eleemoſynam : hoc *erit* melius vobis , & purius (*ideſt aptius ad purganda peccata veſtra)* . Quod ſi non inveneritis, *quid offeratis* : profectò Deus *erit vobis* indulgens , miſericors . 13. An timetis , ne præferatis ante allocutionem veſtram eleemoſynas , *ob metum paupertatis* ? Atqui, ſi non feceritis *hoc* , & ignoverit Deus vobis : ſaltem obſervate orationem , & prębete ſtatutum cenſum , & obedite Deo , & Legato ejus : & Deus commonitus *eſt* de eo, quod operamini. 14. An non reſpexiſti ad eos, qui acceperunt in ſocios homines , contra quos iratus eſt Deus ? (*ideſt Judæos*) non *ſunt* ipſi ex vobis , neque ex illis : & jurant ſuper mendacium , & ipſi ſciunt . 15. Præparavit Deus illis pęnam vehementem : quippe ipſi peſſimum eſt id , quod faciunt . 16. Aſſumpſerunt juramenta ſua in tegumentum (*ideſt ad tuendos ſe ipſos , & facultates ſuas*) & ideò averterunt *Fideles* à via Dei : quamobrem *erit* ipſis pęna ignominioſa . 17. Non proderunt illis facultates eorum, neque filii eorum apud Deum quidquam . Hi *erunt* habitatores Ignis , ipſi in eo perpetuò commoraturi . 18. Die *quadam* ſuſcitabit eos Deus omnes : tunc jurabunt ei , *ſe eſſe Fideles* , quemadmodùm jurant vobis : & exiſtimabunt , ſe fore ſuper aliquam rem (*ideſt ſibi hoc ad aliquid profuturum)* . Nonne ſanè ipſi ſunt mentientes ? 19. Prævaluit ſuper eos Satanas , & obliviſci fecit eos memoriam Dei . Hi *ſunt* aſſeclæ Satanę . Nonne porrò aſſeclæ Satanæ ipſi *ſunt* perdendi? 20. Certè, qui adverſantur Deo , & Legato ejus : hi *erunt* inter viliſſimos . 21. Scripſit Deus : Certè vincam ego , & Legati mei : quippè Deus *eſt* fortis , Præpotens . 22. Non invenies homines , qui credunt in Deum , & diem noviſſimum , quòd ament eum , qui adverſatur Deo , & Legato ejus , etiam ſi ſint patres eorum , aut filii eorum , aut fratres eorum , aut contribules eorum . Horum ſcripſit *Deus* in cordibus fidem , & roboravit eos Spiritu ex ſe (*ideſt ſuo*) & introducet eos in hortos ; current de ſub ipſis flumina , perpetuò commoraturos in illis . Complacuit ſibi Deus in illis , & *ipſi* complacuerunt ſibi in eo . Hi ſunt aſſeclæ Dei ; nonne porrò aſſeclæ Dei ſunt felicitatem conſecuturi ?

a crediderunt.

b crediderunt.

NOTÆ.

NOTÆ.

INſcribitur hæc Sura المجادلة *Diſceptatrix*; non à diſceptatione, ſeu contentione Mahumeti cum Arabibus, ut ineptè pronunciat Hottingerus: ſed ex diſceptatione, ſeu dialogiſmo Mahumeti cum Chaula filia Thoalebæ: de quâ mox in ſcholio primi verſus. Medinenſem in omnibus exemplaribus invenio. Hottingerus tamen prædictus aſſerit, ſe inveniſſe etiam Meccanam. Beidavius facit مدنية وقيل العشر الاول مكية والثانى مدنية: *Medinenſem: & ſecundum aliquos in prima Decade Meccanam: in ſecunda verò* Medinenſem. Verſus duo ſupra viginti illi communiter tribuuntur. Qui eam legerit كُتِبَ من حزب الله يوم القيمة: *ſcribetur inter aſſeclas, ſeu factionarios Dei die reſurrectionis.*

I. *Quæ diſceptat tecum de conjuge ſuo.*] Gelal: كان قال لها انت علىّ كظهر امّي وقد سالت النبى عن ذلك فاجابها بانّها حُرّمت عليه علـى ما هو المعهود عندهم من ان الظهار موجبه: فرقه مودّة وهى خولة بنت ثعلبة وهو اوس بن الصامت: *Dixerat ei* (nempè Chaulæ maritus ejus) *Tu es apud me, ſicut dorſum matris meæ* (quæ, ut diximus, erat formula repudii.) *Illa verò conſuluerat de hoc Prophetam* (Mahumetum) *qui reſpondit, ipſi jam prohibitum eſſe illius conjugium, propterea quod tale eſſet pactum apud eos receptum, quòd hujuſmodi forma loquendi importaret neceſſariò perpetuam ſeparationem. Vocabatur autem mulier Chaula filia Thoalebæ: & maritus ejus Auſus filius Alſameti.* Addit Jahias, cùm Mahumetus de hac re à Chaula conſuleretur, reſpondiſſe: ما أُمرت فيك بشئ ارجعى الى بيتك فان يأتى شى اعلّمتك فلمّا خرجت من عنده رفعت يدهـا تدعوا الله وانزل الله قد سمع الله: *Nihil mihi à Deo præceptum eſt circa te. Regredere in domum tuam. Si quid mihi revelabitur, notificabo tibi. Cùm autem illa ab eo diſceſſiſſet, elevavit manum ſuam, & precata eſt Deum, qui tunc revelavit Mahumeto ea verba: Jam audivit Deus, &c.*

II. *Qui vocant dorſum matris ſuæ.*] Arabicè الذين يظاهرون Latino verbo vix exprimi poteſt, niſi barbarè dicamus, *dorſizant, vel tergizant*. Jam innui, fuiſſe in more Arabum Ethnicorum, ſi quandò vellent uxorem repudiare, dicere illi: Tu es apud me, velut dorſum matris meæ. Qua forma loquendi profitebantur, ſe illas jam non ut uxores, ſed ut matres agnoſcere, cum quibus ſemper deinde conjugium illicitum foret. Cur autem dorſum, & non aliam partem uſurparent, non facile divinarem. Fortaſsè, viliorem partem corporis accipiendo, oſtendere volebant, vilem ſibi, & exoſam eſſe uxorem, quam repudiabant: Mahumetus, ut patet ex dictis, conſuetudinem hanc à principio probavit; deinde verò, ut perniciosam, impiamque damnavit.

VIII. *Qui prohibiti ſunt à collocutione clandeſtina*] Erant hi Judæi, ut ait Gelal, qui clam inter ſe contra Mahumetum ſeditioſa conſilia inibant: ac propterea interdixit ea illis Mahumetus. Hi autem per contemptum ſalutabant eum: nam pro eo ut dicerent السلام عليك Aſſalam aleica, ideſt *Pax ſuper te*: detracta una littera, dicebant السام عليك Aſſam aleica, ideſt *Peſtis, ſeu mors ſuper te*: qua ſalutatione nondùm à Deo ſe ſalutatum fuiſſe affirmat, quia Deus nondùm volebat eum mori.

XIV. *An non reſpexiſti ad eos?*] Erant hi Mahumetani quidem, ſed impii, ac perfidi, qui amicos habebant eos, quibus Deus iratus fuit, ideſt Judæos, ut explicat Gelal: Et cum illis clandeſtina contra Mahumetum, & cæteros Mahumetanos conſilia inibant: & neque Mahumetani erant, neque Judæi: & nihilominùs ſe Mahumetanos eſſe mendaciter jurabant.

REFUTATIONES.

I. NImis levem, & inconſtantem ſe Mahumetus oſtendit, dùm illud idem, quod in Chaula uxore Auſi approbaverat, juſtumque eſſe pronunciaverat: mox damnat, & tamquam magnum crimen, gravi pœna puniendum ſtatuit. Reſpondebunt fortaſsè Mahumetani, ipſum poſt id, quod contra Chaulam pro Auſo definierat, novam legem decreto ſuo contrariam à Deo accepiſſe. Eſto. Verùm non ſine gravi nota Prophetæ tanti, qui Prophetarum omnium lumen, & prudentiam, juxta Moslemos, obtinebat, dici poteſt illum id juſtum cenſuiſſe, quod Deus, ut injuſtum, atque illicitum damnavit. Puto tamen, hominem æquè luxurioſum, ac verſutum eam legem, qua uxores ſemel repudiatæ, tanquam matres, cum quibus ſemper nefarium eſt filiorum conjugium, cenſebantur, datam ſibi à Deo mentitum fuiſſe; ut ipſe poſſet pro libito, ac libidine uxores repudiare, iterùmque recipere.

II. Cùm Legislatorum partes ſint Reipublicæ commoda, communeque bonum in ferendis legibus tantummodò reſpicere: Mahumetus in Alcorano ſibiipſi perpetuò conſulit, & rem ſuam ſedulò curat. Nam, quia (utpotè Tyrannus) cum perpetua de ſuis Arabibus, præſertim Judæis, ſuſpicione vivebat: ne clam quidem eos ſimul colloqui patiebatur, ne quid contra ſe mali molirentur. Deindè ſe nimis ambitioſum, propriæque gloriæ ſtudioſum oſtendit, cùm, ſe adveniente, omnes jubet aſſurgere, ſeque in latera removere, amplumque ſpatium ad illius ſeſſionem relinquere. Æquum eſt hæc honoris ſpecimina populum Principi exibere: dedecet tamen modeſtum Principem hæc eadem à populo per leges ambitioſiùs exigere.

III. Illud verò, quod ſingularis avaritiæ Mahumetum condemnat, eſt, quòd jubeat omnes ad ſe venientes, ſecum collocuturos, ſtipem ſibi anteà offerre, quæ ſanè, non ad publicum, ſed ad privatum commodum exigebatur: nam ea, quæ ad utilitatem publicam ſpectabant, الزكاة, ideſt cenſus ſacer, ab omnibus ſolvebatur. Refert Svetonius Tranquillus in Vita Caligulæ c. 42. hunc Imperatorem, *nata ſibi filia, collationes in alimoniam, & dotem puellæ facere cœpiſſe, atque edixiſſe, ineunte anno ſe ſtrenas recepturum, atque in veſtibulo ædium Kalendis Januarii ſtetiſſe ad capiendas ſtipes, quas plenis ante eum manibus, & ſinu omnis generis turba fundebat.* Superavit Mahumetus Caligulam avaritia ſua: nam, quod ille fecit ſemel, hic perpetua lege ſanciyit.

سورة الحشر مدنية اربع وعشرون آية

SURA LIX.

CONGREGATIO MEDINENSIS:

COMMATUM VIGINTI QUATUOR.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 سبح لله ما في السموات وما في الارض وهو العزيز الحكيم ۞ 2 هو الذي اخرج الذين
كفروا من اهل الكتاب من ديارهم لاول الحشر ما ظننتم ان يخرجوا وظنوا انهم مانعتهم
حصونهم من الله فاتيهم الله من حيث لم يحتسبوا وقذف في قلوبهم الرعب يخربون بيوتهم
بايديهم وايدي المؤمنين فاعتبروا يا اولي الابصار ۞ 3 ولولا ان كتب الله عليهم الجلاء
لعذبهم في الدنيا ولهم في الاخرة عذاب النار ۞ 4 ذلك بانهم شاقوا الله ورسوله ومن يشاق الله
فان الله شديد العقاب ۞ 5 ما قطعتم من لينة او تركتموها قائمة على اصولها فباذن الله
وليخزي الفاسقين ۞ 6 وما افاء الله على رسوله منهم فما اوجفتم عليه من خيل ولا ركاب
ولكن الله يسلط رسله على من يشاء والله على كل شيء قدير ۞ 7 ما افاء الله على
رسوله من اهل القرى فلله وللرسول ولذي القربى واليتامى والمساكين وابن السبيل كي
لا يكون دولة بين الاغنياء منكم وما اتيكم الرسول فخذوه وما نهيكم عنه فانتهوا واتقوا الله
ان الله شديد العقاب ۞ 8 للفقراء المهاجرين الذين اخرجوا من ديارهم واموالهم يبتغون فضلا
من الله ورضوانا وينصرون الله ورسوله اولئك هم الصادقون ۞ 9 والذين تبوؤ الدار والايمان
من قبلهم يحبون من هاجر اليهم ولا يجدون في صدورهم حاجة مما اوتوا ويؤثرون على انفسهم
ولو كان بهم خصاصة ومن يوق شح نفسه فاولئك هم المفلحون ۞ 10 والذين جاؤا من بعدهم
يقولون ربنا اغفر لنا ولاخواننا الذين سبقونا بالايمان ولا تجعل في قلوبنا غلا للذين امنوا ربنا
انك رؤف رحيم ۞ 11 الم تر الى الذين نافقوا يقولون لاخوانهم الذين كفروا من اهل
الكتاب

ٱلْكِتَٰبِ لَئِنْ أُخْرِجْتُمْ لَنَخْرُجَنَّ مَعَكُمْ وَلَا نُطِيعُ فِيكُمْ أَحَدًا أَبَدًا وَإِنْ قُوتِلْتُمْ لَنَنصُرَنَّكُمْ
وَٱللَّهُ يَشْهَدُ إِنَّهُمْ لَكَٰذِبُونَ ۝ 12 لَئِنْ أُخْرِجُوا لَا يَخْرُجُونَ مَعَهُمْ وَلَئِنْ قُوتِلُوا لَا يَنصُرُونَهُمْ
وَلَئِنْ نَّصَرُوهُمْ لَيُوَلُّنَّ ٱلْأَدْبَٰرَ ثُمَّ لَا يُنصَرُونَ ۝ 13 لَأَنتُمْ أَشَدُّ رَهْبَةً فِي صُدُورِهِم مِّنَ ٱللَّهِ ذَٰلِكَ
بِأَنَّهُمْ قَوْمٌ لَّا يَفْقَهُونَ ۝ 14 لَا يُقَٰتِلُونَكُمْ جَمِيعًا إِلَّا فِي قُرًى مُّحَصَّنَةٍ أَوْ مِن وَرَآءِ جُدُرٍ بَأْسُهُم
بَيْنَهُمْ شَدِيدٌ تَحْسَبُهُمْ جَمِيعًا وَقُلُوبُهُمْ شَتَّىٰ ذَٰلِكَ بِأَنَّهُمْ قَوْمٌ لَّا يَعْقِلُونَ ۝ 15 كَمَثَلِ ٱلَّذِينَ مِن
قَبْلِهِمْ قَرِيبًا ذَاقُوا وَبَالَ أَمْرِهِمْ وَلَهُمْ عَذَابٌ أَلِيمٌ ۝ 16 كَمَثَلِ ٱلشَّيْطَٰنِ إِذْ قَالَ لِلْإِنسَٰنِ
ٱكْفُرْ فَلَمَّا كَفَرَ قَالَ إِنِّي بَرِيٓءٌ مِّنكَ إِنِّيٓ أَخَافُ ٱللَّهَ رَبَّ ٱلْعَٰلَمِينَ ۝ 17 فَكَانَ عَٰقِبَتَهُمَآ
أَنَّهُمَا فِي ٱلنَّارِ خَٰلِدَيْنِ فِيهَا وَذَٰلِكَ جَزَٰٓؤُا ٱلظَّٰلِمِينَ ۝ 18 يَٰٓأَيُّهَا ٱلَّذِينَ ءَامَنُوا ٱتَّقُوا ٱللَّهَ
وَلْتَنظُرْ نَفْسٌ مَّا قَدَّمَتْ لِغَدٍ وَٱتَّقُوا ٱللَّهَ إِنَّ ٱللَّهَ خَبِيرٌۢ بِمَا تَعْمَلُونَ ۝ 19 وَلَا تَكُونُوا كَٱلَّذِينَ
نَسُوا ٱللَّهَ فَأَنسَىٰهُمْ أَنفُسَهُمْ أُو۟لَٰٓئِكَ هُمُ ٱلْفَٰسِقُونَ ۝ 20 لَا يَسْتَوِىٓ أَصْحَٰبُ ٱلنَّارِ وَأَصْحَٰبُ ٱلْجَنَّةِ
أَصْحَٰبُ ٱلْجَنَّةِ هُمُ ٱلْفَآئِزُونَ ۝ 21 لَوْ أَنزَلْنَا هَٰذَا ٱلْقُرْءَانَ عَلَىٰ جَبَلٍ لَّرَأَيْتَهُۥ خَٰشِعًا مُّتَصَدِّعًا مِّنْ
خَشْيَةِ ٱللَّهِ وَتِلْكَ ٱلْأَمْثَٰلُ نَضْرِبُهَا لِلنَّاسِ لَعَلَّهُمْ يَتَفَكَّرُونَ ۝ 22 هُوَ ٱللَّهُ ٱلَّذِي لَآ إِلَٰهَ إِلَّا هُوَ
عَٰلِمُ ٱلْغَيْبِ وَٱلشَّهَٰدَةِ هُوَ ٱلرَّحْمَٰنُ ٱلرَّحِيمُ ۝ 23 هُوَ ٱللَّهُ ٱلَّذِي لَآ إِلَٰهَ إِلَّا هُوَ ٱلْمَلِكُ ٱلْقُدُّوسُ
ٱلسَّلَٰمُ ٱلْمُؤْمِنُ ٱلْمُهَيْمِنُ ٱلْعَزِيزُ ٱلْجَبَّارُ ٱلْمُتَكَبِّرُ سُبْحَٰنَ ٱللَّهِ عَمَّا يُشْرِكُونَ ۝ 24 هُوَ ٱللَّهُ ٱلْخَٰلِقُ
ٱلْبَارِئُ ٱلْمُصَوِّرُ لَهُ ٱلْأَسْمَآءُ ٱلْحُسْنَىٰ يُسَبِّحُ لَهُۥ مَا فِي ٱلسَّمَٰوَٰتِ وَٱلْأَرْضِ وَهُوَ ٱلْعَزِيزُ ٱلْحَكِيمُ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. LAudat Deum id, quod *eſt* in Cœlis, & id, quod *eſt* in terra: & ipſe eſt Præpotens, Sapiens. 2. Ipſe eſt, qui ejecit eos, qui fuerunt increduli de familia Libri (*Judæos ſcilicet Nodeirenſes*) è domibus ſuis ad primam congregationem *eorum in Syriam*. Non putabatis, quòd egreſſuri eſſent *ex Arabia*: & *ipſi* exiſtimabant, quòd defenſurę *eſſent* ipſos arces eorum à Deo. At venit ad eos Deus, de unde non exiſtimaverant: & conjecit in corda eorum terrorem. Diruebant domos ſuas manibus ſuis, & manibus Fidelium *eos oppugnantium*. Exemplum ergo capite *hinc* ò prædíti oculis. 3. Et, niſi ſcripſiſſet Deus ſuper eos tranſmigrationem (*ideſt, niſi decreviſſet eos ex Arabia in Syriam ejicendos*) certè puniviſſet eos in hoc Mundo: & ipſis in futuro ſæculo *erit* tormentum Ignis. 4. Hoc, quia ipſi ſchiſma fecerunt adverſus Deum, & Legatum ejus. Qui autem ſchiſma fecerit adverſus Deum, utique Deus *erit erga eum* vehemens punitione. 5. Quod excidiſtis de palmis, vel reliquiſtis illas ſtantes ſuper truncos ſuos, *fuit* porrò per voluntatem Dei, & ut ignominia afficeret prevaricatores *Judæos*, *qui eas poſſidebant*. 6. Et id, quod conceſſit in prædam Deus Legato ſuo ex illis, non impuliſtis ſuper illud ullos equos, neque Camelos (*ideſt non acquiſiſtis illud ope equorum, aut camelorum*) ſed Deus prævalere facit Legatos ſuos, ſuper quem vult: nam Deus *eſt* ſuper omnem rem Potens. 7. Id, quod conceſſit in prædam Deus Legato ſuo ex familia urbium, *debetur* Deo, & Legato, & habenti conſanguinitatem *cum eo*, & orphanis, & pauperibus, & filio ſemitæ (*ideſt detento, ſeu obſeſſo in itinere ſuo*) ut non ſit in circulum *perpetuum felicitatis* inter divites ex vobis. Quod verò dederit vobis Legatus, porrò accipite illud. Quod verò negaverit vobis, abſtinete *ab eo affectando*. Et timete Deum:

quippè Deus *eſt* Vehemens in punitione. 8. *Debetur etiam* pauperibus emigrantibus *è Mecca in Medinam*, qui ejecti ſunt è domibus ſuis, & facultatibus ſuis, & exquirunt abundantiam à Deo, & beneplacitum *ejus*, & adjuvent Deum, & Legatum ejus. Hi ſunt veraces. 9. Qui autem incoluerunt Domum *Medinæ*, & fidem *receperunt* ante eos, amant illum, qui emigraverit ad ipſos, & non inveniunt in pectoribus ſuis neceſſitatem (*ideſt invidiam*) ex eo, quod datur illis *de præda à Mahumeto*; & præferunt *eos* ſibi ipſis, etiamſi ſit in ſe neceſſitas *earum rerum, in quibus eos ſibi præferunt*. Qui autem cuſtoditus fuerit ab avaritia animæ ſuæ, hi certè erunt felices. 10. Et, qui venerint poſt eos, dicent: Domine noſter, parce nobis, & fratribus noſtris, qui præceſſerunt nos in fide: & ne ponas in cordibus noſtris malevolentiam erga eos, qui crediderunt. Domine noſter tu certè es Pius, Miſericors. 11. An non reſpexiſti ad eos, qui in impietatem prolapſi ſunt? Dicunt fratribus ſuis, qui ſunt infideles ex familia Libri (*ideſt Judæis Nodeirenſibus*): Certè, ſi ejecti fueritis *ex Medina*, profectò egrediemur vobiſcum; & non obediemus inter vos ulli unquam *præter vos*. Et, ſi oppugnati fueritis, certè adjuvabimus vos. At Deus teſtis eſt, quòd ipſi ſunt ſanè mentientes. 12. Profectò, ſi ejecti fuerint, non egredientur cum illis: & certè, ſi oppugnati fuerint, non auxiliabuntur eis: & certè, ſi auxiliati fuerint eis, ſanè retrò vertent terga: deindè non adjuvabuntur. 13. Certè vos *fuiſtis* robuſtiores *illis* ob metum *immiſſum* in pectora eorum à Deo. Hoc, quia ipſi *ſunt* homines, *qui* non ſapiunt. 14. Non pugnabunt contra vos *Judæi* omnes ſimul, niſi in oppidis munitis, vel de poſt muros. Vis militaris eorum inter ſe *eſt* valida: æſtimabis eos omnes ſimul (*ideſt ſimul unitos*) ſed corda eorum *ſunt* diviſa. Hoc, quia *ipſi ſunt* homines, *qui* non intelligunt. 15. Juxta ſimilitudinem eorum, qui *fuerunt* ante ipſos nuper; guſtaverunt gravitatem *pœnæ* negotii ſui: & ipſis *erit* ſupplicium dolorificum *in ſæculo futuro*. 16. Juxta ſimilitudinem Satanæ, cùm dixit homini: Eſto infidelis. Cùmque infidelis fuiſſet, dixit *illi*: Certè ego immunis *ſum* à te (*ideſt à peccato tuo*)
a Mundorũ. quippè ego timeo Deum Dominum *a* Sæculorum. 17. Erit *nihilominùs* exitus utriuſque, quòd ambo in Ignem *conjiciendi ſint*, perpetuò commoraturi in eo: & hæc *erit* retributio Iniquorum. 18. O, qui crediderunt, timete Deum:
b anima. & inſpiciat *b* unuſquiſque, quid præmittat *bonorum operum* ad diem craſtinum: & timete Deum, quippè Deus *eſt* perfectè inſtructus de eo, quod facitis. 19. Et neſcitis, ſicut illi, qui obliti ſunt Dei; & obliviſci fecit eos *Deus* animarum ſuarum. Hi ſunt Prævaricantes. 20. Non adæquabuntur habitatores Ignis, & habitatores Paradiſi. Habitatores Paradiſi ipſi erunt felices. 21. Si demiſiſſemus hunc Alcoranum ſuper montem: certè vidiſſes eum ſeſe humiliantem, ſcindentem ſeſe ex timore Dei. Has autem ſimilitudines proponimus hominibus, ut ipſi *eas* mente revolvant. 22. Ipſe *eſt* Deus, qui non eſt Deus, niſi ipſe: Cognitor occulti, & manifeſti: ipſe eſt Miſerator, Miſericors. 23. Ipſe eſt Deus, qui non eſt Deus, niſi ipſe: Rex, Sanctus, Pax, Fidelis, Cuſtos, Præpotens, Gigas, Excelſus, Laus Deo ab eo, quod aſſociant (*ideſt abſit, ut habeat deos ſocios*). 24. Ipſe eſt Deus, Creator, Conditor, Formator. Ipſi ſunt nomina pulcherrima. Laudat eum id, quod *eſt* in Cœlis, & Terra: & ipſe *eſt* Præpotens, Sapiens.

NOTÆ.

SUræ titulus Arabicè الحشر, quæ vox primariò *congregationem* ſignificat: agitur enim in ea de Judæis è Medina in Syriam à Mahumeto expulſis, & in eadem Syria congregatis. Exponit Gel. جلاء, *tranſmigrationem*: alii vertunt *expulſionem*: alii *diſperſionem*. Eſt autem Sura Medinenſis; & commata quatuor ſupra viginti illi tribuuntur. Qui eam legerit غفر الله له ما تقدم من ذنبه وما تاخر *ignoſcet ei Deus peccata omnia antecedentia, & ſubſequentia.*

II. *Ad primam congregationem eorum in Syriam.*] Hi nempè Judæi, qui dicebantur بنوا النضير *filii*, ſeu poſteri *Aldodeiri*, bis ejecti ſunt è Medina, in qua arces quaſdam obtinebant. Primò, cùm adverſus Mahumetum una cum quibuſdam perfidis Mahumetanis conſpiraſſent; tunc enim ab eodem Mahumeto victi, depulſique ſunt in Syriam. Secundò, cùm regreſſi iidem, vel alii, qui remanſerant, iterùm nova moliti ſunt, & tunc, ut ſcribit Gelal: جلاهم عمر فى خلافته الى خيبر, *ejecit eos Omar in Imperio ſuo in regionem Chaiber.*

V.

V. *Quod exciditis de palmis.*] Mahumetani ſcilicet pugnantes contra Judæos prædictos exciderant hoſtilem in morem palmeta quædam eorum: quædam verò intacta reliquerant.

VI. *Et id, quod conceſſit in prædam Deus Legato ſuo.*] Ac, ſi diceret, inquit Gelal: فلا حق لكم فيه ويختص به النبي ومن ذكر معه من الاصناف الاربعة على ما كان يقسمه من ان لكل منهم خمس الخمس وله ع‌م الباقي يفعل فيه ما يشاء فاعطى منه المهاجرين وثلاثة من الانصار لفقرهم:

Propterea nullum vobis jus eſt in ea, ſed peculiari jure debetur Prophetæ, & illis quatuor hominum generibus, qui ſuprà commemorati ſunt: itaut horum unicuique generi danda ſit quinta quintæ: reliqua verò conveniant Prophetæ, ut faciat de illis, quod voluerit. Dedit tamen partem eorum iis, qui Meccæ emigraverant: & tribus ex Auxiliatoribus ob paupertatem eorum.

VII. *Ut non ſit in circulum.*] Sententia eſt, has prædas ex urbibus devictis relatas diſtribuendas eſſe pauperibus, non divitibus: ne ad hos ſemper redeat fortuna cum ſuis opibus.

XV. *Eorum, qui fuerunt ante ipſos nuper.*] Gelal: وهم اهل بدر من المشركين: *hi fuerunt Bedrenſes Idololatræ*, quos Mahumetus paulò ante devicerat.

XVI. *Cùm dixit homini.*] Poſſunt hæc intelligi prō aliquo caſu præterito, nempè pro Adam, vel alio homine: vel pro re, quæ quotidiè evenire conſuevit, itaut præteritum pro præſenti ſit accipiendum.

XXII. *Qui non eſt Deus, niſi ipſe.*] Retinui hìc modum loquendi Arabicum, æquivalentem huic: *Præterquam nullus alius* eſt Deus.

XXIII. *Gigas.*] Arabicè الجبار. Hōc titulō utuntur etiam Chriſtiani Syri loquentes de Deo, vel Chriſto. Sed hæc vox apud Arabes ſignificat etiam *ſuperbum, ac tyrannum*. De his, aliiſque Dei nominibus apud Arabes, vide, quæ ſuprà dicta ſunt

REFUTATIONES.

1. MIra eſt Mahumeti ſagacitas. Ut ſe Prophetam, ac Dei amicum venditet: omnia, quæ per vim, fraudem, ac ſcelus ipſe molitur, Divino tribuit miraculo, præſertim prælia, ac victorias; ſeu veriùs rapinas, ac latrocinia, Et, quæ omninò eventura eſſe ex quadam naturali neceſſitate, vel conjectura agnoſcit: divinare ſe, ac vaticinari confingit. Quædam etiam ſcientia illa, quam mediam, ſeu conditionatam vocant, quæ tamen nunquam erant futura, neque eſſe poterant, prædicendo, ſimulat ſe ſcire, quod prorsùs ignorabat: cujuſmodi eſt illud: Si Alcoranus ſuper montem aliquem à Deo demiſſus fuiſſet; mons ille ſeſe humiliter depreſſiſſet, ac per medium ſcidiſſet ob timorem Dei. Sed poterat hoc Mahumetus experimento probare, ſi Alcoranum ipſum ſupra montem aliquem collocaſſet, at hoc non fecit, ne mendax deprehenderetur: niſi fortè illius mens erat, non à ſe, ſed à Deo, quemadmodùm ad convertendos Arabes, ita ad convertendum montem, Alcoranum ſupra illum mittendum fuiſſe.

II. Non ſine magna calliditate, ac vafricie victorias ſuas Deo tribuit Mahumetus. Volebat homo aſtutus prædas totas ſibi arripere, militum labori mercedis nihil, aut præmii tribuendo. Itaque prædam totam ſibi, ſuiſque cognatis deberi pronunciat: ſuum deindè fore, aliquid ex ea pauperibus, Orphanis, & viatoribus obſeſſis, ſeu peregrinis impertiri. Videtur Gelal ſentire, Mahumetum quinque partes ex præda feciſſe, quarum unam ſibi retineret: cæteras verò pro rata cognatis ſuis, pauperibus, orphanis, & viatoribus, ſeu peregrinis diſtribueret. Sed excuſare vult Gelal Prophetæ ſui avaritiam: patet enim ex ipſis Alcorani verbis, illum prædas omnes ſibi retinuiſſe: ad libitum verò ſuum cæteris impertitum fuiſſe. Illud verò non eſt prætereundum, nolle Mahumetum ex prædis aliquid divitibus dari, ne felicis fortunæ circulus perpetuus illis obtingat. Ob hanc verò rationem, ne ipſis quidem, neque cognatis ejus aliquid dandum erat, cùm eſſent omnium ditiſſimi, & opulentiſſimi,

سورة الممتحنة مدنيّة

SURA LX.

PROBATA.

MEDINENSIS:

COMMATUM TRIUM, & DECEM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

يا أيها الذين آمنوا لا تتخذوا عدوي وعدوكم أولياء تلقون إليهم بالمودة وقد كفروا بما
جاءكم من الحق يخرجون الرسول وإياكم أن تؤمنوا بالله ربكم إن كنتم خرجتم جهادا في
سبيلي وابتغاء مرضاتي تسرون إليهم بالمودة وأنا أعلم بما أخفيتم وما أعلنتم ومن يفعله منكم
فقد ضل سواء السبيل ۞ 2 إن يثقفوكم يكونوا لكم أعداء ويبسطوا إليكم أيديهم وألسنتهم
بالسوء وودوا لو تكفرون ۞ 3 لن تنفعكم أرحامكم ولا أولادكم يوم القيمة يفصل
بينكم والله بما تعملون بصير ۞ 4 قد كانت لكم أسوة حسنة في إبراهيم والذين معه
إذ قالوا لقومهم إنا برآء منكم ومما تعبدون من دون الله كفرنا بكم وبدا بيننا وبينكم
العداوة والبغضاء أبدا حتى تؤمنوا بالله وحده إلا قول إبراهيم لأبيه لأستغفرن لك وما أملك لك
من الله من شيء ربنا عليك توكلنا وإليك أنبنا وإليك المصير ۞ 5 ربنا لا تجعلنا فتنة
للذين كفروا واغفر لنا ربنا إنك أنت العزيز الحكيم ۞ 6 لقد كان لكم فيهم أسوة حسنة
لمن كان يرجو الله واليوم الآخر ومن يتول فإن الله هو الغني الحميد ۞ 7 عسى الله أن
يجعل بينكم وبين الذين عاديتم منهم مودة والله قدير والله غفور رحيم ۞ 8 لا ينهيكم
الله عن الذين لم يقاتلوكم في الدين ولم يخرجوكم من دياركم أن تبروهم وتقسطوا إليهم
إن الله يحب المقسطين ۞ 9 إنما ينهيكم الله عن الذين قاتلوكم في الدين وأخرجوكم
من دياركم وظاهروا على إخراجكم أن تولوهم ومن يتولهم فأولئك هم الظالمون ۞
10 يا أيها الذين آمنوا إذا جاءكم المؤمنات مهاجرات فامتحنوهن الله أعلم بإيمانهن فإن
علمتموهن

مُلهنّهوهنّ مومنات فلا ترجعوهنّ إلى الكفّار لا هنّ حلّ لهم ولا هم يحلّون لهنّ واتوهم ما
انفقوا ولا جناح عليكم ان تنكحوهنّ اذا اتيتموهنّ اجورهنّ ولا تمسكوا بعصم الكوافر
وسلوا ما انفقتم وليسلوا ما انفقوا ذلكم حكم الله يحكم بينكم والله عليم حكيم ۞
11 وإن فاتكم شيء من ازواجكم إلى الكفّار فعاقبتم فاتوا الّذين ذهبت ازوجهم مثل
ما انفقوا واتّقوا الله الّذي انتم به مومنون ۞ 12 يا ايّها النّبي اذا جاءك المومنات يبايعنك
على ان لا يشركن بالله شيا ولا يسرقن ولا يزنين ولا يقتلنا اولادهنّ ولا ياتين ببهتان
يفترينه بين ايديهنّ وارجلهنّ ولا يعصينك في معروف فبايعهنّ واستغفر لهنّ الله إنّ الله غفور
رحيم ۞ 13 يا ايّها الّذين امنوا لا تتولّوا قوما غضب الله عليهم قد ييسوا من الاخرة
كما يئس الكفّار من اصحاب القبور ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. O, qui crediderunt: ne accipiatis hoſtem meum, & hoſtem veſtrum in ſocios, *a* oſtendentes erga eos benevolentiam, cùm increduli fuerint in id, quod venit ad vos de veritate *(ideſt in Alcorano)* *b* ejicientes Legatum, & vos *è Mecca*, eo, quòd credaretis in Deum, Dominum veſtrum: ſi egreſſi fueritis ad præliandum pro via mea, & ob deſiderium beneplaciti mei, *c* celantes erga eos benevolentiam *veſtram*: & ego ſcientiſſimus *ſum* de eo, quod occultaveritis, & quod propalaveritis. Qui autem fecerit hoc ex vobis, jam erravit ab æquitate viæ. 2. Si habuerint vos in poteſtate, erunt vobis hoſtes, & extendent contra vos manus ſuas, & linguas ſuas cum malo: & cupient, ut evadatis infideles. 3. Nullatenùs proderunt vobis conſanguinitates veſtræ, & filii veſtri die reſurrectionis: ponat diviſionem inter vos. Et Deus in id, quod facitis, *eſt* intuens. 4. Jam fuit vobis exemplum pulchrum in Abraham, & iis, qui fuerunt cum eo, cùm dixerunt genti ſuę: Nos certè immunes *ſumus* à vobis, & ab eo, quod colitis præter Deum. Abnegavimus vos: & incępta inter nos, & inter vos eſt inimicitia, & odium in perpetuum, donec credatis in Deum unicum. Verumtamen dictum Abrahę ad patrem ſuum *fuit*: Profectò indulgentiam præcabor pro te: ſed non potero obtinere tibi à Deo quidquam. Domine noſter, ſuper te innixi ſumus, & ad te converſi ſumus: & ad te *erit* reditus *noſter*. 5. Domine noſter, ne ponas nos ad tentationem iis, qui ſunt infideles: & parce nobis Domine noſter: tu quippè es Præpotens, Sapiens. 6. Certè jam fuit vobis in illis exemplum pulchrum ei, qui ſperat in Deum, & diem noviſſimum. Qui autem tergiverſatus fuerit: certè Deus *eſt* dives, Laudatus. 7. Fortè eveniet, ut Deus ponat inter vos, & inter eos, quos hoſtes habetis ex eis, benevolentiam: nam Deus *eſt* potens: & Deus eſt indultor, miſericors. 8. Non vetat vobis Deus quoad eos, qui non pugnaverunt contra vos circa Religionem, neque ejecerunt vos è domibus veſtris, ne beneficè agatis cum illis, & juſtè vos geratis erga eos: quippè Deus amat juſtè agentes. 9. Sed vetat vobis Deus quoad eos, qui pugnaverunt contra vos circa Religionem, & exturbaverunt vos ex habitaculis veſtris, & auxilium dederunt ad exturbandos vos, ne amicitiam ineatis cum illis: qui autem acceperint eos in amicos, hi erunt iniqui. 10. O, qui crediderunt, cùm venerint ad vos *mulieres* fideles tranſmigrantes *ab infidelibus*: probate illas. Deus ſcientiſſimus *eſt* de fide illarum. Quòd ſi cognoveritis, eas eſſe fideles, ne remittatis eas ad infideles. Non *ſunt* ipſæ licitæ illis *ad conjugium*; neque ipſi ſunt liciti illis;

a itaut oſtēdatis.
b dùm ejiciebant.
c itaut celetis.

& date illis (*ideſt maritis earum infidelibus*) id, quod expenderunt *in dotem earum*. Neque *erit* piaculum vobis, ſi nubatis cum eis, dummodò dederitis eis mercedes earum (*ideſt convenientem dotem*). Et ne retineatis patrocinium *uxorum veſtrarum* infidelium: ſed repetite id, quod expenderitis *in dotes earum*: & repetant *omnes ab hujuſmodi fœminis* id, quod expenderunt *pro eis*: *& remittant eas ad maritos ſuos infideles*. Hoc *eſt* judicium Dei, *quo* judicat inter vos: & Deus *eſt* Scienis, Sapiens. 11. Quòd ſi fugerit à vobis aliqua ex uxoribus veſtris ad infideles, deindè deprædati fueritis *eos*, date illis, quorum fugerint uxores, juxta id, quod expenderant *in dotes earum*: & timete Deum, in quem vos *eſtis* credentes. 12. O Propheta: cùm venerint ad te Fideles *mulieres transfugæ ab infidelibus* jurejurando promittentes tibi, quòd *inpoſterùm* non aſſociabunt cum Deo quidquam, neque furabuntur, neque fornicabuntur, neque occident filios ſuos, neque venient cum mendacio, quod confingant inter manus ſuas, & pedes ſuos: neque inobedientes erunt tibi in eo, quod eſt juſtum: tùm fidem tuam promitte illis, & veniam precare illis à Deo: quippè Deus *eſt* indultor, miſericors. 13. O, qui crediderunt: ne ſocietatem ineatis cum hominibus, ſuper quos iratus eſt Deus (*ideſt Judeis*). Jam deſperaverunt de futuro ſæculo, ſicut deſperaverunt infideles ex habitatoribus ſepulchrorum.

NOTÆ.

EPigraphe Arabica الممتحنة, verti poteſt *Probata*, & *Probanda*: eſtque generis fœminei ſingularis numeri. Jubet enim hìc Mahumetus probari fœminas, quæ ab infidelibus transfugæ, ſe jam fideles eſſe affirmabant. De loco, & numero verſuum hujus Suræ, non eſt inter Expoſitores diſcrepantia. Qui eamdem legerit كان له المؤمنون والمؤمنات شفعاء يوم القيمة: *habebit pro ſe interceſſores in die reſurrectionis omnes fideles tàm viros, quàm mulieres.*

I. *Hoſtem meum, & hoſtem veſtrum.*] Exponit Gelal, Meccanos infideles.

Si egreſſi fueritis ad præliandum.] Putat Gelal, eſſe hic apoſiopeſin, & ſubintelligi reſponſivam فلا تتخذوهم اولياء: *ne accipiatis eos in amicos, celantes benevolentiam, &c.* Sed videtur benè currere poſſe ſententia ſine hujuſmodi reſponſiva, ſi dicamus in ſequenti, *& qui fecerit hoc*, abundare particulam, *&*. Vel connectendo, *ſi egreſſi fueritis*, cum ſuperioribus: *Ne accipiatis hoſtem meum, &c.* Et tunc conveniet cum expoſitione Gelalis.

II. *Cum malo.*] Ideſt, ut exponit Gelal, verberantes, & occidentes vos manibus: & convitia linguis ingerentes.

V. *Ne ponas nos ad tentationem.*] Exponit Gelal: لا تظهرهم علينا فيظنوا انهم على الحق فيفتنوا بنا: *ne facias eos evadere ſuperiores nobis, ne propterea exiſtiment, ſe eſſe in vera religione, ideòque divexent, aut ſeducant nos in errorem.*

VI. *Qui autem tergiverſatus fuerit.*] Arabicè يتول, ſignificat etiam accipere aliquos in ſocios, vel amicos, ut patet in hac eadem Sura. Sed, cùm hoc loco abſolutè ponatur, vertendum cenſeo *tergiverſari*.

X. *Cùm venerint ad vos mulieres fideles.*] Hujuſmodi fœminæ aſſerebant, ſe eſſe velle Mahumetanas, ac propterea à transfugiſſe, ac tranſmigraſſe ad Mahumetanos à gente ſua infideli. Quamobrem Mahumetus jubet, earum fidem explorari, ac probari, inquit Gelal: بالحلف انهن ما خرجن الا رغبة في الاسلام لا بغضا في ازواجهن الكفار ولا عشقا لرجل من المسلمين كذا كان من يحلفهن: *juramento, quo aſſerant, ſe non fuiſſe egreſſas à gente ſua, niſi ob deſiderium ſuſcipiendæ veræ Religionis: non ex odio conjugum ſuorum infidelium, neque ex amore erga aliquem Moslemorum, quem deperirent. Hoc modo cogebat illas jurare Mahumetus.*

XI. *Aliqua ex uxoribus veſtris.*] Arabicè شئ من ازواجكم: *res aliqua de uxoribus veſtris*. Poteſt juxta Gelal, explicari شئ من مهورهن بالذهاب اليهم: *aliquid de dote illis tradita ob fugam ad infideles*. Porrò verbum Arabicum فعاقبتم, exponitur ab eodem فغزوتم وغنمتم, *& præliantes prædam retuleritis*, nempè ex illis iiſdem, ad quos fœminæ tranſfugerant, ut ego puto.

XII. *Quod confingant inter manus ſuas, & pedes ſuos.*] Exponit Gelal: اى بولد ملقوط ينسبنه الى الزوج ووصف بصفة الولد الحقيقى فان الام اذا وضعته سقط بين يديها ورجليها: *nimirùm mentiendo, prolem ſpuriam veram eſſe, & legitimam ex ſuo marito. Quia ſcilicet, dùm mulier parit, cadit fœtus inter manus, & pedes illius.*

XIII. *Infideles ex habitatoribus ſepulchrorum.*] Exponit Gelal: اذ يعرض عليهم مقاعدهم من الجنة لو كانوا امنوا وما يصيرون اليه من النار: *Cùm oſtenditur illis ſedes eorum, quam in Paradiſo obtinuiſſent, ſi fuiſſent fideles: & ignis ille, ad quem profecturi ſunt.* Hæc ſcilicet cauſa eſt deſperationis eorum, cùm adhuc in ſepulchro detinentur.

REFU-

REFUTATIONES.

I. Nihil hìc refutandum occurrit, niſi inteſtinum odium, quod ingerere nititur aſſeclis ſuis adverſus Meccanos communes concives, & cognatos; quod duplici titulo cohoneſtare ſe putat. Primò, quòd in Alcoranum credere noluiſſent: Secundò, quòd ſe, & ſocios ſuos novæ Religionis ſectatores è Mecca ejeciſſent. Verùm, benevolentiam alicui denegare, immo hoſtili odio illum proſequi, quòd fidem, & Religionem, præſertim novam amplecti nolit, eſt manifeſtè contra charitatem, & contra ipſius Alcorani leges, quibus ſtatuitur, nullam in religione vim, aut coactionem eſſe debere. Patriam verò, & Concives, ac Cognatos odio inſectari, etiamſi ab his injuria aliqua accepta fuerit, pietati manifeſtè, atque humanitati adverſatur, ut paulò ſuperiùs demonſtravimus.

Prætereà vel Mahumetus concivium, cognatorumque ſuorum infidelium perniciem exoptabat, vel ſalutem. Si primum, impium ſe, ut dixi, improbumque oſtendebat. Si ſecundum: benevolentia potiùs, humanitate, & clementia, quàm odiis, & ſimultatibus uti par erat: præſertim, cùm Mahumetus ipſe fateretur, facile fore, ut Deus poneret inter aſſeclas ſuos, & hoſtes Meccanos benevolentiam: quippè non ſolùm potens ad hoc, ſed etiam ſuapte natura Indultor, Miſericors: quam indulgentiam, ac miſericordiam æquum erat ipſum imitari,



سورة

سورة الصفّ مكية

SURA LXI.

ORDO.

MECCANA:

COMMATUM QUATUOR, & DECEM.

بسم الله الرحمن الرحيم ❋

1 سبح لله ما في السموات وما في الارض وهو العزيز الحكيم ۝ 2 يا ايها الذين امنوا
لم تقولون ما لا تفعلون ۝ 3 كبر مقتا عند الله ان تقولوا ما لا تفعلون ۝ 4 ان الله
يحب الذين يقاتلون في سبيله صفا كانهم بنيان مرصوص ۝ 5 وان قال موسى لقومه يا قوم لم
تؤذونني وقد تعلمون اني رسول الله اليكم فلما زاغوا ازاغ الله قلوبهم والله لا يهدي القوم
الفاسقين ۝ 6 وان قال عيسى ابن مريم يا بني اسرايل اني رسول الله اليكم مصدقا لما بين
يدي من التورية ومبشرا برسول ياتي من بعدي اسمه احمد فلما جاءهم بالبينات قالوا هذا سحر
مبين ۝ 7 ومن اظلم ممن افترى على الله الكذب وهو يدعى الى الاسلام والله لا يهدي
القوم الظالمين ۝ 8 يريدون ليطفيوا نور الله بافواههم والله متم نوره ولو كره الكافرون ۝
9 هو الذي ارسل رسوله بالهدى ودين الحق ليظهره على الدين كله ولو كره المشركون ۝
10 يا ايها الذين امنوا هل ادلكم على تجارة تنجيكم من عذاب اليم ۝
11 تومنون بالله ورسوله وتجاهدون في سبيل الله باموالكم وانفسكم ذلكم خير لكم ان
كنتم تعلمون ۝ 12 يغفر لكم ذنوبكم ويدخلكم جنات تجري من تحتها الانهار ومساكن
طيبة في جنات عدن ذلك الفوز العظيم ۝ 13 واخرى تحبونها نصر من الله وفتح قريب وبشر
المومنين ۝ 14 يا ايها الذين امنوا كونوا انصار الله كما قال عيسى ابن مريم للحواريين من
انصاري الى الله قال الحواريون نحن انصار الله فامنت طايفة من بني اسرايل وكفرت طايفة
فايدنا الذين امنوا على عدوهم فاصبحوا ظاهرين ❋

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. LAudat id, quod *eſt* in Cœlis, & id, quod *eſt* in terra: & ipſe *eſt* Præpotens, Sapiens. 2. O, qui crediderunt, quare dicitis id, quod non facitis (*ideſt cur dicitis vos pugnaturos, & deindè fugitis in bello*)? 3. Grave *eſt* odio (*ideſt odioſiſſimum eſt*) apud Deum, quòd dicatis id, quod non facitis. 4. Certè Deus amat illos, qui pugnant pro via ejus cum ordine, ac ſi ipſi *eſſent* ædificium firmiter diſpoſitum. 5. Et cùm dixit Moyſes populo ſuo. O populi meus, quare læditis me? Et jam ſcitis, me certè eſſe Legatum Dei ad vos. Poſtquàm autem deviaverunt *à veritate*, deviare fecit Deus corda eorum *à directione*: nam Deus non dirigit homines prevaricantes. 6. Et cùm dixit Jeſus filius Mariæ: O filii Iſrael, certè ego *ſum* Legatus Dei ad vos, confirmaturus id, quod *traditum fuit* ante me de Pentateucho: & annunciaturus Legatum, *qui* veniet poſt me: nomen ejus Ahmad. Poſtquàm autem *hic* venit ad eos cum evidentibus argumentis; dixerunt: Hoc eſt præſtigium manifeſtum. 7. Quis autem *eſt* iniquior, quàm qui confingit de Deo mendacium; & ipſe vocatur ad *Religionem* Eslam? Et Deus non dirigit gentes iniquas. 8. Volunt extinguere lumen Dei oribus ſuis: ſed Deus perfecturus *eſt* lumen ſuum, etiamſi renuant infideles. 9. Ipſe *eſt*, qui miſit Legatum ſuum cum directione, & Religione veritatis, ut apparere faciat eam ſuper Religionem omnem *illi contrariam*, etiam ſi renuant Aſſociantes. 10. O, qui crediderunt, an oſtendam vobis mercimonium, *quod* liberet vos à pœna diſcruciante. 11. *a* Credatis in Deum, & Legatum ejus: & *b* decertetis pro via Dei cum facultatibus veſtris, & animabus veſtris. Hoc *erit* melius vobis, ſi ſcieritis. 12. Parcet vobis peccata veſtra, & introducet vos in hortos, de ſub quibus currunt flumina; & habitationes bonas in hortis Eden. Hæc *erit* felicitas magna. 13. Et *dabit vobis* alia, *quæ* deſideratis. Auxilium à Deo, & victoria propinqua. Et Euangeliza Fidelibus. 14. O, qui crediderunt, eſtote adjutores Dei, quemadmodùm dixit Jeſus filius Mariæ Apoſtolis: Quinam *erunt* adjutores mei ad Deum (*ideſt ad propagandam Religionem Dei*)? reſponderunt Apoſtoli: Nos *erimus* adjutores Dei. Credidit ergo pars ex filiis Iſrael: & pars incredula fuit. Et roboravimus eos, qui crediderunt, ſuper hoſtem eorum (*ideſt ſuper incredulos*) quamobrem evaſerunt ſuperiores *in bello contra eos*.

a credentes. *b* decertantes.

NOTÆ.

INſcribitur hæc Sura الصف, ideſt *Ordo*, ab eadem voce, quæ habetur verſu quarto, in quo præcipitur Mahumetanis ordinem in exercitu, ac prælio ſervare: ſeu, ut explicat Gelal, bipartito ordine procedere. Idem Author, & alii nonnulli dubium relinquunt, Meccana ne ſit, an Medinenſis. Jahias tamen totam vult eſſe Medinenſem. In numero verſuum ferè omnes conveniunt. De præmio lectoris hæc habentur من قرء سورة الصف كان عيسى مصليا عليه ومستغفرا له ما دام فى الدنيا وهو يوم القيمة رفيقه. *Qui legerit Suram Ordinis, orabit Jeſus pro eo, & veniam precabitur pro eo, quandiù fuerit in hoc mundo: in die autem reſurrectionis erit illi fidus ſocius.*

V. *Quare læditis me?*] Lædebant Iſraelitæ Moyſen, quia, ut ait Jahias, زعموا انه ادر: *deblaterabant eum hernia laborare*. Vide, quæ de hac Fabula ſuperiùs dicta ſunt.

VI. *Nomen ejus Ahmad.*] Duplici nomine vocabatur Mahumetus: احمد *Ahmad*, & محمد *Mohammad*, cum eadem ferè ſignificatione. Primum enim *Laudatiſſimum*, ſecundum verò *Laudatum* ſignificat. Sed neutrum homini ſceleſtiſſimo, ac mortalium omnium vituperabiliſſimo convenit. Exiſtimo Græculum aliquem apoſtatam perſuaſiſſe Mahumeto, Spiritum Sanctum, quem Chriſtus promiſit, nuncupatum ab eodem fuiſſe non παράκλητον *Paracletum*, ideſt *Advocatum*, ſeu *Conſolatorem*: ſed περίκλητον *Periclytum*, ideſt *valdè inclitum, ac celebrem*: quod ſatis convenit cum nomine Ahmad, *Laudatiſſimum*.

XVI. *Credidit ergo pars ex filiis Iſrael.*] Satis inſulsè Gelal: امنت طايفة بعيسى وقالوا انه عبد الله رفع الى السما وكفرت طايفة لقولهم ابن الله رفعه اليه فاقتتلت الطايفتان: *Credidit pars in Jeſum, dicentes, illum eſſe ſervum Dei, & aſſumptum in Cœlum. Pars incredula fuit, & infidelis, aſſerendo, illum eſſe filium Dei, ab eodem in Cœlum ſublatum. Commiſerunt igitur hæc duæ factiones pugnam inter ſe, &c.*

REFU-

REFUTATIONES.

I. MOyſen non ſemel, ſed ſæpiùs ab Iſraelitis læſum fuiſſe, apertiſſimè habetur ex Pentateucho. Quòd verò totam hanc læſionem velit Alcoranus, juxta Expoſitorum ſententiam, in eo ſitam fuiſſe, quòd illum herniæ morbo laborare populus affirmaret: ridiculum prorsùs eſt. Neque enim hoc erat tantum malum, ut ex illius vulgatione Moyſes adeò ſe læſum fuiſſe conquereretur. Sed figmenta ſunt hæc, quæ jam ſuprà refutavimus.

II. Ea, quæ habet hìc Alcoranus de Chriſto, & Apoſtolis, & de prædicatione facta ab ipſo Chriſto de Mahumeto, ejuſque nomine, ficta prorsùs, & falſa eſſe patet: nullibi enim apud Euangeliſtas, aut Sacros Scriptores reperiuntur. Quòd ſi dicant Mahumetani, hæc vel à Chriſtianis ex Euangelio ſublata fuiſſe, vel ab Euangeliſtis prætermiſſa, & à Deo Mahumeto revelata: jam alibi oſtendimus, primum eſſe omninò impoſſibile. Secundum verò gratis prorsùs aſſeritur. Neque enim credi, niſi ſtultiſſimè poteſt, rem tanti momenti, qualis erat novi Prophetæ, ac legislatoris, novæque Religionis promiſſio à Chriſto Iſraelitis facta, ita in oblivionem abjiſſe, & tàm alto ſilentio opreſſam fuiſſe, ut ne Apoſtoli quidem de ea quidquam reſciverint, nec Euangeliſtæ aliquid meminerint: & Ahmadi nomen à Chriſto prædictum nunquam in notitiam ullius per tot ſæcula deveniſſe. Vide Prodromi par. 1. cap. 6. pag. 26.

III. Falsò, & prorsùs Thraſonicè jactat Mahumetus, ſe Religionem, ſeu potiùs ſuperſtitionem ſuam Religionibus univerſis ſuperiorem effecturum. Nunquam fecit hoc, neque faciet: ſemper enim Chriſtiana Religio & Mahumetana, & cæteris Sectis erit ſuperior: quemadmodùm alibi demonſtravimus. Vide Prodromi par. 2. cap. 5. pag. 24. & par. prim. in proæ. pag. 2. & alibi.

IV. Prætereunda non eſt conſueta Mahumeti fraudulentia, dùm à Dei laude exordiens ſtatim ſcenam immutat, & ad exercitus ſuos in bello ordinandos, & inſtruendos tranſgreditur. Hæc ſcilicet eſt malorum Principum ars, ambitionem, & impietatem ſuam religione, & pietate, ad faciliùs populos fallendos cohoneſtare. Omitto, quàm importunè, & penitùs extra rem, à choro, ut ita dicam, ad caſtra; à bello ad Moyſen; ab Iſraelitis ad Jeſum, & Apoſtolos; ab his ad ſuperſtitionem ſuam Eſlamiticam tranſiliat. Sed hoc perpetuum eſt vitium in Alcorano, in quo una tantùm conſtans eſt inconſtantia.

V. Dùm Mahumetus affirmat hìc juxta Mahumetanorum expoſitionem, aſſeclas Chriſti poſt ejus mortem, ſeu aſſumptionem in cœlum, in duas factiones diviſos fuiſſe: alii quippè aſſerebant, eum eſſe purum hominem, alii verò etiam Deum, ſeu filium Dei: ac propterea inter ſe armis decertaſſe: Deum verò primos adjuviſſe, ut de ſecundis victoriam referrent, illiſque ſuperiores evaderent; manifeſtiſſimi mendacii teſtimonio omnium antiquorum Scriptorum, atque etiam Sacrarum Scripturarum, quas Mahumetus, & Mahumetani infallibilis veritatis eſſe credunt, convincitur: Nam in Actis Apoſtolorum cap. 5. ſcribitur de omnibus Chriſti aſſeclis: *Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una*: Nec uſquam legimus, fuiſſe inter eos hujuſmodi ſciſſuras circà Chriſti humanitatem, & divinitatem; & multo minùs, inter ſeſe ob hanc cauſam armis decertaſſe, & eos, qui contendebant Chriſtum eſſe purum hominem, illis, qui etiam divinitatem ei tribuebant, ſuperiores in bello fuiſſe. Fabulæ hæc omnia ſunt, & mendacia. Vide, quæ dixi in Prodromo par. 3. cap. 16. pag. 27. quibus ſimilia ſunt ea, quæ ſcribit Ahmed Ebn-Edris relatus ab Hottingero in Hiſtoria ſua Orientali pag. mihi 345. nimirùm D. Paulum, cùm ex perſecutore Chriſtianorum divinis flagellis admonitus Chriſto nomen dediſſet, ſeſe intra ſacellum occluſiſſe, ubi cęleſtibus revelationibus fruebatur. Nullum autem unquam admittere ad colloquium voluit, niſi poſt multos dies: tùm verò quatuor tantùm admiſit: nempè يعقوب *Jacob*, qui fuit Author Jacobitarum: نسطور *Neſtur* (ſeu Neſtorium) à quo Neſtoriani orti ſunt: ملكون *MelKun*, à quo dicti ſunt MelKitæ: & المومن *Elmumen*, ideſt *Fidelis*, quia ſcilicet hic ſolus veram fidem profitebatur. Cùm autem quatuor his viris S. Paulus Chriſti divinitatem, & humanitatem manifeſtaſſet: tres primi, quamvis cum aliqua inter ſe differentia, crediderunt. Elmumen autem obſtinatè perſtitit in ſententia ſua aſſerens, Chriſtum non eſſe, niſi purum hominem. Quamobrem S. Paulus invitavit tres primos, & eorum aſſeclas ad præliandum contra Elmumen, eoſque, qui illi adhærebant. At Elmumen profligavit illos: fugeruntque in Syriam. Hactenùs Ahmed Ebn-Edris. Porrò Zamchaſerius refert expoſitionem cujuſdam Zeidi Ebn-Aly, qui ab aliquo, ut puto, Chriſtiano admonitus, agnovit clariſſimum Prophetæ ſui, ejuſque Expoſitorum errorem: utque illum aliquo modo purgaret, voluit Alcoranum loqui non de prælio aliquo materiali inter aſſeclas Chriſti, ſed de الحجة, nempè de concertatione illa, quæ fit per diſputationes, & argumenta inter adverſarios in rebus fidei, vel religionis. Sed in hoc diſcedit Author iſte à communi ſuorum ſententia: neque omninò eximit Mahumetum à falſitate, cùm nullæ hujuſmodi concertationes fuerint inter primos illos aſſeclas Chriſti.

سورة الجمعة مدنيّة احدي عشرة آية

SURA LXII.

CONVENTUS

MEDINENSIS:

COMMATUM UNDECIM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 يسبح لله ما في السموات وما في الارض الملك القدوس العزيز الحكيم ۞ 2 هو الذي
بعث في الاميين رسولا منهم يتلو عليهم اياته ويزكيهم ويعلمهم الكتاب والحكمة وان كانوا
من قبل لفي ضلال مبين ۞ 3 واخرين منهم لما يلحقوا بهم وهو العزيز الحكيم ۞ 4 ذلك
فضل الله يوتيه من يشاء والله ذو الفضل العظيم ۞ 5 مثل الذين حملوا التورية ثم لم
يحملوها كمثل الحمار يحمل اسفارا بيس مثل القوم الذين كذبوا بايات الله والله لا يهدي
القوم الظالمين ۞ 6 قل يا الذين هادوا ان زعمتم انكم اولياء لله من دون الناس
فتمنوا الموت ان كنتم صادقين ۞ 7 ولا يتمنونه ابدا بما قدمت ايديهم والله عليم بالظالمين ۞
8 قل ان الموت الذي تفرون منه فانه ملاقيكم ثم تردون الى عالم الغيب والشهادة فينبيكم
بما كنتم تعملون ۞ 9 يا ايها الذين امنوا اذا نودي للصلوة من يوم الجمعة فاسعوا الى
ذكر الله وذروا البيع ذلكم خير لكم ان كنتم تعلمون ۞ 10 فاذا قضيت الصلوة
فانتشروا في الارض وابتغوا من فضل الله واذكروا الله كثيرا لعلكم تفلحون ۞ 11 واذا
راوا تجارة او لهوا انفضوا اليها وتركوك قايما قل ما عند الله خير من اللهو ومن التجارة والله
خير الرازقين *

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. LAudat Deum id, quod *eſt* in Cœlis, & id, quod *eſt* in terra: Regem, Sanctum, Præpotentem, Sapientem. 2. Ipſe *eſt*, qui ſuſcitavit inter Idiotas (*ideſt Arabes*) Legatum ex ipſis, *qui* recitaret eis ſigna ſua (*ideſt Alcoranum*) & purificaret eos, & doceret eos Librum, & Sapientiam

(*ideſt*

(*ideſt Alcoranum, & quæ in eo ſapienter diſponuntur*) & quidem fuerunt anteà ſanè in errore manifeſto. 3. Alii verò ex illis nondùm aſſecuti ſunt eos *in Religione, & fide*: & ipſe *eſt* Præpotens, Sapiens. 4. Hæc *eſt* liberalis gratia Dei: dabit illam, cui voluerit: & Deus prædituş eſt liberalitate magna. 5. Similitudo eorum, quibus datus eſt ad portandum (*ideſt obſervandum*) Pentateuchus; ſed non portaverunt illum, *eſt* ſicut ſimilitudo aſini, *qui* portat libros. O miſeram ſimilitudinem hominum, qui mendacii inſimulaverunt ſigna Dei! Et Deus non dirigit gentes iniquas. 6. Dic: O, qui ſunt Judæi, ſi exiſtimatis, vos eſſe amicos Dei præter *cæteros* homines: exoptate mortem, ſi eſtis veraces. 7. Sed non exoptabunt eam unquam ob id, quod præmiſerunt manuş eorum (*ideſt propter peccata ſua præterita*) & Deus *eſt* Cognitor iniquorum. 8. Dic: Profectò mors, à qua refugitis, utique ipſa occurſura *eſt* vobis: deindè adducemini ad Cognitorem arcani, & manifeſti: enarrabitque vobis id, quod fueritis operati. 9. O, qui crediderunt, quandò vocatum fuerit ad Orationem diei Conventus (*ideſt feria ſexta*) feſtinate ad commemorationem Dei, & relinquite mercaturam. Hoc *erit* melius vobis, ſi ſcieritis. 10. Cùm verò abſoluta fuerit oratio, tunc diſpergimini per terram (*ideſt pergite, quò vultis*) & exquirite *per negotiationem* de liberalitate Dei; & mementote Dei plurimùm, ut vos felices ſitis. 11. Sed, cùm viderint mercaturam, aut ludicrum, effundent ſe ad ea, & relinquent te ſtantem. Dic: Id, quod *eſt* apud Deum, præſtantius *eſt*, quàm ludicrum, & quàm creatura; & Deus *eſt* Optimus victualia præſtantium.

NOTÆ.

INſcribitur Sura الجمعة, *Conventus*, ſeu Congregatio, quæ vox habetur verſu nono, & accipitur apud Mahumetanos pro feria ſexta, ſeu die Veneris, in qua, utpotè apud ipſos feſtiva, conveniunt in Meſchitis ſuis ad publicas preces. Medinenſis à pleriſque exiſtimatur: non deſunt tamen, qui Meccanam eſſe malint. Qui legerit hanc Suram اُعطِي مِـن الاجر عشر حسنات بعدد مَـن اتى الجمعة وبعدد مَـن لَـم يأتها فى امصار المسلمين: *Donabitur decem bonis juxtæ numerum eorum, qui venerint, & eorum etiam, qui non venerint ad preces feriæ ſextæ in regionibus Moslemorum.*

V. *Similitudo eorum, quibus, &c.*] Quia nimirùm, ſicut aſinus portat libros ad utilitatem aliorum, abſque eo, quòd ipſe eos intelligat, vel iis utatur, ita Judæi habent libros Sacros, non ad ſuam, ſed aliorum utilitatem: nam vaticinia, quæ ſunt in illis de Mahumeto, vel ipſi non intelligunt, vel nolunt intelligere, quamvis à Mahumetanis optimè intelligantur; ut ipſi ſibi perſuadent.

VI *O, qui ſunt Judæi.*] Refugiebant ſcilicet Judæi pugnare cum Mahumeto pro tuenda (ut ipſe mentiebatur) Religione Dei, cujus tamen ſe amicos jactabant, ne in bello occiderentur, & mortem ſubirent, quam tamen, ſi erant verè amici Dei, appetere debebant, præſertim cùm illam alioqui non eſſent effugituri.

XI. *Sed, cùm viderint mercaturam.*] Hæc dicuntur, quia, ut ait Gelal: كان من يخطب يوم جمعة فقدمت عير وضربت لقدومها الطبل على العادة فخرج لها الناس من المسجد غير اثنا عشر رجلاً: *concionabatur Mahumetus quadam die Veneris, venerunteque eo tempore mercatores, & pulſatum fuit de more tympanum ad adventum eorum. Exierunt autem ad eos videndos omnes, qui erant in Meſchita, præter duodecim.*

REFUTATIONES.

I. DEroſilit Mahumetus à laudibus Dei ad laudes ſuas. Jactat miſſum ſe Legatum ad Idiotas, Arabes ſcilicet contribules, & cognatos ſuos, ut eos per Alcoranum eruditet, ac ſapientes efficeret. Verùm, cùm ipſe quoque eſſet idiota (nam inter ejus nomina præcipuum eſt النبي الامي, Propheta Idiota) quomodò poterat alios Idiotas eruditos, ac ſapientes efficere? Hoc nimirùm nihil aliud erat, quàm aſinum aſinos docere. At enim Alcorani libro ad inſcitiæ ſuæ ſubſidium utebatur. Dignum certè patella operculum, talis quippè eſt Liber Alcorani, ut ejus lectione poſſet ſtultos potiùs, quàm doctos, aut ſapientes Idiotas, efficere.

II. Injuſta prorsùs eſt contumelia, qua Mahumetus afficit Judæos. Eſto enim alio ex capite conveniat illis ſimilitudo aſinorum libros portantium, qua etiam S. Auguſtinus, ni fallor, uſus eſt: nulla tamen ratione illi convenit, quòd in ſacris libris, quos habent, vaticinia de Mahumeto non agnoſcant, immò prorsùs negent, & mendaciſſimum illum proclament. Quamobrem ab hac Mahumeti calumnia ſunt omninò Judæi abſolvendi.

III. Iterum in miſeros Judæos invehitur, eo, quòd nollent ſecum contra ipſius hoſtes pugnare. Nihil peccabant illi in hoc: immò juſtè, prudenterque ſe gerebant, cùm hominem prædonem in latrociniis, ac rapinis adjuvare recuſarent. Neque eos, vel tantillum movebant frivolæ hominis rationes. Nam, etiamſi amici Dei non eſſent, quales ſe faciebant; agnoſcebant tamen, ne amicos quidem Dei debere ſe temerè, & pro iniuſta cauſa tuenda, morti exponere, quamvis aliquandò tandem ex neceſſitate naturæ moriendum ſit.

سورة المنافقون مدنيّة احدي عشرة آية

SURA LXIII.

IMPII MEDINENSIS:

COMMATUM UNIUS, & DECEM.

بسم الله الرحمن الرحيم ❋

1 إذا جاءك المنافقون قالوا نشهد إنك لرسول الله والله يعلم إنك لرسوله والله يشهد إن المنافقين
لكاذبون ۞ 2 اتخذوا أيمانهم جنة فصدوا عن سبيل الله إنهم ساء ما كانوا يعملون ۞
3 ذلك بأنهم آمنوا ثم كفروا فطبع على قلوبهم فهم لا يفقهون ۞ 4 وإذا رأيتهم تعجبك
أجسامهم وإن يقولوا تسمع لقولهم كأنهم خشب مسندة يحسبون كل صيحة عليهم هم العدو
فاحذرهم قاتلهم الله أني يؤفكون ۞ 5 وإذا قيل لهم تعالوا يستغفر لكم رسول الله لووا
رؤسهم ورأيتهم يصدون وهم مستكبرون ۞ 6 سواء عليهم أستغفرت لهم أم لم تستغفر لهم
لن يغفر الله لهم إن الله لا يهدي القوم الفاسقين ۞ 7 هم الذين يقولون لا تنفقوا على
من عند رسول الله حتى ينفضوا ولله خزائن السموات والأرض ولكن المنافقين لا يفقهون ۞
8 يقولون لئن رجعنا إلى المدينة ليخرجن الأعز منها الأذل ولله العزة ولرسوله وللمؤمنين
ولكن المنافقين لا يعلمون ۞ 9 يا أيها الذين آمنوا لا تلهكم أموالكم ولا أولادكم
عن ذكر الله ومن يفعل ذلك فأولئك هم الخاسرون ۞ 10 وانفقوا من ما رزقناكم من قبل
أن يأتي أحدكم الموت فيقول رب لولا أخرتني إلى أجل قريب فأصدق وأكن من الصالحين ۞
11 ولن يؤخر الله نفسا إذا جاء أجلها والله خبير بما تعملون ❋

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. CUm venerint ad te Impii, dicent: Teſtificamur, te certè *eſſe* Legatum Dei. Et Deus ſcit, te certè *eſſe* Legatum ſuum: ſed Deus teſtificatur, impios ſanè *eſſe* mendaces. 2. Acceperunt juramenta ſua ad tegumentum (*ideſt ad tuendos ſe, & facultates ſuas*) & averterunt *alios* à via Dei. Certè ipſi malum eſt, quod fecerunt. 3. Hoc, quia ipſi crediderunt, deindè infideles facti

ſunt : & ſigillum impreſſum eſt ſuper corda eorum : ideò ipſi non ſapiunt. 4. Cùm autem videris eos, placebunt tibi corpora eorum. Si locuti fuerint, audies *libenter* dictum eorum. *Apparent exteriùs* quaſi ipſi eſſent trabes innixę *parietibus*. Exiſtimant omnem clamorem, *qui excitatur in caſtris*, eſſe *a* ſuper ſe (*ideſt in malum ſuum, ob timorem, qui eſt in cordibus eorum*). Ipſi ſunt hoſtes : cave igitur illos. Pugnet contra eos Deus (*ideſt perdat eos*). Quomodò avertuntur *à fide*. 5. Cùm autem dictum fuerit illis : Venite, *ut* veniam precetur pro vobis Legatus Dei : inflectent capita ſua : & videbis eos procul recedere, & ipſos ſe ſuperbè efferentes. 6. Æquale *eſt* apud eos, ſive deprecatus fueris pro eis, ſive non fueris deprecatus pro eis : nunquam parcet Deus illis : nam Deus non dirigit homines prævaricantes. 7. Ipſi ſunt, qui dicunt *commilitonibus ſuis* : Ne expendatis pro iis, qui *ſunt* apud Legatum Dei, *b* ut recedant *ab eo*. At Dei *ſunt* promptuaria Cęlorum, & Terræ. Sed Impii non ſapiunt. 8. Dicunt: Profectò, ſi regrederemur in Medinam, certè ejicerent *illi, qui ſunt* potentiores, ex ea *eos, qui ſunt* abjectiores. Sed Dei *eſt* potentia, & Legati ejus, & Fidelium. Verùm Impii neſciunt *hoc*. 9. O, qui crediderunt, ne diſtineant vos facultates veſtræ, neque filii veſtri à memoria Dei; & qui fecerint hoc, profectò hi ſunt perituri. 10. Et erogate in eleemoſynam ex eo, quod præbuimus vobis, antequàm veniat ad aliquem veſtrum mors : ne dicat : Domine mi, nonne *c* proferes mihi tempus uſque ad terminum vicinum (*ideſt ſpatium exiguum*) ut faciam eleemoſynam, & ſim ex rectè agentibus? 11. Sed nullo modo *d* prorogabit tempus Deus alicui, poſtquàm venerit terminus ejus. Et Deus plenè inſtructus *eſt* de eo, quod operamini.

a contra.

b donec.

c differens me.

d differet Deus anim

NOTÆ.

Epigraphe المنافقون, *Impii*, deſumitur ex primo verſu. Horum autem nomine intelliguntur in Alcorano mali, perfidique Mahumetani, qui cum Judæis, & aliis Mahumeti hoſtibus clandeſtinas amicitias, & conſilia pernitioſa fovebant : & vel bella detrectabant, vel in illis ſeditiones excitabant, & cæteris Mahumetanis erant in ſcandalum. Contra hos præcipuè agitur in hac Sura, quæ communiter eſſe Medinenſis, & undecim verſibus conſtare cenſetur. Nihil aliud peculiari nota dignum in ea occurrit, niſi præmium Lectori promiſſum : nimirùm : من قراء سورة المنافقين برئ من النفاق : *Qui legerit Suram Impiorum : immunis erit ab impietate.*

REFUTATIONES.

I. INvehitur ſæpè in Alcorano, & præſertim in hac Sura Mahumetus contra Impios, nimirùm Mahumetanos illos, qui ſectam ſuam ad tegumentum, defenſionem ſcilicet, & conſervationem ſui, rerumque ſuarum, & propriæ tantùm utilitatis, & commodi gratia, ſuſceperant. Hujuſmodi, homines ipſo Mahumeto vivente, ac vidente, plures fuiſſe certum eſt, & nunc etiam innumeri reperiuntur : qui exteriùs Moslemi, interiùs Athei, nulliuſque ſunt Religionis. Quamvis enim Mahumetica Secta magnam orbis terrarum partem occupaverit, non tamen ideò vera Religio cenſenda eſt : nam omnes ferè, qui ex Chriſtianis, aut Judæis, vel etiam Ethnicis ad eam tranſeunt, ex libertinæ tantummodò vitæ cupiditate, & ad majori licentia fruendum id faciunt : vel ſaltem, ut incommoda, & vexationes, quibus ſub Mahumetanorum captivitate premuntur, effugiant. Hoc idem Meccanos, Judæos, & alios ex Arabia ſub Mahumeto feciſſe non dubito, nam illo mortuo, omnes ferè Arabes ab ejus ſecta reſilierunt : ut in illius vita diximus. At verò non ita facilè reperias, qui ad Chriſtianam Religionem ex alio, quàm pietatis, & ſanctioris vitæ ſequendæ motivo ſe transferat. Quia verò hoc naturæ humanæ ad licentiam proclivi non parùm adverſatur : ideò plures ad Saracenicam ſuperſtitionem, quàm ad Chriſtianam Religionem tranſire videmus : quod veritatis, & ſanctitatis illius manifeſtiſſimum eſt argumentum.

II. Quod aſſeratur, hujuſmodi Impiorum deſperatam prorsùs eſſe ſalutem : itaut ſive Mahumetus pro illis deprecaretur, ſive non deprecaretur; unum, idemque foret : nunquam enim Deus illis ignoturum, neque illos capaces eſſe Divinæ gratiæ, vel miſericordiæ, eo, quòd Deus ſigillum impreſſerit, vel occluſerit ſeris corda eorum : & præterea eo, quòd Deus non dirigat, ideſt non illuminet, neque adjuvet ſuis afflatibus homines prævaricantes : hæc omnia Divinæ bonitati manifeſtè repugnant, & Sacrarum ſcripturarum teſtimoniis adverſantur : apertiſſimèque oſtendunt, Mahumetum in ea ſententia fuiſſe, ut homines ex neceſſitate peccarent, & Deus cogeret illos ad peccatum. Vide, quę alibi diximus de his modis loquendi in Alcorano.

III. Quamvis Mahumetus in hujuſmodi perfidos Mahumetanos invehi ſe oſtendat ob deſertæ ab ipſis Religionis ſcelus : re tamen vera non Religionis zelus, ſed pecuniarum cupiditas illum ad hoc incitabat. Hujuſmodi enim homines, ut hìc legimus, cæteros avertebant, ne Mahumeti militibus nummos ad prælium dilargirentur, ut hac arte iidem milites prælium detrectarent, atque à caſtris aufugerent. Quamobrem hortatur omnes, ut in facultatatibus ſuis ad bellum ſuſtentandum erogandis profuſi ſint, promittens illis copioſiſſimam à Deo mercedem : & pœnam intentans ęternæ perditionis, niſi hoc faciant. Ita homo verſutus ſimpliciores ad proprium commodum eludit.

سورة التغابن مكّية ثماني عشرة آية

SURA LXIV.

MUTUA FRAUDATIO.

MECCANA:

COMMATUM DECEM, & OCTO.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 يسبح لله ما في السموات وما في الارض له الملك وله الحمد وهو على كل شيء قدير ۞
2 هو الذي خلقكم فمنكم كافر ومنكم مومن والله بما تعملون بصير ۞ 3 خلق
السموات والارض بالحق وصوركم فاحسن صوركم واليه المصير ۞ 4 يعلم ما في السموات
والارض ويعلم ما تسرون وما تعلنون والله عليم بذات الصدور ۞ 6 الم ياتكم نبا الذين
كفروا من قبل فذاقوا وبال امرهم ولهم عذاب اليم ۞ 7 ذلك بانه كانت تاتيهم رسلهم
بالبينات فقالوا ابشر يهدوننا فكفروا وتولوا واستغنى الله والله غني حميد ۞ 8 زعم الذين
كفروا ان لن يبعثوا قل بلى وربي لتبعثن ثم لتنبؤن بما عملتم وذلك على الله يسير ۞
9 فامنوا بالله ورسوله والنور الذي انزلنا والله بما تعملون خبير ۞ 10 يوم يجمعكم ليوم
الجمع ذلك يوم التغابن ومن يومن بالله ويعمل صالحا يكفر عنه سياته ويدخله جنات تجري
من تحتها الانهار خالدين فيها ابدا ذلك الفوز العظيم ۞ 11 والذين كفروا وكذبوا
بايتنا اولئك اصحاب النار خالدين فيها وبيس المصير ۞ 12 ما اصاب من مصيبة الا باذن الله
ومن يومن بالله يهد قلبه والله بكل شيء عليم ۞ 13 واطيعوا الله واطيعوا الرسول فان تولیتم فانما
على رسولنا البلاغ المبين ۞ 14 الله لا اله الا هو وعلى الله فليتوكل المومنون ۞
15 يا ايها الذين امنوا ان من ازواجكم واولادكم عدوا لكم فاحذروهم وان تعفوا
وتصفحوا وتغفروا فان الله غفور رحيم ۞ 16 انما اموالكم واولادكم فتنة والله عنده اجر
عظيم ۞ 17 فاتقوا الله ما استطعتم واسمعوا واطيعوا وانفقوا خيرا لانفسكم ومن يوق شح

نفسه فاولايك هم المفلحون ۞ 18 إن تقرضوا الله قرضا حسنا يضاعفه لكم ويغفر لكم والله
شكور حليم عالم الغيب والشهادة العزيز الحكيم ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. LAudat Deum id, quod *eſt* in Cœlis, & id, quod *eſt* in Terra: ipſi Regnum, & ipſi laus: & ipſe *eſt* ſuper omnem rem Potens. 2. Ipſe *eſt*, qui creavit vos: & ex vobis *quiſpiam eſt* infidelis, & ex vobis *quiſpiam eſt* fidelis: & Deus in id, quod facitis, *eſt* inſpiciens. 3. Creavit Cœlos, & Terram cum veritate: & formavit vos, & bonas fecit formas veſtras: & ad eum *erit omnium* reditus. 4. Scit id, quod *eſt* in Cœlis, & Terra: & ſcit id, quod occultatis, & id, quod propalatis. 5. Et Deus eſt cognitor eſſentiæ pectorum. 6. An non venit ad vos narratio *de iis*, qui infideles fuerunt anteà, atque adeò guſtaverunt pœnam facti ſui; & ipſis *erit in futuro ſæculo* ſupplicium dolorificum. 7. Hoc ex eo, quod venerunt ad eos Legati eorum cum evidentibus argumentis; & *ipſi* dixerunt: An homines dirigent nos? atque ideò increduli fuerunt, & tergiverſati ſunt. Sed nullius indiget Deus: nam Deus eſt dives, laudatus. 8. Exiſtimaverunt, qui ſunt infideles, quòd non ſint ſuſcitandi. Dic; Utique per Dominum meum certè ſuſcitabimini: deindè ſanè narrabitur vobis id, quod fueritis operati: hoc autem apud Deum *eſt* facile. 9. Credite ergo in Deum, & Legatum ejus, & lumen, quod demiſimus (*ideſt Alcoranum*) & Deus de eo, quod facitis, *eſt* plenè inſtructus. 10. Die *quadam* congregabit vos ad diem Congregationis (*ideſt ſupremi Judicii.*) Ille *erit* dies mutuæ fraudationis: & qui crediderit in Deum, & operatus fuerit rectum, expiabit ab eo mala ejus, & introducet eum in hortos: current de ſub ipſis flumina, perennaturos in eis ſemper. Hæc *erit* felicitas magna: 11. Qui verò infideles fuerint, & mendacii inſimulaverint ſigna noſtra (*ideſt Alcoranum*) illi *erunt* habitatores Ignis, perpetuò moraturi in eo; & *a* ò miſeram profectionem *ad illum*. 12. Non accidit *b* de accidente, niſi per voluntatem Dei. Et qui crediderit in Deum, diriget cor ejus. Et Deum in omni re *eſt* Cognitor. 13. Et obedite Deo, & obedite Legato. Quòd ſi tergiverſati fueritis, profectò ad Legatum noſtrum *ſpectat tantummodò* prædicatio manifeſta. 14. Deus: non *eſt* Deus, niſi ipſe: itaque ſuper Deum innitantur fideles. 15. O qui crediderunt: certè ex uxoribus veſtris, & filiis veſtris *eſt* hoſtis vobis: itaque cavete eos. Quòd ſi indulgeatis, & obſequamini, & parcatis *illis*, profectò Deus *c* eſt indulgens, miſericors (*& ignoſcet vobis hoc.*) 16. Certè facultates veſtræ, & filii veſtri *ſunt* tentatio; *quia retinent vos affectu ſuo, ne proficiſcamini ad bellum*. Et Deus apud eum *eſt* merces magna. 17. Timete ergo Deum, quantùm poteſtis, & audite, & obedite, & erogate *facultates veſtras* in bonum animarum veſtrarum. Et, qui liberatus fuerit ab avaritia animæ ſuæ, hi erunt felices. 18. Si fœneremini Deo fœnus pulchrum, duplicabit illud vobis, & parcet vobis: & Deus *eſt* gratus, benignus; Cognitor arcani, & manifeſti: Prepotens, Sapiens.

a miſera erit profectio.
b ullum accidens.
c erit.

NOTÆ.

VOx Arabica التغابن, deſumpta ex verſu decimo, à qua inſcribitur Sura, ſignificat *Fraudationem mutuam*. Eamdem Suram quidam Meccanam, quidam verò Medinenſem eſſe contendunt: de quo hæc in antiquo quodam Codice ſcripta reperio سورة التغابن مكيّة وقال قتادة كلها مدنية وقيل خمس ايات من اخرها مدنيّة: *Sura Mutuæ fraudationis eſt Meccana. Sed Cotrada totam aſſerit eſſe Medinenſem. Aliqui dicunt, quinque poſtremos verſus illius eſſe Medinenſes*. Numerantur communiter verſus decem, & octo. Sed videntur eſſe decem, ac novem: & totidem meus Codex enumerat aureorum punctorum diſtinctione, bipartiendo ultimum verſum in duos: itaut primus deſinat in *Benignus*: ſecundus verò incipiat in *Cognitor*. De Lectoris præmio hæc reperio: من قرأ سورة التغابن دفع عنه موت الفجاء ; *Qui legerit*

gerit Suram Mutuæ Fraudationis, liberabitur à ſubitanea, & improviſa morte.

X. *Ille erit Dies fraudationis mutuæ.*] Quia ſcilicet, ut ait Gelal: يغبن المومنون الكافرين باخذ منازلهم واهلهم فى الجنة لو امنوا: *fraudabunt fideles infideles, accipiendo ſedes, & familiam eorum in Paradiſo, quas ipſi habuiſſent, ſi credidiſſent.* Verùm hæc fraudatio non eſt mutua. Exponit Jahias: ذلك يوم التغابن فى المنازل عند الله فريق فى الجنة وفريق فى السعير: *Ille erit Dies mutuæ fraudationis in habitaculis apud Deum: dùm pars in Paradiſo collocabitur, pars in Tartarum detrudetur.* In hoc porrò videtur ſita eſſe hæc fraudatio mutua: quòd boni fraudabunt malos, quia mali ſperabant, ſe habituros bonos, præſertim cognatos, & amicos, ſocios, vel adjutores in futuro ſæculo: mali verò fraudabunt bonos, quia boni ſperabant idem de malis: atque ita mutuæ ſpei erit mutua fraudatio.

XV. *O, qui credidiſtis, certè ex uxoribus veſtris, &c.*] Quia ſcilicet uxores, & filii retinebant eos, ne proficiſcerentur ad bellum. Jubet ergo ab iis caveri: ita tamen, ut indulgeatur, & n igoſcatur illis in hoc, ut ait Gelal, eo quòd ſunt: معتلين بمشقة فراقهم عليهم: *ægri, malèque affecti ob afflictionem, & dolorem ſeperationis eorum ab ipſis.*

REFUTATIONES.

I. PErpetuò cantat Mahumetus eamdem fabulam, ut pecunias in bellum ab Arabibus ſuis emungat. Ut verò eoſdem facilius decipiat, & omnia alia agere videatur, ſemper à principio cantionis larvam pietatis, & Religionis præfert. Quia verò Arabes facultatum, uxorum, & filiorum amore detinebantur, ne inſani hominis cupiditatibus obſequerentur, neque eum vita, & pecuniis in bello adjuvarent; præteritorum infidelium Legatis ſuis contumacium pœnis; diei Judicii formidine: Gehennæ metu deterret: Paradiſi ſpe allicit: nihilque intentatum reliquit, ut eos ad intentum ſuum pertrahat. Euangelicam denique perfectionem ſimulat: in uxorum, filiorum, & divitiarum poſſeſſione, & amore tentationem, ac periculum eſſe pronunciat: quamobrem hæc omnia parvi facienda, ac ſpernenda ſuadet. Idem docuit Chriſtus, ſed ob finem prorsùs diverſum. Chriſtus hæc contemnenda, & relinquenda non ſibi, neque ſuis, ſed pauperibus: non ad exercitus ſuſtentandos, neque ad aliena Regna invadenda: ſed ad Regnum Cœlorum comparandum docuit. Ex oppoſito Mahumetus; nam hic alios divitias, & uxores contemnere volebat, ut eas ſibi arriperet, & libidini ſuæ, regnandique cupidini ſatisfaceret.

سورة الطلاق مدنية ثلث عشرة آية

SURA LXV.

REPUDIUM.

MEDINENSIS:

COMMATUM TRIUM, & DECEM.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 يا أيها النبي إذا طلقتم النساء فطلقوهن لعدتهن واحصوا العدة واتقوا الله ربكم لا
تخرجوهن من بيوتهن ولا تخرجن إلا أن يأتين بفاحشة مبينة وتلك حدود الله ومن يتعد حدود
الله فقد ظلم نفسه لا تدري لعل الله يحدث بعد ذلك أمرا ۞ 2 فإذا بلغن أجلهن
فأمسكوهن بمعروف أو فارقوهن بمعروف وأشهدوا ذوي عدل منكم وأقيموا الشهادة لله ذلكم
يوعظ به من كان يؤمن بالله واليوم الآخر ومن يتق الله يجعل له مخرجا ۞ 3 ويرزقه من
حيث لا يحتسب ومن يتوكل على الله فهو حسبه إن الله بالغ أمره قد جعل الله لكل
شيء قدرا ۞ 4 واللائي يئسن من المحيض من نسائكم إن ارتبتم فعدتهن ثلثة أشهر واللائي
لم يحضن وأولات الأحمال أجلهن أن يضعن حملهن ومن يتق الله يجعل له من أمره يسرا ۞
5 ذلك أمر الله أنزله إليكم ومن يتق الله يكفر عنه سيئاته ويعظم له أجرا ۞ 6 أسكنوهن
من حيث سكنتم من وجدكم ولا تضاروهن لتضيقوا عليهن وإن كن أولات حمل فأنفقوا
عليهن حتى يضعن حملهن فإن أرضعن لكم فآتوهن أجورهن وأتمروا بينكم بمعروف وإن
تعاسرتم فسترضع له أخرى لينفق ذو سعة من سعته ومن قدر عليه رزقه فلينفق مما آتاه الله
لا يكلف الله نفسا إلا ما آتيها سيجعل الله بعد عسر يسرا ۞ 7 وكأين من قرية عتت
عن أمر ربها ورسله فحاسبناها حسابا شديدا ۞ 8 وعذبناها عذابا نكرا ۞ 9 فذاقت وبال
أمرها وكان عاقبة أمرها خسرا ۞ 10 أعد الله لهم عذابا شديدا ۞ 11 فاتقوا الله يا أولي
الألباب ۞ 12 الذين آمنوا قد أنزل الله إليكم ذكرا رسولا يتلوا عليكم آيات الله
مبينات

مُبَيِّنَاتٍ لِيُخْرِجَ الَّذِينَ آمَنُوا وَعَمِلُوا الصَّالِحَاتِ مِنَ الظُّلُمَاتِ إِلَى النُّورِ وَمَنْ يُؤْمِنْ بِاللَّهِ وَيَعْمَلْ صَالِحًا
يُدْخِلْهُ جَنَّاتٍ تَجْرِي مِنْ تَحْتِهَا الْأَنْهَارُ خَالِدِينَ فِيهَا أَبَدًا قَدْ أَحْسَنَ اللَّهُ لَهُ رِزْقًا ۝ 13 اللَّهُ
الَّذِي خَلَقَ سَبْعَ سَمَاوَاتٍ وَمِنَ الْأَرْضِ مِثْلَهُنَّ يَتَنَزَّلُ الْأَمْرُ بَيْنَهُنَّ لِتَعْلَمُوا أَنَّ اللَّهَ عَلَى كُلِّ شَيْءٍ
قَدِيرٌ وَأَنَّ اللَّهَ قَدْ أَحَاطَ بِكُلِّ شَيْءٍ عِلْمًا ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. O Propheta: cùm repudiabitis uxores, repudiate eas in termino earum (*ideſt poſt numerum dierum illarum dimiſſioni præſcriptorum*) & computate terminum: & timete Deum Dominum veſtrum. Ne egredi faciatis eas è domibus ſuis, neque egrediantur *ex illis ante prædictum terminum*, niſi perpetraverint flagitium (*ideſt adulterium*) clarè probatum: & hæc *ſunt* ſtatuta Dei. Qui autem tranſgreſſus fuerit ſtatuta Dei, jam iniquus erit contra animam ſuam. Non noſti, utrum Deus oriri facturus ſit poſt hoc rem *aliquam novam*. 2. Cùm autem pervenerint ad terminum ſuum, aut retinete eas convenienter (*ideſt ſine vi, vel coactione*) aut ſeparamini ab eis convenienter (*ideſt juxta legum præſcriptum*) & adhibete teſtes prędditos æquitate ex vobis: & ſtare facite teſtimonium Deo (*ideſt advocate etiam Deum in teſtem.*) De hoc commonetur is, qui credit in Deum, & diem noviſſimum. Et, qui timuerit Deum, concedet illi *Deus* exitum *ab anguſtiis hujus mundi, & ſæculi futuri*. 3. Et opes tribuet ei de unde non reputat (*ideſt unde non ſperat*) &, qui innixus fuerit ſuper Deum, ipſe erit ſufficientia ejus: quippè Deus perventurus eſt ad Imperium ſuum (*ideſt faciet id, quod voluerit.*) Jam conſtituit Deus unicuique rei fatum (*ideſt determinatum effectum*). 4. Quæ autem deſperaverint menſtruum ex uxoribus veſtris: ſi dubitaveritis *de hoc*; terminus earum *erunt* tres menſes (*ideſt expectentur per tres menſes, antequàm dimittantur.*) Et *eodem modo agatur cum illis*, quæ nondùm menſtrua paſſæ ſunt *ob defectum ætatis*. Quæ verò ſunt prægnantes, terminus earum *ſit*, *a* donec deponant fœtum ſuum (*ideſt uſque ad partum.*) Et, qui timuerit Deum, concedet illi in negotio ipſius facilitatem (*ideſt expediet illum à difficultatibus vitæ præſentis, & futuræ.*) 5. Hoc *eſt* præceptum Dei: demiſit illud ad vos. Et, qui timuerit Deum, expiabit ab eo mala ipſius, & magnificabit ei mercedem. 6. Habitare facite eas (*ideſt repudiandas*) *in aliqua parte*) ubi habitaveritis ex poſſeſſione veſtra (*ideſt, quantum fert capacitas domorum, quas poſſidetis*) neque vim inferatis illis, ut in anguſtias redigatis eas, *quoad habitationem*. Quòd ſi fuerint prægnantes: expendite in eas, *quod opus eſt*, donec deponant fętum ſuum. Si autem lactaverint vobis (*ideſt filios ex vobis ſuſceptos*) præbete illis mercedes earum *pro lactatione*: & convenite inter vos *circa hoc* cum æquitate. Quòd ſi difficultatem experiamini *in hoc*, itaut lactet illi alia (*ideſt, itaut pater cogatur adhibere filio aliam nutricem*) expendat habens capacitatem ex capacitate ſua (*ideſt quantum fert facultas ejus in uxores repudiandas, & nutrices.*) Is verò, cujus anguſtus fuerit cenſus: expendat de eo, quod dedi illi Deus (*ideſt illud, quod potuerit.*) Non coget præſtare Deus animam, niſi quantum dederit ei. Faciet Deus poſt difficultatem facilitatem (*ideſt poſt paupertatem dabit divitias.*) 7. Quot verò ex urbibus deſciverunt à præcepto Domini ſui, & Legatorum ejus: ideòque judicavimus eas judicio vehementi? 8. Et punivimus eas pœna graviſſima? 9. Et guſtaverunt pœnam negotii ſui (*ideſt infidelitatis ſuæ*) & fuit finis negotii earum perditio. 10. Præparavit Deus illis ſupplicium vehemens. 11. Itaque timete Deum ò prædiți cordibus. 12. Qui crediderunt, jam demiſit Deus ad vos commonitionem: *nempè* Legatum, qui recitat vobis ſigna Dei clarè expoſita: ut educat eos, qui crediderint, & fecerint recta, ex tenebris in lucem. Et, qui crediderit in Deum, & operatus fuerit rectum, introducet eum in hortos, currunt

a quòd,

de

de ſub ipſis flumina; perpetuò manſuros in eis ſemper. Jam bonam fecit Deus illi proviſionem. 13. Deus *eſt*, qui creavit ſeptem Cœlos, & ex terra ſicut illos (*ideſt & totidem terras.)* Demittitur imperium inter eos (*ideſt revelatio Dei inter ſeptem Cœlos, & ſeptem terras*) ut ſciatis, quòd Deus *eſt* ad omnem rem Potens: & quòd Deus jam complexus eſt omnem rem ſcientia *ſua*.

NOTÆ.

INſcribitur Sura الطلاق, ideſt *Repudium*: quia leges, quædam circa repudiandas uxores in ea præſcribuntur, de quibus etiam alibi, & præſertim Sura ſecunda plura pertractantur. Medinenſis communiter cenſetur, & tredecim verſus illi tribuuntur. Alii tamen pauciores enumerant: alii verò plures. Sed nihil hoc ad rem. Quicunque eam legerit, مات على سنة رسول الله : *morietur in lege Legati Dei*. Vel, ut alii vertunt, *morietur more Legati Dei*.

I. *Neſcis, utrum Deus oriri facturus ſit poſt hoc aliquid novi.*] Senſus eſt; Elapſo termino, dimittite repudiatas: neſcitis enim, utrum Deus, poſtquam dimiſſæ ſunt, facturus erit, ut aliquid novi ſuccedat, ob quod iterùm redeatis in gratiam, iterùmque eas ad conjugium recipiatis. Ita Gelal.

II. *Convenienter.*] Arabicè بمعروف, *cum cognito*, vel *cum noto*: ideſt ea ratione, quam exigit juſtitia, convenientia, & legum præſcriptum.

XII. *Jam bonam fecit Deus illi proviſionem.*] Nomen Arabicum رزق, ſignificat quidquid ad vitæ ſuſtentationem requiritur, & præcipuè ad alimentum. Ego proviſionis nomine, potiùs juxta vulgarem acceptionem, quàm latinæ vocis proprietatem interpretatus ſum.

XIII. *Septem Cœlos, & ex terra, ſicut illos.*] De his ſeptem Cœlis, & ſeptem terris, itemque ſeptem maribus mira ſunt, quæ Mahumetani Scriptores fabulantur. Satis ſint nunc hæc pauca ex Zamchaſcerio. وقيل بين كل سما مسيرة خمسماية عام وغلظ كل سما كذلك والارضون مثل السموات يتنزل الامر بينهن اى يجرى امر الله وحكمه بينهن وملكه ينفذ فيهن وعن قتادة فى كل سما وفى كل ارض خلق من خلقه وامر من امره وقضا من قضايه وقيل هو ما يدبر فيهن من عجايب تدبيره : *Dicitur inter ſingulos Cœlos eſſe ſpatium itineris quingentorum annorum: & craſſitiem cujusliber Cœli eſſe ejuſdem ſpatii: & terras eſſe, ſicut Cœlos. Demittitur imperium inter eos: ideſt currit imperium Dei, & judicium ejus inter eos, & Regnum ejus penetrat in illis. Et Authore Cottada, in omni Cœlo, & in omni terra creavit de creaturis ſuis, & imperavit de imperio ſuo, & judicavit de judicio ſuo. Alii dicunt, hoc eſſe, quod diſponit in illis de mirabilibus gubernationis ſuæ, &c.*

REFUTATIONES.

I. CUm Mahumetus toties in Alcorano proteſtetur, ſe miſſum fuiſſe ad confirmandum Euangelium, ejuſque veritates aſſerendas: neſcio, qua fronte præſcribat hìc leges Repudii, quod Chriſtus in Euangelio apertiſſimis verbis improbavit, atque, ut illicitum rejecit: neque in Pentateucho præcipiebatur, aut probabatur, ſed pro duritie cordis Hebræorum à Deo premittebatur (vel potiùs diſſimulabatur) quemadmodùm Chriſtus idem affirmavit. Quamobrem non eſt, quòd Mahumetus ſeſe Pentateuchi clypeo tueatur contra apertiſſimam Euangelii veritatem.

II. Non eſt hìc prætereundum, totum ferè Alcoranum circa mulieres, & arma verſari. Nimirùm hæc duo Mahumeto maximè cordi erant, qui nulla alia in re ſtudebat, niſi in libidine, ac laſcivia explenda, & in Imperio, ſeu potiùs tyrannide dilatanda.

III. Tàm in numero Cœlorum, quàm Terrarum, errat toto Cœlo, totaque terra Mahumetus. Cœlos pluſquam ſeptem eſſe peritiſſimi Aſtrologi manifeſtè demonſtrant. Terram verò unicam tantùm eſſe ex Sacrarum Scripturarum authoritate, & communi omnium ferè mortalium ſenſu, & conſenſu cognovimus. Jam innui, innumera ferè monſtra de his Cœlis, & terris, adjunctiſque illis Maribus, & ambienti aeris intercapedine Mahumetanos confingere. Quæ, ſi referre vellem, volumen integrum exigerent. Pauca tantummodò attingam deſumpta ex libro M. S. pervetuſto Arabico, cui titulus كتاب السبعيان للشيخ عبد الرحمان الهمداني : *Liber Hebdomadum* (ſeu ſeptenariorum) *Doctoris Abdalrahman Hamdanienſis*. Videtur tamen hæc eſſe diverſi Authoris, cùm ſcripta ſint diverſo charactere, nec ullam habeant connexionem cum libro prædicto. Introducitur itaque ibi quidam Abdallah ita loqui cum امير المومنين *Emir Almumenina*, ideſt *Imperatore Fidelium*; ſeu Principe Mahumetanorum. Erat hic عثمان بن عفان *Othman filius Aphan*, regnavit Anno Chriſti 644. *Pervenit ad manus meas liber quidam Danielis, cui ſit pax, in quo reperi ſcriptum, quid creaverit Deus, & quid diſpoſuerit circa omnes creaturas. Porrò hic Mundus, & amplitudo in Regno Dei, & reſpectu reliquarum creaturarum ejus, eſt velut ſtella minima inter ſtellas Cœli. Inveni in hoc libro, Deum creaſſe aerem, Aerem tàm ſpatioſum, ut in longitudine haberet iter millies millies mille annorum* (ideſt decies centena millia millium, ſeu mille milliones annorum) *& tantundem in latitudine. Deindè creavit ſuper eum Mare, cujus longitudo habebat inter mille millionum annorum. Deindè*

creavit

creavit ad latus illius Maris dexterum mille milliones urbium, & totidem ad ſiniſtram: & implevit eas creaturis ſuis, & conſtituit illis noctem, & diem, & ſolem, & Lunam, & miſit inter eos Legatos ſuos, & deſcendere fecit ſuper eos è Cœlo libros, & conſtituit illis Sacrorum ritus, quibus uterentur: & inter eos alii boni ſunt, alii mali, & habent Paradiſum, & gehennam ad puniendos malos, & remunerandos bonos: Et hi judicabuntur judicio diverſo à noſtro, neque in reſurrectione congregabuntur nobiſcum. Unaquæque Urbs habet viginti millia prata: & in ſingulis pratis ſunt viginti millia viridaria. In ſingulis viridariis ſunt viginti millia hortorum. In ſingulis hortis ſunt viginti millia arborum. In ſingulis arboribus viginti millia poma, quorum ſingula habent viginti millia folliorum variarum ſpecierum. Sub quarum ſingulis ſunt mille beſtiæ, quæ comedunt, & bibunt ex eo, quod cadit ex foliis arborum; minima verò ex menſis harum beſtiarum eſt tantæ capacitatis, quanta eſt totius noſtri mundi. Ipſæ verò beſtiæ, ſeu pecora ſunt cibus illarum gentium, quas commemoravi tibi, ò Imperator Fidelium. Deindè cooperuit illud Mare per longitudinem, & latitudinem ejus, & creavit ſuper illud terram ex ferro: & poſuit inter terram, & Mare hujuſmodi ſpatium itineris millies mille annorum. Poſuitque in eo Mari piſces grandes, quorum ſinguli erant trecentorum ..... & diſcurrebant per omnem partem ab Oriente ad Occidentem. Deindè creavit in hac terra animalia bruta, & poſuit in ea Civitates, & prata, & jumenta ad equitandum: implevitque eam creaturis, & diviſit in varias partes, quarum ſingulæ æquabant totum hunc Mundum noſtrum: fecitque in ea Mare, & aridam, & planities, & montes. Et emollivit Deus illis ferrum, ut poſſent in eo arare, & ſerere arbores, ſuper quas ſunt aves grandes, ſicut Cameli. Porrò ex habitatoribus ejus ſunt boni, & mali, & Prophetæ, & ſapientes, & Doctores. Qui autem inter eos ſunt meliores, dividunt dies in quatuor partes. In una faciunt opera recta: in altera flent ob id, quod illis promiſſum eſt: in tertia rationem ineunt ſecum ipſis, & in quarta curant ea, quæ ad victum pertinent. Non judicabuntur à Deo nobiſcum: neque ſcient aliquid de nobis. Deindè creavit Deus ſuper hanc terram aerem longitudinis itineris millies, millies mille annorum (ideſt mille millionum) *ejuſdemque latitudinis. Super hunc verò aerem creavit quater millies millies, millies mille Civitates ex auro flavo* (numera tu Lector, ſi potes.) *Unaquæque Civitas habet portas decem mille: Et inter habitatores earum ſunt inimicitiæ, & prælia: Et excubant in ſingulis portis tria millia hominum per vices. Et ipſi ita perſeverabunt uſque ad diem reſurrectionis.* Tædet diutiùs in his portentis nugarum immorari, quas tamen miſeri illi bardocuculli non nugas, ſed Divinas revelationes primùm Adamo factas à Deo, deindè à Daniele Propheta ex monumentis ab Adamo in tabulis ex creta, ſeu argilla confectis, & in ſpelunca, quæ erat in Indra reconditis, exſcriptas in tabulis æneis conſtantiſſimè credunt. Vide Prodromi par. 4. cap. 27. pag. 76. ubi hoc Arabicè etiam leges, & quæ diximus in Sura prima.

سورة التحريم مدنيّة اثنتان وعشر آية

SURA LXVI.

PROHIBITIO.

MEDINENSIS:

COMMATUM DUORUM, & DECEM.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 يا أيها النبي لم تحرم ما أحل الله لك تبتغي مرضات أزواجك والله غفور رحيم ۞
2 قد فرض الله لكم تحلة أيمانكم والله مولىكم وهو العليم الحكيم ۞ 3 وإذ أسر
النبي إلى بعض أزواجه حديثا فلما نبأت به وأظهره الله عليه عرف بعضه وأعرض عن بعض
فلما نبأها به قالت من أنبأك هذا قال نبأني العليم الخبير ۞ 4 إن تتوبا إلى الله فقد صغت
قلوبكما وإن تظاهرا عليه فإن الله هو مولىه وجبريل وصالح المؤمنين والملائكة بعد ذلك
ظهير ۞ 5 عسى ربه إن طلقكن أن يبدله أزواجا خيرا منكن مسلمات مؤمنات
قانتات تائبات عابدات سائحات ثيبات وأبكارا ۞ 6 يا أيها الذين آمنوا قوا أنفسكم
وأهليكم نارا وقودها الناس والحجارة عليها ملائكة غلاظ شداد لا يعصون الله ما أمرهم
ويفعلون ما يؤمرون ۞ 7 يا أيها الذين كفروا لا تعتذروا اليوم إنما تجزون ما كنتم
تعملون ۞ 8 يا أيها الذين آمنوا توبوا إلى الله توبة نصوحا عسى ربكم أن يكفر عنكم
سيئاتكم ويدخلكم جنات تجري من تحتها الأنهار يوم لا يخزي الله النبي والذين آمنوا معه
نورهم يسعى بين أيديهم وبأيمانهم يقولون ربنا أتمم لنا نورنا واغفر لنا إنك على كل شيء
قدير ۞ 9 يا أيها النبي جاهد الكفار والمنافقين واغلظ عليهم ومأويهم جهنم وبئس
المصير ۞ 10 ضرب الله مثلا للذين كفروا امرأة نوح وامرأة لوط كانتا تحت عبدين
من عبادنا صالحين فخانتاهما فلم يغنيا عنهما من الله شيئا وقيل ادخلا النار مع الداخلين ۞
11 وضرب الله مثلا للذين آمنوا امرأة فرعون إذ قالت رب ابن لي عندك بيتا في الجنة

وتجني

ونجني من فرعون وعمله ونجني من القوم الظالمين ۝ 12 ومريم ابنة عمران التي أحصنت فرجها فنفخنا فيه من روحنا وصدقت بكلمات ربها وكتبه وكانت من القانتين ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. O Propheta: quare prohibes id, quod conceſſit Deus tibi, *dùm* deſideras placere uxoribus tuis? & Deus *eſt* indulgens, Miſericors. 2. Jam ſanxit Deus vobis diſſolutionem juramentorum veſtrorum: & Deus *eſt* patronus veſter, & ipſe *eſt* Sciens, Sapiens. 3. Et *memento*, cùm occultè manifeſtavit Propheta (*ideſt Mahumetus*) cuidam uxorum ſuarum (*ideſt Haphſæ*) novum accidens (*ideſt juramentum ſuum de non coeundo cum Maria.*) Cùmque *illa* narraſſet *hoc Aiſæ*; & manifeſtaſſet hoc Deus illi (*ideſt Mahumeto*) notificavit *ille Haphſæ* partem illius, *quod locuta fuerat cum Aiſa*: & reticuit partem *ejus*, *ne eam offenderet*. Cùm autem *Mahumetus* retuliſſet eidem *Haphſæ* hoc, dixit *illa*: Quis narravit tibi hoc? Reſpondit *Mahumetus*: Narravit mihi Sciens, Peritus. 4. Si converſæ fueritis ad Deum, *ò Haphſa*, *& ò Aiſa*, *pœnitentiam agentes pro peccato veſtro*: jam enim declinaverunt corda veſtra: *parcet vobis Deus*. Si autem adverſatæ fueritis ei (*ideſt Mahumeto*) profectò Deus erit patronus ejus: & Gabriel, & probus *quiſque* Fidelium, & Angeli poſt hoc *erunt* adjutores *illius*. 5. Fortaſsè eveniet, *ut* Dominus ejus, ſi dimiſerit vos, commutet illi uxores meliores vobis, Moslemas, Fideles, obedientes, devotas, pias, jejunio, & peregrinationi addictas, cognitas aliis viris, & virgines. 6. O, qui credidiſtis, eripite animas veſtras, & domeſticos veſtros ab igne, cujus fomes *ſunt* homines, & lapides. Super eum *conſtituti ſunt* Angeli feroces, terribiles. Non ſunt inobedientes Deo in eo, quod præcepit eis, & faciunt id, quod jubentur. 7. O, qui infideles fuerunt, ne excuſetis vos hodie: profectò rependetur vobis id, quod fuiſtis operati. 8. O, qui crediderunt, convertimini ad Deum converſione vera. Fortaſsè eveniet, ut Dominus veſter expiet à vobis mala veſtra, & introducat vos in hortos, de ſub quibus currunt flumina, die, *quâ* non confundet Deus Prophetam, & eos, qui crediderunt cum eo. Lux eorum diſcurret ante eos, & in dextris eorum. Dicent: Domine noſter, perfice nobis lucem noſtram, & parce nobis: quippe tu *es* ad omnem rem potens. 9. O Propheta, decerta contra infideles, & impios: & ferox eſto contra eos; & receptaculum eorum *erit* Gehenna: & infelix erit profectio *ad illam*. 10. Propoſuit Deus in exemplar iis, qui ſunt infideles, uxorem Noe, & uxorem Lot. Fuerunt ambæ ſub duobus ſervis ex ſervis noſtris probis. 11. Et deceperunt eos: neque *illi* profuerunt eis apud Deum quidquam. Et dictum fuit *utrique earum*: Ingredimini in ignem cum *cæteris* ingredientibus. 12. Et propoſuit Deus in exemplar iis, qui crediderunt, uxorem Pharaonis, cùm dixit. Domine mi, ædifica mihi apud te domum in Paradiſo, & libera me à Pharaone, & opere ejus: & libera me ab hominibus iniquis. 13. Et Mariam filiam Amran, quæ cuſtodivit *a* virginitatem ſuam: & inſuflavimus in eam de ſpiritu noſtro, & credidit in verba Domini ſui, & libros, & fuit ex obedientibus *illi*.

a verenda ſua.

NOTÆ.

HAbet Sura hæc Epigraphen التحريم *Prohibitio*: non quia in ea prohibeat Mahumetus uſum mellis, ut inſulsè more ſuo ſcribit Hoſtingerus ex Zamchaſcerio, cùm hìc de melle mentio nulla fiat; ſed, quia revocatur à Deo prohibitio facta ſibiipſi à Mahumeto cum juramento circa uſum conjugii cum quadam ancilla ſua, ut mox oſtendemus. Eſt autem Sura Medinenſis, verſuum duodecim, quamvis ego tredecim reperiam.

De præmio eam legentis hæc habe مَن قرأ سورة التحريم أتاه الله توبة نصوحة: *Qui legerit Suram Prohibitionis, concedet ei Deus pœnitentiam veram.*

1. *O Propheta, quare prohibes.*] Explicat clariùs Gelal: لِمَ تحرم ما احلّ لك الله من امتك ماريـة القبطية

القبطية لما واقعها فى بيت حفصة وكانت غايبة وشق
عليها ذلك فى بيتها وعلى فراشها حيث قلت هى
علىّ حرام . *Quare prohibes tamquam illicitum id,*
quod concessit tibi Deus circa Ancillam tuam Mariam Ægyptiam? (*quia* scilicet Mahumetus *concubuerat cum ea in domo Haphsæ* uxoris suæ ingenuæ, *dùm illa abesset. Cùmque regressa esset, molestissimè tulit hoc fieri in domo sua, & in lecto suo*) *dùm dicis: Hoc mihi illicitum est.* Gelali consentit Jahias: ذلك ان
حفصة زارت اباها فرجعت فوجدت رسول الله مع
مارية ام ابراهيم فى البيت فلما خرجت مارية دخلت
حفصة على رسول الله فقالت امّا انّى قد رايت
من كان معك فى البيت فقال والله لارضينّك والله
لا اطيها ابدًا فلا تخبرى بهذا احدًا فانطلقت حفصة
الى عايشة فاخبرتها فانزل الله يا ايها النبى الى قوله
قد فرض الله لكم تحلّة ايمانهم بقوله فى سورة
المايدة . *Hoc dicitur, quia Haphsa profecta fuerat ad visitandum patrem suum: & reversa invenit Legatum Dei cum Maria Matre Ebrahimi in domo sua. Egressa autem Maria, Intravit Haphsa ad Legatum Dei, & dixit: Nonne ego vidi, quænam esset tecum in domo mea? Cui Legatus Dei: Per Deum juro, me complaciturum tibi: per Deum juro, me nunquam imposterùm concubiturum cum ea. Quæso te, ne hoc dicas ulli. Sed Haphsa pergens ad Aisan retulit ei hoc totum. Quamobrem revelavit Deus hæc verba: O Prophèta, &c usque ad ea: Jam sanxit Deus vobis dissolutionem juramentorum vestrorum. Hoc autem sanxit in*

Sura Mensæ. Paulò aliter Zamchascerius: روى ان
رسول الله صلى خلا بمارية فى يوم عايشة وعلمت
بذلك حفصة فقال لها اكتمى علىّ وقد حرّمت
على نفسى فابشّرك ان ابابكر وعمر يملكان بعدى
امر امّتى واخبرت به عايشة وكانتا متصادقتين
وقيل خلا بها فى يوم حفصة فارضاها بذلك
واسكتتها فلم تكتم فطلّقها واعتزل نسآءه ومكث
تسعًا وعشرين ليلة فى بيت مارية وروى ان عمر قال
لها لو كان فى آل الخطاب خير لما طلّقك : فنزل
جبرائيل وقال راجعها فانها صوّامة وانه لمن نسآيك
فى الجنة : وروى انه شرب عسلًا فى بيت زينب بنت
جحش فتواطت عايشة وحفصة فقالتا له انا نشم
منك ريح المغافير وكان يكره رسول الله الثفل فحرّم
العسل ومعناه لما تحرّم ما احلّ الله لك من ملك
اليمين او من العسل ; *Fertur, Legatum Dei com-*
mercium habuisse cum Maria in die Aisæ destinato Cùmque hoc Haphsa rescivisset, dixit ei Mahumetus Ne cui hoc dixeris: jam enim interdixi mihi commercium cum Maria: & prænuncio tibi, Abubachrum, & Omarem imperaturos post me in gente mea. Sed Haphsa retulit hoc Aisæ: erant autem ambæ amicæ veraces inter se. Alii dicunt, Mahumetum rem habuisse cum Maria in die Haphsæ destinato: & propterea in hoc ei complacuisse, eamque rogasse, ut hoc reticeret. Sed illa non reticuit: propterea repudiavit eam, & separavit se ab uxoribus suis, & per mensem commoratus est in domo Mariæ. Fertur autem, Omarem dixisse Haphsæ (Erat Omar filius Chottabi, pater Haphsæ) *Si fuisset in familia Chottabi opulentia, certè non dimisisset te* (nota scilicet erat cupiditas, & avaritia Mahumeti apud suos.) *Sed descendit Gabriel, & dixit Mahumeto: Reduc Haphsam ad te: est enim fœmina jejuniis, & orationibus dedita: & quidem ipsa erit ex uxoribus tuis in Paradiso. Alii dicunt, Mahumetum comedisse mel in domo Zeinebæ* (seu Zenobiæ) *filiæ Giahsi: &, cùm convenissent inter se Aisa, & Haphsa, dixerunt ei: Certè nos percepimus ex te odorem gummæ mellitæ. Mahumetus autem abhorrebat à melle crassiori: propterea usum mellis interdixit. Sensus igitur verborum Alcorani est: Quare prohibes id, quod concessit tibi Deus circa Ancillas, vel circa mel?* Hactenùs Zamchascerius. Ex horum Authorum explicatione facilè intelligentur quædam in prima hujus Suræ parte obscuriora.

IV. *Jam enim declinaverunt corda vestra.*] Explicat Gelal: مالت قلوبكما الى تحريم مارية اى سرّكما
ذلك مع كراهة النبى وذلك ذنب
Inclinaverunt corda vestra ad prohibitionem Mariæ: nimirùm hoc vobis lætitia attulerat, licèt displiceret Prophetæ: & hoc fuit peccatum.

VI. *Angeli feroces.*] Alibi de his Angelis præfectis Gehennæ ad torquendos malos fit mentio in Alcorano: & dicuntur esse decem, ac novem. Vide ibi dicta.

VII. *Ne excusetis vos hodie.*] Finguntur hæc dici infidelibus, cùm ingressuri sunt Gehennam. Ita Gelal.

XI. *Et deceperunt eos.*] Quomodò hæ duæ fœminæ viros suos deceperint, & quænam hæ fuerint, ita explicat Gelal: خانتا هما فى الدين اذ كفرتا
وكانت امراة نوح واسمها واهلة تقول لقومه انه
مجنون وامراة لوط واسمها واعلة تدلّ قومه على
اضيافه اذ نزلوا به ليلًا بايقاد النار ونهارًا
بالتدخين : *Deceperunt eos in Religione, sectantes infidelitatem. Erat autem nomen uxoris Noe Vahela: & dicebat populo ejus, maritum suum esse maniacum. Uxor autem Lot, nomine Vaela, ostendebat genti ejus* (nempè Sodomitis) *hospites, qui divertebant ad eum: vocìu signo ignis; die verò indicio fumi.*

XII. *Uxorem Pharaonis.*] De hac multa fabulantur Expositores: Sufficiat nunc audisse Gelalem, cujus hæc sunt verba: آسية امنت بموسى واسمها
فعذّبها فرعون بان اوتد يديها ورجليها والقى على
صدرها رحًا عظيمةً واستقبل بها الشمس فكانت
اذا تفرق عنها مسّ وكل بها ظللتها الملايكة واذ
قالت رب ابن عندك لى بيتًا فى الجنة فكشف لها
فراءته فسهل عليها التعذيب فقبض الله روحها
وقال ابن كيسان رُفعت الى الجنة حيّة فهى تاكل
وتشرب . *Credidit in Moysen: & nomen ejus erat Asia. Crucia-*

Cruciavitque eam Pharao, alligans manus ejus, & pedes ejus ad quatuor paxillos terræ infixos, & ponens ſuper pectus illius molam grandem, expoſitam vultu ſolaribus radiis relinquens. Sed, ubi diſcedebat ab ea is, qui illi cuſtos appoſitus erat, Angeli umbr m faciebant ei. Cùm autem dixiſet: Domine mi, ædifica mihi apud te domum in Paradiſo: oſtenſa fuit illi eadem domus, quamobrem levius factum eſt illi tormentum. Mox Deus recepit ſpiritum ejus. Et juxta Ebnocaiſan elevata eſt in Paradiſum viva, ubi comedit, & bibit. Eadem ferè habet Zamchaſcerius.

XIII. *Quæ cuſtodivit virginitatem ſuam.*] Vox Arabica الفرج, propriè ſignificat *cunnum muliebrem*; hoc tamen loco honeſtiùs virginitatem, ſeu verenda vertas. Quidam tamen Expoſitores, ut notat Zamchaſcerius, accipiunt pro apertura induſii ad collum, quam virgo cuſtodivit, ſeu retinuit, & conſtrinxit, ne Gabriel inſuflaret in eam. Gabriel enim, ut ait Gelal: نفخ فى جيب درعها بخلق الله تعالى فعلـه الواصل الى فرجهـا فحملـت بعيسـى: *inſuflavit in aperturam induſii ejus ad collum, creante interim Deo opus ſuum, quod pervenit ad matricem ejus, ex quo concepit Jeſum.*

REFUTATIONES.

I. MAgna, prorsùſque belluina Mahumeti hìc appareret laſcivia, dùm in ea adeò impotens ſui fuit, ut contra fas, & morem in aliena domo, ac lecto, cum inſigni ingenuæ uxoris injuria, ancillam comprimere non erubuerit. Si hæc Mahumetus ipſe non fateretur, vix credi poſſent.

II. Huic tàm effrenatæ libidini non minor impietas, animique levitas adjungitur. Jurat Haphſæ (ut aliqua ex parte injuriæ ipſi illatæ ſatisfaciat) ſe ancillam Ægyptiam prorsùs rejecturum. Ipſam rogat, ne cui facinus hoc ſuum propalet: utque ejus iras leniat, prænunciat, Omarem ipſius patrem ſummum imperium poſt ſe adepturum. Quid porrò erat, cur Mahumetus hoc tàm anxio ſtudio celatum vellet, niſi, quia ſe graviter peccaſſe cognoſcebat? Quia verò Haphſa id Aiſæ manifeſtavit, eam ſtatim repudio facto à ſe rejecit. Adeò ne deliquerat Haphſa mulier ingenua, quamvis ſuapte natura parùm & linguæ, & ſecreti tenax, ut, quia cum amiciſſima ſua (cui etiam inſignis injuria à Mahumeto facta fuerat, dùm noctem ſibi deſtinatam ancillæ conceſſerat) dolorem ſuum communicaverat, ut ab eo repudii libellum mereretur? Meritò de hoc conqueſtus eſt Omar Haphſæ pater, ſimulque Mahumetum cupiditatis, & avaritiæ inſimulavit, aſſerens, non dimiſſurum ipſum filiam ſuam, ſi è domo opulenta fuiſſet. Verùm, cùm vefanus homo in Ancillam rabido libidinis impetu ferretur; ne cum ipſa rursùs congrediendo, perfidus, & perjurus appareret: fingit, Deum ſibi ſubiratum, quòd rem illicitam cum juramento Haphſæ promiſiſſet: quamobrem non teneri ipſum ad ſervandam Haphſæ fidem, liberumque eſſe à jurejurando. Itaque ancillam rursùs recipit, nihil Haphſæ injuriam, nihil cæterarum uxorum querelas curans. Nec pudet ſceleſtiſſimum hominem facere Deum authorem, & patronum perjuriorum, ac libidinum ſuarum. Porrò in hoc malum ſe Prophetam oſtendit, quia jurejurando promiſerit id, quod Deus erat improbaturus, non aliam ob cauſam, quàm, ut iratam ſibi feminam deliniret. Quòd verò quidam velint hìc agi de prohibitione mellis facta à Mahumeto in gratiam uxorum ſuarum, licèt ego non probem, ſi tamen verum eſſet, ſummam in illo levitatem argueret.

III. Contra omnium Sacrarum Scripturarum authoritatem eſt; torquendis peccatoribus in Gehenna Angelos bonos, Deoque obedientes, felices, & ab omni pœna immunes fuiſſe præpoſitos, eo, quòd, ut Mahumetani ajunt, qui alium torquet, non debeat ipſe torqueri. Nullos enim Gehennam habitaturos eſſe præter malos Dæmones, & peccatores homines ex Sacris literis cognovimus.

IV. Ea, quæ hìc habentur de uxoribus Noe, Lot, & Pharaonis, præſertim cum expoſitorum appendicibus, tamquam fabuloſa, & ex Thalmudica officina accepta, nullam fidem merentur. Et profectò, ſi ea, quæ de Asja Pharaonis uxore referuntur, vera eſſent, nunquam ſacræ literę reticuiſſent.

V. Rursùs confundit Mariam Chriſti Matrem, cum Maria ſorore Moyſis, & Aaron, dùm eam filiam Amran appellat. Sed de hoc craſſiſſimo illius errore jam ſuperiùs fusè diſſeruimus.

سورة الملك مكيّة ثلاثون آية

SURA LXVII.

REGNUM.

MECCANA:

COMMATUM TRIGINTA.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 تبارك الذي بيده الملك وهو على كل شيء قدير ۞ 2 الذي خلق الموت والحيوة
ليبلوكم ايكم احسن عملا وهو العزيز الغفور ۞ 3 الذي خلق سبع سموات طباقا ما ترى
في خلق الرحمن من تفوت فارجع البصر هل ترى من فطور ۞ 4 ثم ارجع البصر كرتين
ينقلب اليك البصر خاسئا وهو حسير ۞ 5 ولقد زينا السماء الدنيا بمصابيح وجعلناها رجوما
للشياطين واعتدنا لهم عذاب السعير ۞ 6 وللذين كفروا بربهم عذاب جهنم وبئس المصير ۞
7 اذا القوا فيها سمعوا لها شهيقا وهي تفور ۞ 8 تكاد تميز من الغيظ كلما القي فيها فوج
سألهم خزنتها الم ياتكم نذير ۞ 9 قالوا بلى قد جاءنا نذير فكذبنا وقلنا ما نزل الله
من شيء ان انتم الا في ضلال كبير ۞ 10 وقالوا لو كنا نسمع او نعقل ما كنا في
اصحاب السعير ۞ 11 فاعترفوا بذنبهم فسحقا لاصحاب السعير ۞ 12 ان الذين يخشون ربهم
بالغيب لهم مغفرة واجر كبير ۞ 13 واسروا قولكم او اجهروا به انه عليم بذات
الصدور ۞ 14 الا يعلم من خلق وهو اللطيف الخبير ۞ 15 هو الذي جعل لكم الارض
ذلولا فامشوا في مناكبها وكلوا من رزقه واليه النشور ۞ 16 ءامنتم من في السماء ان
يخسف بكم الارض فاذا هي تمور ۞ 17 ام امنتم من في السماء ان يرسل عليكم حاصبا
فستعلمون كيف نذير ۞ 18 ولقد كذب الذين من قبلهم فكيف كان نكير ۞
19 اولم يروا الى الطير فوقهم صافات ويقبضن ما يمسكهن الا الرحمن انه بكل شيء بصير ۞
20 امن هذا الذي هو جند لكم ينصركم من دون الرحمن ان الكافرون الا في غرور ۞
21 امن

21 أَمَّنْ هَٰذَا ٱلَّذِي يَرْزُقُكُمْ إِنْ أَمْسَكَ رِزْقَهُ بَل لَّجُّوا فِي عُتُوٍّ وَنُفُورٍ ۞ 22 أَفَمَن يَمْشِي
مُكِبًّا عَلَىٰ وَجْهِهِ أَهْدَىٰ أَمَّن يَمْشِي سَوِيًّا عَلَىٰ صِرَاطٍ مُّسْتَقِيمٍ ۞ 23 قُلْ هُوَ ٱلَّذِي أَنشَأَكُمْ
وَجَعَلَ لَكُمُ ٱلسَّمْعَ وَٱلْأَبْصَٰرَ وَٱلْأَفْـِٔدَةَ قَلِيلًا مَّا تَشْكُرُونَ ۞ 24 قُلْ هُوَ ٱلَّذِي ذَرَأَكُمْ
فِي ٱلْأَرْضِ وَإِلَيْهِ تُحْشَرُونَ ۞ 25 وَيَقُولُونَ مَتَىٰ هَٰذَا ٱلْوَعْدُ إِن كُنتُمْ صَٰدِقِينَ ۞ 26 قُلْ
إِنَّمَا ٱلْعِلْمُ عِندَ ٱللَّهِ وَإِنَّمَا أَنَا۠ نَذِيرٌ مُّبِينٌ ۞ 27 فَلَمَّا رَأَوْهُ زُلْفَةً سِيٓـَٔتْ وُجُوهُ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا
وَقِيلَ هَٰذَا ٱلَّذِي كُنتُم بِهِۦ تَدَّعُونَ ۞ 28 قُلْ أَرَءَيْتُمْ إِنْ أَهْلَكَنِيَ ٱللَّهُ وَمَن مَّعِيَ
أَوْ رَحِمَنَا فَمَن يُجِيرُ ٱلْكَٰفِرِينَ مِنْ عَذَابٍ أَلِيمٍ ۞ 29 قُلْ هُوَ ٱلرَّحْمَٰنُ ءَامَنَّا بِهِۦ وَعَلَيْهِ
تَوَكَّلْنَا فَسَتَعْلَمُونَ مَنْ هُوَ فِي ضَلَٰلٍ مُّبِينٍ ۞ 30 قُلْ أَرَءَيْتُمْ إِنْ أَصْبَحَ مَآؤُكُمْ غَوْرًا
فَمَن يَأْتِيكُم بِمَآءٍ مَّعِينٍ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

الجزء التاسع والعشرون Pars vigeſima nona.

1. BEnedictus ſit ille, cujus in manu *eſt* Regnum: & ipſe *eſt* ad omnem rem potens. 2. Qui creavit mortem, & vitam, ut probaret vos, quiſnam veſtrum *eſſet* melior in opere: & ipſe *eſt* Præpotens, Indulgens. 3. Qui creavit ſeptem Cœlos involutim (*ideſt aliud ſupra aliud cum diſtantia inter ſe.*) Non videbis in creatura Miſeratoris aliquid disjunctionis. Porrò revolve aſpectum; an videas ullam fiſſuram: 4. Deinde repete viſum duabus vicibus: revolvetur ad te aſpectus humilis (*ideſt oculus bebetatus*) & ipſe *erit* defatigatus. 5. Et jam quidem ornavimus Cœlum propinquum *terræ* cum lampadibus, & poſuimus eas ad lapidationem (*ideſt expulſionem*) Satanarum: & præparavimus ipſis ſupplicium Phlegetontis. 6. Et illis, qui non crediderint in Dominum ſuum, *erit* tormentum Gehennæ: & infelix erit profectio *ad illam*. 7. Cùm projecti fuerint in eam, audient ex ea vocem ruditus aſinini: & ipſa æſtuabit. 8. Parùm aberit, quin diſſecet ſeſe ob furorem *contra infideles*. Quotieſcumque projicietur in eam *aliqua* turba *eorum*, interrogabunt eos cuſtodes ejus (*ideſt Angeli præfecti illius.*) An non venit ad vos commonitor? 9. Reſpondebunt: utique jam venit ad nos commonitor: ſed mendacii inſimulavimus *eum*, & diximus *ei*: Non demiſit Deus quidquam (*ideſt nihil Deus revelavit eorum, quæ prædicas.*) *a* Vos non *eſtis* niſi in errore magno. 10. Dicent autem *infideles inter ſe*: Si audiſſemus, vel intellexiſſemus *verba commonentium*, non eſſemus inter habitatores Tartari. 11. Et confitebuntur peccatum ſuum: ſed procul *à miſericordia Dei b* habitatoribus Tartari. 12. Porrò, qui timuerint Dominum ſuum in occulto (*ideſt etiamſi nullus hominum eos videat*) ipſis *erit* indulgentia, & merces magna. 13. Et abſcondite ſermonem veſtrum, vel manifeſtate illum: certè ipſe eſt Cognoſcens eſſentiam pectorum. 14. An non ſciet *omnia*, qui creavit *ea*, cùm ipſe *ſit* perſpicax, peritus? 15. Ipſe eſt, qui poſuit vobis terram ſubjectam: ambulate igitur per partes habitabiles ejus, & comedite de alimento ejus (*ideſt Dei*) & ad eum *erit* ſuſcitatio *è ſepulchris*. 16. An ſecuri eſtis, ne, qui *eſt* in Cœlo, ſubruat vobiſcum terram? & ecce illa ſuperior *remanebit*. 17. An ſecuri eſtis, ne, qui *eſt* in Cœlo, mittat contra vos ventum glareas ejaculantem? & tunc ſcietis, cujuſmodi ſit cominatio mea. 18. Et quidem jam mendacii inſimulaverunt *Legatos ſuos* ii, qui *fuerunt* ante hos: & quomodò *fuit* punitio mea? 19. An verò non viderunt aves ſupra ſe extendentes alas, & retrahentes *eas*? non retinet eas, *ne cadant*, niſi Miſerator: quippe ipſe in omnem rem *eſt* intuens. 20. Quiſnam *eſt* ille, qui *ſit loco*

a Si vos.

b habitatores.

exercitus vobis, & adjuvet vos, præter Miſeratorem? Non *a ſunt* infideles, niſi in deceptione. 21. Quiſnam *eſt* ille, qui nutriat vos, ſi *ipſe* retineat alimentum ſuum? Nihilominùs obſtinatè perſiſtunt in perfidia, & fuga *à veritate*. 22. An ergo qui incedit pronus ſuper faciem ſuam eſt directior, an qui incedit æqualis *(ideſt non curvus)* per viam rectam? 23. Dic: Ipſe *eſt*, qui produxit vos, & dedit auditum, & viſus, & corda: quàm pauci gratias agitis! 24. Dic: Ipſe *eſt*, qui ſeminavit vos in terra: & ad eum congregabimini. 25. Et dicunt: Quando *complebitur* hæc promiſſio, ſi eſtis veraces? 26. Reſponde: Certè ſcientia *hujus rei eſt* apud Deum: & quidem ego ſum commonitor manifeſtus. 27. Cùm verò viderint illum *(ideſt Tartarum)* cominùs, triſtitia perfundentur vultus eorum, qui fuerunt infideles: & dicetur *illis à Præfectis ejus*: Hoc *eſt* illud, quod accerſebatis. 28. Dic *b*: Quid cenſetis? Sive perdiderit me Deus, & eos, qui ſunt mecum, ſive miſertus fuerit noſtri: quis opem feret infidelibus, *ut liberentur* à ſupplicio dolorifico? 29. Dic: Ipſe *eſt* Miſerator: credidimus in eum, & ſuper eum innixi ſumus: poſtmodum ſcietis, quis fuerit in errore manifeſto. 30. Dic *c*: Quid vobis videtur? Si mane appareat aqua veſtra abſorpta terræ hiatu: quis porrò dabit vobis aquam purè ſcaturientem?

a Dicite mihi.

b Dicite mihi.

NOTÆ.

VOx الملك *Regnum*, quæ eſt in primo verſiculo, eſt etiam titulus Suræ; quam Meccanam eſſe, & terdenis verſibus conſtare, omnes, quos vidi, conſentiunt. Quidam appellant eam الواقية المنجية, *Cuſtodientem, Liberantem*: لانها تقي تنجي قاريها من عذاب القبر: *quia ipſa cuſtodiet, & liberabit Lectorem ſuum à tormento ſepulchri*: de quo alibi dictum eſt. Huic aliud additur præmium, nimirùm: من قراء سورة الملك كانما احيي ليلة القدر: *Qui legerit Suram Regni, erit, ac ſi vivificatus fuiſſet* (ideſt animatus in utero fuiſſet) *nocte Alcadar*: in qua deſcendit Alcoranus è Cœlo; & Deus diſponit, quæ eventura ſunt per totum annum.

III. *Aliquid disjunctionis.*] Ideſt aliquid inordinatè diſpoſitum, vel non benè, aptèque cohærens. Refertur autem ad ſeptem Cœlos, in quos jubetur Mahumetus defigere aſpectum ſemel, bis, & ter, ut videat nullas in eis fiſſuras eſſe, vel rimas.

V. *Facibus.*] Arabicè مصابيح: Exponunt communiter النجوم *Stellis*: de quo mox in refutationibus.

IX. *Vos non eſtis, niſi in errore magno.*] Dubium eſt inter Expoſitores, utrum hæc ſint verba infidelium ad Legatos prædicantes: an verò Cuſtodum Gehennæ ad infideles in eam projiciendos.

XXII. *An ergo, qui incedit.*] Comparatio reſpicit fidelem, & infidelem juxta expoſitores.

XXX. *Si manè appareat aqua veſtra abſorpta terræ hiatu.*] Si nimirùm terra dehiſcens abſorbeat aquas veſtras, itaut ipſa ſuperior remaneat. Refert hìc Gelal fabellam his verbis: وتليت هذه الاية عند بعض المتجبرين فقال تاتي به الفؤس والمول فذهب ماء عينه وعمي. *Legebatur coram quodam ſuperbo, & arroganti hic verſus: Quis dabit vobis aquam, &c. Ille verò dixit: Dabit eam bipennis, & ligo effodiendo terram. Et abiit humor oculorum ejus, & cæcus factus eſt.*

REFUTATIONES.

I. QUamvis in hac Sura minùs, quàm in aliis Mahumetus inſaniat: eſt tamen hæc tota ſtraminea, & ſine ſucco, nihilque continet, niſi fucos verborum, abſque ullo ordine, vel compagine: atque ea tantùm repetit, quæ ſexcenties in Alcorano decantantur.

II. Perſtat in opinione falſa ſeptenarii numeri Cœlorum. Addit verò illud mirabile in eorumdem orbibus, quòd nullam in illis rimam, vel fiſſuram ſit reperire. Atque, ut id verum eſſe probet, jubet Deus, Mahumetum ſemel, bis, ter oculos in Cœlos defigere, quò apertè cognoſcat, nulla in parte eoſdem fiſſos eſſe, vel rimoſos. At quis adeò hebes, ac ſtolidus eſt, ut non intelligat, etiamſi ſexcentæ eſſent in Cœlis rimæ, eæque ampliſſimæ, impoſſibile eſſe, ut ab homine in terris poſito, etiamſi Lynceus eſſet, aut Argus, in adeò immenſa diſtantia videantur? Quot ope tubi optici apparent in Luna maculæ, raritates, cavitates, quas nullus vel acutiſſimi viſus oculus attingit? Quomodò ergo poterat Mahumetus in orbibus Cœleſtibus immenſo ſpatio à terra diſtantibus rimas, vel fiſſuram agnoſcere?

III. Recoquit crambem. Affirmat, Deum ornaſſe facibus Cœlum propinquum, quo nomine Cœlum Lunæ apud Arabes intelligitur. Hujuſmodi verò faces pro ſtellis ab Expoſitoribus accipi, jam vidimus. At ſtellas non in Cœlo Lunæ, ſed in Firmamento ſitas eſſe, vel rudiſſimi ſciunt. Video tamen, hìc Mahumetum non de veris ſtellis loqui, ſed de flammis illis volantibus, quas ſæpè videmus ſupra nos diſcurrere. Verùm hæ non in Cœlo Lunæ ad illius ornamentum ſtabiliter poſitæ ſunt, ſed in ſecunda aeris regione ſubitò apparent, ſtatimque evaneſcunt. Credere verò, hujuſmodi flammis, ſeu ignitis exhalationibus expelli Dæmones à Deo ex orbibus Cœleſtibus, ne ex illis audire poſſint colloquia Angelorum, quemadmodùm non ſemel fieri affirmat Mahumetus in Alcorano, inſaniſſimæ dementiæ eſt, & ridiculæ ſtoliditatis, ut alibi fuſiùs demonſtravimus.

سورة القلم مكيّة اثنتان وخمسون آية

SURA LXVIII.

CALAMUS.

MECCANA:

COMMATUM DUORUM, & QUINQUAGINTA.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 ن ۞ 2 والقلم وما يسطرون ۞ 3 ما أنت بنعمة ربك بمجنون ۞ 4 وإن لك لأجرا غير
ممنون ۞ 5 وإنك لعلي خلق عظيم ۞ 6 فستبصر ويبصرون ۞ 7 بأيكم المفتون ۞
8 إن ربك هو أعلم بمن ضل عن سبيله وهو أعلم بالمهتدين ۞ 9 فلا تطع المكذبين ۞
10 ودوا لو تدهن فيدهنون ۞ 11 ولا تطع كل حلاف مهين ۞ 12 هماز مشاء بنميم ۞
13 مناع للخير معتد أثيم ۞ 14 عتل بعد ذلك زنيم ۞ 15 أن كان ذا مال وبنين ۞
16 إذا تتلى عليه آياتنا قال أساطير الأولين ۞ 17 سنسمه على الخرطوم ۞ 18 إنا بلوناهم
كما بلونا أصحاب الجنة إذ أقسموا ليصرمنها مصبحين ۞ 19 ولا يستثنون ۞ 20 فطاف
عليها طائف من ربك وهم نائمون ۞ 21 فأصبحت كالصريم ۞ 22 فتنادوا مصبحين ۞
23 أن اغدوا على حرثكم إن كنتم صارمين ۞ 24 فانطلقوا وهم يتخافتون ۞ 25 أن
لا يدخلنها اليوم عليكم مسكين ۞ 26 وغدوا على حرد قادرين ۞ 27 فلما رأوها
قالوا إنا لضالون ۞ 28 بل نحن محرومون ۞ 29 قال أوسطهم ألم أقل لكم
لولا تسبحون ۞ 30 قالوا سبحان ربنا إنا كنا ظالمين ۞ 31 فأقبل بعضهم على بعض
يتلاومون ۞ 32 قالوا يا ويلنا إنا كنا طاغين ۞ 33 عسى ربنا أن يبدلنا خيرا منها إنا
إلى ربنا راغبون ۞ 34 كذلك العذاب والعذاب الآخرة أكبر لو كانوا يعلمون ۞ 35 إن
للمتقين عند ربهم جنات النعيم ۞ 36 أفنجعل المسلمين كالمجرمين ۞ 37 ما لكم
كيف تحكمون ۞ 38 أم لكم كتاب فيه تدرسون ۞ 39 إن لكم فيه لما تخيرون ۞

40 أَمْ لَكُمْ أَيْمَانٌ عَلَيْنَا بَالِغَةٌ إِلَىٰ يَوْمِ الْقِيَامَةِ إِنَّ لَكُمْ لَمَا تَحْكُمُونَ ۝ 41 سَلْهُمْ أَيُّهُمْ بِذَٰلِكَ
زَعِيمٌ ۝ 42 أَمْ لَهُمْ شُرَكَاءُ فَلْيَأْتُوا بِشُرَكَائِهِمْ إِنْ كَانُوا صَادِقِينَ ۝ 43 يَوْمَ يُكْشَفُ
عَنْ سَاقٍ وَيُدْعَوْنَ إِلَى السُّجُودِ فَلَا يَسْتَطِيعُونَ ۝ 44 خَاشِعَةً أَبْصَارُهُمْ تَرْهَقُهُمْ ذِلَّةٌ وَقَدْ كَانُوا
يُدْعَوْنَ إِلَى السُّجُودِ وَهُمْ سَالِمُونَ ۝ 45 فَذَرْنِي وَمَنْ يُكَذِّبُ بِهَٰذَا الْحَدِيثِ سَنَسْتَدْرِجُهُمْ مِنْ
حَيْثُ لَا يَعْلَمُونَ ۝ 46 وَأُمْلِي لَهُمْ إِنَّ كَيْدِي مَتِينٌ ۝ 47 أَمْ تَسْأَلُهُمْ أَجْرًا فَهُمْ مِنْ مَغْرَمٍ
مُثْقَلُونَ ۝ 48 أَمْ عِنْدَهُمُ الْغَيْبُ فَهُمْ يَكْتُبُونَ ۝ 49 فَاصْبِرْ لِحُكْمِ رَبِّكَ وَلَا تَكُنْ
كَصَاحِبِ الْحُوتِ إِذْ نَادَىٰ وَهُوَ مَكْظُومٌ ۝ 50 لَوْلَا أَنْ تَدَارَكَهُ نِعْمَةٌ مِنْ رَبِّهِ لَنُبِذَ بِالْعَرَاءِ
وَهُوَ مَذْمُومٌ ۝ 51 فَاجْتَبَاهُ رَبُّهُ فَجَعَلَهُ مِنَ الصَّالِحِينَ ۝ 52 وَإِنْ يَكَادُ الَّذِينَ كَفَرُوا
لَيُزْلِقُونَكَ بِأَبْصَارِهِمْ لَمَّا سَمِعُوا الذِّكْرَ وَيَقُولُونَ إِنَّهُ لَمَجْنُونٌ وَمَا هُوَ إِلَّا ذِكْرٌ لِلْعَالَمِينَ ۝

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. N 2. Per Calamum, & id, quod ſcribunt *illo Angeli in Tabula cuſtodita*. 3. Non *es* tu, *ò Mahumete*, per gratiam Domini tui dęmoniacus. 4. Et certè *erit* tibi ſanè merces interminabilis. 5. Et profectò tu ſanè *es* in *a* religione magna. 6. Mox videbis *tu*, & videbunt *illi*. 7. *b* Quis veſtrum fuerit ſeductus. 8. Certè Dominus tuus eſt ſcientiſſimus, quiſnam erret à via ſua, & eſt ſcientiſſimus in directis (*ideſt optimè novit, quinam ſint directi.*) 9. Ne ergo obedias mendacii inſimulantibus *ſigna noſtra*. 10. Deſiderant, ut leniter agas *ſecum*: ideò leniter agunt *tecum*. 11. Et ne obſequaris omni juratori, vili. 12. Detractori, incedenti cum obtrectatione. 13. Prohibenti bonum, tranſgreſſori, iniquo. 14. Feroci, prætereà ſpurio. 15. Etiamſi ſit poſſeſſor opum, & filiorum. 16. Cùm recitantur ei ſigna noſtra, dicit: Fabulæ Priorum. 17. Notam inuremus ei ſuper naſum. 18. Nos certè caſtigavimus eos (*ideſt Meccanos*) ſicut caſtigavimus poſſeſſores horti, cùm juraviſſent, quòd exciderent illum ad matutinum tempus pervenientes. 19. Et non appoſuerunt exceptionem, *dicendo*, *ſi Deus voluerit*. 20. Circumdedit itaque illum *hortum ignis* circumdans *immiſſus* à Domino tuo, *& combuſſit eum*: & ipſi *erant* dormientes. 21. Et apparuit manè *combuſtus*, veluti nox tenebricoſa. 22. Vocaverunt ergo ſeſe mutuò mane ſurgentes: *& dixerunt*. 23. Manicate ad ſatum veſtrum, ſi eſtis *illud* exciſuri. 24. Perrexerunt igitur: & ipſi ſecretò colloquebantur. 25. Nullo modo ingredietur illud (*ideſt Satum*) hodie ad vos *ullus* pauper. 26. Et manicaverunt cum propoſito *hujuſmodi putantes, ſe eſſe ad hoc* potentes *futuros*. 27. Cùm autem vidiſſent illud, dixerunt: Nos certè *fuimus* ſanè errantes, *dùm credebamus hunc eſſe hortum noſtrum*. 28. Atqui nos privandi eramus *fructibus ejus*. 29. Dixit juſtior eorum: Nonne dixi vobis; an non laudabitis *Deum*? 30. Reſponderunt: Laus Domino noſtro: nos certè fuimus iniqui. 31. Acceſſit igitur alter eorum ad alterum: ſeſe mutuò incuſabant. 32. Dixerunt: O væh nobis: nos certè fuimus exorbitantes. 33. Fortaſsè eveniet, ut Dominus noſter commutet (*ideſt concedat*) nobis meliorem *hortum*, quàm hunc: Nos certè à Domino noſtro *hoc ſumus* avidè expetentes. 34. Juxta hanc *erit* pęna *Meccanorum*: & quidem pęna futuri ſęculi *erit* gravior: ſi ſciant. 35. Certè Piis *erunt* apud Dominum ſuum horti voluptatis. 36. An verò tractabimus Divino cultui addictos, ſicut ſceleratos? 37. Quid vobis *eſt*, cur *ita* judicetis? 38. Utrum *eſt* vobis liber, in quo *hæc* legatis? 39. Certè *erit* vobis in illo ſanè, quod eligatis (*ideſt poteritis tenere id, quod in eo legitis.*)

a conſtitutione. in quo veſtrum.

tis.) 40. An *ſunt* vobis juramenta, ſuper nos perventura uſque ad diem reſurrectionis (*ideſt, an juramentum, vel pactum aliquod circa hoc fecimus vobis, quod ſit robur habiturum uſque ad diem reſurrectionis?*?) Certè, *ſi ita eſt, erit* vobis ſanè *ratio illius*, quod judicatis. 41. Interroga eos, quis eorum *ſit* in hoc fidejuſſor. 42. An *ſunt* illis *fidejuſſores* Aſſociati (*ideſt dii, quos colunt*?) Adducant porrò aſſociatos ſuos, ſi ſunt veraces. 43. Die *quadam* diſcooperietur crus, & vocabuntur ad adorandum: ſed non poterunt. 44. Dejecti *erunt* aſpectus eorum: cooperiet eos ignominia. Et jam vocabantur ad adorandum, & ipſi *erant* incolumes: *& ire nolebant*. 45. Sine ergo me, & eum, qui mendacii inſimulat hanc novam narrationem (*ideſt Alcoranum*:) ſenſim per gradus ducemus eos *ad ruinam* deunde neſciunt. 46. Et quietam vitam prorogabo eis: quippè dolus meus eſt validus. 47. An petes ab eis mercedem *pro prædicatione tua*? Atqui ipſi ſunt ex ære alieno gravati. 48. An *eſt* penes ipſos Arcanum? Atqui ipſi ſcribunt. 49. Patienter igitur ſuſtine judicium Domini tui: & ne ſis, ſicut habitator Piſcis (*ideſt Jonas*) cùm clamavit *ad Deum*; & ipſe *erat* afflictus. 50. Niſi excepiſſet eum gratia à Domino ſuo, certè projectus fuiſſet in terram deſertam, & ipſe *fuiſſet* ignominia notatus. 51. Sed elegit eum Dominus ſuus, & fecit eum ex Probis. 52. Et quidem parùm aberit, quin illi, qui ſunt infideles, dimoveant te (*ideſt dejiciant te è loco tuo*) aſpectibus ſuis, poſtquàm audierint commonitionem (*ideſt Alcoranum*) & dicunt: Certè ipſe *eſt* ſanè dęmoniacus. Sed non *eſt* hìc *Alcoranus*, niſi commonitio ad *a* omnes creaturas.

a Mundos.

NOTÆ.

DUplicem habet hæc Sura Epigraphen: Quidam enim inſcribunt القلم, *Calamus*: quidam verò ن *Nun*, quæ eſt vigeſima quinta littera Alphabeti Arabici, & reſpondet noſtræ N. Deſumitur autem utraque inſcriptio ex ipſo principio Surę, quæ Meccana eſt, & duos, vel tres ſupra quinquaginta verſiculos continet. Prędmium Lectori promiſſum eſt hujuſmodi: من قراء سورة القلم اعطاه الله ثواب الذين احسن الله اخلاقهم *Qui legerit Suram Calami, dabit illi Deus prędmium eorum, quorum indolem optimam conſtituit in creatione eorum.*

I. N.] Quidam conjungunt characterem hunc ſingularem cum primo verſu: quidam verò ipſum pro primo verſu conſtituunt. Quid autem ſignificet, incertum eſt apud Expoſitores. Plerique myſterium illius in Divinam ſcientiam refundunt, inter quos eſt Gelal. Zamchaſcerius tres refert opiniones. Primam eorum, qui dicunt, hunc characterem ſignificare الدواة *Atramentarium*: non aliam, ut puto, ob cauſam, niſi quia calamus ſine Atramentario, & atramento eſſet prorsùs inutilis: & ſecundum hos Deus jurat hìc per Atramentarium, & Calamum. Secundam eorum, qui volunt, ſimplicem characterem ن N, poni pro illius nomine نون *Nun*, quod in lingua hebraica Piſcem ſignificat. Tertiam eorum, qui volunt, ſignificari اللوح من نور وذهب, *tabulam, ex luce, & auro*, illam ſcilicet, in qua à Deo omnia ſcribuntur calamo, qui hìc commemoratur. Non deſunt etiam, qui aſſerant, ſignificari النهر فى الجنة, *fluvium in Paradiſo*. Jahias refert opinionem quorumdam, qui putant, innui الحوت الذى عليه قرار الارضين: *piſcem illum magnum, ſuper quem innituntur Terræ*, ſeu conſiſtit ſeptuplex terrarum orbis. Beidavius addit: او قيل اسم للحوت والمراد به الجنس البهموت. *Quidam dicunt, intelligendum eſſe hìc piſcem in genere: quidam verò putant, indicari ſignatim piſcem Behemot*: de quo Job cap. 40. facit mentionem, & Thalmudiſtæ innumera fabulantur.

II. *Per Calamum.*] Quamvis nonnulli calamum hoc loco genericè accipiant: communior tamen ſententia eſt, intelligi debere calamum illum, quo Angeli in Tabula Cuſtodita exarant decreta Dei.

V. *In Religione magna.*] Arabicam vocem خلق, quidam exponunt *Religionem*: quidam verò *indolem*, ſeu naturam: quod ſanè magis arridet.

XI. *Et ne obſequaris omni juratori.*] In hoc, ac ſequentibus verſibus acriter pungit, ut ſentit Gelal, الوليد بن المغيرة: *Validum filium Mogheiræ* hoſtem ſuum infenſiſſimum, quem per ſummam contumeliam ſpurium appellat.

XVII. *Notam inuremus ei ſuper naſum.*] Omnibus ſcilicet patentem: naſus enim pars eſt magis prominens, & conſpicua totius facici. Putat Gelal, hoc fuiſſe vaticinium, ſcribit enim: فخطم انفه بالسيف يوم بدر: *& diſciſſus fuit naſus ejus gladio in bello Bedrenſi*.

XVIII. *Sicut caſtigavimus poſſeſſores horti.*] Refert, ſeu potiùs fingit Gelal, hos fuiſſe quoſdam filios familias, quorum pater ex fructibus horti ab ipſis hęreditandi, pauperibus abundanter dilargiebatur. Id egrè ferentes filii, decreverunt hortum radicitùs extirpare valdè manè, ne pauperes perſentiſcerent. Sed manè profecti, hortum combuſtum invenerunt.

XXVII. *Nos certè fuimus ſanè errantes.*] Senſus horum duorum verſuum, juxta Gelal, hic eſt. Videntes juvenes hortum ita combuſtum, putaverunt, eſſe alium hortum à ſuo. Verùm, cùm cognoviſſent verè eſſe ſuum, ſed combuſtum, dixerunt: Quid ad nos? Nihilominùs nos privandi eramus fructibus ejus; nam non perveniebant ad nos, ſed dabantur pauperibus.

XLIII. *Diſcooperietur crus.*] Explicat Gelal: هو عبارة عن شدّة الامر يوم القيمة للحساب والجزاء يقال كشفت الحرب عن ساق اذا اشتدّ الامر فيها:

alle-

allegoria, qua ſignificatur terribilitas diei judicii ob rationem in eo reddendam, & pœnam, ſeu præmium recipiendum. Dicitur enim: Diſcooperuit bellum crus, cùm bellum vehementer deſæviit, & aggravatum eſt. Quod verò addit, impios vocandos eſſe ad adorandum, ideſt ad ſeſe incurvandos, ſed non fore potentes ad hoc: reddit rationem Gelal, quia تصير ظهورهم طبقًا واحدًا: *Fient dorſa eorum ſuperficies unica*: ideſt tota ſolida, & continuata, & ſine ulla flexibilitate.

XLV. *Sine ergo me, & eum.*] Ideſt ſine, ut ego cum illo rem decernam: itaut controverſia decidatur quaſi per monomachiam inter nos duos. Quod verò ſubditur, ſenſim per gradus ducemus eos, Arabicè سنستدرجهم: explicat Gelal: ناخذهم قليلاً قليلاً *comprehendemus, ſeu puniemus illos ſenſim, ac pedetentim.* Alii exponunt: *Gradu excidere faciemus eos.*

XLVIII. *An eſt penes ipſos Arcanum?*] Senſus eſt: Non habent penes ſe tabulam Arcanorum Dei, in qua ſcripta ſunt omnia: alioquin non eſſet, cur ipſimet ſcriberent ea, quæ dicturi ſunt. Ita Gelal. Vide ſuprà.

XLIX. *Habitator Piſcis.*] Ita vocatur Jonas apud Arabes, qui plurima de eo fabulantur. Non ſemel de illo ſuprà mentio facta eſt. Vide, quæ ibi dicta ſunt.

REFUTATIONES.

I. INcipit Sura per characterem ſingularem, nullius ſignificationis. Id verò & inutile, & ridiculum prorsùs eſt, quemadmodùm alibi probavimus. Quòd verò Deus per hujuſmodi characterem, & per calamum, & per id, quod calamo ſcribitur, juret Mahumeto, ipſum non eſſe dæmoniacum: ſummam redolet impietatem, & amentiam. Præterea non obſcurè arguit, Mahumetum ſibi certiſſimè perſuaſiſſe, ſe eſſe dæmoniacum, cui nonniſi per Dei juramentum poſſet oppoſitum perſuaderi. Si enim certus fuiſſet, ſe dæmonium non habere, ſicut certus erat, ſe non eſſe ligneum, vel lapideum, quæ cauſa fuiſſet, cur Deus juramento ſuo illum de hoc certum faceret? Debebat potiùs hoc jurari à Deo Meccanis, ſi ipſi credebant, illum eſſe dæmoniacum.

II. Magnum Deo mendacium tribuit Alcoranus, dùm inducit illum polliceri Mahumeto *mercedem interminabilem*: & aſſerere illum eſſe *in Religione magna*, vel, ut alii explicant, *indolis magnæ*. Si quam enim mercedem habuit, tota illa terrena fuit, & paucorum annorum circulo infeliciter terminata. Poſt mortem verò, cùm tàm ſceleſtè, ac nefariè vixerit, nullam aliam mercedem habere potuit, quàm ignis æterni. Quod verò in magna Religione fuerit, falſum prorsùs eſt, niſi fortè novam ab eo inventam ſuperſtitionem ſexcentis erroribus, figmentis, ac mendaciis refertam, & Pentateucho, atque Evangelio oppoſitam, magnam religionem dicere velimus. Neque demùm magnæ illum indolis fuiſſe quiſquam dixerit, niſi magnæ indolis nomine ingenium ad omnia ſcelera, flagitia, latrocinia, & fraudes promptum, paratumque intelligat.

III. Inſulſa prorsùs, ac ridicula eſt illa poſſeſſorum horti parabola, ſeu hiſtoria, ſive fabella. Nam, cùm horti illius fructus alendis pauperibus inſumerentur à patre familias, ac propterea filii id moleſtè ferentes vellent illud manè excidere, ratio exigebat, ut Deus illos puniret, utpote pauperibus, & paternæ pietati injurios: non autem igne præveniret, quod ferro erant filii facturi, & hortum noctu combureret, quem ipſi manè erant exciſuri: præſertim cùm hujuſmodi combuſtio nullum filiis, magnum verò Patri, & pauperibus detrimentum afferret. Quomodò verò hoc exemplum quadret in pœnam Meccanis à Deo inferendam, vix intelligi poteſt.

سورة الحاقّة مكّيّة اثنتان وخمسون آية

SURA LXIX.

FATALIS.

MECCANA:

COMMATUM DUORUM, & QUINQUAGINTA.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 الحاقّة ۞ 2 ما الحاقّة ۞ 3 وما أدريك ما الحاقّة ۞ 4 كذّبت ثمود وعاد بالقارعة ۞
5 فأمّا ثمود فاهلكوا بالطاغية ۞ 6 وأمّا عاد فاهلكوا بريح صرصر عاتية ۞ 7 سخّرها عليهم
سبع ليال وثمانية أيّام حسوما فترى القوم فيها صرعى كأنّهم أعجاز نخل خاوية ۞
8 فهل ترى لهم من باقية ۞ 9 وجاء فرعون ومن قبله والمؤتفكات بالخاطئة ۞ 10 فعصوا
رسول ربّهم فاخذهم أخذة رابية ۞ 11 إنّا لمّا طغى الماء حملناكم في الجارية ۞
12 لنجعلها لكم تذكرة وتعيها اذن واعية ۞ 13 فاذا نفخ في الصور نفخة واحدة
14 وحملت الأرض والجبال فدكّتا دكّة واحدة ۞ 15 فيومئذ وقعت الواقعة ۞ 16 وانشقّت
السماء فهي يومئذ واهية ۞ 17 والملك على أرجائها ويحمل عرش ربّك فوقهم يومئذ
ثمانية ۞ 18 يومئذ تعرضون لا تخفى منكم خافية ۞ 19 فأمّا من اوتي كتابه بيمينه
فيقول هاؤم اقرؤا كتابيه ۞ 20 إنّي ظننت انّي ملاق حسابيه ۞ 21 فهو في عيشة
22 في جنّة عالية ۞ 23 قطوفها دانية ۞ 24 كلوا واشربوا هنيئا بما اسلفتم في الأيّام
الخالية ۞ 25 وأمّا من اوتي كتابه بشماله فيقول يا ليتني لم أوت كتابيه ۞
26 ولم أدر ما حسابيه ۞ 27 يا ليتها كانت القاضية ۞ 28 ما أغنى عنّي ماليه ۞
29 هلك عنّي سلطانيه ۞ 30 خذوه فغلّوه ۞ 31 ثمّ الجحيم صلّوه ۞ 32 ثمّ في
سلسلة ذرعها سبعون ذراعا فاسلكوه ۞ 33 إنّه كان لا يؤمن بالله العظيم ۞ 34 ولا
يحضّ على طعام المسكين ۞ 35 فليس له اليوم ها هنا حميم ۞ 36 ولا طعام إلّا
من

مِن غِسْلِيـــنٍ ۝ 37 لَا يَأْكُلُهُ إِلَّا الْخَاطِئُونَ ۝ 38 فَـــلَا أُقْسِمُ بِمَـــا تُبْصِرُونَ ۝ 39 وَمَا لَا
تُبْصِرُونَ ۝ 40 إِنَّـــهُ لَقَوْلُ رَسُولٍ كَرِيـــمٍ ۝ 41 وَمَا هُوَ بِقَوْلِ شَاعِرٍ قَلِيـــلًا مَا تُؤْمِنُونَ ۝
وَلَا بِقَوْلِ كَاهِنٍ قَلِيلًا مَا تَذَكَّرُونَ ۝ 43 تَنْزِيلٌ مِنْ رَبِّ الْعَالَمِينَ ۝ 44 وَلَوْ تَقَوَّلَ عَلَيْنَـا
بَعْضَ الْأَقَاوِيلِ ۝ 45 لَأَخَذْنَا مِنْهُ بِالْيَمِينِ ۝ 46 ثُـــمَّ لَقَطَعْنَا مِنْهُ الْوَتِينَ ۝ 47 فَمَـــا
مِنْكُم مِّنْ أَحَدٍ عَنْهُ حَاجِزِينَ ۝ 48 وَإِنَّـــهُ لَتَذْكِرَةٌ لِّلْمُتَّقِينَ ۝ 49 وَإِنَّا لَنَعْلَمُ أَنَّ مِنكُمْ
مُّكَذِّبِينَ ۝ 50 وَإِنَّـــهُ لَحَسْرَةٌ عَـــلَى الْكَافِرِينَ ۝ 51 وَإِنَّـــهُ لَحَقُّ الْيَقِينِ ۝ 52 فَسَـــبِّحْ
بِاسْمِ رَبِّكَ الْعَظِـــيمِ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. FAtalis (*ideſt Dies Judicii.*) 2. Quid *eſt* Fatalis? 3. Et quid intelligere faciet te, quid *ſit* Fatalis? 4. Negaverunt, ut falſam Themudæi, & Adæi Pulſatricem (*ideſt diem Judicii, quæ terrore ſuo corda pulſabit.*) 5. Porrò Themudęi perditi ſunt clamore vehementiſſimo. 6. At verò Adæi perditi ſunt vento perſtrepente, exorbitante. 7. Violenter immiſit eum *Deus* ſuper eos per ſeptem noctes, & octo dies ſeſe conſequentes Porrò vidiſſes homines in illis proſtratos, quaſi ipſi *eſſent* trunci palmarum inanium. 8. An verò vidiſſes illorum quidquam reſſidui? (*ideſt nullum ex eis reſſiduum vidiſſes.*) 9. Venit autem Pharao, & qui *fuerunt* ante illum; & *urbes Pentapolis* ſubverſæ cum peccatrice. 10. Et contumaces fuerunt Legato Domini ſui: ideò punivit eos pęna cumulata. 11. Nos ſanè, cùm excreviſſet aqua *diluvii*, portavimus vos in currenti (*ideſt in Arca.*) 12. Ut poneremus eam vobis in monimentum; & conſervaret eam auris cuſtodiens. 13. Cùm autem inſufflatum fuerit in Tubam inſufflatione una (*ideſt prima.*) 14. Et aſportata fuerit terra, & montes, & *hæc, & illi* comminuti fuerint comminutione una. 15. Et die illa ingruerit Ingruens (*ideſt ſubitò advenerit hora Judicii.*) 16. Et diſciſſum fuerit Cœlum, & ipſum die illa *fuerit* luxatum. 17. Et Angelus in lateribus ejus *conſtiterit*: & portaverit Thronum Domini tui ſupra ſeipſos: die illa *erunt* octo *Angeli portantes Thronum*. 18. Illa die præſentabimini: non abſcondetur ex vobis *quidquam* latens. 19. Porrò ille, cui traditus fuerit Liber ſuus in dextera ipſius, dicet: Accipite, legite Librum meum hunc. 20. Ego ſanè exiſtimavi, me adfuturum examini meo huic. 21. Hic igitur *conſtituetur* in vita placente *ſibi*. 22. In horto ſublimi. 23. Fructus ejus erunt vicini *manibus carpentium*. 24. Comedite, & bibite ſuaviter ob id, quod præmiſiſtis *bonorum operum* in diebus præteritis. 25. At verò, cui traditus fuerit liber ſuus in ſiniſtra ipſius, dicet: O utinam mihi non fuiſſet traditus liber meus hic. 26. Et neſciviſſem, *quid eſſet* examen meum hoc. 27. O utinam ipſa eſſet Decidens (*ideſt, utinam mors adeſſet mihi.*) 28. Quid profuerunt mihi divitiæ meæ illæ? 29. Periit à me potentia mea illa. 30. Arripite eum, & alligate eum. 31. Deindè *in* Tartarum projicite eum comburendum. 32. Tùm in catena, cujus menſura *ſit* ſeptuaginta cubitorum, vincite illum. 33. Quia ipſe non credidit in Deum magnum. 34 Neque ſolicitus fuit de cibatione pauperis. 35. Propterea non erit illi hodie hìc *ullus* ſtudioſus amicus. 36. Neque cibus, niſi ex ſanie *fluente è corpore damnatorum*. 37. Non comedent illum, niſi peccatores. 38. Non autem jurabo per id, quod videtis. 39. Et id, quod non videtis. 40. Quod hic *Alcoranus* ſanè *eſt* ſermo Legati venerandi. 41. Et non eſt ſermo Poetæ. quàm pauci creditis *hoc*! 42. Neque *eſt* ſermo Arioli. Quàm pauci commonefitis! 43. Demiſſio (*ideſt demiſſus fuit*) à Domino *a* ſæculorum. 44. Quòd ſi confinxiſſet de nobis aliquid *horum* ſermonum: 45. Certè arripuiſſemus eum

a mundorum.

dextra.

dextra. 46. Deindè abscidissemus ab eo venam cardiacam, *itaut statim moreretur*. 47. Neque *fuissent* ex vobis ulli ab eo *puniendo nos* impedientes. 48. Et profectò hic *Alcoranus est* sanè commonitio timentibus *Deum*. 49. Et certè nos sanè scimus, quòd *sunt* ex vobis mendacii insimulantes *illum*. 50. Et certè ipse *est* sanè suspirium doloroſum *a* pro infidelibus. 51. Et certè ipse *est* sanè veritas *b* constantis fidei. 52. Lauda igitur in nomine Domini tui Magni.

a super infideles.
b certæ.

NOTÆ.

PRima Suræ vox est etiam titulus illius; nempè *Fatalis*, Arabicè الحاقّة, generis fœminei, subintelligitur enim dies; videlicet supremi judicii, vel resurrectionis. Porrò verbum Arabicum حقّ, ex quo deducitur participium الحاقّة, propriè significat debitum, fixumque esse, vel infallibiliter contingere: vel etiam significari, vel manifestum esse. Quamobrem prædictam vocem الحاقّة, exponit Gelal: يوم القيمة التى يحق فيها ما أُنكِرُ من البعث والحساب والجزآء *diem resurrectionis, in qua verum esse apparebit id, quod negabatur de suscitatione mortuorum, & operum examine, & eorum præmio, vel pœna.* Ego verti *Fatalis*, nempè infallibiliter, & necessariò eventura, quia nulla alia vox melius, quàm hæc Arabicæ mihi videtur energiam exprimere. Meccana est hæc Sura: & duo suprà quinquaginta versus à plerisque illi tribuuntur. De præmio Lectoris hæc habe: مَن قرأ سورة الحاقة حاسبه الله حسابًا يسيرًا: *Qui legerit Suram Fatalis, exiget Deus ab eo in judicio facilem rationem*, idest lenis erit cum eo in judicio.

Quid est Fatalis?] Dictum censet Gelal per modum amplificationis, nimirùm, quàm magna, & formidabilis erit hujusmodi dies.

IX. *Subversæ cum peccatrice.*] Arabicè بالخاطئة, exponitur à Gelale: بالفعلات ذات الخطاء, *propter opera peccaminosa*. Suspicor alludi hìc ad uxorem Lot, quæ extincta est cum habitatoribus Sodomæ. Sive autem vertas *cum peccatrice*, vel *propter peccatricem*, recidit in idem.

XXXVIII. *Non autem jurabo.*] Arabicè فلا أقسم verti etiam potest: *Non ergo juro*. Vide suprà.

XLI. *Quàm pauci creditis!*] Arabicè قليلاً مـــا تؤمنون: verbatim vertas: *Parum, quod creditis*. Similis loquendi modus in sequenti versiculo, & alibi occurrit in Alcorano. Gelal putat, particulam ما, *quod*, esse superfluam: itaut vertendum sit: *Parum creditis: parum commonesimini*. Rationem reddit idem Gelal, انهـــم امنوا باشياء يسيرة, *quia ipsi credebant in rebus paucis*. Propriè vertendum videtur: *Quàm parum creditis, &c.* Sed omnia recidunt in idem.

REFUTATIONES.

I. NUllus in hac Sura ordo: nulla rerum connexio. Perturbata tantummodò in ea sexcentarum ineptiarum farrago. Rectè dixeris eam chaos illud Ovidianum: nempe rudem, indigestamque molem, & malè junctarum discordia semina rerum. Incipit à die resurrectionis; transit ad Themudæos, & Adæos: progreditur ad Pharaonem: transgreditur ad Pentapolim: transilit ad Arcam, & diluvium; regreditur ad supremam Mundi diem, Divinique judicii signa, & ad judicii ipsius scenam. Mox ad Alcoranum, & Mahumetum importunè digreditur. Quid confusiùs? Et hunc à Deo conscriptum, & traditum librum esse dicemus, tantæque elegantiæ, ac tàm venusti ordinis, miræque connexionis, ut, si homines universi, ac Dæmones convenirent, totoque simul conniterentur ingenio, nihil tàm lepidum, ac pulchrum conscribere possent?

II. Asserit à Deo fuisse perditos Adæos vento contra illos immisso per septem noctes, & octo dies sese subsequentes, seu continuos: ita enim explicant حسومًا communiter Interpretes, inter quos ita Jahias حسومًا اي تباعـــا ليس فيها تفتير كان ذلـــك من يوم الاربعا الي يوم الاخر الاربعا والليالي سبع من ليلة الخميس الي ليلة الاربعـــا: *ita ut se subsequerentur sine ulla interpolatione. Dies verò inceperunt à feria quarta usque ad feriam quartam sequentem: noctes autem à feria quinta usque ad feriam quartam sequentem.* At, cùm Alcoranus primo loco ponat septem noctes, & deindè octo dies, impossibile est, has noctes, & hos dies sese mutuò consecutos fuisse sine ulla interpolatione, saltem unius noctis præcedentis octavum diem. Sed respondebunt Moslemi esse hìc figuram illam, quam vocant ὕστερον πρότερον, in qua primo loco ponitur id, quod secundo ponendum erat. Ego verò in hujusmodi quisquiliis nolo illis adversari.

III.

III. Si ea, quæ de Throno, libris, & aliis ad diem judicii ſpectantibus dicuntur, myſticè ab Alcorano proponerentur, tolerari aliquo modo poſſent. Sed, ut alibi advertimus, hæreſim Moslemi Orthodoxi exiſtimant ea, quæ in Alcorano dicuntur, non ad verbum, & prout ſonant, ſed figuratè, vel metaphoricè intelligere. Quamobrem, cùm juſtorum bonis operibus nulla hìc merces alia tribuatur, quàm hortus ſublimis cum arboribus pomiferis, quarum fructus ita propè à terra pendebunt, ut facilè, & ſine labore manibus decerpi poſſint: itaut tota felicitas, totumque præmium ſit ſuaviter comedere, & bibere: hoc totum ita revera futurum eſſe miſeri homines certiſſimè credant.

IV. Jurat Deus per id, quod videtur, & per id, quod non videtur, Alcoranum non eſſe commentum poeticum, vel magicum, ſed verbum Dei Mahumeto revelatum; qui, ſi quid hujuſmodi confinxiſſet, ſubita à ſe morte punitus fuiſſet. Vaniſſimum, imò impiiſſimum Juramentum; nam, ſi Deus jurat per id, quod videtur, & non videtur, jurabit etiam per diabolum, & malos genios; per aſinos, per muſcas, vermes, & quidquid vile, & immundum reperitur. Utrum verò Alcoranus ſit verbum Dei, commonitio Piorum, veritas certæ fidei, quemadmodùm hìc aſſeritur, quilibet illum legens agnoſcere poteſt.

سورة المعارج مكيّة اربع واربعون آية

SURA LXIX.

GRADUS.

MECCANA:

COMMATUM QUADRAGINTA QUATUOR.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 سأل سائل 2 بعذاب واقع 3 للكافرين ليس له دافع 4 من الله ذي المعارج
5 تعرج الملائكة والروح اليه في يوم كان مقداره خمسين الف سنة 6 فاصبر صبرا جميلا
7 انهم يرونه بعيدا 8 ونريه قريبا 9 يوم تكون السماء كالمهل 10 وتكون
الجبال كالعهن 11 ولا يسأل حميم حميما 12 يبصرونهم يود المجرم لو يفتدي من
عذاب يومئذ ببنيه 13 وصاحبته واخيه 14 وفصيلته التي تؤيه 15 ومن في الارض
جميعا ثم ينجيه 16 كلا انها لظى 17 نزاعة للشوى 18 تدعوا من ادبر
وتولى 19 وجمع فاوعى 20 ان الانسان خلق هلوعا 21 اذا مسه الشر جزوعا
22 واذا مسه الخير منوعا 23 الا المصلين 24 الذين هم على صلاتهم دائمون
25 والذين في اموالهم حق معلوم 26 للسائل والمحروم 27 والذين يصدقون بيوم
الدين 28 والذين هم من عذاب ربهم مشفقون 29 ان عذاب ربهم غير مامون
30 والذين هم لفروجهم حافظون 31 الا على ازواجهم او ما ملكت ايمانهم فانهم غير
ملومين 32 فمن ابتغى وراء ذلك فاولئك هم العادون 33 والذين هم لاماناتهم
وعهدهم راعون 34 والذين هم بشهاداتهم قائمون 35 والذين هم على صلاتهم
يحافظون 36 اولئك في جنات مكرمون 37 فمال الذين كفروا قبلك مهطعين
عن اليمين وعن الشمال عزين 38 ايطمع كل امرئ منهم ان يدخل جنة نعيم
39 كلا انا خلقناهم مما يعلمون 40 فلا اقسم برب المشارق والمغارب انا لقادرون

41 على

41 عَلَىٰ أَن نُّبَدِّلَ خَيْرًا مِّنْهُمْ وَمَا نَحْنُ بِمَسْبُوقِينَ ۝ 42 فَذَرْهُمْ يَخُوضُوا وَيَلْعَبُوا حَتَّىٰ يُلَاقُوا
يَوْمَهُمُ الَّذِي يُوعَدُونَ ۝ 43 يَوْمَ يَخْرُجُونَ مِنَ الْأَجْدَاثِ سِرَاعًا كَأَنَّهُمْ إِلَىٰ نُصُبٍ يُوفِضُونَ ۝
44 خَاشِعَةً أَبْصَارُهُمْ تَرْهَقُهُمْ ذِلَّةٌ ذَٰلِكَ الْيَوْمُ الَّذِي كَانُوا يُوعَدُونَ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. INterrogavit *quidam* interrogans *Mahumetum*. 2. De pœna ſuperventura 3. Infidelibus; non erit illam repellens. 4. *Ne infligatur illis* à Deo habente Gradus (*ideſt Orbes Cœleſtes.*) 5. Aſcendent *per eos* Angeli, & Spiritus (*ideſt Gabriel*) ad eum in die *Judicii*, cujus erit ſpatium quinquaginta millium annorum. Suſtine igitur cum patientia ſpecioſa (*ideſt præferente vultus ſerenitatem.*) 6. Certè ipſi vident eam (*ideſt pœnam*) remotam (*ideſt putant, ſeriùs adventuram.*) 7. Sed *nos* videmus illam propinquam. 8. Die, *qua* erit Cœlum, velut argentum liqueſcens. 9. Et erunt montes, ſicut lana vento agitata. 10. Neque interrogabit amicus amicum. 11. Videbunt *tamen* eos (*ideſt amici amicos.*) Deſiderabit ſceleſtus redimere ſe à pœna die illa filiis ſuis. 12. Et uxore ſua, & fratre ſuo. 13. Et cognatione ſua, quæ ſuſcipiebat eum. 14. Et iis, qui *ſunt* in terra univerſis. 15. Deindè liberare eum (*ideſt eos, nempe filios, uxorem, &c.*) 16. Nequaquam *id poterit*: nam Tartarus. 17. Attrahendo *eos* per cutem capitis. 18. Accerſet *ad ſe* eum, qui terga verterit, & refugerit *à fide*. 19. Et congregaverit *opes*, & avarè retinuerit *eas*. 20. Porrò homo creatus eſt admodùm impatiens. 21. Cùm tetigerit eum, malum, *fit* timidus. 22. Cùm verò tetigerit eum bonum, *fit* tenax, avarus. 23. Sed orantes, qui ſunt in oratione ſua perſeverantes. 24. Et ii, quorum in facultatibus *eſt* debita portio conveniens. 25. Mendicanti, & prohibito *ob verecundiam à mendicando*. 26. Et, qui fideliter confitentur diem judicii. 27. Et, qui ſunt à pœna Domini ſui ſolicitè ſibi caventes. 28. Quippè à pœna Domini ipſorum non *eſt ullus* ſecurus. 29. Et, qui ſunt mentulas ſuas *pudicè* cuſtodientes. 30. Præterquàm erga uxores ſuas, aut id, quod poſſederunt dexteræ eorum (*ideſt ancillas ſuas*) hi enim *in hoc erunt* inculpabiles. 31. Qui verò appetierint *aliquid* præter hoc, hi erunt tranſgreſſores. 32. Et, qui ſunt vadimonia ſua, & pactum ſuum ſervantes. 33. Et, qui ſunt in teſtificationibus ſuis *firmiter* ſtantes. 34. Et, qui orationem ſuam ſedulò cuſtodiunt. 35. Hi erunt in hortis honorati. 36. Quid porrò *eſt* illis, qui ſunt increduli, *dùm* ante te dejecto vultu properè *ſunt* obambulantes? 37. A dextris, & à ſiniſtris *diviſi* in cœtus. 38. An ſperat omnis vir ex eis, quòd ingreſſurus ſit hortum voluptatis? 39. Nequaquàm. Nos ſanè creavimus eos ex eo, quod ſciunt (*ideſt ex ſpermate.*) 40. Porrò non juro per Dominum Orientium, & Occidentium, quòd nos ſanè *ſumus* potentes. 41. Ad hoc, ut ſubſtituamus meliores ipſis: neque nos *eſſemus* præveniendi (*ideſt impediendi, ne hoc faceremus.*) 42. Sine ergo ipſi inaniter diſceptent, & ludant, donec occurrant diei ſuo, qui promittitur illis. 43. Die, *qua* egredientur è ſepulchris feſtinantes, quaſi ipſi ad vexillum militare properarent. 44. Timidè dejecti erunt oculi eorum: cooperiet eos vilitas. Hic *eſt* dies, qui promiſſus fuerat eis.

NOTÆ,

INſcribitur Sura Arabicè المعارج, ideſt *Gradus* pluralis numeri, quæ vox legitur in verſu quarto. Sed æquè recepta inſcriptio eſt سأل Interrogavit, à qua dictione primus incipit verſus. Eſt Meccana, & quatuor ſuprà quadraginta à pleriſque illi verſus tribuuntur. Merces legentis erit eadem cum mercede eorum الذين هم لاماناتهم وعهدهم راعون: *qui promiſſa ſua, pactaque cuſtodiunt.*

1. *Interrogavit quidam interrogans.*] Quiſnam iſte fuerit, qui Mahumetum interrogavit, his verbis indicat

الخلايق والقضاء بينهم وهو تبارك تعالى يفرغ منه في مقدار نصف يوم من ايام الدنيا .

Erit ſpatium ejus quinquaginta millium annorum. Nimirùm hoc toto tempore abſolvetur examen, & redditio rationis inter ipſas creaturas. Sed Deus abſolvet judicium dimidio diei communis. Zamchaſcerius ſic explicat : اما ان يكون استطاله له لشدته على الكفار واما لانه على الحقيقة كذلك قيل فيه خمسون موطنا كل موطن الف سنة وما قدر ذلك على المؤمن الا كما بين الظهر والعصر .

Hoc dicitur, vel quia talis erit longitudo ejus infidelibus ob anguſtiam, & afflictionem in illo: vel quia revera tantum temporis ſpatium occupabit. Dicitur enim judicandas fore in illo quinquaginta nationes, quarum ſingularum diſquiſitioni mille anni deputabuntur. Verùm Fidelibus non erit ſpatium temporis ad examen prolixius, quàm ſit ſpatium à meridie ad veſperam.

X. *Neque interrogabit amicus amicum.*] Quia ſcilicet unuſquiſque propria curabit, ſibique timebit.

XV. *Deindè liberare eum.*] Ideſt omnia ſua offerent ſceleſti pro ſeipſis redimendis, cum intentione omnia recuperandi, ubi ſeipſos redemerint.

XXXI. *Qui verò appetierint aliquid præter hoc.*] Ideſt, qui alias fœminas præter proprias uxores, & ancillas carnaliter cognoverint.

XL. *Porrò non juro.*] Hìc etiam volunt Expoſitores, ſuperfluam eſſe particulam negativam *non*.

XLII. *Inaniter diſceptent.*] Arabicè eſt يخوضوا ; quæ vox propriè ſignificat *natare in piſcina* ; ſed in Alcorano ſignificat, inanibus diſputationibus tempus terrere.

وعن ابن عباس هو النضر بن حارث قال ان كان هذا هو الحق من عندك اللهم فامطر حجارة من السماء او ائتنا بعذاب اليم :

dicat Zamchaſcerius :

Habetur ex Ebn-Abbas, hunc fuiſſe Alnodar filium Hhareth, qui dixit: O Deus, ſi hoc, quod dicit Mahumetus, eſt veritas à te revelata, mitte è Cælo pluviam lapidum, vel inflige nobis pœnam dolorificam.

IV. *Habentem gradus.*] Pro his gradibus Gelal, & alii intelligunt orbes Cœleſtes, per quos aſcendunt Angeli ad Deum, ut illius imperia ad homines deferenda excipiant. Verùm, cùm dicatur hìc Angelos, & Gabrielem aſcenſuros per eos ad Deum in die reſurrectionis, & judicii, in quo Deus præſens futurus eſt in terra omnium judex: nonniſi ineptè dicuntur Angeli cum Gabriele ad eum aſcenſuri per orbes Cœleſtes. Commodiùs, ut puto, per gradus expoſuiſſent Interpretes gradus Throni, ſuper quem ſeſſurus eſt Deus in ſupremo judicio. Sed ea eſt Alcorani infelicitas, ut, cùm ſit ipſe per ſe ineptus, & abſurdus, ineptiorem, & abſurdiorem illum reddant Interpretes ſui.

V. *Cujus erit ſpatium quinquaginta millium annorum.*] Alibi conſtanter aſſerunt Moslemi, ſupremum judicium dimidiæ diei ſpatio abſolvendum. Ne autem videantur Prophetæ ſuo adverſari: vel potiùs, ne ipſe adverſari ſibi convincatur; cenſet Gelal hoc tàm prolixum tot annorum ſpatium intelligendum eſſe بالنسبة الى الكافر لما يلقى فيه من الشدايد واما المؤمن فيكون عليه اخف ,

respectu infidelium ob anguſtias, quas ea die experientur. Fideles autem leviorem ſentient eamdem diem. Jalias aliter exponit juxta litteram Alcorani كان مقداره خمسين الف سنة يقول هذا من مقداره * لو كافتم فيه حسابه

* videtur pro mendum ſcripturæ لكى يتم

REFUTATIONES.

I. SI Alcorani verba, juxta Moslemorum theologiam, prout ſonant, accipienda ſunt, non poteſt Mahumetus excuſari à contradictione, dùm affirmat hìc, Divinum judicium quinquaginta millium annorum ſpatio peragendum, cùm tamen alibi dimidiam tantùm diei partem duraturum diſertè pronunciaverit. Utrumque verò à veritate, & ratione alienum prorsùs eſſe quis non videat? Verùm quidem eſt, judicium illud breviſſimo tempore per Divinam potentiam tranſigendum eſſe. Sed dimidiam diem illi conſtituere, omni prorsùs caret fundamento: multoque magis per quinquaginta millia annorum illud extendere ad hoc, ut unaquæque gens poſſit Divinum examen ſubire.

II. Quòd Alcoranus præter uxores, concedat viris liberam cum ancillis coeundi licentiam, etiam ſi non ſint uxores, repugnat Euangelio, ipſiſque rectæ naturæ legibus: ut alibi probatum eſt. Vide Prodromo par. 4. cap. 26. pag. 71.

III. Ridiculum eſt, quòd in oratione perſeverantibus: facultates ſuas mendicis impartientibus; Deum, ejuſque judicium timentibus: conjugia caſtè ſervantibus: vadimonia, pacta, & teſtimonia obſervantibus: nihil aliud Mahumetus pro mercede polliceatur, quàm honorificam hortorum poſſeſſionem. Nec minùs vanum eſt, quòd inducat Deum ipſum ſanctè jurare, per Dominum Orientium, & Occidentium, ſe poſſe ſubſtituere alios homines aliis meliores, neque in hoc ab ullo poſſe impediri. Quis enim eſt tàm hebes, ac bardus, qui hoc ignoret? Vanum igitur, & otioſum Deo juramentum, tribuit Mahumetus.

IV. Quòd Orientes plures, & Occidentes Alcoranus commemoret, innuit craſſum Mahumeti errorem, qui plures eſſe terrarum orbes exiſtimavit: de quo vide ſuprà.

سورة نوح مكيّة ثمان وعشرون آية

SURA LXXI.

NOE.

MECCANA:

COMMATUM VIGINTI OCTO.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 إنا أرسلنا نوحا إلى قومه أن أنذر قومك من قبل أن يأتيهم عذاب أليم ۝ 2 قال يا قوم
اني لكم نذير مبين ۝ 3 أن اعبدوا الله واتقوه وأطيعون ۝ 4 يغفر لكم من ذنوبكم
ويؤخركم إلى أجل مسمى إن أجل الله إذا جاء لا يؤخر لو كنتم تعلمون ۝ 5 قال رب
اني دعوت قومي ليلا ونهارا ۝ 6 فلم يزدهم دعائي إلا فرارا ۝ 7 وإني كلما دعوتهم
لتغفر لهم جعلوا أصابعهم في آذانهم واستغشوا ثيابهم وأصروا واستكبروا استكبارا ۝ 8 ثم اني
دعوتهم جهارا ۝ 9 ثم اني أعلنت لهم وأسررت لهم إسرارا ۝ 10 فقلت استغفروا ربكم
انه كان غفارا ۝ 11 يرسل السماء عليكم مدرارا ۝ 12 ويمددكم بأموال وبنين
ويجعل لكم جنات ويجعل لكم أنهارا ۝ 13 ما لكم لا ترجون لله وقارا ۝ 14 وقد
خلقكم أطوارا ۝ 15 ألم تروا كيف خلق الله سبع سماوات طباقا ۝ 16 وجعل
القمر فيهن نورا وجعل الشمس سراجا ۝ 17 والله أنبتكم من الأرض نباتا ۝ 18 ثم
يعيدكم فيها ويخرجكم إخراجا ۝ 19 والله جعل لكم الأرض بساطا ۝ 20 لتسلكوا
منها سبلا فجاجا ۝ 21 قال نوح رب إنهم عصوني واتبعوا من لم يزده ماله وولده إلا
خسارا ۝ 22 ومكروا مكرا كبارا ۝ 23 وقالوا لا تذرن آلهتكم ولا تذرن ودا ولا
سواعا ۝ 24 ولا يغوث ويعوق ونسرا وقد أضلوا كثيرا ولا تزد الظالمين إلا ضلالا ۝
25 مما خطيآتهم أغرقوا فأدخلوا نارا ۝ 62 فلم يجدوا لهم من دون الله أنصارا ۝ 27 وقال نوح
رب لا تذر على الأرض من الكافرين ديارا ۝ 28 إنك إن تذرهم يضلوا عبادك ولا يلدوا
إلا فاجرا كفارا ۝ 29 رب اغفر لي ولوالدي ولمن دخل بيتي مؤمنا وللمؤمنين والمؤمنات
ولا تزد الظالمين إلا تبارا ۝

In No-

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. NOs ſanè miſimus Noe ad gentem ſuam, *dicentes ei*; Comminare genti tuæ, antequam adveniat eis pœna dolorifica. 2. Dixit *illis Noe*: O populè meus, certè ego *ſum* vobis commonitor manifeſtus. 3. Servite Deo, & timete eum, & obedite mihi. 4. Dimittet vobis de peccatis veſtris, & differet vos (*ideſt differet à vobis pœnam*) uſque ad metam determinatam (*ideſt mortem.*) Porrò meta Dei (*ideſt præfixa à Deo*) cùm venerit, non differetur: Si ſciretis *hoc*, *certè credereris*. 5. Dixit *Noe*: Domine mi, certè ego vocavi gentem meam nocte, ac die. 6. Sed non auxit eis vocatio mea, niſi fugam *à fide*. 7. Et certè ego, quotieſcunque vocavi eos, ut parceres eis, poſuerunt digitos ſuos in auribus ſuis; & operuerunt ſe veſtimentis ſuis, *ne viderent me*, & obſtinatè perſtiterunt, & ſuperbè reſilierunt cum protervia. 8. Tùm ſanè ego vocavi eos manifeſtè. 9. Deinde ego certè palam locutus ſum eis, & occultè lucutus ſum eis clam loquendo. 10. Et dixi: Veniam precamini à Domino veſtro: ipſe quippè eſt indultor. 11. Mittet Cœlum ſuper vos copiosè pluviam effundens. 12. Et augebit vos opibus, & filiis: & dabit vobis hortos, & dabit vobis fluvios. 13. Quid *eſt* vobis, quòd non ſperetis in Deo benignitatem? 14. Et jam creavit vos multiformiter. 15. An non videtis, quomodò creaverit Deus ſeptem Cœlos involutim (*ideſt unum ſupra aliud?*) 16. Et poſuit Lunam in eis ad lumen, & poſuit ſolem ad lucernam? 17. Et Deus germinare fecit vos è terra germinando. 18. Deinde redire faciet vos in eam, & educet vos *ex ea* educendo (*ideſt reſuſcitando.*) 19. Et Deus poſuit vobis terram in ſtratum. 20. Ut incedatis in ea per vias ſpatioſas. 21. Dixit Noe: Domine mi, certè ipſi noluerunt obedire mihi: & ſectati ſunt eum, cui non addunt opes ejus, & filii ejus, niſi perfidiam (*ideſt adhæſerunt ditioribus, & potentioribus, qui ſunt obſtinati.*) 22. Et dolosè moliti ſunt *contra Noe* technam maximam. 23. Et dixerunt *potentiores plebi*: Nullo modo relinquatis Deos veſtros: neque deſeratis Vaddum, neque Savaum. 24. Neque Jaguthum, & Jaucum, & Naſrum. Et jam ſeduxerunt multos. Et non addes iniquis *prædicatione tua*, niſi errorem: 25. Ex eo, quòd *ita commeruerint* peccata eorum, ſubmerſi ſunt, & conjecti ſunt in ignem *Gehennæ*. 26. Et non invenerunt ſibi extra Deum adjutores. 27. Et dixit Noe: Domine mi, ne relinquas ſuper terram ex infidelibus domos. 28. Nam, ſi tu reliqueris eos, ſeducent ſervos tuos, & non progignent, niſi *ſobolem* flagitioſam, infidelem. 29. Domine mi, parce mihi, & parentibus meis, & cuicumque ingreſſus fuerit domum meam fidelis: & fidelibus *viris*, & fidelibus *mulieribus*: & ne addas iniquis, niſi ruinam.

NOTÆ.

PRæſpondet titulus Suræ (id, quod in Alcorano rariſſimum eſt) materiæ, de qua in eadem agitur: nempè de precatione Noe. Meccana communiter cenſetur. Verſus octo ſuprà viginti plerique illi tribuunt: alii tamen meliùs viginti, ac novem, ſive etiam triginta enumerant.

Qui eam legerit: كان من المؤمنين الذين تدركهم دعوة نوح: *Erit ex illis fidelibus, qui fuerunt tempore prædicationis Noe*. Quamvis in Bedavio pro Noe legatur النبي عم: *Prophetæ, cui ſit pax*, nimirùm Mahumeti.

XIV. *Creavit vos multiformiter.*] Arabicè eſt اطوارا: quam dictionem explicat Gelal, atque etiam Jahias: احوالا, *in variis ſtatibus*, nimirùm primò ſpermatis, deindè coaguli, tùm molæ, poſteà oſſium, & carnis, poſtremò perfecti corporis humani.

XXIII. *Neque deſeratis Vaddum.*] Erant hæc Idola illius ætatis, quèmadmodùm ſcribit Zamchaſcerius, qui etiam addit, Vaddum fuiſſe Cœlum, æternum principem, & figuram ejus fuiſſe hominis. Savaum verò exhibuiſſe figuram mulieris; Jaguthum Leonis: Jaucum equi, & Naſrum aquilæ. Refert etiam opinionem quorumdam, qui cenſuerunt, hæc eſſe nomina virorum virtute, ac probitate excellentium.

REFUTATIONES.

I. CUm in Alcorano dicitur aliquis missus à Deo Propheta, vel Legatus ad gentem suam, semper intelligitur de gente aliqua particulari, in qua ortus sit Propheta ille, vel Legatus. Hinc manifestè apparet crassissimus Mahumeti error, dùm asserit, Noe missum fuisse à Deo Commonitorem, seu Legatum ad gentem suam: quasi verò Noe ad populum aliquem peculiarem missus fuerit ad eum commonendum, cùm universo hominum generi, quod tunc nondùm in varias nationes divisum fuerat, neque dici poterat peculiaris illius populus, pœnitentiam prædicaverit. Constat enim, nonnisi post diluvium, homines in varias gentes divisos fuisse.

II. Non minùs hallucinatur, & errat Mahumetus, supponendo fuisse in mundo ante diluvium Idolorum cultum. Hoc idem jam superiùs, ut apertè falsum rejeci. Conveniunt scilicet Chronologi omnes, Idola, seu plures deos nonnisi post diluvium in humanum genus invectos fuisse. Neque Mahumetani ipsi aliter sentire possunt, si sacrarum literarum veritatem, non Alcorani deliria sequi velint. Certè non solùm Moyses, sed Christus peccata humani generis ante diluvium non ad Idolorum cultum, sed ad luxuriam, ac libidinem tantummodò revocant. Porrò, si hæc duo vitia ad Idololatriæ scelus comparentur, levia omninò, licèt alioqui gravissima, censenda sunt. Quamobrem illud, non hæc, tamquam diluvii causa adducenda erant. Quemadmodùm, si quis patriæ, vel Regis sui proditor esset, simulque fur, vel scortator; & ad extremum supplicium damnaretur: nonnisi ineptè damnationis illius causa, sola scortatio, vel furtum, omissa proditione, lesæque Majestatis reatu, à Judice publicaretur. Porrò necessarium prorsùs erat, ut ad sceleris omnium maximi, cujusmodi Idololatriæ est, detestationem, scirent omnes propter illud præcipuè à Deo humanum genus universum aquis submersum fuisse. Postremò non solùm Christiani, sed etiam Hebræi plurium deorum cultum, nonnisi post diluvium à posteris Cham ortum habuisse, certissimè tenent. Vide R. Moysen Ægyptium, vulgò Rambam in More Nebuchim.

سورة الجنّ مكيّة ثمان وعشرون آية

SURA LXXII.

GENII.

MECCANA:

COMMATUM VIGINTI OCTO.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 قل اوحي الي انه استمع نفر من الجن فقالوا انا سمعنا قرانا عجبا ۝ 2 يهدي الي
الرشد فامنا به ولن نشرك بربنا احدا ۝ 3 وانه تعالى جد ربنا ما اتخذ صاحبة ولا
ولدا ۝ 4 وانه كان يقول سفيهنا على الله شططا ۝ 5 وانا ظننا ان لن تقول الانس
والجن على الله كذبا ۝ 6 وانه كان رجال من الانس يعوذون برجال من الجن فزادوهم
رهقا ۝ 7 وانهم ظنوا كما ظننتم ان لن يبعث الله احدا ۝ 8 وانا لمسنا السماء
فوجدناها ملئت حرسا شديدا وشهبا ۝ 9 وانا كنا نقعد منها مقاعد للسمع فمن يستمع
الان يجد له شهابا رصدا ۝ 10 وانا لا ندري اشر اريد بمن في الارض ام اراد بهم ربهم
رشدا ۝ 11 وانا منا الصالحون ومنا دون ذلك كنا طرائق قددا ۝ 12 وانا ظننا ان
لن نعجز الله في الارض ولن نعجزه هربا ۝ 13 وانا لما سمعنا الهدى امنا به فمن يؤمن
بربه فلا يخاف بخسا ولا رهقا ۝ 14 وانا منا المسلمون ومنا القاسطون فمن اسلم فاولئك
تحروا رشدا ۝ 15 واما القاسطون فكانوا لجهنم حطبا ۝ 16 وان لو استقاموا على
الطريقة لاسقيناهم ماء غدقا ۝ 17 لنفتنهم فيه ومن يعرض عن ذكر ربه يسلكه عذابا صعدا ۝
18 وان المساجد لله فلا تدعوا مع الله احدا ۝ 19 وانه لما قام عبد الله يدعوه كادوا
يكونون عليه لبدا ۝ 20 قل انما ادعوا ربي ولا اشرك به احدا ۝ 21 قل اني لا
املك لكم ضرا ولا رشدا ۝ 22 قل اني لن يجيرني من الله احد ولن اجد من دونه
ملتحدا ۝ 23 الا بلاغا من الله ورسالاته ومن يعص الله ورسوله فان له نار جهنم خالدين
فيها ابدا ۝ 24 حتى اذا راوا ما يوعدون فسيعلمون من اضعف ناصرا واقل عددا ۝

25 قُـــلْ إِنْ أَدْرِي أَقَرِيبٌ مَا تُوعَدُونَ أَمْ يَجْعَلُ رَبِّي أَمَدًا ۞ 26 عَالِمُ الْغَيْبِ فَلَا يُظْهِرُ عَلَىٰ
غَيْبِهِ أَحَدًا ۞ 27 إِلَّا مَنِ ارْتَضَىٰ مِن رَّسُولٍ فَإِنَّهُ يَسْلُكُ مِن بَيْنِ يَدَيْهِ وَمِنْ خَلْفِـــهِ رَصَدًا ۞
28 لِيَعْلَمَ أَن قَدْ أَبْلَغُوا رِسَالَاتِ رَبِّهِمْ وَأَحَاطَ بِمَا لَدَيْهِمْ وَأَحْصَىٰ كُلَّ شَيْءٍ عَدَدًا ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. DIc, *ò Mahumete*: Revelatum fuit mihi, quòd attentè audivit cętus ex Geniis *me legentem Alcoranum*, & dixerunt: nos certè audivimus lectionem mirabilem. 2. Dirigit ad rectam inſtitutionem: itaque credidimus in eam: & nullo modo aſſociabimus *poſthàc* cum Domino noſtro ullum. 3. Et profectò exaltetur Majeſtas Domini noſtri. Non accepit uxorem, neque *habuit* prolem. 4. Et quidem dicebat fatuus noſtrum de Deo exorbitantiam (*ideſt quidam fatui ex nobis aſſerebant, Deum habere uxorem, & filios.*) 5. Sed nos certè putavimus, quòd nullatenùs dicturus eſſet homo, & Genius de Deo mendacium. 6. Et fuerunt *a* quidam ex hominibus, *qui* confugerent ad *b* quoſdam ex Geniis *ad diſcendam veritatem*: Sed *Genii* auxerunt illis errorem. 7. Et quidem ipſi *Genii* exiſtimaverunt, quemadmodùm exiſtimaſtis *vos*, *ò homines*, quòd non ſuſcitaturus eſſet Deus ullum. 8. Et nos quidem attrectavimus Cęlum (*ideſt tentavimus aſcendere ad illud, ut audiremus ſermones Angelorum.*) Sed invenimus *illud* plenum eſſe cuſtodia valida *Angelorum*, & flammis ſcintillantibus. 9. Et ſanè nos ſedebamus in eo in ſedilibus ad audiendum: At verò, qui tentaverit audire nunc, inveniet ſibi flammam *oppoſitam* ad cuſtodiam. 10. Et nos porrò neſcimus, an *hoc ſit ad* malum, *quod* intentum ſit *à Deo* in eos, qui *ſunt* in terra: an velit in eis Dominus eorum directionem. 11. Et quidem inter nos *ſunt* boni, & inter nos *ſunt* citra hoc (*ideſt mali*) ſumus viæ diverſæ (*ideſt diviſi in diverſas ſectas.*) 12. Et nos quidem exiſtimavimus, quòd non eſſemus infirmaturi Deum in terra; & nullo modo infirmaturi eſſemus eum per fugam (*ideſt, quòd non poſſemus evadere potentiam ejus, & vim in puniendo, ſive commoremur in terra, ſive fugiamus in Cœlum.*) 13. Et nos ſanè, poſtquàm audivimus directionem (*ideſt Alcoranum*) credidimus in eum. Qui porrò erediderit in Dominum ſuum; non timebit imminutionem mercedis *bonorum operum ſuorum*, neque injuſtitiam *à Deo*. 14. Et quidem ex nobis *aliqui ſunt* Moslemi (*ideſt rectam religionem profitentes*) & ex nobis *aliqui ſunt* à juſtitia deflectentes (*ideſt infideles.*) Porrò, qui ſunt Moslemi, illi exquirunt rectam inſtitutionem. 15. At verò à juſtitia deflectentes, erunt Gehennæ ſomes ad incendium. 16. Et quidem, ſi *Meccani* rectè ſteterint in via (*ideſt in religione Alcoranica*) ſanè potabimus eos aqua copioſa (*ideſt largam pluviam concedemus poſt ſeptem annos ſiccitatis.*) 17. Ut probemus eos per eam, *utrum grati ſint*. Qui autem longè receſſerit à commonitione Domini ſui (*ideſt ab Alcorano:*) ingredi faciet eum in ſupplicium atrox. 18. Et quidem Oratoria *dicata ſunt* Deo: ne ergo invocetis cum Deo ullum. 19. Et ſanè, cùm ſtetiſſet ſervus Dei (*ideſt Mahumetus*) *ut* invocaret eum *intra truncum Palmæ concavum*, prope fuit, ut eſſent *Genii* ſuper eum cum oppreſſione mutua (*inſiliendo unum ſupra alium, ſeque mutuò urgendo, ut eum audirent legentem Alcoranum.*) 20. Dic, *ò Mahumete, infidelibus*: Certè *ego* invoco Dominum meum: & non aſſocio cum eo ullum. 21. Dic: Ego quidem non poſſum afferre vobis damnum, neque rectam inſtitutionem. 22. Dic: Equidem nunquam defendet me à Deo ullus: & nunquam inveniam præter eum effugium. 23. Præter prædicationem *mihi commiſſam* à Deo, & Legationem ejus, *nihil poſſum conferre vobis boni, aut mali.* Qui autem contumax fuerit Deo, & Legato ejus, profectò illi *erit* ignis Gehennæ: perennaturi *ſunt* in ea ſemper. 24. Donec viderint id, quod intentatur illis *pœnæ, non recedent ab infidelitate ſua*. Tunc verò ſcient, quis fuerit infirmior

a viri.
b viros.

firmior adjutore, & paucior numero *(ideſt, quis habuerit imbecilliorem adjutorem, & minora præſidia.)* 25. Dic: *a* Neſcio, an propinquum *ſit* id, quod intentatur vobis *ſupplicii*: an poſiturus ſit illi Dominus meus extremum terminum *(ideſt dilaturus ſit illud uſque ad mortem.)* 26. *Ipſe eſt* Cognitor Arcani; neque manifeſtabit Arcanum ſuum ulli. 27. Niſi, cui ſibi complacuerit ex Legatis: ipſe quippe incedere faciet ante eum (*nempè Legatum*) & poſt eum cuſtodiam *Angelorum*. 28. Ut ſciat, quòd jam pervenire fecerint *Legati ad homines* mandata Domini ipſorum. Et complexus eſt *ſcientia ſua* id, quod *eſt* apud eoſdem *Legatos*, & computavit omnem rem numerando.

a Si Scio

NOTÆ.

Uræ inſcriptio eſt الجن, ideſt *Genius*, nomen collectivum, ſeu genericum. Agitur enim in illa de quibuſdam Geniis ad Mahumetiſmum ex Alcorani lectione converſis. Octo ſuprà viginti verſus illi tribuuntur. Meccanam ubique reperio. Qui eam legerit كان له بعدد كل جنـــى صدق محمدًا وكذب بـــه عتق رقبـــة. *imputabitur illi, ac ſi tot captivos liberaſſet, quot fuerunt Genii, tàm, qui crediderunt in Mahumetum, quàm, qui noluerunt credere in illum.*

I. *Cœtus ex Geniis.*] Tàm Hebræi, quàm Arabes agnoſcunt Genios diſtinctos ab hominibus, & Angelis: qui in quibuſdam rebus cum hominibus, in quibuſdam verò cum Angelis conveniant. Inter ea verò, quæ cum hominibus habent communia, eſt, quòd poſſint benè, vel malè agere, & converti ad fidem, vel ad pœnitentiam. De his aliàs egi: ideò hìc non repeto. Genii porrò iſti Alcoraniſtæ erant juxta Gelal: جن نصيبين, Genii Niſibienſes, nimirùm ex Niſibi celebri Civitate. Venerunt autem ad Mahumetum, ut idem ſcribit, في صلاة الصبح ببطن نخلة موضع بين مكّة والطايف: *dùm vacaret precibus ſuis in Aurora intra concavum cujuſdam Palmæ, quodam in loco inter Meccam, & Taiphum.*

III. *Exaltetur Majeſtas.*] Arabicè تعالى, cùm ſit præteriti temporis, verti poteſt: *exaltata eſt*. Sed videtur habere vim imperativi, ſeu optativi temporis, nempè exaltetur: quemadmodùm etiam تبرك: & utrumque uſurpatur ad deteſtationem alicujus rei, quæ impiè Deo tribuatur, & præſertim pluralitatis perſonarum, ſeu Deorum, ac ſi diceretur: *procul abſit*, vel *longè abeſt à Deo hoc, quod de illo dicitur*. idem dicendum de سبحان الله, *laus Dei*, & ſimilibus formulis.

VIII. *Attrectavimus Cœlum.*] Vide, quæ de hoc ſuperiùs dicta ſunt.

REFUTATIONES.

I. Uxta principia falſa Mahumetanorum, itemque Hebræorum, poſſet hìc aliqualiter Mahumetus in eo, quod de Geniis habet, excuſari. Verùm, cùm ex Sacris literis, tàm veteris, quàm novi Teſtamenti nihil de hujuſmodi Geniis habeamus, dicendum eſt, totum, quod hìc de illis refertur, figmentum eſſe, ac mendacium. Conſtat enim ex utroque Teſtamento, præter Angelos, & homines, nullam aliam rationalem, ſeu intellectualem creaturam à Deo conditam fuiſſe. Certum item eſt, ex Angelis quoſdam eſſe beatos, Cœloque addictos: quoſdam verò è Cœlo dejectos, & æternis cruciatibus in Gehenna damnatos; qui communiter Dæmones, Satanæ, vel Diaboli appellantur: licèt re vera caput, ſeu Princeps eorum tantummodò Diabolus, & Satanas ſaltem per antonomaſiam nuncupetur. Tàm autem ex Angelis bonis, quàm ex malis plures in terris, aliiſque elementis commorantur. Ex his malos eos eſſe putamus, qui homines obſident, vel domos, aliave loca infeſtant, & multimodis ludibriis miſeros mortales illudunt. Hos ſacræ literæ univerſos iiſdem nominibus Satanæ, vel Dæmonis, vel Diaboli, vel Spiritus immundi, vel ſpiritus nequam, vel Angeli mali, vel hujuſmodi conſueverunt appellare. Veteres Ethnici genios vocavere, voce Arabicæ conſimili. Neque verò Hebræi, neque Arabes poſſunt ullam legitimam hujuſmodi Geniorum, quales ipſi fingunt, originem oſtendere. Communis Arabum opinio eſt, illos ex Eblis, ſeu Diabolo natos fuiſſe. Verùm uxorem, ex qua eos ſuſceperit, non aſſignant. Audivi à quodam Arabe, eſſe inter eos opinionem, ex ejuſdem Diaboli coxis, ſeu inguinibus utroque ſexu præditis, illos ortos fuiſſe. Sed fabulam tàm abſurdam ab Arabibus fide dignam haberi, vix mihi poſſum perſuadere. Ut verò ad Hebræos veniam, hi hujuſmodi Genios שדים vocant: nimirum vaſtatores, ac perditores: & quidem meritò: nam, cùm ſint ſpiritus Deo rebelles, & hominibus hoſtes, nihil aliud ſatagunt, quàm eoſdem in æternum perdere. Thalmudiſtæ ſex proprietates illis tribuunt: alas, volatum ab una extremitate Mundi ad alteram, & futurorum ſcientiam: in his cum Angelis conveniunt. Tum comedere, & bibere, gignere, & multiplicari, & mori; in quibus hominibus aſſimilantur. Hæc Thalmudiſtæ omninò è cerebro ſuo; ex quo etiam confingunt, eoſdem Adami filios fuiſſe. Docent enim per centum, ac triginta primos annos, quibus Adam à Deo rejectus, atque, ut ita dicam, excommunicatus, vixit ſeparatus ab Heva, genuiſſe ſpiritus, Dæmones, & ſpectra nocturna. Adi-

icit

icit R. Salomon, Dæmones iſtos ex gonorrhea, ſeu pollutione Adæ tempore nocturno genitos fuiſſe, dum eſſet ſub anathemate ab Heva disjunctus. R. Simon autumat, centum illis, ac triginta annis Addam generaſſe hos Genios, ex aliis Geniis fœmininis: Hevam verò item alios genuiſſe ex aliis Geniis maſculis. Verùm quærendum erit, undenam eruperint Genii illi maſculi, & fœminæ, ex quibus Adam, & Heva alios Genios procreavere. Nullus, qui non ſit prorsùs ſtipes, aut fungus, non videt hæc eſſe deliria, meraſque inæptias. Certum igitur eſt, nullos alios Genios, ſeu ſpiritus reperiri, quàm ſpiritus illos, ſeu dœmones, qui Cœlo dejecti ad ignem æternum ſunt deſtinati, licèt interim plures ex illis in terris commorentur, nihil aliud curantes, aut fatagentes, quàm homines decipere, vexare, ſecumque in æternam ruinam pertrahere. Tales nobis eos Sacræ literæ repræſentant: nec quidquam de his, quæ Mahumetani, & Hebrei confingunt, præſertim de comeſtione, generatione, pœnitentia, morte, & hujuſmodi inſaniis, in illis reperimus, quamobrem manifeſtiſſimè apparet vanitas eorum, quæ refert Impoſtor de Geniis illis Niſibienſibus, qui ad Alcorani ſui lectionem converſi ſunt ad ipſius ſectam.

II. De furtiva illa eorundem Geniorum auditione, dùm in orbibus Cœleſtibus aſſidentes, clanculum Angelorum colloquia, admotis auriculis excipiebant: & de tota illa fabula ejectionis eorumdem è Cœlis per flammarum jaculationem poſt adventum Mahumeti; vide, quæ alibi dicta ſunt. Hìc unum ſupereſt à Mahumetanis exquirendum: quomodò nimirum tàm acuti auditus hi Genii fuerint, vel tàm longas auriculas habuerint, ut ab imo Orbe Cœleſti Angelorum, qui ſupremo in Cœlo morantur, colloquia, vel voces audire potuerint. Conſtat enim inter Sapientiores Aſtrologos, ab uno Orbe Cœleſti ad alium multas milliariorum myriades eſſe: & ab imo ad ſummum immenſum penè ſpatium intercedere. Porrò ſive conſideremus Genios, ut homines, ſive ut Angelos: tàm homo, quàm Angelus habet ſphæram limitatam ſuarum operationum: quamobrem impoſſibile eſt, auditum Geniorum ab ultimo Cœlo ad ſupremum ſeſe extendere. Neque dicas, hos Genios per ſupremi orbis rimas arcana Angelorum colloquia audire tentaſſe: nam in aliis etiam inferioribus Cœlis eos ad hoc idem reſediſſe fatentur iidem Genii apud Ahmedum Abulchaſanum, vulgò Albacharium in libro الانوار, *Splendorum*, parte ſexta. Audi illos loquentes: لقد كنا نصعد الي السموات السبع ونسترق السمع الي ان بُعِثَ المسيح ابن مريم فطُرِدْنا من اربع سموات فلما كان في هذه الايام طُرِدنا من السموات كلها: *Jam quidem aſcendebamus ad ſeptem Cœlos ad furtivam auditionem excipiendam, donec miſſus fuit Chriſtus Filius Mariæ: tunc enim ex quatuor Cœlis depulſi ſumus. His verò diebus, in quibus ſumus, ejecti fuimus ab omnibus Cœlis.* Sermo eſt de diebus, quibus natus eſt Mahumetus.

III. Notandæ ſunt in hac Sura inſulſæ, importunæque tranſitiones à Geniis ad Meccanos, ab his ad Oratoria: ab Oratoriis iterùm ad Genios: à Geniis iterùm ad Meccanos. *Quo teneam vultus mutantem Protea modo?*

سورة المزّمّل مكيّة تسع عشرة آية

SURA LXXIII.

INVOLUTUS.

MECCANA:

COMMATUM VIGINTI OCTO.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 يا أيها المزمل قم الليل إلا قليلا 2 نصفه أو انقص منه قليلا 3 أو زد عليه
ورتل القرآن ترتيلا 4 إنا سنلقي عليك قولا ثقيلا 5 إن ناشئة الليل هي أشد وطأ
وأقوم قيلا 6 إن لك في النهار سبحا طويلا 7 واذكر اسم ربك وتبتل إليه تبتيلا
8 رب المشرق والمغرب لا إله إلا هو فاتخذه وكيلا 9 واصبر على ما يقولون واهجرهم
هجرا جميلا 10 وذرني والمكذبين أولي النعمة ومهلهم قليلا 11 إن لدينا أنكالا
وجحيما 12 وطعاما ذا غصة وعذابا أليما 13 يوم ترجف الأرض والجبال وكانت الجبال
كثيبا مهيلا 14 إنا أرسلنا إليكم رسولا شاهدا عليكم كما أرسلنا إلى فرعون رسولا
15 فعصى فرعون الرسول فأخذناه أخذا وبيلا 16 فكيف تتقون إن كفرتم يوما يجعل
الولدان شيبا 17 السماء منفطر به كان وعده مفعولا 18 إن هذه تذكرة فمن
شاء اتخذ إلى ربه سبيلا 19 إن ربك يعلم أنك تقوم أدنى من ثلثي الليل ونصفه وثلثه
وطائفة من الذين معك والله يقدر الليل والنهار علم أن لن تحصوه فتاب عليكم فاقرءوا ما
تيسر من القرآن علم أن سيكون منكم مرضى وآخرون يضربون في الأرض يبتغون من فضل الله
وآخرون يقاتلون في سبيل الله فاقرءوا ما تيسر منه وأقيموا الصلوة وآتوا الزكوة وأقرضوا الله قرضا
حسنا وما تقدموا لأنفسكم من خير تجدوه عند الله هو خيرا وأعظم أجرا واستغفروا الله
إن الله غفور رحيم

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. O Involute veſtibus, ſta *in oratione* nocte, præter paucum *tempus illius*.
2. Dimidium *ſcilicet* ejus: aut diminue ex eo aliquantulum. 3. Aut

adde

adde ſuper illud : & pſalle Alcoranum pſallendo . 4. Nos ſanè conjiciemus ſuper te dictum grave . 5. Certè exordium noctis fortius eſt ad premendum , & rectius ad dicendum . 6. Porrò tibi in die *eſt* occupatio longa *in negotiis* . 7. Et memento nominis Domini tui : & ſepara te *à cæteris* , *ut vaces* illi , ſeparando te . 8. Dominus Orientis , & Occidentis : non *eſt* Deus , niſi ipſe . Accipe igitur eum in procuratorem . 9. Et patiens eſto ſuper id , quod dicunt *contra te infideles* : & ſepara te ab eis ſeparatione ſpecioſa (*ideſt nullum oſtendens ex eis timorem*) . 10. Et relinque me , & eos , qui mendacii inſimulant *Alcoranum* , præditos opulentia : *ego enim ſatis ero pro te adverſus illos* : & ſine eos , quietè vivere aliquantulùm . 11. Porrò apud nos *ſunt* compedes graves , & ignis ardens 12. Et cibus afferens gutturi anguſtiam : & ſupplicium dolorificum . 13. Die *quadam* commovebitur terra , & montes : & erunt montes pulvis conglomeratus , diſſipatus . 14. Nos certè miſimus ad vos Legatum , teſtem *futurum* contra vos *in die Judicii* ; quemadmodùm miſimus ad Pharaonem Legatum . 15. Sed contumax fuit Pharao Legato : propterea punivimus eum pœna vehementi . 16. Quomodò ergo evitabitis , ſi fueritis infideles , diem , *quæ* inducet pueris canos , *ob magnitudinem timoris* ? 17. Cœlum diſcindendum *eſt* in eo : eſt promiſſio ejus complenda 18. Certè hæc *eſt* commonitio : qui ergo voluerit , capiet ad Dominum ſuum viam . 19. Porrò Dominus tuus ſcit , quòd tu ſtas *ad orandum* minùs , quàm duas tertias partes noctis , & per dimidium ejus , & per tertiam partem ejus . Et quidam ex eis , qui *ſunt* tecum , *faciunt idem* . Deus autem menſurat noctem , & diem ; & novit , quòd nequaquam computabitis eam (*ideſt non poteſtis ſervare computum horarum ejus* .) Propterea benigniùs agit vobiſcum . Legite ergo id , quod levius fuerit *vobis* ex Alcorano . Scit , quòd erunt ex vobis infirmi : & alii peragraturi ſunt terram , ut procurent *ſibi victualia* ex liberalitate Dei : & alii pugnaturi ſunt pro via Dei . Legite ergo , quod levius fuerit *vobis* ex eodem *Alcorano* . Et ſtare facite orationem , & perſolvite ſtatutum cenſum : & fœneramini Deo fœnus pulchrum . Nam , quod præmiſeritis animabus veſtris boni *operis* , invenietis illud apud Deum : hoc erit melius , & majus in mercede . Petite verò indulgentiam à Deo : nam Deus eſt indultor , miſericors .

NOTÆ.

ARabica dictio المزمل , à qua inſcribitur Sura , & quæ habetur in primo verſu, ſignificat propriè involutum propriis veſtibus , cenſentque Expoſitores, ſcriptum eſſe المزمل pro المتزمل : Meccana à pleriſque inſcribitur : quidam tamen malunt, eſſe Medinenſem : Alii ultimum tantummodò verſum , qui incipit : *Porrò Dominus tuus* , Medinæ traditum fuiſſe . In verſibus enumerandis inſignis varietas reperitur : quidam enim octo ſuprà decem : quidam decem , ac novem : quidam viginti : quidam ſeptem ſuprà viginti enumerant . Sed numerus à me ſervatus eſt communior . Qui hanc Suram legerit رفع الله العسر عنه فى الدنيا والاخرة : *auferet Deus ab eo omnem difficultatem in hoc Mundo , & in ſæculo futuro* .

I. *O involute veſtibus* .] Nimirùm , ò Mahumete . Hic enim , ut ait Gelal : تلفف بثيابه حين مجى الوحى له خوفًا منه لهيبته : *involverat ſe veſtibus ſuis eo tempore , quo venerat ei revelatio , ob timorem ex ea conceptum , & reverentiam ipſius* . Sed Zamchaſcerius aliter rem narrat كان رسول الله ص نايمًا بالليل متزملاً فى قطيفة فنبه ونودى يما يهجن اليه الحالة التى كان عليها من التزميل فى قطيفة كما يفعل من لا يهتم امر . *Erat Prophe-*

ta Mahumetus noctu dormiens veſtibus involutus ſuper culcitram holoſericam : & excitatus eſt , & audivit vocem exprobrantem ſibi delicias illas dormiendi ſuper culcitram holoſericam adeò otiosè , ac ſi nihil ſibi eſſet negotii . Idem tamen aliter rem ita narrat قيل كان متزملاً فى مرط لعايشة يصلى فهو على هذا ليس بتهجين بل هو ثنا عليه : وعن عايشة انها سئلت ما كانت تزميله قالت كان مرطًا طوله اربع عشرة ذراعا نصفه على وانا نايمة وهو يصلى : *Fertur , cùm Mahumetus involutus eſſet in ſtragulo Aiſæ , oraſſe . Qua in re non reprehenſionem , ſed potiùs laudem meretur . Ipſa autem Aiſa interrogata , quidnam eſſet id , quo Mahumetus involvebatur , reſpondit ; fuiſſe ſtragulum longitudinis quatuordecim cubitorum , cujus medietate ipſa ſe cooperiebat , ut dormiret , dùm ille precibus vacabat* .

II. *Aut diminue* .] Autumat Gelal , hanc diminutionem è dimidio importare الى الثلث , *uſque ad tertiam partem noctis* . Additionem verò الى الثلثين , *uſque*

usque ad duas tertias partes noctis.

IV. *Dictum grave.*] Exponit Gelal : قرآنًا مهيبًا او شديدًا لما فيه من التكاليف : *Sententias Alcorani terribiles, seu vehementes, ob res difficiles, & graves, quæ in illis continebantur.*

V. *Certè exordium noctis fortius est.*] Explicat Gelal: ناشئة الليل القيام بعد النوم هى أشد وطاء موافقة السمع للقلب على تفهم القران وأقوم قيلًا أبين قولًا : *Exordium noctis est surrectio ad orandum post somnum, quæ fortior est ad premendum, nimirùm ad consensum aurium cum corde pro intelligendo Alcorano : & rectior ad dicendum ; idest ad meliùs distinguendum, & clariùs proferendum id, quod dicitur* : nempè ad meliùs mente, & ore orandum. Ita piè exponunt Moslemi Impostoris sui nugas, & ineptias, cùm magis legitima versiculi hujus expositio esset : *Certè in principio noctis majus robur, & vim habet homo ad fœminas premendas, & subagitandas, & ad clarioribus verbis amores suos propalandos.* Plus scilicet urgebat Mahumetum negocium mulierum, quàm orationis, & priùs libidini satisfaciendum erat, quàm pietati.

XII. *Et cibus afferens gutturi angustiam.*] Arabicè طعامًا ذو غصة : *cibus habens oppressionem gutturis.* De hujusmodi cibo, ita Gelal : يغص به فى الحلق وهو الزقوم او الضريع او الغسلين او شوك من نار لا يخرج ولا ينزل : *Præfocatur eo guttur : & hic est fructus arboris Zachum, vel Dharih ; vel Gaslin : vel sunt spinæ ex igne, quæ neque sursum à gutture exeunt : neque deorsum descendunt.* Infixæ nimirùm in gutture manent.

XIX. *Deus autem mensurat.*] Tota versiculi hujus vis in eo sita esse videtur, ut Mahumetus, & socii ejus à prolixioribus precibus, & à sollicitudine computandarum horarum noctis eximantur. Nam, ut refert Gelal : منهم من كان لا يدرى كم صلى من الليل وكم بقى منه فكان يقوم الليل كله احتياطًا فقاموا حتى انتفخت اقدامهم سنة او اكثر فخفف عنهم : *quidam ex ipsis nescientes, quotam partem noctis precibus impenderent, & quotam quieti, stabant noctem totam circumeuntes ; adeò, ut intumescerent pedes eorum per annum, aut plus. Propterea allevantur hìc ab hujusmodi onere.* Credat Judæus apella : non ego.

REFUTATIONES.

I. D impietatem, & nequitiam suam cohonestandam, & ad rudiores, ac simpliciores faciliùs decipiendos, fingit Mahumetus, se precibus sacris nocturnas horas insumere, etiam ultra debitum, itaut aliqualis moderationis diuinitùs præscriptæ indigeat. Hic nimirùm mos est sceleratissimorum Principum, sceleribus, flagitiisque suis larvam alicujus pietatis, ac religionis inducere, ne, quales reverà sunt, appareant, sed, quales non sunt, à populo existimentur. Utinam & aliquibus ex Christianis (saltem nomine) Principibus hoc vitium non inhæreret.

II. Sed, dùm se pium, religiosumque ostentare impiissimus impostor satagit, ridiculum nugatorem detegit. Primò enim fingit, præcipi sibi à Deo preces per totam noctem : deindè exiguam illius partem somno condonari. At quænam erit hæc pars exigua ? dimidium noctis, vel duæ tertiæ partes illius. Ridiculum caput. Ergone dimidium rei, vel duæ tertiæ partes, sunt قليلٌ, *parum*, vel *exiguum* illius ? atqui majora etiam laxantur somno spatia in fine Suræ, ubi leviora ex Alcorano, pro solvendis precibus præcipiuntur, quæ nimirum ad citissimam orationem explendam sufficiant. Hoc nimirum est totam noctem orare : vel exigua illius parte quiescere.

III. Illud verò, quod addit Gelal, quosdam ex Mahumeti assectis, nescientes quotam partis noctem precibus, quotam verò somno impenderent, vel impendissent : noctem totam circumeundo transegisse, eodemque tempore stando orasse : ac propterea tàm enormiter pedes eorum intumuisse, quis, nisi insanus, credat! At hæc non Alcorani, sed expositoris illius vitio tribuenda sunt, quemadmodùm etiam, quòd Mahumetus ita laxo in cubili dormiret, ut illius stragulum cubitos quatuordecim occuparet. Stabulo scilicet indigebat homo pecuinus, non cubili.

سورة لمدثر مكية خمس وخمسون آية

SURA LXXIV.

COOPERTUS.

MECCANA:

COMMATUM QUINQUAGINTA QUINQUE.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 يا أيها المدثر ۞ 2 قم فانذر ۞ 3 وربك فكبر ۞ 4 وثيابك فطهر ۞ 5 والرجز
فاهجر ۞ 6 ولا تمنن تستكثر ۞ 7 ولربك فاصبر ۞ 8 فاذا نقر في الناقور ۞ 9 فذلك
يومئذ يوم عسير ۞ 10 على الكافرين غير يسير ۞ 11 ذرني ومن خلقت وحيدا ۞
12 وجعلت له مالا ممدودا ۞ 13 وبنين شهودا ۞ 14 ومهدت له تمهيدا ۞ 15 ثم
يطمع أن أزيد ۞ 16 كلا انه كان لآياتنا عنيدا ۞ 17 سأرهقه صعودا ۞ 18 انه فكر
وقدر ۞ 19 فقتل كيف قدر ۞ 20 ثم قتل كيف قدر ۞ 21 ثم نظر ۞ 22 ثم
عبس وبسر ۞ 23 ثم ادبر واستكبر ۞ 24 فقال ان هذا الا سحر يؤثر ۞ 25 ان هذا
الا قول البشر ۞ 26 ساصليه سقر ۞ 27 وما ادريك ما سقر ۞ 28 لا تبقي ولا تذر ۞
29 لواحة للبشر ۞ 30 عليها تسعة عشر ۞ 31 وما جعلنا اصحاب النار الا ملايكة وما
جعلنا عدتهم الا فتنة للذين كفروا ليستيقن الذين اوتوا الكتاب ويزداد الذين امنوا ايمانا
ولا يرتاب الذين اوتوا الكتاب والمومنون وليقول الذين في قلوبهم مرض والكافرون ماذا اراد
الله بهذا مثلا كذلك يضل الله من يشاء ويهدي من يشاء وما يعلم جنود ربك الا هو
وما هي الا ذكرى للبشر ۞ 32 كلا والقمر ۞ 33 والليل اذا ادبر ۞ 34 والصبح اذا
اسفر ۞ 35 انها لاحدى الكبر ۞ 36 نذيرا للبشر ۞ 37 لمن شاء منكم ان يتقدم او
يتاخر ۞ 38 كل نفس بما كسبت رهينة ۞ 39 الا اصحاب اليمين ۞ 40 في جنات
يتساءلون عن المجرمين ۞ 41 ما سلككم في سقر ۞ 42 قالوا لم نك من المصلين ۞
43 ولم نك نطعم المسكين ۞ 44 وكنا نخوض مع الخائضين ۞ 45 وكنا نكذب

بيوم

بِيَوْمِ ٱلدِّينِ ۝ 46 حَتَّىٰ أَتَانَا ٱلْيَقِينُ ۝ 47 فَمَا تَنفَعُهُمْ شَفَاعَةُ ٱلشَّافِعِينَ ۝ 48 فَمَا لَهُمْ
عَنِ ٱلتَّذْكِرَةِ مُعْرِضِينَ ۝ 49 كَأَنَّهُمْ حُمُرٌ مُّسْتَنفِرَةٌ ۝ 50 فَرَّتْ مِن قَسْوَرَةٍ ۝ 51 بَلْ
يُرِيدُ كُلُّ ٱمْرِئٍ مِّنْهُمْ أَن يُؤْتَىٰ صُحُفًا مُّنَشَّرَةً ۝ 52 كَلَّا بَل لَّا يَخَافُونَ ٱلْآخِرَةَ ۝
53 كَلَّا إِنَّهُ تَذْكِرَةٌ ۝ 54 فَمَن شَاءَ ذَكَرَهُ ۝ 55 وَمَا يَذْكُرُونَ إِلَّا أَن يَشَاءَ ٱللَّهُ هُوَ
أَهْلُ ٱلتَّقْوَىٰ وَأَهْلُ ٱلْمَغْفِرَةِ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. O Cooperte : 2. Surge, & prædica. 3. Et Dominum tuum magnifica ; 4. Et veſtimenta tua purifica. 5. Et abominationem fuge. 6. Et ne beneficus ſis, *ut* multiplices, *plus recipiendo, quàm dediſti*. 7. Et Dominum tuum patienter expecta. 8. Cùm porrò inſonitum fuerit Tuba. 9. Ille tunc temporis *erit* dies difficilis. 10. Super infideles nequaquam facilis. 11. Sine me, & illum, quem creavi, ſolum. 12. Et tribui illi opes amplas. 13. Et filios teſtes (*ideſt, quorum teſtimonia cum plauſu admittuntur*). 14. Et planitiem ſubſtravi illi complanando (*ideſt in cunctis felicem feci illum*). 15. Inſuper ſperat, quòd aucturus ſim *illi felicitatem*. 16. Nequaquam *tamen hoc erit* : quippè ipſe eſt ſignis noſtris contrarius. 17. Mox adigam illum ad aſcendendum *montem ignis*. 18. Quippè ipſe excogitavit, & diſpoſuit, *quæ diceret contra Alcoranum*. 19. Sed occiſus fuit (*ideſt maledictus fuit*) quemadmodùm diſpoſuit. 20. Tùm occiſus fuit, quemadmodùm diſpoſuit. 21. Deinde reſpexit *præcipuos gentis ſuæ*. 22. Tùm vultum corrugavit, & triſtitiam præſetulit. 23. Deindè terga vertit, & in ſuperbiam elatus eſt. 24. Et dixit : *a* Non *eſt* hic *Alcoranus*, niſi præſtigium aliundè acceptum? 25. *b* Non *eſt* hic, niſi dictum hominis. 26. Detrudam eum comburendum in Tartarum. 27. Et quid intelligere faciet te, quid *ſit* Tartarus ? 28. Nihil relinquit, & nihil dimittit, *quin abſumat illud*. 29. Comburens *c* carnes hominum. 30. Super eum *conſtituti ſunt Angeli* novemdecim. 31. Et non poſuimus Præfectos Ignis, niſi Angelos : & non conſtituimus numerum eorum, niſi ad *gignendum* ſchiſma inter eos, qui ſunt infideles : ut certi eſſent ii, quibus datus fuit Liber (*ideſt Judæi*) de veritate *Mahumeti* : & augerentur ii, qui crediderunt, fide, & ne dubitarent *amplius de hoc* illi, quibus datus fuit Liber, & Fideles : & ut dicerent illi, quorum in cordibus eſt morbus, & Infideles : Quidnam voluit Deus in hoc *numero d* myſticè ſignificare ? Ita errare facit Deus, quem vult : & dirigit, quem vult. Et non novit exercitus Domini tui (*ideſt robur, & numerum præfectorum Gehennæ*) niſi ipſe : & non eſt hic (*nempe Tartarus*) niſi commonitio hominibus 32. Ita eſt. Per Lunam. 33 Et noctem, quandò retrocedit. 34. Et Auroram, quandò rutilat. 35. *Juro*, quòd hic *Tartarus* eſt ſanè una rerum graviſſimarum. 36. Commonefaciens homines. 37. *Sive* eum, qui voluerit ex vobis præire *ad præmium*, ſive *eum, qui voluerit* retrò remanere *ad pœnam*. 38. Omnis anima pro eo, quod operata fuit, oppigneranda eſt *in Gehenna*. 39. Sed ſocii dexteræ (*ideſt boni*) in hortis interrogando exquirent à peccatoribus. 41. Quid induxit vos in Tartarum ? 42. Reſpondebunt : Non fuimus ex orantibus. 43. Et non cibavimus pauperem. 44. Et inaniter diſceptavimus cum futilia pertractantibus. 45. Et negavimus, ut falſum diem Judicii. 46. Donec ſupervenit nobis certitudo (*ideſt mors*). 47. Neque verò proderit illis interceſſio intercedentium. 48. Quid porrò *eſt* ipſis, *quòd* à commonitione *ſunt* longè recedentes. 49. Quaſi ipſi *eſſent* aſini ſilveſtres. 50. *Qui* fugiunt à leone. 51. Atqui vellet quilibet vir ex ipſis, ut darentur ſibi codices aperti *à Deo*, *quibus ipſis præciperet*, *ut ſequerentur*

a Si

b Si

c homines

d parabolica

Mahumetum. 52. Minimè *erit hoc*. Atqui non timent fæculum futurum. 53. Minimè, *inquam*, *erit hoc*: quippè hic *Alcoranus eſt* commonitio *ſufficiens*. 54. Qui ergo voluerit *commoneri*, commonefaciet eum. 55. Sed non commonefient, niſi voluerit Deus. Ipſe dignus *eſt* timore; & dignus *eſt* indulgentia (*ideſt ipſi convenit hominibus indulgere*).

NOTÆ.

*Ineptè more ſuo Hottingerus; *Coopertus ſtoreis*,

INſcriptio ex primo verſu deſumpta, eſt المدثر pro المتدثر, ideſt *Coopertus*, ſeu *involutus veſtibus exterioribus*: * nam الدثار, juxta Zamchaſcerium eſt ما فوق الشعار, *quod ſupra interiores veſtes induitur*. Sura Meccana cenſetur: & verſus quinque ſuprà quinquaginta illi à pleriſque tribuuntur. Zamchaſcerius, aliique non inferioris notæ Authores, aſſerunt, hanc fuiſſe primam Suram, quæ revelata fuerit Mahumeto: communis tamen ſententia adverſatur, ut conſtat ex his Jahiæ verbis: قال جابر بن عبد الله هذه اول ايـــة نزلت على النبى ص قال يحيى والعامة على ان اول مـــا نزل اقراء باسم ربّك الذى خلـــق:

Dixit Giaber filius Abdalah: Hi fuerunt primi verſus Prophetæ Mahumeto revelati. Dixit Jahias: communis ſententia eſt, prima verba revelata Mahumeto fuiſſe illa: Lege in nomine Domini tui, qui creavit. Quæ verba infrà occurrent. Premium Lectoris erit من قراء سورة المدثر اعطاه الله عشر حسنات بعدد من صدّق وكذّبـــ: *Qui legerit Suram Cooperti: dabit illi Deus decem bona pro numero eorum, qui, ut veraci, Mahumeto crediderunt, & eorum, qui, ut mendacem rejecerunt eum.*

I. *O Coopert.e*] Quam ob cauſam ita ſe appellet Mahumetus, exponit Zamchaſcerius ipſius Mahumeti verbis, qui fertur dixiſſe: كنت على جبـــل حراء فنوديت يا محمد انّك رسول الله فنظرت عن يمينى ويسارى فلم أر شيًا فنظرت فوقى فرايت شيًا: وفى رواية عايشة فنظرت فوقى فاذا بـــه قاعد على عرش بين السماء والارض يعنى الملـــك الذى ناداه فرهبت ورجعت الى خديجة فقلت دثّرونى دثّرونى فنزل جبراييل وقال يا ايها المدّثر قم فانذر وربـــك فكبّر: *Eram ſupra montem Hora, & audivi dicentem mihi: O Mahumete, certè tu es Legatus Dei. Et reſpexi ad dexteram meam, & ad ſiniſtram meam, & nihil vidi. Et aſpexi ſupra me, & vidi neſcio quid (Vel, ut habetur ex relatione Aiſæ) & vidi ſedentem ſuper Thronum inter Cælum, & terram (hic erat Angelus, qui vocaverat eum) & tremefactus reverſus ſum ad Chadigen, & dixi: Cooperite me; cooperite me* (Aliqui addunt: وصبّوا علـــى ما باردًا *& effundite ſuper me aquam frigidam*). *Et tunc deſcendit Gabriel, & dixit ei: O Cooperte, &c.* Ex aliorum verò relatione hæc habet idem Author: وقيل سمـــع من قريش ما كرهه فاغتمّ فتغطّى بثوبه مفكرًا كما يفعـــل المغموم فامر ان لا تدع انذارهـــم:

Dicunt alii, illum audiviſſe à Coraiſitis contra ſe verba, quæ ipſi valdè diſplicuerunt, quamobrem triſtitia oppreſſus cooperuit ſe pallio ſuo, eoque involutus ſedebat cogitabundus, in morem hominis ſolicitudine, ac mœrore pleni. Tunc verò Gabriel præcepit ei, ut ſurgeret, & Coraiſitis minitabundus prædicaret. Verùm hæc omnia figmenta ſunt ad rei veritatem obſcurandam, & fabulis involvendam. Conſtat enim, Mahumetum epileptico morbo, vel vi demoniaca corripi conſueviſſe: & tunc temporis jubebat, ſe veſtibus, ſeu ſtragulis cooperiri; ſimulans ſibi à Gabriele arcana cœleſtia revelari. Hoc ſemper fuit apud omnes, tàm veteres, quàm recentes mortales cæteros, & traditum, & creditum, quidquid Moslemi nugentur.

V. *Et abominationem fuge*:] Vox Arabica الرجز, ideſt *abominatio*, exponitur hìc communiter à Moſlemis pro *Idolorum cultu*: ita enim ferunt, Mahumetum ipſum expoſuiſſe. Gelal: فسّره النبـــى ص بالاوثان: *Expoſuit eam Propheta Mahumetus pro Idolis*. Jahias: الرجـــز فاهجر الاوثان لا تعبدهـــا: *Abominationem fuge: ideſt, Idola ne colito*. Eodem modo Zamchaſcerius, & cæteri, quos videre licuit.

XI. *Sine me, & illum, quem creavi ſolum*.]Ideſt, ſine, ut veniat ad me in judicium ſolus, & omnibus opibus, filiiſque ſuis ſpoliatus. Putant Zamchaſcerius, & alii, hìc Mahumetum mordere الوليد ابن المغيرة, *Validum filium Mogheiræ* hoſtem ſuum infenſiſſimum, cum quo perpetuas habuit ſimultates, & qui ob magnam felicitatem vocabatur à ſuis الوحيد *Unicus*, ſeu *Solus*.

XIX. *Sed occiſus eſt, quemadmodùm diſpoſuit*.] Verbum Arabicum قُتِلَ *occiſus eſt*, exponitur à Gelale: لُعِـــنَ وعُذِّب: *maledictus, & punitus fuit*. Sed fortaſsè meliùs accipiemus præteritum tempus pro imperativo execratorio, ut aliàs moris eſt: *occidatur*, ſeu *maledicatur, ac puniatur*. Illud verò, quod additur: *quemadmodùm diſpoſuit*, exponitur ab eodem Authore: *juxta malitiam pravæ cogitationis cordis ſui contra Alcoranum, & Mahumetum*.

XXIV. *Aliundè acceptum*.] Nempè ab aliis Magis, & Præſtigiatoribus, vel potiùs à Judæis, & Chriſtianis.

XXXI. *Et certi eſſent ii, quibus datus fuit Liber*.] Explicat Gelal: اى اليهود صدق النبى كونهم سبعـــة عشر الوافق لما فى كتابهـــم. *Nimirùm Judæi certi eſſent de veracitate Mahumeti, dùm aſſerebat, Angelos præfectos Gehennæ eſſe ſeptemdecim, cum hoc ipſum conformare eſſet illi, quod in Sacris ipſorum libris continebatur.*

NOTÆ.

REFUTATIONES.

I. DIſſimulant Moslemi veram cauſam, cur Mahumetus frequenter veſtibus ſe, ac ſtragulis cooperiri, atque aqua perfundi juberet. Neque enim erat cur ob id, quod in monte Horâ ie vidiſſe fingebat, vel ob contumelias à Coraiſitis acceptas, hoc exigeret: ſed, ut jam dixi, ita epileptico morbo, vel mania frequenter laborabat, ut ad deformes vultus, totiuſque corporis motus celandos, hujuſmodi veſtium, ac ſtragulorum remediis uteretur. Hoc idem faciunt hodie illi, qui inter Mahumetanos religioſiores, ac ſanctiores habentur, dùm poſt longam corporis agitationem in terram prolapſi, à ſpiritu neſcio quo prophetiæ corripi ſe fingunt. Prophetam ſcilicet ſuum imitantur.

II. Ex ſuo ipſius teſtimonio oſtendit, qualis fuerit hoc tempore Mahumetus, cui opus fuerit præcipi à Deo, ut Idolorum cultum, quem meritò abominationem vocat, refugeret; quippè qui adhuc Idololatriam ſequeretur. Conatur Gelal Prophetam ſuum ab hoc ſcelere vindicare, accipiendo اهجر *fuge*, pro اهجره فى ثم *perſevera in fuga illius*, nempè Idololatriæ. Aliud enim eſt aliquid facere; & aliud perſeverare in eo faciendo. Porrò Mahumetum uſque ad quadrageſimum circiter ætatis annum, quo, dùm eſſet in monte Hora, finxit ſe ad prophetiæ, & Apoſtolatus munus vocari, Idola coluiſſe, apertè in illius vita, *in digreſſione §. octavi*, demonſtravimus, vide ibi plura. Hinc fortaſsè quidam magnæ authoritatis Authores inter Moslemos centent hanc fuiſſe primam Suram Mahumeto traditam, quandò ſcilicet à plurium deorum cultu ſe receſſiſſe vulgavit.

III. Dedecet omninò Legislatorem, qualem ſe facit Mahumetus, Satyrici perſonam induere, & ſcommatibus inimicos ſuos privatos, ſuppreſſo nomine, appetere. Id tamen facit Mahumetus hìc, & alibi contra Validum filium Mogheiræ, & alios ex Meccanis ſibi infenſos.

IV. Iterùm obtrudit commentum de Angelis Gehennæ præfectis, quod jam ſuprà rejecimus: nullum quippè de hujuſmodi Angelis, eorumque numero in Sacris literis verbum reperitur. Et nihilominùs adeò impudens eſt Mahumetus, ut non vereatur, teſtes inſaniæ ſuæ Judæos accerſere, quaſi ipſi cum eo vellent inſanire. Sed nunquam mihi perſuadebo, Judeos in hoc illi teſtimonium ſuum commodaturos: niſi fortè, ut eidem aſſententur, velint impudenter mentiri.

V. Iterùm Deo impium, ac ſuperſtitioſum tribuit juramentum. Quis enim impietatis, ac ſuperſtitionis non condemnet eum; quem per noctis receſſum, vel per Auroræ crepuſculum jurantem audiat, præſertim, ſi hìc in re minimè dubia, cunctiſque notiſſima, qualis eſt, Tartarum, ſeu Gehennam rem eſſe graviſſimam, juramentum adhibeat?

VI. Juſtè exigebant Judæi, vel Meccani Divinum aliquem librum, ob cujus authoritatem ſequi deberent Mahumetum, & credere in Alcoranum. Atqui is nullus erat: quamobrem meritò utrumque reiciebant. Chriſtus certè, ejuſque Euangelium fidem ſibi comparaverunt etiam ex librorum à Deo traditorum, Pentateuchi ſcilicet, & Prophetarum teſtimonio: quod nec Mahumeto convenit, nec Alcorano, ut ſæpè demonſtravimus. Quòd ſi Moslemi objiciant, Pentateuchum, ac Moyſen, nullius præcedentis libri divinitùs revelati teſtimonium habuiſſe: facilè reſpondebimus, Deum ipſum inauditis prodigiis, ac portentis, fidem illis Divinam ſufficienter conciliaſſe, ut nullus poſſet rationabiliter eorum veritatem, veracitatemque negare. Hoc verò neque de Alcorano, neque de Mahumeto quiſquam ſine manifeſtiſſimo mendacio affirmaverit.

VII. Cùm inſtaret Mahumetus, credendum eſſe Alcorano ſuo, eo, quòd ſine ullius Divini libri teſtimonio, ſatis ex ſeipſo fidem mereretur, & ſufficiens eſſet ad homines commonendos, & in religione recta inſtruendos: ex alia verò parte obſtinatam Arabum contradictionem videret: concludit, neminem poſſe ab Alcorano commonefieri, niſi voluerit Deus. Circa quem loquendi modum vide, quæ alibi fusè diſſeruimus.

سورة القيمة مكيّة اربعون آية

SURA LXXV.

RESURRECTIO.

MECCANA:

COMMATUM QUADRAGINTA.

بسم الله الرحمن الرحيم

١ لا اقسم بيوم القيمة ٢ ولا اقسم بالنفس اللوامة ٣ ايحسب الانسان ان لن نجمع عظامه
٤ بلى قادرين على ان نسوي بنانه ٥ بل يريد الانسان ليفجر امامه ٦ يسل ايان
يوم القيمة ٧ فاذا برق البصر ٨ وخسف القمر ٩ وجمع الشمس والقمر ١٠ يقول
الانسان يومئذ اين المفر ١١ كلا لا وزر ١٢ الى ربك يومئذ المستقر ١٣ ينبأ الانسان
يومئذ بما قدم ١٤ واخر ١٥ بل الانسان على نفسه بصيرة ١٦ ولو القى معاذيره
١٧ لا تحرك به لسانك لتعجل به ١٨ ان علينا جمعه وقرانه ١٩ فاذا قرأناه فاتبع
قرانه ١٩ ثم ان علينا بيانه ٢٠ كلا بل تحبون العاجلة ٢١ وتذرون الاخرة
٢٢ وجوه يومئذ ناضرة ٢٣ الى ربها ناظرة ٢٤ ووجوه يومئذ باسرة ٢٥ تظن ان
يفعل بها فاقرة ٢٦ كلا اذا بلغت التراقي ٢٧ وقيل من راق ٢٨ وظن انه
الفراق ٢٩ والتفت الساق بالساق ٣٠ الى ربك يومئذ المساق ٣١ فلا صدق ولا
صلى ٣٢ ولكن كذب وتولى ٣٣ ثم ذهب الى اهله يتمطى ٣٤ اولى
لك فاولى ٣٥ ثم اولى لك فاولى ٣٦ ايحسب الانسان ان يترك سدى ٣٧ الم
يك نطفة من منى يمنى ٣٨ ثم كان علقة فخلق فسوى ٣٩ فجعل منه الزوجين
الذكر والانثى ٤٠ اليس ذلك بقادر على ان يحيي الموتى

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. NOn juro per diem Reſurrectionis. 2. Et non juro per animam culpantem ſeipſam, *quamvis benefaciat*. 3. An exiſtimat homo, quòd non collecturi ſimus oſſa ejus (*ideſt ſimul unituri ea*)? 4. Utique *colligemus*; potentes ad hoc, ut coæquemus digitos ejus (*ideſt reſtituamus eos cum æqua pro-*

por-

portione) . 5. Atqui vult homo negare *id* , *quod eſt* coram ſe . 6. Interrogat: Quandonam *erit* dies Reſurrectionis? 7. Porrò , cùm perſtrictus fuerit oculus , *intuens id* , *quod negabat* . 8. Et eclypſata fuerit Luna . 9. Et ſimul coniuncti fuerint Sol , & Luna : 10. Dicet homo die illa : Ubi erit effugium ? 11. Nequaquam : non erit effugium illum . 12. Ad Dominum tuum die illa erit conſiſtentia (*ideſt omnes ſtabunt ante illum*) . 13. Enarrabitur homini die illa id , quod præmiſerit . 14. *Et id* , *quod* poſteà fecerit (*ideſt opera ejus prima* , *& noviſſima*) . 15. Immò homo *erit* contra animam ſuam teſtis oculatus . 16. Et licèt opponat excuſationes ſuas , *non admittentur* . 17. Ne moveas in eo linguam tuam , ut acceleres in eo (*ideſt* , *ne nimis acceleres linguam in legendo Alcorano*) quippè noſtrum erit colligere illum *in pectore tuo* ; & legere illum (*ideſt dare vim linguæ tuæ legendi illum*) . 18. Cùm autem legerimus illum *tibi per Gabrielem* , ſectare lectionem ejus . 19. Deindè porrò noſtrum erit declarare eum *tibi* . 20. Ita eſt . Sed *vos* diligitis *vitam mundanam* celeriter tranſeuntem . 21. Et relinquitis vitam noviſſimam . 22. Vultus *aliquorum erunt* die illa venuſtè micantes . 23. Ad Dominum ſuum reſpicientes . 24. Vultus verò *aliorum erunt* die illa mœſtè corrugati . 25. * Putabunt, quòd faciendum ſit contra ſe magnum malum . 26. Ita *erit* . Cùm pervenerit *anima* ad fauces . 27. Et dicetur *à circumſtantibus* : quis *erit a* faſcinum afferens (*ideſt potionem incantatam* , *ut convaleſcat*) ? 28. Et exiſtimaverit, illam eſſe ſeparationem *ab hoc Mundo* . 29. Et conjunxerit ſe crus cum crure . 30. Ad Dominum tuum die illa *erit* perductio *animæ* . 31. Porrò non credidit *homo* , neque oravit . 32. Sed mendacii inſimulavit *Alcoranum* , & avertit ſe *à fide* . 33. Tùm abiit ad familiam ſuam , cum faſtu incedebat . 34. Proximum *eſt* tibi *id* , *quod non velles* : proximum , *inquam* , *eſt* . 35. Iterum *dico* , proximum *eſt* tibi , proximum , *inquam* , *eſt* . 36. An exiſtimat homo , quòd relinquendus ſit liber , *ac ſolutus* , *ſine ullis legibus* . 37. Nonne fuit *homo* exiguus humor ex ſpermate , *quod* ſpermatizatur (*ideſt effunditur in vulvam*) ? 38. Deindè fuit ſanguis coagulatus : creavitque *Deus ex eo hominem* , & conformavit æqualiter (*ideſt cum juſta proportione*) . 39. Et poſuit ex eo duos conjuges ; maſculum , & fœminam . 40. Nonne ille , *qui fecit hæc* , potens *eſt* ad hoc , ut vivificet mortuos?

Inepta tranſitio.

nulla cõnexio.

* Poteſt etiã verti: *Putares, quòd faciendũ eſſet contra ipſos magnũ malum.*

a pharmacum.

NOTÆ.

Pigraphe eſt القيمة, *Reſurrectio* , quæ vox habetur in primo verſu , & reſpondet materiæ , de qua hìc agitur , nempè de Reſurrectione mortuorum , quamvis alia etiam extra rem propoſitam intermiſceantur . Sura Meccana eſt , illique verſus quadraginta communiter tribuuntur : quamvis nonnulli pauciores recenſeant . Præmium lectori promittit Mahumetus his verbis : من قراء سورة القيمة شهدت له انا وجبرائيل يوم القيمة انه كان مومنا به .

Qui legerit Suram Reſurrectionis , *teſtis ero ego unà cum Gabriele illi in die Reſurrectionis* , *quòd ipſe crediderit in eum* : videlicet diem Reſurrectionis, ut habet Zamchaſcerius

IV. *Potentes ad hoc* , *ut coæquemus digitos ejus* .] Ideſt, cùm potentiam habeamus ad reſtituendos digitos ejus , ſicut ante fuerant : multòque magis ad majora membra reſtituenda . Ita Gelal .

V. *Id* , *quod eſt coram ſe* .] Ideſt id , quod illi evidenter oſtenditur .

IX. *Et ſimul conjuncti fuerint Sol* , *& Luna* .] Itaut quemadmodùm credunt Moslemi , Sol oriatur ab Occidente : Luna verò ab Oriente .

XVII. *Ne moveas in eo linguam tuam* .] Explicat Gelal : لا تحرك بالقران قبل فراغ جبرائيل منه لسانك لتعجل به خوف ان ينفلت منك ان علينا جمعه فى صدرك وقراتك اياه اى جبرائيع على قراته اى استمع قرانه فكان رسول الله ص يستمع ثم يقروه .

Ne moveas in Alcorano legendo , ſeu repetendo , *linguam tuam* , *antequàm abſolverit Gabriel verba ejus* , *ut acceleres eum* , *ob timorem* , *ne ille avolet à te* : *nam noſtrum erit colligere eum in pectore tuo* (ideſt redigere cum tibi totum in memoriam) *& legere eum tibi* ; *ideſt facere* , *ut lingua tua facilè proferit eum* . *Cùm autem legerimus eum tibi per Gabrielen* , *ſequere lectionem ejus* : *ideſt attentè priùs audi* , *quod ipſe legit* (ut ſcilicet rectè repetas illud .) *Itaque Mahumetus audiebat priùs* lectionem Gabrielis: *deindè recitabat* , ſeu repetebat *illam* . Nimirùm , ficut puer ſub pedagogo, repetebat verba lecta à Gabriele: & timens, ne Gabriel abſcederet , antequàm ipſe totum repetiiſſet , ac propterea aliquid memoria excideret, nimis accelerabat linguam, & confundebat verba ſua cum verbis Gabrielis . Vah nugas ! Admirare porrò hìc lector divinam illam , quam adeò jactant Moslemi , Alcorani connexionem . Quid , oro , hæc cum præcedentibus , & ſequentibus?

XXIX. *Et conjunxerit ſe crus cum crure* .] Notat actum naturalem morientium , dùm crura extendunt, ſimulque conjungunt .

XXXI. *Porrò non credidit* .] Quæ Gelal putat hìc dici de homine malo , & impio in communi : Jehias , & alii cenſent , eſſe ſcommata , & ſarcaſmata in Abugehelum infenſiſſimum Mahumeto , quantumvis ſanguine conjunctum .

REFU-

REFUTATIONES.

I. QUòd Deus juret per diem Reſurrectionis eſt contra omnem rationem, ut alibi oſtendimus, in hujuſmodi juramentis, quæ Deo impiè in Alcorano tribuuntur. Multò verò magis abſurdum eſt, Deum jurare per animam اللوامة, ideſt *vehementer culpantem, ac reprehendentem ſeipſam*: ut plerique exponunt, quamvis in benè faciendo ſeſe ſtudiosè exerceat, ut gloſſat Gelal: Sive per animam fidelem, quę in die Judicii culpabit, & redarguet infidelem: ſive per animam Adæ, quæ ſeipſam aſſiduè culpabat, ac reprehendebat ob admiſſam primam culpam, ut exponit Zamchaſcerius. Nefarium enim eſt vel cogitare, quòd Deus juret per animam, etiam innocentem, nedùm peccatis, & culpis maculatam: juraret enim Deus per creaturam ſuam. Qui verò non rideat, cùm audiat Deum jurare per diem Reſurrectionis, futurum eſſe diem Reſurrectionis? Nemo quippè jurat, niſi ad aſſerendam aliquam rem dubiam, & incertam, per aliquid, quod ſit ſaltem magis evidens, & certum eo, quod juratur. Jurare verò per diem Reſurrectionis, futurum eſſe diem Reſurrectionis, eſt jurare idem per idem, & incertum per incertum, non ſecus, ac ſi, cùm dubitarem, utrum aliquod eſſet os Divi Petri: juraret mihi alius per hoc os Divi Petri, hoc eſſe os Divi Petri.

II. Introducitur Deus probare potentem ſe eſſe ad ſimul colligenda, & unienda oſſa hominis mortui, quia potens eſt ad coæquandos, ſive in integrum reſtituendos, digitos ejus. Si enim, inquit Gelal, exigua digitorum oſſa poteſt Deus reſtituere: multò magis grandiora corporis oſſa poterit redintegrare. Quantum valeat hoc argumentum, nemo non videt: idem enim eſt; ac ſi dicas: Poteſt quis pingere in tabula exigua parvam imaginem: ergo multò magis poterit pingere magnam in magna. Mihi verò humano modo loquendo videtur aliqua major potentia requiri ad reſtituenda, & carne veſtienda oſſa majorum membrorum, ut crurium, brachiorum, & capitis, quàm digitorum; à Deo verò utrumque eodem modo facile eſſe certum eſt.

III. Jam ſuprà notavi importunam, ac ridiculam tranſitionem, ſeu digreſſionem à verſu 16. ad 17. itemque à 19. ad 20. & à 21. ad 22. itaut inſani alicujus, & amentis ſermones appareant: & ita inter ſe hæreant, ut ligna, & lapides, vel ferrum, & ſtupa. Illud verò riſum movet, quod de Mahumeto Gabrielis lectionem, tamquam puero Pædagogi, repetente refertur. Hinc apparet, Mahumetum nullum Alcoranum apud ſe habuiſſe.

IV. Poſtremò, ſi Mahumetus à trigeſimo primo verſu, juxta explicationem Gelalis, & aliorum, Abugechelum cognatum ſuum, quamvis ſibi infenſum, mordet, ac lacerat; conſanguinitatis leges prorsùs tranſgreditur; &, ut ſuprà notavi, Satyriſtam ſe, non Legiſlatorem demonſtrat.

سورة الانسان مكيّة احدي وثلثون آية

SURA LXXVI.

HOMO.

MECCANA:

COMMATUM UNIUS, & TRIGINTA.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 هل أتي علي الإنسان حين من الدهر لم يكن شيًا مذكورًا ۞ 2 إنا خلقنا
الإنسان من نطفة أمشاج نبتليه فجعلناه سميعًا بصيرًا ۞ 3 إنا هديناه السبيل إما شاكرًا
وإما كفورًا ۞ 4 إنا أعتدنا للكافرين سلاسلا وأغلالا وسعيرًا ۞ 5 إن الأبرار يشربون من
كأس مزاجها كافورًا ۞ 6 عينا يشرب بها عباد الله يفجرونها تفجيرًا ۞ 7 يوفون بالنذر
ويخافون يومًا كان شره مستطيرًا ۞ 8 ويطعمون الطعام علي حبه مسكينًا ويتيمًا وأسيرًا ۞
9 إنما نطعمكم لوجه الله لا نريد منكم جزاء ولا شكورًا ۞ 10 إنا نخاف من ربنا
يومًا عبوسًا قمطريرًا ۞ 11 فوقاهم الله شر ذلك اليوم ولقيهم نضرة وسرورًا ۞ 12 وجزيهم بما
صبروا جنة وحريرًا ۞ 13 متكيين فيها علي الأرايك لا يرون فيها شمسًا ولا زمهريرًا ۞
14 ودانية عليهم ظلالها وذللت قطوفها تذليلا ۞ 15 ويطاف عليهم بانية من فضة وأكواب
كانت قواريرا ۞ 16 قواريرا من فضة قدروها تقديرًا ۞ 17 ويسقون فيها كاسًا كان
مزاجها زنجبيلًا ۞ 18 عينا فيها تسمي سلسبيلًا ۞ 19 ويطوف عليهم ولدان مخلدون إذا
رأيتهم حسبتهم لؤلؤا منثورًا ۞ 20 وإذا رأيت ثم رأيت نعيمًا وملكا كبيرًا ۞ 21 عاليهم
ثياب سندس خضر وإستبرق وحلوا أساور من فضة وسقيهم ربهم شرابًا طهورًا ۞ 22 إن هذا
كان لكم جزاء وكان سعيكم مشكورًا ۞ 23 إنا نحن نزلنا عليك القران تنزيلا ۞
24 فاصبر لحكم ربك ولا تطع منهم اثما أو كفورًا ۞ 25 واذكر اسم ربك بكرة
وأصيلا ۞ 26 ومن الليل فاسجد له وسبحه ليلا طويلا ۞ 27 إن هؤلاء يحبون العاجلة

ويذرون

وَيَذَرُونَ وَرَآءَهُمْ يَوْمًا ثَقِيلًا ﴿28﴾ نَحْنُ خَلَقْنَاهُمْ وَشَدَدْنَا أَسْرَهُمْ وَإِذَا شِئْنَا بَدَّلْنَا أَمْثَالَهُمْ
تَبْدِيلًا ﴿29﴾ إِنَّ هَٰذِهِ تَذْكِرَةٌ فَمَن شَاءَ اتَّخَذَ إِلَىٰ رَبِّهِ سَبِيلًا ﴿30﴾ وَمَا تَشَاءُونَ إِلَّا أَن
يَشَاءَ اللَّهُ إِنَّ اللَّهَ كَانَ عَلِيمًا حَكِيمًا ﴿31﴾ يُدْخِلُ مَن يَشَاءُ فِي رَحْمَتِهِ وَالظَّالِمِينَ
أَعَدَّ لَهُمْ عَذَابًا أَلِيمًا ﴿

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. AN venit ſuper Hominem tempus ex fæculo (*ideſt longum tempus*) nec-dum fuit *circa eum facta* res memorabilis? 2. Nos certè creavimus hominem ex ſpermate commixto *viri*, & *fœminæ*, *ut* probaremus illum *utraque fortuna*: & fecimus eum audientem, videntem. 3. Nos certè direximus eum in viam *rectam*, ſive gratum, ſive ingratum *futurum*. 4. Nos certè præparavimus Infidelibus catenas, & vincula collo inferenda, & ignem ardentem. 5. Porrò Juſti bibent ex calice *vini*, erit commixtio ejus *ex aqua* Caphur. 6. Fontis, ex quo bibent ſervi Dei: fluere facient eum, fluere faciendo (*ideſt deducendo, quocunque placuerit*). 7. Complebant, *dum viverent*, vota: & timebant diem, cujus malum erat latè ſpargendum (*ideſt diem Judicii*). 8. Et cibabant cibo ſuper amore ejus (*ideſt, qui ipſis erat gratus*) pauperem, & orphanum, & vinctum. 9. *Dicentes*: Certè cibamus vos propter faciem Dei (*ideſt pro ſpe præmii à Deo*) nolumus à vobis retributionem, neque gratiarum actionem. 10. Nòs certè timemus à Domino noſtro diem corrugantem facies, calamitoſam. 11. Propterea liberavit eos Deus à malo illius diei; & conjecit in eos lucem decoram vultus, & diſparitatem. 12. Et retribuit eis eo, quòd patientes fuerint, hortum, & veſtem ſericam. 13. Diſcumbentes *erunt* in eo ſuper lectulos ſponſales: non videbunt in eo Solem, neque Lunam (*ideſt non experientur calorem, neque frigus*). 14. Et vicinæ *erunt* ſuper eos umbræ *arborum* illius; & demittentur poma earum demittendo (*ideſt demittent ſeſe rami, ut faciliùs poma carpantur*). 15. Et circumferentur illis vaſa ex argento, & crateres ſine anſis, qui erunt, *ſicut* cyathi vitrei. 16. Cyathi vitrei ex argento: menſurabunt eos menſurando *ea menſura, quæ placuerit bibentibus*. 17. Et potabuntur in eodem *horto* calice *vini*: erit mixtio ejus Zangebil, *qui eſt*. 18. Fons in eo, *qui* nominatur Salſabil. 19. Et ibunt in girum circa illos pueri perpetuandi *in flore ætatis*. Cùm videris eos, exiſtimabis eos margaritas ſparſas. 20. Et, cùm videris, *a* ibi videbis delicias. 21. Et Regnum magnum. 22. Super eos *erunt* veſtes ſerici viridis ſubtilioris, & ſerici craſſioris: & ornabuntur armillis ex argento: & potabit eos Dominus ipſorum potu puriſſimo. 23. Certè hoc eſt vobis ad remunerationem: & eſt ſtudium veſtrum gratitudine compenſatum. 24. Profectò nos demiſimus ſuper te Alcoranum, demittendo *illum per partes*, *non totum ſimul*. Patienter ergo expecta judicium Domini tui, & ne obedias *ulli* ex eis iniquo, infideli. 25. Et memento nominis Domini tui manè, & veſpere. 26. Et ex nocte adora eum, & lauda eum per noctem longam (*ideſt per longam partem ejus*). 27. Certè illi diligunt *vitam* citò tranſeuntem: & relinquunt poſt ſe diem gravem (*ideſt diem Judicii*). 28. Nos creavimus eos, & roboravimus compages eorum: &, cùm voluerimus, ſubſtituemus *alios b* ſicut illos ſubſtituendo. 29. Certè hæc eſt commonitio. Qui ergo voluerit, arripiet ad Dominum ſuum viam. 30. Sed non voletis, niſi voluerit Deus: quippè Deus eſt Sciens, Sapiens. 31. Introducet, quem voluerit, in miſericordiam ſuam: ſed iniquis præparavit pœnam diſcruciantem.

a deindè.

b ſimiles illis.

NOTÆ.

NOTÆ.

INſcribitur à pleriſque hæc Sura الانسان, *Homo*, à nonnullis الدهر, *Sæculum*: ab aliis هل اتى, *An venit*: quæ omnes dictiones in primo verſu continentur. Quidam volunt, eſſe Mcccanam; quidam Medinenſem. Gelal ponit مكيـــة او مدنية, *Meccanam, aut Medinenſem*. Ita Expoſitores ſunt inter ſe diſſiti, ac diſſuti. Quomodò verò ita è tripode pronunciant, talem verſum traditum fuiſſe ante talem, vel poſt eum: vel datum fuiſſe in tali eventu, vel caſu; ſi neſciunt quidem, ubi, vel quandò Sura tradita fuerit. Verſus communiter triginta, & unus aſſeruntur: ſed nullus Codex cum alio in eorum diſtinctione, vel enumeratione conſentit. De præmio lectoris hæc habe: من قراء سورة هل اتى كان جزؤه حقًا علـــى الله جنة وحريرا. *Qui legerit Suram An venit, erit præmium ejus illi debitum à Deo, hortus, & veſtis ſerica.*

I. *An venit ſuper hominem.*] Exponit Gelal: هل قد اتى على الانسان ادم حين مـــن الدهر اربعون سنة لم يكن فيه شيا مذكورا كان فيه مصورا مـــن طين لم يذكر: او المراد بالانسان الجنس والحيـــن مدة الحمـــل. *An jam venerat ſuper hominem, ideſt ſuper Adam tempus ex Sæculo, nempè quadraginta anni, neque apparuerat in eo, quidquam memoria dignum: erat enim figmentum formatum ex luto, de quo nulla mentio fiebat. Vel ſermo eſt de homine in genere: & pro tempore ex ſæculo, ſeu diuturno tempore, intelligitur totum illud ſpatium, quo in utero materno geſtatur.*

V. *Caphur.*] Arabicè كافور, eſt, ut hìc ibidem habetur, unus ex fontibus Paradiſi, &, ut ſcribit Gelal: تمزج الخمر بماءها *aqua illius vinum à Beatis commiſcetur*, vel temperatur.

VI. *Fluere facient eum.*] Gelal: يقودونها حيث شاؤا من منازلهـــم: *Deducent eum, quò voluerint ad domicilia ſua.*

XIII. *Neque Lunam.*] Vox Arabica زمهرير, propriè ſignificat magnum frigus. Hìc tamen pro Luna à quibuſdam exponitur, quippè quæ frigoris cauſa habeatur.

XVI. *Zangebil.*] Vulgò Zinziber, vel Zingiber. Ita vocatur hic fons, quia ſapor aquæ ejus eſt ſimilis Zinziber. Hinc Gelal: ان ماءها كالزنجبيـــل الذى يستلذ بـــه العرب سهـــل المساغ فى الحلـــق: *Aqua ejus eſt velut Zangebil, quo Arabes maximè delectantur, quia facilè fluit per guttur*, ideſt facilitat curſum iis, quæ comeduntur, vel bibuntur per guttur. Cur autem hic fons vocetur سلسبيـــل, *Salsabil*: fortè cauſa eſt vehemens impetus illius: interpretatur enim Jahias hanc vocem الشديدة الجرى *vehemens curſu*.

XIV. *Ibi.*] Quidam legunt ثَـــمَّ *ibi*: quidam ثُمَّ, *tùm, deindè*,

XX. *Veſtes ſerici coloris.*] Arabicè سندس, exponitur veſtis ſerica levior, quæ defertur ſuprà استبرق, quæ eſt veſtis item ſerica contexta auro, ſed craſſior; Et hæc ſubter illam induitur. Alii tamen oppoſitum ſentiunt. Gelal: استبرق ما غلظ من الديباج فهو البطايـــن والسندس الظهاير: *Eſtebrac eſt veſtis craſſior* (fortè broccato) *& defertur interiùs; Sondos autem defertur exteriùs.*

REFUTATIONES.

I. SI ſtandum ſit expoſitioni Gelalis, quę communis eſt cęteris Sapientibus Moslemis, & à Mahumetanis indubitanter tenetur: nimirùm__, limum illum, ex quo Deus Adam formavit, in humanam figuram redactum, & ad ſolis radios excoctum, & exſiccatum; per quadraginta annorum ſpatium ſine ſpiritu, vitaque relictum fuiſſe: deprehendetur in Alcorano apertiſſimum mendacium. Statim enim ac Deus limum illum in corpus humanum conformavit, inſpiravit in illud ſpiraculum vitæ, quemadmodùm habetur in Pentateucho, & factus eſt homo in animam viventem. Hoc verò totùm eadem die, nempe feria ſexta factum fuiſſe, ex eodem Pentateucho apertiſſimè conſtat. Porrò, qui ad Alcoranum excuſandum, verba illius ad tempus, in quo infans eſt in utero matris, detorquent, nullo modo admitti poſſunt, nam حين من الدهر longiſſimum tempus ſignificat, quod certè dici non poteſt eſſe ſpatium novem menſium, in quibus homo intra materna viſcera continetur.

II. Quis non rideat, dùm legit in Alcorano, hominibus juſtis nullam aliam bonorum operum mercedem in futuro ſęculo, quàm hortum, & ſericam veſtem eſſe reddendam? Atqui alia etiam præter hęc mox adduntur; nempè menſæ, calices, pueri, umbræ arborum, fontes, aquæ ad vinum temperandum, ſericę veſtes ſubtiliores, & craſſiores, & hujuſmodi quiſquiliæ; in quibus tamen nullus cordatus veram aliquam reponet unquam felicitatem. Unum tantùm à Moslemis hìc libet requirere: cur nimirùm, ſi ſuperiùs non ſemel dixit Mahumetus, vina Paradiſi, neque caput lædere, neque mentem perturbare; velit ibi eſſe fontes aquæ, nempè Caphur, & Zangebil, ſeu Salſabil, ad eadem vina diluenda, ac temperanda, Reſpondebunt, opinor, aquas illas habere, neſcio quid odoris, vel ſaporis, ex quo vina gratiora, ac ſuaviora reddantur. Sapit Mahumetus. Verùm, cùm poma ex arboribus Paradiſi ſeſe ultrò demittant, itaut Beati poſſint illa carpere etiam ſedentes, ac jacentes, ad quodlibet vel minimum in commodum in iis colligendis evitandum: & ob hanc eamdem cauſam aves per aera volitantes in__ eorum manibus ſe coctas reponant, ſi quandò

ab

ab ipsis appetantur ; ne in iisdem venandis , deplumandis , & coquendis laborem insumere cogantur : & demùm cyathi sine ansis illis apponantur , ut liberiùs , & sine labore apprehendendarum ansarum , ex quacunque parte libeat , bibere possint : cur non poterant illis exhiberi vina cum omni illo sapore , & odore , quem vellent (qualem fuisse Hebræorum mannam in deserto ex scripturis habemus) ne in haurienda aqua è fontibus Caphur , & Salsabil , eaque cum vino commiscenda laborare cogerentur ? Respondebunt , ut puto , fontes ipsos ad eorum nutum venire , & in calicibus unà cum vino aquam suam pro voluntate bibentium immiscere . At nihilominùs contra Philosophorum effatum , frustra fiet per plura , quod per pauciora fieri poterat . Essent etiam multa perquirenda circa vestes illas sericas leviores, ac subtiliores, & crassiores. Utrùm Scilicet in Paradiso æstivi calores , & hiberna frigora aliquam vestium mutationem requirant: an verò simul ad ornatum utraque veste utantur : Certè apud nos ridiculum esset , si, quis crassiori tunica indutus pallium tenuissimum superindueret . Sed hæc joci causa dicta sint .

III: Quod dicitur : Eum , qui voluerit , arripturum esse viam ad Dominum suum : recte omninò dicitur . Unusquisque enim liberum habet arbitrium , quo possit benè operari , & ad Deum se convertere , si velit . Sed quod additur : neminem voliturum hoc , nisi Deus velit , licèt possit sano modo explicari ; juxta doctrinam tamen Mahumeti , & Mahumetanorum , manifestum continet errorem . Ponit enim necessitatem , immò coactionem in voluntate hominis , itaut non sit liber ad operandum , sed cogatur operari , quod Deus voluerit . Et , quamvis non omnes Mahumetani in hoc conveniant : importunum tamen videtur , quòd , dùm Mahumetus asserit , posse homines benè operari , si velint , attamen non possint ipsi velle , si Deus non velit . Possunt enim ex hoc rudiores ansam arripere malè operandi , quòd Deus nolit , eos benè operari : nam, si Deus hoc vellet, ipsi quoque vellent, & consequenter benè operarentur . Porrò ex Sacris literis habemus, Deum semper esse paratum ad nos gratia sua adjuvandos , & velle omnes homines salvos fieri : & perditionem hominis non esse ex Deo, sed ex ipso homine. Nec , nisi fallor , unquam in sacris literis reperiemus hujusmodi loquendi modum , quo Mahumetus utitur in Alcorano.

سورة المرسلات مكيّة خمسون آية

SURA LXXVII.

MISSÆ.
MECCANA:
COMMATUM QUINQUAGINTA.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 والمرسلات عرفا ۞ 2 فالعاصفات عصفا ۞ 3 والناشرات نشرا ۞ 4 فالفارقات فرقا ۞
5 فالملقيات ذكرا ۞ 6 عذرا او نذرا ۞ 7 إن ما توعدون لواقع ۞ 8 فاذا النجوم طمست ۞
9 واذا السماء فرجت ۞ 10 واذا الجبال نسفت ۞ 11 واذا الرسل اقتت ۞ 12 لاي يوم
اجلت ۞ 13 ليوم الفصل ۞ 14 وما ادريك ما يوم الفصل ۞ 15 ويل يومئذ للمكذبين ۞
16 الم نهلك الاولين ۞ 17 ثم نتبعهم الاخرين ۞ 18 كذلك نفعل بالمجرمين ۞
19 ويل يومئذ للمكذبين ۞ 20 الم نخلقكم من ماء مهين ۞ 21 فجعلناه في قرار
مكين ۞ 22 إلى قدر معلوم ۞ 23 فقدرنا فنعم القادرون ۞ 24 ويل يومئذ للمكذبين ۞
25 الم نجعل الارض كفاتا ۞ 26 احياء وامواتا ۞ 27 وجعلنا فيها رواسي شامخات
واسقيناكم ماء فراتا ۞ 28 ويل يومئذ للمكذبين ۞ 29 انطلقوا إلى ما كنتم به
تكذبون ۞ 30 انطلقوا إلى ظل ذي ثلاث شعب ۞ 31 لا ظليل ولا يغني من اللهب ۞
32 إنها ترمي بشرر ۞ 33 كالقصر ۞ 34 كانه جمالة صفر ۞ 35 ويل يومئذ
للمكذبين ۞ 36 هذا يوم لا ينطقون ولا يؤذن لهم فيعتذرون ۞ 37 ويل يومئذ للمكذبين ۞
38 هذا يوم الفصل جمعناكم والاولين ۞ 39 فإن كان لكم كيد فكيدون ۞
40 ويل يومئذ للمكذبين ۞ 41 إن المتقين في ظلال وعيون ۞ 42 وفواكه مما
يشتهون ۞ 43 كلوا واشربوا هنيا بما كنتم تعملون ۞ 44 إنا كذلك نجزي المحسنين ۞
45 ويل يومئذ للمكذبين ۞ 46 كلوا وتمتعوا قليلا إنكم مجرمون ۞ 47 ويل يومئذ
للمكذبين ۞ 48 واذا قيل لهم اركعوا لا يركعون ۞ 49 ويل يومئذ للمكذبين ۞
50 فبأي حديث بعده يؤمنون ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr Miſſas, ſeſe invicem conſequentes. 2. Et Spirantes validè impetuosè ſpirando. 3. Per Spargentes ſpargendo. 4. Et Separantes ſeparando. 5. Et Immittentes monitionem. 6. Excuſationem, aut comminationem. 7. Certè id, quod intentatur vobis, procul dubio eventurum *eſt*. 8. Cùm ergo Stellæ obliteratæ fuerint. 9. Et cùm Cœlum diſciſſum fuerit. 10. Et cùm montes minutim diſperſi fuerint. 11. Et cùm Legati ad tempus præfixum convenerint: 12. Ad quam diem (*ideſt quàm horribilem, & magnam*) congregabuntur! 13. Ad diem Diviſionis *inter bonos, & malos*. 14. Quid verò intelligere faciet te, quid *ſit* dies Diviſionis? 15. Væh die illa inſimulantibus mendacii *Prophetas, & Legatos*. 16. Nonnè perdidimus Primos? 17. Tùm faciemus, ut ſubſequantur eos poſtremi. 18. Ita facimus cum ſceleſtè agentibus. 19. Væh die illa inſimulantibus mendacii. 20. Nonnè creavimus vos ex aqua vili (*ideſt humano ſemine*)? 21. Et poſuimus illam in loco ad conſiſtendum ſecuro (*ideſt in matrice*). 22. Uſque ad menſuram *temporis* determinatam (*ideſt uſque ad nativitatem*). 23. Et *a* potuimus *hoc facere*: & euge *b* potentes (*ideſt facilè hoc facere potuimus: vel providè menſuravimus*). 24. Vęh dia illa inſimulantibus mendacii. 25. Nonnè poſuimus terram ad continendum? 26. Vivos, & mortuos. 27. Et poſuimus in ea montes ſtabiles ſublimes: & potavimus vos aqua dulci. 28. Væh die illa inſimulantibus mendacii. 29. Ite ad *ſupplicium*, quod ut falſum negabatis. 30. Ite in umbram habentem tres ramos. 31. Non *erit* obumbrans *à calore*: neque proderit contrà flammam: 32. Quippè ipſa (*ideſt flamma*) jaculabitur ſcintillas. 33. Velut arx *erit umbra illa in altitudine*. 34. Quaſi ipſa eſſet Camelus ſubfulvus, *ita erit tetri coloris*. 35. Væh die illa inſimulantibus mendacii. 36. Hæc erit dies, in qua non loquentur, neque annuetur illis, ut ſeſe excuſent. 37. Væh die illa inſimulantibus mendacii. 38. Hæc erit dies Diviſionis: congregabimus vos, & Primos, *qui fuerunt ante vos*. 39. Quòd ſi eſt vobis aſtus: aſtu utimini contra me. 40. Væh die illa inſimulantibus mendacii. 41. Porrò Pii *morabuntur* in umbris, & fontibus. 42. Et pomis ex iis, quos concupierint. 43. Comedite, & bibite ſuaviter ob id, quod fuiſtis operati. 44. Nos quippè ita remuneramus benefacientes. 45. Væh die illa inſimulantibus mendacii. 46. Comedite, & fruimini exiguo *tempore*, *ò Infideles*, *in hoc Mundo*: certè vos *eſtis* ſceleſti. 47. Væh die illa inſimulantibus mendacii. 48. Et, cùm dicitur illis: Incurvate vos (*ideſt orate*) non ſe incurvant. 49. Væh die illa inſimulantibus mendacii. 50. In quam verò novam narrationem poſt hanc credent? (*ideſt in quem alium Sacrum librum credent revelandum poſt Alcoranum*)?

a menſuravimus eam. *b* menſurantes.

NOTÆ.

INſcribitur Sura المرسلات, cum phatha ſupra literam س, itaut ſit participium paſſivum fœmineum numeri pluralis, ſignificans *Miſſas*, in quo deceptus fuit Hottingerus, qui vertit, *Mittentes*, tamquam ſcriptum eſſet المُرسِلات, cum Keſra ſub س in forma activa. Invenio ubique Meccanam. Verſus quinquaginta communiter illi tribuuntur, quos tamen non omnes eodem modo diſtinguunt. De præmio lectoris hæc Zamchaſcerius: من قرأ سورة المرسلات كتب له انه ليس من المشركين: *Qui legerit Suram Miſſarum, ſcribetur ei* in libro Dei, *quod ipſe non fuerit ex Aſſociantibus*.

I. *Per Miſſas*.] Nimirùm per intelligentias, ſeu Angelos, qui mittuntur à Deo. Ita Zamchaſcerius, qui exponit طوايف من الملايكة ارسلهن الله بأوامره *Ordines Angelorum, quos mittit Deus cum mandatis ſuis*. Alii explicant ايات القران, *verſus Alcorani*, eo, quòd mitterentur à Deo. Gelal, & Jahias accipiunt pro الرياح متتابعة, *ventis ſeſe invicem inſequentibus*, ſeu quorum unus ingruit poſt alium.

II. *Et ſpirantes*.] Explicant Gelal, & Jahias الرياح الشديدة: *ventos vehementes*, ſed Zamchaſcerius intelligit Angelos, quia velociter moventur in ſuo curſu in morem ventorum impetuosè ſpirantium.

III.

III. *Per Spargentes.*] Gelal: يعنى الرياح تنشر المطر *ſignificantur venti, qui ſpargunt pluviam.* Zamchaſcerius, طوايف منهم تنشر اجنحتهن فى الجو: *Ordines eorumdem* Angelorum, *qui expandunt alas ſuas in aere.*

IV. *Et Separantes.*] Gelal: اى ايات القران تفرق بين الحق والباطل والحلال والحرام: *ideſt ſigna, ſeu verſus Alcorani, qui ſeparant, ſeu diſtinguunt vera à falſis, & licita ab illicitis.* Jahias, & Zamchaſcerius referunt ad Angelos, qui hoc idem munus exercent cum iis, quibus ſe manifeſtant.

V. *Et immittentes monitionem.*] Conveniunt omnes cum Gelal, intelligi hìc, الملايكة تنزل بالوحى الى الانبياء والرسل يلقون الوحى الى الامم: *Angelos, qui deſcendunt cum revelatione ad Prophetas, & legatos, ut annuncient eamdem revelationem gentibus.*

VI. *Excuſationem, aut comminationem.*] Exponit Zamchaſcerius: هذرا للذين يعتذرون الى الله بتوبتهم واستغفارهم: *ad excuſationem eorum, qui per pœnitentiam, & petitionem veniæ excuſant ſeſe apud Deum*, ideſt merentur ab eo excuſari; Ad comminationem verò cæterorum.

XXX. *In umbram habentem tres ramos.*] Exponit Gelal: هو دخان جهنم اذا ارتفع افترق ثلاث فرق: *hic eſt fumus Gehennæ, qui, cùm in altum elatus fuerit, dividit ſe in tres partes ob ſuam magnitudinem.*

XXXIV. *Camelus ſubfulvus.*] Arabicè جمالة صفر: *Cameli ſubfulvi*, in numero multitudinis: ſed per ſingularem numerum clarior eſt interpretatio. Significatur autem color teter, ac piceus, qualis eſt color hujuſmodi Camelorum, quemadmodùm explicat Gelal.

REFUTATIONES.

I. DEorum omnium vituperationem mereretur, ſi quis inter homines ita in juramentis frequens eſſet, quemadmodum Mahumetus fingit, eſſe Deum. Quid porrò dicemus, ſi hujuſmodi juramenta non ſolùm vana, ſed etiam impia eſſe exiſtimentur. Vanum certè eſt illud juramentum, quod pro eadem re aſſerenda, quinquies eodem tempore iteratur, quemadmodum in hac Sura fieri videmus. Impium verò, quod per alias res, quàm per Deum uſurpatur, præſertim ab ipſo Deo. Quid enim tàm impium, quàm per ventos, atque etiam per Angelos, Deum jurare?

II. Retrudit Mahumetus Paradiſi ſui pecuinas felicitates: quippè in comedendo, & bibendo univerſæ ſitæ ſunt. Cùmque poma tantùm, & aqua illius menſis hìc apponantur: majores fortaſsè deliciæ in ruſticorum menſis reperientur.

III. Petit Mahumetus, in quemnam librum crediturì ſint homines poſt Alcoranum traditum, ſi in ipſum Alcoranum credere recuſent. Reſpondebimus, in quemlibet alium librum eos minus nefariè credituros, quàm in Alcoranum: adeò hic omnes alios libros impietate excedit, quantumvis prophanos, ſceleſtos, ac deteſtabiles,

سورة النبآء مكيّة اربعون آية

SURA LXXVIII.

NUNCIUM

MECCANA:

COMMATUM QUADRAGINTA.

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ

1 عَمَّ يَتَسَآءَلُونَ ۞ 2 عَنِ ٱلنَّبَإِ ٱلْعَظِيمِ ٱلَّذِي هُمْ فِيهِ مُخْتَلِفُونَ ۞ 3 كَلَّا سَيَعْلَمُونَ ۞
4 ثُمَّ كَلَّا سَيَعْلَمُونَ ۞ 5 أَلَمْ نَجْعَلِ ٱلْأَرْضَ مِهَٰدًا ۞ 6 وَٱلْجِبَالَ أَوْتَادًا ۞ 7 وَخَلَقْنَٰكُمْ
أَزْوَٰجًا ۞ 8 وَجَعَلْنَا نَوْمَكُمْ سُبَاتًا ۞ 9 وَجَعَلْنَا ٱلَّيْلَ لِبَاسًا ۞ 10 وَجَعَلْنَا ٱلنَّهَارَ مَعَاشًا ۞
11 وَبَنَيْنَا فَوْقَكُمْ سَبْعًا شِدَادًا ۞ 12 وَجَعَلْنَا سِرَاجًا وَهَّاجًا ۞ 13 وَأَنزَلْنَا مِنَ ٱلْمُعْصِرَٰتِ مَآءً
ثَجَّاجًا ۞ 14 لِّنُخْرِجَ بِهِۦ حَبًّا وَنَبَاتًا ۞ 15 وَجَنَّٰتٍ أَلْفَافًا ۞ 16 إِنَّ يَوْمَ ٱلْفَصْلِ كَانَ
مِيقَٰتًا ۞ 17 يَوْمَ يُنفَخُ فِي ٱلصُّورِ فَتَأْتُونَ أَفْوَاجًا ۞ 18 وَفُتِحَتِ ٱلسَّمَآءُ فَكَانَتْ أَبْوَٰبًا ۞
19 وَسُيِّرَتِ ٱلْجِبَالُ فَكَانَتْ سَرَابًا ۞ 20 إِنَّ جَهَنَّمَ كَانَتْ مِرْصَادًا ۞ 21 لِّلطَّٰغِينَ مَـَٔابًا ۞
22 لَّٰبِثِينَ فِيهَآ أَحْقَابًا ۞ 23 لَّا يَذُوقُونَ فِيهَا بَرْدًا وَلَا شَرَابًا ۞ 24 إِلَّا حَمِيمًا وَغَسَّاقًا ۞
25 جَزَآءً وِفَاقًا ۞ 29 إِنَّهُمْ كَانُوا لَا يَرْجُونَ حِسَابًا ۞ 27 وَكَذَّبُوا بِـَٔايَٰتِنَا كِذَّابًا ۞ 28 وَكُلَّ
شَىْءٍ أَحْصَيْنَٰهُ كِتَٰبًا ۞ 29 فَذُوقُوا فَلَن نَّزِيدَكُمْ إِلَّا عَذَابًا ۞ 30 إِنَّ لِلْمُتَّقِينَ مَفَازًا ۞
31 حَدَآئِقَ وَأَعْنَٰبًا ۞ 32 وَكَوَاعِبَ أَتْرَابًا ۞ 33 وَكَأْسًا دِهَاقًا ۞ 34 لَّا يَسْمَعُونَ فِيهَا لَغْوًا وَلَا
كِذَّٰبًا ۞ 35 جَزَآءً مِّن رَّبِّكَ عَطَآءً حِسَابًا ۞ 36 رَّبِّ ٱلسَّمَٰوَٰتِ وَٱلْأَرْضِ وَمَا بَيْنَهُمَا ٱلرَّحْمَٰنِ لَا
يَمْلِكُونَ مِنْهُ خِطَابًا ۞ 37 يَوْمَ يَقُومُ ٱلرُّوحُ وَٱلْمَلَٰٓئِكَةُ صَفًّا لَّا يَتَكَلَّمُونَ إِلَّا مَنْ أَذِنَ لَهُ ٱلرَّحْمَٰنُ
وَقَالَ صَوَابًا ۞ 38 ذَٰلِكَ ٱلْيَوْمُ ٱلْحَقُّ فَمَن شَآءَ ٱتَّخَذَ إِلَىٰ رَبِّهِۦ مَـَٔابًا ۞ 39 إِنَّآ أَنذَرْنَٰكُمْ
عَذَابًا قَرِيبًا ۞ 40 يَوْمَ يَنظُرُ ٱلْمَرْءُ مَا قَدَّمَتْ يَدَاهُ وَيَقُولُ ٱلْكَافِرُ يَٰلَيْتَنِي كُنتُ تُرَابًا ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

الجزء الثلاثون
Pars trigeſima.

1. DE quanam re *Coraiſitæ* ſeſe mutuò interrogant? 2. De Nuncio magno *Reſurrectionis*, in quo ipſi *ſunt* diffidentes. 3. Omninò ſcient *veritatem*

tem illius. 4. *a* Omninò, inquam, ſcient: 5. Nonne poſuimus terram in ſtratum? 6. Et montes in paxillos *ad eam fulciendam*? 7. Et creavimus vos conjuges (*ideſt marem, & fœminam*). 8. Et poſuimus ſomnum veſtrum ad ſaporem (*ideſt ad quietem corporum*). 9. Et poſuimus noctem veſtimentum (*ideſt ad cooperiendam terram tenebris*). 10. Et poſuimus diem ad victualia *curanda*. 11. Et ædificavimus ſupra vos ſeptem *Cœlos* ſolidos. 12. Et poſuimus lucernam accenſam (*ideſt Solem*). 13. Et demiſimus ex exprimentibus (*ideſt ex nubibus, quæ exprimunt pluviam*) aquam copiosè effluentem. 14. Ut educeremus per eam granum, & germen. 15. Et hortos involutos (*ideſt implexos arboribus*). 16. Porrò dies Diviſionis eſt tempus ſtatutum *præmio, & pœnæ*. 17. Dies, *qua* inſufflabitur in tubam, & venietis *ad nos* turmatim. 18. Et aperietur Cœlum, & erit *apertum* in *multas* portas *ad deſcenſum Angelorum*. 19. Et ambulare fient montes, & erunt *velut* gluma. 20. Porrò Gehenna erit ad inſidias. 21. Prævaricatoribus ad excipiendum *illos intra ſe*. 22. Permanſuros in ea in ſæcula. 23. Non guſtabunt in ea ſomnum, neque potionem: 24. Præter aquam ferventiſſimam, & ſaniem. 25. Retributionem convenientem. 26. Quippè ipſi non ſperabant redditionem rationis. 27. Et mendacii inſimulabant ſigna noſtra, (*ideſt Alcoranum*) falſitatis redarguendo. 28. Sed omnem rem computavimus ſcribendo. 29. Guſtate ergo: porrò non adjiciemus vobis, niſi pœnam. 30. At verò Piis *erit* locus felicitatis. 31. Horti arboribus conſiti, & uvæ (*ideſt vineæ*). 32. Et puellæ coetaneæ præditæ uberibus turgidis, ac ſororiantibus. 33. Et calix plenus *vino*. 34. Non audient ibi dictum futile, neque mendacium. 35. Retributio à Domino tuo: donum ſufficiens: 36. Domino Cœlorum, & terræ, & eorum, quæ *ſunt* inter hæc duo: Miſeratore: non obtinebunt ab eo collocutionem (*ideſt, ut loquantur cum eo præ timore, vel, ut ipſe reſpondeat eis præ majeſtate*. 37. Die, *qua* ſtabit Spiritus (*ideſt Gabriel*) & Angeli ordinatim non loquentur niſi his, cui annuerit Miſerator; & dicet rectum (*ideſt loquetur tantummodò, quæ recta, & juſta ſunt*). 38. Hæc dies vera. Qui ergo voluerit, arripiet ad Dominum ſuum converſionem (*ideſt convertet ſe ad eum*). 39. Nos ſanè interminati ſumus vobis pœnam vicinam. 40. Die, *qua* aſpiciet homo id, quod præmiſerunt *boni*, *vel mali operis* manus ejus: & dicet infidelis: O utinam ego eſſem pulvis.

a Deindè omninò.

NOTÆ.

VOx Arabica النبأ, quæ eſt Suræ inſcriptio, & habetur in verſu ſecundo illius, ſignificat *nuncium*, vel id, quod alicui nunciatur, vel exponitur, præſertim per Divinam revelationem, vel prophetiam. In quibuſdam Codicibus invenitur epigraphe التساول, *Mutua interrogatio*. In aliis etiam, عم يتساولون: *De quanam re ſeſe mutuò interrogant*: quæ ſunt prima verba ejuſdem Suræ. Hæc autem Meccana cenſetur, omniumque conſenſu quadraginta illi verſus tribuuntur. Qui eam legerit, loco præmii, سقاه الله برد الشراب يوم القيمة *Potabit illum Deus potione frigida in die Reſurrectionis*. Præmium verè frigidum.

III. *Omninò*.] Vox Arabica كلا, aliquandò ſignificat negativè, *minimè*, *nequaquam*. Aliquandò affirmativè: *ita*, *omninò*. Aliqandò eſt vox repudiantis: *apagè*, *phy*. In quo ſenſu videntur hoc loco eam accipere Gelal, & Zamchaſcerius: & tunc ita diſtinguendus eſt verſus: *Apagè: ſcient veritatem illius*, vel, ut explicat Gelal, *ſcient id, quod eventurum eſt illis*.

XXIII. *Somnum*.] Arabicè eſt برد, quæ vox propriè *frigus* ſignificat: ſed hoc loco Gelal interpretatur نوم, *ſomnum*. Fortaſsè meliùs verteremus refrigerium.

REFUTATIONES.

I. APparet manifeſtè Mahumeti craſſities, dùm putat, Cœlum portas habere, quas neceſſe ſit Angelis aperiri, ut in terras ad diem Judicii deſcendere poſſint. Cùm enim Angeli ſint ſpiritualis naturæ, quodlibet corpus, quantumvis denſum, ſolidumque ſit, poſſunt penetrare. Sed, cùm tribuant Moslemi Angelis aliquam corporeitatem, poterit aliqualiter eorum Propheta excuſari.

II. Redit Mahumetus tamquam ſus ad lu-

tum Paradiſi ſui, in quo præter arbores, & vineas; etiam cauponas, & ganeas reponit, ut in his puellis coetaneis, ac laſcivientibus, & in illis calicibus mero ſpumantibus poſſint libidini, gulæque liberiùs fræna laxari; ſatis verò ſe modeſtiæ, ac temperantiæ conſulere putat, ſi inde futilia verba, ac mendacia removeat. Non ſatis eſt verborum obſcœnitatem removere, ſi factorum obſcœnitas non amendetur. Adde, inter ſcorta, & vina, effrænem ſemper eſſe conſueviſſe verborum licentiam.

سورة النازعت مكيّة ستّ واربعون آية

SURA LXXIX.

ABSTRAHENTES.

MECCANA:

COMMATUM QUADRAGINTA SEX.

بسم الله الرّحمن الرّحيم

1 والنّازعات غرقا ۝ 2 والنّاشطات نشطا ۝ 3 والسّابحات سبحا ۝ 4 فالسّابقات سبقا ۝
5 فالمدبّرات امرا ۝ 6 يوم ترجف الرّاجفة ۝ 7 تتبعها الرّادفة ۝ 8 قلوب يومئذ واجفة ۝
9 ابصارها خاشعة ۝ 10 يقولون ءانّا لمردودون في الحافرة ۝ 11 ءاذا كنّا عظاما نخرة ۝
12 قالوا تلك اذا كرّة خاسرة ۝ 13 فانّما هي زجرة واحدة ۝ 14 فاذا هم بالسّاهرة ۝
15 هل اتاك حديث موسى ۝ 16 اذ نادىه ربّه بالواد المقدّس طوى ۝ 17 اذهب الى
فرعون انّه طغى ۝ 18 فقل هل لك الى ان تزكّى ۝ 19 واهديك الى ربّك فتخشى ۝
20 فاريه الاية الكبرى ۝ 21 فكذّب وعصى ۝ 22 ثمّ ادبر يسعى ۝ 23 فحشر فنادى ۝
24 فقال انا ربّكم الاعلى ۝ 25 فاخذه الله نكال الاخرة والاولى ۝ 26 انّ في ذلك
لعبرة لمن يخشى ۝ 27 ءانتم اشدّ خلقا ام السّماء بنيها ۝ 28 رفع سمكها فسوّيها ۝
29 واغطش ليلها واخرج ضحيها ۝ 30 والارض بعد ذلك دحيها ۝ 31 اخرج منها ماءها
ومرعيها ۝ 32 والجبال ارسيها ۝ متاعا لكم ولانعامكم ۝ 33 فاذا جاءت الطّامّة الكبرى ۝
34 يوم يتذكّر الانسان ما سعى ۝ 35 وبرزت الجحيم لمن يرى ۝ 36 فامّا من طغى ۝
37 واثر الحيوة الدّنيا ۝ 38 فانّ الجحيم هي المأوى ۝ 39 وامّا من خاف مقام ربّه ونهى ۝
40 النّفس عن الهوى ۝ 41 فانّ الجنّة هي المأوى ۝ 42 يسئلونك عن السّاعة ايّان مرسيها ۝
43 فيم انت من ذكريها ۝ 44 الى ربّك منتهيها ۝ 45 انّما انت منذر من يخشيها ۝
46 كانّهم يوم يرونها لم يلبثوا الّا عشيّة او ضحيها ۝

In No-

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr Abſtrahentes cum violentia. 2. Per leviter trahentes cum facili tractione. 3. Per Natantes natando. 4. Et Præcedentes præcedendo. 5. Et Moderantes rem (*ideſt res hujus mundi*). 6. Die, *qua* conturbabit Conturbatrix. 7. Sequetur eam Subſecutrix. 8. Corda die illa *ſunt* perturbanda. 9. Aſpectus eorum humiliter demittendus. 10. Dicunt: An nos certè *poſt mortem* reſtituendi ſumus in priſtinum ſtatum? 11. An *etiam*, poſtquam fuerimus oſſa carioſa? 12. Dixerunt: Hic ſanè reditus *eſt* falſus. 13. Atqui profectò erit ſonitus unus (*ideſt primæ tubæ*). 14. Et ecce ipſi *apparebunt* in ſuperficie terræ. 15. An pervenit ad te hiſtoria Moyſis? 16. Cùm inclamavit ad eum Dominus ſuus in valle Sancta Tua. 17. Vade ad Pharaonem, quippè ipſe exorbitanter ſe gerit. 18. Et dic: An *poſſibile eſt* tibi, ut mundus evadas? 19. Et dirigam te ad Dominum tuum, ut timeas *eum*. 20. Oſtendit autem ei ſignum maximum. 21. At *ille* mendacii inſimulavit *eum*, & contumax fuit. 22. Tùm terga vertit, & properavit ad *impietatem*. 23. Congregavitque *Magos*, & advocavit *eos*. 24. Et dixit: Ego ſum Dominus veſter Supremus. 25. Quamobrem punivit eum Deus pœna noviſſimæ, & primæ *culparum illius*. 26. Certè in hoc *eſt* ſanè exemplum illi, qui timet *Deum*. 27. An vos eſtis validiores creatione (*ideſt natura*) an Cœlum, quod ędificavit *Deus*? 28. Exaltavit ſublimitatem ejus, & perfectè conformavit illud: 29. Et obtenebravit noctem ejus, & eduxit ſplendorem ejus (*ideſt Solem*). 30. Et terram poſteà expandit. 31. Eduxit ex ea aquam ejus, & pabulum ejus. 32. Et montes ſtabilivit *in ea* ad uſum vobis, & pecoribus veſtris. 33. Cùm autem venerit Victrix Maxima (*ideſt dies Judicii*). 34. Die *illa* reminiſcetur homo illius, quod ſtudiosè egerit. 35. Et manifeſtabitur Infernus ei, qui videt (*ideſt omnibus videntibus*) .36. Porrò, qui fuerit prędvaricator. 37. Et prætulerit vitam mundanam *vitæ futuræ*. 38. Certè Infernus erit receptaculum *ejus*. 39. Qui autem timuerit ſtatum Domini ſui; (*ideſt ſtandum ſibi eſſe ante Dominum ſuum*) & cohibuerit. 40. Animam *ſuam* à concupiſcentia; 41. Profectò Paradiſus erit receptaculum *ejus*. 42. Interrogabunt te de Hora, quandonam futurum ſit tempus fixum ejus. 43. Sed in qua re *es* tu de commemoratione ejus? (*ideſt quamnam ſcientiam habes tu de ea, ut poſſis hoc eis dicere*). 44. Ad Dominum tuum *ſpectat ſcire* terminum ejus. 45. Porrò tu *es* Commonitor ejus, qui timet eam. 46. Quaſi ipſi, die, *qua* videbunt eam, non morati fuiſſent, niſi tempus veſpertinum, aut matutinum ejus.

NOTÆ.

TItulus deſumitur à prima dictione Suræ, nempè النازعات *Abſtrahentes*, fęminini generis. Circa locum ejuſdem Suræ, & numerum verſuum illius, non reperio diſcrimen inter Authores: Meccana enim eſt, & ſex ſupra quadraginta verſus continet. Qui eam legerit, quemadmodùm ſcribit Zamchaſcerius, كان ممن حبسه الله فى القبر والقيمة حتى يدخل الجنة قدر صلاة مكتوبة: *Erit ex iis, quos retinebit Deus in ſepulchro, & Reſurrectione, donec ingrediatur Paradiſum ſpatio orationis præſcriptę.* Vix aſſequor ſenſum, & ſuſpicor de mendo in ſcriptura.

I. *Per Abſtrahentes.*] Omnia hæc, per quæ jurare fingitur Deus, Arabicè ſunt generis fęminei: referuntur enim ad الملائكة *Angelos*, qui in plurali numero ejuſdem generis cenſentur. Omnium igitur horum verſuum, nimirùm à primo uſque ad quintum incluſivè, ſenſus continet quinque Dei juramenta ad Reſurrectionem aſſerendam: primùm per Angelos, qui violenter extrahunt in morte è corporibus animas peccatorum. Secundum per eos, qui placidè, & leniter educunt è corporibus animas juſtorum. Tertium per eos, qui in morem Natantium è Cęlo in terram Divina mandata ferentes deſcendunt. Quartum per eos, qui præeunt animas juſtorum in Paradiſum aſcendentes. Quintum per eos, qui mundanas res ad Dei nutum gubernant. Ita exponunt inſulſiſſima hæc ænigmata Gelal, Zamchaſcerius, cæterique Expoſitores.

VI. *Die, qua conturbabit Conturbatrix.*] Per Conturbatricem intelligit Gelal: النفخة الاولى *Primum ſonitum* tubæ vocantis ad judicium: quia بها يرجف كل شى, *per eum omnia perturbabuntur*. Per Subſecutricem autem النفخة الثانية *Sonitum ſecundum* tubæ, qui fiet quadraginta annis poſt primum.

XXV. *Pœnæ noviſſimæ, & primæ.*] Jam poſui explicationem Gelalis, qui refert hæc ad prima, & ultima peccata Pharaonis. Sed fortaſsè meliùs referemus ad præſentem vitam, & noviſſimum ſæculum.

XXX. *Et terram poſteà expandit.*] Hoc dicitur, quia juxta Gelalem, terra كانت مخلوقة قبـــل الســـمـــآء مـــسـن غير دحو *creata fuerat ante Cœlum, ſed ſine expanſione.*

XXXII. *Victrix maxima.*] Ita vocatur dies Judicii, quia omnibus prævalebit, omniaque devaſtabit.

XLVI. *Quaſi ipſi.*] Senſus horum verborum eſt: Quandò homines videbunt diem Judicii, exiſtimabunt ſe non commoratos fuiſſe in ſepulchris, ſive in Mundo, niſi per unicum mane, vel veſpere.

REFUTATIONES.

I. MIrum, quantum in perſuadenda Meccanis veritate Reſurrectionis adlaboret Mahumetus, non quidem ex motivo pietatis, vel alienæ ſalutis: ſed quia intelligebat, ſi tantum myſterium perſuaderet, poſſe ſe rudes illos homines vel ſpe æternarum deliciarum, vel timore æternorum ſuppliciorum, ad quamcunque rem, quam voluiſſet, & conſequenter ad iniquiſſimam, impiiſſimamque legem ſuam pertrahere. Et, quia videbat, ſi illis Paradiſi felicitatem talem, qualis reverà eſt, nempe ſpiritualem, & à terrenis rebus longiſſimè diſtantem propoſuiſſet, eoſdem, utpotè rerum divinarum, & Spiritualium minimè capaces, nullo modo eſſe ſuis verbis permovendos: quidquid ad Reſurrectionem, vel Paradiſum pertinet, ita proponit, ut à terrena, & carnali felicitate, nihil differat, niſi in majori copia, & libertate: ut non diverſa, ſed meliora, & majora habituri ſint in Paradiſo eadem, quæ hìc habebant, vel habere poterant.

II. Quinquies inducit Deum jurantem de re eadem, nempè de veritate Reſurrectionis, per quinque Angelorum ſpecies, quas ridiculis, inſulſiſque ænigmatibus deſignat. Cùm verò juramentum unum eamdem vim habeat, quam aliud (omnia enim ſunt per Angelos) conſtat, quatuor juramenta eſſe prorsùs otioſa. Immò quælibet Juramenti repetitio, præſertim ſupra eamdem rem, per quidquid tandem fiat, otioſa, immò vitioſa cenſenda eſt, tàm ex parte jurantis, quàm ex parte illius, per quem juratur. Cui enim ſemel juranti non creditur; neque, ſi millies juret, credetur. Si verò is, per quem juratur, ſit tantæ dignitatis, ut de illius auctoritate, & veracitate non poſſit dubitari: ſuperfluum eſt per alium jurare. Si verò talis non ſit, impium eſt etiam per illum jurare. Quamobrem juramentum, etiamſi fiat per aliquam rem creatam, reſpicit tamen ſolùm Summam Veritatem, ſcilicet Deum, qui in ea re peculiariter elucet. Sufficit verò, ſi Summa Veritas in teſtem alicujus rei ſemel adducatur. Pluries verò adducere, videtur eſſe de illius teſtimonio, vel juſtitia, aut veritate dubitare. Ignoſce, Lector, ſi iiſdem inſaniis ſemper eadem reſponſa cogor adhibere.

III. Nimis craſſum ſe Mahumetus oſtendit, dùm putat peccatorum animas ferreis uncis ab Angelis ab eorumdem corporibus abſtrahi: juſtorum verò animas molliter, leniterque ab iiſdem trahi, atque educi. Animæ enim, cùm ſint ſpirituales, prorsùſque immateriales, non poſſunt hoc modo abſtrahi, vel trahi: ſed ex naturali neceſſitate ſuperveniente morte corpora relinquunt. Et, quamvis in hoc violentiam ſæpè homines experiantur, non tamen hæc fit ex abſtractione, vel extrinſeca vi Angelorum, ſed ex naturali difficultate, qua animæ à corporibus ſeparantur.

IV. Non eſt pertranſeunda importuna, atque inepta tranſitio à mortuorum reſurrectione ad hiſtoriam Moyſi: & ab hac ad alias ineptias abſque ullo ordine, vel connexione. Hoc autem vitium, cùm perpetuum ſit in Alcorano, non video, quomodò poſſit à Sapientibus Moslemis excuſari, niſi dicant, ejuſdem Alcorani Collectores plurima in eo temerè congeſſiſſe, quæ nullam habent inter ſe connexionem: neque ſolùm in eo Suras, ſed etiam verſiculos præpoſterè, ac perturbatè fuiſſe collocatos: quemadmodùm in Tractatu de Alcorano re vera eveniſſe demonſtravimus. Quid ergo mirum, ſi in illo ſermo ita diffitus ſit, ut plerumque periodi, vel verſus non majorem habeant inter ſe nexum, quàm juxta vulgatum adagium: *cothurnus cum clava, & lecythus cum ſtrophio*. Hiccine verò eſt liber ille tantæ excellentiæ, & dignitatis, ut, nonniſi Deus, ejus author eſſe potuerit, in cujus throno, atque etiam eſſentia ab æterno contineatur, & conſervetur?

Sed regerent contra nos Doctores Mahumetani, etiam in ſacris utriuſque Teſtamenti libris hoc idem evenire. Nam Pſalmi ſine ullo temporum, vel rerum ordine præpoſterè in unum volumen congeſti ſunt, ut patet ex eorum titulis. Pſalmus enim 33. (e. g.) ponitur poſt Pſalmos 3. & 7. & tamen hi tempore longè poſteriori Scripti ſunt, ut indicant eorumdem epigraphæ. Prætereà neque Euangelia, neque Epiſtolæ S. Pauli, & aliæ canonicæ, neque omnes libri veteris Teſtamenti eo ordine collocantur, quem tempus, in quo ſcripti ſunt, requireret. Poſtremò, ſi contextus Sermonis, & connexio ſententiarum attendatur, agnoſcetur fortaſsè minor diſſonantia, & magis congrua ſenſuum ſyntaxis in Alcorano, quàm in aliquibus Sacrarum Scripturarum capitibus, vel verſiculis.

Videtur hæc objectio vim magnam habere: Sed eſt prorsùs ſtraminea, frivola, nulliuſque momenti. Nam, quocumque ordine libri Sacrarum Scripturarum collocentur, nihil propterèà veritati, vel religioni oritur incommodi, vel detrimenti. Atque idem dicendum de Pſalmorum diſpoſitione, quæ non ſine juſtiſſimis cauſis, & Spiritus Sancti impulſu ab ipſo Davide, vel ab

Ezra

Ezra facta esse existimatur. Non ita in Alcorano, ubi, & historiæ veritati, & religionis, fideique certitudini præpostera hujusmodi collocatio plurimùm nocet, & totam propè Mahumeti sectam pervertit. Cùm enim (v. g.) sæpè in Alcorano tanquam vera, & bona Christiana religio admittatur, atque in ea quemlibet æternam Salutem consequi posse asseratur: aliquandò verò in sola Eslamitica religione posse homines salvari, affirmetur; ita ut per unum assertum aliud destruatur, & abrogetur: ex alia verò parte ignoretur, quænam fuerit Mahumeti circa hoc Suprema decisio: nam in Alcorano, ut jam diximus, omnia ferè præposterè habentur: neque sciri potest, utrum, quod priùs ponitur, traditum sit posteriùs: incertum remanebit apud Mahumetanos, quænam ex duabus religionibus vera sit, Eslamitica, an Christiana: nam utraque vera esse non potest. Vide, quæ circa hoc diximus in Prodromo, parte 3. capitulo primo per totum.

Ad illud, quod postremo loco objiciebant circa dissonantiam, quæ in aliquibus Sacris Scripturis contra legitimam sermonis ac sententiæ Syntaxin, major fortasse, quàm in Alcorano reperitur; respondemus, Moslemos toto Cœlo in hoc errare, & hallucinari. Quamvis enim in divinis Eloquiis plurima interdùm obscuritas appareat, nihil tamen in iis dissonum, nihil dissutum, nihil inter se non optimè cohærens, & connexum invenitur, neque potest inveniri: Nam juxta illud Davidis, Psal. 11. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum*. Cui consonat Salomon in Prover. cap. 30. *Omnis sermo Dei ignitus* (idest purissimus, ac perfectissimus) *ne addas quidquam verbis illius, & arguaris, inveniarisque mendax*. Ita scilicet perfectus, atque omni ex parte sermo divinus completus est, ut nihil ei addi possit, quo perfectior fiat. Hæc Moslemi ipsi negare non possunt, qui hujusmodi David, & Salomonis testimonia tanquam divinæ authoritatis admittunt. Porrò, si non ita facilè patet in Sacris literis rerum, vel sententiarum inter se connexio: & quandoque inter se nullatenùs, vel parum cohærere videntur: id sapientissima Spiritus Sancti dispositione factum est, ad majorem divinis verbis majestatem, & reverentiam conciliandam. Nam etiam apud homines magnorum Sapientum effata obscuritate teguntur, atque enigmatibus, & allegoriis, mysticisque sensis involvuntur. Prætereà, ut homines in divinarum Scripturarum sedula, atque assidua meditatione exercerentur, ad latentia in iis mysteria cognoscenda, quemadmodùm innumeris Doctoribus tàm Hebræis antiquis, quàm Christianis omnis ætatis feliciter successit: & alias ob causas, quas non est hìc otium referre. Affectavit quidem Sacrarum Scripturarum stylum Mahumetus in Alcorano, ut Propheta à simplicioribus posset haberi. Verùm evenit illi, quod asino Æsopico, qui, dùm pelle leonina tectus verum leonem simulat; à proprio ruditu asinus detectus, cæteris animantibus ridiculum fuit. Nimirùm, dùm prava divinorum verborum imitatione Propheta vult credi: stultum, fatuum, atque insanum, ut revera erat, sese universis propalavit. Sub formulis loquendi ambiguis, & ineptis, sub importunis aposiopesibus; sub transitionibus prorsùs diffitis, & disruptis: sub obscuro ignotorum verborum involucro, persuasit sibi posse se prophetici muneris gloriam consequi, tanquam in his nugis mysteria latere homines essent credituri, sed fumo periit, qui fumum vendidit.

V. Manifestissimè Mahumetus non solùm Sacris Scripturis, sed sibiipsi contradicit, nam, cùm in Sura quadragesima prima asseruisset, Deum priùs creasse terram duobus diebus, & posuisse in ea montes, & creasse quatuor diebus in ea, quæ necessaria erant ad victum hominum, ac bestiarum: deindè intendisse animum ad creandum Cœlum, qui erat fumus, & duorum dierum spatio divisisse illud in septem Cœlos; & adornasse illud luminaribus, nempè Sole, & stellis: hic sui ipsius oblitus priùs ponit creationem Cœli, & Solis, ac stellarum, & deindè terræ, & eorum, quæ in ea reperiuntur, nempè montium, fontium, arborum, & herbarum. Frivola verò est Gelalis excusatio, quòd scilicet terra creata quidem fuerit ante Cœlum, sed sine expansione. Quidquid enim sit de hujusmodi expansione, nullo modo tollitur contradictio, dùm post creationem Cœli, Solis, & Stellarum, creata fuerit terra cum montibus, fontibus, & consequenter cum maribus, ex quibus fontes proveniunt, itemque cum herbis, & arboribus, & cæteris ad victum hominis, cæterorumque animalium necessariis. Neque intelligi potest, in quo consistat hæc expansio terræ, & quid eidem terræ contulerit, vel addiderit.

سورة عَبَسَ مكيّة اثنتان واربعون آية

SURA LXXX.

CORRUGAVIT.

MECCANA:

COMMATUM DUORUM, & QUADRAGINTA.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 عبس وتولى ۞ 2 أن جاءه الاعمى ۞ 3 وما يدريك لعله يزكى ۞ 4 او يذكر فتنفعه
الذكرى ۞ 5 أما من استغنى ۞ 6 فانت له تصدى ۞ 7 وما عليك الا يزكى ۞ 8 واما
من جاءك يسعى ۞ 9 وهو يخشى ۞ 10 فانت عنه تلهى ۞ 11 كلا انها تذكرة ۞
12 فمن شاء ذكره ۞ 13 في صحف مكرمة ۞ 14 مرفوعة مطهرة ۞ 15 بايدي سفرة ۞
16 كرام بررة ۞ 17 قتل الانسان ما أكفره ۞ 18 من اي شيء خلقه ۞ 19 من نطفة
خلقه فقدره ۞ 20 ثم السبيل يسره ۞ 21 ثم اماته فاقبره ۞ 22 ثم اذا
شاء انشره ۞ 23 كلا لما يقض ما أمره ۞ 24 فلينظر الانسان الى طعامه ۞ 25 انا صببنا
الماء صبا ۞ 26 ثم شققنا الارض شقا ۞ 27 فانبتنا فيها حبا ۞ 28 وعنبا وقضبا
وزيتونا ونخلا ۞ 29 وحدايق غلبا ۞ 30 وفاكهة وابا ۞ 31 متاعا لكم ولانعامكم ۞
32 فاذا جاءت الصاخة ۞ 33 يوم يفر المرء من اخيه ۞ 34 وامه وابيه ۞ 35 وصاحبته
وبنيه ۞ 36 لكل امرئ منهم يومئذ شان يغنيه ۞ 37 وجوه يومئذ مسفرة ۞ 38 ضاحكة
مستبشرة ۞ 39 ووجوه يومئذ عليها غبرة ۞ 40 ترهقها قترة ۞ 41 اولئك هم الكفرة
الفجرة ۞ 42

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. CORrugavit faciem, & avertit ſe *Mahumetus*. 2. Eo, quòd venerit ad eum Cæcus. 3. Et quid certum reddebat te, utrum ipſe juſtificandus eſſet. 4. Vel commonefaciendus eſſet, & profutura eſſet illi commonitio? 5. Porrò, qui divitiis abundat. 6. Tu illum honorificè excipis. 7. Neque tibi curæ eſt, quòd non juſtificetur. 8. At verò, qui venit ad te, & ſtu-

diosè

diosè curat *ſalutem ſuam*. 9. Et ipſe timet *Deum*. 10. Tu ab eo averteris. 11. Minimè *id facere debes*. Porrò hæc *Sura* eſt commonitio. 12. (Qui porrò voluerit, memoria tenebit hoc) in voluminibus honoratis. 13. Exaltatis, purificatis, *ſcripta*. 14. Per manus Scribarum. 15. Honoratorum, juſtorum. 16. Pereat homo: quid adduxit illum ad infidelitatem? 17. Ex qua re creavit illum *Deus?* 18. Ex ſpermate creavit illum. 19. Deindè conformavit eum. 20. Tùm ſemitam *ad egreſſum ex utero* facilitavit ei. 21. Deindè morti tradet eum. 22. Et tumulabit eum. 23. Poſteà, cùm voluerit, ſuſcitabit eum. 24. Prorsùs ita erit. Nondùm perfecit *homo* id, quod præcepit ei *Deus*. 25. Aſpiciat porrò homo ad cibum ſuum. 26. Nos certè effudimus aquam effundendo *è nubibus*. 27. Deindè fidimus terram findendo, *ut germinarent plantæ*. 28. Tùm germinare fecimus in ea granum. 29. Et uvas, & herbam virentem, & oleam, & palmam. 30. Et hortos confertos arboribus. 31. Et poma, & paſcua herbarum. 32. Ad uſum veſtrum, & pecorum veſtrorum. 33. Cùm ergo venerit Reſonans cum ſtrepitu (*ideſt Tuba ſecunda*). 34. Die, qua fugiet vir à fratre ſuo, 35. Et Matre ſua, & Patre ſuo, 36. Et conjuge ſua, & filiis. 37. Unicuique viro ex ipſis die illa erit negotium, *quod* ſatis erit illi, *ne aliena curet*. 38. Facies *quorumdam* die illa *erunt* hilares. 39. Ridentes, jucundæ. 40. Et facies *quorumdam* die illa ſuper eas *erit* pulvis. 41. Cooperiet eas obſcuritas. 42. Hi *erunt* infideles, ſcelerati.

NOTÆ.

PRima vox عبس, *Congregavit faciem*, dedit titulum Suræ, quæ Meccana eſt, & juxta Gelalem duos ſupra quadraginta verſus habet. Alii tamen unum demunt: Alii triginta tantùm enumerant. Crebra quippè Rythmi mutatio valdè incertum eorum numerorum reddit. De lectoris præmio hæc feruntur: من قراء سورة عبس جاء يوم القيمة ووجهه ضاحك مستبشر: *Qui legerit Suram Corrugavit faciem: veniet in die Reſurrectionis cum vultu ridenti, & jucundo.*

I. *Corrugavit faciem.*] Fabellam quamdam confingunt hìc Expoſitores, quam ita refert Gelal: جاء الاعمى عبد الله بن ام مكتوم فقطعه عما هو مشغول به ممن يرجو اسلامه من اشراف قريش الذى هو حريص على اسلامهم ولم يدر الاعمى انه مشغول بذلك فناداه علمنى مما علمك الله فانصرف النبى الى بيته فعوتب فى تلك السورة فكان بعد ذلك يقول له اذا جاء الى بيته مرحبا بمن عاتبنى فيه ربى ويبسط له رداه. *Venit ad eum Cæcus, nomine Abdalah, filius Ommomactum, & interpellavit eum, dùm eſſet occupatus circa quemdam ex Primoribus Coraiſitarum, quem ſperabat ſe poſſe perducere ad ſuam Religionem, &, qui erat ſtudioſus converſionis eorumdem Coraiſitarum. Sed non attendit Cæco Mahumetus, totus intentus in eo, quod tunc agebat. Cæcus verò inclamavit eum dicens: Doce me aliquid eorum, quæ docuit te Deus. At Mahumetus avertit ſe, & regreſſus eſt in domum ſuam: qua de rè reprehenditur in hac Sura. Poſteà verò, cùm veniſſet Cæcus in domum ejus, dixit ei Mahumetus: Benè venerit ille, cujus gratia redarguit me Dominus meus. Et extendit ad eum pallium ſuum.* Finguntur igitur hæc dicta fuiſſe à Deo ad Mahumetum redarguendum, quòd Cæcum illum neglexiſſet, ut diviti Coraiſitæ operam impenderet. O vulpem!

XII. *In voluminibus honoratis.*] Refertur ad *commonitionem*, juxta Zamchaſcerium: انها مثبتة فى صحف منتسخة من اللوح المحفوظ مكرمة عند الله مرفوعة فى السماء مطهرة منزهة من ايدى الشياطين لا يمسها الا ايدى ملايكة مطهرين سفرة كتبة ينتسخون الكتب من اللوح بررة اتقياء وقيل من صحف الانبياء: *quia ipſa ſcripta eſt in voluminibus, tranſcripta ex Tabula aſſervata; honoratis apud Deum, exaltatis in Cælo, purificatis, ideſt cuſtoditis à manibus Dæmonum: non enim attigerunt illa, niſi manus Angelorum puriſſimorum ſcribarum, qui tranſcribunt libros ex eadem Tabula puros, & ſinceros. Hujuſmodi autem volumina dicuntur eſſe libri Prophetarum.* Nomine autem commonitionis intelligunt quidam hanc ipſam Suram, tamquam privatam commonitionem factam Mahumeto à Deo: quidam verò totum Alcoranum, tanquam admonitionem ad univerſas creaturas.

XVI. *Pereat.*] Arabicè eſt قُتِلَ *occidatur*. Explicat Gelal: لُعِنَ: *maledictus ſit*; quamvis enim exprimatur per præteritum: nihilominùs exigit ſignificationem imperativi imprecatorii, ſeu execratorii.

REFUTATIONES.

I. NOtanda hìc, & alibi eſt vulpina Mahumeti calliditas, qui, ut ſe veridicum, candidum, ſincerumque oſtenderet, ac proindè ſibi apud ſuos fidem in iis, quę blaſphemè mentiebatur, conciliaret: fingit, ſe identidem à Deo de aliquo peccato, vel errore reprehendi: quemadmodùm hoc loco, ubi inducit ipſum Deum ſe redarguentem, quòd, ut diviti, ac potenti operam navaret, Cœcum ſalutis ſuæ ſollicitum faſtidiosè rejeciſſet. Qui enim ita candidè peccata ſua fateretur, quomodò non eidem in cæteris, quæ diceret, fides eſſet habenda?

II. Notanda porrò eſt culpa ipſa, de qua hìc

hìc Impoſtor fingit, ſe reprehendi, quæ ſanè oſtendit, illum non Prophetam, ſed nebulonem magnum fuiſſe. Nam quomodò Propheta cenſendus eſt, qui miſſus à Deo ad homines in viam ſalutis dirigendos; eos, qui illam requirunt, à ſe rejicit, ut divitis, potentiſque obſequiis, operam ſuam impendat? At enim hujus quoque ſalutem ipſe curabat, eumque ad fidem pertrahere ob majus bonum ſtudebat: nempè, quia (utpotè inter ſuos magnæ authoritatis) ſi ipſe credidiſſet, alios plures ad Mahumeti ſequelam traxiſſet. Ita fingit Gelal: ſed Alcorani verba illi manifeſtè contradicunt, dùm aſſerunt, Mahumetum nihil de divitis illius fide, vel ſalute curaſſe. Zamchaſcerius valdè malitiosè ita explicat verba Alcorani: وليس عليك باس في ان لا يتزكى , & *non ſpectat ad te decertare eo, quòd ille non juſtificetur per fidem: ſed ſolùm munus tuum eſt fidem illi annunciare*. Verùm nulla hìc erat decertatio, ſeu pugna neceſſaria, ſed ſatis erat tantùm benigna allocutio ad alliciendum hominem illum ad Religionem: & hoc ſanè non erat reprehendendum. Atqui, etiamſi cum aliquo vehementiori ſtudio id Mahumetus egiſſet, non poterat culpari. Neque enim ita fides prædicanda eſt, ut nullum in ea perſuadenda ſtudium, & energia, contentio nulla adhibenda ſit: alioquin Mahumetus ſibi adverſaretur, qui in Alcorano tot ad ſectam ſuam ingerendam motiva, tot argumenta, licèt frivola, congerit. Neque malum ullum fuiſſet, pro lucrando divite illo, ac potente cum ſpe majoris boni (præſertim, quia ſe Mahumeticæ Religionis cupidum, ejuſque aliis perſuadendæ ſtudioſum oſtendebat) aliquem alium tunc temporis poſthabere. Noto hìc obiter, Zamchaſcerium velle, Mahumetum eo tempore non uni tantùm, ſed aliis etiam ex Coraiſitarum Principibus ſectam ſuam prædicaſſe: ita enim ſcribit: وعنده صناديد قريش عتبة وشيبة ابنا ربيعة وابو جهل بن هشام والعباس بن عبد المطلب وامية بن الخلف والوليد بن مغيرة ويدعوهم الى الاسلام رجاء ان يسلم باسلامهم غيرهم. *Erant apud eum Primates Coraiſitarum, Otba, & Sceiba filii Rabiæ: & Abugebel filius Haſciam: & Abbas filius Abdalmotalleb: & Ommia filius Chalphi, & Validus filius Mogheiræ: & prædicabat eis invitans ad Religionem ſuam, ſperans, ſi ipſi credidiſſent, alios quoque eorum exemplo credituros*. Sed in Alcorano unius tantùm mentio habetur: & manifeſtè aſſeritur, nullam de ejus ſalute Mahumeto curam fuiſſe, ſed tantùm de illius divitiis, quas potiùs captabat, quàm illius fidem. Verùm, ſi, ut vult Zamchaſcerius, tàm multis Mahumetus publicè, & palam legem ſuam prædicabat: cur Cæcus ille exigebat ab eo, ut ſibi eam prædicaret? nonnè ſatis illi erat attendere iis, quæ tunc temporis cæteros docebat, ſi tamen non ita aurium, ſicut oculorum morbo laborabat?

III. Aſſerit Mahumetus, vel Deus Mahumeti, hanc Suram, ſeu, ut alii explicant, totum Alcoranum tranſcriptum ab Angelis ex Tabula aſſervata in volumina honorata, exaltata, & purificata, ſeu cuſtodita à contactu Dæmonum. Hæc autem volumina volunt Moslemi, eſſe libros Prophetarum. At in nullius Prophetæ libris, neque in ullis aliis hujuſmodi Codicibus, vel hæc Sura, vel Alcoranus reperietur. Quamobrem manifeſti mendacii arguitur. Hùc accedit, valdè ridiculum eſſe, quòd aliquis apud Deum liber reperiatur, ex quo Angeli exſcribant, quæ in Prophetarum libris reperiuntur. Ipſi enim Prophetæ per ſe, vel per amanuenſes ea ſcribebant, quæ ſibi à Deo revelabantur. Aſſignent igitur Moslemi, quinam ſint, & ubinam ſint hi codices, tranſcripti per manus Angelorum è Tabula aſſervata, honorati apud Deum, exaltati in Cœlo, vel juxta aliam expoſitionem Zamchaſcerii, مرفوعة فى المقدار *exaltati in menſura, ſeu quantitate*, & purificati, ſeu intacti à manibus, & contactu dæmonum. Sunt ne in Cœlo, an in terra? Si in Cœlo, ad quid, oro, ibi deſerviunt? Eſt ne in Cœlo Bibliotheca aliqua voluminum, in quorum lectione Angeli, ac Beati ſeſe exerceant? Si autem in terra exiſtunt: tenentur Mahumetani ea nobis oſtendere, ut Alcorani veritatem comprobemus. Reſpondebunt, ea jam periiſſe. Sed peto, an ante Mahumetum, an verò poſt illum perierint. Si ante illum, teſtes mortuos adhibet veritatis ſui Alcorani. Poſt illum verò perjiſſe, nullo modo probari poteſt. Hùc accedit, repugnare Divinæ providentiæ, ut ſineret perire libros illos, quos, & honoratos apud Deum, & exaltatos in Cœlo, & à manibus, tactuque Dæmonum illibatos Alcoranus pronunciat. Dicent ne, hos libros eſſe Pentateuchum, Euangelium, & cæteros Sacros Codices, quos habent apud ſe, & legunt Scripturales, Judæi ſcilicet, & Chriſtiani? At in his, ut jam dixi, neque Alcoranus, neque ulla ejus Sura reperitur.

سورة التكوير مكيّة تسع وعشرون آية

SURA LXXXI.

INVOLUTIO.

MECCANA:

COMMATUM VIGINTI NOVEM.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 إذا الشمس كوّرت ۞ 2 وإذا النجوم انكدرت ۞ 3 وإذا الجبال سيّرت ۞ 4 وإذا
العشار عطّلت ۞ 5 وإذا الوحوش حشرت ۞ 6 وإذا البحار سجّرت ۞ 7 وإذا النفوس
زوّجت ۞ 8 وإذا الموودة سئلت ۞ 9 بأيّ ذنب قتلت ۞ 10 وإذا الصحف نشرت ۞
11 وإذا السماء كشطت ۞ 12 وإذا الجحيم سعّرت ۞ 13 وإذا الجنة أزلفت ۞ 14 علمت
نفس ما أحضرت ۞ 15 فلا أقسم بالخنس الجوار الكنس ۞ 16 والليل إذا عسعس ۞
17 والصبح إذا تنفس ۞ 18 إنه لقول رسول كريم ۞ 19 ذي قوة عند ذي العرش
مكين ۞ 20 مطاع ثم أمين ۞ 21 وما صاحبكم بمجنون ۞ 22 ولقد رآه بالأفق
المبين ۞ 23 وما هو على الغيب بظنين ۞ 24 وما هو بقول شيطان رجيم ۞ 25 فأين
تذهبون ۞ 26 إن هو إلا ذكر للعالمين ۞ 27 لمن شاء منكم أن يستقيم ۞ 28 وما
تشاءون إلا يشاء الله رب العالمين ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. CUm Sol involutus fuerit *tenebris*. 2. Et, cùm Stellæ ceciderint *ſuper terram*. 3. Et, cùm montes ambulare facti fuerint (*ideſt ſublati fuerint, & in pulverem redacti*). 4. Et, cùm Camelæ prægnantes deſtitutæ fuerint *lacte, vel paſtore*. 5. Et, cùm feræ congregatæ fuerint. 6. Et, cùm maria ſuccenſa fuerint. 7. Et, cùm Animæ conjunctæ fuerint *corporibus*. 8. Et, cùm puella ſepulta viva interrogabitur: 9. Propter quod delictum occiſa fuerit. 10. Et, cùm libri expanſi fuerint. 11. Et, cùm Cœlum pelle ſpoliatum fuerit. 12. Et, cùm Infernus vehementiùs exarſerit. 13. Et, cùm Paradiſus propiùs admotus fuerit. 14. Sciet anima, quid præſentaverit (*ideſt operata fuerit*). 15. Porrò non juro per quinque Planetas currentes ſeſe occultantes. 16. Et noctem, quandò venit cum tenebris, & re-

cedit. 17. Et Auroram, cùm aſpiraverit. 18 Quòd hic *Alcoranus* eſt ſanè ſermo Legati venerandi (*ideſt Gabrielis*). 19. Præditi virtute apud poſſeſſorem Throni; ſtabilis *in gradu ſuo apud Deum*. 20. Obediti *ab Angelis* ibi, (*ideſt in cœlo*) fidelis. 21. Et non eſt ſocius veſter (*ideſt Mahumetus*) dęmoniacus. 22. Et quidem jam vidit illum (*ideſt Gabrielem*) in Horizonte claro, 23. Neque ipſe *eſt* ſuper Arcanum tenax (*ideſt non occultat Mahumetus Arcana ſibi revelata*). 24. Neque hic (*ideſt Alcoranus*) *eſt* ſermo Satanæ lapidati. 25. Quò ergo abitis *cogitationibus veſtris*? 26. *a* Non eſt hic *Alcoranus*, niſi commonitio *b* omnibus creaturis. 27. Ei, qui voluerit ex vobis recta via incedere, 28. Sed non voletis *hoc*. 29. Niſi voluerit Deus Dominus *c* ſæculorum.

a Si.
b Mundis.
c Mundorũ.

NOTÆ.

IN nonnullis codicibus inſcribitur Sura إذا الشمس كورت, *Cùm Sol involutus fuerit*, quæ ſunt verba primi verſus. Communis tamen inſcriptio eſt التكوير, *Involutio*. Impropriè Hottingerus, *Rotatio*: nam كور, exponitur à Gelale, & aliis لف, *Involvit*, & quaſi faſciis circumdedit. Meccæ traditam fuiſſe, & novem ſupra viginti verſibus conſtare, aſſerunt communiter Expoſitores. De præmio lectoris hæc reperio: من قراء سورة التكوير اعاده الله من ان يفضحه حين ينشر صحيفته: *Qui legerit Suram Involutionis, liberabit eum Deus ab ignominia, cùm aperietur liber ejus*: nimirùm in die Judicii.

V. *Et, cùm feræ congregatæ fuerint*.] Hæc ferarum congregatio fiet, quemadmodùm putat Gelal: ليقتص لبعض من بعض ثم تصير ترابا: *ut ſumatur vindicta aliorum ab aliis: & poſteà redigantur* eædem feræ *in pulverem*. Jahias: ليقض لبعضها من بعض ثم يقال لها كوني ترابا: *Ut judicium fiat uni de alia: poſteà dicetur ei, eſto pulvis*.

VIII. *Et, cùm puella ſepulta viva*.] Erat enim barbara conſuetudo inter Arabes, vivas ſepeliendi puellas ſtatim natas, خوف العار والحاجة, *ob timorem ignominiæ, & indigentiæ*. Quia ſcilicet dedecori ſibi putabant eſſe ſexum femineum, vel, quia illegitimè illas ſuſceperant: ſeu ob metum paupertatis, eo, quòd non poſſent eas ſuſtentare, vel in matrimonio collocare.

XI. *Pelle ſpoliabitur*.] Explicat Gelal: تنزع عن اماكنها: *removebitur, & quaſi avelletur à ſedibus ſuis*. Videtur alludere ad verba illa Pſalmi 103. *Extendens Cœlum, ſicut pellem*.

XV. *Porrò non juro per quinque Planetas*.] Præter id, quod ſuperiùs notavi de particula negativa ſuperfluè addita Juramento; addo, hos Planetas eſſe juxta Gelalem, النجوم الخمسة زحل والمشترى والمريخ والزهرة وعطارد ترجع فى مجراها وتغيب فى المواضع التى تغيب فيها: *quinque Stellas*, ſeu ſydera, quę dicuntur *Mars, Mercurius, Juppiter, Venus, & Saturnus; quæ redeunt in curſu ſuo, & abſcondunt ſeſe in locis, ubi ſe abſcondere conſueverunt*.

XIX. *Stabilis*.] Refertur ad Gabrielem, qui ſtabiliter permanet in gradu ſuo apud Deum.

XX. *Obediti ab Angelis*.] Ut exprimerem meliùs participium Arabicum مطاع, verti minùs latinè, *obediti*, pro *cui obeditur*. Ut enim habet Jahias ex authoritate Haſan: امر الله اهل السماء بطاعة جبرائيل كما امر اهل الارض ان يطيع محمدا: *Præcepit Deus Cœlicolis, ut obedirent Gabrieli, quemadmodùm præcepit Terrigenis, ut obedirent Mahumeto*.

REFUTATIONES.

I. INter ſigna, ſeu potius eventus diei Reſurrectionis, enumerat Mahumetus deſtitutionem Camelarum prægnantium à paſtoribus, vel lacte; & congregationem ferarum, ut judicium feratur de una contra aliam; vel aliæ ex aliis capiant vindictam. In altero ſe ridiculum oſtendit; in altero verò prorsùs ſtultum, & inſanum. Videtur enim ſignum nimis leve, & diei illius, judiciique majeſtate, ac terrore prorsùs indignum, quòd Camelæ prægnantes paſtore, vel lacte deſtituantur. Summa verò inſania putare, etiam beſtiarum cauſas ea die eſſe decidendas, ac propterea eaſdem beſtias reſuſcitandas, atque in unum congregandas: ac poſtquàm earum cauſæ deciſæ fuerint, & aliæ de aliis vindictam ſumpſerint, in pulverem eſſe redigendas. Cùm enim animalia non liberè, ſed ex naturali neceſſitate operentur, ac propterea moralis culpæ ſint incapaces, pœnam nullam à Deo merentur. Et, cùm anima conſtent prorsùs materiali, quæ ſimul cum corpore perit, prorſùſque extinguitur, nulla ſubeſt ratio, propter quam ſint à Deo reſuſcitandæ. Duo objici poſſunt ad hunc Mahumeti errorem tuendum. Primum, quòd ſicut Deus corpora materialia hominum reſuſcitabit: ita etiam materiales brutorum animas poterit reſuſcitare. Secundum, quia in lib. Geneſis cap. 9. dixit Deus ad Noe, & filios ejus: *Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum*. Sed, quidquid ſit de primo, reſpondemus ad ſecundum, ſenſum illorum verborum eſſe, Deum tanto odio proſequi injuſtam humani ſanguinis effuſionem, ut, ſi fieri poſſet, beſtias hominem aliquem injuſtè, & culpabiliter occidere, Deus illas ſeveriſſimè puniret: Immò in lib. Exodi cap. 21. ita

21. ita ſtatuit : *Si bos cornu percuſſerit virum , aut mulierem , & mortui fuerint , lapidibus obruetur , & non comedent carnes ejus , dominus quoque bovis innocens erit* . Hac ratione veriſſimum eſt , Deum requirere ſanguinem hominum de manu beſtiarum , ad deteſtationem homicidii ab homine culpabiliter perpetrati , dum in ipſis beſtiis etiam ſine culpa commiſſi adeò ſeverè puniri jubet .

II. Adeò perſuaſum erat Meccanis, Mahumetum eſſe dæmoniacum ; ejuſque Alcoranum præſtigium eſſe , ac figmentum diabolicum ; ut Mahumetus ipſe , cùm alia ratione non poſſet, inducat Deum trino perjurio, & ipſum, & Alcoranum contra Meccanorum dicta tuentem . Atqui veriſſima ſentiebant , & loquebantur Meccani : & ridiculum prorsùs erat , quòd Mahumetus in cauſa propria Deum jurantem , quem nullus , niſi ipſe audierat , produceret . Quomodò enim credere poterant Meccani Divino juramento , præſertim per res tàm frivolas , & indignas , cujus nullus alius teſtis erat , niſi ille idem , quem totum mendaciis conſutum cognoſcerent ?

سورة الانفطار مكيّة تسع وعشر آية

SURA LXXXII.

DIFFISSIO.

MECCANA:

COMMATUM DECEM, & NOVEM.

بسم الله الرحمن الرحيم ❋

1 إذا السماء انفطرت ۞ 2 وإذا الكواكب انتثرت ۞ 3 وإذا البحار فجرت ۞ 4 وإذا القبور بعثرت ۞ 5 علمت نفس ما قدمت وأخرت ۞ 6 يا أيها الانسان ما غرك بربك الكريم 7 الذي خلقك فسويك فعدلك ۞ 8 في أي صورة ما شاء ركبك ۞ 9 كلا بل تكذبون بالدين ۞ 10 وإن عليكم لحافظين ۞ 11 كراما كاتبين ۞ 12 يعلمون ما تفعلون ۞ 13 إن الابرار لفي نعيم ۞ 14 وإن الفجار لفي جحيم ۞ 15 يصلونها يوم الدين ۞ 16 وما هم عنها بغائبين ۞ 17 وما أدريك ما يوم الدين ۞ 18 ثم ما أدريك ما يوم الدين ۞ 19 يوم لا تملك نفس لنفس شيا والامر يومئذ لله ❋

In Nomine Dei Miſeratoris , Miſericordis .

1. CUm Cælum diffiſum fuerit . 2. Et, cùm Stellæ diſperſæ fuerint : 3. Et , cùm maria ſeſe commiſcuerint . 4. Et, cùm ſepulchra ſuſque , deque everſa fuerint . 5. Sciet anima , quid *operum* præmiſerit , & poſtpoſuerit . 6. O homo , quid ſeduxit te contra Dominum tuum venerandum , qui creavit te ? 7. Et conformavit te , & juſtè diſpoſuit te . 8. In quam figuram voluit, compoſuit te . 9. Ita eſt . Sed mendacii inſimulatis *diem* Judicii . 10. Et quidem ſupra vos ſanè ſunt Cuſtodes *Angeli* . 11. Honorati , ſcribentes *opera veſtra* . 12. Sciunt id , quod facitis . 13. Porrò Juſti certè *erunt* in loco voluptatis . 14. Et certè ſceleſti ſanè *erunt* in Inferno . 15. Ingredientur comburendi in eum die Judicii . 16. Neque ipſi ab eo *unquam* erunt abſentes . 17. Quid verò fecit *(ideſt faciet)* te intelligere , quid *ſit* dies Judicii ? 18. Quid, inquam, fecit te intelligere , quid *ſit* dies Judicii ? 19. Die *illa* non poterit anima pro anima quidquam : & imperium die illa *erit* Dei .

NOTÆ.

EPigaphe الانفطار *diffiſſio*, deſumitur ex primo verſu, quem nonnulli pro ipſa Epigraphe ponunt. Sura Meccana eſt, & decem, ac novem verſibus conſtat. Lectoris præmium, ita ponit Zamchaſcerius ex dicto ipſius Mahumeti: من قرأ سورة اذا السماء انفطرت كتب الله له بعدد كل قطرة من السماء حسنة وبعدد كل قبر حسنة ; *Qui legerit Suram, cùm Cælum diffindetur; ſcribet Deus illi pro unaquaque gutta è Cælo cadente unum bonum; itemque pro unoquoque ſepulchro unum bonum.*

V. *Quid præmiſerit, & poſtpoſuerit.*] Ideſt, quid boni, vel mali patrayerit: & quid boni diſtulerit, vel omiſerit efficere.

REFUTATIONES.

I. MIraculi loco habendum eſt, quòd in hac Sura nihil ſit manifeſti erroris, vel abſurdi, vel ſaltem, quod non poſſit aliquo modo defendi, vel excuſari. Nam, quod videtur innui hic, & alibi, neque bonos Paradiſum, neque malos Gehennam ingreſſuros eſſe, niſi poſt diem Judicii, in ſano ſenſu poteſt explicari, nempè cum animabus corpori unitis; quamvis Mahumetani ad mentem Alcorani non ſanè accipiant; negantes etiam animabus ſeparatis tàm in Paradiſum, quàm in gehennam ingreſſum uſque ad diem Judicii: in quo aliqui etiam ex Chriſtianis errarunt.

سورة التطفيف مكيّة ستّ وثلثون آية

SURA LXXXIII.
MENSURA INJUSTA.
MECCANA:
COMMATUM TRIGINTA SEX.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 ويل للمطففين ۞ 2 الذين اذا اكتالوا على الناس يستوفون ۞ 3 واذا كالوهم او وزنوهم
يخسرون ۞ 4 الا يظن اولايك انهم مبعوثون ۞ 5 ليوم عظيم ۞ 6 يوم يقوم الناس لرب
العالمين ۞ 7 كلا ان كتاب الفجار لفي سجين ۞ 8 وما ادريك ما سجين ۞ 9 كتاب
مرقوم ۞ 10 ويل يومئذ للمكذبين ۞ 11 الذين يكذبون بيوم الدين ۞ 12 وما يكذب
به الا كل معتد اثيم ۞ 13 اذا تتلى عليه اياتنا قال اساطير الاولين ۞ 14 كلا بل ران
على قلوبهم ما كانوا يكسبون ۞ 15 كلا انهم عن ربهم يومئذ لمحجوبون ۞ 16 ثم
انهم لصالوا الجحيم ۞ 17 ثم يقال هذا الذي كنتم به تكذبون ۞ 18 كلا ان
كتاب الابرار لفي عليين ۞ 19 وما ادريك ما عليون ۞ 20 كتاب مرقوم ۞ 21 يشهده
المقربون ۞ 22 ان الابرار لفي نعيم ۞ 23 على الارايك ينظرون ۞ 24 تعرف في وجوههم
نضرة النعيم ۞ 25 يسقون من رحيق مختوم ختامه مسك ۞ 26 وفي ذلك فليتنافس
المتنافسون ۞

المتنافسون ۞ 27 ومزاجه من تسنيم ۞ 28 عينا يشرب بها المقربون ۞ 29 إن الذين أجرموا
كانوا من الذين أمنوا يضحكون ۞ 30 وإذا مروا بهم يتغامزون ۞ 31 وإذا انقلبوا إلى
أهلهم انقلبوا فكهين ۞ 32 وإذا رأوهم قالوا إن هؤلاء لضالون ۞ 33 وما أرسلوا عليهم
حافظين ۞ 34 فاليوم الذين أمنوا من الكفار يضحكون ۞ 35 على الارائك ينظرون ۞
36 هل ثوب الكفار ما كانوا يفعلون ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. VÆh injuſtè menſurantibus. 2. Quibus, cùm menſuratur ab hominibus, exigunt menſuram *ad plenum*. 3. At, cùm menſurant illis, aut trutinant illis; imminuunt *menſuram, aut pondus*. 4. An non exiſtimant hi, ſe eſſe reſuſcitandos, 5. Ad diem magnam? 6. Diem, *qua* ſtabunt homines coram Domino *a* Sæculorum. 7. Ita eſt. Porrò liber ſceleſtorum *erit* ſanè in Seggin. 8. Quid autem intelligere faciet te, quid *ſit* Seggin? 9. Liber delineatus. 10. Væh die illa inſimulantibus mendacii. 11. Qui mendacii inſimulant diem Judicii. 12. Et non inſimulat mendacii illum, niſi omnis tranſgreſſor, iniquus. 13. Cùm leguntur illi ſigna noſtra, dicit: Fabulæ Priorum. 14. Ita eſt. Atqui prævaluit ſuper corda eorum id, quod perpetraverunt (*ideſt prava opera eorum obduraverunt corda eorum*). 15. Ita eſt. Certè ipſi à Domino ſuo die illa ſanè velandi ſunt, *ne videant illum*. 16. Tùm certè ipſi ſanè deſcenſuri ſunt comburendi in Infernum. 17. Tùm dicetur *illis*: Hoc eſt, quod vos, ut falſum negabatis. 18. Ita eſt. Porrò liber Juſtorum certè erit in Alliin. 19. Quid verò faciet te intelligere, quid *ſit* Alliin? 20. Liber delineatus. 21. Teſtes adſunt *illi* Approximati (*ideſt Angeli Deo proximi*). 22. Certè Juſti erunt ſanè in deliciis. 23. Super lectulos ſponſales aſpicient. 24. Cognoſces in vultibus eorum nitorem jucunditatis. 25. Potabuntur ex vino puriſſimo ſigillato. Sigillum ejus *erit* muſcus. 26. Et ad hoc aſpirent aſpirantes *ad felicitatem*. 27. Et commixtio ejus *erit* ex Taſnim 28. Fonte, ex quo bibunt Approximati. 29. Porrò illi, qui ſceleſtè agunt, de iis, qui crediderunt, riſum captant. 30. Et, cùm tranſeunt juxta illos; oculorum nutibus contemnunt *eos*. 31. Cùm verò regrediuntur ad domeſticos ſuos; regrediuntur petulanter jocantes *de illis*. 32. Et, cùm vident illos, dicunt: Profectò hi *ſunt* ſanè errantes 33. Sed non miſſi ſunt ſuper eos cuſtodes. 34. At verò die *illa*, qui crediderunt, de infidelibus riſum captabunt. 35. Super lectulos ſponſales aſpicient *infideles in Gehenna*. 36. An remunerati ſunt Infideles pro eo, quod fuerunt operati?

a Mundorũ.

NOTÆ.

Ie etiam ex primo verſu deſumitur Inſcriptio, nempè: التطفيف *Injuſta menſura*, ſeu *menſuratio*. Inſcribunt nonnulli, المطففون, *Injuſtè menſurantes*. Propria ſcilicet Arabum eſt fraus, & furacitas. De loco, in quo tradita eſt Sura, non conveniunr Expoſitores: quidam enim Meccanam, quidam Medinenſem illam eſſe volunt. In verſibus etiam enumerandis non omnes conſentiunt, licèt plerique ſex ſupra triginta enumerent. Qui hanc Suram legerit, ex Mahumeti promiſſione, سقاه الله من الرحيق المختوم يوم القيمة: *Potabit eum Deus vino puriſſimo ex cadis ſigillatis in die Reſurrectionis.*

VII. *Seggin*.] Arabicè سجين: Vocis hujus ſignificatio videtur eſſe *Career*. Gelal ita exponit ad mentem aliorum, سجيل هو كتاب جامع لاعمال الشياطين والكافرة وقيل هو مكان اسفل الارض السابعة وهو محل ابليس وجنوده. *Dicunt nonnulli, hunc eſſe librum continentem ſimul opera Dæmonum, & infidelium. Alii verò dicunt, eſſe locum in imo terræ ſeptimæ: ibique eſſe reſidentiam Diaboli, & exercituum ejus.* Verùm miror, Interpretes tàm ſui fidentes reperiri, qui velint Seggin eſſe locum, cùm Alcoranus apertè affirmet, eſſe librum.

IX. *Delineatus*.] Arabicè مرقوم, à verbo رقم *vaca-*

racama, delineavit, notavit, vel descripsit: unde forte desumpta est vox Italica *ricamo*, e *ricamare*.

XVIII. *Alliin*.] Arabicè علّيين in casu obliquo plurali: nam in recto est علّيون *Alliun:* videtur propriè significare *Sublimes*, vel *Excelsos*. Gelal: قيل هو كتاب جامع لاعمال الخير الملايكة ومومني الثقلين وقيل هو مكان في السماء السابعة تحت العرش: *Dicunt aliqui, hunc esse librum continentem opera bona Angelorum, & Fidelium hominum, ac Geniorum. Alii verò volunt esse locum in Cœlo septimo sub Throno Dei.* Hi quoque adversantur Alcorano.

XXI. *Testes adsunt illi*.] Idest, subscribunt se tamquam testes in illo.

XXV. *Vino purissimo sigillato.*] Arabicè رحيق مختوم: Quia nimirùm, ut ait Gelal, habebunt illud repositum على اناييها لا يعلّ ختمه الاّ هـم: *in vasis sigillo obsignatis, quod nullus solvet, vel auferet, nisi ipsi.*

XXVI. *Sigillum ejus erit muscus*.] Gelal, اخر شربه يفوح منه ريحة المسك: Idest *extremitas bibitionis ejus* (seu ultimus haustus) *efflabit odorem muschi.* Sed simpliciùs videtur exponendum: Sigillum vini in cado erit ex muscо.

XXVII. *Tasnim*.] Arabicè تسنيم: patet ex ipsis verbis Alcorani esse fontem in Paradiso, ita dictum ab altitudine, ac sublimitate ejus.

XXXIII. *Sed non missi sunt super eos custodes*.] Finguntur, hæc dici à Deo contra infideles, qui Fideles erroris insimulabant: ac, si diceretur: Non sunt ipsi deputati ad Fideles custodiendos, vel corrigendos.

XXXVI. *An remunerati sunt infideles?*] Videntur hæc dici à Justis in Cœlo contra infideles detrusos in Gehennam per jocum, ac ludibrium: & *an* videtur stare pro *nonne*.

REFUTATIONES.

I. MOslemi ipsi agnoscentes insulsum loquendi modum in Alcorano, quo asseritur, librum sceleſtorum esse, vel fore in Seggin: librum verò Justorum in Alliin; & tàm Seggin, quàm Alliin esse libros scriptos; itaut libri sint in libris: maluerunt nomina illa necromantica esse nomina locorum, nihil curantes Alcorani ipsius explicationem, utpotè ineptam, ac ridiculam. Nec minùs insulsum se ostendit Mahumetus, dùm tàm Seggin, in quo est liber sceleſtorum, quàm Alliin, in quo est liber Justorum, tamquam magnum aliquod, & inauditum arcanum, explicat كتاب مرقوم *librum scriptum*, seu lineatum. Quasi verò novum sit libros esse scriptos; & ejusdem æstimationis sit liber sceleſtorum, & liber Justorum, nisi, quòd hic ab Angelis testibus subscriptus sit.

II. Hìc etiam in scenam retrudit Mahumetus Paradisum suum. Atqui mirabile est illius ingenium, quòd, cùm toties illum in Alcorano proponat, ad evitandam tamen legentium, vel audientium nauseam, semper aliquid novi facetè adjungat. Alibi vinum; hìc purissimum: alibi in cyathis, aut cantharis; hìc in cadis, vel doliis obsignatis exhibet. Piget has nugas toties refricare: libet nihilominùs illud à Moslemis curiosiùs exquirere, cur scilicet vinum in cadis obsignatis Cœlites habeant, quos resignare nulli liceat, nisi ipsis. An ne ad vina ipsa incorrupta servanda, ne evanescant, aut acescant? an verò ad eadem à furacibus ministrorum manibus, gulaque custodienda? Neutrum puto dicere volent. Dicant saltem, Prophetam suum magnum esse nebulonem, qui tàm futilia, ac ridicula in Paradiso reperiri, vel sibi, vel aliis persuadere conetur. Non possum hìc dissimulare admirationem meam, cur Mahumetus, cùm alibi vinum, ut rem illicitam, atque immundam, diabolique inventum damnaverit, hìc tamen adeò illuc commendet, ut cellaria in Paradiso, cadosque sigillo munitos ad vinum servandum reponat: atque ad illius potum aspirare jubeat eum, qui ad veram felicitatem aspirat. Respondebunt Moslemi, vinum Paradisi non esse ejusdem generis, ac nostrum. Verùm non negabunt esse vinum. Quòd si negent, dicantque esse nescio quam aliam speciem, seu genus potionis: fatebuntur stultum, & impium fuisse Mahumetum, qui nomen rei immundæ, illicitæ, & à diabolo inventæ, rebus Paradisi imponat.

سورة الانشقاق مكّية ثلث وعشرون آية

SURA LXXXIV.

SCISSIO.

MECCANA:

COMMATUM VIGINTI TRIUM.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 إذا السماء انشقت ۞ 2 وأذنت لربها وحقت ۞ 3 وإذا الأرض مدت ۞ 4 وألقت ما فيها
وتخلت ۞ 5 وأذنت لربها وحقت ۞ 6 يا أيها الإنسان إنك كادح إلى ربك كدحا
فملاقيه ۞ 7 فأما من أوتي كتابه بيمينه ۞ 8 فسوف يحاسب حسابا يسيرا ۞ 9 وينقلب
إلى أهله مسرورا ۞ 10 وأما من أوتي كتابه وراء ظهره فسوف يدعوا ثبورا ۞ 11 ويصلى
سعيرا ۞ 12 إنه كان في أهله مسرورا ۞ 13 إنه ظن أن لن يحور بلى إن ربه
كان به بصيرا ۞ 14 فلا أقسم بالشفق ۞ 15 والليل وما وسق ۞ 16 والقمر إذا اتسق ۞
17 لتركبن طبقا عن طبق ۞ 18 فما لهم لا يؤمنون ۞ 19 وإذا قرئ عليهم القرآن لا
يسجدون ۞ 20 بل الذين كفروا يكذبون ۞ 21 والله أعلم بما يوعون ۞ 22 فبشرهم
بعذاب أليم ۞ 23 إلا الذين آمنوا وعملوا الصالحات لهم أجر غير ممنون ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. CUm Cælum ſciſſum fuerit. 2. Et obtemperaverit Domino ſuo, & ex debito adactum fuerit *ad hoc*. 3. Et, cùm terra extenſa fuerit. 4. Et ejecerit, quod *eſt* in ipſa (*nempè mortuos*) & vacua remanſerit. 5. Et obtemperavit Domino ſuo, & ex debito adacta fuerit *ad hoc*. 6. O homo, certè tu feſtinaturus *es* ad Dominum tuum feſtinando, & occurſurus *es* illi. 7. Porrò ille, cui datus fuerit liber ſuus in dextra ſua. 8. Mox judicabitur judicio facili. 9. Et proficiſcetur ad familiam ſuam *in Paradiſum* hilaritate perfuſus. 10. At verò, cui datus fuerit liber ſuus poſt tergum ſuum: mox invocabit perditionem *ex deſperatione*. 11. Et deſcendet comburendus in Tartarum. 12. Quippè ipſe fuit in familia ſua, *dum viveret* inſolens. 13. Ipſe namque exiſtimavit, ſe nunquam rediturum *ad Dominum ſuum*. Utique *erat rediturus*. Porrò Dominus ejus erat in eum intuens. 14. Itaque non juro per rube-

rubedinem relictam à Sole in Horizonte poſt occaſum ſuum. 15. Et noctem, & quod congregat *nox animantium*. 16. Et Lunam, cùm collecta fuerit (*ideſt plenam*), 17. Quod vos certè feremini *a* in ſtatum à ſtatu. 18. Quid porrò *eſt* illis, quòd non credunt? 19. Et, cùm legitur illis Alcoranus, non adorant? 20. Quin potius, qui ſunt infideles, mendacii inſimulant *illum*. 21. Sed Deus Scientiſſimus de eo, quod congerunt *impietatis in libris ſuis*. 22. Annuncia ergo illis pœnam dolorificam. 23. Veruntamen, qui crediderint, & operati fuerint recta, ipſis *erit* merces indeficiens.

a in coopertoriũ à coopertorio.

NOTÆ.

EX primo Suræ verſu deſumitur inſcriptio الانشقاق, *Sciſſio*. Hanc verò plerique Meccanam, aliqui Medinenſem faciunt. Illius verſus alii tres, alii quinque ſupra viginti enumerant. De præmio lectoris hæc habet Zamchaſcerius ex ipſo Mahumeto: من قرأ سورة انشقت اعاذه الله ان يعطيه كتابه وراء ظهره.

Qui legerit Suram Sciſſionis, liberabit eum Deus, ne detur illi liber ſuus poſt tergum ſuum.

III. *Et, cùm terra extenſa fuerit.*] Explicat Gelal: زيد فى سعتها كما يمد الاديم ولم يبق عليها بناء ولا جبل. *Cùm aucta fuerit in latitudine ſua in morem pellis, quandò extenditur: nec remanſerit in ea ædificium ullum, aut mons ullus.*

VI. *Certe tu feſtinaturus es.*] Videntur hæc accipienda, tamquam reſponſiva ſuperioribus: nempè, cùm evenerint ſuprædicta, homo feſtinanter iturus eſt ad Deum, ut ab eo judicetur. Sed Gelal putat, nullam hic eſſe reſponſionem, ſed ſubintelligi لقى الانسان عمله *inveniet homo id, quod operatus fuerit*. Verba verò ſequentia, *O homo*, ita explicat: يا ايها الانسان انك جاهد فى عملك الى لقى ربك وهو الموت فملقيه اى ملاق عملك المذكور من خير او شر يوم القيمة. *O homo, ſi tu ſtudiosè operatus fueris ad occurrendum Domino tuo in morte: invenies opera tua bona, vel mala in die Reſurrectionis.* Neque negari poteſt, Arabicum verbum كدح propriè ſignificare, *ſtudiosè operari*. Quamobrem poteſt Gelalis, & aliorum Expoſitorum ſententia probari. Neque enim novum eſt in Alcorano ſententias truncas eſſe, & ſæpè præmiſſis nihil reſpondere: quod ſanè maximæ oſcitantiæ manifeſtum eſt argumentum.

X. *Liber ſuus poſt tergum ſuum.*] Ideò non in dextera, ſed à tergo in ſiniſtra tradetur Infideli liber ſuus, quia, ut ſcribit Gelal: تغل يمناه الى عنقه وتجعل يسراه وراء ظهره فياخذ بها كتابه. *Alligabitur dextera ejus ad collum ejus, & ponetur ſiniſtra ejus poſt tergum, & ita accipiet illa librum ſuum.*

XII. *Inſolens.*] Arabicè مسرورا, quæ dictio ſuperiùs habetur de Juſto, qui ſalvabitur, ibique hilarem, ſeu hilaritate perfuſum ex vi ſuæ originis ſignificat. Hic verò diſſolutum potiùs, ac præ nimia lætitia inſolescentem notat.

XIV. *Itaque non juro.*] Vide, quæ ſuprà dicta ſunt.

XVII. *Feremini in ſtatum à ſtatu.*] Arabicè لتركبن طبقا عن طبق. *Equitabitis, vel navigabitis in coopertorium à coopertorio*: ſeu *à contignatione in contignationem*. Nimirùm, ut explicat Gelal, trasferemini à vita in mortem, & à morte in reſurrectionem.

REFUTATIONES.

I. QUòd in die Judicii tradendus ſit unicuique libellus operum ſuorum, Juſtis quidem in dextera, iniquis autem in ſiniſtra poſt tergum, eo, quòd dexteram habeant ad collum alligatam, ineptiæ, & fabulæ prorsùs cenſendæ ſunt, ſi litteraliter, ac materialiter, pro ut verba ſonant, & prout Moslemi certiſſimè tenent, accipiantur. Nam, ſi myſticè, vel allegoricè ſumerentur, poſſent aliquo modo excuſari, vel tolerari.

II. Hìc etiam Deum per res leviſſimas jurantem inducit; per quas, ſi jurantem aliquem hominem audiremus, apertiſſimæ illum impietatis damnaremus. Horret ſanè animus, dùm audit tàm impia, tàmque frivola juramenta Deo tribui à Mahumeto: mirumque eſt, quòd Moslemi ex his Alcorani impoſturam non agnoſcant.

سورة البروج مكيّة اثنتان وعشرون آية

SURA LXXXV.

TURRES.

MECCANA:

COMMATUM DUORUM, & VIGINTI.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 والسماء ذات البروج ۞ 2 واليوم الموعود ۞ 3 وشاهد ومشهود ۞ 4 قتل أصحاب
الاخدود ۞ 5 النار ذات الوقود ۞ 6 إذ هم عليها قعود ۞ 7 وهم على ما يفعلون بالمومنين
شهود ۞ 8 وما نقموا منهم إلا أن يومنوا بالله العزيز الحميد ۞ 9 الذي له ملك السموات
والارض والله على كل شيء شهيد ۞ 10 إن الذين فتنوا المومنين والمومنات ثم لم يتوبوا
فلهم عذاب جهنم ولهم عذاب الحريق ۞ 11 إن الذين امنوا وعملوا الصالحات لهم جنات
تجري من تحتها الانهار ذلك الفوز الكبير ۞ 12 إن بطش ربك لشديد ۞ 13 إنه هو
يبدي ويعيد ۞ 14 وهو الغفور الودود ۞ 15 ذو العرش المجيد ۞ 16 فعال لما يريد ۞
17 هل أتيك حديث الجنود ۞ 18 فرعون وثمود ۞ 19 بل الذين كفروا في تكذيب
20 والله من ورائهم محيط ۞ 21 بل هو قرآن مجيد ۞ 22 في لوح محفوظ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr Cęlum habens Turres. 2. Per Diem promiſſam. 3. Per teſtificantem, & teſtificatum. 4. Occiſi ſunt ſocii Foveæ 5. Ignis habentis materiem ad comburendum. 6. Dum ipſi *eſſent* circa eum ſedentes. 7. Et ipſi circa eum in eo, quod faciebant contra Fideles, *erant* teſtes (*ideſt* *prę-ſentes*). 8. Neque ulti ſunt de illis (*ideſt* *cruciaverunt eos*) niſi, quia credebant in Deum Præpotentem, Laudatum. 9. Cui *eſt* Regnum Cœlorum, & Terræ: & Deus ſuper omnem rem *eſt* teſtis. 10. Certè, qui *hoc modo* torſerunt Fideles *viros*, ac fideles *mulieres*, deindè non egerunt pęnitentiam: ipſis *erit* pęna Gehennæ, & ipſis pęna combuſtionis. 11. Porrò, qui crediderint, & fecerint recta, ipſis *erunt* horti, current de ſub illis flumina: hæc *erit* felicitas magna. 12. Certè vehementia Domini tui *in puniendo* ſanè *eſt* valida. 13. Ipſe quidem producit, & reducit. 14. Et ipſe *eſt* Indultor, Amator. 15. Poſſeſſor Throni glorioſi. 16. Operator illius, quod vult. 17. An

perve-

pervenit ad te historia exercituum 18. Pharaonis, & Themud. 19. Sed, qui nolunt credere, *sunt* in insimulatione mendacii (*idest negant, ut falsum, id, quod illis prædicatur*). 20. Et Deus à tergo eorum *est* circumdans *eos*, ne *possint effugere*. 21. Atqui hic est Coranus glorioſus. 22. *Scriptus* in Tabula custodita.

NOTÆ.

TItulus est البروج, *Turres*, atque ex primo versu desumitur. De loco Suræ, & numero versuum, non invenio inter Authores dissidium. Præmium lectoris erit: من قراء سورة البروج اعطاه الله بعدد كل يوم جمعة ويوم عرفة يكون فى الدنيا عشر حسنات. *Qui legerit Suram Turrium, dabit illi Deus pro numero singulorum dierum Veneris* (seu feriæ sextæ) *& omnium dierum* visitationis montis *Araphat, quamdiù vixerit in hoc Mundo, decem bona.*

I. *Per Cœlum habens Turres.*] Intelliguntur hìc juxta Gelalem, & alios communiter nomine Turrium duodecim signa Zodiaci. Sed, ut scribit Jahias: قيل البروج النجوم العظام وقيل هو قصور فى السماء: *quidam volunt, has Turres esse Stellas majores: aliqui verò, esse veras turres, seu palatia in Cœlo.*

II. *Et diem promissam.*] Intelligunt communiter diem Resurrectionis.

III. *Et testificantem, & testificatum.*] Gelal: شاهد يوم الجمعة و مشهود يوم عرفة. *Testificans est dies Congregationis* (idest dies Veneris) *& Testificatus est dies* Visitationis Montis *Araphat*. Jahias: وقيل الشاهد محمد ص والمشهود يوم القيمة: *Dicunt aliqui, Testificantem esse Mahumetum faustæ memoriæ: Testificatum autem esse diem Resurrectionis.*

IV. *Occisi sunt.*] Arabicè قتل. Explicat Gelal; لعن, *maledicti sunt*, seu *maledicti sint*.

Socii Foveæ.] اصحاب الاخدود: Non obscurè innuit historiam Sanctorum Martyrum, qui in Arabia sub Dunaan tyranno Judæo pro Christi fide passi sunt, conjecti in foveam succensis lignis plenam. Ita autem rem narrat hoc loco Jahias: قال محمد ابن اسحق هم اهل نجران كانوا على دين عيسى ع م فخيرهم الملك دين اليهود واقتل فاختاروا القتل فشق لهم الاخدود الهب فيها النيران وقتل فيهم. قال الحسن كان اصحاب الاخدود ثمانين بين رجل وامراة فاخذهم المشركون فخدوا لهم اخدودا فى الارض ثم اوقدوا لهم نارا ثم امتحنوهم فجعلوا يقولون للرجل والمراة اما ان تترك دينك واما ان نقذفك فى النار فيقول ما انا بتارك ديني لشى فيقذف فيها فيحرق وبقيت امراة ومعها صبى فتهيبت فقال لها الصبى امضى ولا تنافقى فمضت فاحترقت قال يحيى كان صغيرا لم يتكلم قبل ذلك وقال مجاهد وذلك بنجران وقيل ان الذين حفروا النار كانوا فوق الحفد فقال الله عز وجل اذ هم عليها قعود وهم على ما يفعلون بالمومنين شهود من تخويفهم اياهم النار فارسل الله النار عليهم فاحرقهم ونجى المومنين.

Dixit Mohamad filius Isaac: Hi habitatores Nageran, & profitebantur Religionem Jesu, cui sit pax, deditque illis Rex optionem, ut, vel Judaismum, vel mortem eligerent. Et illi elegerunt mortem. Tunc jussit Rex aperiri foveam, atque igne repleri, in eamque conjectos occidi. Dixit Hasan: fuerunt Socii Foveæ octoginta, partim viri, partim mulieres. Cùmque infideles eos apprehendissent, effoderunt illis foveam in terra, in qua ignem succensum illis ostenderunt. Deindè cœperunt eos tentare, ac dicere singulis viris, ac mulieribus: Aut relinque Religionem tuam: aut conjiciemus te in ignem. Singuli autem respondebant: Ego propter nullam rem deseram Religionem meam. Quamobrem in ignem conjecti comburebantur. Remansit autem mulier una, quæ habebat suum infantulum. Cùm autem hæc timorem ostenderet, dixit ei infantulus. Vade, & ne impiam te ostendas. Tunc illa abiit, & combusta est. Dixit Jahias: Erat hic parvulus, nec unquam anteà locutus fuerat. Dixit Mogiahed. evenit hoc in Nageran. Fertur autem eos, qui foderunt foveam, implentes igne, stetisse supra eam: quamobrem dicitur in Alcorano: Cùm essent supra illam sedentes: & ipsi super id, quod faciebant contra fideles, erant testes; cùm scilicet eos ignis aspectu terrebant. Sed Deus immisit ignem super eos, & combussit eos, liberavitque Fideles. Notandum hic obiter, primò, Authorem hunc pro *Sociis Foveæ*, intelligere Christianos Fideles, qui in fovea illa combusti sunt: cùm Gelal, & alii intelligant infideles, qui foveam fecerunt, & in ea Fideles combusserunt. Secundò, apparere in hac narratione manifestam contradictionem, dùm primò asseritur, Fideles combustos fuisse in fovea: deindè dicitur, Deum misisse ignem super infideles, eosque combussisse: quod, juxta Gelal, fundatur in illis verbis v. 10. *& ipsis pœna combustionis*, & Fideles liberasse. Tertiò, verba illa Alcorani: اذ هم عليها قعود: quæ ego verti: *dùm ipsi essent circa eum* (idest ignem) *sedentes*: exponi hìc ab Authore: *dùm ipsi essent super eam* (idest foveam) *sedentes*. Nam particula Arabica على, æquè benè significat *supra*, ac *circa*.

XIII. *Et ipse quidem producit, & reducit.*] Explicat Jahias: يخلق ويبعث فى يوم القيمة: *Creat* homines, *& resuscitabit* eos *in die resurrectionis.*

XXI. *Coranus.*] Scribitur Arabicè القران *Alcoranus* cum articulo: Italicè *Il Corano*: & قران *Coranus*, sine articulo.

XX. *In tabula custodita.*] De hac Tabula, ita Gelal: هو فى الهوا فوق السما السابعة محفوظ من الشياطين ومن تغيير شى منه طوله ما بين السما والارض وعرضه ما بين المشرق والمغرب وهو من درة بيضا قاله ابن عباس: *Hæc est in aere supra septimum Cœlum, custodita à Dæmonibus, & ab omnimoda mutatione, seu alteratione eorum, quæ in ea scripta sunt. Longitudo ejus tanta est, quanta à terra ad Cœlum: & latitudo, quanta ab Oriente ad Occidentem: & facta est ex unica margarita candida. Ita refert Ebnabbas.* Alia multa fabulantur Arabes de hac Tabula custodita.

REFU-

REFUTATIONES.

I. Hic etiam triplici juramento introducitur Deus ſeſe obſtringere, adductis in teſtes veritatis rebus prorsùs incongruis: neque tamen, quid juret, ſatis intelligitur. Non enim Divino juramento opus erat, ut crederent homines mortem, ac maledictionem commeruiſſe eos, qui Chriſtianos igne combuſſerant, eo, quòd Religionem ſuam abnegare noluiſſent. Quamobrem non niſi impium, ac vanum hujuſmodi jusjurandum exiſtimandum eſt.

II. Et nihilominùs ex hoc ipſo, quod aſſeratur Deus jurare, Maledictionem, ac mortem commeruiſſe Judæos, qui Chriſtianos ad fidem propriam abnegandam, & ad Judaicam ſectam amplectendam per ignis tormentum compellere tentaverunt: & Chriſtianos ipſos, quòd pro Religione ſua retinenda mortem atrociſſimam ſubiere, commendet, concurrens etiam ad eamdem confirmandam miraculo infantis loquentis: patet manifeſtè, Chriſtianam Religionem veram, ſanctamque eſſe, & à Deo inſtitutam, nec potuiſſe, ſaltem in iis, quæ ad æternas illius veritates ſpectant, à Mahumeto immutari. Reſpondent quidam ex Moslemis, Chriſtianos illius temporis diverſam habuiſſe Religionem ab ea, quam ſequentium temporum, Chriſtiani profeſſi ſunt. Atqui hoc erat probandum. Nos verò alibi manifeſtè oſtendimus, Chriſtianam Religionem ſemper eamdem fuiſſe, præſertim quoad illa Myſteria, quę Alcoranus negat, & Mahumetani rejiciunt.

III. Notanda hìc obiter ineptiſſima tranſitio ab hiſtoria Martyrum Nageranenſium ad exercitus Pharaonis, & Themud: & ab his ad Alcoranum, & ad Tabulam cuſtoditam; dum interea non obliviſcitur Mahumetus hortorum, & fluminum Paradiſi ſui.

سورة الطارق مكيّة سبع عشرة آية

SURA LXXXVI.

NOCTU VENIENS.

MECCANA:

COMMATUM SEPTEM, & DECEM.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 والسماء والطارق ۞ 2 وما أدريك ما الطارق ۞ 3 النجم الثاقب ۞ 4 إن كل نفس لما
عليها حافظ ۞ 5 فلينظر الإنسان مم خلق ۞ 6 خلق من ماء دافق ۞ 7 يخرج من بين
الصلب والترايب ۞ 8 إنه على رجعه لقادر ۞ 9 يوم تبلى السرائر ۞ 10 فما له من قوة
ولا ناصر ۞ 11 والسماء ذات الرجع ۞ 12 والارض ذات الصدع ۞ 13 إنه لقول فصل ۞
14 وما هو بالهزل ۞ 15 إنهم يكيدون كيدا ۞ 16 وأكيد كيدا ۞ 17 فمهل
الكافرين امهلهم رويدا ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr Cœlum, & Noctu venientem. 2. Quid autem intelligere faciat te, quid ſit Noctu veniens? 3. Stella penetrans. 4. Si omnis anima certè non *eſt* ſuper eam cuſtos. 5. Videat ergo homo, ex qua re creatus ſit. 6. Creatus

tus est ex aqua effusa (*idest ex spermate*) . 7. *Quæ* egreditur ex lumbis , & ossibus pectoris . 8. Certè ipse ad reducendum eum *in vitam post mortem* , sanè *est* potens . 9. Die , qua explorabuntur secreta . 10. Neque erit illi ulla vis , neque adjutor . 11. Per Cœlum habens reditum . 12. Per Terram habentem fissuras. 13. Certè hic *Alcoranus est* sanè sermo distinguens *vera à falsis* . 14. Neque est cum futilitate . 15. Certè ipsi *infideles* dolosè struunt *tibi* technam . 16. Et *ego quoque* dolosè struo technam *illis* . 17. Patienter igitur sustine infideles : sine vivere eos quietè paululum .

NOTÆ.

VOx Arabica الطارق , significat quidquid noctu venit , & præsertim Stellas . Ab hac inscribitur Sura , quæ est Meccana, & constat septemdecim versibus. De Lectoris præmio hæc scribit Zamchascrius: من قراء سورة الطارق اعطاه الله بعدد كل نجوم فى السما عشر حسنات :

Qui legerit Suram Noctu venientis , dabit illi Deus pro numero singularum Stellarum Cœli, decem bona.

I. *Et noctu venientem* .] Explicat Gelal : النجوم لطلوعها ليلاً : *Stellas , quandò noctu oriuntur* .

Quidam volunt significare *Phosphorum* , seu Lucifer rum : alii *Plejadas* . Verùm Alcoranus ipse explicat versu sequenti, quid sit :

III. *Stella penetrans* .] Arabicè النجم الثاقب : اى الثريا او : Obscurum per obscurum. Clarè Gelal دل نجم الثاقب المضئ لثقبة الظلام بضوءه :

Idest Plejades , vel omnis stella , quæ penetrat , & illuminat penetrans tenebras splendore suo . Verùm hæc facilè est cuilibet, vel rudissimo intelligere : quis enim ignotat, stellas noctu venire?

IV. *Si omnis anima* .] Particula إن *si* : habet apud Arabes, sicut etiam apud Hebræos , vim juramenti negativi in affirmatione , & affirmativi in negatione: ut hoc loco , in quo ita explicanda est sententia: *Juro , omni animæ* , vel homini , præpositum esse custodem , scilicet Angelum .

VII. *Ex lumbis , & ossibus pectoris* .] Ex lumbis, scilicet viri : & ossibus pectoris fœminæ . Ita Gelal .

XI. *Per Cœlum habens reditum* .] Gelal : الطر لعوده كل حين : *quia facit redire pluviam suis temporibus*, Ita Gelal .

XII. *Habentem fissuras* .] Gelal : الشق عن النبات *rimas ad educenda germina* .

REFUTATIONES.

I. QUod Deus juret , unumquemque hominum habere custodem Angelum , superfluum omninò videtur : nam & hoc quidam ex Philosophis Ethnicis agnovere . Quòd verò hoc juret per Cœlum , & Stellas , non minùs ridiculum, quàm impium existimandum est .

II. Nugari manifestè videtur Mahumetus , & Scurram agere ; dum tanto apparatu Deum proponentem inducit , quàm arduum , ac difficile sit scire, quid sit illud , quod noctu venit : & mox respondentem facit , esse stellam , vel stellas . Nonnè risum nobis excitaret, siquis tamquam re ardua proposita, quid sit illud, quod habeat cornua , responderet esse bovem , vel arietem ? Hujusmodi nugæ , ac divinamenta ridicula aliàs in Alcorano reperiuntur.

III. Non satis fuit Mahumeto , Deum vana , & per vana jurantem inducere : etiam falsa impio perjurio affirmantem facit , cum scilicet idem Deus per Cœlum , terramque jurat , Alcoranum vera à falsis distinguere : neque aliquid in eo reperiri futile , vanum , aut otiosum . Alcoranus ipse tantum , tàmque impium perjurium patefacere poterit .

IV. Videat porrò lector , quàm dissitæ inter se , ac dissutæ sint in hac Sura sententiæ , itaut nec pes , nec caput , nec ullum ex illius membris , uni reddatur formæ . Verùm hoc morbo totus laborat Alcoranus . Vide , quæ paulò ante diximus .

سورة الاعلى مكيّة تسع عشرة آية

SURA LXXXVII.

ALTISSIMUS MECCANA:

COMMATUM DECEM, & NOVEM.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 سبح اسم ربك الاعلى ۞ 2 الذي خلق فسوى ۞ 3 والذي قدر فهدى ۞ 4 والذي
اخرج المرعى ۞ 5 فجعله غثاء احوى ۞ 6 سنقرئك فلا تنسى ۞ 7 الا ما شاء الله انه يعلم
الجهر وما يخفى ۞ 8 ونيسرك لليسرى ۞ 9 فذكر ان نفعت الذكرى ۞ 10 سيذكر
من يخشى ۞ 11 ويتجنبها الاشقى ۞ 12 الذي يصلى النار الكبرى ۞ 13 ثم لا يموت
فيها ولا يحيى ۞ 14 قد افلح من تزكى ۞ 15 وذكر اسم ربه فصلى ۞ 16 بل تؤثرون
الحيوة الدنيا ۞ 17 والاخرة خير وابقى ۞ 18 ان هذا لفي الصحف الاولى ۞ 19 صحف
ابراهيم وموسى ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. LAuda nomen Domini tui Altiſſimi. 2. Qui creavit, deindè conformavit *creatum*. 3. Et qui decrevit, deindè direxit *decretum*. 4. Et qui eduxit paſcuum *pecoribus*. 5. Deindè reddidit illud fœnum aridum. 6. Faciemus te legere, neque obliviſceris. 7. Niſi, quod voluerit Deus: quippè ipſe novit manifeſtum, & id, quod latet. 8. Et facilitabimus tibi *viam* ad facillimum. 9. Itaque commonefac: quippè utilis erit commonitio. 10. Commonefiet *per eam*, qui timet *Deum*. 11. Et averſabitur eam infeliciſſimus. 12. Qui conjicietur comburendus in Ignem majorem. 13. Tùm non morietur in eo, neque vivet. 14. Jam felicitatem adeptus eſt, qui purificatus fuit *per fidem*. 15. Et commemoravit nomen Domini ſui, & oravit. 16. Sed *vos*, *ò infideles*, præfertis vitam mundanam *æternæ*. 17. Vita autem altera eſt melior, & permanentior. 18. Profectò hoc ſanè *ſcriptum eſt* in codicibus prioribus. 19. Codicibus Abrahæ, & Moyſi.

NOTÆ.

APud pleroſque epigraphe eſt الاعلى, Altiſſimus. Quidam tamen codices habent سبح, *Lauda*. Utraque dictio in primo verſu reperitur. Surra Meccana eſt, ac novemdecim verſus complectitur. Qui eam legerit اعطاه الله عشر حسنات بعدد كل حرف انزله الله على ابراهيم وموسى ومحمد: Refutat. in Alcor.

Dabit ei Deus decem bona pro unaquaque littera ſcripta in codicibus miſſis à Deo ad Abraham, Moyſen, & Mahumetum.

II. *Conformavit.*] Arabicè سوى, æquavit, ſeu æquale fecit, ideſt numeris omnibus abſolvit.

III. *Decrevit.*] Arabicè قدر; Uſurpatur in Alcorano pro ſignificanda Divina prædeſtinatione, ad quam ſequitur directio per media ad illam à Deo ordinata: non quòd tantùm ſapuerit homo impius, & idiota; ſed quòd aliorum lingua, tanquam pſittacus loquebatur.

VI. *Faciemus te legere.*] Ideſt repetere verba Alcorani, dùm legitur tibi à Gabriele. Gelal: وكان ص يجهر بالقراة مع قراة جبراييل خوف النسيان فكانه قيل له لا تعجل بها انك لا تنسا ولا تتعب نفسك بالجهر بها: *Recitabat Mahumetus Alcoranum elata voce ſequens lectionem Gabrielis* (& in hoc linguam accelerabat) *ob timorem oblivionis. Quaſi igitur hic dicitur illi: Ne acceleres lectionem, quia non obliviſceris illius: neque defatiges teipſum elata voce legendo.*

VIII. *Ad facillimum.*] Explicat Gelal: للشريعة السهلة وهى الاسلام: *Ad legem facilem, nempè Eslamiticam.*

XII. *In Ignem majorem.*] Explicat Gelal: *in Ignem Gehennæ, qui major eſt, & vehementior igne Mundi hujus.*

REFUTATIONES.

I. NImis pueriliter introducitur Mahumetus veluti ſub Pædagogo repetere ea, quæ Gabriel illi legebat ex Alcorano; quorum, ne quid pronunciando tranſiliret, vel obliviſceretur, vocis contentione, & linguæ feſtinatione ſeipſum enecabat: Quamobrem neceſſe fuit, ut Deus illum conſolaretur, ſimulque admoneret, ut ſubmiſſiori voce, minorique acceleratione Gabrielis verba repetendo ſequeretur. Nonnè ſatis erat, Mahumetum attentis auribus Gabrielem legentem audire? Quid opus erat, ea, quæ legebat, lingua iterare? Neſcio verò, quomodò conſiſtere poſſit id, quod certiſſimè credunt Mahumetani, Alcoranum non niſi per viginti trium annorum ſpatium per verſiculos revelatum fuiſſe Mahumeto, cum hac quotidiana lectione, qua caput illi obtundebat Gabriel tenens præ manibus Alcoranum ſuum, ne aliquid prætermitteret ex lapſu memoriæ, quem etiam ſemel in anno totum eidem Mahumeto oſtendebat, quò pro ſuo libito illum, & videre, & legere poſſet. Huc accedit ex vita Mahumeti, & ex ipſo Alcorano conſtare, Mahumetum ipſum ſemper apud ſe Alcorani librum habuiſſe, illumque legiſſe aliis, ac tradidiſſe. Vide, quæ diximus in Tractatu de Alcorano, & alibi.

II. Appellat Mahumetus facillimam legem Eslamiticam; nempè, quam ipſe docebat, & profitebatur. Et revera talis eſt lex Alcoranica, quæ libidinibus omnibus laxat frena: & quamvis nonnulla aliquantò difficilia præcipiat, ea tamen, niſi pœnæ timor occurrat, facilè negliguntur.

III. Utitur impoſtor conſueta ſibi fallendi arte. Mundanam vitam, ac temporaneam felicitatem Celeſti, atque æternæ præferendam monet: Quis non credat, Mahumetum è Thebaide, vel è Laura prodiiſſe, qui tantum terrenarum rerum contemptum oſtentet? & tamen mundaniſſimus ipſe, ac terreniſſimus erat. Sed cupiditates ſuas tàm pia, modeſtaque larva tegere nitebatur.

IV. Allegat Mahumetus Codices antiquos Abrahæ, & Moyſi, aſſeritque in illis ſcriptum reperiri id, quod in hac Sura continetur. Codices Abrahæ, cùm nullibi ſint, nec fortè unquam extiterint, fruſtrà in teſtes adducuntur. In codicibus Moyſi, ſcilicet Pentateucho, ſi quis hanc Alcorani Suram reperiat, erit mihi magnus Apollo.

سورة الغاشية مكيّة ستّ وعشرون آية

SURA LXXXVIII.

OPERIENS.

MECCANA:

COMMATUM VIGINTI SEX.

بسم الله الرحمن الرحيم

١ هل أتيك حديث الغاشية ٢ وجوه يومئذ خاشعة ٣ عاملة ناصبة ٤ تصلى
نارا حامية ٥ تسقى من عين آنية ٦ ليس لهم طعام إلا من ضريع ٧ لا يسمن
ولا يغنى من جوع ٨ وجوه يومئذ ناعمة ٩ لسعيها راضية ١٠ فى جنة عالية
١١ لا تسمع فيها لاغية ١٢ فيها عين جارية ١٣ فيها سرر مرفوعة ١٤ وأكواب
موضوعة ١٥ ونمارق مصفوفة ١٦ وزرابى مبثوثة ١٧ أفلا ينظرون إلى الإبل كيف
خلقت ١٨ وإلى السماء كيف رفعت ١٩ وإلى الجبال كيف نصبت ٢٠ وإلى
الأرض كيف سطحت ٢١ فذكر إنما أنت مذكر ٢٢ لست عليهم بمصيطر
٢٣ إلا من تولى وكفر ٢٤ فيعذبه الله العذاب الأكبر ٢٥ إن إلينا إيابهم
٢٦ ثم إن علينا حسابهم *

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. AN pervenit ad te * narratio Operientis? 2. Vultus *aliquorum* die illa *erunt* demiſſi. 3. *Velut* operantes, laborantes (*ideſt labore fatigati*). 4. Ingredientur uſtulandi in ignem ardentem. 5. Potabuntur ex fonte ferventiſſimo. 6. Non erit illis cibus, niſi ex Dharih. 7. *Qui* non pinguefaciet, neque depellet famem. 8. Vultus *verò aliquorum erunt* die illa jucundi. 9. De ſtudio ſuo *in operibus bonis* contenti. 10. In horto ſublimi *collocabuntur*. 11. Non audietur in eo futilia loquens. 12. In eo *erit* fons currens. 13. In eo *erunt* lectuli excelſi. 14. Et crateres appoſiti *ad bibendum*. 15. Et pulvinaria ordinatim diſpoſita. 16. Et tapetes expanſi. 17. An ergo non reſpiciunt ad camelum, quomodò creatus ſit. 18. Et ad Cœlum, quomodò elevatum ſit. 19. Et ad montes, quomodò plantati ſint. 20. Et ad terram, quomodò expanſa ſit. 21. Itaque commonefac *illos*, quippè tu es *tantummodò* commonitor. 22. Non es ſuper eos violenter imperaturus. 23. Verùm, qui tergiverſatus fue-

* Italicè la novella.

Saltat extra chorum nimis ineptè.

Inſulſa concluſio.

fuerit, & noluerit credere, 24. Puniet eum Deus pœna majori (*ideſt Gehenna*). 25. Certè ad nos *erit* reditus eorum. 26. Tùm ſanè noſtrum erit exigere rationem ab eis.

NOTÆ.

INſcriptio Arabicè الغاشية, *Operiens*, deſumitur ex primo verſu, quemadmodùm in multis præcedentibus, & in pleriſque ſequentibus Suris. De loco hujus *Suræ*, & de numero verſuum illius, nulla videtur eſſe controverſia. Qui eam legerit حاسبه الله حسابًا يسيرًا: *benignum, ac facilem experietur Deum in reddenda ratione.*

I. *Operientis.*] Arabicè eſt generis fœminei, quemadmodùm alia hujuſcemodi epitheta, quæ ad diem Reſurrectionis referuntur. Ita autem appellatur hæc dies, quia, ut ait Gelal: تغشى الخلايق باهولها: *Operiet creaturas terroribus ſuis.*

VI. *Niſi ex Dharib.*] Vox Arabica ضريع, ſignificat debilitatem, maciem, ac flacedinem. Hic intelligitur eſſe ſpecies arboris ſpinoſæ, ac virulentæ.

XI. *Futilia loquens.*] Arabice لاغية generis fœminei, fortaſsè, quia proprium eſt fœminarum vana, ac futilia loqui. Quidam codices habent تسمع gen. fœm. *audiet*: & pro لاغية habent لاغيةً *futilia loquentem*: & tunc verbum *audiet* refertur ad نفس, *animam*, ſeu perſonam. Alii legunt لا تسمع *non audies*, nempè, *tu Mahumete* لاغية *futilia loquentem*.

REFUTATIONES.

I. TAm propè ſexcenties diei Reſurrectionis in Alcorano facta eſt mentio. Quamobrem nonniſi ineptiſſimè interrogatur hìc Mahumetus, utrum audierit unquam حديث narrationem *novam*, atque anteà *inauditam* ejuſdem diei.

II. Ea, quæ hìc habentur de cibo, potuque damnatorum, poſſunt aliquo modo tolerari, ſaltem, ſi parabolicè accipiantur: quamvis Moslemi propriè intelligant. Quæ verò de hortis, fontibus, lectulis, crateribus, pulvinaribus, & tapetibus Beatorum confinguntur, jam ſuperiùs tamquam ſummæ felicitati minimè convenientia rejecta ſunt.

III. Inepta prorsùs, & ridicula eſt hìc à die Reſurrectionis, & pœnis Gehennæ, ac felicitate Paradiſi, ad Camelum tranſitio; à Camelo autem ad Cœlum, ad montes, & ad terram, non minùs inepta. Verùm, quid non ineptum, & inconcinnum in Alcorano, quem tamen Moslemi ita ſapienter compactum, ac diſpoſitum jactant, ut nullus, niſi Deus illius author eſſe potuerit?

IV. Fingit hìc, ut alibi, præcipi à Deo, ne durè agat cum infidelibus, neque violenter eos trahat ad religionem, ſed ſolùm eos commoneat; hoc enim tantummodò ad eum pertinebat. Verùm quantociùs hæc per ſuram gladii retractavit, atque abrogavit. Sed ſatis de hac re alibi diximus.

سورة الفجر مكيّة ثلاثون آية

SURA LXXXIX.

AURORA.

MECCANA:

COMMATUM TRIGINTA.

بسم الله الرّحمن الرّحيم

١ والفجر ۞ ٢ وليالٍ عشرٍ ۞ ٣ والشفعِ والوترِ ۞ ٤ والليلِ إذا يسرِ ۞ ٥ هل في ذلك
قسمٌ لذي حجرٍ ۞ ٦ ألم تر كيف فعل ربّك بعادٍ ۞ ٧ إرم ذات العماد ۞ ٨ التي
لم يخلق مثلها في البلاد ۞ ٩ وثمود الذين جابوا الصخر بالواد ۞ ١٠ وفرعون ذي الأوتاد ۞
١١ الذين طغوا في البلاد ۞ ١٢ فأكثروا فيها الفساد ۞ ١٣ فصبّ عليهم ربّك سوط عذابٍ ۞
١٤ إنّ

14 إِنَّ رَبَّكَ لَبِالْمِرْصَادِ ۞ 15 فَأَمَّا الْإِنْسَانُ إِذَا مَا ابْتَلَاهُ رَبُّهُ ۞ 16 فَأَكْرَمَهُ وَنَعَّمَهُ فَيَقُولُ رَبِّي
أَكْرَمَنِ ۞ 17 وَأَمَّا إِذَا مَا ابْتَلَاهُ فَقَدَرَ عَلَيْهِ رِزْقَهُ فَيَقُولُ رَبِّي أَهَانَنِ ۞ 18 كَلَّا بَل لَّا
تُكْرِمُونَ الْيَتِيمَ ۞ 19 وَلَا تَحَاضُّونَ عَلَى طَعَامِ الْمِسْكِينِ ۞ 20 وَتَأْكُلُونَ التُّرَاثَ أَكْلًا
لَّمًّا ۞ 21 وَتُحِبُّونَ الْمَالَ حُبًّا جَمًّا ۞ 22 كَلَّا إِذَا دُكَّتِ الْأَرْضُ دَكًّا دَكًّا ۞
23 وَجَاءَ رَبُّكَ وَالْمَلَكُ صَفًّا صَفًّا ۞ 24 وَجِيءَ يَوْمَئِذٍ بِجَهَنَّمَ يَوْمَئِذٍ يَتَذَكَّرُ الْإِنْسَانُ وَأَنَّى لَهُ
الذِّكْرَى ۞ 25 يَقُولُ يَا لَيْتَنِي قَدَّمْتُ لِحَيَاتِي ۞ 26 فَيَوْمَئِذٍ لَا يُعَذِّبُ عَذَابَهُ أَحَدٌ ۞
27 وَلَا يُوثِقُ وَثَاقَهُ أَحَدٌ ۞ 28 يَا أَيَّتُهَا النَّفْسُ الْمُطْمَئِنَّةُ ۞ 29 ارْجِعِي إِلَى رَبِّكِ رَاضِيَةً
مَّرْضِيَّةً ۞ 30 فَادْخُلِي فِي عِبَادِي وَادْخُلِي جَنَّتِي ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr Auroram: 2. Et noctes decem. 3. Et conjuctionem, & ſeparationem. 4. Et noctem, quandò accedit, & recedit. 5. An in hoc *non eſt* juramentum prædito intelligentia? 6. Nonnè animadvertiſti, quomodò ſe geſſerit Dominus tuus cum Adęis. 7. Eramęis, habentibus columnas. 8. Quibus non fuit creatum ſimile *ipſis* in regionibus. 9. Et Themudæis, qui excavaverant rupes in Valle. 10. Et Pharaone, authore paxillorum. 11. Qui exorbitanter ſe gerebant in regionibus. 12. Et multiplicaverant in *illis* corruptionem. 13. Quamobrem effudit ſuper eos Dominus tuus flagellum pęnæ. 14. Quippè Dominus tuus ſanè *eſt* in obſervatione (*ideſt obſervat omnia opera hominum*). 15. Porrò homo, ubi experimentum fecerit ejus Dominus illius *rebus ſecundis*, 16. Et honoraverit eum, & beneficaverit eum. 17. Dicit: Dominus meus honoravit me. 18. At verò, ubi probaverit eum *rebus ſiniſtris*, & arctaverit ſuper eum proventum ſuum. 19. Dicit: Dominus meus deſpexit me. 20. Nequaquam ita eſt: ſed *vos* non honoratis orphanum. 21. Neque excitatis *vos* ad cibandum pauperem. 22. Et comeditis hæreditatem *mulierum*, & *puerorum* comeſtione valida (*ideſt aviditate magna*). 23. Et diligitis opes dilectione vehementi. 24. Ita eſt. Cùm comminuta fuerit terra minutatim. 25. Et venerit Dominus tuus, & Angelus (*ideſt Angeli*) ordinatim (*ideſt in acies diſpoſiti*). 26. Et adducta fuerit die illa Gehenna: die illa recordabitur homo *malorum ſuorum præteritorum*. 27. Sed unde *erit* ei recordatio? 28. Dicet: O utinam ego præmiſiſſem *bona opera* vitę meę. Sed die illa non puniet pęna ejus ullus: & non ligabit vinculo ejus ullus. 29. O anima fiduciam habens, revertere ad Dominum tuum contenta, accepta (*mihi*). 30. Et intra inter ſervos meos, & ingredere Paradiſum meum.

NOTÆ.

EX primõ verſu deſumitur Inſcriptio الفجر *Aurora*. Dubium porrò eſt inter Expoſitores, utrum Sura Meccana ſit, an verò Medinenſis. Jahias ponit مكّية كلّها *Meccanam totam*. Gelal: مكّية او مدنية, *Meccanam, vel Medinenſem*. In enumerandis etiam verſibus non conveniunt: quidam enim triginta: quidam novem, ac viginti: quidam duos ſupra viginti recenſent. Sed primus computus eſt communior. De prçmio Lectoris hæc habent: من قراء سورة الفجر فى الليالى العشر غفر له ومن قراءها فى سايم الايام كان لـه نورا يوم القيمـة *Qui legerit Suram Auroræ in noctibus decem, remittentur ei peccata. Qui autem legerit eam cæteris diebus, erit ei lux in die Reſurrectionis*.

II. *Et noctes decem*.] Explicat Gelal: عشر ذى الحجة; *decem noctes menſis Dhulhoggiat*, ideſt Peregrinationis: ſeu potiùs decimam noctem ejuſdem menſis: vel, ut alii malunt: tres noctes illius, decimam ſcilicet,

undecimam, ac duodecimam. Eſt autem hic menſis Sacer apud Arabes.

III. *Et conjunctionem, & ſeparationem.*] Arabicè والشفع والوتر. Diverſimodè exponunt Moslemi has duas voces, ut patet ex Zamchaſcerio, cujus hæc ſunt verba: المشفع والوتر امّا الاشيا كلّها شفعها ووترها واما شفع هذه الليالي ووترهـا: ويجوز ان يكون شفعها يوم النحر ووترها يوم عرفة لانه تاسع ايامها وذاك عاشرها: وقد روى عن النبى ص انـه فسّر مـا بذلـك وقد اكثروا في الشفع والوتر. *Conjunctio, & ſeparatio, vel ſignificat res omnes, ex quibus aliæ ſunt conjunctæ, aliæ ſeparatæ: Vel conjunctionem prædictarum noctium: & ſeparationem earum* (nempè omnes ſimul conjunctas, & ſingillatim acceptas). *Poteſt etiam dici conjunctionem earum eſſe diem mactationis ovium: ſeparationem verò diem Araphat* (qua ſcilicet peregrini viſitant montem Araphat) *quia hic eſt nonus dierum ejus, & ille decimus. Habetur autem ex traditione, Mahumetum ipſum ita declaraſſe hæc verba. Jam verò multiplicatæ ſunt expoſitiones conjunctionis, & ſeparationis.* Jahias affert aliam expoſitionem ex Cottada: الشفع الخلق والوتر اللـه: *Conjunctio ſunt creaturæ: ſeparatio autem* (ſeu ſingularitas) *eſt Deus.* Quidam exponunt; *par, & impar.* Gelal: * الزوج والفرد *Conjugatum, & ſeparatum.*

* Italicè, Pari, e Caffo.

V. *An in hoc non eſt juramentum?*] Senſus eſt: Nonne juramentum factum per omnia ſupradicta; vel per hoc ultimum, eſt graviſſimum apud viros prudentes, & cordatos? Vah nebulo.

VII. *Eramæis.*] Arabicè ارم: eſt appoſitum Adæis, ad ſignificandum عاد الاولى, *Adæos priores*: nam fuerunt alii poſteriores, ut aliàs dictum eſt. Dicuntur autem hi Adæi ذات العماد *præditi columnis*, vel *habentes columnas*, quia eorum ſtatura erat in morem columnarum. Ut enim ſcribit Gelal: كان طول الطويل منهـم اربع مايـة ذراع: *Altitudo grandioris ſtaturæ inter eos erat quadringentorum cubitorum.* Hui.

IX. *Excavabant rupes in Valle.*] Nimirùm excidebant rupes, ut ex iis ſibi domos efficerent. Hoc autem dicitur factum fuiſſe in Valle, quæ, ut notat Gelal, eadem eſt, ac وادى القرى, *Vallis urbium*, nomen proprium loci.

X. *Authore paxillorum.*] Vide, quæ ſuperiùs dicta ſunt de hoc genere ſupplicii à Pharaone inventi.

XXVI. *Et adducta fuerit die illa Gehenna.*] Adcò litteraliter, ac materialiter accipiunt Moslemi Orthodoxi dicta Alcorani, ut putent, Gehennam, non ſecus, ac pecudem aliquam adducendam eſſe in locum ſupremi Judicii. Quamobrem ſcribit hìc Gelal: تقاد بسبعين الف زمام كل زمام بايدى سبعين الف ملك لهـا زفير وتغييظ. *Ducetur Gehenna ſeptuaginta millibus habenis: & unaquæque habena trahetur à ſeptuaginta millibus Angelis. Ipſa verò indignata, atque irata mugiet.*

XXVIII. *Sed die illa non puniet pœna ejus ullus.*] Verba perobſcura expoſitio Gelalis ita dilucidat: لا يعذّب احد مثل تعذيبه ولا يوثق مثل ايثاقـه. *Nullus puniet* (ideſt poterit unquam cruciare alium) *pœna, quæ ſit ſimilis punitioni illius* (nempè Dei, vel diei Judicii) *neque alligabit vinculis, eo modo, quo ipſe alligabit.*

XXIX. *Contenta, accepta.*] Arabicè راضية مرضية: vix poteſt latinè reddi, niſi vertamus: *complacens tibi ipſi, & complacita Deo*, ſeu, & in qua Deus ſibi complaceat.

REFUTATIONES.

I. ITerùm quater Deum per quatuor res vaniſſimas jurare confingit: & nihilominùs, hujuſcemodi juramenta à viris ſapientibus, ac prudentibus graviſſima exiſtimari contendit. Quod verò mirum eſt, ſubticetur, quid Deus juret, neque ex antecedentibus, neque ex ſubſequentibus divinari poteſt. Gelal, Zamchaſcerius, & alii putant ſubſtituendum: لتعذبن يا كفار مكة: *Certè puniemini, ò infideles Meccani.* Ita explent Moslemi Sapientes hiatus, & replent lacunas Alcorani; adeò, ut dimidium illius ad Mahumetum, dimidium ad Expoſitores pertineat: &, ſi purus legatur, vix ullus ex eo ſenſus integer elici poſſit.

II. Quamvis de Adæorum Eramæorum monſtruoſa ſtatura obſcuriùs loquatur Alcoranus, neque in verborum illius expoſitione omnes conveniant, celebriores tamen Expoſitores, & præſertim Gelal, & Jahias admittunt eorum ſtaturam perveniſſe uſque ad altitudinem quadrigentorum cubitorum. Quis verò ſanę mentis ſibi perſuadeat, hujuſmodi monſtra in rerum natura unquam reperta fuiſſe? Sed non mirum, quòd Mahumetani etiam ſapientiores hoc credant, cùm iidem, tamquam certum, & indubitatum tradant, Og Regem Baſan viginti trium millium, & triginta, ac trium cubitorum altitudinem habuiſſe. Et mirabimur deindè, hujuſmodi hominum genus Alcoranicis mendaciis tantam fidem habere, qui tàm abſurdis, tàmque ridiculis fabulis fidem habeant?

III. Notanda hìc Mahumeti hypocriſis, ac verſutia, dùm ita Orphanorum, ac pauperum curam commendat: & mulierum, puerorumque hæreditatem invadentes, atque opes ardentiori ſtudio affectantes vituperat; cùm tamen ipſe in his iiſdem rebus eſſet vituperabiliſſimus.

IV. Novum ex Alcorano portentum habemus: adducendam ſcilicet Gehennam in die Reſurrectionis. Et ne, quis fortè putaret, hanc eſſe loquendi formam metaphoricam, tradunt Expoſitores, ut vidimus in Notis, verè adducendam eſſe alligatam ſeptuaginta millibus habenis, quarum unaquæque à ſeptuaginta millibus Angelis trahenda ſit: ipſam verò indignatam, atque iratam, mugitus edituram. Putant ſcilicet Moslemi immanem aliquam beluam, vel monſtrum eſſe Gehennam.

سورة البلد مكّية عشرون آية

SURA CX.
REGIO.
MECCANA:
COMMATUM VIGINTI.

بسم الله الرّحمن الرّحيم

1 لا أُقسِمُ بِهٰذَا ٱلبَلَدِ ۞ 2 وَأَنتَ حِلٌّ بِهٰذَا ٱلبَلَدِ ۞ 3 وَوَالِدٍ وَمَا وَلَدَ ۞ 4 لَقَدْ خَلَقْنَا
ٱلْإِنسَانَ فِي كَبَدٍ ۞ 5 أَيَحْسَبُ أَن لَّن يَقْدِرَ عَلَيْهِ أَحَدٌ ۞ 6 يَقُولُ أَهْلَكْتُ مَالًا لُّبَدًا ۞
7 أَيَحْسَبُ أَن لَّمْ يَرَهُ أَحَدٌ ۞ 8 أَلَمْ نَجْعَل لَّهُ عَيْنَيْنِ ۞ 9 وَلِسَانًا وَشَفَتَيْنِ ۞ 10 وَهَدَيْنَاهُ
ٱلنَّجْدَيْنِ ۞ 11 فَلَا ٱقْتَحَمَ ٱلْعَقَبَةَ ۞ 12 وَمَا أَدْرَاكَ مَا ٱلْعَقَبَةُ ۞ 13 فَكُّ رَقَبَةٍ ۞ 14 أَوْ
إِطْعَامٌ فِي يَوْمٍ ذِي مَسْغَبَةٍ ۞ 15 يَتِيمًا ذَا مَقْرَبَةٍ ۞ 16 أَوْ مِسْكِينًا ذَا مَتْرَبَةٍ ۞ 17 ثُمَّ كَانَ
مِنَ ٱلَّذِينَ آمَنُوا وَتَوَاصَوْا بِٱلصَّبْرِ ۞ 18 وَتَوَاصَوْا بِٱلْمَرْحَمَةِ ۞ 19 أُولَٰئِكَ أَصْحَابُ ٱلْمَيْمَنَةِ ۞ 20 وَٱلَّذِينَ
كَفَرُوا بِآيَاتِنَا هُمْ أَصْحَابُ ٱلْمَشْئَمَةِ عَلَيْهِمْ نَارٌ مُّؤْصَدَةٌ

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. NOn juro per hanc regionem. 2. (Et tu *es* reſidens in hac regione). 3. Et *per* generantem, & quod genuit *generans*. 4. Jam quidem creavimus hominem in ærumna. 5. An exiſtimat, quòd non habiturus ſit poteſtatem ſupra ſe ullus? 6. Dicit: Peſſumdedi divitias copioſas. 7. An exiſtimat, quòd non viderit ipſum ullus? 8. Nonnè fecimus illi duos oculos? 9. Et linguam, & duo labia? 10. Et direximus eum per duas vias (*nempè boni, & mali*). 11. At verò non tranſcendit clivoſitatem. 12. Quid autem faciet te intelligere, quid *ſit* clivoſitas? 13. Solutio cervicis (*ideſt redemptio captivi*). 14. Aut cibare in die habente famem (*ideſt tempore famis*). 15. Orphanum habentem propinquitatem (*ideſt conſanguineum*). 16. Aut pauperem habentem ſtratum terrenum (*ideſt humi dormientem*). 17. Deindè fuit ex iis, qui crediderunt, & commendaverunt ſibi mutuò patientiam. 18. Et commendaverunt ſibi mutuò miſericordiam. 19. Hi *erunt* ſocii dexteræ. 20. Qui autem increduli fuerint in ſigna noſtra, hi *erunt* ſocii ſiniſtræ: ſuper eos *erit* ignis fornicatus (*ideſt ambiens eos in modum fornicis*).

NOTÆ.

NOTÆ.

DE Suræ inſcriptione, & loco: & de numero verſuum illius, nihil occurrit, quod peculiari nota dignum ſit. De præmio Lectoris ita Zamchaſcerius: من قراء سورة البلد اعطاه الله الامان من غضبه يوم القيمة *Qui legerit Suram Regionis, dabit illi Deus ſecuritatem ab ira ſua in die Reſurrectionis.*

I. *Non juro per hanc Regionem.*] Omnes conveniunt, Regionem hanc eſſe Meccam, in qua Mahumetus indigena reſidebat. Hìc etiam adverto, particulam negativam لا *non*, exiſtimari ab expoſitoribus ſuperfluam.

III. *Et per generantem, & quod generavit.*] Nempè, per genitorem, & genitum, ſeu genitos. Explicat Gelal: ادم وذريته *Adam, & generationem ejus*, ſeu genitos ab eo, vel poſteros ejus. Zamchaſcerius pro generante intelligit etiam ipſum Mahumetum, vel Iſmaelem, aut Abraham. Alii ſimpliciter volunt, hìc intelligi omne generans, & omne genitum.

V. *An exiſtimat.*] Sugillat hìc juxta Gelalem ſuperbiam, & jactantiam cujuſdam nobilis Coraiſitæ nomine ابو الاشدين *Abul-Aſciaddain*. Alii tamen juxta Zamchaſcerium, volunt notari الوليد ابن المغيرة, *Validum filium Mogheirę*. Horum alteruter gloriabatur, ſe divitias peſſumdediſſe prò ſuſtinendis contra Mahumetum inimicitiis.

XI. *At verò non tranſcendit clivoſitatem.*] Arabicè: فلا اقتحم العقبة: locus obſcurior. Porrò عقبة eſt *jugum montis*, ſeu pars montis, quæ difficiliùs aſcenditur. Hìc ſatis ineptè explicatur à Mahumeto pro *liberatione cervicis, ſeu captivi:* Porrò Gelal exponit per interrogationem فهلا *Nonne*, ironicè, ut alibi notavimus, in ſenſu negandi. Verbum autem اقتحم interpretatur جاوز *pertranſiit*. Senſus igitur eſt: *Non redemit captivum.*

XIV. *Aut cibare in die habente famem.*] Nimirùm per *clivoſitatem*, intelligit etiam *cibare pauperem in die habente famem*, ideſt, tempore famis.

XVII. *Deindè fuit ex iis, qui crediderunt.*] Jahias: ثم كان النبى فعل ذلك من الذين امنوا: *Deindè fuit ille, qui hęc fecit* (nempè, qui redemit captivum, cibavit pauperem, &c.) *ex iis, qui crediderunt, &c.* Sed Gelal, & Zamchaſcerius connectunt cum اقتحم, itaut hìc etiam operetur particula negativa فلا, & ſenſus ſit, *Deindè non fuit ex iis, qui crediderunt, &c.* Adeò confuſus, & obſcurus eſt Alcoranus in ſuis ſententiis, ut Moslemi ipſi in iis explicandis incerti ſint, an aliquid affirmet, an verò neget.

REFUTATIONES.

I. IUrat Deus per Regionem Meccanam, & per generantem, & genitum, ſeu per patrem, & filium, ſe creaſſe hominem in ærumnis, miſeriis, & laboribus: nam ita exponunt Doctores Moslemi dictionem كبد, & Interpres Gallicus proprìè expreſſit, *dans la miſere*. Hujuſmodi autem juramentum non ſolùm vanum eſt, & impium, ut cætera ſuperiora: ſed etiam falſum, ita, ut perjurium Deo tribuatur. Ipſe enim Deus non in ærumnis, miſeriis, ac laboribus, ſed in maxima felicitate naturali hominem creavit. Homo verò deindè per peccatum ſeſe in miſerias, ærumnaſque conjecit.

II. Proponere fingitur Deus Mahumeto, quid ſit العقبة *clivoſitas*: tamquam res intellectu difficillima. Reſpondetque ipſe Deus, hanc eſſe redemptionem captivi. Quis credat, Deum hujuſmodi quiſquilias, ac nugas alicui proponere? Eſt ne res adeò cognitu difficilis, & ardua, redemptio captivi, ut exiſtimandus ſit *nodus dignus vindice Deo*? Ego tamen, ut ingenuè fatear, ſuſpicor, hoc loco juramentum nullam habere reſponſionem: quemadmodùm alia ſuperiùs: ſed id, quod fingitur Deus jurare, in cerebro, vel in calamo Mahumeti remanſiſſe. Illa verò, *Solutio cervicis*, & quæ ſequuntur, conſtituere ſententiam per ſe, à ſuperiori penitùs ſejunctam. Commiſeranda prorsùs Mahumeti, & Alcorani ſors; qui, cùm per ſe inepti ſint, Expoſitores tamen Moslemi ineptiores illos faciunt.

سورة

سورة الشمس مكيّة خمس وعشرة آية

SURA XCI.

SOL.

MECCANA:

COMMATUM QUINDECIM.

بسم الله الرحمن الرحيم

١ والشمس وضحيها ۞ ٢ والقمر إذا تليها ۞ ٣ والنهار إذا جليها ۞ ٤ والليل إذا يغشيها ۞
٥ والسماء وما بنيها ۞ ٦ والأرض وما طحيها ۞ ٧ ونفس وما سويها ۞ ٨ فألهمها فجورها
وتقويها ۞ ٩ قد أفلح من زكيها ۞ ١٠ وقد خاب من دسيها ۞ ١١ كذبت ثمود بطغويها ۞
١٢ إذ انبعث أشقيها ۞ ١٣ فقال لهم رسول الله ناقة الله وسقيها ۞ ١٤ فكذبوه فعقروها
فدمدم عليهم ربهم بذنبهم فسويها ۞ ١٥ ولا يخاف عقبيها ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr Solem, & ſplendorem ejus. 2. Per Lunam, cùm ſubſequitur illum. 3. Per diem, cùm fulgentiorem oſtendit illum. 4. Per noctem, cùm cooperit illum. 5. Per Cœlum, & qui fabricavit illud. 6. Per Terram, & qui expandit illam. 7. Per animam, & qui coęquavit eam. 8. Et dedit ei inſtinctum malitiæ ſuæ, & pietatis ſuæ (*ideſt inclinationem ad bonum, & malum*). 9. Jam felix eſt, qui purificavit eam (*ideſt Animam*). 10. Et jam perditus eſt, qui abſcondit eam *ſub peccatis*. 11. Mendacii inſimulaverunt Themudæi *Prophetam ſuum Saleh* ob exceſſum pravitatis ſuæ. 12. Cùm accurrit miſerrimus eorum *Cedar ad occidendam Camelam*. 13. Dixitque eis Legatus Dei: *Hæc eſt* Camela Dei; & *hic eſt* potus illius. 14. Atqui mendacii inſimulaverunt eum; & peremerunt eam. Propterea obruit eos Dominus eorum *pęna* ob peccatum eorum; Et ęqualem fecit eam *omnibus*. 15. Et non timebit *Deus ab eis* redditionem vicis ejus (*ideſt pęnę*).

NOTÆ.

DE Suræ titulo, ac loco; deque numero verſuum illius nihil occurrit peculiariter notandum. De Lectoris pręmio hæc habet ex ipſo Mahumeto Zamchaſcerius: من قرأ سورة الشمس فكأنما تصدق بكل شيء طلعت عليه الشمس والقمر: *Qui legerit Suram Solis, erit, ac ſi dediſſet in eleemoſynam univerſa, quæ Sol, & Luna colluſtrant.*

III. *Cùm fulgentiorem oſtendit illum.*] Hoc evenit in meridie.

VII. *Coæquavit eam.*] Arabicè: سويها: nimirùm rectè conformavit, & diſpoſuit partes ejus. Hoc autem

cem propriè dicitur de corpore : ſed hìc *anima* pro toto homine accipi poteſt ex modo loquendi Arabum, & Hebræorum.

VIII. *Et inſtinctum dedit ei.*] Arabicè : فالهمها *Inſpiravit*, ſeu clandeſtino inſtinctu docuit.

XI, *Themudæi.*] Jam ſuprà de Themudæis, eorumque Propheta Saleh, & de tota Fabula Camelæ ſatis dictum eſt.

XV. *Et non timebit.*] Nimirùm non timuit Deus, ne Themudæi ſibi vicem redderent pœnæ à ſe illatæ iiſdem.

REFUTATIONES.

I. SEpties hìc jurat Deus per creaturas ſuas, felices eſſe eos, qui animam ſuam purificaverint : infelices verò, ac perditos eos, qui eamdem peccatis obruerint : Atqui non erat hæc res adeò intellectu, credituque difficilis, ut tot Dei juramenta, quò capi poſſet, exigeret. Sed Mahumetus adeò immundus erat animo, ac tot, tantiſque ſceleribus oneratus, ut nonniſi per iterata Dei juramenta, hanc ſibi veritatem poſſet perſuadere.

II. Non carent errore verba illa verſus octavi : *Et dedit ei inſtinctum malitiæ ſuæ, & pietatis ſuæ.* Arabicè والهمها فجورها وتقواها. Quaſi verò Deus indiderit homini propenſionem, & inclinationem ad malum, quæ non ex Dei inſtinctu, ſed ex originali culpa in homine provenit. Deus enim hominem rectum creavit, quemadmodùm Mahumetus ipſe videtur hìc verſu ſeptimo fateri. Verum quidem eſt, bonum, ac malum illi propoſuiſſe cum libero arbitrio amplectendi, utrum vellet. At hoc non fuit dare illi inſtinctum, & inclinationem ad malum, ſeu malitiam illi inſpirare, prout Arabica verba ſonant.

III. Importunè omninò, & extra rem, ingerit hìc Mahumetus fabulam, toties decantatam Saleh, Themudæorum. Verùm, quid non importunum, & extra rem reperitur in Alcorano ? Vide dicta ſuperiùs.

سورة الليل مكيّة احدي وعشرون آية

SURA XCII.

NOX.

MECCANA:

COMMATUM UNIUS, & VIGINTI.

بسم الله الرحمن الرحيم

١ والليل إذا يغشي ۞ ٢ والنهار إذا تجلّي ۞ ٣ وما خلق الذكر والانثي ۞ ٤ إنّ
سعيكم لشتّا ۞ ٥ فاما من أعطي واتقي ۞ ٦ وصدق بالحسني ۞ ٧ فسنيسره لليسري ۞
٧ واما من بخل واستغني ۞ ٩ وكذب بالحسني ۞ ١٠ فسنيسره للعسري ۞ ١١ وما يغني
عنه ماله إذا تردّي ۞ ١٢ إنّ علينا للهدي ۞ ١٣ وإنّ لنا للاخرة والاولى ۞ ١٤ فانذرتكم
نارا تلظّي ۞ ١٥ لا يصليها إلّا الاشقي ۞ ١٦ الذي كذّب وتولّى ۞ ١٧ وسيجنبها الاتقي ۞
١٨ الذي يؤتي ماله يتزكّي ۞ ١٩ وما لاحد عنده من نعمة تجزي ۞ ٢٠ إلّا ابتغاء وجه
ربّه الاعلي ۞ ٢١ ولسوف يرضي ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr Noctem, cùm obruerit *tenebris Orbem*. 2. Per diem, cùm clarior apparuerit. 3. Per eum, qui creavit maſculum, & fœminam.
a diverſum. 4. Certè ſtudium veſtrum eſt ſanè *a* diſſimile. 5. Porrò qui dederit *Deo id*,

quod

quod debet , & timuerit *eum* . 6. Et profeſſus fuerit optimam *religionem* . 7. Facilitavimus ei *viam* ad Facillimum (*ideſt ad Paradiſum*) . 8. At verò , qui avarus fuerit , & divitias cumulare ſtuduerit. 9. Et , ut falſum negaverit *id* , *quod eſt* optimum (*nempè unitatem Dei*) . 10. Facilitavimus ei *viam* ad *id* , *quod eſt* difficillimum (*ideſt Gehennam*) . 11. Et non proderunt ei divitiæ ejus , cùm præceps dejectus fuerit *in ignem* . 12. Certè ad nos *pertinet* ſanè directio *hominum* . 13. Et profectò nobis *eſt* Noviſſima , & Prima (*ideſt ad nos ſpectat diſponere de futura vita , & de preſenti*) . 14. Porrò comminatus ſum vobis ignem , *qui* vehementer ardet . 15. Non deſcendet comburendus in illum , niſi infeliciſſimus . 16. Qui mendacii inſimulaverit *Mahumetum* , & tergiverſatus fuerit *à credendo in eum* . 17. Sed elongabitur ab eo (*ideſt igne*) Piiſſimus . 18. Qui dedit facultates ſuas , *ut* purus fieret 19. Et non *eſt* ulli apud eum (*ideſt ab eo*) aliquod beneficium, *quod* remunerandum ſit . 20. Sed *beneficia confert* ex deſiderio faciei Domini ſui Altiſſimi (*ideſt ob ſpem remunerationis à Deo*) . 21. Et quidem poſteà ſibi complacebit *in eadem remuneratione* .

NOTÆ.

DE Suræ epigraphe, ac loco, deque verſuum ejus numero nihil hìc ſpecialiter notandum occurrit. De Lectoris premio hæc habentur : من قراء سورة الليل اعطاه الله حتى يرضى وعافاه من العسر ويسر له اليسر *Dabit ei Deus tantum, quanto ipſe contentus ſit: & liberabit eum à rebus difficilibus: & facilitabit illi facilitatem* . Ideſt omnia ei facilia concedet.

IV. *Certè ſtudium veſtrum eſt ſanè diſſimile* .] Quia ſcilicet alii benè, alii malè operantur : alii fideles ſunt, alii infideles.

XVII. *Piiſſimus* .] Putat Gelal per hunc Piiſſimum notari Abubacrum, cognomine الصديق , *Veracem*, ſeu *Juſtum*: ita enim habet : وهذا نزل فى الصديق رضى الله عنه لما اشترى بلالاً المعذب على ايمانه واعتقه فقال الكفار انما فعل ذلك ليد كانت له عنده فنزل , *&c. Hæc dicta ſunt pro Veraci fauſtæ memoriæ . Nam , cùm is emiſſet Belalum , qui pro fide ſua torquebatur ab infidelibus, & liberaſſet eum, dixerunt infideles : Certè hoc fecit ob utilitatem , ſeu lucrum , quod ſperavit ab eo* , ad verbum ; *propter manum , quæ erat illi apud eum* . Quamobrem dicitur hìc de eo : *Et non eſt ulli ab eo aliquod beneficium , quod remuneretur* , ideſt nulli benefacit ob ſpem remunerationis ab eo ; ſed tantùm ob ſpem premii à Deo recipiendi.

REFUTATIONES.

I. TRino juramento per res ſatis diſparatas, nempè per noctem, quandò eſt obſcurior, per diem , quandò eſt clarior , & per creatorem maſculi , & fœminæ , utitur Deus , ut homines credant, ſe eſſe inter ſe diſſimiles in ſtudiis ſuis . Verùm, quis, niſi inſanus, poſſit hac de re dubitare ? Frivolum igitur , atque otioſum eſt hujuſmodi juramentum , quod etiam per res frivolas , & inanes, ac ſuperſtitioſas aſſumitur . Licèt enim tertia vice Deus in teſtem videatur adhiberi : non tamen intelligi poteſt, cur Deus ille advocetur in teſtem , qui creavit maſculum , & fœminam , non verò is , qui univerſa creavit .

II. Immeritò Alcorani expoſitores cenſent , non eſſe in Gehennam detrudendos , niſi , qui mendacii Mahumetum inſimulaverint , & in eum credere recuſaverint . Qua enim ratione quis credat in eum , vel veracem illum putet , qui in ſuo Alcorano tot mendaciorum , atque errorum reus deprehenditur ?

III. Si Piiſſimus ille , cujus fit hìc mentio , & cujus laudes adeò celebrantur , juxta Expoſitores , intelligitur eſſe Abubacer , evincitur manifeſtè , Mahumetum Prophetam non fuiſſe , qui non præviderit, Abubacrum contra fas omne , & jus poſt mortem ſuam ſummum ſibi imperium uſurpaturum , in quo ipſemet ſucceſſorem ſuum toties Alym deſtinaverat.

سورة الضحى مكيّة احدى عشرة آية

SURA XCIII.

ELEVATIO SOLIS.

MECCANA:

COMMATUM UNDECIM.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 والضحى ۞ 2 والليل إذا سجى ۞ 3 ما ودعك ربك وما قلى ۞ 4 وللاخرة خير لك من
الاولى ۞ 5 ولسوف يعطيك ربك فترضى ۞ 6 ألم يجدك يتيما فاوى ۞ 7 ووجدك ضالا
فهدى ۞ 8 ووجدك عايلا فاغنى ۞ 9 فاما اليتيم فلا تقهر ۞ 10 واما السايل فلا تنهر ۞
11 واما بنعمة ربك فحدث ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr Elevationem Solis. 2. Et Noctem, cùm intempeſta fuerit. 3. Non dereliquit te Dominus tuus, neque odit. 4. Et certè vita noviſſima melior *erit* tibi, quàm prima. 5. Et poſtmodùm ſanè dabit tibi Dominus tuus id, quo contentus ſis. 6. Nonnè invenit te orphanum, & ſuſcepit *te*? 7. Et invenit te pauperem, & ditavit *te*. 9. Porrò orphanum ne violenter tractes *uſurpando ejus bona*. 10. Mendicantem verò ne increpes *ob importunitatem*. 11. Beneficentiam autem Domini *erga te* enarra.

NOTÆ.

DE Suræ hujus inſcriptione, & loco, itemque de numero verſuum, nihil occurrit peculiariter notandum. De Lectoris præmio, hæc traduntur: من قراء سورة الضحى اعطاه الله عشر حسنات بعدد كل يتيم وسائل: *Qui legerit Suram elevationis Solis, recipiet à Deo decem bona pro numero ſingulorum orphanorum, & pauperum mendicantium.*

I. *Per elevationem Solis.*] Vox Arabicà الضحى, exponitur à Gelale: اول النهار او كلها. *Principium diei, aut totus dies.* Jahias verò: ضوء النهار وقيل ساعة من ساعات النهار وقال الفرى الضحى النهار كله: *Jubar diei; vel, ut alii malunt, una ex horis diei; & juxta Alphara, dies totus.* Beidavius exponit: وقت ارتفاع الشمس وتخصيص لان النهار يقوى فيه او لان فيه كلم موسى ربه والقى سحرة سجدا: *Tempus elevationis Solis: & ſpeciatim ſignatur hoc tempus, quia in illo dies roboratur: vel quia in illo Moyſes loquutus eſt cum Deo; & Magi Pharaonis procidentes adoraverunt Deum.*

III. *Non dereliquit te.*] Gelal: نزل هذا لما قال الكفار عنه تاخر الوحى عنه خمسة عشر يوما ان ربه ودعه وقلاه. *Hæc revelata ſunt, cùm infideles videntes, Mahumetum caruiſſe revelatione divina per quindecim dies, dixerunt: Dominus ejus dereliquit eum, & odit illum.*

IV *Et certè vita noviſſima.*] Nempè vita futuri ſæculi erit tibi felicior, quàm fuerit in hoc Mundo.

VII. *Et invenit te errantem, & dixerit te.*] Gelal, & Jahias exponunt: ضالا عما انت الان عليه من الشريعة: *Errantem ab ea lege, in qua nunc reperiris*: Zamchaſcerius præter hanc expoſitionem, quę videtur eſſe communis, refert ſententiam aliquorum, qui dicunt, Mahumetum erraſſe, dùm eſſet puer per quemdam montem Meccæ: vel in itinere, quandò puer profectus eſt cum Abutalebo in Syriam.

REFU-

REFUTATIONES.

I. EN iterùm ineptiæ juramentorum. Jurat Deus per elevationem Solis, & noctem intempestam, se neque dereliquisse, neque odio habere Mahumetum. Verùm quid opus erat hujusmodi juramento, vel potiùs perjurio? Infideles Meccani (inquit Gelal) cùm cognovissent Mahumetum per quindecim dies Divina revelatione caruisse, affirmabant, illum à Deo derelictum fuisse, atque in ejus odium incurrisse. Hæc scilicet curabant Meccani: vel hæc credebant, qui Mahumetum nebulonem, insanum, dæmoniacum, seductorem, atque hominum pessimum agnoscebant, ac prædicabant. Erat ne verò adeò fungus Mahumetus, ut magis Meccanis, quàm sibi ipsi crederet, se à Deo derelictum esse, & illius odium commeruisse? Quomodò verò resciverant Meccani, Mahumetum per quindecim dies revelationibus caruisse? Hoc certè nonnisi ex ipsius confessione cognoscere potuerant: ex quo manifestè deprehenditur, vanissimum hominem fictitias revelationes suas per populum deblaterare consuevisse.

II. Fatetur Mahumetus, se errantem, à Deo directum fuisse. Hunc errorem non circa aliquod iter ipsius, cùm esset puer: sed circa Religionem, & agnitionem Dei per spatium quadraginta annorum, quibus Idola coluit, versatum fuisse ex testimonio ipsorum Mahumetanorum apertè colligitur. Vide, quæ pro hac veritate in vita Mahumeti, in digressione § octavi, fusè differuimus.

III. Nulla magna laus est Mahumeti, quòd, cùm esset pauper, immò pauperrimus, opulentus factus fuerit. Hoc plerisque sceleratissimis feliciter successit. At enim à Deo divitiis cumulatus est. Eadem scilicet ratione, qua prædones, piratæ, ac sicarii per cædes, furta, & rapinas ditantur. Satis est illius vitam legere. Quàm dissimili via incessit Mahumetus à Christo. Hic enim, cùm dives esset, propter ditandos homines egenus sponte factus est. Ille verò, cùm esset mendicissimus, alios injustè spoliando, atque ad inopiam extremam redigendo, ditissimus evasit. Quomodò verò Mahumetanis credamus, dùm Mahumetum non semel in extrema rerum necessitate fuisse: & ne tantum quidem cibi vilioris, quo famem sedaret, habuisse, tamquam in illius laudem decantant: dùm ipsemet se eodem tempore, à Deo opibus, ac divitiis cumulatum affirmet? Et qua fronte, tanquam pauper, ut suprà vidimus, stipem emendicabat, & exigebat à suis? Et quidem tunc erat in Medina (ut vidimus in sura 58.) jam potens; cùm hæc fingantur dicta ipsi à Deo, cùm adhuc esset in Mecca, adhuc homo privatus.

سورة الشرح مكيّة ثمان ايات

SURA XCIV.

DILATATIO.

MECCANA:

COMMATUM OCTO.

بسم الله الرّحمٰن الرّحيم

1 ألم نشرح لك صدرك 2 ووضعنا عنك وزرك 3 الّذي أنقض ظهرك 4 ورفعنا
لك ذكرك 5 فإنّ مع العسر يسرا 6 إنّ مع العسر يسرا 7 فإذا فرغت فانصب
8 وإلى ربّك فارغب

In Nomine Dei Miseratoris, Misericordis.

1. NOnnè dilatavimus tibi pectus tuum? 2. Et deposuimus à te pondus tuum. 3. Quod aggravaverat dorsum tuum. 4. Et exaltavimus tibi memoriam tuam. 5. Profectò cum difficultate *erit* facilitas. 6. Utique cum difficultate *erit* facilitas. 7. Cùm autem absolveris *preces*; adlabora *in prædicando*. 8. Et Dominum tuum supplex precare.

NOTÆ.

NOTÆ.

TRiplicem invenio Suræ hujus Epigraphen ex primo verſu illius deſumptam : الم نشرح : *Nonne dilatavimus ?* الشرح *Dilatatio :* الانشرح idem. De loco ejus, numeroque verſuum non eſt controverſia. Premium Lectori ipſemet Mahumetus conſtituit his verbis : من قراء سورة الم نشرح فكانّما جاءنى وانا مغتمّ ففرج عنّى : *Qui legerit Suram, Nonne dilatavimus : erit, ac ſi veniret ad me oppreſſum mœrore ; & à triſtitia ſublevaret me.*

I. *Dilatavimus tibi pectus tuum.*] Exponit Gelal : بالنبوة وغيرها, *per prophetiam, & alia* : nimirùm per prædicationem, ſcientiam, ſapientiam, & prudentiam, ut exponit Zamchaſcerius ; vel etiam juxta eumdem, أزلنا عنه الضيق والحرج الذى مع العمى والجهل : *liberavimus eum ab anguſtiis, & delictis, quæ ſunt cum cœcitate, & ignorantia.* Jahias exponit بالايمان, *per fidem*, & addit fabellam : ويروى أن الملك شقّ بطنه عم وغسل قلبه وملى حكمة وايمانا : *& habetur ex relatione, Angelum ſcidiſſe corpus Mahumeti, & laviſſe cor ejus, & impleviſſe ſapientia, & fide.* Vide hoc figmentum in Vita Mahumeti §. quarto, cùm adhuc eſſet puer.

II. *Et depoſuimus à te pondus tuum.*] Ponderis hujus nomine intelligunt communitet Interpretes peccata Mahumeti. Gelal : وضعنا عنك وزرك حطناه عنك ذنبك *depoſuimus à te pondus tuum* (*ideſt dejecimus à te peccatum tuum.*) Jahias : وزرك هى الذنوب التى كانت عليه فى الجاهلية : *pondus tuum, ideſt peccata ejus, quæ commiſerat tempore ignorantiæ,* ideſt idololatriæ. Zamchaſcerius etiam, وزرك exponit, فرطاتك : exceſſus tuos. Vide, quæ alibi diximus.

V. *Cùm difficultate erit facilitas.*] Ideſt, poſt adverſa proſpera advenient : &, ut exponit Gelal, poſt vexationes illatas tibi ab infidelibus ſuccedet tibi victoria contra eos.

REFUTATIONES.

I. SI hiſtorias, ſeu veriùs fabulas Moslemorum legamus, qui de Mahumeti rebus geſtis ſcripſerunt, inveniemus eum ab ipſa infantia, vel in ipſo utero matris, innocentiæ, ac ſanctitatis miraculum fuiſſe. Hìc verò Mahumetus ipſe fatetur, magnum ſe peccatorem fuiſſe ita, ut magnæ pietatis argumentum agnoſcat, quòd Deus graviſſimo peccatorum pondere dorſum ſuum ſublevaverit. Videant igitur Mahumetani, quem Prophetam habeant, ac venerentur : & quàm ingens commentum ſit, quod de illo communiter referunt, & hìc non obſcurè innuitur : nempè, cùm adhuc ſeptennis eſſet, à duobus Angelis illius pectus diſciſſum fuiſſe, & cor extractum, itemque diſſectum ; & extractam ab eo guttulam nigram, quæ erat portio, quam habebat Satanas in corpore ejus : nempè inclinatio, ſeu fomes ad malum, & peccatum.

سورة التّين مكيّة ثمان ايات

SURA XCV.

FICUS.

MECCANA:

COMMATUM OCTO.

بسم الله الرّحمن الرّحيم

1 والتّين والزّيتون ۞ 2 وطور سنين ۞ 3 وهذا البلد الامين ۞ 4 لقد خلقنا الانسان
في احسن تقويم ۞ 5 ثمّ رددناه اسفل سافلين ۞ 6 الّا الّذين امنوا وعملوا الصّالحات فلهم
اجر غير ممنون ۞ 7 فما يكذّبك بعد بالدّين ۞ 8 اليس الله باحكم الحاكمين ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr Ficum, & Oleam. 2. Et Montem Synai. 3. Et hanc regionem ſecuram. 4. Jam quidem creavimus hominem in optimo conſtitutionis. 5. Deindè reddidimus eum infimum inferiorum. 6. Sed, qui crediderint, & operati fuerint recta, illis porrò *erit* merces interminabilis. 7. Quid * ergo faciet te negare, ut falſum poſt haç Diem judicii? 8. An non eſt Deus Juſtiſſimus judicantium?

* inſulſa conſequentia.

NOTÆ.

DUpliciter inſcribitur hæc Sura: nempè, التين *Ficus*, & الزيتون *Olea*. Utraque vox eſt in primo verſu. Quidam volunt eſſe Medinenſem: quidam verò Meccanam: quamobrem in nonnullis codicibus ſcribitur, مختلف فيها, *Variatum in ea*, ideſt variæ ſunt de illa ſententiæ, circa locum, in quo tradita fuit. Prçmium Lectoris eſt; من قرأ سورة التين اعطاه الله العافية واليقين ما دام حيا واذا مات اعطاه الله من الاجر بعدد من قرأ هذه السورة: *Qui legerit Suram Ficus, dabit illi Deus indulgentiam, & firmam fidem, quamdiù vixerit. Cùm autem mortuus fuerit, dabit ei mercedem pro numero eorum, qui hanc Suram legerint.*

I. *Per Ficum, & Oleam.*] Gelal exponit: الماكولين او جبلين بالشام ينبتان الماكوليين: *vel ipſos ficus, & oleas, quæ comeduntur: vel duos Montes in Syria horum arborum feraces.* Jahias ex Cottada accipit pro duobus Montibus hujus nominis. Sed libet hìc referre ineptias Zamchaſcerii: اقسم بهما لانهما عجيبتان من بين اصناف الاشجار المثمرة روى انه اهدى لرسول الله ص طبق من تين فاكل منه وقال لاصحابه كلوا فلو قلت ان فاكهة نزلت من الجنة لقلت هذه لان فاكهة الجنة بلا عجم فكلوها فانها تقطع البواسير وتنفع من النقرس ومر معاذ بن جبل بشجرة الزيتون فاخذ منها قضبا فاستاك به وقال سمعت رسول الله ص يقول نعم السواك الزيتون من الشجرة المباركة يطيب الفم ويذهب بالحفرة وسمعته يقول هي سواكي وسواك الانبياء قبلي. وعن ابن عباس رض هو تينكم هذا وزيتونكم: وقيل

جبلان من الارض المقدسة يقال لهما بالسريانية طور زيتا لانهما منتبا التين والزيتون:

Jurat Deus per has duas arbores, quia hæ inter fructiferas cæteris præſtant arboribus. Habetur ex relatione, oblatum fuiſſe Prophetæ Mahumeto calathum ficorum, ex quibus cùm comediſſet, juſſit etiam ſocios comedere, dicens: Certè, ſi dixero fructus aliquos deſcendiſſe è Paradiſo, dicam eſſe ficus: nam fructus Paradiſi ſunt ſine oſſiculis. Comedite igitur ex his, nam auferunt condylomata, ſeu hæmorroides, & tubercula in naſo, & digitis pedum, ac manuum, & juvant contra morbum arteticum, & podagram, & chiragram. Tranſivit autem Moadh filius Habel juxta arborem Oleæ, & decerpſit ex ea ramuſculum; cepitque eo confricare dentes ſuos, & dixit: Audivi Prophetam Mahumetum dicentem; Optimum eſt dentifricium ex Olea arbore benedicta: nam bonum odorem confert ori, & aufert dentium putredinem. Audivi etiam eumdem dicentem. Hoc eſt dentifricium meum, & dentifricium Prophetarum, qui fuerunt ante me. Ex traditione autem habetur, Ebn-Abbas felicis memoriæ dixiſſe, hìc intelligi de Ficu, & Olea arboribus. Alii tamen volunt eſſe duos montes in terra Sancta, quorum uterque appellatur Syriacè Turzinan; quia in utroque naſcuntur Ficus, & Oleæ,

III. *Et hanc regionem ſecuram.*] nempè Meccam, quæ quare appelletur ſecura, alibi dictum eſt.

IV. *Jam quidem creavimus hominem, &c.*] Communis explicatio eſt, hominem poſt vegetum, ac floridum juventutis, meliorumque annorum ſtatum, redigi, ſic Deo diſponente, ad miſerrimum extremę ſenectutis, ac decrepitatis terminum. Verùm, cùm hìc ſermo ſit de homine in genere, minimè aptatur huic loco hujuſmodi expoſitio, cùm paucorum ſit hominum ad decrepitatem pervenire, neque omnium florida, vegetaque juventute, ac virilitate gaudere. Neceſſariò igitur ita debent exponi Alcorani verba: Homo creatus eſt à Deo in Adam perfectiſſimæ conſtitutionis, & in maxima naturali felicitate: ſed deindè ad ſummam miſeriam, & infelicitatem ob peccatum originale devenit. Hoc ipſum fatetur non ſemel Alcoranus, cùm de creatione Adæ, ejuſque è Paradiſi felicitate ob perpetratam culpam in terrenas miſerias dejectione, mentionem facit.

VIII. *Juſtiſſimus judicantium.*] Arabica verba أحكم الحاكمين, vix poſſunt latinè reddi: ſed ſententia eſt, Deum eſſe Judicem omnium Judicum juſtiſſimum.

REFUTATIONES.

I. NEmo ſanus non exiſtimaret inſanum hominem illum, qui ea juramenta proferret, quæ hìc Mahumetus ponere non veretur in ore Dei, præſertim per Ficum, & Oleam: quæ ſive arbores ſint, ſive montes earumdem arborum feraces, nihil ad rem pertinet. Si enim per hæc jurare fas ſit, præſertim Deo: per quid jurare non licebit? At enim Ficus utilis eſt ad hæmorroides, tubercula, podagram, & chiragram ſanandas. Lignum verò Oleæ ad dentes confricandos, ac ſcalpendos, ad quem uſum etiam Prophetæ illo utebantur. Ita Zamchaſcerius ex ore Mahu-

Mahumeti. Verùm, quænam ex rebus creatis etiam viliſſima non utilis eſt ad multa in uſum hominum? Miror verò, virum alioqui apud ſuos Doctum, ac ſapientem hujuſmodi ineptiis, tanquam ſolidis argumentis uti ad Prophetæ ſui ſtultitiam, impietatemque tuendam. Sed inſurgent contra nos Doctores Moslemi authoritate Sacrarum Scripturarum. Nam in libro Cantici Canticorum non ſemel *adjurantur Filiæ Jeruſalem per capreas, cervoſque camporum*, cap. 2. & 3. Et quidem *is*, qui adjurat, eſt ipſe Deus. Exigit igitur Deus juramentum à Filiabus Jeruſalem per feras campeſtres. Quidni ergo, & per montes, & arbores liceat jurare, immò juret ipſe Deus? Sed facile reſpondetur, librum hunc totum eſſe ænigmaticum, & myſticum: nec poſſe ullo modo, prout verba illius ſonant, intelligi. In hoc, non ſolùm Chriſtiani omnes, ſed etiam Judæi conveniunt. Sub ænigmate igitur unius paſtoris, qui puellam ovium cuſtodem depereat, introducitur idem paſtor adjurare, nempè obſecrare, & obteſtari alias ſocias puellas per capreas, & cervos, ne ſuſcitent è ſomno dilectam ſuam. Ideò autem per hæc animalia eas obteſtatur, quia puellæ ruſticæ hæc in deliciis habent, & amore. Et unuſquiſque conſuevit obteſtari, & obſecrare aliquem per id, *quod maximè diligit*. *Nihil* ergo hìc, prout verba ſonant, intelligendum eſt; quamobrem fruſtra Mahumetani ad Prophetæ ſui impietatem tuendam, hoc effugium requirerent.

II. Non minùs vanum, & otioſum eſt Dei juramentum reſpectu illius, quod jurat, quàm earum rerum, per quas jurat: nullum enim alium ſcopum habet, quàm efficiendi, ut credant homines, ſe poſt florem, ac decorem juvenilis ætatis, ad miſerias, & erumnas extremæ ſenectutis perventuros. Tàm verò arduum creditu eſt hoc, ut quadruplici Dei juramento, quò credi poſſit, indigeat? Huc accedit, non ſemper verificari de homine hoc, quod Deus hìc jurat, itaut præcipua conditio, quæ eſt veritas, deſit, vel manca ſit in hoc juramento. Si verò Alcorani verba referantur non ad juventutem, & ſenectutem hominis, ſed ad primam illius creationem in naturali felicitate, & ad miſerrimam conditionem, ad quam propter peccatum devenit: manifeſtè ſibi contradicit Alcoranus. Suprà enim Suranonageſima, verſu quarto introduxerat Deum dicentem: Jam quidem creavimus hominem in ærumna: hìc autem ex oppoſito facit, ut dicat: Jam quidem creavimus hominem in optimo conſtitutionis: ideſt in ſtatu perfectiſſimo, ac feliciſſimo.

III. Dùm fingitur, Deum ſatis importunè, & inconſequenter dicere Mahumeto; *Quid ergo faciet, ut poſthac tu neges, ut falſum, diem Judicii?* Oſtendit manifeſtè, anteà illum in Diem Judicii nequaquam credidiſſe. Sed reſpondebunt Mahumetani, hęc verba non Mahumeto, ſed homini infideli à Deo dicta eſſe. Et quidem ita reſpondet Zamchaſcerius, aliique Expoſitores. Sed non video, qua ratione poſſint hæc verba ad alium, quàm ad Mahumetum referri, cùm ad illum tota Sura dirigatur, nec aliquis alius in illa commemoretur. Nihilominùs in Alcorano exponendo, ubi verba ipſius manifeſtè non repugnent, nolo cum Moslemis obſtinatè digladiari.

سورة العلق مكيّة تسع عشرة آية

SURA XCVI.

SANGUIS COAGULATUS.

MECCANA:

COMMATUM DECEM, & NOVEM.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 اقرأ باسم ربك الذي خلق 2 خلق الانسان من علق 3 اقرأ وربك الاكرم
4 الذي علم بالقلم 5 علم الانسان ما لم يعلم 6 كلا ان الانسان ليطغى 7 ان
راه استغنى 8 ان إلى ربك الرجعى 9 ارايت الذي ينهى 10 عبدا اذا صلى
11 ارايت ان كان على الهدى 12 او امر بالتقوى 13 ارايت ان كذب وتولى
14 الم يعلم بان الله يرى 15 كلا لئن لم ينته لنسفعا بالناصية 16 ناصية كاذبة
خاطئة 17 فليدع ناديه 18 سندع الزبانية 19 كلا لا تطعه واسجد واقترب

In No-

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. LEge in nomine Domini tui, qui creavit: 2. Creavit hominem ex ſanguine coagulato. 3. Lege: & Dominus tuus honoratiſſimus, 4. Qui docuit *ſcripturam* per calamum. 5. Docuit hominem id, quod neſciebat. 6. Ita eſt. Porrò homo ſanè exorbitat. 7. Quia videt ſe divitiis abundaſſe. 8. Certè ad Dominum tuum *erit* reditus. 9. Quid tibi videtur? Qui prohibet 10. Servum *Dei*, cùm orat. 11. Quid tibi videtur, ſi ſit ſuper directionem, 12. Vel præcipiat pietatem? 13. Quid tibi videtur: ſi mendacii inſimulet, & tergiverſetur? 14. An ignorat, Deum videre? 15. Certè *videt*. Sanè, ſi non abſtineat, certè attrahemus *eum* per comas capitis. 16. Comas capitis mendaces, peccatrices. 17. Advocet ſanè conventum ſuum. 18. Advocabimus *nos etiam* truculentos. 19. Ita erit. Ne obedias ei; ſed adora *Deum*, appropinqua *ad illum*.

NOTÆ.

DUplex eſt hìc epigraphe. Prima communior العلق: *Sanguis coagulatus*. Secunda اقرء: *Lege*. Hæc ex primo, illa ex ſecundo verſu deſumpta. Conſentiunt omnes ferè Moslemi, hanc fuiſſe primam Mahumeto traditam Suram. Gelal: صدرها الى ما لم يعلم اول ما نزل من القران وذلك بغار حراء. *Prima pars hujus Suræ uſque ad finem quinti verſus* (ad literam *uſque ad id, quod neſciebat, fuit primò tradita Mahumeto in ſpelunca Montis Hara*. Jahias cenſet, octo primos verſus primo loco traditos fuiſſe. Zamchaſcerius ita ſcribit: عن ابن عباس ومجاهد هى اول سورة نزل واكثر المفسرين على ان الفاتحة اول ما نزل ثم سورة القلم. *Authoribus Ebn-Abbas, & Magiahed, hæc fuit prima Sura tradita Mahumeto. Sed plerique Expoſitores ſentiunt primò revelatam fuiſſe Suram, Aperiens*, quæ eſt in Alcorano prima: & *poſt eam traditam fuiſſe Suram, Calamus*, quæ eſt in Alcorano ſexageſima octava. Ex quo patet, quanta fides habenda ſit Moslemis, tàm fidenter aſſerentibus, hoc traditum fuiſſe ante, hoc poſt, hoc tali loco, hoc tali: hoc tali occaſione, hoc tali, cùm ne ſciant quidem, quænam prima, vel media, vel ultima ſit Sura tradita in Alcorano. De præmio lectoris hæc habet Zamchaſcerius: من قراء سورة العلق اعطى من الاجر كانما قرء المفصل كله. *Qui legerit Suram Sanguinis coagulati, habebit mercedem, ac, ſi legiſſet Alcoranum totum*.

II. *Creavit hominem ex ſanguine coagulato*.] Expoſuit Jahias: خلق الناس كلهم من دم خاثر الا ادم وحوا وعيسى. *Creavit omnes homines ex ſanguine craſſo, ac denſo, præter Adam, Hevam, & Jeſum*.

IV. *Qui docuit ſcripturam per calamum*.] Gelal: واول من خط به ادريس عليه السلام. *Et primus, qui ſcripſit calamo, fuit Edris, cui ſit pax*. Edris autem apud Arabes idem eſt, ac Henoch.

VI. *Porrò homo ſanè exortabit*.] Hæc, quæ ſequuntur uſque ad finem Suræ, juxta Gelalem; فنزلت فى ابى جهل: *revelata ſunt contra Abugehel*, qui erat vir primarius inter Meccanos, & contribulis, cognatuſque Mahumeti, ſed hoſtis illius infenſiſſimus, qui videns, ſe eſſe ditiſſimum, ac potentiſſimum, ſuperbè, inſolenterque ſe gerebat contra Mahumetum, impediens illum, ne preces ſuas perſolveret: & mendacem illum, ſeductoremque proclamabat, ab illius ſecta alienum ſe prorsùs oſtendens. Huic Mahumetus comminatur judicium, & pœnam à Deo, niſi deſiſtat ab impietate ſua.

VIII. *Ad Dominum tuum erit reditus*.] Nimirùm in die Judicii omnes convenient ad reddendam rationem.

X. *Servum Dei, cùm orat*.] Ideſt Mahumetum, cùm voluerit perſolvere preces ſuas.

XI. *Si ſit ſuper directionem, &c.*] Nimirùm: ſi Mahumetus ſit in recta Religione, & præcipiat pia opera: at verò Abugehel, tamquàm falſum Prophetam, eum incuſet, atque ab illius doctrina refugiat.

XIV. *An ignorat, Deum videre?*] Ideſt: an ignorat Abugehel, Deum videre mala opera ejus?

XV. *Attrahemus eum*.] Nimirùm in ignem Gehennæ; ut explicat Gelal.

XVII. *Conventum ſuum*.] Vox Arabica النادى, propria eſt, *Vocans*, ſed hìc accipitur pro conventu. Ita enim vocabatur, teſte Gelale, locus in Mecca, ubi conveniebant, & confabulabantur, vel conſilia inibant Meccani, quorum pars potior Abugehelo adhærebat.

XVIII. *Advocabimus nos etiam truculentos*.] Nempè Angelos noſtros, qui eum ſeverè puniant. Ita communiter Expoſitores.

REFUTATIONES.

I. NOnniſi ineptè, & impropriè dicitur hìc Deus creaſſe hominem ex ſanguine coagulato, cùm certum ſit ex Sacris literis, hominem creatum fuiſſe à Deo ex limo terræ, non autem ex ſanguine coagulato, ex quo homo non quidem creat, ſed gignit alium hominem per viam naturalem.

II. Abutitur Mahumetus officio Legislatoris, dùm pro legibus ſatyras condit, præſertim hoc loco contra Abugehelum cognatum ſuum, quem, contra jura pietatis, miſeris modis dilacerat. Et quidem ille nihil peccaverat, nebulonem, atque impoſtorem, qualis erat Mahumetus, coercendo, & caſtigando, præſertim, cùm res novas in Patriæ perniciem, ſub religionis prætextu moliretur. In eo etiam malum ſe Nomothetam oſtendit; quòd leges non ferantur in homines particulares, ſed in omnes generatim, tàm præſentes, quàm futuros: ipſe ad particulares, & præſentes carpendos legibus ſuis toties abutitur.

سُورَةُ ٱلْقَدْرِ مَكِّيَّةٌ خمس ايات

SURA XCVII.

ALKADAR.

MECCANA:

COMMATUM QUINQUE.

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ ❋

١ إِنَّا أَنْزَلْنَاهُ فِي لَيْلَةِ ٱلْقَدْرِ ۞ ٢ وَمَا أَدْرٰيكَ مَا لَيْلَةُ ٱلْقَدْرِ ۞ ٣ لَيْلَةُ ٱلْقَدْرِ خَيْرٌ مِنْ أَلْفِ شَهْرٍ ۞ ٤ تَنَزَّلُ ٱلْمَلَائِكَةُ وَٱلرُّوحُ فِيهَا بِإِذْنِ رَبِّهِمْ مِنْ كُلِّ أَمْرٍ ۞ ٥ سَلَامٌ هِيَ حَتّٰي مَطْلَعِ ٱلْفَجْرِ ❋

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. CErtè nos demiſimus illum in nocte Alkadar. 2. Et quid faciet te intelligere, quid ſit nox Alkadar. 3. Nox Alkadar melior *eſt*, quàm mille menſes. 4. Deſcendunt Angeli, & Spiritus in ea per nutum Domini ſui, *cum decretis Divinis* de omni re. 5. Pax ipſa *nox eſt*, uſque ad ortum Auroræ.

NOTÆ.

REliqui in Epigraphe Arabicam vocem القَدْر AlKadar ob multiplicem illius ſignificationem, de qua mox dicemus. Suram Meccæ traditam fuiſſe plerique volunt. Quidam tamen Medinenſem faciunt. Qui eam legerit اُعْطِيَ من الاجر كمن صام رمضان واحيى ليلة القدر: *habebit mercedem jejunantis menſem Rhomadhan; & vivificabitur in nocte AlKadar.*

1. *Demiſimus eum.*] Nempè Alcoranum juxta omnes Expoſitores. Cur autem expreſsè non nominetur, tribuit Zamchaſcerius excellentiæ, ac dignitati ipſius Alcorani. Sed veriùs tribuiſſet oſcitantiæ, & ſtoliditati Mahumeti. Quaſi verò non nominaſſet illum toties, ubi opus non erat.

* *Alkadar.*] Exponitur à Gelal. الشرف والعظم: *Nobilitas*, ſeu Sublimitas, & *magnitudo*. Zamchaſcerius: معنى ليلة القدر ليلة تقدير الامور وقضايها من قوله فيها يفرق كل امر حكيم وقيل سميت بذلك لخطرها وشرفها على ساير الليالى. *Nox Alkadar ſignificat noctem illam, qua Deus diſponit, ac decernit res omnes* (futuri anni). *Quare dicitur in Alcorano: In ea diſtinguitur omnis res cum ſapienti diſpoſitione. Alii volunt, ita dictam eſſe ob dignitatem, & excellentiam ejus ſupra cæteras noctes.* In hac igitur nocte fingitur, Deum deſcendere feciſſe Alcoranum è Cœlo totum ſimul; cùm tamen ad Mahumetum, nonniſi per partes pervenerit. Quod quomodò factum ſit, ita refert Zamchaſcerius: وروى انه أنزل جملة واحدة فى ليلة القدر من اللوح المحفوظ الى السما الدنيا واملاه جبرايل على السفرة ثم كان ينزله على رسول الله ص نجوما فى ثلث وعشرين سنة وعن الشعبى المعنى انا ابتدانا انزاله فى ليلة القدر واختلف فى وقتها فاكثرهم على انها فى شهر رمضان فى العشر الاواخر فى اوتارها واكثر القول انها السابعة منها. *Habetur ex traditione, Alcoranum*

num demiſſum fuiſſe in unica ſumma (ideſt totum ſimul) *in nocte AlKadar ex Tabula cuſtodita* (in ſeptimo Cœlo) *ad Cœlum terræ proximum* (ideſt Cœlum Lunæ) *& Gabrielem collegiſſe eum in unum volumen: tùm demiſiſſe eum* (paulatim, & per partes) *ſuper Mahumetum ſpatio viginti trium ferè annorum. Sed Sciabienſis explicat verba Alcorani: Certè nos demiſimus, &c. Certè nos demittere cepimus in nocte AlKadar. Diſſentiunt autem Expoſitores circa tempus hujus noctis. Plerique exiſtimant, eam fuiſſe unam ex ultimis decem noctibus menſis Rhomadhan. Celebris etiam eſt opinio, fuiſſe ſeptimam noctem ejuſdem menſis.*

IV. *Deſcendunt Angeli, & Spiritus.*] Arabicè الروح *Spiritus* eſt numeri ſingularis, & accipiunt abſque controverſia pro Gabriele, qui cum Angelis deſcendit è Cœlo in terram, ad exequendum, ſeu notificandum id, quod Deus decrevit in nocte AlKadar pro toto illo anno, uſque ad principium anni futuri.

V. *Pax ipſa.*] Quia nimirùm in ea nocte Angeli, ut ait Gelal: لا تمر بمؤمن ولا بمؤمنة الا سلمت عليه: *non tranſeunt juxta virum ullum, aut mulierem fidelem, quin annuncient ei pacem ſalutantes eum.*

REFUTATIONES.

I. CUm, ut non ſemel prænonui, in Alcorano ſæpiſſimè mentio fiat ipſius Alcorani, tamquam libri integri, & abſoluti, qui extabat apud Mahumetum, & ab eodem Meccanis, aliiſque Arabibus legebatur, & oſtendebatur; & quidem in primis annis, quibus Sectam ſuam cepit evulgare: mirum eſt, quomodò Moslemi, immò Alcoranus ipſe affirmet, Mahumetum recepiſſe illum per Suras, & verſus ex revelatione Gabrielis ſpatio viginti trium circiter annorum. Ut autem ſeſe ab hac difficultate extricarent, fabulam excogitaverunt, Alcoranum quidem totum, & integrum demiſſum fuiſſe à Deo ex Tabula in ſeptimo Cœlo aſſervata uſque ad Cœlum Lunæ: indè verò per Suras, & verſiculos viginti trium annorum ſpatio, à Gabriele communicatum fuiſſe Mahumeto. At hic non Alcoranum, qui erat in Cœlo Lunæ, ſed eum, quem apud ſe habebat, legebat, oſtendebat, atque omnibus prædicabat. Quid verò opus erat demittere Alcoranum à ſeptimo Cœlo ad Cœlum Lunæ, ut inde paulatim, & per partes illum Gabriel Mahumeto revelaret? An non æquè benè poterat Gabriel è ſeptimo Cœlo eumdem revelare? Sed de hoc vide, quæ in Vita Mahumeti, & alibi diſſerui.

II. Nihil inſulſius, & fabuloſius excogitari poterat nocte illa Alkadar, in qua Deus quotannis res ad Mundi gubernationem pro toto futuro anno ſpectantes decernit, ac diſponit, & ad eas hominibus notificandas, vel exequendas, Gabrielem cum Angelis è Cœlo deſcendere jubet in terras. Decreta quippè Dei æterna ſunt, nec aliquid nuperum decernit, aut diſponit. Quamvis verò in Sacris Literis aliquandò legamus, aliquid Deum de novo ſtatuere, vel deliberare: id tamen dicitur juxta noſtrum intelligendi modum, quatenùs ea, quæ de novo fiunt, concipimus à Deo de novo decerni. Cæterùm ex innumeris Sacrarum literarum teſtimoniis apertiſſimè conſtat, Deum univerſa ab æterno ordinaſſe, ac decreviſſe, & in conſiliis, decretiſque ſuis eſſe immutabilem. Sed Moslemi volunt, Alcorani verba intelligenda eſſe, prout ſonant, & Deum reverà in nocte Alkadar decernere, ac diſponere omnia illa, quæ futuro anno in terris eventura ſunt. Negandum tamen non eſt, in profeſſione fidei Mahumetanorum Sonnitarum, qui inter eos cenſentur eſſe Ortodoxi, quę vulgata fuit ab Algazelo, ſeu Algazalio Tuſino, haberi expreſsè, Deum omnia, quę de novo eveniunt in tempore, voluiſſe, & decreviſſe ab æterno in mente ſua. Quamobrem poteſt hìc benignè explicari Alcoranus dicendo, quòd Deus in nocte Alkadar decreta ſua æterna manifeſtet Gabrieli, & Angelis, quò ea deferant, & notificent in terra pro œconomia rerum futuri anni. Verùm hoc quoque figmentum cenſendum eſt.

سورة البيّنة مكيّة ثمان آية

SURA XCVIII.

EVIDENTIA.

MECCANA.

COMMATUM OCTO.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 لم يكن الذين كفروا من اهل الكتاب والمشركين منفكين حتى تاتيهم البينة
2 رسول من الله يتلوا صحفا مطهرة 3 فيها كتب قيمة 3 وما تفرق الذين اوتوا الكتاب
الا من بعد ما جاءتهم البينة 4 وما امروا الا ليعبدوا الله مخلصين له الدين حنفاء ويقيموا
الصلوة ويوتوا الزكوة وذلك دين القيمة 5 ان الذين كفروا من اهل الكتاب والمشركين في
نار جهنم خالدين فيها ابدا اولايك هم شر البرية 6 ان الذين امنوا وعملوا الصالحات اولايك
هم خير البرية 7 جزاؤهم عند ربهم جنات عدن تجري من تحتها الانهار خالدين فيها
ابدا 8 رضي الله عنهم ورضوا عنه ذلك لمن خشي ربه

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. NOn fuerunt, qui erant increduli ex Scripturalibus, & Aſſociantibus, recedentes; donec advenit eis Evidentia. 2. Legatus à Deo, *qui* legit Codices depuratos. In illis ſunt ſcripturæ rectæ. 3. Neque diviſerunt ſe illi, quibus datus fuit liber, niſi poſtquam advenit eis Evidentia. 4. Neque juſſi ſunt, niſi, ut ſervirent Deo, puram exhibentes illi religionem, Orthodoxi: & obſervarent orationem, & perſolverent ſacrum cenſum: & hæc *eſt* religio recta. 5. Porrò, qui increduli ſunt ex Scripturalibus, & Aſſociantibus, *conjicientur* in ignem Gehennæ, perpetuò commoraturi in eo. Hi ſunt peſſimi creaturarum. 6. At verò, qui crediderint, & fecerint recta: hi ſunt optimi creaturarum. 7. Merces eorum apud Dominum ſuum *erunt* horti Eden, currunt ſub ipſis flumina; permanſuri *ſunt* in iis ſemper. 8. *a* Complacebit ſibi Deus in illis; & *b* complacebunt ſibi *illi* in eo. Hoc *dabitur* ei, qui timuerit Dominum ſuum.

a cõplacuit.
b complacuerunt.

NOTÆ.

NOTÆ.

DUplex hìc eſt inſcriptio, nempè البينة, *Evidentia*, ſeu res clara, & manifeſta: & لم يكن, *Non fuerunt*; quæ ſunt prima verba Suræ, quam nonnulli Meccanam, nonnulli verò Medinenſem eſſe contendunt. Octo illi verſus communiter tribuuntur: quidam tamen novem recenſent. Qui eam legerit, كان يوم القيمة مع خير البرية: *erit in die Reſurrectionis cum optimis creaturis.*

I. *Evidentia.*] Explicat Gelal: الحجة الواضحة وهى محمد ص والقران: *demonſtratio clara, & hæc fuit Mahumetus ipſe, & Alcoranus.* Nimirùm poſt horum adventum Chriſtiani, & Judæi, immò, & Idololatræ Meccani diſceſſerunt ab ea fide, in qua erant anteà: quia, ut exponit idem Gelal: من قبل مجيئه ص كانوا مجتمعون على الايمان به اذ جاء فحسده من كفر به منهم: *Ante adventum Mahumeti erant omnes uniti in fide erga eum, cùm veniſſet* (ideſt aſſerebant, ſe omnes credituros in eum.) *At inviderunt ei illi, qui noluerunt ex ipſis credere in eum.* Jahias: لم يكن الذين كفروا من اهل الكتاب والمشركين منفكين منتهين عن كفرهم: قال العرا لم يكونوا تاركين ما هو عندهم من ذكر النبى عم حتى ظهر وهو قوله حتى تاتيهم البينة رسول من الله وهو محمد ص: *Non fuerunt Scripturales, & Idololatræ, qui erant increduli recedentes, ideſt abſtinentes ab incredulitate ſua. Dixit Alhorà: Non reliquerunt id, quod erat penes ipſos de memoria* (ideſt oraculis Sacrarum Scripturarum, vel fide) *Prophetæ Mahumeti, donec ipſe apparuit. Et hoc ſignificat: Donec advenit eis evidentia; legatus Dei, nempè Mahumetus.* Sed audiamus Zamchaſcerium. كان الكفار من الفريقين اهل الكتاب وعبدة الاصنام فيقولون قبل مبعث النبى ص ننفك مما نحن عليه من ديننا ولا نتركه حتى يبعث النبى الموعود الذى هو مكتوب فى التورية والانجيل وهو محمد ص فحكى الله تعالى ما كانوا يقولونه ثم قال وما تفرق الذين اوتوا الكتاب يعنى انهم كانوا يعدون اجتماع الكلمة والاتفاق على الحق اذا جاءهم الرسول ثم ما فرقهم عن الحق ولا اقرهم على الكفر والباطل الا مجىء الرسول. *Erant ii, qui nolebant credere, ex duabus ſectis: nempè ex Scripturalibus, & Idolorum cultoribus. Dicebant autem, antequam mitteretur Propheta Mahumetus: Non recedemus à religione, in quâ ſumus, neque derelinquemus eam, donec mittatur Propheta promiſſus, de quo ſcribitur in Pentateucho, & Euangelio: nimirùm Mahumetus. Refert igitur hìc Deus ea, quæ ipſi dicebant: deindè ſubdit: Neque diviſerunt ſe Scripturales, &c. innuens per hoc, ipſos promiſiſſe unionem inter ſe in eo, quod dicebant, & communem aſſenſum in ſequenda veritate, quandocunque veniſſet Legatus Mahumetus. Atqui non ſeparavit illos à veritate, neque firmavit illos in infidelitate, & falſa religione, niſi adventus ejuſdem Legati.*

II. *Legens Codices depuratos.*] Gelal: مطهرة من الباطل فيه كتب احكام مكتوبة قيمة اى يتلو مضمون ذلك وهو القران: *Depuratos ab erroribus, in quibus ſunt ſcripturæ, ideſt ſanctiones ſcriptæ, rectæ; quarum legit* (Mahumetus) *contentum, ideſt Alcoranum.* Jahias: مطهرة من الشرك والكفر فيها كتب قيمة لا عوج فيها يعنى الكتب التى جات بها الانبياء: *depuratos à polytheja, & infidelitate: in quibus ſunt ſcripturæ rectæ, ſine depravatione; ideſt ea, quæ ſcripſerunt, & tradiderunt Prophetæ,* Eodem ferè modo Zamchaſcerius.

III. *Neque diviſerunt ſe.*] Zamchaſcerius: والمراد تفرقهم تفرقهم عن الحق او تفرقهم فرقا فمنهم من امن ومنهم من انكر وقال ليس به ومنهم من عرف وعند. فان قلت لم جمع بين اهل الكتاب والمشركين اولا ثم افرد اهل الكتاب فى قوله وما تفرق الذين اوتوا الكتاب قلت لانهم كانوا على علم به لوجوده فى كتبهم: *Intelligitur hìc diviſio, ſeu ſeparatio à veritate: vel diviſio eorum in partes: quidam enim ex illis veritatem confeſſi ſunt: quidam verò negaverunt, dicentes, non eſſe eam in illo* (nempè Mahumeto, vel Alcorano, vel non eſſe in Sacris Scripturis, quæ ab eodem aſſerebantur) *& quidam eorum, cùm cognoviſſent veritatem, reſilierunt ab ea. Quòd ſi dicas: Quare conjunxit primò Scripturales, & Idololatras: & deindè ſingulariter poſuit Scripturales dicens; Neque diviſi ſunt ii, quibus datus fuit liber. Reſpondeo, quia ipſi habebant ſcientiam de illo, eo, quòd reperiſſent vaticinia de eo in libris ſuis.* Jahias: يعنى ما تفرقوا فى مللهم وكفرهم بالنبى عم الا من بعد ان تبين انه الذى وعدوا به فى التوراة والانجيل: *Ideſt non diviſerunt ſe in ſectis ſuis, & in abnegando Prophetam Mahumetum, niſi poſtquam manifeſtè innotuit eis, ipſum eſſe illum, qui promittebatur eis in Pentateucho, & Euangelio.* Gelal: وما تفرق فى الايمان بمحمد الا بعد ما جاتهم البينة اى هو محمد او القران وقبل مجيه كانوا مجمعين على الايمان به: *Neque diviſi ſunt in fide erga Mahumetum, donec advenit eis evidentia; ideſt Mahumetus ipſe, vel Alcoranus, nam ante adventum ejus erant uniti in fide erga eum:* Ideſt aſſerebant omnes concorditer, ſe credituros in eum.

IV. *Neque juſſi ſunt,*] Gelal: امروا بذلك فى التوراة والانجيل: *Hæc juſſio facta eſt illis in Pentateucho, & Euangelio.* Eodem modo Zamchaſcerius, qui addit, ipſos deleviſſe, aut immutaſſe hujuſmodi juſſionem.

* *Orthodoxi.*] Gelal: مستقيمين على دين ابراهيم ودين محمد اذا جاء: *rectè obſervantes religionem Abrahæ, & religionem Mahumeti, cùm veniſſet.* Ita exponunt cæteri vocem Arabicam حنيف, quæ propriè reſpondet voci Græcæ ὀρθόδοξος, *Orthodoxus.*

REFU-

REFUTATIONES.

I. NIhil magis falsum, atque absurdum dici poterat, quàm Judæos, Christianos, & Idololatras credidisse ex eo, quòd in Sacris Scripturis Pentateuchi, & Euangelii legerant, Mahumetum esse à Deo mittendum: simulque conspirasse se, ubi venisset, illius religionem amplexuros. Ubi verò advenit, & Judæos, & Christianos, & Idololatras illius legem rejeciisse ob invidiam erga illum: & testimonia, quæ de eo in Pentateucho, & Euangelio extabant, vel immutasse, vel deleviisse. Jam suprà magnum hoc commentum refutavi. Quamobrem nihil hìc de illo addendum puto.

II. Jactat se Mahumetus legere libros ab erroribus, & falsitatibus depuratos: nempè Alcoranum, in quo continentur purè, & fideliter scripta ea, quæ in Sacris Pentateuchi, & Euangelii Codicibus corrupta, ac depravata fuerant. Contra hoc tàm insigne mendacium vide, quæ alibi, & præsertim in prima parte Prodromi rursùm editi fusissimè disseruntur.

III. Mentitur manifestè, dùm asserit, Judæos in Pentateucho, & Christianos in Euangelio jussos esse observare ritus Mahumetanicos, quos ipse vocat Religionem Abrahæ Orthodoxam. Extat Pentateuchus, extat Euangelium: nihil in illis hujusmodi continetur.

IV. Nimis tenuem mercedem pollicetur assectis suis in Paradiso Mahumetus, dùm hortos tantummodò, & flumina illis promittit, quamvis addat tanquam appendicem, & quid secundarium, quòd Deus sibi in ipsis complaciturus sit, & ipsi in Deo. Nam hoc etiam in vita mortali, quamvis non in eodem perfectionis gradu, justis, piisque hominibus conceditur. Hi enim semper sibi in Deo complacent, eidemque placere per vitæ innocentiam, ac bona opera conantur: neque hoc est præmium, sed medium, quo præmium consequantur.

سورة الزلزلة مدنيّة ثمان ايات

SURA XCIX.

TERRÆMOTUS MEDINENSIS: COMMATUM OCTO.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 إذا زلزلت الأرض زلزالها ۞ 2 وأخرجت الأرض أثقالها ۞ 3 وقال الإنسان ما لها ۞
4 يومئذ تحدث أخبارها ۞ 5 بأن ربك أوحى لها ۞ 6 يومئذ يصدر الناس أشتاتا ليروا
أعمالهم ۞ 7 فمن يعمل مثقال ذرة خيرا يره ۞ 8 ومن يعمل مثقال ذرة شرا يره ۞

In Nomine Dei Miseratoris, Misericordis.

1. CUm commota fuerit terra commotione sua. 2. Et ejecerit terra pondera sua. 3. Et dixerit homo: Quid *est* illi (*idest terræ*). 4. Die illa ennarrabit *terra* nuncia sua. 5. Eo, quòd Dominus tuus revelabit *hæc* illi. 6. Die illa procedent homines turmatim, ut videant opera sua. 7. Porrò, qui fecerit, *quantum est* pondus *unius* formiculæ, bonum: videbit illud. 8. Qui verò fecerit, *quantum est* pondus *unius* formiculæ, malum: videbit illud.

NOTÆ.

EPigraphe est, الزلزلة, vel الزلزال; *Terræmotus*, seu *Terræ* subsaltatio; atque ex primo versu desumitur. Suram autem quidam Medinensem, quidam Meccanam faciunt: quamobrem apponunt illi Expositores: مختلف فيها *variæ sunt sententiæ circa illam*; utrum scilicet Meccæ, an Medinæ tradita sit. De præmio Lectoris hæc habe: من قرأ سورة الزلزلة اربع مرات كمن قرأ القران كلّه *Qui legerit Suram Terræmotus quatuor vicibus, perindè erit, ac, si legisset totum Alcoranum.*

I. *Cùm*

I. *Cùm commota fuerit terra.*] Hunc terræmotum, ſeu quaſſationem, proximum ſupremæ diei ſignum fore putant Moslemi: & juxta Zamchaſcerium fiet عند النفخة الثانية *prope ſonum ſecundæ tubæ.*

II. *Pondera ſua.*] Exponit Gelal cum aliis: كنوزها وموتاها *theſauros ſuos, & mortuos ſuos.*

IV. *Enarrabit nuncia ſua.*] Ideſt exponet homini interroganti cauſas commotionis ſuæ.

V. *Revelabit hæc illi.*] Ideſt movebit eam ad illa manifeſtanda.

VII. *Videbit illud.*] Gelal: يرى ثوابه وعذابه: *Videbit*, ſeu recipiet *præmium, vel pœnam illius.*

REFUTATIONES.

I. NIhil hìc eſſet refutatione dignum, niſi Moslemi Alcorani verba literaliter, & prout ſonant accipientes, crederent, terram hominibus de ipſius motu ſciſcitantibus, humanis vocibus reſponſuram. Hoc verò figmentum merum cenſendum eſt: Zamchaſcerius docet, hanc terræ loquutionem metaphoricè eſſe accipiendam: refert tamen, nec rejicit etiam eorum ſententiam, qui literaliter, & propriè eam accipiunt.

سورة العاديات مكّية احدى عشرة آية

SURA C.

EQUI CONCITATI.

MECCANA:

COMMATUM UNDECIM.

بسم الله الرّحمن الرّحيم

١ والعاديات ضبحا ۞ ٢ فالموريات قدحا ۞ ٣ فالمغيرات صبحا ۞ ٤ فاثرن به نقعا ۞
٥ فوسطن به جمعا ۞ ٦ إنّ الانسان لربّه لكنود ۞ ٧ وإنّه على ذلك لشهيد ۞ ٨ وإنّه
لحبّ الخير لشديد ۞ ٩ أفلا يعلم إذا بعثر ما في القبور ۞ ١٠ وحصّل ما في الصّدور ۞
١١ إنّ ربّهم بهم يومئذ لخبير ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr Equos concitatos cum fremitu anhelanti. 2. Et *per equos* incutientes *pedes ad ſilices* cum excuſſione ignis. 3. Et *per equos* ad æmulationem incitantes *ſeſe in curſu* primo mane. 4. Ideòque excitant in eo pulverem. 5. Et tranſeunt in eo per medium turbæ *hoſtilis*. 6. Certè homo Domino ſuo ſanè *eſt* ingratus. 7. Et certè ipſe de hoc *eſt* profectò teſtis. 8. Et certè ipſe ad amorem boni (*ideſt divitiarum*) ſanè *eſt* vehemens. 9. An ergo ignorat, quandò explorabitur id, quod *eſt* in ſepulchris (*ideſt, quandò mortui ſuſcitabuntur*)? 10. Et producetur id, quod *eſt* in pectoribns. 11. Certè Dominum ſuum de ipſis die illa *fore* procul dubio plenè inſtructum?

NOTÆ.

DUbium eſt, ſitne hæc Sura Meccana, an Medinæa: ideò in explicatione ejus ponunt authores مختلف فيها: *Variæ ſunt ſententiæ circa illam*. Circa præmium lectoris ita Zamchaſcerius ex traditione Majorum: من قراء سورة العاديات اعطى من الاجر عشر حسنات بعدد من بات المزدلفة وشهد جمعا. *Qui legerit Suram, quæ inſcribitur, Equi concitati: recipiet mercedem decem bonorum, pro numero eorum, qui venerint in Mozdalephat* (locum Sacrum in Mecca) *& præſentes fuerint alicui conventui*: in quo ſcilicet preces funduntur, vel Sacra peraguntur.

1. *Per*

I. *Per Equos concitatos.*] Arabicè eſt : والعاديات : *Per tranſgredientes*, nempè per Equos, vel, ut alii malunt, Camelos ultrà, quàm opus ſit, tranſeuntes, eo, quòd contra hoſtes ad prælium incitentur. Zamchaſcerius ſic explicat: اقسم بخيل الغزاة تعدوا فتضبح والضبح صوت انفاسها اذا يعدون وعن ابن عباس انه حكاه فقال اخ اخ : *Juro per Equos bellatores, qui curſu prætervecti anhelant. Eſt autem anhelitus vox, ſeu ſonus reſpirationis eorum, cùm currunt curſu concitato: &, quemadmodùm explicat Ebn-Abbas, ſonat veluti ach, ach.* Jahias ex authoritate Aly, qui fuit gener Mahumeti, cenſet eſſe hìc ſermonem de Camelis, non verò de equis : ait enim : هى الابل التى ذهبت الى وقعة بدر : *Hi fuerunt cameli, qui ierunt in conflictum Bedrenſem.* Communis tamen expoſitio eſt, quòd hìc ubique de Equis, non de camelis agatur.

III. *Primo Mane.*] Quia ſcilicet tunc equi ſunt vegetiores.

REFUTATIONES.

1. SEmper ſe magis impium, ac ſtultum oſtendit Mahumetus in juramentis Deo tribuendis. Quid enim Majeſtatem Divinam magis dedecet, quàm per equos, vel camelos jurare, per quos, ne homines quidem rudes, ac barbari, & falſorum Numinum cultores unquam juraſſe reperiuntur? Quid verò jurat hìc Deus? Hominem beneficiis ſuis eſſe ingratum. Verùm, quid opus erat hoc per equos, vel camelos jurare, cùm eſſet res notiſſima, &, quemadmodùm hìc aſſeritur, homo ipſe eſſet ingratitudinis ſuæ cognitor, & teſtis? Et cur jam non liceat hominibus per quaslibet quisquilias apertiſſima quæque, & omnibus nota jurare?

سورة القارعة مكيّة ثمان ايات

SURA CI.
PULSATRIX.
MECCANA:
COMMATUM OCTO.

بسم الله الرّحمن الرّحيم

1 القارعة ما القارعة ۞ 2 وما ادريك ما القارعة ۞ 3 يوم يكون الناس كالفراش
المبثوث ۞ 4 وتكون الجبال كالعهن المنفوش ۞ 5 فاما من ثقلت موازينه فهو في
عيشة راضية ۞ 6 واما من خفت موازينه فامه هاوية ۞ 7 وما ادريك ما هيه ۞
8 نار حامية ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PUlſatrix: quid *eſt* pulſatrix? 2. Et quid intelligere faciet te, quid *ſit* pulſatrix? 3. Die, *qua* erunt homines, ſicut locuſtæ ſparſim diffuſæ. 4. Et erunt montes ſicut lana diverſicolor diſcriminata. 5. Porrò, cujus graves fuerint *bonis operibus* bilances ejus; ipſe *erit* in vita ſibi placente. 6. At verò, cujus leves fuerint bilances ejus: mater ejus (*ideſt habitatio ejus*) *erit* Barathrum. 7. Quid verò intelligere faciet te, quid *ſit* Barathrum? 8. *Eſt* ignis ardentiſſimus.

NOTÆ.

NOTÆ.

DE Suræ inscriptione, & loco, in quo data est, non video, esse controversiam. Versus illius communiter octo recensentur. Quidam decem; alii undecim enumerant. Qui eam

legerit: ثقل الله بها ميزانه يوم القيمة: *gravem reddet per eam* bonis operibus *Deus stateram illius in die Resurrectionis.*

I. *Pulsatrix.*] Arabicè القارعة: intelligitur dies esse supremi judicii: quippè, ut explicat Gelal: تقرع القلوب باهوالها: *pulsabit corda terroribus suis.* Illi autem modi loquendi: *quid est*: vel, *quid faciet te intelligere, quid sit*, sunt per modum admirationis: ac, si diceretur: quàm magna, & terribilis est, vel sit.

VII. *Quid sit Baxathrum.*] Arabicè ما هيه; pro ما هاويه; ut notat Gelal.

REFUTATIONES.

I. NIhil hìc refutandum est, nisi quod pertinet ad bilances, seu stateras, ad bona, vel mala opera libranda in die Judicii; Sed de hoc vide, quæ alibi dicta sunt.

سورة التكاثر مكيّة ثمان ايات

SURA CII.

CONTENTIO

Multiplicandi:

MECCANA:

COMMATUM OCTO.

بسم الله الرحمن الرحيم

١ الهيكم التكاثر ٢ حتي زرتم المقابر ٣ كلا سوف تعلمون ٤ ثم كلا سوف
تعلمون ٥ كلا لو تعلمون علم اليقين ٦ لترون الجحيم ٧ ثم لترونها
عين اليقين ٨ ثم لتسئلن يومئذ عن النعيم

In Nomine Dei Miseratoris, Misericordis.

1. OCcupavit vos contentio multiplicandi. 2. Donec visitaveritis sepulchra. 3. Vah! posteà scietis. 4. Iterùm Vah! posteà scietis. 5. Vah! si sciretis scientia certitudinis. 6. Certè visuri estis Infernum. 7. Iterùm *dico*: Certè visuri estis eum oculo certitudinis (*idest clarè, & manifestè*). 8. Deindè certè reddetis rationem die illa de deliciis.

NOTÆ.

HEc est una ex Suris, quæ nōtantur ab Expositoribus formula illa: مختلف فيها *Variæ sententiæ sunt de ea*: nimirùm Meccana ne sit, an Medinensis. Aliqui inscribunt eam الهيكم *occupavit vos*. Qui eam legerit: لم يحاسبه الله بالنعيم التى انعم به عليه في دار الدنيا واعطى من الاجر كانما قراء الف اية: *non exiget Deus ab eo rationem de beneficiis, quę in eum contulit in hoc mundo: & habebit mercedem, ac si legisset mille versus Alcorani.*

I. *Occupavit vos contentio multiplicandi.*] explicat Jabias: التكاثر فى الدنيا عن الاخرة وهو التكاثر

في المال والولد والقدمات حتى زرتم المقابر اى حتى متم *Contentio multiplicandi in hoc mundo, neglecto futuro ſæculo, in opibus, filiis, & honoribus, donec viſitaveritis ſepulchra, ideſt, donec mortui fueritis*, vel uſque ad mortem. Gelal: شغلكم عن طاعة الله التكاثر اى التفاخر بالاموال والاولاد والرجال حتى زرتم المقابر اى بان متم و دفنتم فيها او عددتم الموتى تكاثرا *Occupavit vos, ac diſtinuit à ſervitio Dei ſtudium multiplicandi; ideſt gloriam acquirendi ex multitudine divitiarum, filiorum, & virorum, donec viſitaveritis ſepulchra, ideſt, uſquequò moriamini, & ſepeliamini. Explicant alii: itaut mortuos etiam numeretis, ut plures numero aliis appareatis.* Hanc ultimam explicationem confirmat Zamchaſcerius his verbis. روى ان بنى عبد مناف وبنى سهم تفاخروا ايهما اكثر عددا فاكثرهم بنوا عبد مناف فقالت بنوا سهم ان البغى اهلكنا فى الجاهلية فعادونا بالاحيا والاموات فاكثرهم بنوا سهم.

Fertur poſteros Abdomenaphi, & poſteros Sahemi glorianter contendiſſe inter ſe, utri eorum eſſent plures numero. Inventi ſunt autem plures eſſe poſteri Abdomenaphi. Dixerantque poſteri Sahemi: Invidia, & iniquitas perdidit nos, dùm eſſemus Idololatræ. Sed numeremus nosipſos cum vivis, & mortuis. Quo facto, inventi ſunt plures eſſe poſteri Sahemi.

II. *Donec viſitaveritis Sepulchra.*] Arabicè: حتى زرتم المقابر. Poteſt etiam verti: *Itaut viſitetis Sepulchra*. Et, ut patet ex ſuperioribus explicationibus, duplex poteſt eſſe ſententia. Prima: ita occupavit vos contentio multiplicandi opes, filios, & cætera bona temporalia, ut non deſtituri ſitis ab hoc, niſi quandò jam mortui ſitis ſepeliendi. Secunda: Ita inter vos contenditis ob inanem gloriam de multitudine, ac numero familiarum veſtrarum, ut etiam mortuos computetis, quò plures numero appareatis.

III. *Poſteà ſcietis.*] Nimirùm, ut ſubintelligendum putat Gelal: سوء عاقبة تفاخرهم: *Malum finem contentionis veſtræ pro gloria multitudinis.*

V. *Si ſciretis ſcientia certitudinis.*] Eſt hìc apoſiopeſis, & ſubintelligitur juxta Gelal: عاقبة التفاخر: ما اشتغلتم به *Finem hujus contentionis veſtræ de gloria multitudinis, non occuparemini in ea.*

VIII. *De deliciis.*] Arabicè النعيم: Voluptas, vel locus voluptatis. Gelal, & Zamchaſcerius exponunt: De vita delicioſa, & luxurioſa in hoc mundo peracta. Alii tamen exponunt: De beneficiis Dei, quæ videtur hæc Sura eſſe prorsùs innocens: non tamen innocens cenſendus eſt Mahumetus: immò tantò magis reus apparet, quantò illa in ſe probat, quæ in aliis condemnat. Quis enim magis avidus multiplicandi opes, & familiam, & augendi imperium, & deliciosè, ac luxuriosè vivendi, quàm Mahumetus? In quo ergo alios judicat, & reprehendit, ſeipſum condemnat.

REFUTATIONES.

I. VIdetur hæc Sura eſſe prorsùs innocens: non tamen innocens cenſendus eſt Mahumetus: immò tantò magis reus apparet, quantò illa in ſe probat, quæ in aliis condemnat. Quis enim magis avidus multiplicandi opes, & familiam, & augendi imperium, & deliciosè, ac luxuriosè vivendi, quàm Mahumetus? In quo ergo alios judicat, & reprehendit, ſeipſum condemnat.

سورة العصر مكية

SURA CIII.
POMERIDIANUM.
MECCANA:
COMMATUM TRIUM.

بسم الله الرحمن الرحيم

١ والعصر ۞ ٢ إن الإنسان لفي خسر ۞ ٣ إلا الذين آمنوا وعملوا الصالحات وتواصوا بالحق وتواصوا بالصبر

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. PEr tempus pomeridianum. 2. Certè homo ſanè *erit* in jactura. 3. Præter eos, qui crediderint, & fecerint recta, & mutuò ſibi commendaverint veritatem, & mutuò ſibi commendaverint patientiam.

NOTÆ.

NOTÆ.

DIssensio est circa locum Suræ, Meccana ne sit, an Medinæa: quamobrem in ejus expositione addunt Authores مختلف فيها: *Variatum est in ea.* Lectori illius وكان ممن غفر الله تواصى بالحق وتواصى بالصبر; *Ignoscet Deus peccata: & erit ex illis, qui sibi mutuo veritatem, & patientiam commendaverunt.*

I. *Pomeridianum.*] Gelal: الدهر او ما بعد الزوال الى الغروب او صلاة العصر: *Seculum: vel tempus id, quod intercedit à declinatione Solis usque ad occasum illius: vel preces pomeridianæ*, seu vespertinæ.

II. *Erit in jactura.*] Arabicè خسر: Zamchascrius: خسران من تجارتهم, *jactura mercaturæ suæ.* Jahias: خسر من الجنة, *jactura*, seu amissione, *Paradisi.*

REFUTATIONES.

I. ÆDet toties easdem ineptias refutare. Jurat Deus homines omnes perituros, propriæque salutis jacturam facturos præter eos, qui cum fide opera recta conjunxerint: & veritatis, ac patientiæ fuerint amantes. Quis, nisi stolidus, & amens hoc ignorat? Quid ergo Divino juramento ad hoc persuadendum opus erat? Vanum igitur est ex hoc capite Dei jusjurandum. Impium verò ex eo, quod fiat per tempus pomeridianum: nihil enim est in hoc tempore, quod à Deo in testem veracitatis suæ advocari mereatur.

سورة الهمزة مكية تسع ايات

SURA CIV.

DETRACTOR.

MECCANA:

COMMATUM NOVEM.

بسم الله الرحمن الرحيم

1 ويل لكل همزة لمزة 2 الذي جمع مالا وعدده 3 يحسب ان ماله اخلده
4 كلا لينبذن في الحطمة 5 وما ادريك ما الحطمة 6 نار الله الموقدة 7 التي
تطلع على الافيدة 8 انها عليهم موصدة 9 في عمد ممددة

In Nomine Dei Miseratoris, Misericordis.

1. VÆh omni detractori, diffamatori. 2. Qui congregavit divitias, & præparavit eas *in tempus futurum*. 3. Existimat, quòd divitiæ suæ æternaturæ sint ipsum. 4. *a* Vah. Certè projicietur in Confractorium. 5. Quid verò intelligere faciet te, quid *sit* Confractorium? 6. *Est* ignis Dei succensus. 7. Qui elevatur super corda. 8. Porrò ipse super ea *erit* in modum fornicis sublatus. 9. Cum columnis protensis. *a* Phy.

NOTÆ.

NEq; in loco traditionis Surę, neq; in numero commatum ejus omnes conveniut. Quidam enim Meccanam, & novem versuum faciunt: quidam verò Medinensem, & septem, vel quinque versuum esse volunt. Illius Lectori اعطاه الله عشر حسنات بعدد من استهزى بمحمد واصحابه, *dabit Deus decem bona pro numero eorum, qui irriserunt Mahumetum, & socios ejus.*

I. *Vah omni detractori.*] Zamchascrius: نزل في الاخنس بن شريق وقيل في امية بن خلف وقيل في الوليد بن المغيرة. *Hæc revelata sunt contra Achnas filium Seric. Alii dicunt contra Omiam filium Chalphi. Alii contra Valid filium Mogheirę.* Eodem modo alii Expositores.

IV. *Confractorium.*] Ita vocant Gehennam, quia, ut ait Gelal, تحطم كلما القي فيها. *Confringit, & comminuit, quidquid conjicitur in illam.*

REFUTATIONES.

QUod ſuprà non ſemel notavimus, Mahumetus legem laturus pro Statutis ad Reipublicæ, vel Religionis cummune bonum ſpectantibus, ſatyras proponit, in quibus pus, atque venenum evomit contra inimicos ſuos: quemadmodùm hic contra Achnas, Omiam, & Valid, juxta communem Expoſitorum ſententiam. Hoc verò nullo modo convenit bono Legislatori, ut jam diximus.

سورة الفيل مكّية خمس ايات

SURA. CV.

ELEPHANTES MECCANA: COMMATUM QUINQUE.

بسم الله الرّحمن الرّحيم

١ الم تر كيف فعل ربك باصحاب الفيل ۞ ٢ الم يجعل كيدهم في تضليل ۞
٣ وارسل عليهم طيرا ابابيل ۞ ٤ ترميهم بحجارة من سجيل ۞ ٥ فجعلهم كعصف ماكول ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. AN non noſti, quomodò fecerit Dominus tuus cum ductoribus Elephantium. 2. An non poſuit aſtum eorum in *a* errorem (*ideſt in perniciem ipſorum, dùm decepti ſunt, & erraverunt in eo*?) 3. Et miſit ſuper eos aves turmatim volantes. 4. *Quæ* jaciebant in eos lapides ex argilla cocta. 5. Poſuitque eos velut folia ſegetis depaſtæ.

a deceptionem.

NOTÆ.

NIhil hìc peculiare occurrit, niſi præmium Lectoris. Nimirùm: من قراء سورة الفيل اعفاه الله ايام حياته الخسف والمسخ. *Qui legerit Suram Elephantium, cuſtodiet eum Deus, quandiù vixerit, ab hiatu terræ, ne ab ea abſorbeatur, & à tranſmutatione in aliam formam.* Quiſquiliæ.

1. *Cum ductoribus Elephantium.*] Totam fabulam ita breviter recenſet Gelal: ابرهة ملك اليمن وحبشة بنا بصنعا كنيسة ليصرف اليها الحاج عن مكة فاحدث رجل من كنانة ولطخ قبلتها بالعذرة احتقارًا بها: فحلف ابرهة ليهدمن الكعبة فجاء مكة بجيشه على افيال مقدمها محمود: فحين توجهوا لهدم الكعبة ارسل الله عليهم طيرًا جمعات جمعات ترميهم بحجارة من طين مطبوخ واهلكهم الله تعالى كل واحد بحجره المكتوب عليه اسمه وهو اكبر من العدسة واصغر من الحمصة يخرق البيضة والرجل والفيل ويصل الى الارض: وكان هذا عام مولد النبي صلى عليه وسلم: *Abraha Rex Arabiæ Felicis, & Ethiopiæ ædificaverat in Sanaa Eccleſiam, ut diverteret ad eam peregrinantes ad Meccam. Quidam verò ex Canana, exonerato ventre, inquinavit ſtercore anteriorem partem ejus in contemptum ejuſdem. Quamobrem juravit Abraha, ſe funditùs everſurum eſſe Delubrum Meccanum. Venit itaque Meccam cum exercitu ſuo, ſuper Elephantes, quos præcedebat Mahmud. Cùmque tenderent ad deſtruendum Delubrum, miſit Deus ſuper eos multas turmas avium, quæ cœperunt jaculari contra eos lapides ex luto cocto. Perdidit itaque Deus ſingulos lapide ſuo, in quo uniuſcujuſque nomen ſcriptum erat. Hujuſmodi autem lapis erat major lente, & minor cicere, & comburebat galeas, & homines, & Elephantes, & perveniebat uſque ad terram. Contigit autem hoc eo anno, quo natus eſt Propheta Dei Mahumetus.* Iſmael filius Aly ſcribit,

scribit Mahmud, fuisse Camelum, quo Rex Abraha vehebatur, & addit: ولما قارب ابرهة الى مكة وتهيا لدخولها بقى كلما قبّل فيله مكة ويرمى نفسه الى الارض وينام فاذا قبلوه غير مكة قام يهرويل و بينما هم كذلك اذ راوا طيرًا عظيمًا اقبل من ناحيـــــه البحر لا تحصا كثرته امثال الخطاطيف مع كـــل طير ثلثة احجار فى منقاره ورجليه. فقذفهم بها وهـــى مثل الحمص والعدس فلم تصب احدًا منهم الا هلك ثم ارسل الله سيلاً والقاهم فى البحر والذى سلم ولى هاربًا الى اليمين مع ابرهة وصاروا يتساقطون بكل منهل فاصيب ابرهة فى جسده فسقطت اعضاؤها ووصل الى صنعا ومات. *Cùmque Abraha Meccæ propior esset, seque ad ingressum in illam præpararet, Elephas illius subsistebat, quoties versus Meccam illum impellebat; projicienseque se in terram obdormiebat. Cùm autem impelleret eum aliò præter Meccam, surgebat celeriter, promptèque incedebat. Cùmque in hoc statu res essent, ecce viderunt aves magnas è regione maris advolantes, erantque innumerabiles, similes hirundinibus: unaquæque earum gestabat tres lapides in rostro, & in duobus pedibus, quibus jaculabatur in eos: erantque hi lapides ciceri, & lenti similes: neque percussus fuit ullus ex eis, qui non periret. Deindè misit Deus torrentem, qui asportavit illos in mare. Qui autem evaserunt, terga vertentes fugerunt cum Abraha in Arabiam Felicem; & cadebant in omni loco aquoso. Percussus est quoque Abraha in corpore, & defluxerunt membra ejus, perveniteque in hoc statu in Sanaa, ubi mortuus est.* Ex his dilucidantur cætera, quæ in hac Sura continentur.

REFUTATIONES.

I. HOc totum, quod hìc ab Alcorano, ejusque Expositoribus refertur, aut fabulam esse, aut præstigium res ipsa persuadet. Solemne certè est Moslemis hujusmodi portenta confingere. Quòd si etiam hoc verè factum fuisse concedamus, quis dubitet ex malorum Geniorum opera, actuque contigisse? Erat eo tempore Delubrum illud Meccanum Idolis plenum, atque in eo eorum cultus à Meccanis, cæterisque Arabibus sacrilegis ritibus in Supremi Numinis contumeliam exercebatur. Ex opposito autem in Ecclesia illa, quam Abraha Rex Arabiæ Felicis ædificaverat, verus Deus colebatur, veraque Religio exercebatur: erat enim Rex ille Christianus: & Christiana Religio eo tempore erat vera, & Sancta, ut fatentur etiam Mahumetani: inter quos Ahmed filius Abdolhalim in sua apologia contra Christianam Religionem hæc habet: وكان جيران البيـــت مشركين يعبدون الاوثان ودينـــن النصارى خير من دينهـــم. *Erant autem cultores Delubri Meccani Idololatræ, adorantes Simulacra: & Religio Chistianorum melior erat religione eorum.* Quomodò ergo fieri potuit, ut Deus Optimus Maximus miraculo tàm insigni concurrerit ad defendendum locum, in quo Dæmones colebantur; & gentem falsè, impieque superstitioni addictam, contra Christianam Religionem, & Regem Christianum, qui pro eadem Religione, verique Numinis cultu pugnabat? Respondet Apologista prædictus, id factum fuisse in gratiam Mahumeti, qui eo anno erat nasciturus: vel saltem in gratiam Abrahæ, & Ismaelis, qui Fanum illud Meccanum ædificaverant. Verùm nulla dictat ratio, quòd debeat Deus in gratiam cujusvis Prophetæ Idola, eorumque cultores, & Delubra miraculis tueri, præsertim contra Religionis suæ propugnatores. Quòd Abraham, & Ismael Fanum illud ædificaverint, falsum prorsùs esse alibi demonstravimus. Quòd si etiam verum esset, cùm tamen quodlibet Templum propter veri Dei cultum tantummodò venerationem mereatur, hoc cessante, vel in superstitiosum, & illicitum mutato, nullam videtur mereri æstimationem. Quamobrem Templum illud Jerosolimitanum, quamvis à Davide, & Salomone constructum, ubi idololatriæ sordibus inquinatum fuit, nullo modo à Deo contra Chaldæos servatum est, quin potiùs eversum, & in maceriem lapidum redactum. Vel igitur hoc, quod hìc de Elephantium ductoribus refertur, fabula est: vel Dæmonum præstigium fuit. Neque verò novum, & inauditum est, Dæmonas Delubrorum, vel Simulacrorum, vel Sacrorum suorum injurias, Deo ita permittente, vindicare consuevisse. Sexcenta sunt hujus rei exempla, quæ omnia impossibile videtur à tot Scriptoribus tùm Græcis, tùm Latinis conficta fuisse. Unicum mihi producere satis erit huic, quod à Mahumetanis refertur, simillimum: & à Cicerone lib. 1. de Divinatione narratur his verbis: *Objiciuntur etiam sæpè formæ, quæ reipsa nullæ sunt, speciem autem offerunt: quod contigisse Brenno dicitur, ejusque Gallicis copiis, cùm Fano Apollinis Delphici nefarium bellum intulisset. Tunc enim ferunt ex Oraculo, hæc fatam esse pythiam: Ego providebo rem istam, & albæ virgines. Ex quo factum, ut, & viderentur virgines ferre arma contra; & nive Gallorum obrueretur exercitus.* Addit Valerius Maximus lib. 1. cap. 2. *Brennus Gallorum Dux Delphis Apollinis Templum ingressus, Dei voluntate in se manus vertit.* Jurares ex hoc facto, Mahumetanos, & Alcoranum fabulam suam de Elephantibus omninò confarcinasse, & confinxisse: in qua, si attentè eam expendas, tot ineptias reperies, quot verba: sed non est mihi otium singula adamussim expendere. Vide, quę de hoc Scripsi in Prodromo p. 2. c. 4. pag. 14.

سورة قريش مكيّة اربع ايات

SURA CVI.

CORAISITÆ.

MECCANA:

COMMATUM QUATUOR.

بسم الله الرحمن الرحيم ❋

١ لإيلاف قريش ٢ إيلافهم رحلة الشتاء والصيف ٣ فليعبدوا رب هذا البيت ٤ الذي
أطعمهم من جوع وامنهم من خوف ❋

In Nomine Dei Miseratoris, Misericordis.

a societatem. b societatem. 1. AD *a* Unionem Coraisitarum. 2. *b* Unionem eorum *ad* profectionem mercatoriam hyemis, & æstatis. 3. Serviant Domino hujus Domus (*ideſt Templi Meccani*). 4. Qui cibavit eos in fame, & ſecuros fecit eos à timore.

NOTÆ.

QUidam tribuunt huic Suræ quinque verſus, conſtituentes pro quinto; *Et ſecuros fecit eos à timore*. Qui eam legerit: اعطاه الله عشر حسنات بعدد من طاف بالكعبة واعتكف بها: *dabit ei Deus decem bona pro numero eorum, qui Templum Meccanum viſitaverint, ibique devotè commorati fuerint.*

I. *Ad Unionem Coraiſitarum.*] Arabicè لإيلاف قريش. Coraiſitæ, ſeu Coraſini ita dicti ſunt à قريش Corais filio Nadhar, filii Cananæ oriundi ab Iſmaele. Erant autem Coraiſitæ familia, ſeu Tribus inter Arabes nobiliſſima, ex qua etiam ortus eſt ipſe Mahumetus. Ad hos igitur ſpectat hæc Sura, & præcipuè ad eos, qui ex eadem familia erant cuſtodes, ſeu æditui Delubri Meccani. Quidam Expoſitores connectunt prima verba hujus Suræ cum extremis præcedentis, hoc modo: *Poſuitque eos* (nempè ductores Elephantium) *velut folia ſegetis depaſtæ, ad unionem Coraiſitarum*: Ideſt ad uniendas duas cohortes mercatorias eorum, quarum altera hyeme in Jeman, altera æſtate in Syriam quotannis ad mercaturam proficiſcebatur pro Templi Meccani miniſteriis, ſeu expenſis. Ita Gelal, Zamchaſcerius, & alii.

II. *Profectione mercatoria.*] Arabicè رحلة, vulgò *Caravana* appellatur, nempè ſocietas, ſeu cohors virorum, qui mercaturæ exercendæ cauſa in exteras regiones ſimul proficiſcuntur.

III. *Serviant.*] Arabicè فليعبدوا. Putant quidam abundare litteram ف: itaut ſenſus ſit: *Ut ſerviant*. Nempè Deus ita diſpoſuit per cladem ducentium Elephantes unionem duarum cohortium Coraiſitarum, ut meliùs ſeviant in miniſteriis Templi Meccani.

IV. *In fame, & à timore.*] Gelal: وكان بصيبهم الجوع لعدم الزرع بمكة وخافوا جيش الفيل: *Quia oppreſſerat eos fames ob defectum rei frumentariæ in Mecca, & timuerant ob exercitum Elephantium.*

REFUTATIONES.

I. COraiſitæ, ſeu Coraſini erant idololatræ, & ex emolumentis mercaturæ ſuæ Delubri Meccani expenſas ſuſtentabant, & præſertim, quæ in ſacrificia deorum ſuorum fieri conſueverant. Quomodò ergo poterat Mahumetus ſine magno piaculo horum ſtudium in mercatura probare, quod in Dei contemptum manifeſtè vergebat? Nec ſatis eſt, quòd eos hortetur, *ut ſerviant Domino illius domus*: immò, quòd ipſimet Dominum illum diis ſuis Ellatæ, Alozæ, & Manatæ

natæ aſſociarent. Primò enim incertum relinquebat, quiſnam eſſet ille dominus: Deus ne ſuus, an aliquis Deus eorum. Deindę omninò deteſtandus eſt cultus ille, in quo Deus verus diis falſis admiſcetur.

II. Hic tàm benignus agendi modus Mahumeti cum Coraſinis contribulibus ſuis, eo præſertim tempore, cùm illos odio Vatiniano proſequebatur, nec minùs ipſi eum oderant, malèque vexabant: prorsùs vulpinam in eo malitiam, ac fraudem erga eoſdem apertiſſimè oſtendit: quæ, niſi facto ipſo comprobaretur, vix credi poſſet. Nolebat ſcilicet Coraſinos à mercatura diverti, quò per illam opibus auctos poſſet ipſe cum majori ſuo emolumento ſpoliare, ut revera paulò poſt ſpoliavit. Cùm enim audiſſet, redire è Syria cum magnis mercibus quadraginta ex his mercatoribus Coraſinis: ne præda tàm opulenta ſibi effugeret, egreſſus eſt contra illos cum multis peditibus, & equitibus, eorumque merces in morem hoſtilem deprædatus eſt. Vide, quæ dixi in Vita Mahumeti, cap. 15. Non fuerit hoc factum à Mahumeto ex præmeditata fraude in hac Sura; ſed prompta occaſio illum ad miſeros hos mercatores deprædandos induxerit: debuitne illos iis opibus ſpoliare, ad quas comparandas illos hortatus fuerat, ut domino Delubri Meccani iiſdem inſervirent?

سورة الماعون مكيّة سبع ايات

SURA CVII.

UTENSILIA.

MECCANA:

COMMATUM SEPTEM.

بسم الله الرّحمن الرّحيم

1 أَرَأَيْتَ الَّذِي يُكَذِّبُ بِالدِّينِ ۞ 2 فَذَلِكَ الَّذِي يَدُعُّ الْيَتِيمَ ۞ 3 وَلَا يَحُضُّ عَلَى طَعَامِ
الْمِسْكِينِ ۞ 4 فَوَيْلٌ لِلْمُصَلِّينَ ۞ 5 الَّذِينَ هُمْ عَنْ صَلَاتِهِمْ سَاهُونَ ۞ 6 الَّذِينَ هُمْ يُرَاءُونَ ۞
7 وَيَمْنَعُونَ الْمَاعُونَ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. VIdiſti ne illum, qui negat, ut falſum, diem Judicii? 2. Ille porrò *eſt*, qui deturbat *à jure ſuo* orphanum. 3. Neque excitat *ſe*, *aut alios* ad cibandum pauperem. 4. Væh autem orantibus. 5. Qui ſunt circa orationem ſuam negligentes. 6. Qui ipſi videntur (*ideſt videri ſe faciunt, dùm orant, ob hypocriſin*). 7. Et negant utenſilia (*ideſt neceſſaria ad uſum aliis*).

NOTÆ.

TRiplicem habet epigraphen hæc Sura. Prima, & communior eſt الماعون: *Utenſile*, vel *Utenſilia*, & deſumitur ex ultimo verſu. Secunda الدين, *Dies Judicii*. Tertia ارايت, *Vidiſtine*: & utraque deſumitur ex primo verſu. De loco, in quo Sura tradita eſt مختلف فيها *diverſæ, contrariæque ſunt ſententiæ*: quidam enim Meccanam, quidam Medinenſem: quidam verò partim Meccanam, partim Medinenſem faciunt. In numero etiam verſuum non omnes conveniunt. De lectoris præmio hæc Zamchaſcerius: من قراء سورة ارايت غفر له ان كان الزكاة موديا. *Qui legerit Suram, Vidiſtine: dimittentur ei peccata, ſi perſolverit Sacrum cenſum*, vel eleemoſynam conſtitutam.

I. *Vidiſtine illum.*] Quiſnam ille ſit, non conſtat ex Alcorano, ſed per conjecturam habetur ab Expoſitoribus. Gelal: نزلت فى العاص بن وايل او الوليد بن الغيرة. *Dicta ſunt hæc contra Alas filium Vail: vel contra Valid filium Mogdeiræ.* Alii volunt eſſe contra ابى جهل او ابى سفيان او عبد مناف: *Abugehel, vel Abuſophian: vel Abdomenaph.*

VII. *Utenſilia.*] Arabicè الماعن, ſingularis numeri, quam vocem quidam Exponunt الزكاة, *Sacrum cenſum*.

eenſum. Quidam الصدقة, *eleemoſynam*. Quidam verò quidquid attinet ad uſum hominum: cujuſmodi ſunt, inquit Gelal: الابرة والفاس والقدر والقصعة; *acus, & ſecuris, & olla, & patina*. Addit Jahiás: الدلو والرحى: *ſitulam, & molam*; Zamchaſcerius, القدحة, *ignitabulum*; & ex traditione Aiſæ uxoris Mahumeti, النار والماء والملح: *ignem, & aquam, & ſal*.

REFUTATIONES.

I. HIc etiam pro lege ſatyram condit Mahumetus, &, quamvis nullum nominet, ita tamen illum deſcribit, ut omnes agnoſcere poſſint, quem ſale, acetoque conſpergat: neque in eo divinando Expoſitores multùm deſudarunt.

II. Semper rem ſuam curat Mahumetus: neque enim, cùm queritur, Alaſum, vel Valideum, vel quemvis alium deturbare orphanum à bonis, & à jure ſuo, de alio intelligit, quàm de ſeipſo, quem omnes orphanum fuiſſe norant. Ne verò, cùm alimenta pauperum, & utenſilium commodationem impedientes redarguit, ipſum commoda ſua curare quiſpiam ſuſpicaretur, attentam in orando ſolicitudinem, & hypocriſis fugam aſtutè, ſed importunè intermiſcet.

سورة الكوثر مكيّة ثلث ايات

SURA CVIII.

KAUTHER.

MECCANA:

COMMATUM TRIUM.

بسم الله الرحمن الرحيم

إِنَّا أَعْطَيْنَاكَ الْكَوْثَرَ ۝ فَصَلِّ لِرَبِّكَ وَانْحَرْ ۝ إِنَّ شَانِئَكَ هُوَ الْأَبْتَرُ ۝

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. NOs certè dedimus tibi Kauther. 2. Ora ergo ad Dominum tuum, & jugula. 3. Porrò odio habens te, ipſe *erit* exciſus.

NOTÆ.

QUamvis Sura Meccana ponatur: multi tamen volunt, eſſe Medinenſem. Lectori præmium hujuſmodi promittitur: من قراء سورة الكوثر سقاه الله من كل نهر له في الجنة وتكتب له عشر حسنات بعدد كل قربان قربه العباد في يوم النحر: *Qui legerit Suram Kauther, potabit illum Deus ex omnibus fluviis, quos habet in Paradiſo, & adſcribentur illi decem bona pro numero ſingularum oblationum, quæ fient à fidelibus in die jugulationis*, ſeu mactationis pecorum, quæ ſit decima die Menſis Dulhoggiæ.

I. *Kauther*.] Expoſitores longas contexunt nugas circa hoc nomen, expiſcantes in Prophetæ ſui ineptiis myſteria. Gelal putat, Kauther eſſe نهر في الجنة هو حوضه ترد عليه امته والكوثر الخير الكثير من النبوة والقران والشفاعة ونحوها: *fluvium in Paradiſo, qui efficit piſcinam Mahumeti, ad quam deſcendet bibitura gens ejus*. Et addit: *Significat etiam hæc vox Kauther bonum multum, nempè prophetiam, Alcoranum, officium interceſſoris, & alia hujuſmodi* à Deo Mahumeto collata. Beidavius ex traditione ipſius Mahumeti eodem modo affirmat, Kauther eſſe نهر في الجنة فيه خير كثير احلى من العسل وابيض من اللبن وابرد من الثلج والين من الزبد حافتاه الزبرجد واوانيه من فضة لا يظمأ من شرب منها وقيل حوض فيها وقيل اولاده واتباعه او علماء امته او القران: *fluvium in Paradiſo, in quo eſt bonum multum; dulciorem melle, candidiorem lacte, frigidiorem nive, & molliorem ſpuma: cujus oræ ſunt chryſolithus: vaſa verò ejus* (in quibus ſcilicet bibent Paradiſicolæ ejus aquam) *ex argento* (Addit Zamchaſcerius, hæc vaſa, ſeu cyathos tot fore, quot نجوم السماء *ſtellas Cœli*) *Non ſitiet, qui biberit ex eo*.

eo. *Alii dicunt, esse piscinam in Paradiso: alii filios Mahumeti, & assectas ejus, vel Doctores gentis ejus, vel Alcoranum*, Vah ineptias!

II. *Jugula*.] Nimirùm oves, seu pecudes illas, quas immolare solent, qui ad Meccam peregrini proficiscuntur in valle Mina die constituto. De quo ritu vide alibi, quæ scripsi. Significat autem نحر, non solùm *jugulare*; sed etiam erectum stare, & manus elevare, seu dextram super sinistram componere in orando.

III. *Porrò odio habens te*.] Gelal: نزل فى العاص بن وايل سمى النبى ص ابتر عند موت ابنه القاسم ع: *dictum fuit hoc contra Alas filium Vail, qui, cùm mortuus esset Alcasem filius Mahumeti, vocaverat eundem Mahumetum excisum*; nempè filiis, & posteritate orbatum. Quòd malum nunc eidem Alaso ariolatur, ut par pari rependat.

REFUTATIONES.

I. CUm communis Expositorum Mahumetanorum sensus sit, Kauther esse fluvium, vel piscinam, quam Deus in Paradiso Mahumeto donavit: manifestè patet, quàm hebes, & quodammodò pecuinus fuerit Mahutus, qui non aliam sibi in futuro sæculo felicitatem proposuerit, quàm piscinam aquarum, quamvis mele dulciorum, lacte candidiorum, nive frigidiorum, & spuma molliorum: quamvis hujusmodi piscina pretiosis lapidibus ambiatur, quamvis tot habeat argentea vasa ad usum bibentium, quot stellæ in Cœlo reperiuntur; nihil enim horum ad æternam, ac Summam felicitatem, & ne ad temporalem quidem, & mediocrem potest pertinere.

II. Dùm fingit, juberi se à Deo, pecudes jugulare: lanionem se esse tantummodò profitetur. Etenim ovium illam stragem, quam in Valle Mina peregrini faciunt tempore peregrinationis Meccanæ, nequaquam sacrificium esse, Mahumetani ipsi fatentur. Vide Prodromum p. 4. cap. 17. pag. 41. Quòd si etiam verum sacrificium esse vellent, Mosaicos ritus à Christo sublatos, nonnisi superstitiosè, atque inaniter revocarent.

3. Vix Sura aliqua reperitur, in qua Mahumetus aliquem adversariorum suorum non laceret, aut mordeat: quemadmodùm hìc Alasum, cui contumeliam pro contumelia rependit.

سورة الكافرون مكيّة ستّ ايات

SURA CIX.

INFIDELES.

MECCANA:

COMMATUM SEX.

بسم الله الرّحمن الرّحيم ❋

١ قُلْ يَا أَيُّهَا الْكَافِرُونَ ۝ ٢ لَا أَعْبُدُ مَا تَعْبُدُونَ ۝ ٣ وَلَا أَنْتُمْ عَابِدُونَ مَا أَعْبُدُ ۝ ٤ وَلَا
أَنَا عَابِدٌ مَا عَبَدْتُمْ ۝ ٥ وَلَا أَنْتُمْ عَابِدُونَ مَا أَعْبُدُ ۝ ٦ لَكُمْ دِينُكُمْ وَلِيَ دِينِ ❋

In Nomine Dei Miseratoris, Misericordis.

1. DIc. O Infideles. 2. Non colam, quod colitis. 3. Neque vos colentes, quod colo. 4. Neque ego colens, quod coluistis. 5. Neque vos colentes, quod colo. 6. Vobis Religio vestra, & mihi Religio mea.

NOTÆ.

MEccanam esse Suram omnium consensu asserit Hottingerus. Sed fallitur in hoc, ut in cæteris plerumque. Nam Gelal habet: مكية او مدنية: *Meccana, aut Medinensis*. Qui eam legerit, inquit Zamchascrius: فكانما قراء ربع القران وتباعدت منه مردة الشياطين وبرئ من الشرك ويعافى من الفزع الاكبر: *erit, ac, si legisset quartam partem Alcorani, & elongabitur ab eo contumacia Dæmonum; & immunis erit ab Idololatria: & liberabitur à timore majori.*

1. *O Infideles*.] Gelal: نزلت لما قال رهط من المشركين

المشركين للنبي حتى تعبد الهتنا سنة ونعبد الهك سنة : *Revelata est hæc Sura Mahumeto, postquàm dixerunt illi quidam ex Idololatris: Tu cole per unum annum deos nostros: & nos colemus per unum annum Deum tuum.*

II. *Non colam.*] Gelal contra Zamchaſcerium, & regulas grammaticæs, contendit eſſe hìc tempus præſens, ut vertendum ſit: *non colo.*

III. *Neque vos colentes.*] Stare hìc participium pro præſenti, vult Gelal: ut vertendum ſit: *Neque vos colitis.*

IV. *Neque ego colens.*] Hìc verò participium vult idem Gelal ſtare pro futuro: ut vertendum ſit: *Neque ego colam.* Zamchaſcerius autem contendit, poni pra præterito, & explicat: وما كنت عابدا قط فيما سلف ما عبدتم : *Neque colui unquam tempore præterito id, quod vos coluiſtis.* Eodem modo Jahias. Sed uterque malitiosè, ad purgandum Prophetam ſuum à ſcelere Idololatriæ, in qua ſupra quadraginta annos perſeveravit.

V. *Neque vos colentes.*] Hìc etiam futurum tempus eſſe, ſcilicet, *neque vos coletis*, affirmat Gelal.

REFUTATIONES.

I. NEſcio, qua fronte ſcribat hìc Jahias: الي اخر السورة ليس بتكرير : *uſque ad finem Suræ non eſt receptio*, ſeu tautologia: eſt enim tota hæc Sura inſulſiſſima ejuſdem rei recantatio. Et certè tertius verſiculus iiſdem prorsùs verbis conſtat, quibus quintus.

II. Contra Charitatem, & Religionem peccat procul dubio Mahumetus; dùm liberam relinquit Meccanis religionem ipſorum, nempè Idololatricam: contentus, ſe unius Dei cultum tenere. Non fuit hoc officium Prophetæ, & Legati, qui miſſus fuerat, ut Cives ſuos ab impietate, avitaque ſuperſtitione revocaret. Debuit ſaltem proteſtari, Religionem ſuam veram eſſe: ipſoſque in errore verſari; alioquin modus ille loquendi quædam fuit idololatriæ approbatio.

سورة النصر مدنية ثلاث ايات

SURA CX.
AUXILIUM.
MEDINENSIS:
COMMATUM TRIUM.

بسم الله الرحمن الرحيم

١ اذا جاء نصر الله والفتح ٢ ورايت الناس يدخلون في دين الله افواجا ٣ فسبح بحمد ربك واستغفره انه كان توابا

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. CUm venerit auxilium Dei, & victoria. 2. Et videris homines, *dùm* ingredienter in religionem Dei turmatim. 3. Celebra laudem Domini tui, & veniam precare ab eo, quia ipſe eſt propitiabilis.

NOTÆ.

COmmunis epigraphe eſt النصر, *Auxilium.* Aliqui inſcribunt الفتح, *Victoria*, confundentes cum Sura 48. Alii اذا جاء, *Cùm venerit*. Omnia ex primo verſiculo. Meccanam quidam cenſent Suram: ſed Authores meliores faciunt Medinenſem: & quidem jure: nam ex ipſa Sura patet, Mahumetum eo tempore non fuiſſe Meccæ, cujus expugnationem brevi futuram fingit ſibi à Deo promitti. Ex vita etiam Mahumeti habemus, illum, quandò hanc Suram accepit, Meccam commoratum fuiſſe. De premio Lectoris hæc Zamchaſcerius: من قراء سورة اذا جاء نصر الله اعطي من الاجر كمن شهد مع محمد فتح مكة : *Qui legerit Suram, Cùm venerit auxilium Dei; habebit mercedem illius, qui præſens fuit cum Mahumeto expugnationi Meccæ.*

I. *Victoria.*] Conveniunt plerique, quantum vidi,

di, esse hic promissionem victoriæ Mahumeti contra Meccanos, ob quam plures timore perterriti, superstitionem illius inviti amplexi sunt.

III. *Celebra laudem.*] Gelal: وكان من بعد نزول هذه السورة يكثر من قول سبحان الله وبحمده واستغفر الله ويتوب اليه وعلم بها انه قد اقترب اجله. وكان فتح مكة فى رمضان سنة ثمان وتوفى من فى ربيع الاول سنة عشر. *Erat Mahumetus post revelationem hujus Suræ frequentior in laudando Deum: & petebat veniam ab eo, convertebatque se ad eum. Cognovit enim per hanc, appropinquare finem vitæ suæ. Nam Mecca expugnata fuit anno octavo Hegiræ in Mense Romadan: ipse verò occubuit in Mense primo Verno Anni decimi.*

REFUTATIONES.

I. FIngit hìc Mahumetus, revelatum fuisse sibi à Deo, quòd nulla indigebat revelatione. Ipse enim jam destinaverat Meccam ex improviso adoriri, jamque ad hoc quadraginta millia militum in promptu habebat: optimèque sciebat, Meccanos imparatos, & nihil à se mali suspicantes in potestatem suam esse venturos, & vi, metuque coactos, sectam suam esse amplexuros non dubitabat. Neque etiam revelatione indigebat, ut sciret, proximam esse mortem suam; nam hoc præsentiebat ex veneno à fœmina Judæa sibi in ovis harmo propinato.

II. Duplici ex capite Mahumeti apparet impietas. Primò, quia in Mense Romadan, jejunio, pietati, ac pœnitentiæ à se destinato, & in quo, vel contra hostes arma ferre nefas erat, patriam, & concives suos proditorium in morem bello injustissimo oppressit, causa prorsùs frivola emendicata, quòd Coraisitæ contribules sui fœdus secum initum infregissent. Sed falsum hoc erat: nam Coraisitæ opem tantummodò tulerant Baharensibus confœderatis suis à Chazaensibus Mahumeto fœdere junctis bello lacessitis. Cur verò non adjuvarent Coraisitæ socios suos, injustè, ut putabant, à confœderatis cum Mahumeto vexatis, quantumvis ipsi essent cum illo fœdere alligati? Et nihilominùs statim Coraisitæ miserunt ad Mahumetum Legatum Abusophianum generum ipsius, quippè filiam ejus habebat uxorem, ut apud illum sese purgarent, &, si quid in amicis adjuvandis contra socios ipsius peccassent, quantum opus esset, satisfacerent. Et, quamvis Abusophianus partes suas sedulò expleret primò apud filiam suam Mahumeti uxorem: deindè apud ipsum Mahumetum, & postremò apud omnes Principes, & socios illius: nullus tamen ex his verbo illum dignatus est: immò filia ipsa eum contumeliosè à se rejecit. Quamobrem coactus est ad suos, re prorsùs infecta, redire. Quænam igitur erat causa, cur Mahumetus Patriam, Cives, & Cognatos suos armis invaderet, & opprimeret? Secundò apparet Mahumeti impietas, quia, cùm se morti proximum agnosceret, non ex revelatione Gabrielis, ut ipse fingit: sed ex vi veneni à se imprudenter hausti, quo paulatim se absumi sentiebat: non tamen abstinuit ab injusta Patriæ suæ invasione, & expugnatione: quod omnes etiam barbari semper exhorruerunt, & execrati sunt. Sed vide superiùs dicta.

سورة ابى لهب مكيّة خمس ايات

SURA CXI.

ABU-LAHEB.

MECCANA:

COMMATUM QUINQUE.

بسم الله الرّحمن الرّحيم

1 تبّت يدا أبي لهب وتبّ ۞ 2 ما أغنى عنه ماله وما كسب ۞ 3 سيصلى نارا ذات لهب ۞
4 وامرأته حمالة الحطب ۞ 5 فى جيدها حبل من مسد ۞

In Nomine Dei Miseratoris, Misericordis.

1. PErierunt manus Abu-laheb: & perjit *ipsemet*. 2. Non profuerunt ei divitiæ ejus, & id, quod acquisivit. 3. Descendet comburendus in ignem habentem flammam. 4. Et *descendet cum eo*, uxor ejus gestans lignum. 5. In collo ejus (*ideſt Uxoris*) *erit* funis *contextus* ex fibris caudicis palmæ contortis.

NOTÆ:

NOTÆ.

QUatuor huic Suræ inſcriptiones præpoſitas reperio: Prima eſt تبت: *Perierunt*. Secunda ابى لهب *Abi-laheb*, ſeu *Abu-laheb* in caſu recto: & utraque eſt deſumpta ex primo verſu.

Tertia لهب, *Flamma*, quæ eſt in tertio verſu. Quarta مسد, *Fibræ contortæ caudicis palmæ*, in quinto verſu. Premium Lectori promittit ipſe Mahumetus his verbis: من قراء سورة ابى لهب زجوت ان لا يجمع الله بينه وبين ابى لهب فى دار واحدة: *Qui legerit hanc Suram; ſpero, quòd Deus non juniet illum cum Abu-laheb in eadem domo.*

I. *Perierunt manus Abu-laheb.*] Occaſionem dedit huic Suræ id, quod ſequitur ex Gelal: لما دعا عمه وقال انى نذير لكم بين يدى عذاب شديد قال له عمه ابو لهب تبا لك ألهذا دعوتنا ونزل تبت يدا ابى لهب اى جملته وعبر عنها باليدين لما كان اكثر الافعال تزاول بهما. *Cùm convocaſſet Mahumetus populum, dixit eis: Ego comminor vobis magnam pœnam, quam video vobis inſtare. Quod, cùm audiſſet Abu-laheb patruus ejus, dixit ei: Dii te perdant: propter hoc ergo advocaſti nos? Tunc revelata fuit Mahumeto hæc Sura: Perierunt manus Abu-laheb. Poſuit autem manus per figuram, pro omnibus rebus ejus: quia manibus omnia fiunt, ac pertractantur.*

IV. *Et Uxor ejus.*] Vocabatur hæc أم جميل, *Ommogemil*, ideſt mater pulchri: quemadmodùm Maritus ejus ابو لهب, *Abu-laheb*, ideſt *Pater flammæ*: quæ videntur potiùs fuiſſe cognomina, quàm nomina propria. Affirmat autem, hanc cum marito in Gehennam deſcenſuram oneratam ligno, vel ſarcina lignorum: quia, ut ait Gelal: تلقى الشوك والسعدان فى طريق النبى ص. *Ponebat in via, per quam tranſiturus erat Mahumetus, ligna ſpinoſa, & ſentioſa:* ut nimirùm incideret pedibus in illa, & vel caderet, vel pungeretur.

REFUTATIONES.

HOc hæc Sura Satyra mera eſt felle ſcatens, ac veneno contra Abu-laheb, & Uxorem ejus Ommogemil. Hinc agnoſci poteſt, quàm impius, & vindictæ cupidus fuerit Mahumetus, qui Patruum ſuum, & Amitam ſuam ob leviſſimas, vel ſaltem non ita graves injurias acceptas, tàm graviter dilaceret, neque tantummodò temporalia illis damna cum bonorum omnium jactura, ſed etiam æternas Gehennæ pœnas imprecetur. Hoc certè Chriſtus neque docuit, neque fecit: immò & pro inimicis orandum, illiſque benefaciendum docuit, & pro illis ipſis, à quibus atrociſſimas pœnas, & mortem patiebatur, oravit: & tumque culpam apud Patrem excuſavit. Vide, quàm longè diſſert Mahumetus à Chriſto, & ab Euangelio Alcoranus.

سورة التوحيد مكيّة اربع ايات

SURA CXII.

UNIFICATIO.

MECCANA:

COMMATUM QUATUOR.

بسم الله الرحمن الرحيم ✻

1 قل هو الله احد ۞ 2 الله الصمد ۞ 3 لم يلد ولم يولد ۞ 4 ولم يكن له كفوا احد ✻

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. DIc. Eſt Deus unus. 2. Deus Sempiternus. 3. Non genuit, & non eſt genitus. 4. Et non fuit illi par ullus.

NOTÆ.

INſcribitur etiam hæc Sura الاخلاص *Sincerificatio*, in qua ſcilicet ſincere fidei, & religionis profeſſio continetur: quemadmodùm etiam dicitur التوحيد: *Unificatio*, quia unius Dei Majeſtate aſſerta, plurium deorum cultus in illa excluditur, itaut etiam Perſonarum pluralitas ab ea rejiciatur. Beidavius aſſerit: انها تعدل ثلث القران *illam æquivalere tertiæ parti Alcorani*. Meccana ne ſit, an Medinenſis, Moslemi certant, & adhuc ſub judice lis eſt. De præmio Lectoris hæc ſcribit Zamchaſcerius: هذه رسول الله ص انه سمع رجلا يقرأ قل هو الله واحد فقال وجبت: قيل يا رسول الله وما وجبت قال وجبت له الجنة. *Cùm Mahumetus audiſſet quendam legentem hanc Suram, dixit: Meruit. Dictum fuit illi: Quid meruit, O Legate Dei? Reſpondit; Meruit illi Paradiſum.*

1. *Eſt Deus unus.*] Gelal: سئل رسول الله عن ربه فنزل هو الله احد. *Interrogatus fuit Mahumetus de Domino ſuo: & reſpondit: eſt Deus unus.*

REFUTATIONES.

I. SI generare, & generari accipiantur in eo ſenſu, quem intelligit Mahumetus; certum eſt, Deum nec generare, nec generari. Ipſe enim, utpotè craſſiſſimus, putat, non poſſe Deum habere filium, niſi ex copula cum aliqua fœmina. Ita enim loquitur in Sura 6. quę inſcribitur الانعام *Pecora*, verſu 96. بديع السموات والارض انى يكون له ولد ولا تكون له صاحبة. *Conditor Cœlorum, & terræ: quomodò habebit filium, cùm non habebat uxorem?* Verùm ſi generari accipiatur in Deo eo modo, quem Chriſtiana fides docet, ne Mahumetani quidem negare eam poſſunt, ut nos in ſecunda parte Prodromi fuſiſſimè contra eoſdem Mahumetanos probavimus. Credere verò non poſſe fieri generationem, niſi per copulam carnalem maris cum fœmina, hominis eſt nimis ſtolidi, & prorsùs pecuini, cùm non pauca animalia ſine commercio maris, & fœminæ generentur.

سورة الفلق مكيّة خمس ايات

SURA CXIII.

DILUCULUM.

MECCANA:

COMMATUM QUINQUE.

بسم الله الرحمن الرحيم *

1 قل اعوذ برب الفلق ۞ 2 من شر ما خلق ۞ 3 ومن شر غاسق اذا وقب ۞ 4 ومن شر
النفاثات في العقد ۞ 5 ومن شر حاسد اذا حسد *

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. DIc. Confugio ad Dominum Diluculi, *ut liberet me*. 2. A malo *illius*, quod creavit. 3. Et à malo Lunæ, quandò latuerit. 4. Et à malo *fœminarum* inſufflantium in nodos. 5. Et à malo invidentis, cùm inviderit.

NOTÆ.

SUra eſt ex iis, التى مختلف فيها, *de quibus diſcors eſt ſententia*, ubinam traditæ ſint; Meccæ ne, an Medinæ. De præmio lectoris ita pronunciavit Mahumetus: من قراء سورة المعوذتين فكانما قراء الكتب كلها التى انزله الله تعالى

Qui legerit duas Suras, quæ incipiunt per verbum, Confugio, erit, ac ſi legiſſet libros omnes traditos à Deo. Sunt autem hæ Suræ duæ extremæ in Alcorano.

I. *Confugio.*] Præbuit occaſionem huic Suræ id, quod à Gelale, aliiſque Expoſitoribus refertur his verbis: نزلت هذه والتى بعدها لما سحر لبيد اليهودى للنبى ص فى وتر به احدى عشر عقدة واعلمه الله بذلك وبمحله فاحضر بين يديه ص وامر بالتعوذ بالسورتين فكان كلما قراء اية منها انحلت عقدة ويجد خفة حتى انحلت العقد كلها وقام كانما انشط من عقال. *Tradita fuit hæc Sura cum alia, quæ ſubſequitur, cùm Lobeidus Judæus magicis artibus alligaſſet Mahumetum chorda undecim nodorum. Notificavit autem hoc illi Deus unà cum modo ſolvendi incantationem, feciſque, ut comparet chorda illa coram eo: & præcepit ei, ut confugeret ad opem Dei, tradens illi has duas Suras. Quoties autem legebat unum verſum ex illis, ſolvebatur unus nodus, & ſentiebat ſe alleviari, donec ſoluti ſunt omnes nodi. Tunc autem ſurrexit Mahumetus eo modo, quo quis alacriter exilit ſolutus à vinculo.*

* *Diluculi.*] Arabicè الفلق: exponitur communiter الصبح, *Aurora*, vel *Diluculum*. Jahias, & Zamchaſcerius volunt etiam hìc ſignificari واد جهنم او سجن فيها; *Torrentem Gehennæ, aut carcerem in illa.*

II. *A malo illius, quod creavit.*] Nempè à variis malis, quæ proveniunt hominibus è rebus creatis, tàm animatis, quàm inanimaris. Gelal: من حيوان مكلف وغير مكلف وجماد كالسم وغير ذلك; *Ab animantibus domeſticis, ac feris; & ab inanimatis, ut à veneno, & aliis hujuſmodi.*

III. *A malo Lunæ, quandò latuerit.*] Arabicè غاسق, diverſimodè exponitur. Alii Lunam, alii Noctem: alii hyades occidentes: alii Eclypſin lunæ interpretantur. Gelal: الليل اذا اظلم والقمر اذا غاب. *Nox, cùm tenebris omnia offundit: & luna, cùm latet.* Eodem modo Jahias: Zamchaſcerius exponit etiam

etiam القمر اذا امتلا, *luna, cùm plena fuerit.*

IV. *Insufflantium in nodos.*] Innuit veneficas, quę, ut ait Gelal: تنفث فى العقد التى تعقدها فى الخيط تنفخ فيها بشى تقوله من غير ريق وقال الزمخشرى كبنات لبيد المذكور. معه: *Insufflabant in nodos, quos nectebant in funiculo, & insufflabant in eos, proferentes nescio quæ verba: non tamen spuebant in eos; quamvis Zamchascrius contrarium sentiat. Tales erant filiæ Lobeidi prædicti.* Hæc scilicet Mahumetum hujusmodi nodis alligaverunt. Alludit ad hoc veneficii genus Virgilius in Pharmaceutria Ecl. 6. dùm Alphesibæum ita canentem inducit.

Terna tibi hæc primùm triplici diversa colore
Licia circumdo, & mox
Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores;
Necte, Amarylli, modo; & Veneris, dic, vincula necto.

REFUTATIONES.

I. MIrum sanè est, Prophetam tàm magnum, qualem Mahumetum faciunt Moslemi, & qui in aliorum rebus tàm oculatus fuisse fingitur, in suis adeò cæcum fuisse, ut Lobeidi Judæi, & filiarum ejus astum non pręviderit, quo ipsum funiculo septem nodis nexo magicis cantionibus ita implicuere, ut infantulus fasciis involutus videretur: nec alio modo se posset extricare, quàm totidem versiculos, quot nodis implicabatur, recitando. De quonam Propheta legimus, à Dæmone ita fuisse ludificatum, tàmque imbecillum, ac plumbeum contra illius technas fuisse? At enim Dęmon Christum in deserto tentavit, & arreptum detulit supra montem, & supra culmen Templi. Respondeo, in hoc Christum ludificasse Dæmonem, non verò ab eo ludificatum fuisse. Nihil enim operabatur Dęmon, quòd Christus non præsciret, eique permitteret. Gerebat enim se cum illo, sicut vir aliquis fortissimus cum puero, à quo finit se teneri, vel percuti, fingens se non posse resistere, vel etiam dolorem, aut gemitus simulans, tantummodò ad jocum captandum. At verò hoc in Mahumeto non contigit, sed prorsùs oppositum.

II. Quòd si Moslemi reponant, Deum voluisse per hoc Mahumeti patientiam experiri, quemadmodùm cum multis sanctissimis viris consuevit, & præsertim cum Job; quem tot modis permisit à Satana vexari: Nos illis hoc, ad hominem, ut dicitur, concedemus, quamvis revera ob hanc causam factum fuisse, non credamus: sed petemus ab eis, cur indignum putent, atque ideò negent; Christum à Judęis ea passum fuisse, quæ Euangelistæ narrant: non verò indignum putent, Prophetam suum, quem Christo superiorem credunt, à fœminis Judæis filiabus Lobeidi ita Magicis artibus ludificatum fuisse; & ab alia fęmina Judęa, veneno in ovillo harmo propinato, è vivis sublatum? Quæ Christus à Judæis pertulit, ultrò passus est: cùm enim ea prævidisset, poterat, si vellet, effugere; at pati voluit, ut Mundum redimeret. Mahumetus verò, quæ ab iisdem pertulit, nec prævidit, nec potuit effugere, sed invitus passus est.

سورة الناس مكية ست ايات

SURA CXIV.

HOMINES.

MECCANA:

COMMATUM SEX.

بسم الله الرحمن الرحيم

١ قل اعوذ برب الناس ٢ ملك الناس ٣ اله الناس ٤ من شر الوسواس الخناس
٥ الذي يوسوس في صدور الناس ٦ من الجنة والناس

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. DIc: Confugio ad Dominum hominum. 2. Regem hominum. 3. Deum hominum, *ut liberet me*. 4. A malo Inſuſurratoris ſeſe ſubtrahentis. 5. Qui inſuſurrat in pectora hominum. 6. A Geniis, & hominibus.

NOTÆ.

CIrca locum, in quo ttadita fuit hæc Sura; & præmium legentis illam, idem ſentiunt Expoſitores, quod de præcedenti: cenſetur enim connexa eſſe, & unicam conſtituere cum illa, atque undecim verſibus conſtare, ad quorum ſingulorum prolationem Mahumetus ſingulis nodis, quibus à filiabus Lobeidi alligatus fuerat, exſolvebatur.

IV. *A malo Inſuſurratoris ſeſe ſubtrahentis.*] Arabicè الوسواس *Inſuſurrator* exponitur communiter الشيطان *Satanas*. Jahias: الوسواس هو الشيطان جاثم على قلب ابن ادم فاذا ذكر الله خنس: *Inſuſurrator eſt Satanas, qui inſidet cordi hominis: & ubi mentio facta fuerit Dei, ſubtrahit ſeſe, & fugit.* Zamchaſcerius putat الوسواس, eſſe pro الوسوسة, *Inſuſurratio*: كانه وسوسة في نفسه لانها ضيقته وشغله الذى هو عاكف عليه. *Quaſi ipſe ſit inſuſurratio in animâ ejus* (hominis) *quia ipſa opprimit, & occupat eum, in quo ille reſidet.* & mox ſubdit: واذا ذكر الانسان ربه خنس الشيطان وولى واذا غفل وسوس اليه: *Cùmque meminerit homo Domini ſui, ſubtrahit ſe Satan, & recedit. Cùm autem negligens fuerit in hoc, inſuſurrat in illum.* Eodem ferè modo Gelal.

VI. *A Geniis, & Hominibus.*] Putat Gelal, eſſe hìc بيان الشيطان الموسوس جني وانساني: *declarationem Satanæ inſuſurrantis; quia ipſe eſt genius, & homo.* Nimirùm; tàm homines, quàm Genii ſunt Satanæ hominibus, cùm utrique provocent eos ad malum. Itaque clariùs hìc oſtenditur, quinam intelligantur nomine Satanæ, qui inſuſurrat in pectora hominum: nempè Genii, & homines, quibus, ut ait Zamchaſcerius, utitur Satanas ad inſuſurrandum in pectore hominum.

Addo hìc parergi loco, appellari has duas Suras المعوذتين, quaſi dicas, *duas Confugiarias*; eo, quòd utraque incipiat per اعوذ *Confugio*, & de his ita ſcribit Zamchaſcerius; عن رسول الله ص لقد انزلت علي سورتان ما انزل مثلهما وانك لن تقرء سورتين احب ولا ارضى عند الله منهما وتقال للمعوذتين القشقشتان. *Dixit Legatus Dei Mahumetus: Jam quidem miſſæ ſunt ad me duæ ſuræ, quibus nulla alia ſimilis miſſa eſt: neque tu leges unquam alias duas Suras, quæ Deo magis gratæ ſint, & acceptæ. Hæ autem, quæ dicuntur Confugiariæ; appellantur etiam Sanantes:*

quia

quia ſcilicet ſanaverunt Mahumetum à veneficio. Concludam has ineptias verbis Jahiæ: وقد روىت عن عايشة ان النبى ص كان اذا اوى الى فراشه جمع كفيه ثم نفث يعنى بصق فيهما وقراء قل هو الله احد والمعوذتين ثم ممح بهما ما استطاع من جسده يبتداخل راسه متحول الى ما نال من بدنه يفعل ذلك ثلاثا. *Ex relatione Aiſæ habetur, quòd, cùm Propheta Mahumetus recipiebat ſe ſomni cauſa ad ſtratum ſuum; conjungebat ambas palmas manuum ſuarum; deindè expuebat in eas, & legebat Suram: Dic: Eſt Deus unus; & duas Suras Confugiarias: deindè confricabat utraque palma id, quod poterat de corpore ſuo, inclinans caput, & convertens illud ad eam partem, quam attrectabat de corpore ſuo, & hoc ter faciebat.*

REFUTATIONES.

I. BEnè eſt, quòd, cùm Alcoranus à beſtiis, nempè à *Vacca* incœperit, deſinat in *Homines:* & poſt tot inſanias, aliquem tandem ſani habere videatur. Verùm, ne in extremis quidem verbis inſania caret, dùm Genios à Satanis, ſeu Diabolis, & hominibus diſtinguit, cùm, ut alibi oſtendimus, & ex Sacris litteris manifeſtè probavimus, Genii, ac Satanę iidem ſint, nec ullo modo inter ſe diſtinguantur.

FINIS.

CON-

CONCLUSIO AD LECTOREM.

ALcoranum ex Arabico idiomate in Latinum, qua maxima potui fide à me translatum, & ad Mahumetanorum Doctorum mentem expositum, ob oculos tuos, Lector, posui, & ad fidem meam magis probandam textui ipsum Arabico exactissimè impresso latinam versionem subjeci. Quæ contra illum dicenda habui, non quidem omnia (nam in immensum opus excrevisset) sed præcipua tantùm tibi proposui. Judicium tuum jam expecto. A meo, nisi fallor, non multum distabit. Videtur ne tibi hic liber ille, quem se ipse facit, & quem Moslemi jactant? Nimirùm è Cælo, à Throno Dei, qui ejus est auctor, delapsus: directio, & lux omnium creaturarum: via veritatis, ac salutis non solùm hominibus, sed etiam Dæmonibus: tantò Pentateucho, & Euangelio excellentior, quantò Sol meridianus Auroræ, orientisque diei crepusculis clarior: miraculum perpetuum, & miraculorum omnium maximum: librorum omnium Divinorum dignissimum, ac perfectissium; hujus elegantia, eloquentia, venustas, excellentia, sive verba, sive sententias, sive ordinem, ac texturam, sive res, quas tractat, spectes, tanta est: ut, si universum genus humanum, adjuvantibus etiam ingenio suo, quo pollent, Dæmonibus, conveniret, ut unam tantummodò Suram, vel sectionem, non quidem parem, sed similem Suris illius componeret, sudaret multùm, sed frustrà laboraret. Alcoranus quippè opus Divinum est: &, quemadmodùm Deus solus illum efficere potuit, ita solus illius mysteria, sensusque arcanos valet intelligere. Possent hæc pecudibus, vel stipitibus dici; vel iis hominibus, qui Alcoranum nunquam legerunt, aut viderunt: nam ea fortassè crederent. Apud nos verò, qui illum præ manibus habemus, qui inspicimus, qui legimus, ac relegimus; impossibile est, ut hujusmodi ineptiarum portenta fidem ullam inveniant: immò, ut risum, stomachum, ac bilem nobis non moveant. At enim maxima Orbis terrarum pars in Alcoranum juravit. Quidni, si stultorum infinitus est numerus, & plerique mortalium semper ad pejora dilabuntur? An non totus ferè Mundus lapides, ligna, metalla pro Diis habuit, & coluit? Quin, & bruta animantia, & arbores, & fluvios; immò, & alia, & cæpe, & porros in Numinum numerum recensuit. Sed hæc postrema Ægyptii tantummodò. Jovem adulterum, ac stupratorem; Martem sanguinarium, Mercurium furem; Venerem meretricem, atque hujuscemodi scelerum, ac flagitiorum monstra, doctissimi Athenienses, prudentissimi Lacedæmones, Sapientissimi Romani, cæteræ omnes gentes Græcæ, Barbaræque divinis honoribus excepere. Et miramur, Alcoranum, qui, licèt innumeris nugis, insaniis, mendaciis, ac blasphemiis scateat, aliquandò tamen pietatis, ac veritatis larvam induit; tàm multos mortales ad sui venerationem pertraxisse?

Cur verò librum, ac legem tàm absurdam, & impiam tot nationes amplexæ sint, & quotidie amplectantur, non est difficile divinare. Nam vel hæ Religionem veram, nempè Christianam profitebantur: vel adhuc in Idololatriæ tenebris versabantur. Si de secundis loquamur, hæ veluti jumenta insi-

pien-

pientia, quibus non eſt intellectus ad quaslibet herbas, quæ primò occurrerint, etiamſi noxiæ illis futuræ ſint, rapiúntur: neque arduum eſt illis à ſuperſtitione in ſuperſtitionem, à brutali vita in aliam brutalem tranſire. Sive enim plures deos colant, ſive unum, parum illis negotii faceſſit. Satis eſt eis, ſi conſueta vivendi licentia, ſi uxorum turba, ſi conſcientiæ libertas ad flagitia quæque, & ſcelera perpetranda non auferatur. Cæterùm, ſi nihil aliud ab illis exigatur ad æternam ſęlicitatem in tuto ponendam, quàm ut profiteantur: لا الله الا الله محمد رسول الله *non eſſe Deum, niſi deum, & Mahumetum eſſe Legatum Dei* (nam ſola πολυθεία, nempè *plurium deorum cultus*, Arabicè الشرك *conſortium*, in ſecta, & ſententia Mahumetanorum à Cęleſti beatitudine excludit: neque tamen hæc, ut ſapientiores putant, æternis eſt pęnis puniendа): cur à lege tàm facili, ac molli ſuſcipienda refugiant? immò, cur illam obviis ulnis non amplexentur? At enim Alcoranus furta, rapinas, adulteria, perjuria, homicidia, cætera vitia damnat; ac pœna digna cenſet. Ita eſt; ſed his temporaneam tantummodò pęnam ſtatuit, quam quiſque ab humano judicio per fraudem, fugam, aut pecuniam facilè declinare poſſit: à Divino autem poſſe ſe facillimè evadere credat per lectionem unius Suræ Alcoranicæ, vel per formulam illam لا الله الا الله محمد رسول الله: *Non eſt deus, niſi Deus: Mahumetus Legatus Dei*: vel per lotionem corporis, vel per alias hujuſmodi quiſquilias, quibus putant pleniſſimam peccatorum ſuorum indulgentiam ſe obtinere. Cæterùm ſit aliquis, quantumvis ſceleſtus, quantumvis flagitioſus, quantumvis nefarius: furetur, rapiat, occidat, pejeret, męchetur, naturæ leges omnes, ſi ita libido ſuadeat, tranſgrediatur; dummodò Deum unum, & Mahumetum ejus Legatum coſtanter credat, & diem Reſurrectionis cum cęteris, quę de futuro Sęculo docet Alcoranus, non neget: æternam ſalutem conſequetur: & in ſupremo judicio Mahumetus omnes hujuſmodi aſſeclas ſuos ab igne Gehennæ liberatos in Paradiſum ſecum deducet. Hic eſt unus, & præcipuus ex fidei Mahumetanæ articulis, ut de eo nullo modo poſſit dubitari. Audi, ſi libet, verba profeſſionis fidei Mahumetanicæ ab Algazelo Tuſino relata: ويومن باخراج الموحّدين من النار بعد الانتقام حتي لا يبقى فى جهنم موحّد بفضل الله ويومن بشفاعة الانبياء ثم العلماء ثم الشهدا ثم ساير المومنين ومن لم يكن له شفيع اخرج بفضل الله فلا يخلد في النار مومن بل يخرج منها من كان في قلبه مثقال ذرة من الايمان. *Credere etiam debet* (Moslemus), *eos, qui unum Deum coluerunt, exituros tandem eſſe ab igne Gehennæ, poſtquàm pœnas delictorum luerint: itaut ex Divina benignitate, nullus, qui unum Deum crediderit, & coluerit, in Gehenna ſit permanſurus. Credere etiam debet in interceſſionem primò Prophetarum, deindè Doctorum, deindè Martyrum, deindè cæterorum Fidelium, uniuſcujuſque juxta præſtantiam, & gradum ſuum. Qui autem remanſerint ex Fidelibus ſine interceſſore* (credunt tamen Moslemi Mahumetum interceſſurum pro omnibus) *educentur nihilominùs ex Gehenna per gratiam Dei: itaut nullus fidelis in ea perennaturus ſit, ſed exiturus ab ea, etiamſi in ejus corde non fuerit fides, niſi quantum pondus unius atomi*, vel unius formiculæ. Quis ergo ex Ethnicæ ſuperſtitionis cultoribus Religionem tàm benignam, ac legem tàm ſuavem ſuſcipere renuat, in qua, ſi credat tantummodò, unum eſſe Deum, & Mahumetum eſſe Legatum ejus, ſine ullis bonis operibus, immò cum omnibus flagitiis, ac ſceleribus, (quamvis temporalibus pęnis, vel in hoc Mundo, vel in Gehenna luendis, à quibus

bus tamen ſe poſſit facillimè liberare) ; æternam tandem felicitatem in Paradiſo conſecuturus ſit , & præſertim beatitudinem illam pecuinam , quam in Alcorano ſuo promittit Mahumetus , à qua carnales homines , ejuſmodi ſunt Idololatræ , adeò alliciuntur , & attrahuntur ?

Si verò de Chriſtianæ Religionis profeſſoribus , qui ad Alcoranicam ſectam tranſierunt , vel tranſeunt , ſermo ſit : hi ſanè non ignorantiæ , aut erroris , ſed aut malitiæ , aut timoris incuſandi ſunt ; vel enim Chriſtianæ , & Euangelicæ legis ſeveriorem diſciplinam peroſi , & libertinæ vitæ cupidi , ſpontè Saracenicam Sectam amplectuntur : vel duriſſimum Mahumetanorum jugum , ac barbaram ſævitiem ulteriùs ferre non valentes , ex deſperatione Chriſto renunciant , & inter Mahumeti aſſeclas recenſeri ſe patiuntur . Neutri tamen aut Mahumetum , aut Alcoranum ex animo probant , vel quidquam in illis veritatis eſſe exiſtimant .

Jam audiſti , Lector , cauſas , ob quas Alcorani librum tàm abſurdum , tàm ſpurcum , tàm impium ; tot mendaciis , fabulis , & ineptiis refertum , tanta , mortalium turba ſuſcipiat , & pro Sacro , Divinoque veneretur . Sed de hoc argumento alibi fuſiùs tracto . Tu interim vale : & ut omnes gentes Alcorani vanitatem , & Euangelii veritatem agnoſcant , ac Mahumetiſmo , cæteriſque profanis ſectis abjuratis , Chriſtianam tantùm Religionem ſequantur , Deum enixè precare .

FINIS.

INDEX RERUM,

Quæ in hoc opere continentur.

Primus numerus indicat paginam. Secundus columnam paginæ, ubi hæc dividitur in columnas. Tres characteres a. b. c. principium, medium, & finem paginæ, vel columnę.

A

Adæi puniti sunt à Deo, quia rejecerunt Hud Prophetam missum illis. pag. 688. c. Erant portentosæ staturæ. 282. b. 2. & 800. a. 2. Vide Hud.

Aaron. Vide Moyses.

Aaron Rascidus Chalipha quomodò convertit ad sectam suam adolescentem Christianum. 118. a. b. 2.

Abdallah magister Judæorum adhæret Mahumeto. 653. a. 1. & 290. b. 1.

Abraham ædificat Templum Meccæ simul cum Ismaele. 51. c. professus est religionem Mahumeti. 121. a. Tentatur à Deo, & quomodò. 52. b. 1. Quomodò cognovit Deum unum. 254. b. c. & 258. b. 1. Redarguit patrem suum, & gentem suam idola colentem. 432. a. b. & 254. b. c. & 531. c. & 499. c. Confringit idola suorum. 452. b. c. Liberatur divinitùs ab igne fornacis, in quam conjectus fuerat. 454. c. & 456. b. 2. Jubetur à Deo immolare filium suum. 587. c. & 590. c. 1. Noluit orare pro patre suo mortuo in infidelitate. 317. c. Excipit Angelos hospitio. 345. c. & 383. b. & 675. c. Sacrificium animalium ab eo oblatum Gen. c. 15. vertitur ab Alcorano in fabulam. 95. c. & 97. b. 1. c. 2. Laudatur ipse, & illius religio. 165. b. & 399. a. Quælibet Secta hodie trahit illum ad partes suas. 122. c.

Abubacar fraudulenter occupat imperium post mortem Mahumeti. 29. c. 2.

Abrogata à Deo in Alcorano. 46. c. 1. vide Alcoranus.

Adam creatur à Deo, & adoratur ab Angelis. 21. c. d. & 22. d. 1. 383. a. & 268. a. & 409. c. & 422. c. & 695. b. c. Antequam animaretur à Deo, permansit testa arida per quadraginta annos. 769. b. c. 1. Figmenta Alcorani, & expositorum de illo, & Heva. 22. d. 1. Erat staturæ giganteæ. 270. c. 2. Peccat per fraudem dęmonis comedendo cum Heva pomum vetitum: & uterque ejicitur è Paradiso. 21. d. & 446. a. & 268. b. Pœnitentiam agit. 21. d. Peccat peccato infidelitatis unà cum Heva exhibendo cultum diabolo. 289. b. c. & 291. a. 2. Portavit secum è Paradiso res quinque è ferro confectas. 704. c. 2.

Adæi. Vide Aadæi.

Adoptivi nullam contrahunt cognationem, aut impedimentum matrimonialem cum adoptantibus. 560. c. 1. 2.

Adulterarum pœna. 145. c.

Æsopus. Vide Locman.

Ahmed, idest Mahumetus, promittitur à Christo. 719. b. c. 2.

Aisa uxor dilecta præ aliis Mahumeto, suspecta de adulterio. 484. c. 2.

Alaraph, paries medius inter Paradisum, & Gehennam. 271. c. 1.

Alborac, jumentum, quod Mahumetum portavit in Jerusalem. 412. b. 1.

Alchedrus idem, ac Phinees, Elias, ac S. Georgius per transmigrationem ejusdem animæ. 426. a. 1.

Alcoranus traditus à Gabriele Mahumeto non totus simul, sed paulatim per partes. 490. c. & 306. a. 2.

Dirigit ad viam rectam omnes creaturas, etiam dęmones. 255. a. b. & alibi sexcenties.

Nullo testimonio innititur, nisi sui ipsius. 250. c. 2. & 617. c. 1. mendacia illius contra Pentateuchum, & alios sacros libros. 39. c. 1. & 448. a. b. 1. & 435. c. 1. & 231. b. 1. & 251. a. 2. & 41. c. 2. & 348. c. 1. 2. & alibi sine numero.

sibi ipsi contradicit. 132. b. 2. & 779. b. 2. Et alibi sępissimè.

Importunæ illius transitiones, saltus inepti, & sine ulla connexione. 778. b. 2. & 79. c. 2. & 766. b. 2. & per totum ferè Alcoranū.

Achroniśmi illius. 618. a. 1. & alibi pluries.

Non confictus à Mahumeto, sed traditus à Deo. 328. c. & alibi frequenter.

Custoditur à Deo ab omni alteratione, & corruptela. 382. b. & 385. b. c.

Illius lectio sufficit ad cognoscendam ejusdem falsitatem. 618. a. 2.

nulla est in eo contradictio. 162. c.

Factus à Mahumeto cum auxilio aliorum. 489. c. & alibi.

Missus in mense Romadan. 67. a. Et in nocte Alcadar. 812. b. c.

In eo multa Deus abrogavit. 46. c. 1. & 48. a. 1. & alibi.

Illius excellentia Thrasonica. 712. c.

De illius veritate disputare illicitum. 617. c. 2.

Ferè totus versatur circa arma, & mulieres. 730. c. 1.

Semper eadem repetit. 606. c. 2. & 608. c. 1. & alibi millies.

Mahumetus præcipit, illum observari cum Pentateucho, & Euangelio. 232. b. c. & alibi sæpè.

Nihil illi simile fieri potest ab hominibus, neque à dæmonibus. 338. a. & 18. 2. & 410. c. & alibi.

Scriptus fuit lingua Arabica, & commemoratus in Pentateucho, & Euangelio. 501. c.

Facilis esse asseritur. 691. b. 2.

Illius unicus scopus est, imperium Tyrannicum sub religionis larva Mahumeto comparare. 167. c. 1.

Illius vanitas, & indignitas. 682. a. 1. & 18. 2.

Mendax etiam in rebus naturalibus. 677. c. 1.

Deus sæpè jurat, se esse authorem illius. 607. b. 1. &c.

Falsitas illius convincitur. 166. c. 2.

Aleæ ludus prohibetur à Mahumeto. 235. a. & 81. c. & 87. c. 1.

Alcadar, nox insignis apud Mahumetanos, quia in ea missus fuit Alcoranus à Throno Dei; & in ea Deus disponit res anni futuri. 818. c. 2. & alibi.

Alexander Magnus sub nomine Bicornis: fabulæ insignes de illo. 424. a.

Alphetra tempus inter Christum, & Mahumetum, in quo nulli missi fuerunt à Deo Legati. 229. a. 1.

Amicitia cum Judæis, & Christianis vetatur. 226. c.

Amran accipitur ab Alcorano pro S. Joachim patre B. Virginis. 106. b. 1.

Ancillarum coitum liberum facit Mahumetus. 749. c. 1. & 476. b. 1. earundem prostitutio improbatur. 482. b. c.

Angelus custos cuique à Deo assignatus. 793. c. & 248. a. & 368. a. scribit peccata illius. 322. c.

Angeli adoraverunt Adam. 268. & alibi. Morientur omnes in die Judicii. 607. a. 1. Extrahunt vi animas infidelium in morte. 255. b. c. & 299. a.

Habent multas alas. 573. b. & 575. b. c. 1.

Mittuntur in auxilium Mahumetanorum. 131. c. 1.

Apparent Abrahæ. 532. a. & 675. c. & 345. c

Puniunt Sodomitas, & adjuvant Lot. 532.

Apparent hominibus in forma humana. 245. c

Meccani putabant, Angelos esse fœminas, & filias Dei. 588. c & 684. c. & 166. b. 1.

Anima, seu Spiritus, quid sit. 410. c.

Animarum transmigratio Pythagorica docetur ab Alcorano, & tenetur à Mahumetanis, & Judæis. 700. b. 2. vide Metempsicosis.

Animæ omnes in die Judicii exibunt è tuba Asraphelis, velut examen apum. 447. bc. 2.

Animarum examen particulare post mortem in sepulchro. 67. c. 2. & alibi.

Remanent in sepulchris post mortem cum corporibus, & Angelis custodibus. 625. c. 2.

Animæ morientium in bello pro religione vivunt in Paradiso intra guttura avium. 139. b. 1. & 67. b. 1.

Animalia quædam translata sunt in Paradisum, ubi nunc reperiuntur. 591. c. 1.

Anna mater Sanctissimæ Virginis. 112. c. 2.

Antichristi bestia quædam portentosa. 513. b. 1.

INDEX.

Antiochiæ prædicant discipuli Christi. 578. c. & 581. a. 1.
Apes laudantur. 396. c.
Apostoli Christi quinam fuerint. 114. c. 2.
Apostoli fuerunt adjutores Dei unà cum Christo. 719. b.
Apostoli, Prophetę, cæterique sancti fuerunt Moslemi, seu professores sectæ Mahumeticæ. 238. a, b. 2. & 240. c. 2.
Arabes homines pessimi. 62. c. 1. &c.
Laudantur ab Alcorano. 128. c. & 132. a. 2.
Vocantur antonomasticè Idiotæ. 721. c. & 107. a. 2.
Arabes campestres, seu Scennitæ vituperantur. 315. a. 2.
Arabia olim floruit religione Christi. 29. 2.
Araphat mons sacer in Mecca. 77. a. 2.
Arca fœderis, & fabulæ de ea. 92. a. 2.
Arca Noe, & fabulæ de ea. 340. b. c. 2.
Aries Habelis missus è Paradiso immolatur ab Abraham. 590. c. 1. & 591. b. 2.
Asia Uxor Pharaonis laudatur. 733. c.
Crucìatur à Pharaone, eo quòd credidisset Moysi. 734. c.
Associatores. Vide Idololatræ.

B

BAlcaisæ Reginæ Sabæ, & Salomonis fabulosa historia. 508. b. & 512. c. 1.
Beati. Vide Paradisus.
Becca. Vide Mecca.
Bellum contra Infideles inculcatur à Mahumeto. 157. b. c. & alibi millies.
Leges, & Sanctiones multæ circa illud. 163. & alibi.
Præcipua Mahumeti cura fuit de bello. 656. a. &c.
Bestia, quæ præcurret Antichristum, describitur. 513. b. 1.
Bestiæ resuscitabuntur in die Judicii. 784. c. 1.
Bestias non distinguit Alcoranus ab hominibus. 251. b. 2.
Bestias in Paradiso ponunt Mahumetani. 427. b. 1.
Bicornis. Vide Alexander Magnus.
Bilances. Vide Statera.

C

CAaba. Vide Templum Meccanum.
Caelum. Vide Cęlum
Cain, & Habel fabulosa historia. 232. a. 1. & 225. b. c. & 229. c. 1.
Calamus, quo scribunt Angeli. 740. b.
Calumniantium honestas feminas pœna. 481. a. c.
Camela prodigiosa producta è petra à Saleh propheta. 283. a. 2. & alibi sæpè.
Camelorum utilitas. 464. a.
Canaan quartus filius Noe periit in diluvio. 339. b. c.
Characteres singulares in Alcorano otiosi. 13. a. 1.
Christus infans loquitur. 431. c.
Fuit sine ullo peccato etiam originali. 112. a. 1.
Dicitur ab Alcorano Verbum, & Spiritus Dei. 116. b. 2.
Liberatur à Deo ab insidiis Judæorum. 111. b.
Dispensavit in quibusdam cibis vetitis. 113. b. 2.
Rediturus est in Mundum ante diem Judicii. 114. b. 2.
Descendere fecit ad Apostolos mensam è cęlo. 236. b. 1. & 238. b. 2. ubi plura fabulosa.
Non fuit crucifixus, nec passus est pœnas, aut mortem à Judæis, sed elevatus est vivus à Deo in cęlum, & alius quidam passus, & crucifixus fuit pro eo. 113. b. 2. & 171. c.
Christi divinitatem negat Alcoranus. 117. b. c. & 194. a. & 228. a. & alibi sæpè.
Christi divinitas asseritur contra Alcoranum à pag. 195. usque ad pag. 221. ejusdem etiam passio, & mors probatur à pag. 173. & deinceps.
Christus miracula operatur. 111. b.
Omnes credituri sunt in eum ante mortem (dubium an illius, an sui ipsorum.) 171. c. & 172. a. 2. & 175. b. 2.
Christus eligit duodecim Apostolos. 111. b.
Cur dicatur in Alcorano Christus filius Mariæ. 112. c. 2.
Asserit Mahumetus se prædictum fuisse à Christo. 719. b. 2.
Christus, & Mater ejus, miraculum. 473. c. Utriusque felicitas in cęlo. Ibidem.
Christiani, seu Christi assecłæ laudantur à Mahumeto. 228. b. c. 704. b. Qui boni fuerint, salvabuntur. 132. b. 2.
Obliti sunt partis Euangelii, ideò puniti à Deo mutuis discordiis perpetuis. 194. a.
Christiani debent judicare juxta Euangelium. 226. c.
Christiani primi divisi in duas factiones pugnant inter se, hi pro ejus divinitate, illi pro pura ejus humanitate, & ultimi vincunt primos. 720. c. 1.
Christianæ religionis veritas. 793. a. 1. 2.
Cibos à Deo prohibitos Hebræis licitos fecit Christus. 195. c. 1.
Cibi prohibiti sunt à Deo, non quia in se mali, sed ex aliis causis. 195. a. 1.
Cibi prohibiti ab Alcorano Mahumetanis. 193. a b. & 398. c. & 70. b. 1. 2. & 66. a.
Claves Arcani quinque. 249. c. 2. & alibi.
Cœlum creatum ex fumo. 621. c.
Creatum spatio duorum dierum. 621. c. & 624. c. 2.
Cœli sunt septem, ac totidem terræ. 730. a. 2.
Cœli, ac terrę creatio perversè posita ab Alcorano. 624. c. 2. & alibi.
Conjugium illicitum cum infidelibus. 81. c.
Conjugis leges. 146. a. b. & 486. b. 1.
Conjugii impedimenta. Vide Matrimonium.
Conjugii usum prępposterum, spurcum, ac belluinum præscribit Alcoranus. 88. b. 1. & 82. a. & 84. a. 1.
Conjuges discordes quomodò inter se conciliandi. 155. b. c.
Consanguinitates custodiendę. 144. b.
Core adversarius Moysi ditissimus: fabulę de eo. 523. b. c. &c.

D

DÆmones creati ex igne. 382. c. & alibi.
Pelluntur ab orbibus cœlestibus per stellas volantes in ortu Christi, & Mahumeti. 386. a. 2. & 586. a. & 589. c. 1.
Mittuntur à Deo ad audiendam lectionem Alcorani. 652. b. & 653. b. 2.
Famulantur Salomoni. 508. c. sed illum decipiunt, & spoliant regno. 43. b. 2. & alibi. Vide Genii.
Damnati in Gehenna inter se verbis digladiantur, alii alios culpantes. 615. b. c. & alibi.
Damnatorum cibus in Gehenna. 596. a. V. Gehenna.
David accipit à Deo scientiam, & prophetiæ donum. 507. c.
Imperat montibus, & volucribus, & est author loricarum. 567. a. & 569. b. 1. & 594. c.
Illius excellentia. 91. c.
Accipit à Deo librum Psalmorum. 409. b. & al.
Occidit Goliam. 91. c.
Commonetur ab Angelis, non à Nathan, de peccato suo. 595. a. & 597. b. 1.
Davidis, & Salomonis judicium in causa damni dati. 454. c. & 456. c. 2. V. Salomon.
Debitorum contractus præscribitur. 100. a. b.
Detractio, præsertim de fœminis honestis, damnatur. 481. a.
Deus est unus. 65. b. & ferè per totum Alcoranum.
Argumenta potentiæ, ac providentiæ ejus. 65. b. & alibi millies.
Decidet lites circa religiones in die judicii. 330. c. & alibi sæpè.
Impedit Meccanos, ne intelligant Alcoranum. 423. a.
Creator omnium rerum. 255. c. & alibi millies.
Omnia gubernat. 367. c. & omnia novit. 368. a. hæc ad nauseam repetit.
Unicuique speciosam apparere fecit sectam propriam. 259. b. 1.
Non dirigit infideles, & malos. 607. c. & alibi ad nauseam.
Laudes, & Epitheta illius. 95. b. 702. c. & alibi pluries.
Ejus opera naturalia, & beneficia, ac misericordia erga homines, præsertim peccatores. 483. a. & 394. b. & 605. c. & alibi frequenter.
Non habet filium, neque socium, aut consortem in divinitate, & non gignit, neque gignitur. 53. c. 1. & alibi sępè.
Socium illi, aut filium tribuere, peccatum itremissibile. 156. b.
Deus errare facit, quem vult, & dirigit, quem vult. 369. a. & alibi frequentissimè.
Deus struit dolos, & omnium dolosorum est dolosissimus. 369. c. & alibi sæpè.
Illusorem facit illum Mahumetus. 599. a. 1. ejusdemque bonitati, & equitati injuriam facit. 552. a. 1. mutabilem etiam, & levem circa religionem. 372. a. 2.
Dei Thronus super aquas. 337. c.
Dei nomina nonaginta novem 414. a. 1. sed in Alcorano nunquam nominatur Dominus absolutè. ibid.
Deus nullum gravat supra vires. 109. b. c.
Deus peccati author. 552. a. 1. prædestinat homines ad malum. 324. b. 2. ex illius voluntate pendet fides, & infidelitas hominis. 258. c. 2.
Disponit res totius anni in Nocte Alcadar. V. Alcadar. Habet claves Arcani, & omnia etiam minima novit. 247. c.
Deum frequentissimè jurantem, ac pejerantem res frivolas, ac fallas, per alias res leves, ridiculas, & indignas introducit

INDEX.

ducit Alcoranus. 820. c. & 675. b. 677. b. 2. & alibi pluries.
Diabolus cùm esset Angelus, quia jubente Deo noluit adorare Adam, excidit à statu Angelico, ac reprobatus, & damnatus est. 21. d. 268. a. & 383. a. & alibi. V. Eblis. Dæmon, Satanas.
Dies Judicii supremi. 163. a. b. & alibi fæpissimè. V. Judicium, Resurrectio.
Diluvium sub Noe. 339. a. b. V. Noe.
Disputationes de Religione evitandæ. 532. c. V. Religio.
Domus visitata in septimo cœlo. 412. c. 2. & 680. b. 2.
Dormientium septem Sanctorum historia fabulosa. V. Septem.
Dulkephlus quis fuerit. 457. c. 1.

E

EBlis, cùm esset Angelus, reprobatus fuit à Deo, quia noluit adorare Adam. 596. c. & alibi sæpè. V. Diabolus.
Edris. V. Henoch.
Eleemosyna laudatur. 128. a. & 95. b. & alibi sæpè.
Quomodò facienda. 96. a. 155. c.
Quibus facienda. 312. b.
Ex quibus rebus facienda. 81. c.
Eleemosynam sæpè commendat Mahumetus ad propriam utilitatem propter expensas in bellum. 703. c. & 705. b. 1. & alibi sæpè.
Elephantium miraculum fabulosum. 822. b. c.
Elias laudatur. 588. b.
Enac filia Adæ, mater gigantum. 231. c. 2.
Eslam, religionis Mahumeticæ nomen. 167. c. 1. & 168. c. 2. V. Mahumetus, & Mahumetismus.
Euangelium laudatur. 226. c.
Scriptum fuit à quatuor Euangelistis. 15. & 16.
Euangelium quintum de infantia Salvatoris rejicitur etiam à Mahumetanis. 16. d. 1. Vide Sacræ Scripturæ. Pentateuchus Scripturæ.
Eucharistiæ mysterium vertitur ab Alcorano in fabulam satis honestam. 238. b. 2.
Examen mortuorum in sepulchro. 30. b. 1. V. sepulchrum.
Ezechielis visio cap. 37. in fabulam vertitur. 92. a. 1.
Ezra, seu Nehemia fabulosè introducitur in Alcorano. 95. c. 97. a. 1. & 98. a. 1.
Adoratur à Judæis, ut filius Dei naturalis. 307. b. 1. & 53. b. 1. 125. b. 1.

F

FAtum suum cuilibet homini collo appenditur in nativitate. 413. b. 1.
Felicitas, & longa vita malorum ab Alcorano improbatur, tanquam ad majus ipsorum malum. 369. b. & 473. c. & 140. c. 1. & alibi sæpiùs.
Ferrum laudatur tanquam magnum Dei donum. 704. b. 2.
Fides conjungenda cum bonis operibus. 338. b. & al. sæpissimè.
Fideles vocat Alcoranus, & Mahumetus suos professores ad imitationem Christianorum. 44. c. 2. & passim alibi.
Fideles veri quinam censeantur in Alcorano. 472. b.
Filius Dei. V. Christus. Trinitas. Deus.
Flammæ fictitiæ in orbibus cœlest. 625. c. 1. & al.
Fœminarum honestas præcipitur. 482. a. & 485. c. 1.
Formicæ agnoscunt Salomonem, earum Regina hortatur eas ad cavendum sibi ab exercitu ejus. 508. a.
Fornicatio fugienda. 408. c.
Fornicatorum pœna. 480. c. & 484. c. 1.
Furum pœna. 225. c. 229. b. 2.

G

GAbriel apparet Mahumeto. 684. b. & 685. c.
Gabriel apud Mahumetanos est spiritus Sanctus. 39. b. 2.
Est hostis Judæorum, & amicus Mahumeti. 43. b. 1.
Gehennæ custodes septem Angeli. 617. a. 2. & 763. c. 1.
Illius tormenta, & cruciatus. 587. b. & alibi sæpè.
Illius ignis pro infidelibus. 156. c.
Illius pœna erit æterna. 347. b. & ita sæpissimè asseritur in Alcorano.
Duratio illius juxta doctrinam Hebræorum. 39. a. 1.
Pœnarum illius executores sunt Angeli boni. 735. c. 2.
Habet septem portas. 383. b.
Omnes tàm boni, quàm mali descensuri sunt in eam. 433. a.
Cibus, & potus damnatorum in Gehenna. 797. c.
Gehenna adducenda est in Judicium ligata septuaginta millibus habenis. 800. b. 2.
Genii quinam sint apud Mahumetanos, & Hebræos. 257. c. 2. & 755. a.
Genios, & homines hortatur Mahumetus ad gratitudinem erga beneficia Dei. 694. a.
Genii convertuntur ad fidem ob auditum Alcoranum, dùm à Mahumeto legeretur. 754. a.
Illorum alii sunt fideles, alii infideles. 754. b. c.
Depulsi sunt ab orbibus cœlestibus, ne furtivè audirent colloquia Angelorum. 754. b. c. V. Dæmones: nam idem sunt apud Mahumetanos.
Georgius Martyr in summa veneratione apud Mahumetanos. 426. c.
Habuit animam Eliæ, quæ anteà fuerat Phinees. ibid.
Gigantes in terra Chanaam. 231. c. 1.
Gog, & Magog. 424. b. 426. c. 2. 455. c.
Goliat gigas devastat Judæos in vindictam mortis Zachariæ patris S. Jo: Baptistæ. 412. c. 2. V. David.

H

HAbel. V. Cain.
Hereditates. V. Legata.
Haman consiliarius Pharaonis. 521. c.
Harut, & Marut duo Angeli puniti à Deo propter incontinentiam. 44. c. 1. V. Angeli.
Heber idem ac Hud, magnus Propheta. 282. c. 1.
Hebræi adorant Vitulum. 281. a.
Eorum gesta in Ægypto, & in Deserto. 280. a. &c.
Convertuntur à David in simias ob sabbatum violatum. 282. a.
Henoch, & fabulæ de eo. 432. b. & 435. b. 1.
Heva. V. Adam.
Homo creatus ex argilla sicca, & luto nigro. 382. c.
Illius formationis modus. 472. c.
Illius libertatem tollit Alcoranus. 770. a. 2.
Homicidium damnatur. 408. c.
Illius pœnæ. 163. b.
Honestas in viris, & fœminis præcipitur. 482. a.
Hud propheta prædicat Aadæis. 652. a. & 473. b. & 77. c. 2.
Fabulæ de eo, & Aadæis. 500. c. & al. sæpè.

I

JAcob vovit abstinentiam à carne, & lacte cameli, ut liberaretur à sciatica. 130. b. 1. & 132. a. 1.
Jacobitarum author, & origo fabulosa. 720. b. 2.
Idola contumeliosè tractari vetat Mahumetus. 259. a. 1.
Eorum vanitas. 289. c. & alibi.
Illorum cultum oppugnat Alcoranus. 328. b. & al. millies.
Idololatria non fuit nisi post diluvium, contra Alcoranum. 285. c. & 476. c. 1. 752. b.
Idololatria est peccatum irremissibile. 156. b. & alibi.
Jejunium Mensis Romadan. 68. b.
Jejunii Mahumetici modus, & sanctiones. 66. c. 67. a. 71. a. 2.
Jesus in Alcorano dicitur Isa, & cum honore, & laude commemoratur. 91. c. & 111. a. & 38. c. & alibi sæpè. V. Christus.
Jethro socer Moysi in Alcorano dicitur Scioaib, mittitur à Deo ad Madianitas, quibus prædicat sine fructu. 278. c. 346. b. & 532. b. & alibi.
Imaginum sacrarum cultus defenditur contra Mahumetanos. 17. & deinceps.
Impii in Alcorano quinam dicantur. 315. a. 1.
Infernus. V. Gehenna.
Infideles, nisi resipiscant, perpetuò damnabuntur. 65. b.
Infideles occidi jubet Mahumetus. 656. a.
Eorum amicitia fugienda. 129. a. & al.
Eorum pœna in Gehenna. 225. & al.
Invidia damnatur. 155. b.
Joannes Baptista Christi præcursor immunis ab omni peccato. 434. a. 1.
Ejus parentes, nativitas, & laus. 431. b. 110. c.
Job, & historia rerum ejus fabulosa. 198. a. 1. & 455. a. & 457. a. 1. 595. c.
Jonas propheta, & fabulæ de eo. 330. b. & 332. b. 1. & 455. a. & 588. b. 590. a. 2.
Joseph filii Jacob historia plena fabulis, ac mendaciis à pag. 354. usque ad 359.
Ismael homo malus fuit. 28. a.
Legatus Dei, & propheta dicitur in Alcorano. 432. b. 436. a. 1.
Ipsum, non autem Isaac jussum immolari vult Alcoranus, & Mahumetani. 590. c. 1. & 591. a. 2.
Israelitæ regressi in Ægyptum post submersionem Ægyptiorum illius terram, & opes occupaverunt. 503. c. 1.
Bis peccaverunt in terra Chanaam, occidendo Zachariam, & Joannem Baptistam filium ejus, & ideò bis puniti sunt

INDEX.

per Goliam, & Nabuchodnosor. 407. c.
Adorant Vitulum. 445. a. V. Hebræi.
Judæi, ut corruptores sacrarum scripturarum, arguuntur à Mahumeto. 194. a. & alibi sexcenties.
Similes sunt asinis portantibus libros. 722. a.
Sunt omnium mortalium timidissimi mortis. 722. a.
Salutant Mahumetum irrisoriè verbis æquivocis. 709. b. 2.
Eorum societas fugienda. 716. b.
Prohibita sunt illis à Deo quædam animalia in pœnam peccati. 171. c. & 175. c. 2.
Puniti sunt à Deo propter rejectum Christum, & calumniatam matrem ejus Virginem. 171. c.
Conversi sunt à David in simias, & à Christo in porcos. 229. c. 2.
Ubique gentium viles sunt, & abjecti. 128. c. V. Scripturales.
Judicii supremi dies. 51. b. & alibi per totum fere Alcoranum.
Judicium supremum fiet in spatio dimidiæ diei. 76. a. 2.
In Alcorano dicitur Occursus. 617. c. 1. & al.
Durabit per mille annos. 551. a.
Illius signa levia, ac sutilia ponit Alcoranus. 784. c. 1.
In eo morientur omnes homines, & Angeli. 607. a. 1.
Ejus dies soli Deo nota. 289. b.
Durabit per spatium quinquaginta millium annorum. 748. b. 1. Ita inconstans est Alcoranus.
Judicium particulare animæ in morte. 672. a. sed utrumque judicium permiscet Alcoranus cum multis fabulis, & ineptiis.
Juramentum, & absurdæ circa illud sanctiones. 82. a.
Juramenta multa, vana, & impia, tribuit Deo Mahumetus in Alcorano. V. Deus.
Juramenta vana, & temeraria absolvit Alcoranus ab omni culpa. 88. a. 2. 228. c.

L

Lazari, & Epulonis relatam à Christo narrationem imitatur Alcoranus. 703. b.
Legata in morte quæ, & quibus facienda. 66. c. & 145. a. & 177. c.
Lex Mahumeti facillima juxta dictum ipsius. 796. b. 2. & alibi.
Libertatem arbitrii adimit Alcoranus homini. 17. a. 1. & alibi.
Libri sacri plures ficti ab Alcorano. 59. c. & 125. a. 2.
Librorum sacrorum Authores. 177. a.
Locman producitur ab Alcorano tanquam homo sapiens, ac sanctus. 547. a. 1.
Ostenditur, illum fuisse eundem cum Æsopo. 546. a.
Vixit ætatem septem aquilarum. 283. a. 1.
Fuit coætaneus David. 547. a. 1.
Lot mittitur à Deo legatus ad Sodomitas. 278. b.
Prædicat, ac redarguit Sodomitas. 509 b. & 532. a.
Quid ipsi cum Sodomitis evenerit. 501. a. & 345. c. & 383. c.
Fuit jurisperitus. 454. c.
Uxoris illius perfidia. 733. & 734. b.
Punita à Deo, & quomodò. 283. c. 2. & 349. a. 1.
Luna scinditur à Mahumeto in duas partes. 688. b. & 689. c. 2.
Luna exposita est veneficarum præstigiis. 691. b. 1.

M

Magi Pharaonis conversi sunt à Moyse, & martyres mortui sunt. 279. c.
Eorundem gesta cum Moyse. 499. a. & alibi sexcenties.
Madianitæ puniti à Deo, & cur. 501. & alibi. Vide Jethro.
Mahumetus primus Moslemus, seu professor religionis Eslamiticæ, quam tenuit Abrahaam. 246. a. & 604. a.
Asserit se solùm missum à Deo ad prædicandum, & commonendos homines, & dæmones. 289. b. & alibi sæpè.
Sibi ipsi sæpè contradicit. 240. b. 1. & 167. c. 2. & alibi.
Asserit se prædictum fuisse in Pentateucho, & Euangelio, sed Judæos, & Christianos prædictiones deleviss, vel occultasse. 121. c. & 181. c. & alibi sexcenties.
Frequenter incitat suos ad bellum contra infideles. 311. a. &c.
Mendax in allegandis pro se, præsertim Pentateucho, & Euangelio. 263. c. 2. &c. In aliis quoque rebus mendax, & stultus. 204. a. 2. &c.
Semper fuit peccator, etiam ex confessione propria. 660. c. & 664. c. 1. & 108. b. 1.
Coluit idola usque ad annum quadragesimum ætatis. 763. b. 1.
Epilepsia correptus cooperiri volebat, ad occultandos motus corporis deformes. 762. a. 2. & 763. a. 1.
Laxitatis amicus in lege sua. 102. a. 1.
Asserit se esse prædicatorem, non miraculorum patratorem. 338. a. & alibi sæpius.
Non petit mercedem pro prædicatione Alcorani. 255. a. & al.
Totus deditus fœminis. 371. a. 1. & commodis, ac deliciis suis. 563. b.
Sibi ipsi contradicit. 700. b. 1.
Repugnantia præcipit. 13. c. 1.
Cur toties Resurrectionis, Judicii, Gehennæ, & Paradisi mentionem faciat. 778. a. 1.
Superstitiosus in prohibitione quorundam ciborum. 70. b. 1.
Alligatur per fascinum quatuordecim nodis à mulierculis Judæis. 832. c. 1.
Illuditur æquivocis verbis à Judæis. 43. a. & 44. c. 2.
Depravat nomina propria in sacris Scripturis. 285. c. 2.
Disceptat cum quadam muliercula. 707. c. & 709. a. 1.
Fuit pronus ad vindictam privatam. 830. b. 1.
Facit Deum lenonem suum. 563. a. 2.
Vocat se sigillum Prophetarum. 561. c. 1. & Prophetam prælii, & Bellatorem. 29. 1.
Fingit se reprehendi à Deo, quòd præveniat Gabrielem in lectione Alcorani. 766. b. 2. & 796. c. 1.
In legibus Alcoranicis ferendis semper rem suam curat. 826. a. 1.
Astutus, ac vulpinus in aucupandis pecuniis à suis pro bellis gerendis. 727. b. 1. præsertim sub larva religionis, ac pietatis. 703. b. & hic est scopus totius Alcorani.
Violat turpiter juramentum suum. 733. a. &c.
Vulneratur præsertim in vultu cum excussione aliquot dentium in prælio Ohod. 131. b. 1.
Laudat ficus, & oleas. 809. a. 2.
Jactat sectam suam, tanquam omnibus superiorem. 307. c. 1.
Credit se esse obsessum à dæmone. 742. b. 1.
Perjurus, injustus, effrænatæque libidinis, ex sua ipsius confessione. 735. b. 1.
Credit se derelictum à Deo. 807. a. 1.
Præcipit cultum idololatricum Saphæ, & Mervæ montium Meccæ. 69. b.
Laudat seipsum, & comminatur Gehennam obloquentibus de se, seque spernentibus. 312. c.
Utitur opera Judæorum, & Christianorum in componendo Alcorano. 398. b. & 400. c.
Retractat, & irritat omnia, quæ in Alcorano statuerat ad favorem eorum, qui non sequebantur sectam suam. 304. a. & 306. c. 1. & alibi.
Negabat se esse poetam. 580. a.
Habitus à suis pro Mago, & Malefico. 321. c. & alibi.
Impius in expugnatione patriæ. 79. a. 1.
Malus Judex, & pejor propheta. 669. b. 2.
Peccat contra religionem, & charitatem. 828. a. 1.
Ducit in Uxorem Zenobiam uxorem Zeidi, filii sui adoptivi contra leges. 558. c. & 561. b. 1. & 562. b. 1.
Rejicit à sua secta vitam Monasticam Christianorum. 230. b. 2.
Amplectitur omnes religiones, ut bonas. 121. c.
Non vult appellari à suis proprio nomine Mahumeti, sed solùm Prophetæ, vel Legati. 484. b. & 486. a. 1.
Amicus asinorum. 29. 2.
Favet idololatris mercatoribus propter proprium lucrum; sed postea prodit, ac spoliat eos. 824. c. 2.
Orabat stans super unum pedem. 446. c. 2.
Legit Alcoranum dæmonibus, & convertit eos ad fidem. 754. a. b.
Helluo, ac gyrovagus, & præstigiis illusus. 490. a.
Totus est in curandis suis commodis, & honore proprio. 669. b. 1.
Fingit se reprehendi à Deo, quòd cœcum volentem ab eo instrui in religione rejecerit, & divites magni faciat. 781. b. 1.
Satyras in suos particulares inimicos scribit pro legibus in Alcorano. 826. a. 1. & alibi.
Superstitiosus in imitandis ritibus Ethnicorum. 79. b.
Fovet morbum amoris lascivi in uxorem alienam. 88. c. 2.
Turpiter hallucinatur in judicio. 166. a. & 167. c. 1.
Delirat in morte. 29. a. 2.
Jubet duos Judæos adulteros lapidari. 107. b. 2. 109. c. 2.
Declarat Aly successorem suum in Imperio. 29. a. 1.
Deceptus à Diabolo erumpit in blasphemiam coram populo. 466. c. 2.
Suspectus de furto apud suos. 139. a. 1.
Antequàm Alcoranum à Gabriele acciperet, legere, ac scribere prorsùs nesciebat. 533. a.
Fuit malus legislator. 811. c. 1.
Illius ridicula hypocrisis, dùm fingit se à Deo reprehendi, quòd noctu nimis oraret. 758. a. 759. b. 1.
Duo illius peccata gravissima. 663. b. 1.
Ejus constantia circa repudium. 709. c. 1.
Avaritia illius in partitionem prædarum. 711. c.
Concubitus illius cum Maria Cophta ancillâ cum cæterarum ejus

INDEX.

ejus uxorum ingenuarum injuria. 733. a. &c.
Illius supina crassities. 738. c. 1. 545. a. 548. a. 2.
Solvèntes tributum, seq; ipsi subjicientes non cogit ad suam religionem sequendam. 304. 305. a.
Superbia illius insignis. 486. c. 2.
Obscurè, & ambiguè refert Sacras historias, ne mendax deprehendi possit. 582. a.
Illius leges quedam iniquæ, insulsæ, & vanæ. 486. b.
Ambitio illius, & avaritia. 708. b. 709. c. 2.
Illius cubile enormiter laxum. 758. c. 2. 759. c. 2.
Illius adventum avidè expectabant Judæi, Christiani, & Ethnici. 815. a. 1.
Vulpina illius hypocrisis, dùm fingit, se à Deo de aliquibus culpis reprehendi. 781. c. 1.
Effrænata illius libido, ac luxuries. 562. c. 2. 733. 735. a. 1.
Stulta illius sanctio circa venationem. 240. c. 1.
Sagacitas illius, ac vafricies. 133. b. 1. 458. a. 2.
Lex ejus injusta de homicidio fortuito. 167. b. 1.
Asserit suum nomen esse in sacris literis. 26. 2.
Visio illius fabulosa, qua raptus est in Cœlum. 407. b. 412. a. 1.
Concedit omnem libertatem concubitus, etiam præposteri cum uxoribus. 559. b. c.
Exprobrant illi Judæi nimiam cum fœminis intemperantiam. 158. b. 2.
Asserit, concessam sibi fuisse à Deo libertatem ducendi in uxores, quascunque voluerit, etiam cognatas. 559. b.
Mahumetani certò credunt, illum esse Paraclitum promissum à Christo. 30. 1.
Vaticinia illius futilia, & falsa. 233. a. 1. 829. a. 1. 541. c. 1.
Miracula illius. V. Miracula.
Mahumetani duplici nomine se appellant. 44. c. 2.
Mendacissimi sunt in suis historiis. 57. c. 2.
Eos in Pentateucho, & Euangelio prænunciatos fuisse asseritur in Alcorano. 666. b. 664. c. 2.
Mahumetana religio licèt falsa, prima facie apparet bona. 49. c. 1.
Falsò jactat Mahumetus, illam superare omnes religiones. 719. b.
In illa plura Schismata, & sectæ sunt, quàm in Christiana. 476. b. 2.
Illius fundamenta quinque. 25. 2.
Plerique omnes eam amplectuntur fictè, & ob humanos fines, non quia veram agnoscant. 722. c. 1. V. Religio.
Manna, & coturnices in deserto. 281. c.
Maria Virgo Deipara laudatur. 175. c. 455. b.
Ex Alcorano apparet, illam non contraxisse peccatum originale. 112. a. 1.
Mahumetus confundit illam cum Maria filia Amram sorore Moysi, & Aaron. 107. c. 1. 115. b. 1. 434. b. 2.
Illius parentes, ortus, & educatio: 110. b.
Educatur in Templo à Zacharia, & invisitur ab Angelis. 112. a. 2. 434. a. 1.
Angeli annunciant ei conceptionem filii. 431. b.
Concipit ex afflatu Gabrielis, & parit Christum. 111. a. 431. b. 434. c. 1. 434. a. 2.
Arguitur à Judæis, ut scortatrix. 431. c. 171. c.
Fuit Verax. 228. a.
Martyrum Nageranensium historia. 792. a. 2.
Matrimonii impedimenta. 146. a.
Matrimonium cum Judæis, & Christianis conceditur Mahumetanis. 193. b. V. Coniugium.
Mecca expugnatur à Mahumeto. 665. a. 1.
Meccana peregrinatio, & Visitatio. 75. b. 463. c.
Meccani spernunt Mahumetum, & Alcoranum. 452. c.
Meccanorum Dii. 166. b. 1.
Meccanum Templum. V. Templum.
Melkitæ, & eorum origo. 720. b. 2.
Mensa delata ab Angelis è cœlo ad preces Christi. 236. c.
Menses duodecim, & inter eos quatuor sacri. 238. c. 311. a. 314. c. 1.
Menstruum, res mala, & immunda: 82. a.
Prohibetur in eo copula conjugalis. 87. a. 1.
Metempsychosis. V. Animarum transmigratio.
Miracula facere recusat Mahumetus. 533. a.
Sæpè fatetur, se miracula facere non posse, neque se missum fuisse ad miracula facienda, sed ad prædicandum. 51. a. 503. a. 1. 371. b. 1. 409. c. 54. a. 2. 411. a. 246. c. & al. Sæpè.
Miracula multa tribuunt Mahumetani Mahumeto: Sed omnia vana; & ficta sunt; 54. c. 2. 297. c. 1. 562. c. 1. & al.
Monachi Christiani laudantur. 228. c. 704. b.
MonKir, & NaKir, Angeli, qui examinant mortuos in sepulchris. 67. c. 2. 300. b. 1.
Monogamia. V. Polygamia. Uxores. Conjugium.
Mors infidelium misera. 255. b.
Mortui amittunt memoriam præteritorum. 240. b. 2.
Mortuorum examen in sepulchro. 300. b. 1.
Moslemi, cur ita appellent se Mahumetani. 44. c. 2.
Moyses, ejus nativitas, educatio, & alia ad ipsius gesta cum Pharaone spectantia. 520. a.
Fugit in Madian, ibique uxorem ducit. 521. a.
Redit in Ægyptum, ibique agit cum Pharaone. ibidem
Ejus acta fabulosa. 284. b.
Mittitur à Deo ad gentem suam. 375. c.
Legatur cum Aaron fratre suo à Deo ad Pharaonem, & Ægyptios. 330. a. 473. c. 614. b.
Gesta illius cum Pharaone, & Magis. 498. b. 441. b. 279. b.
Item cum Haman, & Core. 614. b. & alibi sexcenties.
Videt rubum ardentem. 507. c.
Ejus acta in Monte Syna, ubi legem accepit. 280. c. 444. c.
Ejusdem acta in Deserto cum Israelitis. 280. b.
Mittit Exploratores in Terram Chanaan. 225. a.
Fabulosa quædam narratio de illo. 243. b.
Miracula novem ab eo patrata. 411. b. 413. c. 2.
Educit aquam de petra. 281. c.
Fuit lingua impeditus, & quare. 447. c. 1.
Falsò creditus fuit ab Israelitis hernios us, & hermaphroditus. 32. 2. & 561. c. 2. & 719. a.
Mulierum Ethnicarum accedentium ad Mahumetismum fides probanda. 715. c.
Mulierum honestas, & modestia commendatur. 559. b.
Mulieres subditæ sint viris. 155. b. Vide Uxores.
Mundi septem cum suis cœlis, terris, ac maribus, & habitatoribus. 730. & 731.
Mundana felicitas fallax, ac vana. 422. b.

N

NAbuchodonosor devastat Judæos propter mortem ab ipsis illatam S. Joanni Baptistæ. 412. c. 2.
Nageranensium Martyrum historia. 792. c. 1. De his Martyr. Romanum die 24. Octobris.
Nemrod disputat cum Abraham de Deo. 97. c. 1.
Turrim ædificat. 399. c. 2.
Nestorianorum origo. 720. b. 2.
Noe laudatur. 587. b.
Prædicat genti suæ. 751. a. & 500. b.
Historia illius Arcæ, & Diluvii. 338. c. & 531. b. 688. c. & 277. b. & 329. c. & alibi sæpè.
Quot annos vixerit. 534. a. 1.
Uxoris illius perfidia. 733. c. & 734. b.
Uxor illius, & Chanaan filius ejus in diluvio periere. 476. c. 1.

O

OBedientia debetur Deo, & Superioribus. 156. c.
Og gigas, & fabulæ portentosæ de illo. 231. b. 2.
Opera mala portabuntur ab authoribus suis post mortem. 249. c. 1.
Oratio quomodò facienda. 136. a.
Orationis tempora. 347. c.
Orationes quinque præscriptæ à Deo Mahumetanis. 412. c. 2.
Orationis prospectus, seu pars mundi, ad quam convertere faciem debent Mahumetani, dùm orant. 49. c. 2. & 60. a. & 66. b.
Orphanorum cura. 144. b. & 145. a. & 147. a. 1. & 81. c.
Orthodoxus quis intelligatur esse in secta Mahumeti. 122. c.

P

PAradisus Eden. 368. c. & al. sæpè.
Paradisus Adæ, & Hevæ ponitur à Mahumetanis in septimo cœlo. 23. a. 2.
Paradisi amplitudo hyperbolica. 703. c. & 705. c. 1.
Paradisus non obtinetur, nisi tribulationibus. 76. c.
Paradisi, & Gehennæ habitatorum colloquia. 269. b.
Paradisus Mahumeticus plenus lasciviis, & voluptatibus belluinis. 18. & 236. c. & 247. & 376. c. & 421. c. & 463. b. & 490. b. 586. c. & 596. a. & 698. a. & 775. b. & alibi usque ad nauseam.
Parentes honorandi sunt. 408. b. & 651. c.
Non est obediendum illis in rebus malis. 531. a.
Paulus Apostolus author mysterii Trinitatis, & divinitatis Christi.

INDEX.

ti, & fabulæ Mahumetanorum de eo. 189. b. 2. & 720. b. 2.
Peccata quædam gravia, quædam levia. 684. c.
Peccata gravia, quæ sint. 157. c. 2. & hæc fugienda. 155. a.
Peccatum etiam negandi fidem, & Deum excusat à culpa coactio, si non interveniat assensus internus. 398. b. & 401. a. 2.
Peccandi necessitatem ponit Alcoranus in homine. 552. a. 1. & 263. c. 1.
Pentateuchus est directio, & lux hominum. 226. b. & al.
Pentateuchus, & Euangelium sunt libri illuminantes. 139. c.
Pentateuchus depravatur, falsòque allegatur ab Alcorano. 677. c. 2. & alibi frequentissimè. Vide Scripturæ Sacræ.
Peregrinatio Meccana, ejusque ritus, & sanctiones. 75. b. & 192. c. & 463. c.
Perjuri pœna. 228. c.
Petra, quæ sequebatur filios Israel, fabulis admixta. 32. 2.
Petri, & Pauli Apostolorum prædicatio fabulosa Antiochiæ. 581. a. 1.
Pharao, & ejus acta cum Moyse. 279. b. & alibi sexcenties.
Pharaonis crudelitas. 597. a. 1.
Ædificat turrim pertingentem ad cœlum, ut ex ea pugnet cum Deo. 521. c. & 615. a. & 618. a. 1.
Illius uxor Asia Sancta, & martyr, & fabulæ de ea. 733. c. & 735. a. 1.
Pharao præcedet populum suum ad Gehennam. 346. c.
Credidit in Deum, dùm mergeretur, sed non profuit illi. 230. c.
Phinees filius Eleazari fuit magister Moysi. 426. a. 1.
Poetæ mali improbantur. 502. a.
Pœnitentia necessaria ad salutem. 129. c.
Pœnitentia dilata in mortem inutilis. 145. c.
Polygamia concessa à Mahumeto impugnatur. 148. b.
Presbyteri Christiani laudantur. 228. c.
Prophetæ omnes egressi sunt tanquam formicæ è lumbis Adæ. 561. a. 1.
Eorum numerus apud Mahumetanos. 178. a. 1. & 617. c. 2. & 467. b. 2.
Eorundem pactum cum Deo. 121. c.
Prophetæ fuerunt bellatores. 130. b.
Omnes decepti sunt à Diabolo in lectione sacrarum scripturarum. 464. c. & 466. c. 2.
Prophetiæ de Mahumeto fictæ in sacris Scripturis. 26. 2. & al.
Propheticum munus cum Venere malè conjungit Mahumetus. 371. c. 2.
Prosperitates conceduntur malis. 436. a. 2.
Purificationes Mahumetanorum ante orationem. 159. b. 1. & 593. b.

RAtionalitas est in omnibus rebus creatis. 563. c. 2.
Regina Saba. Vide Balcaisa.
Religio vera quomodò cognosci possit. 664. c. 1.
Religio habet quædam substantialia, & immutabilia, quædam verò accidentalia, & mutabilia. 61. b. 1.
Religio vera non est censenda ex numero. 307. c. 1.
Una tantùm potest esse vera religio. 48. b. 2. & illa tantùm ducit ad salutem. 49. a. 1.
Nullus ad religionem est cogendus. 95. b. & 96. c.
Religio vera semper perfectior. 61. b. 2.
Religio vera perpetua. 396. a. & 401. b. 1.
Religio quælibet judicare debet res suas. 124. c. 2.
Religio quælibet bona est ad salutem. 227. c.
Et quælibet est à Deo instituta. 226. c.
Religiones omnes divisæ in varias sectas. 48. c. 2.
Religiones omnes confundit, & approbat Mahumetus in Alcorano. 33. c. 2. & 232. b. 2. & 227. c.
Religio vera semper fuit omnibus una, usque ad missionem prophetarum. 324. c. 1. usque ad traditionem sacrorum librorum. 76. b. usquequo eam discíderunt Judæi, & Christiani. 473. c.
De religione sua disputationes vetat Mahumetus. 251. a. 1.
Et illam violenter compellit alios amplecti. 304. a.
Mahumetana religio nihil habet ardui. 465. c. & 468 a. 2.
Præfefert quandam bonitatem moralem aliquandò, plusquàm vera religio; sed totum apparenter. 49. c. 1.
Repudium approbat Mahumetus contra Euangelium, atque etiam Pentateuchum. 88. c. 2. & 173. c. 1. & 745. c.
Repudii sanctiones. 729. a. & 82. b.
Resurrectio mortuorum, & dies Judicii. 95. c. & 246. c. & 688. c. & 409. b. & alibi sæpissimè in Alcorano, admixtis sexcentis fabulis.
Romadan mensis sacer, jejunio destinatus. 67. a.
Romani victi à Persis. 538. c. & 541. a. 1.

S

SAba regio Arabiæ, ejusque felicitas. 569. a. 1.
Sabæ Regina. Vide Balcaisa.
Sabaitæ, seu Sabæi, & eorum religio. 33. 1.
Sabbatum, & ejus institutio. 399. a. & 400. c. 2. & 402. a. 2.
Illius trangressores mutantur à David in simias. 33. 2.
Sacræ Scripturæ. Vide Scripturæ Sacræ.
Sagittarum sortilegium prohibetur. 194. c. 1.
Saleh propheta legatur à Deo ad Themudæos. 278.
Producit è rupe camelam prodigiosam, & aliæ fabulæ de illo. 345. b. & alibi frequenter.
Salomon hæres Davidis in scientia, & prophetia. 507. c.
Intelligit loquelam volucrum. 507. c. & 511. a. 1.
Habuit tres exercitus, dæmonum, hominum, & volucrum. 508. a.
Agnoscitur, & fugitur à Regina formicarum. ibid.
Indignatur, & magnum habet dissidium cum upupa: & mittit eam nunciam suam cum epistola ad Reginam Æthiopiæ. 508. a.
Reginæ Sabæ, & Salomonis fabulosa historia. 508. b.
Salomon peccat peccato curiositatis, & agit pœnitentiam. 595. b.
Offert Deo carnes equorum. 598. c. 1.
Obediunt illi venti, & dæmones, quorum opera utitur ad res plurimas. 455. a. 508. c. & 595. b.
Mors illius admirabilis. 567. b. & 569. b. 2.
Privatur regno arte dæmonis, sed postea illi restituitur. 595. b. & 597. b. 2.
A dæmonibus denigratur ejus fama post mortem. 43. b. 44. a. 1. V. David.
Samuelis, & Saulis historia adulterata. 91. a.
Sapha, & Merva montes sacri in Mecca. 65. b. & 69. b.
Satanas seducit homines, & est manifestus hostis eorum. 165. a. 409. c. & al. sæpè.
Renuit Adorare Adam, & seducit illum, & Hevam. 446. a. V. Diabolus.
Saul. V. Samuel.
Scaccorum, seu latrunculorum ludus prohibetur. 237. a. 1.
Scioaib. V. Jethro. Madianitæ.
Scortator. V. Fornicator.
Scripturarum sacrarum integritas probatur contra Alcoranum. 13. & 14. &c.
Ante Mahumetum incorruptas fuisse patet ex ipso Alcorano. 41. c. 1.
Incorruptas etiam nunc esse, Mahumetani fatentur. 26. 1.
Scripturas sacras omnes pari cultu suscipiendas præcipit Mahumetus. 62. a. 1. V. Pentateuchus. Euangelium.
Scripturales, nempè Judæi, & Christiani, cognoscunt Mahumetum esse prophetam missum à Deo, ut cognoscant filios suos. 246. b.
Adorant, ut deos, Pontifices, & Monachos suos. 123. c. 1.
Corrumpunt, vel abscondunt sacrarum scripturarum vaticinia de Mahumeto. 122. c. 2. & al. sexcenties.
Scripturales quidam laudantur ab Alcorano, & salus æterna illis promittitur. 128. c.
Scripturalium amicitia, & societas vitanda. 226. c.
Scripturales jubet Mahumetus consuli à suis circa veritatem Alcorani. 452. c. & 456. b. 1.
Scripturalium nomine quosnam intelligat Alcoranus. 122. b.
Non censet eos inter Associantes, seu idololatras. 140. c. 2.
Sectariorum, & sectatorum mutuæ contentiones ante Deum in die Judicii, & in Gehenna. 65. c. & al. sæpè.
Sedrus termini, arbor Paradisi in septimo cœlo. 412. c. 2.
Sem filius Noe resuscitatur à Christo. 113. a. 2.
Sepulchrum Mahumeti in Medina describitur. 30. &c.
Sepulchri tormentum fabulosum. 658. c. 2.
Septem Sanctorum Dormientium historia fabulosa. 420.
Sodomitarum scelus, & pœna à Deo illis inflicta. 345. c. 689. b. & alibi.
Sodomiæ pœna in Alcorano. 145. c. & 147. a. 2.
Sodomia cum uxoribus licita. 82. a. 87. b. 2. V. Lot.
Sol occidit in fonte luti nigri. 424. a.
Spiritus. V. Anima.
Statera fabulosa in die Judicii ad opera trutinanda. 268. a. & 270. c. 1.
Statera traditur ꝙ Noe à Gabriele. 704. c. 2.
Stellæ creatæ à Deo in cœlo lunæ. 625. b. 1.
Stellæ volantes, & error Mahumeti circa illas. 738. c. 2.

Tabulæ

INDEX.

T

TAbula cuſtodita in cœlo, in qua omnia ſcribuntur ab Angelis. 792. c. 2.
Tabulæ legis quot, & ex qua materia fuerint. 285. a. 2.
Talionis lex lata à Mahumeto. 66. b.
Talionis pœna conceſſa à Mahumeto damnatur. 70. 71. a. 1.
Illam condonare meliùs eſſe fatetur Alcoranus. 226. b.
Templi Meccani origo, & fabulæ. 52. a. 2. & 128. a. Ejus deſcriptio. 53. b. 1.
Templa, ſeu Oratoria tàm ſua, quàm Judæorum, & Chriſtianorum probat Mahumetus. 464. b. 467. b. 1.
Templi Meccani portenta. 132. b. 1. & privilegia. 130. c. 1.
Terra creata fuit ſpatio duorum dierum. 621. c. 624. c. 2.
Terræ ſeptem, ſicut ſeptem cœli, creatæ ſunt à Deo. 730. a. 2.
Terræ promiſſionis fructus prodigioſi. 232. a. 2.
Teſtamenti in morte ſanctiones Alcoranicæ. 256. a.
V. Legatum.
Teſtes quales eſſe debeant. 170. b.
Thalmud, & Rabbinorum deliria. 57. c. 2.
Themudæi puniuntur à Deo. 689. a. V. Saleh.
Thronus Dei materialis. 524. a. 1. & al. ſæpè.
Tormentum foveæ, ſeu ſepulchri. 300. b. 1. 378. c. 1.
Trinitas negatur in Deo, & quomodò. 178. b. 228. a.
Illius myſterium pravè explicatur à Mahumetanis. 178.
Propugnatur contra eoſdem ejus veritas. 176. b. 1.
Tuba, quæ in die Judicii reſonabit. 581. b. 2. & 250. a. 2. & 606. a. 475. a.
Duplex erit, prima, & noviſſima. 581. b. 2.
Tuba arbor in Paradiſo. 370. a. 2.

V

VAcca rufa immolata à Moyſe in fabulam vertitur. 35. 36.
Vaticinia ficta de Mahumeto in ſacris literis. 26. 2. Vid Prophetiæ. Mahumetus.
Venatio prohibita in locis ſacris Meccæ. 235. b. & 238. b. 1.
Viduarum relictarum nova conjugia, quid circa ea ſanciat Alcoranus. 83. a.
Vinum laudatur. 396. c.
Illud primò conceſſit Mahumetus. 87. b. 1.
Deindè illud prohibuit. 81. c. & 235. a. & 237. a. 1.
Cur vinum Mahumetus prohibuerit. 86. a. 1.
Vinum bibitur in Paradiſo. 658. c. 1.
Vini uſus approbatur contra Alcoranum. 86. a. 1. 239 c. 1.
Vita mundana ludus, & jocus. 535. c. & al. ſæpè.
Vitulus adoratur ab Iſraelitis, & fabulæ de eo. 445. a. 26. a. 2. & 285. a. 2.
Upupa in exercitu Salomonis. 508. V. Salomon.
Uſura damnatur. 129. c. & 99. b.
Uxorum pluralitas. V. Polygamia.
Sanctiones Alcoranicæ circa uxores. 170. a.
Earum numerus præſcribitur. 144. b. & 147. a. 1.
Uxores proprias accuſantes de adulterio, quomodò à Judicibus audiendi ſint. 481. a.

Z

ZAcharias, pater S. Joannis. 431. a. 434. a. 1. 455. b.
Zacum arbor in gehenna ad cibum damnatorum. 587. b. & 590. a. 1. & 413. c. 1.
Zamzam puteus in Mecca. 306. b. 2.
Zeidi filii adoptivi ſui Mahumetus libidine victus accipit ſibi uxorem. 558. c. & 561. b. 1.
Zodiaci ſigna defendit Deus à dæmonibus. 382. c. & 384. b. 2.

ERRO-

ERRORUM CORRECTIONES.

PAg. 9. num. 9. *lege* crediderunt. nu. 25. Et ipsis erunt. p. 10. n. 26. illum. n. 28. Et fuistis mortui. p. 28. n. 86. elegerunt. p. 40. nu. 89. noluerunt. pag. 41. nu. 96. invenies. p. 46. nu. 115. & his in novissimo. p. 60. 150. ad meliora: ubicunque. ibid. adducet. p. 65. n. 161. maledicet illis Deus. p. 66. n. 173. non audit. n. 179. aliquam partem. n. 184. ut timeatis. p. 82. n. 225. inter homines. n. 230. transgressus fuerit. p. 96. n. 262. duplicabit. p. 99. n. 276. At concessit. p. 105. n. 7. assimilatum ex his. p. 111. n. 56. At verò. p. 121. n. 76. idest vendiderint. p. 128. n. 109. reducentur res. p. 129. n. 117. pessumdedit illud. ibid. tractabant. p. 138. n. 196. Deus, apud eum. p. 144. n. 3. & sequentibus liter. hoc est; literaliter. p. 145. n. 11. quæ legaveritis. ibid. vir. p. 155. n. 38. cognoscens eos. p. 157. n. 67. hi erunt. p. 163. n. 88. venerint ad vos. p. 164. n. 96. in quo. 165. 116. nisi Satanam. 170. 130. præcipimus. n. 139. dele *namque*. n. 152. dele *&*. p. 171. in *margine*: Qua occiderunt. 193. 9. Justè agite: hoc. n. 19. *Adde*: Et Dei est Regnum Cælorum, & terræ, & eorum, quæ sunt inter hæc duo: creat, quod vult: & Deus est ad omnem rem potens. 226. 54. confirmantem. n. 73. accenderint. p. 236. 117. testimonii. 246. 21. non prospexabuntur. n. 30. portabunt. n. 33. Legati ante te. p. 247. n. 43. lætati. n. 51. in *margine*: est super eos. n. 56. Si est. ibid. in *marg.* non rectè. p. 248. n. 61. reducentur. n. 67. in *marg.* nutent. natent. p. 254. n. 84. est sapiens, sciens. 256. 112. Satanas. 261. n. 141. Et palmas, & sementem. 262. 148. Et dicet. p. 267. 4. vel dùm ipsi essent in meridie dormientes. 268. 24. tractavimus. n. 25. in terra. p. 277. 63. *dele* Epistolas. ibid. Quod nescitis. n. 68. non est in me stultitia. n. 71. an venisti. p. 279. 122. Credimus in Dominum. 280. 132. apud Deum. 281. 149. factus. n. 150. abfuit. p. 288. n. 173. Certè nos fuimus. 289. 190. aptè. n. 202. illud. p. 295. 28. possessor. 311. 45. dimisisti. 312. 63. Credit ea, dic: n. 65. *in marg.* mansuro. n. 67. Et Legato. p. 313. 85. & petierint. ibid. ullum. 314. 96. dedit nobis. 321. 4. moderaretur. 322. 13. hominem. n. 14. Legati eorum, cum argumentis claris, nec tamen fuit, ut crederent. n. 16. immuta illum. p. 328. 31. dominium. 329. 61. & non eris. 251. 107. Erit animæ. 338. 23. in altero sæculo. n. 30. Domino. 339. 41. in nomine. nu. 43. Et pertransiit. n. 46. liberationem. p. 345. 65. promissio. 347. 117. præditi reliquiis. n. 119. inter se discordes. p. 355. 26. aut infligatur. n. 31. Civitatem. n. 45. dimittite. p. 357. 49. compluentur. n. 63. ut mensuretur. p. 359. 100. & fratres ejus. 368. 18. Dic: Deus est creator. 395. 24. respondent. n. 40. *dele* rei. 397. 85. viderint ii. 398. 95. *in marg.* pactum. n. 116. illicitum. p. 399. 127. Et patienter sustine, & non erit patientia tua. p. 407. n. 8. revertemur. 408. 16. exterminando. 409. 57. *adde*: & timeat penam ejus. n. 58. punituri eam. p. 411. 100. An non noverunt. p. 420. 5. in hanc novam. 422. 54. invenient. 424. 89. puniemus. 433. 88. protulistis. 441. 41. Respondit. 446. 123. congregabimus. n. 125. Evenit. p. 453. 45. Et Patribus. 454. 43. nos veniemus. 462. 6. Et quia. 463. 7. suscitabit. n. 29. nomen Dei. p. 464. 48. retractabit. 465. 79. nominavit vos. 473. 36. Eritis prorsùs. 482. 37. exaltaretur. ibid. commemoraretur. p. 489. 3. non creant. 492. 70. *adde* & crediderit. 509. 49. bonificabant, idest redintegrabant. 510. 81. nos posuimus. n. 88. qui sunt in Cælis, & qui sunt in terra. p. 521. 36. roborabimus. 523. 81. hesterna. 531. 8. & tunc. n. 10. timet eam. p. 532. 39. Haman. 539. 28. quo ditavimus. 545. 22. & ad Deum. n. 23. enarrabimus. 546. 32. undæ. 550. 3. à Domino tuo. n. 28. decisio. n. 29. infideles. p. 556. 5. fratres vestri, *adde* in fide, & propinqui vestri. 557. 22. Et verax fuit Deus, & legatus ejus. n. 25. furore suo: non. p. 558. 36. ut timeres. 559. 44. & sufficiens. 568. 31. Nisi vos decipissetis nos. n. 43. non est hoc, nisi. p. 579. 3. Ex animabus eorum. n. 49. condere. 580. Esto, & erit. 587. 99. infimos. 588. 146. super eum. 594. 5. Hic est magus. 595. 26. adversus alios exceptis iis. n. 26. augmentum. n. 28. diem rationis. n. 20. & operati fuerint, *adde* recta. p. 604. 25. Meccanos. n. 36. Nonne est. 605. non animadvertatis. 613. 5. decipiat. 614. 29. venit. ibid. fuerit. 615. 42. populo meus. n. 47. adurendi. p. 622. 13. quàm ipsi robore. 623. 47. ad eum. 629. 20. agrum sativum, lucrum: *alterutrum intellige, utrumque enim significat* حرث. p. 630. 53. revertentur. 636. 13. viribus. n. 38. manifesto. 637. 70. hæreditastis. 641. 14. ab aliis. n. 26. Et habitationibus. 642. 54. petent. 646. 4. dispergitur. n. 5. Et in commutatione. 647. 16. & excellentes. n. 19. & Deus Patronus. n. 32. non existimamus, nisi opinionem. nu. 34. adventus diei hujus. 656. 11. exitus. 657. 37. exigeret. 660. 3. adjuvat te Deus. 662. 25. tunc noluit. 675. 10. idest occidantur. 676. 40. projecimus. 698. 29. Et socii dexteræ: *adde* Quid erunt socii dexteræ? n. 31. inter lotos. p. 703. 13. & exterior pars. n. 19. inter vos. p. 712. 8. adjuvant. n. 19. Et ne sitis. 715. 3. ponet. 719. 1. Laudat Deum id. 722. 11. quàm mercatura. 726. 12. Et Deus. 765. 11. ullum. 768. 11. hilaritatem. 775. 8. soporem. n. 37. is. p. 805. n. 7. & 10. facilitabimus. 816. 6. ut videant: cùm Arabicè communiter legatur لِيَرَوا verendum erat, ut ostendant, vel, ut videre faciant.

COR-

ELENCHUS CORRECTIONUM TEXTUS ARABICI.

Primus numerus Paginam, ſecundus verſum ſignificat.

Pag. 8. ver. 13. *lege* آمنوا. 9. 22. جعل لكم. 31. 54. فاخذتكم. v. 59. جرحتم. v. 63. منها. pag. 250. v. 77. جن. ibid. أحب. ibid. v. 59. آستسقى. v. 60. وقثائها. v. 65. لنا. pag. 35. v. 71. تشير. 37. 85. إخراجهم. 40. 89. & 91. لنا. 42. 100. عاهدوا. v. 102. ولبئس. pag. 50. v. 123. العالمين. pa. 58. v. 143. ما ولّيهم. 63. 158. انا لله وانا. ibid. v. 166. المسخر بين. pag. 74. v. 201. الدنيا. v. 204. ويشهد. v. 213. جاءتهم. v. 215. تعملوا. p. 80. v. 222. مومن. ibid. v. 232. أنزل. p. 81. v. 234. تكلف. ibid. مثل. v. 238. تغفوا. p. 94. v. 258. النار. v. 259. أتاه. v. 264. حليم. v. 268. تيمموا. v. 269. وفضلا. pag. 99. v. 283. آكتسبوا. p. 104. v. 10. ان الذين. v. 21. النبيين. v. 24. تمسنا. v. 28. تعبة. v. 31. يحببكم. p. 109. v. 35. فتقبل. v. 38. طيبة. v. 45. عيسى. p. 110. v. 55. ناصرين. p. 119. v. 63. بيننا وبينكم. v. 65. فيما. v. 67. للذين. v. 71. أمنوا. p. 120. v. 78. تعلمون. v. 80. اقررتم. p. 125. v. 111. يولوكم. v. 120. يضركم. v. 140. وليمحص. v. 144. أفائن. p. 133. v. 154. فانابكم. v. 155. نعاسا. p. 135. v. 181. سيتوقون. v. 189. بمفازة. v. 195. تحزنا. pag. 143. v. 11. ولد. ibid. حليم. v. 12. جنات. v. 21. حرمت. ibid. وامهاتهم. ibid. واخواتهم. v. 22. المحصنات. pag. 152. v. 32. عقدت. v. 33. قوامون. pag. 154. v. 65. لابنائهم. v. 70. ليبطئن. pag. 160. v. 82. لاتبعتم. 161. v. 102. كتابا موقوتا. 162. 117. لاتخذن. v. 118. ولاضلنهم. pag. 168. v. 123. امنوا بالله. pag. 169. v. 141. يخادعون. v. 142. مذبذبين. p. 192. v. 13. لاكفرن. pag. 221. v. 34. الى. v. 39. اجزاء. ibid. ويسعون. pag. 222. v. 47. سماعون. v. 49. اكالون. pag. 223. v. 65. خزب. v. 74. ولادخلناهم. v. 75. لاكلوا. pag. 224. v. 80. الا. pag. 234. v. 114. عليهم انفسكم. ibid. امنوا. pag. 342. رجلا وللبسنا. 343. v. 30. جاءتهم. v. 33. كذبت. Sic كذبوا. v. 34. نكونن. p. 244. v. 58. *adde* ولا رطب. v. 59. جرحتم. v. 63. منها. pag. 250. v. 77. جن. ibid. أحب. p. 252. v. 81. كلا. v. 92. خوضهم. v. 95. جيئتمونا. pag. 253. v. 114. اليكم. v. 121. ليجادلوكم, pag. 254. v. 125. ضيقا. v. 126. فصلنا. v. 128. يحشرهم. v. 123. إن. v. 132. ما توعدون. pag. 259. v. 138. وانعام. pag. 260. v. 143. & 244. الذكرين. v. 145. في ما اوحى. ibid. ولا عاد فان. v. 147. ذو رحمة. v. 148. شاء. v. 150. والذين لا يومنون. pag. 261. v. 157. اياتنا. v. 160. وعن ايمانهم. v. 20. لكما عدو. ibid. انهكما. v. 23. ما نهيكما. v. 21. شيتما. v. 26. *adde* فيها تحيون. v. 27. ولباس. v. 39. ادارکوا. ib. قال لكل. v. 41. واستكبروا عنها. v. 42. نجزي. pag. 267. v. 44. بما كنتم. v. 55. الا لعنة. pag. 274. v. 90. وسع ربنا. v. 104. ظلموا بها. pag. 275. v. 106. ببينة. v. 124. أمنتم. v. 128. ويدرك. v. 133. مهما. v. 137. يستضعفون. pag. 276. v. 142. وواعدنا. pag. 277. v. 161. خطياتكم. v. 162. وظللنا عليهم الغمام وانزلنا عليهم. ib. عشرة. v. 165. لم. ibid. او معذبهم عذابا. pag. 287. v. 170. الحق. v. 180. ينصرون. v. 187. خفي. v. 189. تغشيها. pa. 288. v. 195. كيدون, & تنظرون. v. 198. يسمعوا. pag. 292. v. 5. يبتك. v. 14. لقيتم. pag. 293. v. 16. بلاء. v. 18. نعد ولن. v. 22. لاسمعهم. v. 36. اذا لقيتم. pag. 294. v. 47. لاختلفتم. v. 42. إن الدين. pag. 298. v. 70. ان يكون. pag. 302. v. 2. فسحوا. v. 6. وخذوهم. pag. 303. v. 18. مساجد. v. 31. يضاهيون. pag. 304. v. 36. فتكوى. v. 38. التسي. pag. 308. v. 55. كنتم قوما. v. 59. يجمحون. pag. 309. v. 65. من يحادد. v. 67. واياته ورسوله. v. 72. ياتهم نبو. v. 76. ولقد. pag. 310. v. 88. نكدا. v. 93. لا يجدون. pag. 316. v. 116. إن ابرهيم. v. 122. *adde* لعم. v. 126. زادته. pag. 326. v. 59. الله. v. 70. الى. pag. 336. يخبسون. v. 16. pag. 343.

هُمْ يَكْفُرُونَ . v. 67. يَكْفُرُ . 530. كُنَّا معكم . pag. 529. v. 25.

pag. 538. v. 53. بهادى . v. 58. جيئهم . pag. 554. 2. 17. سوءٌ . p. 556. v. 56. جاديبهن . p. 564. v. 12. يعملُ . p. 565. v. 14. مِنْ جِنَّةٍ . v. 31. يُقولُ . v. 37. عندنا زلغى . p. 566. v. 46.

p. 572. v. 32. لِنَفْسهِ ومِنهم مقتصدٌ . 576. 23. أَتَتَّخِذُونَ مِنْ دُونِهِ .

p. 577. v. 38. عاد كالعرجون . v. 48. تأخذهم . pag. 584. v. 76. نديبنا . p. 583. v. 141. المُنْحَضِيين . v. 158. الجِنَّة . p. 592. v. 9. أَنْزِلَ .

p. 593. v. 41. عطاؤن . p. 594. 78. فاخرج منها . pag. 600. v. 8. أُنْزِلَ . p. 603. v. 71. بلى . p. 611. v. 27. أَوْ أَنْ . v. 38. صُدَّ . p. 612. v. 53. لِنَنْصُرَ .

p. 623. v. 86. الكافرُونَ . p. 618. v. 14. أَلَّا تعبدوا . v. 16. نُحِسَاتٍ .

pag. 620. v. 34. حَقًّا . v. 44. اذانهم . p. 627. v. 32. فيظللن . v. 39. سِيئَتْ سِيئَةٌ . p. 634. 24. فانتقمنا منهم . p. 635. 61. واطيعون .

p. 641. v. 40. ينصرون . v. 53. أَمِنِينَ . p. 645. v. 18. فاتبعها ,

p. 655. v. 37. فيحفكم . p. 667. v. 13. قبايل , & انقيكم . pag.

670. v. 3. إِذَا . v. 18. تحيدُ . v. 23. عنيد . p. 674. v. 25. فقالوا ,

p. 675. v. 40. وجنودهُ . p. 678. & قوم منكرون . v. 28. فَأَوْجَسَ .

v. 21. واتبعتهم ذرياتهم بإيمانٍ ألحقنا بهم ذرياتهم . p. 679. v. 36.

يسرنا . v. 22. يُنصرون . v. 46. يُصعدون . v. 45. لا يوقنون .

p. 688. v. 50. فهل من مذكر . p. 693. v. 48. افنان . v. 54. بطائنها ,

p. 697. v. 63. dele فى . p. 701. فيضاعفهُ لهُ ولهُ . p. 702. v. 15. بِأَنْ .

p. 710. v. 2. يخربون . p. 711. v. 24. المصور . p. 715. v. 11. أزيجهم .

v. 12. يقتلن . pag. 725. v. 5. adde وما تعلنون . pag. 737. v. 28.

رُحَمَاءُ فمن يجير . v. 30. غوروا . p. 743. v. 21. adde راضية . v. 28.

دُعَاءً الا فرارا . p. 747. v. 35. مُكْرَمُونَ . p. 750. v. 6. أُغْنِى عنى .

واخرون يضربون . p. 757. 19. لا تزد الظالمين . v. 29. استكباراً . v. 7.

p. 771. v. 32. بِشْرٍ . p. 774. v. 37. يتكلمون . p. 780. v. 31. وأَبًّا .

v. 34. اخيه . p. 806. v. 10. تنهر . p. 824. v. 2. إِيلافهم . p. 825.

v. 6. يرَاوْن .

343. 72. لُشَمًى . v. 87. لَأَنْتَ . v. 89. يُحْزِنَكَ . v. 94. يُحْرِمَنَّكُمْ شِقَاقِى

ver. 96. يغنوا . pa. 344. v. 101. adde مِنْهَا . v. 110. يُعَبِّدُ . v. 115.

يَذْهَبْنَ . v. 116. يُضِيعُ . pag. 350. v. 20. فَادْلَى . v. 36. بَدَا لَهُمْ .

v. 38. adde نَبَاتُكُمَا . p. 352. v. 45. فارسلون . v. 51. خطبكن .

v. 64. أَمِنْتُكُمْ . p. 353. v. 68. deeſt أَبُوهُمْ . Sic v. 74. قَالُوا . v. 80.

ابرح . ibid. adde لى . v. 84. أَسَفَى . v. 87. تَيْئَسُوا مِنْ روح . pag.

354. v. 96. أَنْ جَاءَ . pag. 365. v. 6. إِذَا . v. 12. اسرِّ . pag. 366.

v. 29. اناب . v. 34. يَبِيسٍ . pag. 367. عاقاب . v. 36. صَدُّوا . v. 43.

. ولا نصبرن على ما اذيتمونا و . 374. v. 13. إِنْ . p. 377. v. 9. يروا

v. 15. وعيد . p. 381. v. 29. وتغمضت . v. 64. فَأَسْرِ . v. 67. فى ذلك .

p. 389. جمال . p. 390. v. 42. يتوكلون . p. 392. v. 76. يوجههُ . v.

85. ينظرون . p. 403. أَحَسْتُمْ أَحَسْتُمْ . p. 404. v. 40. افاصفيكم .

405. v. 50. أَنَّا . 406. v. 77. خِلَافَكَ . v. 93. زخرف . p. 407. v. 104.

لغيفا . pag. 416. v. 2. الصلات . v. 15. مرفقا . p. 417. 39. أَشْرِكْ .

p. 418. v. 52. المصلينا . pag. 419. v. 74. أنك . v. 79. لَا تَخَفْ :

v. 88. فيهما . v. 94. فَهَلْ نَجْعَلُ لَكَ خَرْجًا عَلَى أَنْ تَجْعَلَ بَيْنَنَا

p. 429. v. 53. adde والزكوة . تعلم له . v. 56. خروا . p. 430. v. 62.

v. 92. إِنْ . p. 437. v. 18. عليها . pag. 438. v. 68. فَلَأُقَطِّعَنَّ : &

v. 69. فَطَرَنَا . pag. 439. v. 84. فَقَذَفْنَاهَا . pag. 440.

v. 129. غُرُوبِهَا . pag. 451. v. 36. أَنْتَ . v. 82. يغوصون . p. 459.

v. 14. عَمِلَ . pag. 461. v. 47. الصدور . pag. 470. v. 66. تَنْصُرُونَ . p.

471. v. 89. & 91. لِلَّهِ . pag. 477. v. 11. عصبة . pag. 479. v. 52.

يقولوا . pag. 480. v. 59. يبلغوا : v. 63. فَأَذَّنَ . pag. 487. v. 3. مِنْ

دونه . v. 8. إِنْ سعون إِلَّا . pag. 488. v. 43. مِمَّنْ أَضَلُّ . v. 49. بُشْرًا .

pag. 489. v. 53. مرج . 494. v. 21. ففررت . p. 495. هُمُ الغالبين .

p. 504. v. 9. أَنْ بُورِكَ . 505. v. 22. أَوْ لَأَذْبَحَنَّهُ . v. 24. الخَبَ . pag.

506. v. 61. & ſequentibus أَمَنَّهُ . pag. 507. v. 85. وَلَمْ تُحِيطُوا .

v. 93. إِنَّمَا أَنَا . pag. 517. v. 33. برهانان . pag. 528. v. 10. انا

IN NOTIS, & REFUTATIONIBUS.

PAg. 2. col. 2. *lege* Domino Mundorum. pag. 3. col. 2. & non errantium. pag. 5. col. 1. lin. 5. Chriſtianam perfectiorem. ibid. col. 2. وضبا. p. 6. col. 2. l. 1. Conſtantium. p. 19. col. 2. l. 19. نظروا. lin. 26. الله. pag. 20. c. 1. l. 27. Sacroſanctæ, pag. 22. c. 1. حساسا. p. 25. c. 1. l. 39. كلّ عام. p. 36. c. 2. دنبها فحيى. p. 39. c. 2. l. 7. فاذا. l. 9. idem ac. l. 21. Core. p. 41. c. 1. l. 14. nunc extant. p. 44. c. 1. l. 30. فزجرا. c. 2. فسروا. pag. 49. c. 1. lin. ult. أخاف أن. c. 2. l. 6. التشديد. p. 47. c. 1. فلم يثبت فى. p. 52. c. 1. l. 9. حججنا. p. 53. c. 1. l. 4. المقربين. ibi. ذهب. p. 56. c. 2. l. 7. بالمحدثين. p. 68. c. 1. l. 25. جواب. l. 32. يرجى. p. 69. c. 1. l. 34. Oppoſitos. l. 42. cognoſcerent. c. 2. l. 11. نسخا. l. 29. تحرجوا. p. 71. c. 1. noctem jejunii. p. 79. c. 1. الهدايا. p. 84. c. 1. l. 31. ولده. c. 2. li. 19. مجاز p. 85. c. 2. ne, ſi non dimittat. p. 87. c. 1. li. 17. الخمر. 107. c. 2. فرجما فغضبوا. p. 112. c. 2. فكان. p. 114. c. 2. à voce. 115. c. 1. ثمانى ماية سنة. c. 2. l. 11. يجدون مالاً ولا اهلاً. l. 17. امراة. l. 26. بنته. p. 117. c. 1. ut perveniret. pag. 118. c. 1. وكلمته. p. 122. c. 1. *adde* اليهود. c. 2. *adde* الحق. p. 123. c. 1. l. 1. *adde*: ſenſus eſt: non. c. 2. يتخذوه. c. 2. l. ult. نستحل. p. 124. l. 5. ويجرون. p. 130. c. 2. l. 17. quodammodò. p. 131. c. 2. l. 17. وشج. p. 138. c. 2. l. 2. فكانوا. p. 139. c. 1. ورد. p. 147. c. 2. *dele* الى. ibid. والتوبة. p. 148. c. 2. l. 8. ويغربن. p. 149. c. 1. l. 6. ſepties. c. 2. l. 1. cadere. p. 150. c. 2. Erit corpus. p. 157. c. 2. l. 2. كالقتل والزنا. p. 158. c. 2. واتيا. p. 166. c. 1. ومناة. p. 167. c. 1. بينت. c. 2. فلانًا. p. 178. c. 1. l. 7. واربعة. c. 2. l. ult. Alcoranum. p. 187. c. 2. l. 7. الا نفصال. p. 189. c. 1. l. 9. ينزل. l. 13. آمنين. pag. 196. c. 1. l. 24. etiam divinitati. p. 207. c. 1. l. 3. اية. p. 208. c. 1. errent. p. 220. c. 1. θεανθρώπος. c. 2. inintelligibile. p. 229. c. 2. l. 19. وبينت. l. 28. ſed, qui reſipuerit. ibid. فلا. l. 30. d[illegible]bſcif-ſione. p. 223. c. 1. aſſerit autem. p. 237. اعرض. ibid. Aphani, Abu-horeira, Ebn-Emrano. l. 4. وحاملها. l. 24. vendens. l. 30. ſingulis. l. 42. admiſiſſe. p. 238. c. 1. l. 1. caprea. l. 39. الحرم. pa. 288. c. 2. l. 2. اليك. p. 249. c. 2. quæ non. p. 250. c. 1. l. 7. ineundo. p. 258. c. 2. l. 2. فانه. p. 271. c. 2. ἀνδεάγγελοι. ibid. inſertis. ibid. l. ult. decennio. p. 283. c. 1. فانتقلوا. p. 284. c. 1. l. 16. علمًا. ibid. Aſiæ. p. 285. c. 2. appoſitionem. p. 286. c. 2. l. 23. pœnitudine. p. 291. c. 2. l. 1. فسمته عبد الحرث فمات. p. 332. c. 2. l. 22. rejiciat. ibid. ولزمهم. p. 339. c. 2. l. 14. revelatum. ibid. Aly, cui. p. 361. c. 2. l. 4. جعل. p. 362. c. 2. l. 4. من ذهب. p. 379. c. 1. in regione. p. 386. c. 2. بابصارهم. ibid. كذلك. p. 387. c. 1. l. 4. الاخبار. p. 413. fatum. p. 414. الباسط. ibid. الخبير. p. 415. c. 1. l. 12. Zachariam. p. 426. c. 1. l. 16. S. Georgium. c. 2. in fine ex Japheth. p. 446. c. 2. in fine هـ verò. p. 447. c. 1. يجمرة. c. 2. يفرغ. p. 485. c. 1. & c. 2. السرة. ibid. الكسب. p. 513. c. 1. وصفها فى. c. 2. l. 11. اذا. p. 525. c. 2. بغلانة. ibid. تطيعك. p. 546. c. 1. l. 21. الا الكتفى. p. 560. c. 2. حرمة. 561. c. 1. l. 4. Sura. p. 563. c. 1. l. 15. احللنا. p. 591. c. 2. l. ult. Meccanorum. p. 608. c. 2. in Pſalmis 106. p. 624. c. 1. adornaſſe. c. 2. الضعة. p. 639. c. 1. coluiſſemus. ibid. non fuiſſent infideles. p. 642. c. 2. l. 2. من ام. p. 643. c. 1. l. 8. اساع. ibid. وكشف عنهم. p. 653. c. 2. l. 4. نتنا. l. 17. puſillos. 663. c. 2. منهم طافوا. p. 664. c. 1. l. 14. certam. 686. c. 2. خلف. c. 1. deſeruiſſe. 690. c. 1. l. 1. معجزاته. اليبرة. 695. c. 1. l. 10. Vacabimus. 730. c. 2. l. ult. iter. 772. c. 2. باوامره. 781. c. 1. corrugavit. 815. c. 1. لا ننفك. 828. c. 1. l. 15. repetitio. ibid. c. 2. extra Meccam. ibid. شهد مع محمد يوم فتح. 803. c. 1. l. 15. ص قومه. 835. l. 4. نفث يعنى بصق. l. 6. بدنه.

BENIGNO LECTORI.

NE mirum tibi, Benigne Lector, videatur, ſi præter ea, quorum emendationem hìc appoſuimus, alia non pauca quidem, ſed tamen vel levis, vel nullius momenti corrigenda occurrerint. Primò enim Auctor, cujus una virtus, atque perfecta Arabicæ linguæ cognitio lapſus omnes evitare potuiſſet, longè à nobis aberat, dùm opus hoc typis mandaremus: & Arabica exemplaria, quibus in hujus operis editione uſi neceſſariò ſumus (cùm alia nulla præ manibus haberemus) punctationibus depravatis, variiſque lectionibus referta ſunt, quas, cùm Correctori, quippè qui unus, atque aliò nunquàm non diſtractus, neque perpendere, neque conferre cum Latina Verſione ſemper vacaverit, auferre omninò non potuimus. Deindè puncta litterarum neceſſaria, vel ex eorumdem tenuitate in ipſa impreſſione exciderunt, vel, quòd leviùs ſint impreſſa, alicubi non apparent, & alibi contra puncta, quæ non requiruntur, ex prava eorumdem amputatione ſub prælo decurſu operæ reſultarunt, quæ, antequàm typi prælo ſubderentur, non conſpiciebantur. Demùm non minùs Typographus, quàm Corrector Tyrocinium ſuum Arabicæ linguæ in hoc opere poſuit, ut uterque venia tua indignus omninò ſibi non videatur, ſi quid & illis culpæ tribuendum ſit: præcipuè verò, cùm nulli ſint in toto hoc opere lapſus, quos ſcientia tua, quantacunque ea ſit, latinæ Verſionis præſidio evitare, Candide Lector, non poſſi. Vale.